SYLVÆ COMMVNIUM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRÆ, IN TRES LIBROS diſtinctæ,

FRANCISCO VIVIO AQVILANO V.I.C. AVTHORE,

Liber Secundus.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA SEPARATIM EXCVSVS, & ab Authore ipſo, non ſolum reviſus, ſed maxima etiam acceſſione locupletatus, & in duplum fere adauctus.



Cum priuilegio S. Cæſ. Maieſtatis decennali.

Francofurti ad Mœnum
Cura, & ære Rulandiorum, Typis Wolffgangi Richter. ANNO MDCXI.

NAPOLI

COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRÆ,

LIBER II.

Cum quamplurimis declarationibus in praxi neceſſariis, Authore Franciſco Viuio, Iuriſconſulto Aquilano.

SVMMARIA.

1 *Laicus, item clericus coniugatus non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi, & nu. 2.*

3 *Laicus poteſt eſſe aſſeſſor Epiſcopi, & cuiuſcunque iudicis eccleſiaſtici.*

4 *Epiſcopus poteſt committere laico cauſam eccleſiaſticam ciuilem non autem criminalem, vel ſpiritualem.*

5 *Papa poteſt committere iudicibus laicis cauſas criminales clericorum.*

6 *Papa poteſt concedere laicis poteſtatem conferendi beneficia.*

7 *Papa poteſt delegare laico, vt aliquem excommunicet; Epiſcopus vero non item.*

8 *Papa non poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam laicis in clericos, ſed delegatam; & laici talem iuriſdictionem tempore, vel conſuetudine acquirere nequeunt.*

OPINIO CCCCXI.

1 LAICVS non poteſt officium vicariatus Epiſcopi exercere; & ſic non poteſt eſſe vicarius ipſius Epiſcopi: ſecundum Gloſſ. *in c. præter. §. verum. in verb. Ducibus. 32. diſtinct. & in c. bene quidem. in ver. Laica, & ibi Doct. 96. diſtin.* Bertachinum *in tract. de Epiſcopo. in 7. par. 4. lib. q. 18.* Abb. *in c. decernimus de iudic.* vbi cum eo tranſeunt Barbac. *nu. 32.* Fely. *num. 6.* Deci *num. 120.* Ripa. *num. 116.* & Marcus Mantua *num. 33.* qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem: & ſequitur etiam Angelus de Clauaſio *in ſua ſumma Angelica. in verbo, Laicus. § 3.* vbi hanc communem limitat per text. *in c. fin. ne cleri. vel monac. lib. 6.* procedere in ſpiritualibus, non autem in temporalibus, in quibus poteſt Epiſcopus eligere vicarium ſecularem, habendo iuriſdictionem temporalem in ſuo Epiſcopatu. Cõis opin.

2 Et vt liget idem hi Doctores idem procedere, ac verum eſſe cenſent in clerico, qui ſit coniugatus: & idem notant etiam Ioan. And. & Domi. *in c. vnico. de cleric. coniug. in 6.* & Abb. *in c. ſane de cleric. coniug.*

3 Et licet laicus, vicarius Epiſcopi conſtitui nequeat; nihilominus poſſet eſſe aſſeſſor ipſius Epiſcopi, & cuiuſcunque alterius iudicis eccleſiaſtici: ſecundum Archid. *in c. pluries. 16. q. 1.* Roma. *in l. 2. ff. de offi. aſſeſſ.* Innoc. Hoſtien. Antõ. Abb. Fely. *num. 6.* Deci. *nu. 131. cum duob. ſeq.* & Marcum Mantuam *nu. 37. in d. c. decernimus*, qui perhibent etiam iſtorum ſententiam commonem eſſe. Cõis opin.

Item Epiſcopus poſſet committere, ſeu delegare laico cauſam eccleſiaſticam ciuilem: ſecundum Gloſſ. *in d. c. decernimus*, communiter approbatam ab omnibus, atteſtante Dec. *ibi, num. 7. & 44.* Sed profecto cauſam criminalem, vel ſpiritualem Epiſcopus committere nequiret modo aliquo laico, nec laico & clerico ſimul; ſecundum Abb. *in c. ſignificaſti. col. 8. de foro competen.* Domini. *in c. 2. §. 1. de iudic. in 6.* & Docto. omnes *in d. c. decernimus*, & ibi Deci. *num. 44. & ſeqq.* vbi admittit iſtam commonem opinionem, & Gratus *conſil. 85. inuocato diuino ſuffragio, in præſenti cauſa nunc accerſitus ſum, num. 9. & ſeqq. volum. 2.* vbi etiam tradit alteram limitationem. 4 Cõis opin. Cõis opin.

Et dato, quod clerici non ſubſint iudici laico, vt ſupra oſtenſum eſt ex communi opinione; tamen Papa poteſt committere iudicibus laicis cauſas, etiam criminales clericorum; & tunc illi iudicabunt, non tam ex propria iuriſdictione, quam ex iuriſdictione Eccleſiæ ipſis demandata, ſecundo cõmunem opinionem: quam citant, & ſequuntur Iaſ. *in rub. de offi. eius, & in l. eſt receptum. colum. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. c.* Berous *in quæſt. 7. num. 1.* & Fely. *in c. 2. num. 3. de maior. & obed. per textum. in cap. eſſe. 32. diſtinct.* 5

Nam & laicis ipſis Papa poteſt concedere poteſtatem beneficia conferendi, vt conſtanter firmante Gloſſ. *in c. Imperium 10. diſtinct.* Innoc. Io. And. Anto. Abb. Anani. Ancha. & Domini. *in c. 2. de præbend. in 6* Ioan. Andr. *in additio. ad Spec. in tit. de legat. §. nunc tractemus, verſic. Sed nunquid legatus*, Berous *in d. quæſt. 7. num. 4. & ſeqq* & Fely. *in c. delect. de teſtib. in c. cauſam. de præſ. criptio. & in d. c. 2. num. 3. de maiori. & obedient.* 6

Et quia laicus ex delegatione Papæ poſſet etiam excommunicare, *c. Mennam. 2. q. 4.* Gloſſ. *in d. c. præter. §. verum, & in d. c. bene quidem*, & Panor. ſequitur etiam, & probat *in c. ab excommunicato. colum. 2. de reſcript. & in c. Eccleſia Sancta Maria. colum. 3. de conſtitut.* & Berous *in d. q. 7. num. 2.* vbi ait iſtam opinionem communi voto omnium Doctor. approbatam eſſe. Sed Epiſcopus non poſſet aliter demandare laico 7 Cõis opin.

 poteſta-

poteſtatem excommunicandi: vt per Abb. *in c. 2. colum. 1. de iud.* & Fely. *in c. ex parte Decani. colum. 2. de reſcript.*

8 Et ſic ex iſtis apparet, communem eſſe ſententiam, quod Papa non poſſit conferre iuriſdictionem ordinariam laicis in clericos, licet delegatam poſſit: nec laici ipſi poſſunt tempore, vel conſuetudine, talem iuriſdictionem acquirere: ſecundum Fely. *in dicto loco.* Card. *conſ. 68.* Ioan. Andre. & Domi. *in d. c. 2. de praeben. in 6.* quod intellige, vt per Iaſ. *in d. rub. de eſſic. cum. num. 8. & in d. l. receptum, num. 3. & 4.*

OPINIO CCCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Laicus poteſt eſſe arbitrator in cauſis ſpiritualibus. Arbiter non item num. 2.*

3 *Laicus & clericus ſimul electi in cauſis ſpiritualibus poſſunt eſſe arbitri.*

1 LAICVS poteſt eſſe arbitrator in cauſis ſpiritualibus, & ſic de re eccleſiaſtica etiam ſpirituali, in arbitratorem laicum compromitti poteſt: ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. *in c. fi. in prin. de rerum permut.* Anchara. *conſ. 34 num. 6. & conſ. 98.* Fely. *in c. cum ſit, num 3. de foro competen.* Alex. *num. 5.* & Iaſ. *colum. penult. in l. quoties. C. de iud.* & eundem Alex. *conſ. 91. colum. 1. volum 2.* Roma. conſulendo. *conſ. 174.* Ruinum. *conſ. 66. num. 11. volum. 4.* Dec. cum aliis relatis per eum, *num. 4.* & Marcum Mantuam, *num. 1. & ſeq. in c. decernimus. de iudiciis,* Baptiſt. de ſancto Blaſio. *in tract. de arbitris, q 17 verſ. Sed quaero nunquid de arbitratore,* & Gratum. *conſil. 87. num. 10. volum. 1.*

Cōm. opin. qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem.

2 Sed laicus non poteſt eſſe arbiter in cauſis ſpiritualibus: vt voluit Dec. *in d. c. decernimus, num. 195.* Marc. Ant. Blancus cum caeteris ſignatis per eum, *in tract. de compromiſſo q. 2. num. 62.*

3 Tamen laicus, & clericus ſimul electi in cauſis ſpiritualibus, poſſunt eſſe arbitri, & in eis procedere, & valet tale compromiſſum: teſtibus Arer. Fely. Barbac. Dec. & Mantua, *num. 16. in dict. c. decernimus,* vbi

Cōm. opin. profert iſtam eſſe communem opinionem: quam ſequitur, cum aliis relatis per eum, & late tuetur Marcus Ant. Blan. *in d. quaeſt. 2. praeallat. tract. de compromi. num. 64.*

OPINIO CCCCXLII.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum filiabus in teſtamento, an comprehendat poſthumam natam poſt mortem teſtatoris, & natas poſt conditum teſtamentum, ante mortem teſtatoris.*

2 *Legatum factum liberis, non comprehendit natos poſt mortem teſtatoris ſed ortos duntaxat tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris.*

3 *Legatum factum filiis extenditur aliquando ad filios naſcituros poſt mortem teſtatoris.*

1 LEGATVM factum filiabus in teſtamento, non comprehendit poſthumam; & ſic in legato facto filiabus praedictis, non venit poſthuma, quae nondum erat in rerum natura, niſi de ea in dicto teſtamento ſit facta expreſſa mentio: vt voluerunt Glo. Bart. Paul. Caſtren. Aretin. Rapha. Cuma. Alexand. & Iaſ. *num. 8. & 26. per textum ibi, in l. qui filiabus. ff. de lega. 1.* vbi dicit, iſtam eſſe communem

Cōm. opin. opinionem. Sed hoc procedit in vero poſthumo, poſt mortem teſtatoris nato, non autem in orto poſt conditum teſtamentum ante teſtatoris mortem: ſecundum Gloſſ. *in rubri. C. de poſthum. hered. inſtit.* huiuſmodi enim poſthomus participare deberet abſque dubio aliquo, de dicto legato, filiis facto. *l. ſi cognatis,* vbi Soc. hoc firmat. *ff. de rebus dubiis.* Cuma. *in fin.* Alex. & Iaſ. *ſub num. 9 cum ſeq. in d. l. qui filiabus,* & Roma. *conſ. 408. ſub num. 6.*

Et hinc eſt, quod ſi fieret legatum liberis, non comprehenderet natos poſt mortem teſtatoris, ſed duntaxat ortos tempore teſtamenti, vel mortis dicti teſtatoris: quoniam illo tempore dies legati cedit. *d. l. ſi cognatis.* & ibi Socin. & ita conſuluit Roma. *conſ. 231.* & Dec. *conſ. 95 ſub num. 5.* & hoc idem firmat idem Roma *conſil. 134. num. 5.* & Ruinus *conſ. 100. num. 5. volum. 2 & conſ. 158. viſo eleganti conſilio, & in additionibus ad illud factis, num. 2. & 9. volum. 3.* & Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. Glo. 9. nu. 83.* vbi *num. 82.* hoc etiam ampliat, & approbatur inter conſilia Soc. *conſil. vltimo, caſus iſto, poſt vltimam ſubſcriptionem, volum. 1. & in conſil.* Socin. Iuo. 172. *num. 1. volum. 2.* qui ait iſtam eſſe communem opinionem.

Sed Soc. ipſe ibi videtur conſulere doctiſſime in quodam caſu, quod legatum factum filiis, extendatur, etiam ad filios naſcituros poſt mortem teſtatoris. 3

OPINIO CCCCXLIII.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum pro filiabus maritandis, intelligitur de primis nuptiis tantum, non de ſecundis, & ſic non habet locum in viduis quantumuis pauperrimis.*

2 *Legatum factum viduae tempore mortis patris, debetur illi, quae fuit vidua licet poſtea maritetur.*

3 *Legatum factum filiae in caſu viduitatis, debetur, quamuis legataria non perſeueret in viduitate: quia ſufficit quod ſit vidua tempore mortis patris.*

4 *Immunitas conceſſa a lege propter numerum duodecim filiorum non amittitur, ſi aliquis eorum moriatur.*

5 *Statuto requirente certam qualitatem, ſufficit eam ab initio adfuiſſe, licet poſtea defecerit.*

6 *Legatum factum mulieri, ſi ingrediatur monaſterium, vel aſſumat habitum tertii ordinis. ſi aſſumat illum habitum, & poſtea dimittat an ei debeatur.*

LEGATVM factum pro filiabus maritandis, intelligitur de primis nuptiis tantum, non autem de ſecundis, & ſic non habet locum in filiabus viduis, quantumuis pauperrimis: ſecundum Bal *in prooemio de. retal. volum. 4.* Iaſ. *in l. diuortio §. quod ſi anno, num. 18. ff. ſoluto matrimo. & in l. duobus. §. ei, qui. de inremran* Bald *in l fina. quaeſt. penult. C. de ſentent. quae ſine certa quantitate* Dec. *num 3. in rubr. C. de ſecundis nuptiis,* qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & ibi eam limitat, & declarat vt libet ipſe Dec. *num. 4.* & Couarruuias quoque *in c. requiſiſti. num 3. de teſtamen.* & Iacobus Mandellus *conſil. 51. num. 9* & Tiraquel. cum caeteris ſignatis per eum, *per textum ibi, in l. boues. §. hoc ſermone, num. 3. cum duobus ſequentib. ff. de verb. ſign.* & obſeruatur in pract. ſecundum Iaſ. *in d. §. quod in anno.* 1 Cōm. opin.

Sed vbicunque eſſet factum legatum filiae, ſi erit vidua tempore mortis patris, ſufficeret ſi ipſa filia illo tempore vidua extitiſſet, licet poſtea maritetur, & ſic legatum hoc non expiraret per matrimonium ſubſequutum, ſed peti poſſet: vt conſuluit Ang. *conſ. 38. Conſtantinus Arculam de Peruſio.* 2

Quia

3 Quia eſto quod pater legaſſet filiæ in caſu viduitatis: tunc voto ipſius patris ſemper conueniret, & conuenire deberet ſemper, filiam eſſe nuptam; & conſequenter ſufficeret viduitatem fuiſſe per momentum, licet legataria ipſa non perſeueraret in viduitate: vt voluit Glo. *in verb. ſufficit.* & Bart. *in l. fin. C. de indicta vidui. tollen* & facit tex. & quod ibi notatur *in l. reprehendenda. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* & quod concludit Ioan. Andr. *in regula decet indultum in mercu. de regulis iuris in 6.* cum aliis aggregatis per me inf. *a in* 4 *Opinion. Pater habens 12. filios. poſt princ.* videlicet, quod conſequens immunitatem à lege propter numerum duodecim filiorum, illam non amitteret, ſi aliquis eorum moreretur: quod firmant Bart. *in l ex facto. in princ. ff. de vulga & pupil.* Anchara. *in c. ſtatutum in prin. de reſcriptis in ſexto.* Imol. *in clem. & ſi principalis de re-* 5 *ſcript.* Scilicet, quod ſi Statutū requirat certam qualitatem, ſufficiat illam ab initio eſſe, licet poſtea deſinat. & concurrit etiam Ang. *in l. ſi quis heredem. C. de* 6 *inſtit. & ſubſtit. & in d. conſ. 54.* In quibus locis voluit, ſi fieret legatum mulieri, ſi ingrederetur monaſterium, vel acciperet habitum tertii ordinis, eaque acciperet habitum, & deinde dimitteret, habere deberet legatum ipſum.

OPINIO CCCCXLIV.

SVMMARIVM.

1 *Legatum generaliter factum eccleſiæ, ſine declaratione, de qua eccleſia, non vitiatur ratione incertitudinis. ſed debetur tunc parochiali eccleſiæ teſtatoris.*

1 LEGATVM ſimpliciter factum eccleſiæ, abſque expreſſione eccleſiæ, non vitiatur, tanquam incertum, ſed debetur parochiali eccleſiæ teſtatoris, cui legatum factum videtur; & ſic in dubio, non aliter declarando, teſtator in legato facto eccleſiæ, cui relinquat, intelligitur relictum illi eccleſiæ, cui eſt parochianus ipſe teſtator, ſecundum Bar. Bal. Caſtren. Soc. & alios communiter *in l. quæ conditio. §. fi. ff. de cond. & demon. per tex. ibi.* Abb. *conſ. 99. volum 2.* Iaſ. *in §. ex maleficiis. num. 46. Inſtit. de actio.* & Cæſarem Vrſil. *in add. Affl. in deciſ. 244. num. 5.* & iſta eſt Cōis opin. communis opinio, aſſerentibus Docto. præallegatis, & Iaſ. *in l. 1. num. 4.* & Cagnolu, *num. 24. C. de ſacroſan. eccle.* & Tiraq. *in tract. de privil. piæ cauſæ in privilegio 56. colum. 1. & ſeq.* Quam erroneam leuiter ait Oxetius *in §. ſedum quidem. num. 3. cum aliis ſequent. Inſtitut. de iure natur. gen & ciui.* vbi ſuper hoc tradit quandam diſtinctionem, quæ ſuſtineri in deciſiuis non poſſet aliquo modo; ideo noli aliter recedere à dicta communi, tanquam veriſſima.

OPINIO CCCCXLV.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum canonicis alicuius eccleſiæ, an cenſeatur relictum eccleſiæ, vel Canonicis.*

1 LEGATVM relictum canonicis alicuius eccleſiæ, eccleſiæ ipſi competit, & acquiritur; & per conſequens ipſi eccleſiæ relictum videtur, non autem canonicis, ſecundum Bart. *in l. 2. ff. de reb. dub.* Card. Ioan. de Lig. Ancha. & Imol. *in clem. 1. §. ciuitas. de pœnis.* Petrum Petra. *in tract. de quarta canonica. c. 4. verſ. tertio principaliter.* & Cæſarem Vrſillum, cum aliquo moderamine, *in annotat. Afflict. in deciſ. 244. num. 2.* & iſtam opinionem ſequitur Beroue etiam *in c. quoniam Abbas. num. 82. de offic. deleg.* & communem Cōis opin. eſſe aſſerit, & Barbat. quoque *conſil. 2. col. 16. volum. 4.* atque eam tuetur Ludo. Luſita. *in d. l. 2.* Vide etiam Ioan. D. lect. *de arte teſtan. tit. 6. de legat. caut. 7.*

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod legatum factum canonicis alicuius eccleſiæ, debeatur canonicis, non autē eccleſiæ, videtur inclinare Glo. *in c. requiſiſti in ver. nec eſt. de teſtam. & in c. Pontifices 12. q. 3.* quam inquit ordinariam Abb. *in c. 2. colum. 3. de decimis. & in c. 3. col. 4. de probatio.* & cum eadem opinione concurrunt ſimiliter Anto. Abb. *colum. fina.* & Barba *num. 23. in d. c. requiſiſti.* & Soc. *in d. l. 2 nu. 21.* qui ibi aſſerit iſtorum ſententiam communem eſſe: Cōis opin. quod fatetur Ludo. Luſita. etiam *ibidem col. fin.* & ſic hæc vltima opinio rationabilior, & communior apparet ex prædictis, & ſecundum eam iure iudicari poſſet; ideo ei inhærendo, non obſtaret *d. l. 2.* quoniam ibi tota Ciuitas ab ipſis ciuibus repræſentatur, à canonicis vero non repræſentatur eccleſia, ſed ſimul & à prælato, & ab aliis clericis.

OPINIO CCCCXLVI.

SVMMARIA.

1 *Legatum annuum perpetuo eccleſiæ relictum, reſtringitur ad ſpatium centum annorum.*

2 *Legatum alimentorum præſtandorum Fratribus alicuius eccleſiæ in die puta Sancti Ambroſii, niſi aliud ſit dictum, non debetur niſi primo anno.*

LEGATVM annuum factum eccleſiæ per verbū *ſemper*, & *in perpetuum perſoluendum*, finitur circulo, ſeu ſpatio centum annorum à die relicti: ſecundum Glo. not. poſt Bar. & *in l. an vſusfructus. ff. de vſufruct. & in l. ſi vſusfructus. ff. de vſufruct. lega.* Iaco. de Raue. And. de Piſ. & Nicola. de Neapol. *in l. annua. ff. de annuis legat.* Card. *conſ. 66.* Feder. de Senis *conſil. 12.* Anchara. *in c. fin. de teſtam.* Alex. *conſil 60. in princ. volum. 1.* vbi depromit, iſtam eſſe magis communem Cōis opin. opinionem, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, & Couarruuias *in tract. reſolutionum iuris ciuilis, & Pontificii, in c. 9. num. 10. fol. 855. lib. 3.* idemque retenet, & concludit ipſemet Alex. *in l. 2. in princ. ff. ſoluto matrimon.* & ibi Dec. & Claud. Aquen. *num. 15.* Brunus *conſil. 143. num. 11. volum. 4.* & ita in facti contingentia conſuluit Alex. *in d. conſ. 60.* & hoc firmant Docto. ratione inſulcatis euitandæ: vt latiſſime per Alex. *ibi, poſt princ.* & ſententiam iſtam, tanquam veriorem, ſequutus eſt Dec. *conſ 578. circa fin.* & Marcus Mantua *in apophthegm. 52.* adde Dilect. *de arte teſtan. tit. 6. caut. 57. in princ.*

§ Contrariam vero partem, videlicet, quod legatum iſtud duret vltra centum annos, in infinitum, & vt dicitur, per ſecula ſeculorum, expreſſe tenuit Rogerius, relatus ab Accurſio *in d. l. an vſusfructus,* Abb. poſt alios ibi congeſtos, per eum *in d. c. fin. de teſtam.* Barba. *conſil. 20. vol. 4* Angel. Cuma. Soc. *col. 8 in l. 3. § fin ff. ad legem. Falcid.* Corn. *conſ. 22. num. 19. vol. 3.* Iaſ. *in l. videamus. §. deferre. col. 2. ff. de in litem iurand. & in l. 2. ff ſolu. matrim.* vbi pariter Crotus, D. Pontanus bonæ memoriæ, præceptor meus Peruſinus, Parpalea, & Ripa, *num. 3. & ſeq.* Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuileg. 90.* & Alberic. *in d. l. an vſusfructus.* vbi audacter aſſerunt, ſe opinionem hanc vidiſſe communiter ſeruari in practica. Et pro iſta opinione videtur caſus legis expreſſus, qui non poteſt, niſi cum magna cauillatione, & falſa interpretatione euitari, *in l. annuam. & in l. annua. §. Titia ff. de annuis lega.* prout egregie perpendit Ripa *circa prin.* & D. meus Pontanus *col. 3. in l. 2. ff. ſolu. matri.* & Soc. *in l. 3. § fi. col. 8. ff. ad l. Falc.*

l. Falc. & ita per iſtas leges, & alias quam plures rationes, & authoritates conſuluit Frater Ioannes Maria Vertatus, Ferrarienſis *in ſuo libello diſputationum adverſus Lutheranos, in titul. de annuis legatis*; & ita conſuluit etiam efficacioribus fundamentis, & rationibus Riminaldus conſilio inſerto, & poſito in dicto libello diſputationum contra Lutheranos, vbi quam optimè firmat opinionem iſtam, & reſpondet omnibus ferè contrariis; & huic conſil. Riminaldi ſe ſubſcripſit Bernardinus Burgunnus Doctor eximius parmenſis, plurimis, & optimis rationibus, & ſubſcriptio hæc reperitur poſt conſil. Riminal. *in loco ſupra citato*. Sed ego nunquam diſcederem à memorata communi, tam in conſulendo, quam iudicando, tanquam magis reali, vera, & tuta: quia Doctores, qui aliàs contrariũ conſuluere, ſuccubuerunt, text. Alexan. *in d. l. 2. ſolut. matrimon*. Et ita ſe vidiſſe Romæ iudicatum; quod hoc annuum legatum non debeat extendi vltra ſpacium centũ annorũ, refert *in l. ſi filiusfamilias, §. divi, nu. 179. & ſeq. ff. de leg. 1.* Bartholomeus Romuleus.

Et hinc accedit, quod quando eſt factum legatum alimentorum alicui Eccleſiæ, præſtari dorum omnibus fratribus Eccleſiæ, in die Sancti Ambroſii, & nihil aliud ſit dictum: tunc alimenta iſta non ſunt præſtanda quolibet anno in illa die Ambroſii, ſed hæres liberatus, præſtando, & ſoluendo alimenta proprio anno in dicta die Ambroſii, vt per plura concludit Marcus Mantua, *in ſuis apophthegmatibus apophth. g. 51.*

OPINIO CCCCXLVII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum eſt acceſſorium, non pars teſtamenti.*

1 LEGATVM eſt acceſſoriũ teſtamenti, non autem pars: ſecundum Gloſ. *in rubric. ff. de leg. 1.* cum qua ſentiunt Cyn. Alexan. Soci. *num. 6.* Iaſ. *num. 4. & ſeq.* Ripa *num. 6.* cæterique communiter ibi, vt meminit Illuſtris Dominus Pontanus Perusinus, præceptor meus ibi, *num. 6.* Vnde cautè locuta eſt d. Gloſ. ſecundum præcitatos Doct. non appellans legata partem teſtamentorum, ſed quid acceſſorium ad teſtamenta: quippè cum teſtamentum poſſit abſque legatis valere: *vt l. 1. § qui neque legatarius. ff. de hered. inſtitue.* ſequitur ergo quod non eſt pars *l. malam ff. de verborum ſignifica.* & hanc eandem communem ſubtiliſſimè ex, licat, & declarat Marcellus Beruncurius Senenſis *in apologia tractatus, de iuris & facti differentia num. 34. cum aliis ſequen.*

OPINIO CCCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei alteri obligatæ pro æquivalente quantitate an valeat. & hæres illam luere teneatur, etiamſi teſtator rem obligatam eſſe ignoraſſet.*

1 LEGATVM alicui factum de re alteri obligata, etiam pro æquiualente quantitate valet, & tenet, atque hæres illam luere tenetur etiam ſi teſtator rem obligatam eſſe ignoraſſet: ſecundum Glo. *in l. prædia C. de fideicom. & in §. & ſi rem I. inſtit. de legat.* Alexand. & Iaſ. cum aliis quam plurimis ſignatis per eos, *in l. ſi res obligata. num. 13. ff. de legat. 1.* vbi præſupponunt iſtam eſſe communem opinionem.

Contrarium verò aſſeruere Paul. Caſtren. Fulg. & Iaſon. *in d. l. prædia* Neguſant. *in tract. de pignorib. par. 3. prim. membro ſub num. 29.* & iſta eſt communis opin. ſecundum Socin. *in l. 1. § per ſeruum corporaliter, num. 2. ff. de acquir. poſſ.* Sed prima opinio Gloſſæ verior, communiorque apparet, atque eam in actu practico ſequendam fore ſuademus.

OPINIO CCCCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum vxori per maritum ſi caſtè ac honeſtè vixerit poſt eius mortem, an debeatur vxori ſi tranſierit ad ſecunda vota.*

LEGATVM vxori per maritum relictum, ſub conditione, ſi caſtè, honeſteque vixerit poſt eius mortem, per ſecundas nuptias non amittitur nec eo priuatur vllo modo: ſecundum Bart. *in l. mulier cum proponeretur ff. ad Treb.* cuius opinionem communem appellat Claudius ibi, & ſequitur Euchardus *in topicis, col. 543.* 1

In contrarium vero partem; quod vxor priuetur legato præmiſſo, ſi poſt mortem mariti nupſerit; inclinat magna cohors Scribentium; & eorum opinionem communem eſſe conſtat, teſte Io. Dilecto, *in tract. de arte teſtandi, titu. 5. caute. 39. num. 4.* & Bermon *de publicis concub. col. 193.*

Sed ne erres, & vt ſcias quid concludendum, & iudicandum ſit, caſu eueniente ſuper præſenti conflictu opinionum, inhæreas diſtinctioni in hoc traditæ per Iaſ. *in l. fin. C. de indic. vidui.* & per Alex. & Ang. *in d. § cum proponeretur.*

Similiterque vltra diſtinctionem iſtam, limita etiam communem hanc in principio poſitam opinionẽ Secundum Paris. *conſ. 160. num. 9. volum. 4.* & Sylua nuptiali *lib. 2. num. 15.* Si talis mulier, tertio nuberet, quia tunc non diceretur caſtè viuere, vt per prædictos.

OPINIO CCCCL.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus ab Imperatore an in feud. ſuccedere poſſit. Et in maximis dignitatibus num. 2.*

LEGITIMATVS ab Imperatore in feudis ſuccedere poteſt, ſi ab eo nominatim ad hoc legitimatus ſit; & ſic ad effectum ſuccedendi in feudo, huiuſmodi legitimatio facta per Imperatorem valida erit, eritque legitimatus capax in ſucceſſione ipſius feudi: ſecundum Gloſſ. Baldum, Iacobum, Aluarot. Cardin. Mediolanenſ. & cæteros communiter *in capit. naturales in titul. ſi de feudo fuerit controverſ.* Baldus *in leg. eam quam. C. de fideicom.* Ioannes Andr. *in c. 1. Extr. qui filii ſint legitimi* & Socin. *conſil. 3. col. 5. vol. 4.* Clarus cum aliis congeſtis per eum *in tract. de feud. quaſt. 82.* & Curt. Seni. *conſil. 75. num. 5.* in quibus locis oſtendunt, iſtorum opinionem communem eſſe & ipſe Curti ibi. *ſub numero 15.* concludendo eam limitat, atque declarat, & Clarus etiam *in d. quaſt. 82. ver. Et hæc quidem.* Imò ſecundum Scriben. communiter *in d. c. natural.* ſufficeret expreſſio in legitimatione ipſa, videlicet quod tales ſi in feudis ſuccederent, licet minimè exprimeretur, ad talia, & talia feoda. Sed hoc non procederet, vbi nunc eſſemus in maximis dignitatibus: tunc quippè in eis legitimati non ſuccederent, niſi ſpecialis de iis mentio facta fuiſſet: vt voluit Martinus Laudenſis *in c. 1. de natura feud.* & Bal. *in d. l. eam, quam.*

OPI-

OPINIO CCCCLI.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium poteſt admitti ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas & ordines ſacros beneficia, & ad epiſcopatum quoque.*

LEGITIMATVS per ſubſequens matrimonium, in epiſcopum eligi poteſt vt legitimè natus; & ſic talis legitimatus abſque diſpenſatione aliqua poteſt ad dignitates quaſcunque eccleſiaſticas, ad ordines ſacros, beneficia, & ad Epiſcopatum quoque, vt diximus admitti, & promoueri: ſecundum Gloſſ. Anton. Abb. cæteroſq; oēs *in c. innotuit de elect.* Archid. *in c. Oſius 56 diſt. n.* Calder. *conſi 2. in titulo, qui filii ſint legitim.* Gl. ſſ. & Abbas *in c. tanta. qui filii ſint legiti.* Ang. *conſil. 19 colum. fin.* Alexan. *in l. ex facto. § ſi quis rogatus, num. 19. ff. ad Trebel.* Dec. *conſil. 153 num 3* Socin. Iuni. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 126. ff. de lib. & poſth. & conſil. 12. num. 8 volum. 4.* Couarruuias *in epit. de ſponſalib. in 2 part. cap. 8. § 2. num. 24.* Natt. *conſil. 121. nu. 13. vol. 1.* & Petr. Duennas cum cæteris ſignatis per eum *in reg. 350. Filius naturalis legitimatur* [illegible] *ampliatione*, qui omnes oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem.

Cōis opin.

OPINIO CCCCLII.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſine præiudicio venientiū ab inteſtato, ſolum operatur in cauſa inteſtati, non autem ex teſtato. Et ſic legitimatus abſque præiudicio proximorum, legitimorumque heredum nihil petere poteſt, niſi aliquid in teſtamento relictum foret.*

LEGITIMATVS abſque præiudicio proximorum, legitimorumque hæredum, nihil penitus petere poteſt, niſi aliquid ei in teſtamento relictum foret, & ſic ab inteſtato ſuccedere nequiret, in præiudicium ab inteſtato venientium, vigore clauſulæ, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato* appoſitæ in legitimatione, ſecundum Bald. *in conſ. 173. in fin. volum. 1* Aret. *conſil. 342. colum. 2.* Paul. Caſtren. *conſil. 212. in fin.* Cuman *conſil. 98.* Fulgoſ. *conſ. 16.* & Decius cum aliis compluribus ſignatis per eum, *conſil. 393. num. 1 conſ. 186. ſub num 5. & conſil. 610, viſo themate ſupra ſcripto, num. 1.* in quibus locis enunciat, iſtam communem opinionem eſſe: cui inhæret quoque conſulendo doctiſſimè per plures rationes, Iacobus Mandellus *con. 7. nu. 1. cum aliis ſequentibus.* vbi pariter præſupponit iſtorum ſententiam eſſe communem & Gozad. quoque *con. 6. num. 33. & num 78.*

Cōis opin.

OPINIO CCCCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio in fauorabilibus legitimata, & non præiudicabilibus alicui, retrotrahitur ita vt legitimatus ſemper fingatur fuiſſe legitimus.*

LEGITIMATIO in fauorabilibus legitimato, & non præiudicialibus alicui retrotrahitur, ſic vt legitimatus fingatur ſemper fuiſſe legitimus; & ſic legitimatio in his, quæ dicto legitimato fauorabilia ſunt nemini que præiudicant, retrotrahitur, & legitimatus præſumitur ſemper extitiſſe legitimus vt voluit Bartol. *in l. 2. in q. 2. ff. de vulg. & pupil.* cum quo tranſeunt omnes Scribentes communiter vt per Alex. Iaſ. Cro. & alios *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu.*

Et licet Alciat. *in l. 3. paradoxorum. c. 12.* poſt Bal. & Anto. de Butr. quos citat, ſentiat contrarium, videlicet dictam legitimationem non trahi retrò; nihilominus in deciſiuis à cōmuni præmiſſa noli recedere, quæ veriſſima, & tutiſſima eſt.

Cōis opin.

OPINIO CCCCLIV.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio filii naturalis an abſq. alicuius citatione, etiam quoad feuda, in præiudicium agnatorum fieri poſſit.*

LEGITIMATIO filii naturalis, quæ impetratur viuente patre, optimè expeditur abſque alicuius citatione, præſertim accedente ei ſiue patris conſenſu: quoniam poteſt liberè pater bona propria diſtribuere; ideò iniuriam nulli facit, ſi proprium filium conſentiat à Principe legitimum fieri: ſecundum Bart. & cęteros omnes *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in fine ff. de liber. & poſthu.* Bal. *in l. 1 col. penult. C. de inoffic. donatio & conſil. 56. vol. 1.* Ang *conſ. 87 ſpurius naturalis ſeu baſtardus.* Anchara. *conſil 406 & in cap. 1. de ſucceſſ. ab inteſt.* Io. Anton. Cald. Card. Abb. & omnes *in c. per venerabilem. Ext. qui filii ſint legitimi.* Feder. de Senis *conſi. 57.* Dec. *conſil. 338. co. nu. fin.* & opinionem iſtorum oſtendit communem eſſe idem Dec. *conſil. 55. col. 2. & 3. & conſil. 567. col. fin* Boer. *deciſ 122.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in ver. ſuſcipere num. 33. C. de reuocand. donat.* & copioſius poſt alios relatus per eum, *in tract. retract. lignag. ſub ſecunda limitatione, par 10* Quæ ſententia communis procedit, etiamſi filius legitimus efficeretur quo ad feuda in præiudicium agnatorum; vt conſulendo reſpondit Alber. Brunus *conſ. 1.* cum aliis Doctoribus qui ſe ſubſcripſerunt dicto conſilio.

Cōis opin.

OPINIO CCCCLV.

SVMMARIA.

1 *Legitima non debetur filio, viuente patre, ſed videtur quaſi debita.*

2 *Legitima debetur filio liberè, & abſque aliquo onere.*

3 *Legitima eſt quota bonorum non autem hæreditatis.*

4 *Legitima debetur de ſubſtantia, non autem de fructibus, & eſt in electione filii, an velit bona, vel æſtimationem.*

5 *Legitima detrahitur de ſingulis corporibus rerum hæreditariarum, ſaltem arbitrio boni viri.*

6 *Filius pacisci ſuper legitima non poteſt, nec ſuper hæreditate patris.*

7 *Legitima eſt quota bonorum, deducto ære alieno.*

8 *Pater de iure communi non tenetur ad pœnam, ratione legitimæ, pro filio condemnato ex delicto.*

9 *Filii, vel filiæ Iudæorum effecti Chriſtiani poſſunt petere in vita parentum alimenta, legitimam dotes, & donationes propter nuptias, & ipſi parentes ſeu patres eas præſtare tenentur.*

10 *Iudæorum, hæreticorum, ac infidelium bona peruenire debent, tam ex teſtamento, quam ex inteſtato ad ſolos filios, effectos Chriſtianos: ita vt parentes eorum contrarium diſponere nequeant.*

11 *Legitima an debeatur filio ſi pater ingrediatur monaſterium.*

12 *Statutum, quod pater teneatur ſoluere pro filio condemnationem vſque ad legitimam, vel quòd pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filii valet, & tenet, ſed non extenditur ad matrem.*

13 *Legitima filii delinquentis ex conſtitutione Marchiæ venit in publicationem bonorum, in quibus ſuccedit fiſcus, tanquam hæres.*

14 *Statutum, quòd pater teneatur ad legitimam pro delicto filii delinquentis, valet & obſeruatur in practica.*

15 *In legitima ob filii delictum à patre ſoluenda, an fiſcus, vel filius occiſi ſeu vulnerati præferendi ſint. Et occidens, vel vulnerans aliquem, ad quæ expenſas, damna, & intereſſe teneatur.*

16 *Patri tenetur occiſor ſatisfacere, de damno quod ſentit ex morte filii, ob eius operas, eaq; opera quomodo & vſque ad quot annos æſtimari & computari debeant.*

17 *Damna, expenſa, & intereſſe debentur, non tantum cum delictum dolo, ſed etiam cum culpa, ſeu in rixa commiſſum eſt.*

18 *Damna, expenſas, & intereſſe pro homine occiſo, vel mutilato aliquo membro, quanam perſona petere poſſint.*

19 *Hypothéca tacita in bonis delinquentis, an fiſco competat, & an fiſcus præferendus ſit creditoribus, delinquentis agentibus ex eadem cauſa, & delicto, ad reparationem damni.*

20 *Fiſcus in pœnis omnibus pecuniariis, prouenientibus ex delicto, præfertur aliis quibuscunque creditoribus agentibus contra bona delinquentium ex eadem cauſa, ex titulo delicti.*

21 *Fiſcus an in dubio, cum non conſtat de prioritate iurium, ſit præferendus priuato, etiam ſi priuatus prætendat cauſam onéroſam.*

22 *Fiſcus, & priuatus in membris mutilatus, agentes contra bona delinquentis, non ſufficientibus ad vtrumque ſolutionem, an æquales partes habeant ex bonis damnati, an vero fiſcus ſit præferendus. nu. 23. & 24.*

25 *Vulneratus, vel filius occiſi, quòs occiſus alere tenebatur, pro expenſis, damno, & intereſſe, fiſco præferri debent, tam in confiſcatione legitima, quam aliis confiſcationibus eiuſq; ratio.*

26 *Fiſcus ſuccedens delinquenti, tenetur ad æs alienum, ad onera fideicommiſſi, legatorum, & ſeruitutum.*

27 *Fiſcus tenetur exſoluere omnia debita condemnati, & tenetur eadem obligatione, qua tenebatur priuatus, videl. ad expenſas, damna & intereſſe, vulnerato, & filiis occiſi. num. 29. 31. & 34.*

28 *Fiſcus capiens bona vacantia, an teneatur ad legata & fideicommiſſa. Et an creditorum onera ſubire debeat, ſiue bona vacerit culpa heredis, ſiue non.*

30 *Filii D. Horis occiſi quomodo contra interfectores, ad inter. ſſ; agere idq; æſtimare poſſint.*

32 *Fiſcus ſuccedens per viam bonorum confiſcationis nullam habet hypothecam in bonis delinquentis, nec ante, nec poſt condemnationem.*

33 *Fiſcus an, & quando habeat tacitam hypothecam, cum bona delinquentis non ſunt confiſcata, ſed pœna tantum pecuniaria impoſita delinquenti, & quibus creditoribus tunc præfertur fiſcus.*

35 *Fiſcus in cauſa lucratiua, vt puta cum agit ex delicto, non debet præferri priuato, agenti ex cauſa onéroſa; ſed econtra priuatus præfertur fiſco, ſecus ſi priuatus, vel filius prætendat cauſam iuris proprii, vel agat ex aliquo contractu, tunc fiſcus eſſet præferendus.*

36 *In confiſcatione tam legitima, quam alia quacunque, vulneratus, & filii occiſi, agentes ad damna, expenſas, & intereſſe, præferuntur fiſco.*

1 LEGITIMA non debetur filio viuente patre, ſed videtur quaſi debita. *l. 1. §. ſi impubes. ff. de collatio. bono. l. fin.* & vtrobiq; Bar. *ff. de liber. agnoſcend.* & Bald. *in l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupill. ſubſt. in d. l. fin in l. quamquam. C. ad legem falc. & conſil. 257. num. 1. & ſeq. volum. 3.* Bart. *in auth. ſi qua mulier, prope fin. C. de ſacroſan. eccl.* Glo. & Docto. *in l. cum à matre. C. de rei vend.* Bertr. *conſ. 3. pro faciliori reſolutione num. 2. volum. 8. & conſ. 280. cum tempore præſentis conditi teſtamenti, & conſ. 290. punctum quæſtionis talis eſt, num. 1. eodem vol.* Duenas *in regula 356. filio in vita patris non debetur legitima in principio*, vbi ponit hoc pro regula cum ampliationibus, & limitationibus; & iſta eſt communis opinio, Com. opin.
vt per Moder. *in c. Raynutius. de teſt.* & Marquardum *in tract. de Iudæis, & infidelibus. in 5. par. c. 6. num. 5.* & eſt communis regula, vt meminit Felyn. *in cap. Iudæi. ls. 2. ſub num. 2. de Iudæis.*

Quæ quidem legitima debetur ipſi filio, libere, & abſque vllo grauamine. *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſta.* 2

Et legitima iſta filii eſt quota bonorum, non autem hæreditatis, *l. quoties.* & ibi Bald. *col. 1. C. de hered. inſtit.* Iacob. Butr. & Guil. de Cun. *in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſtamen.* Bertran. *conſ. 64. viſis allegationibus, reſpondeo, num. 3. & ſeq. vol. 8.* & iſta eſt communis opinio teſte Boetio *deciſ. 24. num. 11.* 3 Com. opin.

Et debetur de ſubſtantia, non autem de fructibus *l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſtam.* vbi Doctores omnes communiter concludunt, in electione filii eſſe; ſecus in Falcidia & Trebellianica: vt per Bar. *in l. in quartam. ff. ad legem Falcid.* Sed an velit bona, vel æſtimationem, vide Bar. declarantem. *in l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Trebell. & in l. ſuus quoq;. ff. de hered. inſt. in prin.* 4 Com. opin.

Et legitima iſta detrahitur de ſingulis corporibus rerum hæreditariarum, ſaltem arbitrio boni viri, non autem in quantitate pecuniæ, etiam filiis relicta pro legitima: ſecundum Guilhel. de Cun. Bald. & Paul. Caſt. eo. *in d. §. repletionem,* Bart. *in d. l. ſuus quoque. in fi. principii,* Bald. *in l. iubemus. colum. 1. C. ad Trebell.* Bertran. *conſ. 332. punctus quæſtionis talis eſt, num. 1. volum. 8.* Ruin. *conſi. 56. quamuis teſtator in eo inſtitutione, ſub num. 4. volum. 2.* Gouarruuias *in cap. Raynaldus. §. 2. num. 5. de teſtam.* vbi poſt alios copioſe relatos per eum, dicit iſtam eſſe communem opinionem; & ita perhibet ſe vidiſſe ſeruari de facto Thom. Grammatic. *in conſtit. in aliquibus. ſub num. 18. lib. 3. rubr. 23.* 5 Com. opin.

Similiter nec poſſet filius ſuper legitima hac paciſci, ſicut nec ſuper hæreditate patris, vt not. *in l. fin. C. de pact.* 6

Ad quod facit etiam: quia legitima eſt quota bonorum, nec dicuntur bona, niſi ære alieno deducto. *l. ſubſignatum. § bona. ff. de verborum ſignif.* 7

Et hinc eſt, vt è diuerticulo in viam reuertamur, quod ſi condemnatus eſſet ex delicto filius, pater, de iure communi, ad pœnam, ratione legitimæ, minime teneretur. *authent. ſi qua mulier,* & ibi Bart. *in fin. C. de ſa. roſanct. eccl.* tradit Abb. quoque *in c. 2. colum. 3. de delictis puerorum*; hocque tenet etiam Specu. *in tit. de execut. ſententi. num. 2.* Bald. *conſ. 157. per totum volu. 3.* Docto. omnes *in l. in ſuis ff de lib. & poſthu.* Guil. de Cun. Bart. Alber. & Bal. *in l. ſi qua pœna ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Lancus de Palatiis *in tract. quod ſtantibus maſculis, in prin. ſub nu. 34.* & opinionem iſtorum ſupponit eſſe communem Socin. Iunior *conſ. 51. num. 5. lib. 1.* Petrus Duenas *in regula 356. nu. 2.* Ruinus *conſ. 149. volum. 3.* 8 Com. opin.

Sed mentionata communis opinio ita, & taliter declarata, limitatur, ac interpretatur non procedere in filiis, & filiabus Iudæorum, conuerſis, effectiſque chriſtianis, qui, vel quæ filiæ alimenta, legitimam, dotes, & donationes propter nuptias petere poſſunt; & ad eas dandas parentes Iudæi, vel infideles in eorum vita adſtringi debent. *§. generalem autem prouidentiam, in authen. vt cum de appellatio. cogno. &c. Iudæi. il. 2.* vbi Ioan. de Ana. Fely. *num. 2. & alii de Iudæ.* & Bruunus *in tract. quod ſtant. maſcu. q. 5. art. 6. num. 61. & ſeq.* & hæc omnia latius refert, & comprobat Marquardus de Suſannis *in tra. de Iudæis ſup. citato in 3. parte cap. 4. n. 1. & ſeq.* 9

Imo

10 Imo omnia bona parentum Iudæorum, vel hæreticorum, infideliumque, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato debent peruenire ad ſolos filios, & filias, effectos Chriſtianos, ita vt parentes ipſi contrarium diſponere non poſſint *leg. cognouimus, & authentic. idem eſt. Codic. de heretic. & dict. §. generalem.*

11 Limitatur ſecundo loco, quando pater ingrederetur monaſterium: quia tunc haberetur pro mortuo, & eius filii petere poſſent legitimam, quæ alias ipſis non debebatur in vita patris: ſecundum communem opinionem omnium Canoniſtarum, *in c. in præſentia, de probatio.* quam allegant Modet. ibi, Franeus Peruſinus *in rub. de teſtam.* & Corſetus *ſingu. in verſ. legitima.* & cumulatiſſimè Duennas *in d. reg. 356. num. 6.* Licet Dec. *in d. c. in præſentia, num. 262.* atteſtetur de alia communi opinione contraria Legiſtarum, videlicet quod in vita patris religionem profitentis filio legitima non debeatur: quam ſententiam firmauerunt Gloſſ. Bar. & cæteri, *in authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* dicuntque magis communem Salycet. & Iaſon. ibi Felyn. *num. 65.* & Decius *num. 67. in d. d. capit. in præſentia.* Sed ſedata diſputatione, inhæreo primæ opinioni Canoniſtarum: quam amplectitur quoque, atque communem obſeruandamque in vtroque foro Couaruuias *in epitom. in quarte ſecundo. numero ſeptimo, de teſtamen. fol. paruo 157.* & Vaſquius *in tractat. de ſucceſſion. progreſ. titul. qui teſtari non poſſ. lib. 1. §. 1. numer. 87.*

Cōis opin.

Alia opin.

12 Limitatur etiam poſtremò, ſi ſtatutum diſponeret, quod pater in vita deberet filio legitimam aſſignare, vel quod pater ſoluere teneretur legitimam pro delicto filii: vt voluit Gloſſ. *in rubric. Codic. de decretis decurio. libr. 10.* Ioan. de Anania, & Ancharan. *in capit. 2. per text. ibi, de delictis puero.* quod quidem ſtatutum valet, & tenet, vt ſcripſimus latè inſra *in Opinion. 771. Statutum diſponens quod Pater teneatur ſoluere* Sed aduerte vtiliter, & perpetuò, quod ſtatutum hoc nullatenus trahatur ad matrem: ſecundum Baldum *in leg. quicunque colum. 3. Cod. de ſer. fug.*

13 Et hinc Conſtitutio Marchiæ Anchonitanæ iubet, quod pater, etiam viuens, teneatur ex delicto filii, vſque ad legitimam, & ſic legitima fingitur eſſe in bonis filii delinquentis, ita vt veniat in publicatione bonorum, in quibus ſuccedit fiſcus, tanquam hæres, vt ſcribit Hieron. Gabriel *conſ. 179. num. 10. vol. 2.* & huic conſtitutioni conformę erat ſtatutum in Ciuitate Peruſina.

14 De cuius quidem ſtatuti viribus, & validitate dubitandum non eſt, cum illud validiſſimum ſit, ſecundum communem opinionem, quam obſeruat practica, Iaſone teſte, *in authent. nouiſſima, nu. 8. C. de inoffic. teſtam.* & ſequitur Marſil. *ſing. 362.* Clarus *in pract. crim. quæſtion. in 6. verſicul. valebit igitur*, Duen. *in regul. 356. 2. ampliat.* Couaruuias *variarum reſolutionum libr. 2. capit. 8. poſt numer. 7.* Ioſeph. de Ludouicis *deciſion. Peruſin. 11. numer. 26. libro primo.* vbi etiam loquitur in ſtatuto Peruſino, cuius materia ample explicata, examinataque inuenitur infra *in opin 771.*

Cōis opin.

15 Stante igitur huiuſmodi conſtitutione Marchiæ, quæ in viridi reperitur obſeruantia in toto ſtatu eccleſiaſtico, & in practica apud omnes iudices dictionis eccleſiaſticæ ſimiliter obſeruatur, ſtanteque ſtatuto Peruſino, eidem conſtitutioni conſimili, dubitatur, ſi pater eius vigore fuiſſet condemnatus ad ſolutionem legitimæ, publicatæ ob delictum filii delinquentis, an debeat hoc caſu prius ex ipſa legitima ſatisfieri filiis occiſi, vel mutilati aliquo membro, habita conſideratione ad omne id, quod potuiſſet lucrari toto tempore, quo eidem ad vitam ſupereſſe veriſimiliter potuiſſet: & ſic, an vulnerati, vel filii occiſi præferantur fiſco in ipſa legitima, vel in alia confiſcatione bonorum, vel è contra fiſcus præferendus ſit? pro cuius dubii reſolutione præſupponenda venit illa vera, & communis concluſio, paſſim à ſcribentibus recepta, quod occidens, vel vulnerans aliquem, tenetur ad expenſas, erogatas in medicinas, medicos, & in curationem, *c. 1. de iniur.* vbi Abb. *& l. ex hac. ff. ſi quadrupes paup. feciſſ. dicatur*, Crauett. *conſil. 119. numer. 5.* Rolandus à Valle *conſil. 39. numer. 8. & ſequent. volum. 2.* Gloſ. *in capit. 2. §. ſciturs, de offic. ordin. libr. 6.* vbi concedit, quod debeat haberi conſideratio in æſtimatione iſta, non ſolum damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, & Iacob. de Graffiis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, capit. 1. numer. 7. libr. 2.* & Alexand. de Neuo. *conſil. 85. numer. decimo. inter conſil. criminalia diuerſorum, volum. 1.*

Cōis opin.

Vbi dicit, quod confeſſores non debeant abſoluere homicidas, niſi ſatiſfaciant filiis occiſi, ex cuius operibus viuebant, ac etiã patri tenebitur occiſor ſatiſfacere de damno, quod ſentit ex morte filii, concludendo poſt Florian. *in l. fin. ff. de his qui deiecer. vel effuder.* quod operæ iſtæ computari debeant vſque ad centum annos, iuxta præſumptam vitam hominis. 16

Sed tenerã tam Florianus, quam Alexander de Neuo errauere, ex quo eſt facienda æſtimatio vitæ ipſius occiſi, ſecundum formam *l. hereditatum, ff. ad l. falcid.* ita Rebuffus *in l. 1. num. 22. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.* & eo in loco etiam Berengarius, *n. 229.* vbi annectit quoque quod communiter in eo ſequatur formam *d. l. hereditatum*, & ita firmat Plotus *in repet. ad l. ſi quando, nu. 695. in fin. C. vnde vi*, & Rolan. à Valle *in allegato conſ. 39. nu. 14.* & iſta eſt communis opinio contra Florianum, & Alex. de Neuo, quos teſtatur etiam malè loqui Ioſeph. de Ludouicis *in deciſ. Rotæ Lucenſis 62. nu. 29.*

Cōis opin.

Imo huiuſmodi damna, expenſæ & intereſſe debentur, non tantum quando delictum eſt commiſſum dolo, ſed etiam culpa, ſeu lata, prout ita ex magis communi & vera ſententia aſſerit Ioſeph. de Ludouic. *in concluſione vnica, ad leg. Aquiliam. in libro communium concluſion.* vbi poſt Roland. *in allegato conſil. 39. numer. 21.* demonſtrat etiam, quod pro iſtis damnis, expenſis, & intereſſe poſſit iurari in litem. 17

Cōis opin.

Et eodem in loco idem Ioſeph. & *in allegata deciſ. 62.* planum facit quod ad petendum tale intereſſe admittantur illæ tantum perſonæ, quas interfectus, vel manibus alere tenebatur, ſecus verò in aliis coniunctis, *per conſ. Crauet. 119. numer. 6.* & ita verè deciſum fuit in Rota Romana *in vna Tudertina homicidii die 30. octobris 1549.* coram Puteo, vt ipſe teſtatur *deciſ. 280. libro. 3.* vbi commemorat fuiſſe determinatum per Dominos, hæredes Doctoris occiſi poſſe pro damnis, & intereſſe contra interfectores ipſius agere ad tempus, quo veriſimiliter interfectus viuere potuiſſet, ſi agerent tanquam ii, quib. ab interfecto alimenta præſtabantur, ſecus verò ſi agerent tanquam hæredes. & ita quoque fuit iudicatum tempore Pauli 4. in facti contingentia, Ciuitatem Reatinam, dum fuerat proiectus ex feneſtris palatii ipſius Ciuitatis, Dominus

Mutius

Mutius de Tarano Sabinenſis, qui erat commiſſarius apoſtolicus, ſuper turbulentiis, diſcrepantiiſque vertentibus inter ipſam Ciuitatem, & Terram Cantalicii, fuit enim tunc per R. P. D. Epiſcopum Cupellatum, mediante voto Sebaſtiani Rutiglioni, ſui Auditoris, Ciuitas ipſa Reatina condemnata in viginti ſcutorum millibus, ſarciendis, reficiendiſq; filiis prædicti D. Mutii pro intereſſe paſſo, habito reſpectu ad operas, labores, & induſtrias illius, qui erat iuriſconſultus, & in negotiis criminalibus conſummatiſſimus. Et ſententia hæc Epiſcopi Cupellani fuit illis temporibus, tanquam iuſtiſſima executa, de mandato illius ſanctiſſimi Pontificis, vt liquet ex deciſione Rolandi à Valle, poſt Marſilium, quem refert, *conſ. 39. num. 31. vol. 2.* vbi aſſentitur, quod homicida de iure communi, nedum puniendus ſit pœna mortis, ſed etiam à peritis debeat fieri æſtimatio quotannis, naturaliter interfectus viuere, & quantum operibus, induſtria, & labore ſuo lucrari potuiſſet quolibet anno, & quod in tantum condemnari debeat, & iſtam ſententiam ſequitur quoque Carrer. *in pract. cauſarum criminalium. §. circa. num. 37.* & Cravet. *conſ. 116 num. 6.*

Vnde ex his videtur primo aſpectu concludendum, quod fiſcus ipſi vulnerato, reddito mancho, debilitatoue, vel filiis interfecti, agentibus pro damnis, expenſis, & intereſſe in bonis delinquentis publicatis, vel publicandis præferendus ſit, & opinio
19 iſta videtur complaribus fulciri rationibus: quarum
Cõis prima eſt, cõmunis illa diſtinctio ſcribentium, quod
opin. tacita hypotheca competat Fiſco, & præiudicet creditoribus delinquentis ex eadem cauſa, & delicto, ſcilicet quando creditores agunt contra delinquentes ex eodem delicto, vt ad emendam damni: ſecus vero, ſi agant creditores aduerſus bona delinquentium: quia tum, licet fiſcus tantum poſt condemnationem habeat hypothecam in bonis delinquentis, vt eſt communis opinio, atteſtante Auguſtino ad Ang. *de Maleficiis. in ver. dictum Sempronium, num. 15.* & Iulio Claro *quæſt. 78. in fine, in pract. cauſarum criminalium.* tamen tunc, etiam quatenus eſt reſpectu aliorum creditorum, in eorum præiudicium hypotheca non operatur ad fauorem fiſci, *l. placuit. ff. de iure fiſci.* Si autem fiſcus, & alii creditores forent creditores eiuſdem tituli, puta ex delicto, tunc fiſcus vere præferretur, prout ita diſtinguit Goliel. de Cuneo *in l. reſcriptum. ff. de pact.* & hanc diſtinctionem commendat Bal. etiam eo in loco, & Neguſant. *in tract. de pignorib. 4. membro, 2. partis, num. 11. verſ. Si autem ſumus poſt condemnationem.*

20 Vbi tenet, quod fiſcus in pœnis omnibus pecuniariis, prouenientibus ex delictis præferatur alius quibuſuis creditoribus, agentibus contra bona delinquentium ex eadem cauſa, & titulo delicti: quia cæteris paribus, inquit, quod fiſcus ſit præferendus, & quod hæc procedant tam in pœnis, quæ imponuntur ex diſpoſitione iuris communis, quam ex diſpoſitione ſtatutorum, & quod ita voluere Cuneus, & Baldus *in d. l. reſcriptum*, aſſerendo hæc bene, tenaciterque mente tenenda eſſe.

21 Secundo corroboratur quoque hæc pars ex com-
Cõis muni opinione ſcribentium, quod vbicunque con-
opin. currit fiſcus, & priuatus, & non conſtat de prioritate iurium, ſed remanet caſus dubius quiſnam debeat præferri: tunc profecto fiſcus eſt præferendus priuato, etiamſi priuatus cauſam onerosam prætendat; prout ita decidit Soc. *in l. 1. col. 1. ff. ſolut. matrim.* diſputando de intellectu *l. non puto. ff. de iure fiſci*, & ſequitur quoque Alex. opinionem iſtam eo in loco, & Baldus Nouellus *in tract. de dote, in 9. parte, in 1. priuileg.* vbi de hoc negocio non nihil diſſerit, recenſetque Scribentium rationes ſibi mutuo repugnantes, & ita demum decidit, quod quando contenditur inter fiſcum, & priuatum, quod in dubio, dum non conſtat de prioritate, præferendus veniat fiſcus priuato, ſiue ſimus in cauſa lucratiua, ſiue in cauſa onerosa. Et ad *d. l. non puto.* reſpondet Bald. Nouell. quod ille textus procedat, quando vrget aliqua dubietas ſuper aliquo articulo iuris, tunc enim fiſcus concedit contra ſe fieri interpretationem, potiſſimum in pœnalibus, & ſecundum eum iſte eſt intellectus Glo. ibidem, in vltima opinione, quamuis ipſa priuatus, agens ad intereſſe, ob delictum in eius perſonam commiſſum, & ſic ex cauſa onerosa, tamen ex quo non conſtat de prioritate iurium, quiſnam ſit præferendus, an ipſe, vel fiſcus in pœna, & ſic in legitima, venit vtique eidem priuato fiſcus ipſe præferendus, ſecundum ſententiam Socini, Alexandri, & Baldi Nouelli in locis mentionatis.

Tertio, hæc eadem ſententia ſuſtentatur quoque ex deciſione Couarruuias *lib. 1. cap. 16. variarum reſo-*
lutionum, num. 8. verſ. igitur ex vero ſenſu, vbi ait, quod 22
licet, vbicunque agitur de pœnis pecuniariis, delinquentibus imponendis, fuerit definitum Pariſiis quodam arreſto, quod ſi contigerit damnatum non eſſe ſoluendo, nec ex eius bonis poſſe ſatisfieri fiſco, & priuato creditori, agenti contra bona delinquentis pro ſuo intereſſe, tunc non ſit præferendus fiſcus, ſed is, & priuatus concurrent, ac æquales portiones ex bonis damnati habebunt, ſecundum bonorum quantitatem: tamen reſoluit contrariam ſententiam fuiſſe pronunciatam ad fauorem Regis, qua fuit declaratum, Regem ipſum, eiusque fiſcum præferendum eſſe.

Imo explicat Couarruuias etiam eo in loco, 23
quod pro iudicio Theſaurariorum in fauorem fiſci Cõis
ſit communis opinio Guilielmi Cunei, Iacobi Bu- opin.
trigarii, & Alexandri *in citata l. reſcriptum, in principio*, Et Neguſantis *in tract. de pignorib. in 4. membro, 2. partis, num. 115.* vbi conſtanter decidit, quod fiſcus, etiam in pœnis pecuniariis præferatur delinquentis creditoribus ex delicto, licet reuera non præferatur creditoribus ex contractu; & iſta eſt veritas, vt poſt Couarruuiam extat deciſio in terminis Iulii Clari, *quæſt. 78. poſt num. 30. verſ. vidi quandoque dubitari, in pract. cauſarum criminalium*, vbi is etiam teſtatur, quod in Francia ſeruetur, quod cum ex eodem delicto, & ex eadem ſententia pars prætendit intereſſe, & fiſcus pœnam, quod præferatur pars pro intereſſe, & emenda damni, & allegat ibi Papon. *l. 24. tit. 11 6. ibi. arreſto. 1.* dicentẽ ita fuiſſe iudicatum in parlamẽto Pariſienſi.

Poſtremo extat etiam textus *in l. 1. C. de pœnis fiſcal.* 24
credit. præfer. lib. 10 & in l. quod placuit, ff. de iure fiſci: vtrobique enim diſponitur, quod pœnarum creditoribus, pro emenda damni, aliòue intereſſe ex delicto prouenienti agentibus, potior ſit fiſcus, ac omnino præferatur, ex quibus iuribus, inquit Couarr. *in allegato cap. 16. poſt num. 8. in fin.* quod iuſtior fuerit ſententia pro fiſco lata, quam ea, quæ extitit Pariſiis arreſto contra regium fiſcum promulgata, qua fuerat definitum, priuato agente aduerſus bona delinquentis pro expenſis, & intereſſe, caſu quo bona ipſa non ſufficerent fiſco pro pœna, & priuato pro intereſſe, quod concurrerent æqualiter, vt ex delinquentis condemnati bonis æquales partes haberent: iuſtior igitur ſententia reputata fuit à Couarru. vt in totum in pœnis fiſcus præferatur creditoribus ex eadem cauſa delicti contra bona delinquentis agentibus.

Verum

[illegible] tenea[illegible] præſen[illegible] legi[illegible] x, q[illegible] co[illegible] ſebeant [illegible] ationes & [illegible] e uxor [illegible] ac [illegible] omnibus [illegible] eſt vero [illegible] habeatur [illegible] *tex in l. C. de [illegible] in l. interr.* [illegible] *ex certis præ* [illegible] *na-rio,* [illegible] *mat*

26 Im[illegible] quo[illegible] Bal[illegible] *con* [illegible] 13. [illegible] 31 *num.* 14. [illegible] *quo po ha* [illegible] C [illegible] *antine* [illegible] *in tit.* [illegible] bona [illegible] legatorum [illegible] hæredes & hab[illegible] co [illegible] *l. no* [illegible] *de iure* [illegible] s. & po[illegible] ue [illegible] ot eadem Iul. Clar. illa [illegible]

27 Et [illegible] tenea[illegible] perſoluere o-m[illegible] vt poſt Albe[illegible] *in l.* [illegible] *publi* [illegible] hanc eſſe com[illegible] opi-[illegible] fatetur [illegible] loco mentionato, & hoc [illegible] ſupra *in opinione* 31. *num.* 1. [illegible] in boni[illegible] priuati per viam pu-[illegible] bono[illegible], ſiue [illegible] modo [illegible] ea [illegible] tur priuatus [illegible] textum *in* [illegible] *de ſeruit. ruſti prædiorum & in* [illegible] *mar* [illegible] *quidam,* [illegible] *ff.* [illegible] & [illegible] onis, quæ tenebatur ſubi[illegible]

28 S[illegible] bona vacantia eo caſu no te-[illegible] & [illegible] fideicōmiſſa, vt [illegible] & [illegible] ſe cōn[illegible] receptā [illegible] ato, [illegible] erronea, cæcaq, [illegible] rem [illegible] non [illegible] cure [illegible] *mentionata opinione* [illegible] 332. vbi de [illegible] bo[illegible] fi co [illegible] debeat [illegible] *recuſare* § *fi* [illegible] *ad* [illegible] *Titius* [illegible] & [illegible] Do[illegible] & Ale[illegible] de [illegible] tur [illegible] tiſſi agoſ [illegible] op[illegible] & [illegible] publica [illegible] propter ea, quæ ob læſæ maieſtatis cri-men indicitur, vel ob aliud tamen huic ſimile, cu-

[illegible] Bal. [illegible] C. R[illegible] Rip. & al[illegible] tia pſue-[illegible] teſtamenta, qu[illegible] vel [illegible] uxor indi-[illegible] per nos [illegible] *in* 331 [illegible] habitu[illegible] *moratæ* q. [illegible] *ad Tr* [illegible] præſtita o[illegible]

E[illegible] ter- 29
mi[illegible] ſta-[illegible] ac [illegible] *d.* 2. [illegible] hæ-[illegible] ad [illegible] ta [illegible]

V[illegible] 30
[illegible] na-[illegible] eſſ ad æſtima-[illegible] na-turaliter [illegible] efficit & neg[illegible] tui [illegible] toto tēpore vitæ [illegible] tum ſiui codē [illegible] damna, & in-tereſſe [illegible] die videatu[illegible] eſſe, condē na-[illegible] occiſores ho[illegible] etern. iſta cō-[illegible] intereſſ[illegible] Marſili[illegible] Rolan[illegible] *con* [illegible] *vol.* 2. vbi [illegible] M[illegible] nen[illegible] Crau[illegible] nos[illegible] cur[illegible] oc- [illegible] Pu[illegible]

P[illegible] iam
D[illegible] L[illegible] Ludoui- 31
cus, *deci final* [illegible] 2. [illegible] q[illegible] con[illegible] pp[illegible] cu, & [illegible] ſte ad[illegible] tu[illegible] tereſſe p[illegible] te M[illegible] nach[illegible], vel[illegible] ter-[illegible] am[illegible] nc ōſſ[illegible] one legi[illegible] x, q[illegible] in aliis cō-[illegible] d[illegible] bent præ[illegible] edere [illegible] & [illegible] lutiones can[illegible] merales, & fiſcales [illegible] eſt veri[illegible] & [illegible] tenendū eſt in iudic[illegible] & [illegible] lendo; quoniam [illegible] dixtimus in[illegible] non, [illegible] ſucce lens [illegible] bonis priu[illegible] am [illegible] b[illegible] at[illegible] s b[illegible] rum, ſiue per ali[illegible] ſucceſſion[illegible] te[illegible] eadem obligat[illegible] one, qua tenebatur [illegible] quit, vt [illegible] dit per textum *in l.* [illegible] *tuti* [illegible] *ff. de ſeruit. ruſticorum prædiorum, in* [illegible] *qu* [illegible] *ff. de vſufru. & in l. ſi marito.* [illegible] *marit.* iſta e[illegible] communis concluſio, vt oſtendimus ſupra *in opinione* 332.

Nec

Nec obſtat [illegible] ū obiectum, ad [illegible] quo dicebatur, q̄ fiſcus præfertur [illegible] linquentis, quotieſcunque creditores ex [illegible] & cauſa delicti agunt, ſecus autem quando [illegible] res agunt ex alia cauſa, præter cau [illegible] delicti, vt puta ex contractu, per diſtinctionem Gui. Cunei relatam à Baldo *in l. reſcriptum, in princ. ff. de pa.* quā [illegible] communem eſſe, poſt Couarru. *cap.* [illegible] *num.* [illegible] *variarum reſolutionum*, teſtatus eſt Iul. Cl[illegible] *quæſt.* [illegible] *in ſupra. l. cauſarum criminalium*, nam reſp[illegible]

32 [illegible] diſtinctionem hanc Cunei, & Baldi non p[illegible] vbicunque ex delicto ſequitur bonorum conf[illegible] tio & ſic quando [illegible] cus ſuccedit in bonis delin[illegible] tis per viam confiſcationis, tunc [illegible] habet fiſcus hypothecam in bonis prædictis de[illegible] nec ante, nec poſt condemnationem; an[illegible] nationē [illegible] liberius in dictis bonis, vt eſt [illegible] *in l. etiam, quod delatorem. ff. de iure fiſc.* & [illegible] omnibus ſententia D[illegible] ck. atteſtāt Ant. de B[illegible] *cons. 31. n.* [illegible] & Pro *in repet. l. poſt contract. n. 4.* [illegible] *ff. de don.* poſt condemnationē & publicationē [illegible] ctus Dominus bonorū c[illegible] totū, per text. *in l.* [illegible] *ff. de pub.* & præterea res eius pariter [illegible] potest eſſe obligata, *l. neq; pignus, ff. de reg. iur.* & ideo non mi[illegible], ſi ſtātē ſucceſſione [illegible] per viam bonorum confiſcationis, vel aliā ſucceſſiuē [illegible] præt[illegible], virtute alicuius hypothecæ, creditoribus d[illegible] liquentis, quibus ipſe fiſcus tenetur ſatiſfacere, prout tenebatur delinquens, cui ſucceſſit, vt eſſe communem, diuulgauimus *in dict. opinione 332.*

33 Idcirco † ſententiā Cunei, & Baldi, quam cōem taſſi ſunt Conar & Iul. Clarus, cōpertū eſt procedere cū ex delicto non ſequitur confiſcatio bonorū ſed aliqua pœna pecuniaria imponitur, tūc n. licet fiſcus ante condēnationem nullam habeat hypothecam, quia nōdū dicitur creditor, text. eſt *in l. ſi qua pœna, & in l. aliud* § *inter multa ff. de ver. ſig.* tamē quandiu ſumus poſt condemnationē, hoc caſu etiam, quatenus eſt reſpectu aliorum [illegible], in eorum præiudicium fiſcus pariter nul[illegible] ſortitur hypothecam, vt eſt text. *in* [illegible] *ff. de iure* [illegible] niſi eſſent creditores ex eadē cauſa, & ſic ex eodē delicto, quia tunc cæteris paribus fiſcus debet proculdubio præferri, & ſic in pœnis tantum pecuniariis [illegible] ipſe præfertur creditoribus delinquentis ex eodē [illegible] cto agentibus: ſecus ver[illegible] in confiſcationibus, & aliis omnibus ſucceſſionib. fiſcalib. q[illegible] indiſtinctè quidē creditores præferun[illegible], & ita loquitur diſtinctio, & ſententia cōis Cunei, & Bald. *in allegata leg. reſcriptum*, & [illegible] ticata à Couar. *rec. 16. n. 8. lib. 1. variarū reſolut.* & Iulio [illegible] *in pract. cauſar. criminal.* prout eandem diſtinctionē reten[illegible], & ſequitur Neguſan. *in tract. de pignorib. memb. 4. 2 part. pœſh.* 11 *verſ. ſed quando ex delict.* & ha[illegible] reuera concordat, & conciliat opini[illegible] varias [illegible] entium in præſenti materia hypothecæ, & ideo amplectenda venit ſm̄ deciſ. Peruſinam 7[illegible] *lib. 2.* relatam per Ioſephum de Ludouicis, & deciſ. Pedemontanam 162. *n. 8. & deciſ. 21. n. 16.* relatas per Catherianum.

34 Ad ſecundum vero obiectum ſimiliter reſpondetur, quod ceſſet in terminis noſtris, in quibus non contingit dubitari an conſtet de prioritate iurium quia [illegible] uera conſtat, fiſc[illegible] nullam [illegible] competere prioritatem, cum non agatur de contractu cū creditorib. ex quo fiſcus ipſe eſt hæres, & ſucceſſor delinquentis, quando eius bona confiſcationi, & publicationi ſunt obnoxia, quo caſu idem fiſcus ita ſuccedens, tenetur eadem obligatione, qua tenebatur priuatus

de[illegible] omnib. [illegible] bus ipſius [illegible] § [illegible] *ff.* [illegible] *ſeruit. ruſt. præd.* & diuulga[illegible] *ta opin.* [illegible] 1. & nihil mirū qu[illegible] ted[illegible] tibus hæreditatis [illegible] delinque[illegible] legitima per [illegible] s. [illegible] c etiam vulnerat[illegible] reddu[illegible], mancho[illegible] us filius occiſi a[illegible] bus pro [illegible] & expenſis contra [illegible] d[illegible] mna, & inter[illegible] iſc d[illegible] o[illegible] ne legitimæ, ſe[illegible] in omnib. [illegible] ſucceſſore, & ſic d[illegible] bens præ[illegible] omi[illegible] rationes, [illegible] onſtat [illegible] ſi[illegible] ete[illegible] enti *in prænotata* [illegible] Ioſ[illegible] L. d[illegible] 2. *num.* [illegible] & Iul. Clarus *in pract. crimin.* [illegible] § [illegible]

Poſtremo [illegible] etur quoq; quod etiam admiſſa ſcientia, quod in terminis præſentis caſus, non [illegible] det de p[illegible] inter fiſcum & priuatum re[illegible] nchum, vel h[illegible] ctū agentes a[illegible] emo[illegible] dam[illegible], & intereſſe.

Quod † et quæ a veritate longe alienum eſt, attamen magis vera, & communis opinio e[illegible], quod cum [illegible] lucratiua, prout eſt, cum fiſc[illegible] ex delicto, pr[illegible] debeat i[illegible] dubio priuatus agens ex cauſa ne[illegible], fiſco agente ex cauſa lucratiua [illegible] vero quando [illegible] tus prætendit cauſam iu[illegible] vel agit [illegible] quo[illegible] tractu, tunc fiſcus eſſet p[illegible] rendus, & hæc eſt magis vera, magisque [illegible] opinio, quæ fuit Iaſo[illegible] *in l.* [illegible] *col. 11 ff.* [illegible] pla[illegible] facti, ean[illegible] ſſe veritatem [illegible] & ſic So[illegible] & Bal. Nouell. ex aduerſo [illegible] rationibus [illegible] tenent contra veriorem, frequent[illegible] temque ſententiam, [illegible] contra eos, [illegible] ſine [illegible] eamque affirmās, de[illegible] Neguſ[illegible] *in tr.* [illegible] *pignor.* [illegible] *membro, ſecundo artic. n.* [illegible] *verſ.* [illegible] vbi connectit etiam, qui d iſtā partem [illegible] Iacob. Beluiſius, Raph. de R[illegible] dis Com[illegible] Et quod [illegible] ſententia ideo p[illegible] tene[illegible] qu[illegible] et eām redu[illegible] tur op[illegible] lu[illegible] m, at[illegible] expedi[illegible] am [illegible] & con[illegible] dam, [illegible] quod opinio Dyn[illegible], & aliorum Scribe[illegible] um [illegible] *in d. l. non* [illegible] *fiſc.* cenſuere, quo[illegible] io primus p[illegible] ſ[illegible] o debeat intelligi [illegible] cauſa lucratiua, & [illegible] trar[illegible] aliorum, affirmantium fiſcum eſſe [illegible] dum priuato intelligenda ſit in cau[illegible] Neguſantius ipſe iudicio ſuo, tenend[illegible] ſolui.

Nec diſtor[illegible] ntalia obiecta, quia ad deci[illegible] C[illegible] *r.* 16. *n.* 8. *variar. reſolutionum*, [illegible] fu[illegible] tar[illegible] o[illegible] clar[illegible] ua ex[illegible] u[illegible] s ſupra a[illegible] tionem p[illegible] oſt[illegible] d m[illegible] at Cunei & Baldi deciſion[illegible] qua inutilis C[illegible] ar[illegible] nas loqui in [illegible] œnis fi[illegible] pecuniariis, & n[illegible] nas p[illegible] ocede[illegible] on[illegible] nibus bonorum [illegible] ns lu ce[illegible] us [illegible] quem hæres, qui [illegible] oblig[illegible], qua tenebatur priuatus [illegible] ſuccedi, & tal[illegible] ur [illegible] gulan *in* [illegible] *mentionato, p.* [illegible] *nu.* [illegible] cen[illegible] ndo opinionem Cunei & Baldi, d[illegible] cum ſuc[illegible] dentem in bonis delinquentis p[illegible] licat[illegible] nis bonorum, & confiſcationis, nu[illegible] o præfer[illegible] ed[illegible] tibus, delinquentis, ne[illegible] nte, [illegible] c poſt ſente[illegible] ſecus vero in pœnis pe[illegible] niariis, quia tunc præ[illegible] creditorib. ex eadem [illegible] a d[illegible], & ita vere loquitur Iul. C[illegible] *in p*[illegible] *a quæſtion.* 8 *nu.* [illegible] & p[illegible] editē etiā iudici[illegible] Pa[illegible] ad[illegible] re[illegible] au[illegible] Reg. Gal. platū, quo fuit declaratū fiſcū reg. pr[illegible]

pr[illegible]

præferri, vt refert Couarru. *in prænotato cap. 16. ſub nu. 8. in fine.* Vnde ex his redditur abſque vllo ſcrupulo ſacroſanctiſſima concluſio hæc, quod in confiſcatione legitimæ, & in aliis quacunq; confiſcatione, vulneratus redditus manchus, vel filii occiſi, agentes ad damna, expenſas, & intereſſe præferantur fiſco, & quod eadem damna debeant præcedere omnes, & quaſcunque incammerationes, & ſolutiones fiſcales.

OPINIO CCCCLVI.

SVMMARIVM.

1 *Filius, vel filia cui pater in vita aſſignauit legitimam, an poſſit poſt mortem petere ſupplementum, ſi bona patris ſint aucta.*

1 LEGITIMA ſufficiens † cum inter viuos relicta, ſeu aſſignata reperiatur, filii, vel filiæ, inſpe[illegible] patris facultatibus, non poſſunt agere ad ſupplementum propter lucrum, ſeu facultates poſtea auctas: quia tempus legitimæ ſolutæ, non autem mortis inſpiciendum eſt; & ſic exploratum habes, quod poſtquam filius a patre legitimam congruam in vita ſuius accepit, ſi pater demum effectus fuerit locupletior, vel pauperior, hoc non conſideratur: ſecundum Iacob. Butr. *in l. pactum quod dotali. C. de collat. in vlt. quæſt.* quem ſequitur ibi Bald. *in 6 oppoſ. & in l. in ſucceſſione. C. de reuoc. iis, quæ in fraud. cred. in l. fin. C. de [illegible] res iudic. colum. 3. in l. quamuis circa fin. Cod. de fideicom. in l. cum oportet. §. 1. Cod communia. de leg.* Aug. Imol Roman. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* idem Angel. *in l. ſi proponas.* Paul. Caſtren. *in d. authent. res quæ. colum 2.* Moder. *in c. quamuis de pact.* Alexand. *conſil. 180. colum. 1. lib 5.* Iaſ. *in l. ſi quando. §. 1. C. de inoffic. teſtam.* & in hac opinione tanquam [illegible] videtur tendere Bertran. *conſ. 313. punctus quæſtionis talis eſt vol. 8.* Gramm. *deciſ. 57 num. 34. & ſeqq.* Boer *deciſ. 6 t. num. 14.* & Ruinus *conſ 56. num. 7. vol. 3.* Quam quidem opinionem audacter aſſerunt eſſe co[m]monem Geor Natta *in d. c. quamuis col. 2.* & Boe. *in d. deciſ. 62.* poſt alios ibi per eum relatos.

Com. opin.

In contrariam vero ſententiam inclinauit Bald. ſibi ipſi contrarius, *in c. ap cum M. Ferrarienſis colum. 4. de conſtitut.* Lucas de Penna *in l. 2. circa fin. C. de præd. & omnibus rebus nauicu. lib. 10.* Iaſ. etiam ibi parum, aut nihil conſtans, *in d. authent. nouiſſima, & in l. quod Seruius num. 12 ff. de cond. cauſa data, cauſa non ſecu.* in quibus locis aſt primam opinionem negatiuam com[mun]iter reprobari, per text. *in d. l. ſi quando. §. 1.* niſi [q]uand[o] interuenerit iuramentum: tunc enim nihil petere [...]ſſet ratione iuramenti: ſecundum commu[n]e[m ſe]ntentiam *per d. c. quamuis*: quam communem vltra Iaſ. *in d. l. Seruius. num. 12.* Barbat. *in alleg. c. cum M. num 160.* & Ripa *ibi num. 38.* expreſſe allegant, teſtant & atteſtantur; & opinionem iſtorum affirmatiuam ſequ[un]tur etiam Caſtreo. & Alexand. *in l. in ratione la 2. ad l. Falcid.* Ruin. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum col. [...] ff. de liber. & poſthum.* Soc. *conſ. 100. colum. 4.* vbi refert ita in Ciuitate Florentiæ fuiſſe iudicatum & pronun[c]iatum, & Bal. Nouell. *in tract. de dote in 6. part. in 17. ſpeciali poſt med.* vbi recitat, ſe ita conſuluiſſe in patria mea, & ita iudicatum in anno 1567. in quadam cauſa, vertente in oppido Pretorii, olim comitatus Aquilæ, auditis ſuper hac quæſtione clariſſimis iureconſultis Hiſpanis, & Aquilanis; & ita iudicauit etiam Sacrum Regium Concilium Neapolitanum in contingentia facti, teſte Grammatico *in conſtitutio. in aliquibus, num. 10. lib. 3.* & pro iſta parte conſuluit etiam Bertran. *conſil. 8. pro faciliori declaratione intentionis, nu. 10 & ſequent. volum. 8.* Et denique ſecundum hanc eandem opinionem, tanquam tutiſſimam, & ſacroſanctiſſimam ſimiliter conſului in anno 1577. ſubſcribens me conſilio acutiſſimi iuriſconſulti D. Pompei Leonardi Reatini, edito per eum in quadam cauſa hucuſque tunc vertente.

Retenta tamen iſta communi opinione ſecunda, quæ videtur magis communis, vt ſupra docuimus, eam limita in duobus caſibus non procedere, quos ponit Ripa *in d. c. cum M. num. 38.* & concordat & citat, & diffuſe declarat Couarruuias *in cap. Raynutius. §. 1. de teſtam. num. 8.* & limitat etiam conſulendo in altero caſu Bertran. *d. conſ 313.*

Ad banc opinionem vide D. Cæſarem Fimmagiol. *in l. in quartam. num. 327. ff. ad l. falcid.*

OPINIO CCCCLVII.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia præmortua dotata, non obſtante matris renunciatione, ex propria perſona ſua, in bonis aui materni legitimam petere poteſt.*

LEGITIMÆ † licet renunciet mater, non propterea ius petendi eam, nepotibus aufertur, & per conſequens non obſtante matris renunciatione, nepos ex filia præmortua dotata, ex propria perſona ſua in bonis aui ſui materni, legitimam petere poteſt; ſecundum Bald. *in l. pactum quod dotali. C. de collatio. & in l. fin. col. 4. C. de pact.* & idem voluit Imol. *in l. qui ſuperſtitis colum 3. ff. de acqui. hæred.* qui hoc pacto limitat, & reſtringit dictum Bar. ibi, quando in vita patris filia moreretur. ſequitur etiam Aret. & Paul. Caſtren. ibidem, & iſtorum ſententiam refert eſſe communem. Ripa *in ſuis ſingul. tribus reſponſis in titul. de legibus, & longa conſuetudine, c. 6. num. 3.* & Grammat. *deciſ. 57. num. 39.* 1

Com. opin.

OPINIO CCCCLVIII.

SVMMARIA.

1 *Ius petendi, vel agendi ad ſupplementum legitimæ, non præſcribitur minori triginta annorum curriculo. Et à quo tempore talis præſcriptio incipiat currere. nu. 2.*

3 *Reſtitutio in integrum conceditur contra præſcriptionem legitimæ, & lapſum triginta annorum ex qualibet iuſta cauſa.*

LEGITIMÆ † ſeu iuri petendi legitimam, vel agendi ad ſupplementum legitimæ non præſcribitur minori triginta annorum curriculo: ſecundum Doctores omnes communiter *in l. ſi quis filium. ff. de inoffic. teſtam.* licet Bart. *conſ. 14.* tenuerit contrariam opinionem, quam omnes Doctores variis in locis magis communiter damnarunt, vt refert, atteſtaturque poſt alios, ibi relatos, per eum, Boer. *deciſ. 250. nu. 1. & ſeqq.* Ioan. Baptiſta Caſtello *in additio ad Franciſc. Cremen. in ſingu. 128. antiqua eſt quæſtio,* Ripa *in l. fin. nu. 235. C. de reuocan. donatio.* Bertran. *conſ. 25. viſo proceſſu dudum cœpto. num. 5. & conſ. 187. viſo caſu num. 1. volum. 6.* Gozad. *conſ. 56. num. 7.* & Gramm. *deciſ. 103. num. 46.* & ſequitur quoque cum aliis ſignatis per eum, & communem eſſe docet Ioan. Bapt. Boni. *in tract. de ſtatut. vrb. pra. titul. cont. omnes credit. Glo. 19. nu. 57.* & Ioach. Mynſ. *in obſeruat. iudicii imperialis Cameræ, cent. 2. obſer. 71. quamuis Bar.* vbi refert iſtam quæſtionem alias occurriſſe in Camera ipſa, ac Dominos mentionatam opinionem affirmaſſe non ſolum veram eſſe in ſupplemento legitimæ, ſed etiam in ipſa legitima, iure naturali debita filio: & declarat Bertran. *conſil. 8. pro faciliori declaratione intentionis, num. 1. cum aliis ſeq. vo. 8.*

Com. opin.

2 vbi etiã firmat, † Quod incipiat currere præſcriptio ipſius legitimæ à pubertate.

Et aduerte, quod concederetur aduerſus ipſam præſcriptionem, & antedictum tempus lapſum triginta annorum, in integram reſtitutio ex qualibet iuſta cauſa: vt conſuluit Bertr. *conſil. 28. cum prouido viro, vol. 8.*

OPINIO CCCCLIX.

SVMMARIA.

1 *Filius rogatus reſtituere in diem, vel ſub conditione an poſſit duas quartas detrahere, & num. 2.*

3 *Filius grauatus detrahit tantum legitimam, cum pater mandat, ſeu iubet totam hæreditatem reſtitui & tunc debet computare Trebellianicam in legitimam.*

4 *Parentes, ac aſcendentes instituti per filios, & grauati reſtituere hæreditatem poſt eorum mortem, an poſſint detrahere duas quartas. Et an fructus in Trebellianicam computare debeant, num. 5.*

6 *Fructus in legitimam iure naturæ debitam computari nequeunt, etiamſi teſtator expreſſe hoc mandaſſet.*

7 *Legitima de ſubſtantia, & de rebus hæreditariis, & non de fructibus debetur.*

8 *Fructus an ſicut in legitimam, ita etiam in Trebellianicam non ſint computandi.*

1 LEGITIMAS duas, † ſeu duas quartas poteſt detrahere filius, grauatus de reſtituendo, id eſt, vltra legitimam poteſt detrahere Trebellianicam; ſecundum communem opinionem Doct. *in c. Raynutius. de teſtament. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & in l. filium, quem habentem C. famil. erciſc.* quam declarant, & citant Crot. *in repet. l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 22. ff. de verbor. oblig.* Dec. *conſil. 203. nu. 3.* Cranet. *conſ. 110. num. 1.* & Curt. Iun. *conſ. 106. num. 1.* & Natta *conſ. 255. præſupponitur in facto quod deceſſit ab humanis, num. 5 vol. 2.* Cōis opin.

2 Et hoc procedit, † quando vtriuſq; quartæ detractio eodem tempore non concurreret. *d. c. Raynutius, & c. Rainaldus, eodem titul.* Doct. omnes communiter *in l. quanquam. C. ad leg. Falcid.* Bald. *conſil. 488. factum ſuper quo. lib. 1.* Bar. *in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſtam.* Fulgoſi. *conſil. 26. ſtante ſtatuto, cum allegatis, & congeſtis per* Alex. *conſil. 43. attenta. in fin. lib. 2. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Falcid.* & Afflict. *deciſ. 367. num. 4.* Cōis opin.

3 Interpretatur † etiam dicta cõmunis, non habere locum, quando teſtator mandaret, ſeu iuberet totam hæreditatem reſtitui: quia hoc caſu filius grauatus detrahit ſolummodo legitimam: ſecundum allegatos Doct. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Bertran. *in l. hac edictali. §. ſi tamen. C. de ſecund. nupt. num. 10.* Sed ipſe Bertr. *loco, de quo ſupra, & conſil. 129. viſo, & ponderato caſu mihi exhibito, ſub num. 32. volum. 8.* dicit, quod filius priuatus hoc caſu debeat computare Trebellianicam in legitimam: & ita declarat dictam limitationem communem. Cōis opin.

4 Et iſta opinio ita, † & taliter reſtricta ampliatur vtiliter procedere in aſcendentibus quoque, & ſic parentes, ac aſcendentes ipſi, inſtituti per filios in eorum teſtamentis, & grauati reſtituere hæreditatem poſt eorum mortem, poſſent tunc etiam detrahere duas quartas, id eſt, legitimam, & Trebellianicam, quemadmodum detrahit filius ipſe grauatus à patre: vt ex multis conſuluit Cranett. *in dict. conſil. 110. nu. 1.* vbi tuetur iſtam opinionem, vocatque veriorem, & communem. Cōis opin.

5 Sed pater † ipſe à filio inſtitutus, & grauatus reſtituere ſub conditione, fructus non lucraretur ex toto, verum in quartam Trebellianicam, tanquam extraneus hæres, imputare deberet: vt voluit, cum aliis glomeratis per eum, Ripa. *num. 91.* & Hier. Lan. *nu. 69. in l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebell.* qui oſtendit iſtam eſſe communem ſententiam. Cōis opin.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod fructus non computentur in Trebellianicam in liberis primi gradus, licet duas quartas detrahant, inclinauit ſubtiliſſime, atque doctiſſime Rota Romana, atteſtante Caſſadoro *in deciſ. 2. de teſtamentis.* Sed accedendo communi præmemoratæ, adduco aliquas rationes.

6 Et primo, † quod fructus in legitimã debitam iure naturæ computari non poſſint, probo hoc ſtabili fundamento; quia etſi teſtator hoc voluiſſet, etiam expreſſe, non potuiſſet, *l. iubemus. C. ad Trebell.*

7 Secundo † præſens communis ſententia comprobatur etiam ex eo, quod legitima de ſubſtantia, & de rebus hæreditariis, non autem de fructibus debeatur. *l. ſcimus §. repletionem. cum ibi nota. per Glo. & Doct. C. de inoffic. teſtamen.* & faciunt quæ habentur *in l. in fideicommiſſariam*, per Glo. & omnes ibi. *ff. ad Trebell.* & tradita, per Bar. & cæteros omnes *in d. l. in quartam*, vbi imputatur ſolummodo in legitimam iure naturæ debitam id, quod eſt in patris patrimonio: & ideo fructus ipſi nullatenus imputantur: ſiquidem ſtatim à die mortis ſunt ipſius filii. ita Bald. Pau. de Caſt. & omnes alii *in d. l. iubemus*, & Glo. & cæteri conſtanter *in d. l. in fideicommiſſariam.*

Et ſic cui debetur legitima, debentur etiam fructus legitimæ à die mortis patris, *l. ſcimus. §. repletionem, C. de inoffic. teſtam* Corn. *conſ. 165. vol. 3* Alex. *conſ. 61. vol. 1.* Maranta *in diſput. 10. num. 24.* & Ripa *in d. l. in fideicommiſſaria, ff. ad Trebell. col. 6.* vbi limitat etiam iſtam concluſionem ſeptem modis, prout eam quoque interpretatur aperte ſatis Alex. in hoc etiam caſu, eo in loco, proferens, *col. 8.* magnum quippe verbum, illum videlicet tactum non eſſe per alium, & Roderic. Suaretz *in repet. l. quoniam in prioribus, in 18. ampliatio. nu. 6.* quod licet fructus non computentur in legitimam, filius debitam iure naturæ, tamen computantur parentibus fructus ipſi in legitimam filiorum eis debitam.

8 Et † quẽadmodum fructus percepti in legitimam computari nequeunt, ita pariformiter nec in Trebellianicam, vt docuimus ex communi opinione: quam nunquam æquiorem, ait in practica obſeruari apoſtilla ad Alex. *in conſil. 165. ſub litera E. vol. 5.* Vnde filius grauatus in vita, vel poſt mortem ſuam reſtituere, & ſic in caſu, quo duæ quartæ detrahendæ forent, fructus non tenebitur vllo modo imputare, niſi poſtquam ipſe, ſeu hæredes eius fuiſſent in mora conſtituti in iudicio: Nam à die litis conteſtatæ filius ipſe grauatus, ſeu hæredes eius fructus in Trebellianicam, & non prius, imputare tenentur: vt concedunt Bal. Paul. de Caſt. & omnes alii communiter, & concorditer *in d. l. iubemus*, & eſt text. in terminis *in dict. cap. Raynutius. de teſtament. in verſic. in eo vero quod quartam, & cætera.* vbi Gloſſ & cæteri omnes Canoniſtæ. Per quem textum facile confundi videtur doctrina Pauli Caſtrenſis: quam plurimum commendat, atque extollit Alexand. *in d. conſil. 165. circa præſentem conſultationem, in fin vol. 5. & in l. mulier. §. cum proponeretur, colum. 5. ff. ad Trebellia,* qui concludere videntur, quod vbicunque vna legitima foret detrahenda, hoc eſt, Trebellianica duntaxat, tunc fructus percepti à filio grauato non venirent vtique imputandi in Trebellianicam, Cōis opin.

etiamſi

etiamſi hoc per teſtatorem expreſſe diſpoſitum fuiſſet: vt *in d. l. iubemus*, qui quidem text. in caſu hoc loquitur. Nihilominus tamen vbicunque duæ legitimæ detrahendæ forent, vt in caſu *dict. c. Raynutius*, ſecus eſſet: nam videtur iſtud contra *d. c. Raynutius*, vbi caſus eſt clarus; & ita doctiſſime conſuluit Ang. *in conſ.* 121. *Zoilus dominus*, & Alexander etiam *in conſ.* 150. *volum.* 6. qui etiam omnino nihil dubitauit de hoc Pauli dicto *in d. §. cum proponeretur*, vbi ipſidem non auſus fuit illud firmare, tanquam periculoſum, atque nouum. Vnde non immerito idem Paulus *in d. l. iubemus*, mutauit conſilium ſuum in melius: & eſt etiam de mente Bart. *in l. quod de bonis. §. quod autem. ff. ad l. Falcid.* vbi Alex. quoque hoc idem voluit. Cæterum opinio Pauli Caſtrenſis *in d. §. cum proponeretur*, abſq; ſcrupulo aliquo procedere poſſet in terminis *d. l. iubemus*, videlicet, quando pater, qui filium ſuum grauaſſet per fideicommiſſum, expreſſe diſpoſuiſſet, quod ipſe fructus in Trebellianicam imputare deberet, quos tamen non imputaret, ſi nempe pater hoc non mandaſſet: per text. *in d. c. Raynutius, iuncta d. l. iubemus.*

OPINIO CCCCLX.

SVMMARIA.

1 *Legitimæ nullum grauamen, aut onus, vel conditio perpetua poteſt imponi.*
2 *Pater an poſſit diſponere in teſtamento, quod filii eius in perpetua communione ſtare debeant. Et an quis cogatur ſtare in communione perpetua, ſi iuramento ad id ſe adſtrinxiſſet.*
3 *Pater licet non poſſit grauamen imponere legitimæ filii, tamen poteſt prohibere eius alienationem vſq; ad certum tempus.*
4 *Patre prohibente alienationem ſimpliciter, bona poſſunt alienari vſque ad integram legitimam; Et ſic ſimplex prohibitio alienationis quantum ad legitimam nihil operatur.*
5 *Filii non poſſunt grauari in legitima, imo ſi tota hereditas relicta ſit cum onere, tamen quoad legitimam onus reiicitur.*
6 *Vſufructu omnium bonorum relicto ceſſat vſusfructus pro rata legitimæ debitæ filiis.*
7 *Filii poſſunt petere legitimam, etiamſi cum iuramento promiſerint non contrauenire teſtamento patris.*
8 *Legitima liberis debita, quanta ſit.*
9 *In computanda legitima an filia excluſa à ſtatuto, ſi ſint dotata, computentur in numero filiorum & num. 10.*
11 *An fratres poſſint intentare remedium inofficioſæ dotis permiſſæ eorum ſorori à patre dum viueret contra maritum eiuſue heredes, vſque ad legitimam filiis competentem in bonis patris.*
12 *In legitima nullum grauamen apponi poteſt, & appoſitum reiicitur ipſo iure. Etiamſi tota hereditas relicta ſit cum onere, quia quoad legitimam onus reiicitur. Item relicto vſufructu omnium bonorum, in legitima ceſſat vſusfructus, num. 13.*
14 *Onus nullum in legitima locum habet, etiamſi eſſet reciprocum. Vt in ſubſtitutione reciproca: talis enim ſubſtitutio reiicitur in legitima filii.*
15 *Ab vltimis voluntatibus ad pacta, & contractus valet argumentum.*
16 *Reuocatoria inofficioſæ dotis, an à filiis, aliiſq; creditoribus, contra maritum, ſoluto tantum matrimonio, an vero etiam eo conſtante intentari, & excipiendo opponi poſſit, & n. 17.*
18 *Onus reiicitur de legitima, non obſtante, quod filii, ei oneri vel teſtamento paterno in continenti, conſenſerint, etiam cum iuramento, num. 19. Eiuſque ratio, num. 20.*
21 *Pater an per venditionem aliumue contractum oneroſum poſſit præiudicare filio in legitima, & numer. 22.*
23 *Confeſſio delinquentis in fauorem vxoris, vel creditorum per publicas ſcripturas facta, an & quatenus fiſco præiudicet, & poſt quod tempus. num. 24.*
25 *Correctio legis inducenda non eſt, niſi in caſu, vbi de ea expreſſe apparet, & ſemper facienda interpretatio, qua euitetur legum correctio.*
26 *Fiſcus vtitur iure communi, cum expreſſe de priuilegio non apparet.*
27 *In ambiguis pro dote iudicandum.*

LEGITIMÆ nullum † grauamen, aut onus, vel conditio perpetua poteſt imponi, *l. quoniam nouella, & leg. quoniam in prioribus. Codic. de inoffic. teſtament.* 1

Hinc eſt, † quod teſtator non poſſit diſponere in teſtamento, vt filii eius ſtent, ſeu viuant in communione perpetua: vt ſentiunt Paul. Caſtren. & Iaſ. *in l. ſi non ſortem. § ſi centum. ff. de cond. indeb.* & ita conſuluit Alexan. *conſil.* 475. *colum.* 3. *volum.* 3. *conſil.* 19. *colum. antepe. volum.* 5. *& conſil.* 48. *col. penult. & in fin. volum.* 6. & ita etiam conſuluit Boer. *conſ.* 23. Hoc idem tenet, & ſequitur Anto. Rubeus *conſil.* 27. *num.* 3. & Ripa *in l. nemo poteſt. num.* 10. *ff. de leg.* 1. Et ad hoc corroborandum Doct. allegant text. celebrem *in leg. in hoc iudicium. §. ſi conuenerit. ff. communi diuidu.* vbi dicitur expreſſe, teſtatorem poſſe prohibere ad tempus, ſed non in perpetuum, quamuis Alexand. ſibi contrarius, & male *in dict. §. ſi centum.* velit contrarium. Et hoc, quod teſtator poſſit prohibere inter filios intra determinatum, & certum tempus diuiſionem fieri, ſecundum Paul. de Caſt. *in dict. §. ſi centum.* poſt Bart. *in l. quintus. ff. de auro. lega.* & Bald. *in leg. ſi quis ita. ff de cond. inſtitut.* debet intelligi cum grano ſalis, vt late declarat Gramma. *deciſ.* 7. 2

Ampliatur præmiſſa in tantum procedere, quod nec quis cogitur ſtare in communione perpetua, etiamſi iuraſſet ſtare in dicta communione: vt late per Docto. *in d. §. ſi centum*, Ripam *in d. l. nemo poteſt, num.* 10. & Marſil. *ſing.* 20. & ita in terminis conſuluit Rubeus *con.* 89. *num* 8. *& ſeq.*

Limitatur, † ac declaratur concluſio iſta non procedere, quando pater prohiberet alienationem dictæ legitimæ vſque ad certum tempus, veluti 30. annorum, cum talis prohibitio contineat fauorem liberorum, ideo valet, & tenet: ſecundum Bart. & Docto. *in l. cum ex filio ff de vulgà. & pupil ſubſtitu* Iaſ. *in l. filium matrem, per illum tex. Codic. de inoffic. teſtamen.* Alexand. *in leg. multi non nota. ff. de liber. & poſthum.* Thom. Ferra. *conſ.* 35. Crotum *in l. filiusfam. §. Diui. col.* 5. *ff. de leg.* 1. & Iaſ. *ibi circa fin.* aſſerit ab hac opinione neminem diſcrepare: licet Bal. *in l. pater in* 3. *not. C. de inſtit. & ſubſtit.* teneat contrarium, & Franc. de Aret. *conſ.* 19. *col.* 2. 3

Sed tamen pro prima opinione cõſuluit Paul. de Caſt. *conſil.* 77. *volum. antiquo, & in d. §. ſi centum:* quem ſequitur inibi Alexand *colum.* 2. & idem tenet Paul. Caſtrenſ. *in d. § Diui:* & iſtam Paul. & aliorũm ſententiam fatetur eſſe communem Boer. *deciſ.* 87. *num.* 3. Nec enim iudicatur oneroſa prohibitio alienationis legitimæ ad tempus facta; ideoque non reiicitur, *l. filium matrem C. de inoffic. teſtam.* & concluſio iſta, ſeu limitatio videtur communis, teſte Boer. *in d. deciſ.* 87. & conſtat quoque, hanc eſſe commu- *Com. opin.*

 nem

nem ſententiam ex congeſtis per Dec. *conſil.* 442. & Bellamet. *conſ.* 28.

4 Sed vbicunq; † ſimpliciter teſtator probiberet alienationem: tunc ſtatim bona poſſent alienari vſq; ad integram legitimam; & per conſequens nihil operatur, quantum ad legitimam, ſimplex prohibitio alienationis: vt per Iaſ. eleganter *con.* 161. *reuocatur, li.* 1.

5 In tantum, † quod filii non poſſint grauari in legitima, nec eis vllum præiudicium afferri, *l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſta.* Idq; adeo verum eſt, vt ſi tota hæreditas relicta ſit cum onere, adhuc tamen quod ad legitimam, tale onus ſimiliter reiicitur, *l. ſcimus. § cum autem,* vbi notant Fulgoſ. Paul. Caſtren. & Iaſ. *C. de inoffi. teſta.* Corn *conſ* 106. *in prin. vol* 2. Idem Iaſ. *in d. l. quoniam in priorib.* & Caſſa. *in conſuet. Burgu. f.* 244. *col.* 3.

6 Hinc † etiam communiter apud Doctores receptum eſt, vt etiam, ſi relictus ſit vſuſfructus omnium bonorum, tamen pro rata legitimæ ceſſet legatum vſusfructus, ita Alex. *conſ.* 28. *col.* 2. *vol.* 4. & Soc. Iun. *conſ* 109. *num.* 7. *vol* 1. Cōis opin.

7 Imo etiamſi † cum iuramento promiſerit filius nō contrauenire teſtamento patris, poterit tamen petere legitimam ſine onere aliquo, vt concedit Gul el. Cuneus *in l. ſi quando. § generalem. C. de inoffi. teſta n.* & ita eſt communis opinio, vt poſt Roman teſtatur Ant. Gabriell. *in repertor. communi. opinionum. in tit. de legitima. poſt nu.* 7 *verſ. amplia etiam, lib* 6. Sigiſmund. de Homodeis *conſ* 80 *col.* 2. & Pariſ. *conſ.* 43. *ſub num.* 36. *vol.* 3. *conſ.* 45. *col.* 2. *& conſ. ſeq. col.* 1. *vol.* 2. Cōis opin.

8 Et † legitima quanta ſit detrahenda, attenditur numerus filiorum, quia ſi ſint plures quatuor, eſt dimidia pars bonorum, quæ habituri erant ab inteſtato: ſi vero ſint numero pauciores, eſt triens, *iuxta authen nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* & notat explicando materiam, Capycius *deciſ oltima, ſub num.* 5. & Alcanius Clementinus *in tractat. de patr a poteſtate, cap.* 6. *effectu* 16. *num.* 41. & Capta *conſ* 10. *num.* 18. *& ſeq.*

9 Et † in legitima computanda, ad hoc vt ſciamus, quanta eſſe debeat, an dinumerentur filiæ fœminæ, oportet pro reſolutione videre, & inueſtigare de illa quæſtione, circa quam non mediocriter altercatum eſt inter Doctores, ad hæc vſq; tempora, videlicet, an filiæ exclusæ per ſtatutum, cum ſunt dotatæ, computentur in numero filiorum, in computāda legitima, in qua quæſtione, quamuis fuerit vna opinio, quod connumerentur, perinde ac ſi eum maſculis in ſucceſſione concurrerent, quam opinionem commendauit ſæpiſſime Bal. tum legēdo tum conſulendo *vt in l. vnica, § accrimo. col.* 2. *& ſeq. C. de caduc. tollen. in l. huiuſmodi, §. ſi Titio ff. de leg* 1. *& in l. duob. eo. tit.* & conſulendo *conſ.* 176. *vol.* 3 *conſ.* 90. *conſ.* 99. *& conſ.* 480. *vol.* 4. & eandem ſententiam ſequuti fuere Cuit. Sen. *conſ.* 5. Soc. Sen. *conſ.* 75 *col* 4. *vol.* 3. Dec. *conſ.* 607. *col. fin.* & alii quamplurimi, atteſtantes eam communiorem, receptioremq; eſſe, quos allegat Ant. Gabriel. *in repertor. commu. opin. concluſ.* 2. *de legitima, li.* 6. ſecundū quam opinionem iudicauit quoq; ſacrum regium conſiliū Neapolitanum, atteſtante Capycio *deciſ.* 138. Cōis opin.

10 Tamen † quia, prætermiſſis aliis opinionib. conſtat illam eſſe veriorem, & tutiorem opinionem, vt ſi fauorabile ſit maſculis filias computari, perinde ac ſi integraliter ſuccederent, quod tunc computentur in numero filiorum cum maſculis: ſi vero id ad incommodum filiorum cederet, non debeant computari, quam opinionem commendauere Rubeus *conſ* 122. *n.* 3. Pariſ. *conſ.* 53. *n.* 75. *vol.* 1. & Ant. Gabriell. *in d. concl.* 2. *num.* 8. *verſ. quinta fuit opinio,* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 52. *col.* 2. *& conſ.* 286 *col pen. vol.* 1. Cephal. *conſ.* 245. *num.* 30. *&* 31. *vol.* 2. & Hieron. Gabriell. *conſ.* 108. *num.* 9. *vol.* 2. & ſecundum eandem opinionem, tanquam æquiorem, multoties iudicauit quoque Rota Romana & præſertim in quadam cauſa Romana fideicommiſſi coram D. Cantuccio, quæ retenta, tanquam ſacroſancta, & veriſſima non eſt curandum quicquid titubanter, ſeu inaduertenter mutata ſententia ſcripſerit Ant. Gabriell. *conſ.* 140 *poſt nu.* 4. *vol.* 2. qui opinatus eſt, verius eſſe, vt filiæ indiſtincte, etiamſi filiis maſculis fauorabile nō ſit, computentur. Cōis opin.

Et licet † ſubtilis ſit, & ardua quæſtio, an fratres poſſint intentare remedium inofficioſæ dotis promiſſæ, per eorum patrem, dum viueret, eorum ſorori, contra maritū, vel eius hæredes, vſq; ad legitimam iſtis fratrib. competentem in bonis paternis, tamen ad hoc non inuoluta extat deciſio in terminis, Pauli Caſtrenſis *in l.* 1. *C. de inoffi. dotibus*, vbi determinat, quod ſi filii per dotationem factam à patre, reperiantur defraudati, reſcinditur talis dotatio per querelam inofficioſæ dotis. Et mouetur Caſtrēſis ad hoc per textum *in l fin. § ſi à ſocero. ff de his, quæ in fraud. credit.* vbi decidit Iuriſconſultus, quod donatio facta ex conuentione in fraudem creditorum, ſoluto matrimonio. per creditores reſcindatur, ac reuocetur per actionem reuocatoriam. In tantum quod iſtam deciſionem Iuriſconſulti extendat Paul. Caſtrenſ. ad terminos caſus noſtri, & quidem optima ratione; quia ſicut hoc caſu competit reuocatoria creditoribus aduerſus donationem, factam in eorum fraudem, ſic etiam filiis, qui ſunt creditores de iure naturæ, ea competit, aduerſus ſubſtantiam paternam, *l. vnica ff. de bon. dam & l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtam.* Alexan. *conſ.* 7. *num.* 8. *vol.* 2. Mantua *in ſing* 7. *num.* 4. Pariſ. *conſ* 54 *num.* 14 *& conſ* 93 *num.* 45. *vol* 2. 11

Et hinc eſt, † quod in legitima nullum admodum grauamen apponi poteſt, & appoſitum reiicitur ipſo iure, textus eſt *in l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſtam.* vbi Iaſ. hoc ponit pro regula, cum ampliationibus, & limitationibus, & Roder. Suares *in repet. l. quoniam in prioribus, C de iure deliberan. à fol.* 6. *vſq; ad* 55. Nam etiamſi tota hæreditas ſit relicta cum onere, quia adhuc, quantum ad legitimam, tale onus reiicitur per textum *in l. cum ſcimus, § cum autem,* & ibi notant ere Fulgoſ Paul. Caſtren. & Iaſ *C. de inoffic teſtam.* Corn. *conſ.* 106. *in prin vol.* 2. Chaſſaneus *in conſuetud. Burgun. fol* 244. *col.* 3. 12

Quod † etiam procedit ſi ſit relictus vſusfructus omnium bonorum, quia tunc ſine dubio pro rata legitimæ ceſſat legatum vſusfructus, ita Alex. *conſ.* 28. *col.* 1. *vol.* 4. Soc. Iun. *conſ* 109. *num.* 7. *vol.* 1. vbi planum quoq; facit hanc opinionem non habere contradictorem, atq; ita in facto fuiſſe iudicatum. 13

Imo † habet locū etiamſi onus ſit reciprocum, & viciſſitudinarium, vt quia eſſet facta ſubſtitutio reciproca, adhuc equidē talis ſubſtitutio reiicitur de legitima filii, & ſic diſpoſitio *l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſt.* quoad hunc caſum, eſt hodie correcta per diſpoſitionem, *d. l. quoniam in priorib.* ita Glo. Bar. Bal Saly. Paul. Caſtr. & Iaſ. *in d. l. ſi pater puellæ,* & idem cenſuit Glo. *in l. cum ex filio ff. de vulg. & pupill* Bar. *in l. ſi in matrem, C. de inoffi. teſta.* Alex. *conſ.* 45. *in fin. vol.* 2. & iſta eſt magis cōmunis ſententia, quicquid in contrariū ſenſerint Glo. *in d. l. quoniam in priorib.* Riccard. Malumbrinus, Raph Fulgoſ. & Raph de Raymundis *in allegat. l. ſi pater,* Azo *in ſumma, C de inoffi. teſt.* Georg. Natta *in c. quamuis, col.* 41. *de pact. lib.* 6. & Dec. *conſ.* 456. *col.* 4. nam penitus errant, dum contra eos vrget communis opinio. 14

Si igitur in vltimis voluntatib. nullo modo fieri poteſt, vt legitima filiorū tollatur, neq; ei præiudicetur

tur, hoc etiam habet locum in pactis, conuentionibus, & contractibus, cum de vno ad aliud valeat argumentum, *l. pactum inter hæredem, vbi Doctores ff. de pac. & l. quæ de legato ff. de leg. 1.* Bar. *in l. 1. C. communia prædi.* & Rulan. *conſ. 93. in prin. vol. 2.*

16 Sed † ne vagando eamus per mendicata ſuffragia, in terminis noſtris, eſt textus *in l. 1. C. de inoffi. dotibus*, vbi inquit imperator, quod creditor in legitima reuocat dotationem, quoad ipſam legitimam, ſiue conſtante matrimonio contra ipſum maritum, ſiue ſoluto matrimonio, contra eius hæredes: ſecus vero in alio quouis creditore, quam in creditore legitimæ; quia alteri creditori non datur reuocatoria hoc caſu, conſtante matrimonio, ſed tantum ſoluto matrimonio, & ita loquitur textus *in l. fin. §. ſi à ſocero ff. de his, quæ in fraud. credit.* & ita intelligunt eo in loco Bar. Ang. & Paul. Caſtren. quod detur reuocatoria contra maritum conſtante matrimonio. Et hæc fuit originalis ſententia Pauli Caſtrenſis *in allegat. l. 1. C. de inoffic. dotibus*, quam dicit veram, & ſecundum eam iudicaſſe Ioannem Lupi. *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* & ita fuiſſe in Pinciano Prætorio deciſum teſtatur Couarru. *in tract. de teſtam. in 2. par. cap. 8. § 6. num. 12.* & legendo Neapolis, hanc opinionem ſubtiliſſimis, viuaciſſimiſq; rationibus tuebatur ſuperioribus annis D. Marcellus Berincuccius Senenſis *in repet. ad l. 1. ff. ſolut. matrim.* Et tenuit ita etiam Bermondus *in tract. de publicis concubin.* & Moder. Paſiſiens. *in tract. de donat. in contract. matrim. fact. verſ. 50. fol. 491.*

Sacrum vero Conſilium Neap. ſimpliciter ſecutum fuit deciſionem textus *in dict. §. ſi à ſocero*, nullam admodum adhibens diſtinctionem, in filio creditore legitimæ, vel in alio creditore, vt teſtis eſt Afflict. *deciſ. 86.* vbi inquit, quod fuit tandem concluſum per omnes conſiliarios, quod licet opinio Pauli Caſtrenſis ſit æqua, tamen in contrarium militet diſpoſitio *dict. §. ſi à ſocero*, vnde dicit fuiſſe vocatum, quod fratres, conſtante matrimonio, contra maritum, non poſſint agere de inofficioſis dotibus, ſed ſoluto matrimonio, filii recuperabunt legitimam ab hæredibus mariti, per textum eo in loco, & ſubdit, quod licet à principio aliqui Domini de conſilio tenuerint cum Paulo de Caſtro, nihilominus poſtea videntes quod ſententia Pauli non poſſet iuræ fundari per d. §. ſi à ſocero mutauere votum.

Verum attenta etiam hac ſolutione ſacri conſilii in terminis caſus, de quo agitur dici ut ſolutum matrimonium per mortem vxoris, quæ reliquit vnam filiam, & ſic fratres ipſius poſſunt reſcindere dotem promiſſam eorum ſorori à patre, & adhuc non integre ſolutam, per reuocationem aduerſus eundem maritum, agentem modo ad ſolutionem reſidui prædictæ dotis promiſſæ, cum hodie vere agant ſoluto matrimonio, imo in caſu noſtro, in quo ſumma in dote promiſſa, & non ſoluta perfecte, & in totum, & in caſu, in quo maritus agit aduerſus fratres ad complementum ſolutionis dotis promiſſæ, & fratres obiiciunt de inofficioſa dote quoad eorum legitimam, quia non aliter caſus Afflicti extat.

Ideoque in caſu iſto ceſſant prædictæ difficultates, quæ concitantur ex diſpoſitione textus *dict. leg. 1. C. de inoffic. dot.* & textus *in dict. l. fin. § ſi à ſocero. ff. de his, quæ in fraud. credit.* quem textum diſtinguendo procedere in alio creditore, quam in filio, creditore legitimæ, vt reuocatoria competat aliis creditoribus tantum ſoluto matrimonio, aduerſus dotes promiſſas, & ſolutas in fraudem eorum, filiis autem etiam conſtante matrimonio, ſecundum *d. l. 1.* ita intelligunt Bar. & Ang. *in dict. § ſi à ſocero*, & hæc fuit intentio Caſtrenſis, & hanc diſtinctionem, & ſententiam Caſtrenſis, non obſtante, quod aliter fuerit reſolutum in ſacro conſilio, ſecundum Afflictum, *in allegat. deciſ.* mutando votum in melius, tenuit ita decidendo idem ſacrum conſilium, vbi fuit determinatum, quod ſi filii per dotationem reperiantur defraudati ſua legitima, reſcindi poſſit ipſa donatio per querelam inofficioſæ dotis.

Et † quod habeat locum hoc in caſu reuocatoria aduerſus maritum, etiam conſtante matrimonio, ſecundum determinationem Pauli Caſtrenſis *in d. l. 1. C. de inoff. dotibus*, ita ſacrum conſilium vocaſſe notiſſime D. Vincentius de Franchis *deciſ. 104. in fin.* ſed certe caſus poſitus, atque relatus per eum eſt in terminis terminantibus caſus noſtri: nam apparet eo in loco, quod vir egerit ad dotem conſequendam, quam nondum habuit, & fratres ſororis nuptæ, & ſic cognati mariti intenderunt per reuocatoriam, exceptione inofficioſæ dotationis reſcindere, & reuocare dotem ab eorum patre promiſſam, in qua nempe promiſſione ipſi fuerunt defraudati legitima, & ita loquitur deciſio D. Vincentii de Franchis, ſecus vero, ſi velint reſcindere dotem habitam ab ipſo viro, quia in his terminis nihil ſcribit idem D. Vincentius; vnde eſt attendenda deciſio Afflicti, vt reuocatoria contra maritum non poſſit intentari conſtante matrimonio, ſed tantummodo ſoluto matrimonio, tam à filiis, quam æque ab aliis creditoribus, ſecundum textum in *d. § ſi à ſocero*. 17

Ita vt hæc declaratio ſit attendenda, in et iſtas deciſiones, Afflicti, & Franchi, vtrinque concilians & ſublata ſua contrarietate, ita P. ſi. *conſ. 110 nu. 33 vo. 3.* Lanfranch. *in repet. c. cum ſope col. 12. de v. ſignif.* Dec. *conſ. 195. col. 2.* poſt Alex. *conſ. 114. col. 2.* Octauian. Cacheran. *deciſ. 21. num. 16. & deciſ. 162. num. 8.*

Ex quibus omnibus concludendum eſt, iſtis fratribus, diſſoluto iam matrimonio, per mortem eorum ſororis, aduerſus maritum, eorumque cognatum, agentem contra ipſos ad ſolutionem reſidui dotis promiſſæ per eorum patrem, poſſe excipere de inofficioſa dote, atque proponere reuocatoriam dotis vſque ad eorum legitimam, & non ſolum diſſoluto matrimonio, ſed etiam eo conſtante, cum dos eſt promiſſa, ſed nondum tradita, iuxta caſum relatum, votatumque in ſacro conſilio, ſecundum D. Franchum *in allegat. deciſ. 104. per totam.*

Neq; in præſentiarum obſtat, quod iſta donatio ſit facta à patre, tempore quo fuit ipſa mulier maritata, in contractu ipſo ſpeciali, præſentibus eius fratribus, ac deinde fuerit confirmata à dicto eorum patre in ſuo teſtamento, & quod fratres ipſi expreſſe ei conſenſerint: † quia communis, & certa eſt opinio 18 Scribentium, vt huiuſmodi onus reiiciatur de ipſa legitima, etiamſi conſenſerint filii teſtamento paterno, in quo apparet ipſos fuiſſe oneratos, atque grauatos in legitima, ita Socin. *conſil. 210.* Dec. *conſil. 257. colum. fin.* Curt. *conſil. 10. colum. 1. & ſequent.* Anchatan. *conſil. 152. colum. 3.* Signorol. de Homodeis *conſ. 80. colum. 2.* Grammat. *conſ. crim. 145. col. 2.* Et hanc quoque partem ſcribit eſſe communem Pariſ. *conſ. 43. num. 36. volum. 3. & conſil. 45. colum. 2. volum. 2.*

Imo etiam ſi talis † approbatio paterni teſtamenti 19 eſſet etiam iuramento expreſſe munita, adhuc poſſent filii habere legitimam, vt per Guil. de Cun. *in l. ſi quando. §. & generaliter, C. de inoffic. teſtam.* & hanc eſſe communem aſſeruere Roman. *col. fin.* & Franciſ. Accoltus Aretin. *verſ. & quia hic Moderni, in l. 1. §. ſi quis*

ita, ff. de verb. obligat. & in iurata approbatione teſtamenti paterni conſuluit quoque Signorol. de Homodæis *in allegat. conſ. 80. col. 2.* & Panſ. *in citato conſ. 43. num. 37 vol. 3* Guid. Pap. *deciſ. 427.* & fuit ſæpius reiterata ſententia Bertran. *conſ. 9. col. 2. vol. 1. conſ. 63. col. fin. conſ. 68 col. pen. conſ. 74. col. 4 conſ. 128. col. 2. & ſeq. & conſ. 109. col. 3. vol. 2.*

20 Et vera, † palpabiliſque ratio huius opinionis illa aſſignatur à Doctoribus, quod petens legitimam, vel eius ſupplementum, non dicitur venire contra teſtamentum, & voluntatem defuncti, vt per Fulgoſ. *conſ. 82* Ioan. de Anan. *conſ. 67. in fin.* Dec. *conſ. 35 col. fin.* Pariſ. *conſ. 7. num. 35 & ſeq. vol. 2.*

21 Nec vllatenus obſtat, † quod per veram vēditionem, cum vera pretii receptione ſiue per alium contractum, ex cauſa oneroſa celebratum, poſſit pater, quoad res alienas, præiudicare filiis, etiam in legitima, & non poſſint filii allegare contractum illum in ſuæ legitimæ præiudicium, & fraudem eſſe initum, vt per Gloſſ. Bar. Bal. Salycet. & Ang. de Vbaldis *in l. 2. C. ſi quid in fraud. pat. & in l. 1. eod. tit.* Bar. *in l. non vſque adeo, per illum textum. ff. ſi quis à pat. fuer. emancip.* & poſt Gloſſ. Bal. *in leg. 1. Codic. de inoffic. donat.* & Canoniſtas vniuerſaliter omnes etiam *in c. Raynutius, Extra. de teſtam.*

Quoniam reſpondetur contractum dotis minimé oneroſum eſſe, ſaltem proprie, quia licet pater teneatur dotare filias, *leg. fin. Cod. de dot. promiſſ.* Gloſſ. *in l. cum poſt §. gener, in ver. placuit. ff. de iur. dotium, leg. neque mater, C. eod.* Bar. *in l. 1. num. 2. ff. ſolut. matrimo.* Campegius *in tract. de dote, quaſt. 15. parte 1 & quaſt. 11.* Baldus Nouellus *in tract. de dotibus, priuileg. 15 parte 6.* tamen non cogitur dotare vltra legitimam ad filiam ſpectantem, & ſi excesſerit legitimæ vires, ad filiam ſpectantis, vtique in exceſſu, contractus non diceretur oneroſus, quia conueniretur pater ex liberalitate ſua.

22 Et iſta concluſio, † quod ex cauſa oneroſa poſſit pater præiudicare filiis, etiam in legitima, minime procedit, vbi non apparet de vera receptione, ſeu de veritate ipſius actus, aliter quam per confeſſionem patris, quia tunc etiam ſi iſta confeſſio fieret in cauſam oneroſam, tamen præſumeretur facta in fraudem filii, & tanquam fraudulenta poſſet reuocari, atque reſcindi, prout in hoc extat notabilis deciſio Specul. *in titul. de confeſſion. §. nunc videndum, verſic. Sed nunquid pa... confeſſio fuiſſet iurata.* & poſt Specul. ita conſuluit Alexander *conſil. 57. poſt num. 2. volum. 5.* Iaſ. *in authent. vnde & ſi parens. in 3. not. C. de inoffic. teſtamen.* Marcus Ant. Natta *in add. ad Alexandrum in conſil. 45. in verſicul. quaſi creditor, in fine volum. 1.*

23 Et hoc † etiam non ſolum procedit in legitima filiorum, ſed etiam in cauſis fiſci, & dotis, quia non valent contra fiſcum confeſſiones delinquentium, factæ ad fauorem ſuorum creditorum per publicas ſcripturas, vbicunque de debito tantum conſtat per confeſſionem, quia opus eſt, vt conſtet de vera, realique numeratione, ad hoc vt tales confeſſiones debiti noceant fiſco, ita Bart. *in leg. poſt contract. colum. fin. ff. de donat.* per textum *in leg. 1. §. quod ſi in lite. ff. de his, quæ in fraudem patron.* & ita decidit Boſſius *in tit. debitores, an debitors ſoluere poſſint in præiudicium fiſci, ſub numer. 1. & ſequent. in tractat. cauſarum criminalium*, vbi citat textum, quem inquit eſſe notabilem *in l. ſi poſt hac, in princ. in verſ. dotem, C. de bon. proſcript.*

24 Cæterum † notanter animaduertēdum eſt, quod prædicta concluſio, quod confeſſiones debiti ex apochis, vel ſcripturis publicis factæ ad fauorem creditorum, à delinquentibus, ante crimen commiſſum, non præiudicent fiſco, niſi conſtet de vera numeratione, iuxta textum eo in loco, intelligitur intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, infra biennium, ſecundum textum *in l. ſi ex cautione, & in l. ſi ex contractib. C.* de non numer. pecun. Secus vero elapſo biennio, & ſic tempore opponendi exceptionem pecuniæ non numeratæ, tunc enim præiudicant tales confeſſiones fiſco, ſicut cuilibet priuato. Prout hoc tenuit, expreſſe loquens in confeſſione dotis receptæ contra fiſcum, And. de Iſer. *in conſtit. cauſas, lib. 1.* & Afflict. *deciſ. 402. in fin.* vbi affirmat, quod irregulariter loquantur hi, qui dicunt hoc eſſe ſpeciale in fiſco, quod confeſſio dotis non noceat fiſco, niſi conſtet de vera receptione, & numeratione *per d. l. ſi quis poſthac.* quia lex iſta intelligitur, quotieſcunque ſumus intra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ſecus vero quando lapſum eſt tempus, vt *in l. 1. & in authen. quod locum, C. de dot. caut. non numerat.* & huius opinionis fuit idem Iſernia *in c. 1 de ſtat. & conſuetud. in §. diffidamus.* vbi affirmat, quod aſſerere, hoc eſſe ſpeciale in fiſco, eſſet refugium miſerorum, cum verum non ſit, quod *d. l. ſi quis poſthac.* corrigat ius commune. † Nam 25 non eſt inducenda correctio legis, niſi in caſu, vbi expreſſe apparet de correctione, ita Gloſſ. *in c. cum expediat, de election, lib. 6.* imo ſemper eſt facienda interpretatio, qua euitetur correctio legum, vt aſſentiuntur Doctores omnes *in d. c. cum expediat*, & facit *l. præcipimus, C. de appell.* Et hanc quoque partem tenet etiam Afflict. *in dict. capit. 1. §. diffidamus*, ſubdens non eſſe verum, quod *dict. l. poſthac.* inducat aliquid † priuilegii ad fauorem fiſci, quia ibi hoc non 26 dicitur, imo fiſcus vtitur iure communi, niſi appareat expreſſe de priuilegio, *l. fiſcus. ff. de iur. fiſci*, & hanc deciſionem And. de Iſer. ſequitur Ioan. Lupi. *in num. 6 de donat. inter vir. & vxor. § 33. in fin.* & Ioh. Ant. de Rubeis *conſ. 78. col. fin.* & eſſe communem fatetur Bald. Nouellus *in tract. de dotibus in 10. parte, col. 7. verſ. niſi primo.*

Quoniam † in ambiguis pro dotibus iudicandum eſt, *l. in ambiguis. ff. de reg. iur.* & iſtam partem 27 amplectitur, atque ſuſtentat etiam conſulendo Roland. *conſ. 31. poſt num. 43 volum. 1.* vnde errauit Boſſius *in loco præmemorato*, dum concluſionem iſtam ſimpliciter aſſumens, putauit textum *in d. l. poſthac.* inducere priuilegium pro fiſco, quod confeſſiones delinquentium, de debitis factis ad fauorem creditorum, ante crimen commiſſum, non noceant fiſco, niſi liqueat de vera numeratione; quia in hoc fiſcus nullum habet priuilegium, ſed vtitur iure priuati, vt intra tempora opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, verum ſit, quod non noceant, niſi conſtet de numeratione, elapſis autem temporibus opponendi fiſco noceant, vt cuilibet priuato. Et ita eſt declarandus Boſſius, licet is reuera erronee contrarium ſenſerit, prout alio etiam in loco hoc explicauimus pleniori calamo, ac nullo relicto ſcrupulo.

OPINIO CCCCLXI.

SVMMARIA.

1 *Matri per ſubſtitutionem pupillarem excluſa, non debetur legitima.*

2 *Subſtitutio pupillaris facta per verba communia, matre exiſtente in medio, suus tempore erit fideicommiſſaria, & num. 5.*

3 *Dici-*

Digitized by Google

3 *Deciſiones Concilii Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine regis in caſibus dubiis ſuccedunt loco interpretationis Imperialis.*

4 *Tacita pupillaris, quæ ſub expreſſa vulgari continetur an habeat effectum contra matrem. & nu.5.*

6 *Pupillaris ſubſtitutio non excludit filium pupilli, ſi contingeret eum in ea ætate filium habere.*

7 *Subſtitutio facta filio pupillo, ſi in pupillari ætate deceſſerit, an dicatur expreſſa pupillaris, vel compendioſa ad certam ætatem reſtricta.*

8 *Pupillaris ſubſtitutio comprehenſa ſub compendioſa, an & quando excludat matrem, etiam à legitima, nu. 9. & 11.*

10 *An vero talis ſubſtitutio omni tempore ſit fideicommiſſaria, ita vt mater duas quartas poſſit detrahere.*

11 *Compendioſa ſubſtitutio facta, à milite filio impuberi, an & quando valeat iure pupillaris ſubſtitutionis, quando fideicommiſſi.*

12 *Matre poſſidente bona mariti militis, ſubſtitutus filius eius vigore militaris ſubſtitutionis poſſet bona propria autoritate occupare.*

13 *Compendioſa ſubſtitutio à milite verbis directis vel communibus facta, poſt pubertatem valet iure directo ex priuilegio, niſi mater ſit in medio, quo caſu vſque ad pubertatem valet iure directo, poſtea vero iure obliquo ſeu fideicommiſſi.*

14 *Compendioſa ſubſtitutio verbis communibus à pagano facta, valet eo tempore quo valere poteſt iure directo poſtea vero obliquatur, quod procedit, etiamſi mater ſit in medio.*

15 *Compendioſa ſubſtitutio directa an poſt pubertatem penitus exſpiret, nec in vim fideicommiſſi ſuſtineatur, etiamſi in teſtamento adiecta ſit clauſula codicillaris, num.16.*

17 *Clauſula codicillaris eius eſt effectus, vt ſubſtitutio directa poſt pubertatem, in vim fideicommiſſi ſuſtineatur Et quibus verbis clauſula illa tum concepta eſſe debeat nu.18. Item an idem obtineat, in caſibus in quibus clauſula illa non eſt expreſſa, ſed tacite inesſe cenſetur. nu. 20.*

19 *Vulgaris ſubſtitutio an etiam trahatur ad fideicommiſſariam, Item breuiloqua ſeu reciproca ſimpliciter facta.*

21 *Æquitas non ſcripta à Iudice ſeruanda eſt.*

22 *Verba,* Compendioſe ſubſtituo, *magnã vim habent & idem operantur quod clauſula codicillaris &* verba; vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſ *E.uſq; clauſula Velitas. Et an per talem clauſulam ſubſtituto cenſeatur data facultas veniendi ex quo capite ſubſtitutionis voluerit. nu. 23. 24. & 26. Item hæc clauſula habeatur pro appoſita, etiamſi per Notarium adiecta non ſit. nu. 25.*

27 *Clauſula Codicillaris non appoſita in teſtamento, quibus caſibus intelligatur adiecta.*

1 LEGITIMA matri † per ſubſtitutionẽ pupillarẽ excluſæ non debetur, nec ei aliquo modo aſſignanda eſt in hoc caſu. *l. ſi pater de teſt. lib. 6.* & iſta videtur verior, & magis communis opinio: ſecundum Cōis opin. Alex. *conſ. 12. attẽtis verbis colum. 4. vol. 5. con. 17. ponderatis his colum 3. eod. volum. conſ. 51. in caſu præſenti vol. 7. & in l. Centurio ſol. 6* vbi omnes Doct. *ff de vulg. & pup. ſubſtit.* & Corn. *conſ. 93. licet poſſet lib. 3.* Dec. verò *conſ. 371. in Cōis opin. cauſa. circa finem,* aſſeuerat communem opinionem omnium Doct. eſſe quod omni tempore dicta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria. Et caſu (quo aduerte) iſthæc ſubſtitutio reperiretur facta ſimpliciter. abſq; temporis diſtinctione, ſemper fideicommiſſariam arbitratur Bald. *conſ. 355. dicta ſubſtitut. volum. 4. & conſ. 175. præmiſſis lib. 5.* & Alexand. ſarè *conſ. 38 viſo themate lib. 1. & conſ. 66. viſo teſtamento lib. 2.* Imò ipſe Dec. veritatis author, *conſ. 128. colum. 2.* in caſu propoſito dicit, non poſſe diſcerni, quæ ſit, communis opinio. ideo ipſe ſuadet ibi, quod de æquitate propter conflictum iſtum opinionum poſſet, & deberet matri dicta legitima aſſignari: & in hac opinione reſidet etiam ipſemet Dec. *conſ. 643. viſa eleganti.*

2 Et in † effectu dicta ſubſtitutio, facta per verba communia omni tempore, matre exiſtente in medio, erit fideicommiſſaria: vt latè per Dec. *d. conſ. 371.* & omnes legiſtas communiter *in d. l. Cent. in d. l precib. C de impub & aliis ſubſtitu.* & Canoniſt. *in c. Raynut. de teſta.* Et opinionẽ iſtam, vltra prædictos Scribentes ait eſſe magis communem Afflict. *deciſ. 367.* vbi profert vtile verbum, quod ita in facti contingentia fuit in ſacro concilio iudicatum; ideo opinionem iſtam, tanquam veriorem, magis æquam, magiſque communẽ mihi ſequendam toto conſtitui: & non ab re. Cōis opin.

3 Quia † deciſiones Sacri Concilii Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine regis, ſuccedunt in caſibus dubiis loco Imperialis interpretationis, de qua *in l. fi. C. de leg.* vt per Afflict. *deciſ. 166. col. fin.* Et idẽ firmanimus ſupra in *opin. 398. num. 20.* Et hinc eſt quod Rota Neapolitana, tanquam Spiritus ſancti [illegible]ba, & vera legum mater merito in regno generaliter nuncupatur refugium oppreſſorum, & lucerna ſupra montem poſita, per quam tanquam mons montium totus orbis illuſtratur. Et hanc opinionem tanquam æquiorem, atque firmiorem, vltra alios ſupra adductos, tuetur fideliſſimus veritatis aſſertor, D. Pompeius Leonardius Iureconſultus Reatinus, *in repet. ad l. precibus C. de impub. & aliis ſubſtitut.* quam dignatus eſt mihi exhibere manuſcriptam, vbi ſtrenue diſſerit de veritate huius concluſionis, & demum aſſeuerat, ſe conſulendo in facti contingentia alias obtinuiſſe ſecundum præmemoratam Afflict. deciſ.

4 Sed † ruminando iterum, atq; iterum præſentem materiam, tanquam vtiliſsimam, & frequentiſsimã animaduertendum eſt, quod tacita pupillaris, quæ ſub expreſſa vulgari continetur, non habeat effectum contra matrem, prout ad hoc cõmuniter allegatur text. *in d. l. precib. & in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtitut.* & iſta eſt communis, & recepta ſententia, vt per Alex. Coſen. Scue. Iaſ. & Dec. *in 2. not & in Gloſ. 6. col.* Curt. & alios, poſt antiquos, *in allegata l. precib* & per Polyr. *in tract. de ſubſtit. ſub Rub. de vulgar & pupillari 2. effectu,* Ripam etiam *in l. 1. colum. 14 ff. de vulg & pupil.* & per Cagnol. *in d. l. precibus, num. 90.* Verũ contrariã opin. apparet communiorem, veriorem q; eſſe, vt ſupra oſtenſum eſt ex deciſione ſacri conſilii Neap. & ratio euidens ea eſt; nam reuera textus *in ead. l. precib.* non probat vllo modo opinionem iſtam, neq; *d. l. fi. de inſt. & ſubſt.* nam loquuntur in caſib. in quibus tacita pupillaris non continetur ſub expreſſa vulgari; non ideo quia mater erat in medio, ſed quia hoc erat teſtamentũ militare, *& in d. l. fin.* apparebat ſimiliter de expreſſa teſtatoris voluntate, prout ita intelligunt hunc tex. Vacon. à Vacon *lib. 4. declar. n. 1. cuilib.* quem ſequitur Ferdin. Vaſq. *in tract. de ſucceſ. progreſ. lib. 11. §. 12.* & Cæſ. Cort. archiepiſcopus Capuanus *in tract. variar. ambigitur c. 16.* ita vt in allegat. duabus legibus nullum planè poſsit fieri fundamentum pro ſuſtentanda huiuſmodi opinione. Et ſic tota hæc quæſtio dependet abſq; omni dubio à voluntate teſtatoris, ponderando textum *in d. l. fin. in ver. voluntatis quæſtionem,* prout concludit Bar. *in præcitata l. precibus,* qui ait eo in loco, ſemper eſſe recurrendum ad voluntatem teſtatoris. ita quod pupillaris expreſſa matrem pupilli excludat, per textum ibi, *in verſ. ſi vera ſubſtit.* Imo adde etiã, quod cum dicat, matre excluſa

ſubſtitutum effici hæredem, patet illam excludi etiam à legitima, vt in eodem met loco plenè per Decium, Curtium, & Cagnolum. Nec vllatenus eſt de hoc dubitandum, cum extent re ipſa iura clara, prout de iure ciuili eſt textus *in l. Papinianus, § ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtam.* & de iure Canonico *in c. ſi pater, de teſt. lib. 6.* rationemq́ue itidem iura prædicta ſubdunt efficaciſſimam, quomodo poſſit excludi mater à legitima per pupillarem expreſſam, quia ipſæ matres non habent querelam, inquiunt enim, quod pater eſt, qui fecit filio teſtamentum, & non ipſe filius: & ſic ſufferunt iura, vt mater etiam à legitima excludatur, *d. c. ſi pater.*

5 In tantum † quod Decius rationabiliter *conſ. 371. in cauſa magnifici militis Domini Philippi, circa finem,* aſſerat, planumq; ſe faciat, communem opinionem omnium Doctorum eſſe, quod prædicta ſubſtitutio pupillaris, matre exiſtente in medio, ſit omni tempore fideicommiſſaria, & quod mater tunc debeat habere duas quartas, videlicet legitimam, & trebellianicam, ſiue inſtitutus decedat in pupillari ætate, ſiue poſt pupillarem ætatem, prout ita fuit quoque deciſum in ſacro conſilio Neap. atteſt. Afflicto *in præallegata deciſ. 367.* & huic opinioni adſentit etiam Veſillus *eo in loco in additionibus num. 1. & ſeq.* vbi ſimiliter *num 3 & ſeq.* eam vtiliter interpretatur, atque limitat in multis caſibus.

Cõis opin.

6 Limitatur † quoq; hæc communis, quod prædicta ſubſtitutio pupillaris non excluderet filium pupilli, ſi malitia ſupplente ætatem, contingeret pupillum habere filium, vt per Bart. *in leg. in pupillari, in fin. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Decium *in l. humanitatis circa finem, C. de impuber. & aliis ſubſtit.* Cagnol *in d. l. precibus, num 98.* & quamplurimas etiam limitationes congerit ſimiliter Ripa, *colum. vltima in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

7 Cæterum reſoluendũ † venit hic etiam congruenter, an ſubſtitutio, facta filio pupillo, ſi in pupillari ætate deceſſerit, dicatur expreſſa pupillaris, vel compendioſa ad certam ætatem reſtricta? Bald. *colum. 10.* & Paul. Caſtrenſ. *column. 11. in d. l. precibus,* Soc. *in l. 1. col. 61. verſ. ſed aduerte.* poſt Aret. & Iaſ. *in l. 2. in princ. in vltima col. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Galiaul. *in repet. l. Centurio, col. 35 eod. tit.* concedunt eſſe compendioſam ad certam ætatem reſtrictam: quia verè & expreſſè complectitur plures ſubſtitutiones, vulgarem ſcilicet, & pupillarem, & ſimiliter plura tempora, ante aditam hæreditatem, & poſt aditam, vſq; ad pubertatem, prout affluentius, & maturius per eos in locis nominatis denudatur præſens veritas. In contrariam vero partem inclinauere Alex. *in allegata l. precibus, col. 11* & Moderni vniuerſaliter omnes vt exprimunt Dec. & Curt. *col. 7. eo in loco.* & Polytus *in tractat. de ſubſtit. in titul. de pupillar. ſubſtitut. quæſt. 5. col. 1.* Ripa *in l. 2. num. 40. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & ab hac opinione tanquam communi, atq; ſacroſancta non eſſe diſcedendum teſtatur Cagnol. *in d. l. precib. vbi eam fortiter ac ſtrenuè tuetur.*

Cõis opin.

8 Limitaturque † etiam eadẽ concluſio non obtinere locum, quando pupillaris contineretur ſub compendioſa. quod probat textus *in d. l. precibus,* ſecundum Alex. *col. 1.* Curt. *in 7. not.* & alios Doctores vniuerſaliter omnes *eo in loco.* quia pupillaris contenta ſub compendioſa, excludit matrem, ſicuti pupillaris expreſſa.

9 Imo hęc limitatio † adeo vera eſt, vt ea amplificari ſimiliter poſſit, matrẽ, per prædictam pupillarẽ in compendioſa contentam excludi etiam à legitima, cũ ab ea excludatur per pupillarem expreſſam, *l. Papinianum, § ſed nec impuberis ff. de inoffi. teſtam. & c. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* facitque etiam quia pupillaris contenta in reciproca, tanquam expreſſa, verbis generalibus, matrem excludit, *l. Lucius, cum ibi notatis ff. de vul. & pupill. ſubſtit.* Alex. & Dec. *col. fin. in l. fin. C. de inſtit. & ſubſt. tutionibus.* & Ripa etiam *in d. leg. Lucius, in 12. q. aſt.*

Contrariã verò † ſententiam firmauere, vt ſupra retulimus, *num. 1. & ſeqq.* Bal. *conſil. 355 vol 4.* Alex *con. 38. vol. 1.* ſcilicet, quod caſu, quo dicta ſubſtitutio reperiretur facta ſimpliciter, abſque temporis diſtinctione, ſit fideicommiſſaria, prout concedit etiam Afflict. *deciſ. 367.* quod dicta ſubſtitutio omni tempore, matre exiſtente, ſit fideicommiſſaria; imo iſtam opinionem eo in loco magis, magiſque veram atque communem aſſeruit, vt, cum ſit fideicomiſſaria, poſſit mater duas quartas detrahere, ſcilicet debitã iure naturæ illico, & trebellianicam, adueniente conditione, iuxta notata *in c. Raynutius. & in c. Raynaldus, de teſtam.* Declara igitur prædictam concluſionem, ſcilicet, quod pupillaris contenta in compendioſa, dicatur expreſſa verbis generalibus, & matrem excludat, ad inſtar expreſſæ pupillaris, vt procedat, quando compendioſa ſubſtitutio facta fuit verbis directis, ſecus verò ſi cõmunibus: tunc enim non comprehenderetur vllo modo pupillaris, ad excluſionem matris, cui in dubio fauendum eſt in luctuoſa hæreditate filii, *d. l. fin.* & hanc opinionem communem eſſe teſtatur Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, col. 75 & ſequent in 4. concluſio.* eam itidem ampliãdo ac pariter limitando, vt ibi per eum, Polytus vero *in tract. de ſubſtitutionibus de compend. col 12. verſ. ſed circa.* dicit magis communem contrariam ſententiam, eamque magis veram affirmat, duabus rationibus de quibus ibi per eum, idemque ſenſit quoque Ripa *in allegata leg. Centurio, numer. 118. verſ. tertio quia fauor.* 10

Cõis opin.

Cõis opin.

Declara etiam † non ab re præſentem materiam, ut quod allegatur textus *in d. l. precibus.* ad hoc itidem, quod compendioſa facta à milite filio impuberi, valeat iure pupillaris ſubſtitutionis, filio decedente in pupillari ætate, poſtmodum vero valeat iure fideicommiſſi fauore matris, in quo conſiſtat fauor ipſius matris, prout vltra Glo. Bar. Dec. Cagnol. & reliquos eo in loco, poni. Polyt. *vbi ſupra in 6 col.* Adde tamen hæc etiam ad inſtitutum noſtrum congruentia; non poſſe vllo modo elici ex textu *in d. l. precibus,* vt ſcilicet firmetur hæc concluſio: imò valet omni tempore talis ſubſtitutio, quo poteſt valere, iure pupillaris; & ad hunc textum reſpondetur, quod mater detinebat bona, & erat in poſſeſſione eorum, & ideo non erat mirandũ, ſi dixit, *vel vt ex fideicommiſſo,* quod equidem confirmatur per illam dictionem *velut,* quæ eſt dictio improprietatis, & non dicit, quod reſtituat ea fideicõmiſſo, ſed ad ſimilitudinem fideicommiſſi, imo vt habet textus *in d. l. Centurio.* (vbi ſubſtitutio compendioſa impuberi per militem facta poſt pubertatem valet iure directæ militaris, & ex priuilegio militum) ſubſtitutus capit bona patria cum fructibus, inuentis in hæreditate: ſed *in allegata l. precibus.* ſecundum Doctores, dicitur iure fideicommiſſi dictam ſubſtitutionem valuiſſe. Et dicit eo in loco Cagnol. *num. 142.* quod hoc ſit ex difficilioribus contrariis, quæ in toto iuris corpore reperiuntur & quod quamplurimæ ſolutiones accommodentur, quarum nulla defendi poſſit; tamen ipſe hanc ſententiam variis defendit fundamentis, & eo potiſſimum, quod ſupra retulimus, quod fuit Fulgoſii, quo innixi fuere Chriſtoph. de Caſtellion. & Raph. 11

Coment.

Comenſ. relati per Cagnol. quia iont huiuſmodi *l. precibus*, concordare cum *d. l. Centurio*. & ſic non probat textus id quod Doctores probare intelligunt, Et hanc eandem ſententiam, tanquam veriſſimam, ſuſtentabam ego, atque fortificabam anno 1556. in publicis circulis, in ſtudio Peruſino famoſiſſimo, cum eſſem in eo electus conſiliarius à Regnicolis regni Neapolitani quam plurimis quippe fundamentis, & rationibus hic non expreſſis, tanquam reſpicientibus potius theoricam, quam practicam.

12 Vnde retento † hoc intellectu infertur; quod ſi mater non poſſideret, & ſi non accepiſſet tenutam bonorum mariti militis, quod ſubſtitutus, vigore directæ militaris, poſſet autoritate propria bona patris accipere, & apprehendere vt dicitur *in d. l. Centurio, & in l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ.* & de fructibus idem eſſet dicendum *in d. l. precibus* quod *in eadem l. Centurio*, & conformis erit hæc deciſio cum deciſione l. *Centurio*, & hanc illationem aſſert Cagnol. *in d. l. precibus, num.* 154. Et hinc etiam eſt, quod Doctores eo in loco inculcauerint materiam compendioſæ ſubſtitutionis, & meritò quidem, quoniam non inuenitur, vt inquit ibi Cagnol. alius textus in iure, qui de compendioſa ſubſtitutione expreſſe loquatur præter *hanc legem precibus*, & materia huius generis compendioſæ redditur omnibus aliis ſubſtitutionibus difficilior ſecundum Doctores, vt per Corn. *col. 6. & 16.* neque poteſt ita compendioſè hic extracta, ideo repone hoc loco tractatum ſpecialem *de compendioſa*, per illuſtrem D. meum Sfortiam de Oddo aditum cum neceſſario apparatu. Sed ſemper velim memineris in hac materia illud, quod eſt magni ponderis, & poteſt quotidie euenire in practica, effectum ſcilicet compendioſæ, † & in milite, & in pa-
13 gano; in milite facta verbis directis compendioſa, etiam per pubertatem valebit, iure directo ex priuilegio, idemque erit ſi verbis communibus. *d. l. Centurio*, & ibi Doctores communi voto omnes. Quæ concluſio limitatur communiter, matre exiſtente in medio quia tunc [illegible] ad pubertatem valebit iure directo, poſtea verò iure obliquo, ſcilicet fideicōmiſſi, vt vnanimi conſenſu intelligunt Doctores textum *in d. l. precibus*, licet aliter ſupra concluſum, ſtabilitumque, non vna tantum ratione, ſit.

14 A Pagano † autem facta ſubſtitutio compendioſa verbis communibus, valet eo tempore quo poteſt iure directo, poſtea verò obliquatur, prout diuulgauere Dec. & cæteri communiter omnes *in d. l. precibus, & in d. l. Centurio*, & iſta eſt reuera magis, cōmunis opinio, ſecundum Dec. *in hu iure*, Iaſ. *conſ.* 129. *vol.* 1. Oldrad. *conſ.* 99. Bal. *conſ.* 392. *& conſ.* 399. *vol.* 4. Quæ ſententia communis amplificatur procedere etiamſi mater exiſteret in medio; quia ſubſtitutio compendioſa facta per verba communia, omni tempore pupillarem continet, non tacitam, ſed expreſſam, verbis generalibus, vt probat textus *in ead. l. precibus*. Et huic aſſentitur Tiraquel. cum aliis aggregatis per eum, *in tract. de legibus connubialibus, in gl.* 5. *num.* 60, & explicauimus etiam, cum ſuo neceſſario apparatu, infr. *in opin.* 842. *ſubſtit. compendioſa impuberi filio facta, & in dec.* 405. *dum Diana Nucaſtra, num.* 2. *& ſeq.*

15 Cæterum † verbis ciuilibus, & directis valet ipſa ſubſtitutio iure directo, vſque ad pubertatem, poſtea totaliter expirat ex ſententia Papiniani in l. *verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* nec in vim fideicommiſſi ſuſtinetur vllo modo, cum dicat; fruſtra à Pagano fieri verbis ciuilib. poſt 14. ætatis an. probaturq; *in d. l. Cent.* etiā, vbi ſpeciale Papinianus ait eſſe in milite, vt poſt pupillarem ætatem valeat, in tantum vt articulus iſte in materia compendioſæ ſit de illis atteſtante Cagnolo *in d. l. precib.* qui non habent fundum, ob tot, & tantas Doctorum contrarietates, atque diſſentientes, Sed hæc opinio communis eſt, vt Cōis
teſtificantur Corn. *col.* 6. *&* 12. Iaſ. *col.* 9. Curt. *col.* 6 *&* opin.
ſequen. eo in loco. Alex. Gloſ. Lanfran. de Oriān. & Rip. *col.* 15. *in d. l. Cent.* Polytus in *tract. ſubſtitutionum ſub tit. de compendioſa, col.* 8. *& ſequen.* Alciat. *in lib.* 1. *parad. c.* 5. Paris. *conſ.* 54. *col.* 4. *vol.* 3. & licet opinio contraria, ſcilicet, quod iſta ſubſtitutio totaliter non expiret, ſit Cōis
etiam communis, prout aſſeruere Cagnol. *in d. l. pre-* opin.
cibus, Polytus *in tractat. de ſubſt. ſub rub. de compend. col.* 8. *& ſeq.* & Ruin. *conſ.* 98. *viſo themate, cum dubiis ſub nu.* 3. *vol.* 2. tamen magis hanc eſſe communem, planum faciunt Doct. prænominati, & reuera eſt indubitabilis, cum ſit textus expreſſus, & clarus *in d. l. verbis ciuilibus.*

Retenta itaque hac communi, † tanquam tutiſſi- 16
ma, ſcilicet quod huiuſmodi ſubſtitutio totaliter expiret, ea tamen limitatur non procedere quando, eſſet adiecta clauſula codicillaris in teſtamento, ita enim reſtringit rearum eo in loco Bal. & Alciat. *nu.* 25. & eſt ſtabiliſſima, atque expaditiſſima reſtrictio; cum in codicillis verba directa, ſeu ciuilia ad fideicommiſſum trahi ſit iuris indubitati, *l. cum quis decedens*, §. *Seiam, ff. de leg.* 3. *&* l. *Scæuola ff. ad* Trebel. in tan- 17
tum quod rationabiliter hæc clauſula eius ſit effectus, vt ſubſtitutio iure cōdicillorum ſuſtineatur, idque ferè omnes probant, Imol. *in d. l. Centurio*, & ibi Iaſ. *num.* 35. Ang. Arec. *in tract. de teſtam. verſicul. in pupill. ætate, vel alias quandocunque, col.* 8. *& ſeq.* Gug. Bened. *in rep. c. Raynutius. verſ. ſi abſque liberis moreretur, num.* 31. Aug. Peruſin. *conſ.* 125. Ruin. *d. conſ.* 98. *ſub nu.* 5. & breuiter tempore Alex. fuit, vt ipſe teſtatur *conſ.* 81. *perſpectis ba, vol.* 2 *& in d. l. Centurio. col.* 23. & adhuc eſt communis, vt per Alciat. *eo in loco, nu.* 51. *& ſeq.* hæc- Cōis
que limitatio apparet hodie ſufficiens ad ſuſtinen- opin.
dam ſubſtitutionem verbis directis, & ciuilibus factam, etiam poſt pupillarem ætatem, ſtante conſuetudine Italiæ, & quaſi totius orbis terrarum, quod notarii in teſtamentis hanc clauſulam ſemper apponant vnde ſtante huiuſcemodi clauſula codicillari, ex conſuetudine Italiæ & omnium fere regionum apponi ſolita, & conſueta in teſtamentis omnibus, ingenue fateor, quod per quadraginta annos continuos, quibus Deo fauente, verſor in iudicando, conſulendo, & patrocinando nunquam viderim vllum teſtamentum, in quo non fuerit hæc clauſula codicillaris appoſita.

Sed de † clauſula codicillari prolata coarctan- 18
tur reſtringunturque procedere, vbicunque illa concepta appoſitaque fuiſſet per verba reſpicientia futurum hoc ſcilicet modo, *ſi non valet vel valebit iure teſtamenti, valeat iure fideicommiſſi ſeu codicillorum*: ſecus autem ſi verbum, *valebit*, futurum reſpiciens non fuiſſet appoſitum: quia tunc non apparet de mente teſtatoris fuiſſe quod poſt pubertatem, & tempus teſtamenti voluerit valere ſubſtitutionem, vt per Sene. Curt. *col.* 19. poſt Bart. Alexand. & alios *in d. l. precibus*, Et hæc etiam fuit intentio Decii, vt conſtat ex allegatis per eum eo in loco, idemque cenſuit Ripa *in d. l. Centurio, colum.* 23. *& in l. Lucius* 1 *a pen. col ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ratioque quam præfati Doctores aſſignauere, inter verba præſentis temporis, & futuri, eſt luciſſima, eamque probat Cagnol. *in d. l. precibus*, & Io. Vincent. Hondedeus *con.* 74. *quæſt. propoſita, nu.* 73. *& ſeq. vol.* 1. Vērum idem Dec. reſtringit hanc concluſionē, & dicta de clauſula codicillari ad cōpendioſam ſubſtitutionē iuxta terminos concluſionis prædictæ, ſub qua continetur

fide-

19 fidei commiſſaria, ſecus vero † vbi ſubſtitutio fuiſſet vulgaris tantum, quia non trahitur ad fideicommiſſariam, ex quo iſtud eſſet præter mentem, & voluntatem teſtatoris, qui de hoc non cogitauit, prout de hac reſtrictione apparatè diſcurrit Cagnol. *in eadem l. precibus, num* 198 Sed in hoc reprehenditur Decius ipſe qui idem eſſe intelligit in breuiloqua, reprehenditur dico à Galiaul. *in d. l. Centurio, col.* 55. poſt Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. Corn. & Socin. firmantes robuſtiſſimis, ordinatiſſimiſque mediis, quod reciproca ſubſtitutio cum clauſula codicillari ſimpliciter facta, ſimiliter & vulgaris ſimpliciter facta, vt *Titium inſtituo, & Caium ei ſubſtituo*, trahatur ad fideicommiſſum, vtpote quia verba eiuſmodi clauſulæ codicillaris important, quod cum non poſſit valere iure directo poſt pubertatem, valeat iure fideicommiſſi, & iſtorum grauiſsimorum iuriſconſultorum ſententia veriſsima mihi videtur per reſponſum Scæuolæ *in l. ſcæuola ff. ad Trebel.* qui loquitur etiam de breuiloqua, *in 2. reſpons*, inducendo tex. vt Cagnol. *in d. l. precibus*, qui tamen ſaluat reſtrictionem, opinionemq; Decii concordando Galiaul. Fulgoſ. & reliquis, ſcilicet vt opinio Decii ſit intelligenda quando dicta clauſula concepta fuiſſet ſolummodo per verba præſentis temporis, ſcilicet. *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codi. illorum*, ſecus vero, ſi foret etiam concepta per verba futuri temporis, ſeu habentia tractum in futurum, ſcilicet, *ſi non valet vel valebit, & cætera*, qui tunc procedit opinio Galiaul. Fulgoſ. & aliorum, & quamuis Decium conetur, non præcipitato ſtudio, ſaluare Cagnolus hac diſtinctione: tamen hæc profecto non fuit eius intentio; nam indiſtinctè locutus eſt de vulgari, & breuiloqua ſubſtitutione, quæ non comprehendunt fideicommiſſariam, vt notat Bart. *in l. 2. C. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Doctores *in leg. Gallus, §. quidam rectè ff. de liber. & poſth.*

20 Imo † hæc omnia ita explicata circa clauſulã codicillarem, amplia procedere, etiam generaliter in omnibus caſibus, quibus diſpoſitione iuris talis clauſula teſtamento ineſſe cenſetur vt puta in teſtamento inter liberos, prout ita amplificat Alciatus *ſub num. 55. in d. l. Centurio.* idemque cenſuit Lancellott. Decius relatus per eum, & Doctores paſsim annotant *in l. cum quam, C. de fideicommiſſis.* vbi præcipue Iaſ. latiſsimè abſque huiuſcemodi clauſulæ codicillaris inſertione, ſubſtitutione verbis ciuilibus, atque directis factam, non euaneſcere, nec expirare ait per tempora pubertatis, ſed ſuſtineri ſaltem in vim fideicommiſſi, per rationes à non paucis Doctoribus illuſtribus allatas, præſertim per reſponſum Conſtantini, *in l. quoniam indignum, C. de teſt.* vbi omnes verborũ ſolemnitates ſuſtulit; qui textus neque ab antiquis, neque à recentioribus ſcribentibus fuit in hac quæſtione ponderatus, & hæc opinio eſt valde fidelis, ſancta, & humana, vt ipſimet, qui contrariam ſunt ſectati ſententiam, ingenuè fatentur, præcipuè Alciat. in *d. l. Centurio num. 40. verſ. quæ ſententia licet in ſpecie humana videatur*, imo explicat etiam Galiaul. *ibi, col.* 48. *& ſeq.* ab iſta opinione non eſſe in iudicando recedendum. nec non Salyc. *in d. l. precibus.* patefacit; quod ſi non reperiatur lex aliqua hoc probans, fieri tamen deberet, vt ea omnino ſeruaretur idemque cenſuit ibi etiam Cyn. recitans multos antiquos qui in hanc iuere ſententiam; Imo Decius annectit etiam, quod hæc opinio maximè haberet locum in Curia, vbi æquitas debet ſeruari. Et licet ea æqua, vrbanaque ſit, nihilominus cunſulerem teſtatores, ad euitandas, radicituſque euellendas altercationes, vt apponerent vel apponi curarent huiuſmodi clauſulam codicillarem, prout fit communiter in noſtris regionibus; abundantem enim cautelam nunquam obeſſe, indubitatum eſt.

Et tanto † magis, quia æquitas non ſcripta, ſeruanda eſt per iudicem, vt *in c. quamuis rigor de appel.* & notat Roma. *conſ.* 46. *ſub num. 2. verſ. vltima ſuit æquiſsima & vera opinio.* 21

Eſt tamen † benè verum, quod ſi fuiſſet dictum; *compendioſè ſubſtituo*, tunc vtique hæc verba magnam admodum haberent vim, & cautelam, & operarentur clauſulam codicillarem, & hæc erit melior ſubſtituendi ratio, quæ fieri poſſit quia ſi ſubſtitutio compendioſa hoc pacto concepta ſit, perinde erit ac ſi fuiſſet dictum à teſtatore, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* vt teſtantur omnes ſcribentes, *in d. l. precibus*, & tradit etiam Aret. per illum textum, *C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact.* & eſt reuera receptior ſcribentium ſententia, vt per Ripam *in d. l. Centurio col.* 42. *in 3 quæſt.* Bart. & Cagnol. *in eadem l. precibus, num.* 257. 22 Cõa opin

Ita vt hæc clauſula codicillaris in omnem euentum tollat hodie omnes præmemoratas difficultates, in quibus ſe Doctores & antiqui, & recentiores plurimum vehementerque torquent, atque mirificè laborant. quia, vt ſupra ſæpiſsimè explicauimus, eſt frequentiſsima totius ferè orbis terrarum conſuetudo, vt notarii in omnibus teſtamentis vtantur hac clauſula, aſſerentes teſtatorem ſubſtituere *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, quæ clauſula hodie proſternit, conquaſſat, ac deſtruit omnes quæſtiones prædictas, quamuis ipſi notarii, qui huius generis clauſulam apponunt, non intelligant, quid dicant, ad inſtar illorum cantorum, qui per rerum naturam benè cantant, lui cantus rationem nullatenus percipientes, vt poſt Bal. *in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* tradit Sen. *col. 25. in 13 concluſio.* & Cagnol *num. 235. in d. l. precibus*, ſed ſi ſimpliciter appoſita ſit præſens clauſula codicillaris in teſtamento, poſſet dubitari. num ex deliberatione teſtatoris ea appoſita ſit, vel potius ex capite notarii; tamen vbicunque ſubſtantia eiuſmodi clauſulæ declarata fuit teſtatori ita aſſerente notario ipſo, ceſſarent ſine dubio contentiones, & controuerſiæ omnes, vt infra in *opinione* 812. *ſtatutum excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile. num.* 62. 62. 74. *cum aliis ſequentibus*, affluentius declaratur.

Imo † amplia etiã omnia præmemorata eatenus vera eſſe, quod per dictam clauſulæ appoſitionem cenſeatur conceſſa facultas ſubſtituto veniendi, ex quocunque capite ſubſtitutionis voluerit, per textum *in l. cum proponeretur. §. Titius. ff. ad Trebell.* vbi. Vulpianus reſpondit; in poteſtate ſubſtituti vulgariter & per fideicommiſſum, eſſe, agnoſcere ex ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria, ita Bart. tradit *in d. l. Centurio*, cum quo alii vnanimes omnes communiter tranſeunt, vt ibi per Aquens. *col. pen.* Galiaul. *col.* 97. Rip. *coll. 55. num.* 171. Polyt. *in tract. de ſubſtitutionibus ſub Rub. de compend. col. fin.* Sue. *conſ.* 0. *col. 6. & ſeq. vol.* 1. *& con. 290. col fin. vol. 2.* Paris. *con. 73. vol* 3. per eundem Aquens. *in d. §. Titius.* 23

Sed ampliationem † iſtam reſtringit Imol. *in d. l. Centurio*, & Sene. *in d. l. precibus, col.* 25 *in concluſ.* 13. ſcilicet, quando caſus ſubſtitutionum diſtinctè eſſent expreſſi quaſi tunc de mente teſtatoris fuerit non dare electionem ſuccedendi ſubſtituto, ſed voluiſſe quamlibet prædictarum ſubſtitutionum habere locũ in caſu ſuo, vulgarem ſcilicet, ſi inſtitutus non erit heres, pupillarem ſi in pupillari ætate deceſſerit, 24

fideicommiſſariam ſi poſt pubertatem: quæ limitatio atque reſtrictio eſt contra textum *in d. l. recuſare §. Titius* vbi ſubſtitutiones erant factæ diuiſim, & diſtinctè; & nihilominus cenſetur ibi data licentia, & electio, ex qua ſubſtitutionis ſpecie velit venire; & in effectu ita ſonant verba textus, & communiter quoq; ſic intelligitur, ſecundum Doctores eo in loco & Cagnol. *in d. l. precibus* ita vt reddatur eluſoria, atque inutilis hæc reſtrictio Imolæ propter illius textus generalitatem. Et licet Aquenſ. in locis prææallegatis conetur ſaluare opinionem Imolæ, declarando eam, tamen eius declaratio damnatur per Ripam, & Galiaul. *in d. l. Centurio*, & Pariſ. *conſ. 73. col. 2. vol. 3.* Imo Decius quoque *in d. l. precibus, col.* 14. conatur ſaluare hanc eandem reſtrictionem Imolæ, quando eſſet facta compendioſa, continens ſub ſe
1 prædictas ſubſtitutiones, ſiue vbi facta compendioſa, exprimerentur dicta verba; *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, quia cum ſit expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur *l. 3. cum not. ff. de leg. 1.* conferuntque etiam notata *in l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* quaſi ſecundum Decium tunc teſtator cenſeatur feciſſe plures ſubſtitutiones ſucceſſiuè in caſu ſuo, vulgariter, ſi non erit hæres pupillariter, ſi in pupillari ætate deceſſerit, & per fideicommiſſum, ſi poſt aditam hereditatem & poſt pubertatem deceſſerit. Et licet hæc Decii ſaluatio reiiciatur à Galiaul. & etiam à Pariſ. *in locis prænotatis*, per textum in d. §. *Titius*, tamen ſalua ſemper eorum reuerentia non intellexerint mentem Decii, quia Decius in caſu d. §. *Titius*, ſcilicet quando ſubſtitutiones ſunt factæ diſtinctæ tenet contra Imol. prout ipſe, & cæteri; intendit nihilominus ſaluare Decius opinionem Imolæ, quando in compendioſa eſſent contentæ dictæ ſubſtitutiones; quod etiam animaduertit Cagnol. qui hoc etiam caſu reprehendit Decium, quia compendioſa comprehendit omnes prædictas ſubſtitutiones, perinde ac ſi ſpecialiter fuiſſent expreſſæ vt ſupra etiam delarauimus, & merito quidem hæc opinio Imol. Aquenſ. & Decii improbatur, quia reſpuenda eſt omnino propter generalitatem illius textus *in d. §. Titius*, qui nullam omnino poteſt pati reſtrictionem.

25 Vnde † cum præfata clauſula, *Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, ſit de conſuetudine totius Italiæ, totiuſque ferè terrarum orbis, ſit que de ſolitis opponi in omnibus teſtamentis per notarios habetur pro appoſita etiamſi non ſit per notarium adiecta vt per Ripam *in d. leg. Centurio, col. 26.* & ita etiam firmat Cagnolus *in dict. leg. precibus, num.* 138. & *in leg. ſi librarius, num.* 8. vbi multa congerit, atque vtiliter diſcurrit. *ff. de regulis iuris*. & Tiraquel. cum aliis quam plurimis aggregatis per eum *in tractat. de iure conſtituti poſſeſſorii, in 3. parte 31. limitatione, num. 9. & ſeqq.*

26 Sed eſto † quod hæc clauſula *ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum*; appoſita ſit in teſtamento per notarium, prout ſolet communiter apponi per notarios in teſtamentis, animaduertendum eſt, quod tunc ex huiuſcemodi verbis ita prolatis in teſtamento *ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, datur, conceditur que electio ſubſtituto; an ex pupillari ſubſtitutione an vero per fideicommiſſum ſuccedere velit, vt per Zaſium *in tractat. de ſubſtitutionibus, capit. quinto. de compendioſa, ſub num. 2.*

27 Eſt nihilominus † bene verum, quod clauſula codicillaris, licet appoſita non ſit per notarium in teſtamento, tamen in tribus caſibus ſemper intelligitur appoſita, primo ſi in teſtamento adeſt iuramentum. Secundò in teſtamento inter liberos. Tertio quando inſtituitur in teſtamēto perſona valde dilecta teſtatori; nam ardor huius amoris idem operatur, quod clauſula codicillaris, vt hæc notat Iaſon *in leg. verbis ciuilibus, numer. decimatertia & ſequent. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.*

OPINIO CCCCLXII.

SVMMARIA.

1 *Legitima ex primogenituræ bonis an debeatur cæteris liberis.*

2 *Frater non tenetur conferre fratribus bona primogenituræ.*

LEGITIMA † ex primogenituræ bonis non debetur cæteris liberis: cum hæc bona vigore primogenituræ acquiſita, ac obtenta primogenitus habeat præcipua nec recognoſcat aliter ab hæreditate patris, nec ab ea proueniant aliquo modo: ſecundum Tiraquel. cum aliis citatis per eum, *in tractat. primigeniorum quæſt.* 5. & 55. & iſta eſt communis opinio, teſte Pariſ. *conſil. 17. num. 30. volum. 2.* 1

Et † hinc eſt, quod minime conferendum ſit aliis fratribus illud, quod ad primogenitum iure primogenituræ peruenit: vt voluit Bald. *in repet. leg. cunctos populos, colum. 8. Cod. de ſum. Trin. & fide catbol.* quia hoc proprium lucrum eſſe apparet, vt per eum ibi, & in *authent. ex teſtamento, colum. fin. C. de colla.* & refert, atque ex aliis comprobat Tiraquel. *in d. tract. primogeni. quæſt. 31.* 2

OPINIO CCCCLXIII.

SVMMARIA.

1 *Licentiatus poſtea creatus Doctor an præferatur Doctori medii temporis.*

2 *Scipio Rouitus, aſſerens opinionem hic poſitam non eſſe communem, rationibus carere, refellitur. Eiuſque obtrectationes diluuntur. num. 21. 22. 23. 24.*

3 *Licentiatus pro doctore haberi debet, & ſimilis eſt reipſa doctori.*

4 *Epiſcopus ante conſecrationem dicitur Epiſcopus. Vt & Abbatiſſa ante benedictionem, Et intra quod tempus benedictionem accipere debeat.*

5 *Priuilegium Epiſcopis conceſſum, competit Electis confirmatis, licet nondum conſecratis.*

6 *Similium idem eſt iudicium.*

7 *Cingendus habetur pro cincto, & doctorandus pro doctorato. Et qui in vtero eſt, pro nato. Item appellatione argenti facti venit fabricari captum.*

8 *Licentiatus concurrens cum doctore poſtea promoto habet præſumptionem pro ſe quod ſit illo literatior & doctior. Ideo ratione doctrinæ ipſi quoque præferendus eſt.*

9 *Licentiatus non poteſt in alia Academia aſſumere gradum Doctoris, quam in ea in qua factus eſt licentiatus.*

10 *Licentiatus ob paupertatem, vel alia impedimenta gradum Doctoris non aſſumens excuſatur.*

11 Impedi-

11 *Impedito ex cauſa legitima, non currunt tempora iuris vel hominis, ſiue proteſtatus ſit, ſiue non.*

12 *Licentiati admittuntur ad Eccleſiaſticas dignitates ad quas ſoli doctores admittuntur.*

13 *Peritis in arte ſua credendum.*

14 *Licentiatum in eo quod aſſerit, vel ſcribit facit numerum in omni opinione.*

15 *Referendarium eſſe poteſt tam Licentiatus, quam Doctor.*

16 *Legis ratio tantum valet quantum lex ipſa.*

17 *In conſtituenda communi opinione quot, & quales requirantur Doctores.*

18 *Arguere & arguendum quid.*

19 *Dubium probabile excuſat errantem.*

20 *Doctor aſſerens opinionem veriorem & æquiorem, inuenit contrariam ſeruari in praxi.*

21 *Omnino has quoque protedit in artium Doctore.*

LICENCIATVS poſtea effectus Doctor præfertur illi, qui medio tempore eſt effectus Doctor; & ſic doctor iunior antiquiori præfertur, ſi iunior prius quam antiquior, licentiatus fuiſſet, licet in aſſecutione gradus fuiſſet poſterior, ita vt Doctoribus medio tempore inter licentiam, & gradum ſuſceptum creatis ſit præferendus: vt voluerunt Rayne. & Nicol. de Neapol. in l. 1. C. de conſul. lib. 12 per text. ibi, Aret. in §. qualem, nu. 10. de actio. Calde. inc. ſancta crucis. de reſcript. Alex. in apoſtil. ad Bar. in l. 1. ff. de obliq. à liber. patro. praſ. Soci. conſulendo conſi. 70 vol. 4. Feily. & Deci. inc. clerici. num. 4. de iud. Maria inc. quanto de magiſt. Petrus de Leſnaudiere in tract. de Doctoribus in 3 part. quæſt. 12. Purpura in tract. de offi. aſſ. fol. 43. num. 212. Boeri. in tract. de authori. magni cons. nu. 98. poſt deciſiones ſuas impreſſo, Pet. Rebuff. in tract. nomin. q. 2. poſt num. 44. Io. Staph. in tract. de literis gratiæ & iuſtit. in par. 2. ſub tit. de vi, & effectu clauſularum verſi. Secundo principaliter dubitatur in ea parte huius tertiæ partis cum ver. ſeq. fol. part 121. & per. Facit ad hoc quod notabiliter cod. in. col. 125 Rubeus. conſil. 86. ſirca primam ſim num 2 Soci. Deci. in 1 lectu. n. 11. & in 2. lectu. num. 18 & Purpura & Cagnolus num 58. cum aliis ſeq. in l. cum quid ff ſi certum pet. qui atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem. Aret. in l. nec quis ex corpore C. de aduo. diuer. iudic. L. in in rub. de dona. inter vir & vxor §. 58. & Tiraq. de legib. connub. in gloſſ. 2. num. 1. & ſeq. Felin. in rub. Ext. de maioritis. & obed. nu. 3. Curtius. iunior in 101. & Menoch. in additio. ad Soc. in d. l. cum quid nu. 19 & 21.

Com. opin.

In contrariam vero partem inclinauit Hanibal Troylius Cauenſis, *ſuper ritibus regni in ritũ 101 in prima Doctoris, &c. num. 7. cum aliis ſequentibus fol. 363.* Cæſar Viſitiilus *in add. Afflict. in deciſ. 1 num. 8 & ſeq* Romani *conſ. 333.* Iaſ. *in d. l. cum quid. in 1. lect. nu. 16.* Iac. Rebuff. *in dict. leg. 1 Cod. de conſul. libro. 12.* Grat. cum aliis relatis per eum *conſ. 116. vol. 2.* Ruin. *conſ. 9. nu. 15. vol. 1* & Alciat. *in tract. de praſ. reg. 1. præſum. 45. nu. 7 & ſeq. & conſ. 722.* in quibus locis conantur, & doctiſſimè quidem, in practica reducere iſtas opiniones ad optimam conſonantiam, & concordiam, videlicet, quod licentiatus poſtea doctoratus præfertur Doctori medii temporis abſque ſcrupulo, & difficultate aliqua, quando mox gradus, & inſignia doctoratus recepit, & dum in practica eſſet ea conſequendi, aliis exiſtiſſent doctoratis tunc quippè ipſe licentiatus præferri deberet: alias ſecus, & iſta concordia veriſſima, & tutiſſima eſt in deciſiuis.

2 Et licet † Scipio Rouitus in illis pauculis, quæ exarauit *in prag. reg. de ſcholarũ prohibitione no. Iu 18 part. ſub num. 5 cũ aliis ſeq.* nimis audax protulerit aliqua inſolentiſſima, inconuenientiſſima, atque deteſtanda verba, aſſerendo ex ſuo capite, iſtam opinionem ita fideliſſimè mentionatam, non ſolum communem non eſſe; ſed potius omnimoda carere ratione: at non reprimendo me his temporibus; ad propriam naturalem defenſionem, & tot illuſtrium primariorum Doctorum vtriuſque claſſis, & ad veritatis dilucidationem, talem, & tantam audaciam ipſius Scipionis iterum, atque iterum dico huiuſmodi ſententiam eſſe, nedum communem, vt aſſeruere conſtantiſſimè, atque ſapientiſſimè tot illuſtres Doctorum etiam ſacroſanctiſſimam: tum ex teſtimonio tot Procerum allegatorum: tum etiam, quod tanquam communi ei aſſentiantur quoque And. Barbat. viuaciſſimis rationibus in caſu ſuo *in c. cam te, ſub num. 4. & ſeq. de reſcript.* ſapientiſſimus D. regens Ioan. Ant. Laharius felicis recordationis *conſ. 72. nu. 6.* & inſignis literaturæ conſiliarius ſacri conſilii, & illius lydus fulgentiſſimum, D. Fabius de Anna *conſ. 41* Felynus monarcha, *in rub. de maioritis & obed. nu. 3* & ibi doctiſſimus D. Brunonis à Sole *in additionibus*, & Io. Bapt. Ferretus *conſ. 240 in materia præſtationis. num. 9. & ſeq vol. 2.* & Socin. Sen. *con. 70. vol. 4 & in l. cum quid, num. 19 & ſeq.* vbi etiam politiſſimus etiam, & ſubtiliſſimus D. Menoch. *in additionibus. ff ſi cert. per* Et quamuis aliqui contradictores reperiantur, qui huiuſmodi clariam veritatem obumbrare ſtudeant, in quorum numero inſerere, enumerateque dum voluit mendaciter idem Rouitus in loco præmemorato Quintilianum Mandoſiũ *in additionibus Romani conſ. 355.* qui reuera, nihil vnquam ſcripſit eo in loco, ideo nihil mirum eſt, ſi eorum contradictio penitus vana reddatur, & communiter ab omnibus probetur.

Nam † Licentiatus ipſe pro doctore haberi debet: & ſimilis re ipſa eſt iam Doctori exiſtenti: participat que etiam de vtroque ſtatu, id eſt, de ſcolari, & Doctore: & conſequenter appellatione Doctorum vel ſcolarium veniunt Licentiati, ſaltem in fauorabilibus, vt per Geminian. *in rub ſuper 6 lib. decretalium, num. 9. & ſeq.* Imo Licentiatus ipſe, & approbatus, in fauorabilibus habetur pro doctore, ita Bal. *in l. 1. ſub num. 9. ff. ſolut. matr.* Socin. *conſ. 70. ſub nu. 6. vol. 4* & Tiraquel. *in tract. de legibus connubialibus Glo. 2. num. 1. & ſeq.* Suſtentaturque etiam ſecundo loco prædicta communis ſententia altera quoque palpabili ratione, quæ penitus tollit contradictoribus omnem auſum contradicendi; & potius eis tacendi præbet occaſionem quæ eſt hæc, † quod Epiſcopus ante conſecrationem dicatur Epiſcopus. *vt in c. meminimus, de de accu.* vbi determinatur, quod Abbatiſſa dicatur ante benedictionem Et ſic Abbatiſſa benedicitur ſicut Abb. Sed eius benedictio non habet eundem effectum ita Io. And. eo in loco, & notatur *in clem. attendentes § ſtatuimus, de ſtat. regul. & in c. indemnitatibus de elect. lib. 6.* vbi Io. And. Abbatiſſa autem ſolita benedici, debet intra annum munus benedictionis accipere *c. fin. § ſtatuimus, de ſtat. reg.* Prout etiam electus in Abbatem, ante benedictionem ſibi collatam habet nomen Abbatis, vt notatur *in c. monaſteriis de reindic* & per Guil. de Monte Lau *in clem. 2. de ſtat. regu.* Abbas poſt Hoſten. *colum. fin. in d. c. inter monaſterium.* & eſt text. *in c. 1. de ſupplen. neglig. prælat. & in c. 1. & ibi Io. And. de ætat. & qualitat.*

3

4

Taliter † quod attingendo centrum præſentis ſpeculationis, priuilegium conceſſum Epiſcopis videatur conceſſum quoque electis confirmatis, nondum conſecratis. Ita gloſ. *in clement. 1. in verb. Epiſcopis de foro compet.* & And. Barbat. *in c. cam te, num 5. de reſcr.* & de hoc vtique mirandum non eſt, nam prior in electione, debet primo poni. vt per Bar. *in l. 1. in conſtit. Codicis, §. quibus, alias eſt in princ. col. fin.* 5

Vnde

Vnde dum hæc inter ſe ſimilia ſint, ſequitur ne-
6 ceſſario, quod † ſimilium eadem ſit ſententia. *leg. non poſſunt. ff. de leg.* Et hoc tanto fortius procedit, quod in his ſimilitudo accipiatur, ſine dubio propriiſſime pro conuenientia ad diuerſas ſpecies. *c. inter. de trans. epiſ.* imo ſimilitudo ipſa habet eundem effectum, atque potentiam: tunc enim prouiſio in vno extenditur ad alterum. *l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth.* Ita quod ſimilitudo hæc abſque vlla difficultate dicatur conuenientia rationis, pariens eundem effectum, in qua, dum eadem ratio militat, ſequitur, quod vbi eſt eadẽ ratio, & ibi idem ius ſtatui debeat. *l. illud. ff. ad leg. aquil.* Glo. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Io. And. *in c. ignorantia, de reg. iur. in 6.* Bar. *in l. naturaliter. ff. de vſucap.* & Ripa. *in l. 1. n. 93. ff. de vulg.*

Tertia ratio affertur etiam viuaciſſima, pro ſtabilimento iſtius communis ſententiæ, ad fauorem li-
7. centiati reſolutæ, quod † proxime cingendus habetur pro cincto: & ſic proxime doctorandus habetur pro doctorato. *l. pen. & ibi Glo. & Doct. ff. de milit. teſtam.* vbi planum ſimiliter. facit Bal. quod potentia actui propinqua reputatur pro actu. *l. qui in vtero. ff. de ſtat. homin.* vbi determinatur, quod qui in vtero eſt, pro nato habeatur. *l. & ſi non. §. quid ergo. ff. de aur. & arg. legat.* prout appellatione argenti facti, venit ſimiliter fabricari cœptum. vt per Fely. *in c. cum adeo, num. 4. de reſcript.* & Dec. *conſ. 317. col. 1.*

Quarta ratio eſt ſimiliter veritati conſona, dum in præſenti certamine, ac altercatione concurrunt duo, licentiatus, inquam, primo loco, & graduatus po-
8 ſtea, ſecundo loco. Taliter † quod licentiatus ipſe habeat præſumptionem pro ſe, quod magis litteratus, & doctior in tali legali ſcientia reputetur: & ſic qui longiori tempore ſtuduit plus, & qui breuiori tempore, minus ſcire intelligere. In tantum quod iſta ſit præſumptio iuris, & facti, & veriſimilis, dum poteſt ea colligi, & haberi de aliquo facto, vel per frequentiam, vel exercitium eorum, quæ adhærent, & conueniunt illi facto. *c. vidua, 26. q. 1.* Guid. Pap. *in tract. de præſumptionib. num. 54.* Ergo ratione maioris doctrinæ licentiatus præferendus eſt. Et tanto magis dum repentitus approbatus, præcedente rigoroſo examine, & repertus ſimiliter idoneus, & ſufficiens, mediante relatione Doctorum, vel ſeptem, ſecundum aliquos: vel ad minus quatuor, Perusii: & in aliquibus aliis ſtudiis vniuerſalibus, vt traditur per Saly. *in l. nemini, num. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* & Bart. *in l. magiſtros. C. de profeſſ. & medic. lib. 10.* Et ſic numerus ipſe Doctorum, approbantium, & regentium eſt taxatus. ita Glo. eo in loco. Vnde ex his omnibus reſultat euidens concluſio, quod doctoratus laurea, ac corona, non conſideretur vbi habetur iſtio doctrinæ, vt concedit, & probat doctiſſimus D. Antonius Maria Coratius *in tract. de communi opinione Doctorum, lib. 1. tit. 6. inſpectione 11. nu. 131.* Seniores enim dicuntur ſapientes, ſecundum Glo. *in c. de quibus, 20. diſt. & c. porro, 8 diſt.*

Quæ licentia doctorandi, & ad gradus doctoratus promouendi ita & taliter ſolenniter conceſſa, eſt ta-
9 lis naturæ, † vt licẽtiatus factus Peruſii, vel alibi, non poteſt publicam licentiam aſſumere in alia Academia, vt per Raph. Fulgoſ. *in l. ſenatorem, n. 3. ff. de Senato.* ſtante, quod priuilegium, ſeu indultũ alicui Vniuerſitati, ſeu loco conceſſum, extra illum ſeruandũ non erit. *l. pen. ſancta Glo. in ver. orientis. C. de fun. patri. & Saltuen. lib. 11.*

10 Sed † dum licentia hæc conceditur, atq; indulgetur iuſtis ea cauſis, Scholarib. qui diu inſudarunt, & valde profecerunt, ſi ob patriæ maximam diſtantiam; vel ob graues expenſas, quæ in ſtudiis vniuerſalibus (vt omnes norunt) in ſuſcipiendo doctoratus gradu, & laurea requiruntur, adoptatos, debitoſque honores, aliquib. menſibus elargitis, ac ſtabilitis peruenire nõ poſſint: vel ob alia impedimenta ſuperuenientia, poſt reportatam victoriam in examine tam rigoroſo; & in tali euidenti honoris periculo: & potiſſimum ob paupertatẽ, ad doctoratus gradus, non permittentia promotionem alto priori tempore, excuſandi certe ſunt, & excuſata remanet eorum paupertas. *c. ex ratione,* & ibi Doct. omnes, *de appell.* & Bal. *in l. 2. §. ſi quis iudicio. ff. ſi quis cau.*

Ex quo † impedito ex legitima cauſa, non currunt 11
modo aliquo tempora iuris, vel hominis. *c. 1. de præſcr. & l. 1. in fin. C. de anna excep.* Rota Romana *deciſ. 2 tit. de dila in nouis.* Quod vtique de plano quoq; procedit, & abſque ſcrupulo, ſiue proteſtatum fuerit, ſiue non, vt per Soc. Iun. *conſ. 104. col. fin. vol. 3.* & Dec. *conſ. 356. col. 2.*

Quinta ratio corroboratrix præſentis ſpeculationis, condecenter hodie adiuncta, ea tradi ſimiliter poteſt, † quod licentiati admittuntur ad eccleſiaſti- 12
cas dignitates, ad quas ſolummodo Doctores aſſumuntur, vt ſancte quidem, atq; ſtabiliter determinatum eſt per Synod. Trident. *in ſeſſion. 22. ſub cap. 2.* ibi, *Scientia vero præter hæc eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere, ideoque antea in Vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur; Quod ſi regularis fuerit, à Superioribus ſuæ religionis ſimilem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde inſtructio ſeu teſtificatio erit ſumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: alioquin eorum conſcientias grauiter oneratas eſſe ſciant: ac Deum, & ſuperiores ſuos habebunt vltores.*

Sexta ſimiliter ratio viget in promptu, puriſſima, & efficaciſſima, quod in præſenti caſu non conſideratur, niſi peritia, vt in terminis ſcripſit, accuratiſſimus D. Io. Maria Coratius *in tract. de communi opinione Doctorum, lib. 1. tit. 6. inſpectione 10. num. 125.* Nam
† peritis in arte ſua ſtandum, credendumque eſt. tex. 13
eſt *in c. ſignificaſti, in ver. vt medicorum peritorum iudicio, de homicid. & in c. fraternitatis, de frigidis, & maleſic. & in l. 1. §. fin.* & ibi Bart. & alii omnes, *ff. de vent. inſpicien.* Spec. *de probat. §. fin. ver. hoc quoque, &* Glo. *in c. veterum, 9. diſt.* & facit text. *in §. reſponſa prudentum. Inſtit. de iur. natur. gent.* Bal. *in l. nemini. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* vnde non quidem immeritò penitus dicimus doctos, expertos: ſicuti è conuerſo imperitos indoctos, atque inexpertos, ſtante quod ab huiuſcemodi ſtipite peritia & imperitia deriuantur.

Septima quoque ratio non inconuenienter hic redditur, quod ea pertinere ad reſolutionem præſentis communis ſententiæ ſubſtantialiter videatur.
† Quoniam licentiatus in eo quod aſſerit, vel in iure 14
ſcribit, facit ſine omni dubio opinionem, & numerum in communi, vt ſtrenue, atque inexpugnabiliter probat, & demonſtrat D. Ioh. Maria Coratius *in tract. de communi opinione doctorum, lib. 1. tit. 6. inſpectione 10. num. 121. & ſequent.* Ex quo approbatus ad doctorandum, licet careat laurea doctoratus, tamen non caret authoritate, dum doctrina, atque ſcientia ex alio, quam doctoratu probari poſſit: ſcilicet per ſcripta in iure, & alios actus ſimiles.

Octaua etiam ratio minime ſpernenda eſt, tanquam dependens ab experientia, rerum magiſtra,
ſtante † quod in referendariis minime gentium con- 15
ſideretur gradus doctoratus, ſed aliæ qualitates, quæ faciunt ad officium referendariorum, vt per

nem ſententiam ex congeſtis per Dec. *conſil.* 442. & Bellamer. *conſ.* 28.

4 Sed vbicunq; † ſimpliciter teſtator prohiberet alienationem: tunc ſtatim bona poſſent alienari vſq; ad integram legitimam; & per conſequens nihil operatur, quantum ad legitimam, ſimplex prohibitio alienationis: vt per Iaſ. eleganter *con.* 161. *reuocatur, li.* 2.

5 Io tantum, † quod filii non poſſint grauari in legitima, nec eis vllum præiudicium afferri, *l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſta.* Idq; adeo verum eſt, vt ſi tota hæreditas relicta ſit cum onere, adhuc tamen quod ad legitimam, tale onus ſimiliter reiiciatur, *l. ſcimus.* § *cum autem*, vbi notant Fulgoſ. Paul. Caſtren. & Iaſ. *C. de inoffi. teſta.* Corn. *conſ.* 106 *in prin. vol.* 2. Idem Iaſ. *in d. l. quoniam in priorib.* & Caſſa. *in conſuet. Burgu. f.* 244. *col.* 3.

6 Hinc † etiam communiter apud Doctores receptum eſt, vt etiam, ſi relictus ſit vſusfructus omnium bonorum, tamen pro rata legitimæ ceſſet legatum vſusfructus, ita Alex. *conſ.* 28. *col.* 2. *vol.* 4. & Soc. Iun. *conſ.* 109. *num.* 7. *vol.* 1. *Cōis opin.*

7 Imo etiamſi † cum iuramento promiſerit filius nõ contrauenire teſtamento patris, poterit tamen petere legitimam ſine onere aliquo, vt concedit Guil el. Cuneus *in l. ſi quando.* § *generalem. C. de inoffi. teſtam.* & ita eſt communis opinio, vt poſt Roman. teſtatur Ant. Gabriell. *in repertor. commun. opinionum. in tit. de legitima. poſt nu.* 7 *verſ. amplia etiam, lib* 6. Sgurol. de Homodeis *conſ* 80 *col.* 2 & Pariſ. *conſ* 43 *ſub num.* 36. *vol.* 3. *conſ.* 45. *col.* 2. & *conſ. ſeq. col.* 1. *vol.* 2. *Cōis opin.*

8 Et † legitima quanta ſit detrahenda, attenditur numerus filiorum, quia ſi ſint plures quatuor, eſt dimidia pars bonorum, quæ habituri erant ab inteſtato: ſi vero ſint numero pauciores, eſt triens, *iuxta authen. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* & notat explicando materiam, Capycius *deciſ. vltima, ſub num.* 5 & Alcanius Clementinus *in tractat. de patr. a poteſtate, cap.* 6. *effectu* 16. *num.* 42. & Capta *conſ* 10. *num.* 18. & *ſeq.*

9 Et † in legitima computandã, ad hoc vt ſciamus, quanta eſſe debeat, an dinumerentur filiæ fœminæ, oportet pro reſolutione videre, & inueſtigare de illa quæſtione, circa quam non mediocriter altercatum eſt inter Doctores, ad hæc vſq; tempora, videlicet, an filiæ excluſæ per ſtatutum, cum ſunt dotatæ, computentur in numero filiorum, in computãda legitima, in qua quæſtione, quamuis fuerit vna opinio, quod connumerentur, perinde ac ſi cum maſculis in ſuccesſione concurrerent, quam opinionem commendauit ſæpiſſime Bal. tum legẽdo tum conſulendo *vt in l. vnica*, § *ino*-*imo*, *col.* 2. & *ſeq. C. de caduc. tollen. in l. huiuſmodi*, § *ſi Titio ff. de leg* 1. & *in l. duob.* 10 11. & conſulendo *conſ.* 176. *vol.* 3. *conſ.* 90. *conſ.* 99. & *conſ.* 480. *vol.* 4. & eandem ſententiam ſequuti fuere Cum. Sen. *conſ.* 5. Soc. Sen. *conſ.* 75 *col* 3. *vol.* 3. Dec. *conſ.* 607. *col. fin.* & alii quamplurimi, atteſtantes eam communiorem, receptioremq; eſſe, quos allegat Ant. Gabriel. *in repertor. commun. opin. concluſ.* 2. *de legitima, li.* 6. ſecundũ quam opinionem iudicauit quoq; ſacrum regium conſiliũ Neapolitanum, atteſtante Capycio *deciſ.* 138. *Cōis opin.*

10 Tamen † quia, prætermiſſis aliis opinionib. conſtat illam eſſe veriorem, & tutiorem opinionem, vt ſi fauorabile ſit maſculis filias computari, perinde ac ſi integraliter ſuccederent, quod tunc computentur in numero filiorum cum maſculis: ſi vero id ad incommodum filiorum cederet, non debeant computari, quam opinionem commendauere Rubeus *conſ* 122. *n.* 3. Pariſ. *conſ* 53. *n.* 75. *vol.* 1. & Ant. Gabriell. *in d. concl.* 2. *num.* 8. *verſ. quinta fuit opinio*, Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 52. *col.* 2. & *conſ.* 286 *col pen. vol.* 1. Cephal. *conſ* 245. *num.* 30. & 31. *vol.* 2. & Hieron. Gabriell. *conſ.* 108. *num.* 9. *vol.* 2. & ſecundum eandem opinionem, tanquam æquiorem, multoties iudicauit quoque Rota Romana & præſertim in quadam cauſa Romana fideicommiſſi coram D. Cantuccio, quæ retenta, tanquam ſacroſancta, & veriſſima non eſt curandum quicquid titubanter, ſeu inaduertenter mutata ſententia ſcripſerit Ant. Gabriell. *conſ.* 140 *poſt nu.* 4. *vol.* 2 qui opinatus eſt, verius eſſe, vt filiæ indiſtincte, etiamſi filiis maſculis fauorabile nõ ſit, computentur. *Cōis opin.*

Et licet † ſubtilis ſit, & ardua quæſtio, an fratres poſſint intentare remedium inofficioſæ dotis promiſſæ, per eorum patrem, dum viueret, eorum ſorori, contra maritũ, vel eius hæredes, vſq; ad legitimam iſtis fratrib. competentem in bonis paternis, tamen adhuc non inuoluta extat deciſio in terminis, Pauli Caſtrenſis *in l.* 1. *C. de inoffi. dotibus*, vbi determinat, quod ſi filii per dotationem factam à patre, reperiantur defraudari, reſcinditur talis dotatio per querelam inofficioſæ dotis Et mouetur Caſtrẽſis ad hoc per textum *in l. fin.* § *ſi à ſocero. ff. de his, quæ in fraud. credit.* vbi decidit Iuriſconſultus, quod donatio facta ex conuentione in fraudem creditorum, ſoluto matrimonio, per creditores reſcindatur, ac reuocetur per actionem reuocatoriam. In tantum quod iſtam deciſionem Iuriſconſulti extendat Paul. Caſtrenſ. ad terminos caſus noſtri, & quidem optima ratione; quia ſicut hoc caſo competit reuocatoria creditoribus aduerſus donationem, factam in eorum fraudem, ſic etiam filiis, qui ſunt creditores de iure naturæ, ea competit, aduerſus ſubſtantiam paternam, *l. vnica ff. de bon. dam* & *l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtam.* Alexan. *conſ.* 7. *num.* 8. *vol.* 2. Mantua *in ſing* 7. *num.* 4. Pariſ. *conſ* 34 *num.* 24 & *conſ* 93 *num.* 45. *vol* 2. 11

Et hinc eſt, † quod in legitima nullum admodum grauamen apponi poteſt, & appoſitum tenetur ipſo iure, textus eſt *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. teſtam.* vbi Iaſ. hoc ponit pro regula, cum ampliationibus, & limitationibus, & Roder. Suares *in repet. l. quoniam in prioribus, C. de iure deliberan. à fol.* 6. *vſq; ad* 55. Nam etiamſi tota hæreditas ſit relicta cum onere, quia adhuc, quantum ad legitimam, tale onus reiicitur per textum *in l. non ſcimus.* § *cum autem*, & ibi notauere Fulgoſ. Paul. Caſtren. & Iaſ. *C. de inoffic. teſtam.* Corn. *conſ.* 106. *in prin. vol.* 2. Chaſſaneus *in conſuetud. Burgun. fol* 244. *col.* 3. 12

Quod † etiam procedit ſi ſit relictus vſusfructus omnium bonorum, quia tunc ſine dubio pro rata legitimæ ceſſat legatum vſusfructus, ita Alex. *conſ* 28. *col.* 1. *vol* 4. Soc. Iun. *conſ* 109. *num.* 7. *vol.* 1. vbi planum quoq; facit hanc opinionem non habere contradictorem, atq; ita in facto fuiſſe iudicatum. 13

Imo † habet locũ etiamſi onus ſit reciprocum, & viciſſitudinarium, vt quia eſſet facta ſubſtitutio reciproca, adhuc eque talis ſubſtitutio tenetur de legitima filii, & ſic diſpoſitio *l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſt.* quoad hunc caſum, eſt hodie correcta per diſpoſitionem, *d. l. quoniam in priorib.* ita Glo. Bar. Bal Saly. Paul. Caſtr. & Iaſ. *in d. l. ſi pater puellæ*, & idem ſenſit Glo. *in l. cum ex filio ff. de vulg.* & *pupill.* Bar. *in l. ſi tã matrem, C. de inoffi. teſta.* Alex. *conſ.* 43. *in fin. vol.* 2. & iſta eſt magis cõmunis ſententia, quicquid in contrariũ ſenſerint Glo. *in d. l. quoniam in priorib.* Ricard. Malumbrinus, Raph Fulgoſ. & Raph de Raymundis *in allegat. l. ſi pater*, Azo *in ſumma, C. de inoffi. teſt.* Georg. Natta *in c. quamuis, col.* 41. *de pact. lib.* 6. & Dec. *conſ.* 456. *col.* 3. nam penitus errant, dum contra eos viget communis opinio. 14

Si igitur in vltimis voluntatib. nullo modo fieri poteſt, vt legitima filiorũ tollatur, neq; ei præiudice-

tur

tur, hoc etiam habet locum in pactis, conuentionibus, & contractibus, cum de vno ad aliud valeat argumentum, *l. pactum inter hæredem, vbi Doctores ff. de pac. & l. quæ de legato ff. de leg.* 1. Bar. *in l.* 1. *C. communia prædi.* & Rulan *conſ.* 93 *in primo vol.* 2.

16 Sed † ne vagando eamus per mendicata ſuffragia, in terminis noſtris, eſt textus *in l.* 1. *C. de inoffi. dotibus*, vbi loquitur imperator, quod creditor in legitima reuocat dotationem, quoad ipſam legitimam, ſiue conſtante matrimonio contra ipſum maritum, ſiue ſoluto matrimonio, contra eius hæredes: ſecus vero in alio quouis creditore, quam in creditore legitimæ; quia alteri creditori non datur reuocatoria hoc caſu, conſtante matrimonio, ſed tantum ſoluto matrimonio. & ita loquitur textus *in l. fin.* §. *ſi à ſocero ff. de his, quæ in fraud. credit.* & ita intelligunt eo in loco Bar. Ang. & Paul. Caſtren. quod detur reuocatoria contra maritum conſtante matrimonio. Et hæc fuit originalis ſententia Pauli Caſtrenſis *in allega. d. l.* 1. *C. de inoffic. dotibus*, quam dicit veram, & ſecundum eam iudicaſſe Ioannem Lupi, *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* & ita fuiſſe in Pinciano Prætorio deciſum teſtatur Couarru. *in tract. de teſtam. in* 2 *par. cap.* 8. § 6. *num.* 12. & legendo Neapolis, hanc opinionem ſubtiliſſimis, viuaciſſimisq; rationibus euehebat ſuperioribus annis D. Marcellus Berinducccius Senenſis *in repet. in d. l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Et tenuit ita etiam Bermondus *in tract. de publicis concubinis*, & Modes Pariſiens. *in tract. de donat. in contract. matrim. fact. verſ.* 50. *fol.* 491.

Sacrum vero Conſilium Neap. ſimpliciter ſecutum fuit deciſionem textus *in dict.* §. *ſi à ſocero*, nullam admodum adhibens diſtinctionem, in filio creditore legitimæ, vel in alio creditore vt teſtis eſt Afflict. *deciſ.* 86. vbi inquit, quod fuit tandem concluſum per omnes conſiliarios, quod licet opinio Pauli Caſtrenſis ſit æqua, tamen in contrarium militet diſpoſitio *dict.* §. *ſi à ſocero* vnde dicit fuiſſe votatum, quod fratres, conſtante matrimonio, contra maritum, non poſſint agere de inofficioſis dotibus, ſed ſoluto matrimonio, filii recuperabunt legitimam ab hæredibus mariti, per textum eo in loco, & ſubdit, quod licet à principio aliqui Domini de conſilio tenuerint cum Paulo de Caſtro, tamen ſi Dominus poſtea videntes quod ſententia Pauli non poſſet iure fundari *per d.* §. *ſi à ſocero* mutauere votum.

Verum attenta etiam hac ſolutione ſacri conſilii in terminis caſus, de quo agitur, dicitur ſolutum matrimonium per mortem vxoris, quæ reliquit vnam filiam, & ſic fratres ipſius poſſunt reſcindere dotem promiſſam eorum ſorori à patre, & adhuc non integre ſolutam, per reuocationem aduerſus eundem maritum, agentem modo ad ſolutionem reſidui prædictæ dotis promiſſæ, cum hodie vere agant ſoluto matrimonio, imo in caſu noſtro, in quo ſumus in dote promiſſa, & non ſoluta perfecte, & in totum, & in caſu, in quo maritus agit aduerſus fratres ad complementum ſolutionis dotis promiſſæ, & fratres obiiciunt de inofficioſa dote quoad eorum legitimam, quia non aliter caſus Afflicti extat.

Ideoque in caſu iſto ceſſant prædictæ difficultates, quæ concitantur ex diſpoſitione textus *dict. leg.* 1. *C. de inoffic. dot.* & textus in *dict. l. fin.* § *ſi à ſocero. ff. de his, quæ in fraud. credit.* quem textum diſtinguendo procedere in alio creditore, quam in filio, creditore legitimæ, vt reuocatoria competat aliis creditoribus tantum ſoluto matrimonio, aduerſus dotes promiſſas, & ſolutas in fraudem eorum, filius autem etiam conſtante matrimonio, ſecundum *d. l.* 1. ita intelligunt Bar. & Ang. *in dict.* § *ſi à ſocero*, & hæc fuit intentio Caſtrenſis, & hanc diſtinctionem, & ſententiam Caſtrenſis, non obſtante, quod a retro fuerit reſolutum in ſacro conſilio, ſecundum Afflictum, *in allegat. deciſ.* mutando votum in melius, tenuit ita decidendo idem ſacrum conſilium, vbi fuit determinatum, quod ſi filii per dotationem reperiantur defraudati ſua legitima, reſcindi poſſit ipſa donatio per querelam inofficioſæ dotis.

Et † quod habeat locum hoc in caſu reuocatoria aduerſus maritum, etiam conſtante matrimonio, ſecundum determinationem Pauli Caſtrenſis *in d. l.* 1. *C. de inoff. dotibus*, ita ſacrum conſilium votaſſe nouiſſime D. Vincentius de Franchis *deciſ.* 104. *in fin.* 17
ſed certe caſus poſitus, atque relatus per eum eſt in terminis terminantibus caſus noſtri: nam apparet eo in loco, quod vir egerit ad dotem conſequendam, quam nondum habuit, & fratres ſororis nuptæ, & ſic cognati mariti intenderunt per reuocatoriam, exceptione inofficioſæ dotationis reſcindere, & reuocare dotem ab eorum patre promiſſam, in qua nempe promiſſione ipſi ſunt defraudati legitima, & ita loquitur deciſio D. Vincentii de Franchis, ſecus vero, ſi velint reſcindere dotem habitam ab ipſo viro, quia in his terminis nihil ſcribit idem D. Vincentius; vnde eſt attendenda deciſio Afflicti, vt reuocatoria contra maritum non poſſit intentari conſtante matrimonio, ſed tantummodo ſoluto matrimonio, tam à filiis, quam etiam ab aliis creditoribus, ſecundum textum *in d.* § *ſi à ſocero*.

Ita vt hæc declaratio ſit attendenda, in qua iſtæ deciſiones, Afflicti, & Franchi, vtrumq; conciliantur & ſublata ipſa contrarietate, ita P. *in conſ.* 110 *nu.* 33 *vol.* 3. Lanfranch. *in repet. c. cum ſeperet col.* 11. *de v. s. figniſ.* Dec. *conſ.* 195. *col.* 2. poſt Alex. *conſ.* 114. *col.* 2 Octauian. Cacheran. *deciſ.* 21. *num.* 16 *& deciſ.* 162 *num.* 8.

Ex quibus omnibus concludendum eſt, iſtis fratribus, diſſoluto iam matrimonio, per mortem eorum ſororis, aduerſus maritum, eorumque cognatum, agentem contra ipſos ad ſolutionem reſidui dotis promiſſæ per eorum patrem, poſſe excipere de inofficioſa dote, atque proponere reuocatoriam dotis vſque ad eorum legitimam, & non ſolum diſſoluto matrimonio, ſed etiam eo conſtante, cum dos eſt promiſſa, ſed nondum tradita, iuxta ſuprà relatum; votatumque in ſacro conſilio, ſecundum D. Franchum *in allegat. deciſ.* 104. *per totum*.

Neq; in præſentiarum obſtat, quod iſta donatio ſit facta à patre, tempore quo fuit ipſa mulier maritata, in contractu ipſo ſpeciali, præſentibus eius fratribus, ac deinde fuerit confirmata à dicto eorum patre in ſuo teſtamento, & quod fratres ipſi expreſſe ei conſenſerint: † quia communis, & certa eſt opinio 18
Scribentium, vt huiuſmodi onus reiiciatur de ipſa legitima, etiamſi conſenſerint filii teſtamento paterno, in quo appatet ipſos fuiſſe oneratos, atque grauatos in legitima, ita Socin. *conſil.* 210. Dec. *conſil.* 257. *colum. fin.* Curt. *conſil.* 10. *colum.* 1 *& ſequent.* Anchatan. *conſil.* 152. *colum.* 4. Signorol. de Homodeis *conſ.* 80. *colum.* 2. Grammat. *conſ.* 145. *col.* 2. Et hanc quoque partem ſcribit eſſe communem Pariſ. *conſ.* 43. *num.* 36. *volum.* 3. *& conſil.* 45. *colum.* 2. *volum.* 2.

Imo etiam ſi talis † approbatio paterni teſtamenti eſſet etiam iuramento expreſſe munita, adhuc poſſent filii habere legitimam, vt per Guil. de Cun. *in l. ſi quando.* §. *& generaliter, C. de inoffi. teſtam.* & hanc eſſe communem aſſeruere Roman. *col. fin.* & Franciſ. Accoltus Aretio. *verſ. & quia hic Moderni, in l.* 1. § *ſi is* 19

ita, ff. de verb. obligat. & in intata approbatione teſtamenti paterni conſuluit quoque Signorol. de Homodæis *in allegat. conſ.* 80. *col.* 2. & Pariſ. *in citato conſ.* 43. *num.* 37 *vol.* 3 Guid. Pap. *deciſ.* 427. & fuit ſæpius reiterata ſententia Bertran. *conſ.* 9. *col.* 2. *vol.* 1. *conſ.* 63. *col. fin. conſ.* 68 *col. pen. conſ.* 74. *col.* 4 *conſ.* 128. *col.* 2. & *ſeq. & conſ.* 209. *col.* 3. *vol.* 2.

20 Et vera, † palpabiliſque ratio huius opinionis illa aſſignatur à Doctoribus, quod petens legitimam, vel eius ſupplementum, non dicitur venire contra teſtamentum, & voluntatem defuncti, vt per Fulgoſ. *conſ.* 82 Ioan. de Anan. *conſ.* 67. *in fin.* Dec. *conſ.* 35 *col. fin.* Pariſ. *conſ.* 7. *num.* 35 & *ſeq. vol.* 2.

21 Nec vllatenus obſtat † quod per veram vêditionem, cum vera pretii receptione ſiue per alium contractum, ex cauſa oneroſa celebratum, poſſit pater, quoad res alienas, præiudicare filiis, etiam in legitima, & non poſſint filii allegare contractum illum in ſuæ legitimæ præiudicium, & fraudem eſſe initum, vt per Gloſſ. Bar. Bal. Salycet. & Ang. de Vbaldis *in l.* 2. *C. ſi quid in fraud. pat. & in l.* 1. *eod. tit.* Bar. *in l. non vſque adeo, per illum textum. ff. ſi quis à pat. fuer. emancip.* & poſt Gloſſ. Bal. *in leg.* 1. *Codic. de inoffic. donat* & Canoniſtas vniuerſaliter omnes etiam *in c. Raynutius, Extra. de teſtam.*

Quoniam reſpondetur contractum dotis minimé oneroſum eſſe, ſaltem proprie, quia licet pater teneatur dotare filias, *leg. fin. Cod. de dot. promiſſ.* Gloſſ. *in l. cum poſt* §. *gener, in ver. placuit. ff. de iur. dotium, leg. neque mater, C. eod.* Bar. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. ſolut. matrimo.* Campegius *in tract. de dote, quæſt.* 15. *parte* 1 & *quæſt.* 11. Baldus Nouellus *in tract. de dotibus, priuileg.* 15 *parte* 6. tamen non cogitur dotare vltra legitimam ad filiam ſpectantem, & ſi excesſerit legitimæ vires, ad filiam ſpectantis, vtique in exceſſu, contractus non diceretur oneroſus, quia conueniretur pater ex liberalitate ſua.

22 Et iſta concluſio, † quod ex cauſa oneroſa poſſit pater præiudicare filiis, etiam in legitima, minime procedit, vbi non apparet de vera receptione, ſeu de veritate ipſius actus, aliter quam per confeſſionem patris, quia tunc etiam ſi iſta confeſſio fieret in cauſam oneroſam, tamen præſumeretur facta in fraudem filii, & tanquam fraudulenta poſſet reuocari, atque reſcindi, prout in hoc extat notabilis deciſio Specul. *in titul. de confeſſion.* §. *nunc videndum, verſic. Sed nunquid pater confeſſio fuiſſet iurata.* & poſt Specul. ita conſuluit Alexander *conſil.* 57. *poſt num.* 2. *volum.* 5. Iaſ. *in authent. vnde & ſi parens. in* 3. *not. C. de inoffic. teſtamen.* Marcus Ant. Natta *in add. ad Alexandrum in conſil.* 45. *in verſicul. quaſi creditor, in fine volum* 1.

23 Et hoc † etiam non ſolum procedit in legitima filiorum, ſed etiam in cauſis fiſci, & dotis, quia non valent contra fiſcum confeſſiones delinquentium, factæ ad fauorem ſuorum creditorum per publicas ſcripturas, vbicunque de debito tantum conſtat per confeſſionem, quia opus eſt, vt conſtet de vera, realique numeratione, ad hoc vt tales confeſſiones debiti noceant fiſco, ita Bart. *in leg. poſt contract. colum. fin. ff. de donat.* per textum *in leg.* 1. §. *quod ſi in lite. ff. de his, quæ in fraudem patron.* & ita decidit Boſſius *in titul. debitores, an debitores ſoluere poſſint in præiudic. ſuum fiſci, ſub numer.* 1. & *ſequent. in tractat. cauſarum criminalium*, vbi citat textum, quem inquit eſſe notabilem *in l. ſi poſt hac, in princ. in verſ. dos etiam, C. de bon. proſcript.*

24 Cæterum † notanter animaduertendum eſt, quod prædicta concluſio, quod confeſſiones debiti ex apochis, vel ſcripturis publicis factæ ad fauorem creditorum, à delinquentibus, ante crimen commiſſum, non præiudicent fiſco, niſi conſtet de vera numeratione, iuxta textum eo in loco, intelligitur intra tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, infra biennium, ſecundum textum *in l. ſi ex cautione, & in l. ſi ex contractib. C.* de non numer. pecun. Secus vero elapſo biennio, & ſic tempore opponendi exceptionem pecuniæ non numeratæ: tunc enim præiudicant tales confeſſiones fiſco, ſicut cuilibet priuato. Prout hoc tenuit, expreſſe loquens in confeſſione dotis receptæ contra fiſcum, And. de Iſer. *in conſtit. cauſas, lib.* 1. & Afflict. *deciſ.* 402. *in fin.* vbi affirmat, quod irregulariter loquantur hi, qui dicunt hoc eſſe ſpeciale in fiſco, quod confeſſio dotis non noceat fiſco, niſi conſtet de vera receptione, & numeratione *per d. l. ſi quis poſthac.* quia lex iſta intelligitur, quotieſcunque ſumus intra tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, ſecus vero quando lapſum eſt tempus, vt *in l.* 1. & *in authen. quod locum. C. de dot. caut. non numerat.* & huius opinionis fuit idem Iſernia *in c.* 1 *de ſtat. & conſuetud. in* §. *diffidamus.* vbi affirmat, quod aſſerere, hoc eſſe ſpeciale in fiſco, eſſet refugium miſerorum, cum verum non ſit, quod *d. l. ſi quis poſthac.* corrigat ius commune. † Nam 25
non eſt inducenda correctio legis, niſi in caſu, vbi expreſſe apparet de correctione, ita Gloſſ. *in c. cum expediat, de election, lib.* 6. imo ſemper eſt facienda interpretatio, qua euitetur correctio legum, vt aſſentiuntur Doctores omnes *in d. c. cum expediat*, & facit *l. præcipimus, C. de appell.* Et hanc quoque partem tenet etiam Afflict. *in dict. capit.* 1. §. *diffidamus*, ſubdens non eſſe verum, quod *dict. l. poſthac.* inducat aliquid † priuilegii ad fauorem fiſci, quia ibi hoc non 26
dicitur: imo fiſcus vtitur iure communi, niſi appareat expreſſe de priuilegio, *l. fiſcus. ff. de iur. fiſci*, & hanc deciſionem And. de Iſer. ſequitur Ioan. Lupi. *in num.* 6 *de donat. inter vir. & vxor.* § 33. *in fin.* & Ioh. Ant. de Rubeis *conſ.* 78. *col. fin.* & eſſe communem fatetur Bald. Nouellus *in tract. de dotibus in* 10. *parte, col.* 7. *verſ. niſi primo.*

Quoniam † in ambiguis pro dotibus iudicandum eſt, *l. in ambiguis. ff. de reg. iur.* & iſtam partem amplectitur, atque ſuſtentat etiam conſulendo Roland. *conſ.* 31. *poſt num.* 43 *volum.* 1. vnde errauit Boſſius *in loco prænominato*, dum concluſionem iſtam ſimpliciter aſſumens, putauit textum *in d. l. poſthac.* inducere priuilegium pro fiſco, quod confeſſiones delinquentium, de debitis factis ad fauorem creditorum, ante crimen commiſſum, non noceant fiſco, niſi liqueat de vera numeratione; quia in hoc fiſcus nullum habet priuilegium, ſed vtitur iure priuati, vt intra tempora opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, verum ſit, quod non noceant, niſi conſtet de numeratione, elapſis autem temporibus opponendi fiſco noceant, vt cuilibet priuato. Et ita eſt declarandus Boſſius, licet is reuera erronee contrarium ſenſerit, prout alio etiam in loco hoc explicauimus plenius eorum, ac nullo relicto ſcrupulo. 27

OPINIO CCCCLXI.

SVMMARIA.

1 *Matri per ſubſtitutionem pupillarem excluſæ, non debetur legitima.*

2 *Subſtitutio pupillaris facta per verba communia, matre exiſtente in medio, omni tempore erit fideicommiſſaria, & num.* 5.

3 *Debi-*

3 *Deciſiones Concilii Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine regis in caſibus dubiis ſuccedunt loco interpretationis Imperialis.*

4 *Tacita pupillaris, quæ ſub expreſſa vulgari continetur an habeat effectum contra matrem. & nu. 5.*

6 *Pupillaris ſubſtitutio non excludit filium pupilli, ſi contingeret eum in ea ætate filium habere.*

7 *Subſtitutio facta filio pupillo, ſi in pupillari ætate deceſſerit, an dicatur expreſſa pupillaris, vel compendioſa ad certam ætatem reſtricta.*

8 *Pupillaris ſubſtitutio comprehenſa ſub compendioſa, an & quando excludat matrem, etiam à legitima, nu. 9. & 11.*

10 *An vero talis ſubſtitutio omni tempore ſit fideicommiſſaria, ita vt mater duas quartas poſſit detrahere.*

11 *Compendioſa ſubſtitutio facta, à milite filio impuberi, an & quando valeat iure pupillaris ſubſtitutionis, quando fideicommiſſi.*

12 *Matre poſſidente bona mariti militis, ſubſtitutus filium eius vigore militaris ſubſtitutionis poſſit bona propria autoritate occupare.*

13 *Compendioſa ſubſtitutio à milite verbis directis vel communibus facta, poſt pubertatem valet iure directi ex priuilegio, niſi mater ſit in medio, quo caſu vſque ad pubertatem valet iure directo, poſtea vero iure obliquo ſeu fideicommiſſi.*

14 *Compendioſa ſubſtitutio verbis communibus à pagano facta, valet eo tempore quo valere poteſt iure directo poſtea vero obliquatur, quod procedit, etiamſi mater ſit in medio.*

15 *Compendioſa ſubſtitutio directa an poſt pubertatem penitus exſpiret, nec in vim fideicommiſſi ſuſtineatur, etiamſi in teſtamento adiecta ſit clauſula codicillaris, num. 16.*

17 *Clauſula codicillaris eius eſt effectus, vt ſubſtitutio directa poſt pubertatem, in vim fideicommiſſi ſuſtineatur Et quibus verbis clauſula illa tum concepta eſſe debeat nu. 18. Item an idem obtineat, in caſibus in quibus clauſula illa non eſt expreſſa, ſed tacitè ineſſe cenſetur. nu. 20.*

19 *Vulgaris ſubſtitutio an etiam trahatur ad fideicommiſſariam, item breuiloqua ſeu reciproca ſimpliciter facta.*

21 *Æquitas non ſcripta à iudice ſeruanda eſt.*

22 *Verba,* Compendioſe ſubſtituo, *magnā vim habent & idem operantur quod clauſula codicillaris &* verba; vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſ *E.uſq. clauſula Vtilitas. Et an per talem clauſulam ſubſtituto cenſeatur data facultas veniendi ex quo capite ſubſtitutionis voluerit. nu. 23. 24. & 26. Item hæc clauſula habeatur pro appoſita, etiamſi per Notar. non adiecta non ſit. nu. 25.*

27 *Clauſula Codicillaris non appoſita in teſtamento, quib. caſibus intelligatur adiecta.*

1 LEGITIMA matri † per ſubſtitutionē pupillarē excluſæ non debetur, nec ei aliquo modo aſſignanda eſt in hoc caſu. *c. ſi pater. de teſt. lib. 6.* & iſta videtur verior, & magis communis opinio: ſecundum Alex. *conſ. 12. attētis verbis colum. 4. vol. 1. con. 17. ponderatis his colum. 3. ſed. volum. conſ. 51. in caſu preſenti vol. 7. & in l. Centurio ſol. 6* vbi omnes Doct. *ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & Corn. *conſ. 93. licet poſſet lib. 3.* Dec. verò *conſ. 371. in cauſa. circa finem*, aſſeuerat communem opinionem omnium Doct. eſſe quod omni tempore dicta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria. Et caſu (quo aduerte) iſthæc ſubſtitutio reperiretur facta ſimpliciter, abſq; temporis diſtinctione, ſemper fideicommiſſariam arbitratur Bald. *conſ. 335. dicta ſubſtitut. volum. 4. & conſ. 175. præmiſſis lib. 5.* & Alexand. latè *conſ. 38 viſo themate lib. 1. & conſ. 66. viſo teſtamento lib. 2.* Imò ipſe Dec. veritatis author, *conſ. 128. colum. 2.* in caſu propoſito dicit, non poſſe diſcerni, quæ ſit, communis opinio, ideo ipſe ſuadet ibi, quod de æquitate propter cōflictum iſtum opinionum poſſet, & deberet matri dicta legitima aſſignari: & in hac opinione reſidet etiam ipſemet Dec. *con. 643. viſis elegant.*

Cōis opin.

Cōis opin.

2 Et in † effectu dicta ſubſtitutio, facta per verba communia omni tempore, matre exiſtente in medio, erit fideicommiſſaria: vt latè per Dec. *d. conſ. 372.* & omnes legiſtas communiter *in d. l. Cent. in d. l precib. C. de impub & aliis ſubſtitut.* & Canoniſt. *in c. Raynut. de teſta.* Et opinionē iſtam; vltra prædictos Scribentes ait eſſe magis communem Afflict. *deciſ. 367.* vbi profert vtile verbum, quod ita in facti contingentia fuit in ſacro concilio iudicatum; ideo opinionem iſtam, tanquam veriorem, magis æquam, magiſque communē mihi ſequendam fore conſtitui: & non abre. Cōis opin.

3 Quia † deciſiones Sacri Concilii Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine regis, ſuccedunt in caſibus dubiis loco Imperialis interpretationis, de qua *in l. fi. C. de leg.* vt per Afflict. *deciſ. 166. col. fin.* Et idē firmauimus ſupra in *opin. 398. num. 20.* Et hinc eſt quod Rota Neapolitana, tanquam Spiritus ſancti [illegible]ba, & vera legum mater merito in regno generaliter nuncupatur refugium oppreſſorum, & lucerna ſupra montem poſita, per quam tanquam mons montium totus orbis illuſtratur. Et hanc opinionem tanquam æquiorem, atque firmiorem, vltra alios ſupra adductos, tuetur fideliſſimus veritatis aſſertor, D. Pompeius Leonardus Iureconſultus Reatinus, *in repet. ad l. precibus C. de impub. & aliis ſubſtitut.* quam dignatus eſt mihi exhibere manuſcriptam, vbi ſtrenue diſſerit de veritate huius concluſionis, & demum aſſeuerat, ſe conſulendo in facti contingentia alias obtinuiſſe ſecundum præmemoratam Afflict. deciſ.

4 Sed † ruminando iterum, atq; iterum præſentem materiam, tanquam vtiliſsimam, & frequentiſsimā animaduertendum eſt, quod tacita pupillaris, quæ ſub expreſſa vulgari continetur, non habeat effectum contra matrem, prout ad hoc cōmuniter allegatur text. *in d. l. precib. & in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtitut.* & iſta eſt communis, & recepta ſententia, vt per Alex. Coſcn. Seue. Iaſ. & Dec. *in 2. not & in Glo. in 6. col.* Curt. & alios, poſt antiquos, *in alleg. d. l. precib* & per Polyt. *in tract. de ſubſtit. ſub Rub. de vulgar & pupill. in 2. effectu*, Ripam etiam *in l. 1. colum. 14 ff. de vulg & pupil.* & per Cagnol. *in d. l. precibus, num. 90.* Verū contrariā opin. apparet communiorem, veriorémq; eſſe, vt ſupra oſtenſum eſt ex deciſione ſacri conſilii Neap. & ratio euidens ea eſt; nam reuera textus *in ead. l. precib.* non probat vllo modo opinionem iſtam, neq; *d. l. fi. de inſt. & ſubſt.* nam loquuntur in caſib. in quibus tacita pupillaris non continetur ſub expreſſa vulgari, non ideo quia mater erat in medio, ſed quia hoc erat teſtamentū militare, *& in d. l. fin.* apparebat ſimiliter de expreſſa teſtatoris voluntate, prout ita intelligunt hunc tex. Vacon. à Vacon *lib. 4. declar. iur. ciuilis*, quem ſequitur Ferdin. Vaſq. *in tract. de ſucceſ. progreſ. lib. 1. §. 11.* & Ceſ. Cort. archiepiſcopus Capuanus *in tract. variar. ambiguit. c. 16.* ita vt in allegat. duabus legibus nullum plane poſsit fieri fundamentum pro ſuſtentanda huiuſmodi opinione. Et ſi tota hæc quæſtio dependet abſq; omni dubio à voluntate teſtatoris, ponderando textum *in d. l. fin. in ver. voluntatem quæſtionem*, prout concludit Bar. *in practata l. precibus*, qui ait eo in loco, ſemper eſſe recurrendum ad voluntatem teſtatoris. ita quod pupillaris expreſſa matrem pupilli excludat, per textum ibi, *in verſ. ſi vero ſubſtit.* Imo adde etiā, quod cum dicat, matre excluſa Cōis opin.

 ſubſti-

ſubſtitutum effici hæredem, patet illam excludi etiam à legitima, vt in eodemmet loco plenè per Decium, Curtium, & Cagnolum. Nec vllatenus eſt de hoc dubitandum, cum extent te ipſa iura clara, prout de iure ciuili eſt textus *in l. Papinianus, § ſed nec impuberis, ff. de inoffi. teſtam.* & de iure Canonico *in c. ſi pater, de teſt. lib. 6.* rationemq́ue itidem iura prædicta ſubdunt efficaciſſimam, quomodo poſſit excludi mater à legitima per pupillarem expreſſam, quia ipſæ matres non habent querelam, inquiunt enim, quod pater eſt, qui fecit filio teſtamentum, & non ipſe filius: & ſic ſuſſerunt iura, vt mater etiam à legitima excludatur, *d. c. ſi pater.*

5 In tantum † quod Decius rationabiliter *conſ. 371. in cauſa magnifici militis Domini Philippi, circa finem,* aſſerat, planumq; ſe faciat, communem opinionem omnium Doctorum eſſe, quod prædicta ſubſtitutio pupillaris, matre exiſtente in medio, ſit omni tempore fideicommiſſaria, & quod mater tunc debeat habere duas quartas, videlicet legitimam, & trebellianicam, ſiue inſtitutus decedat in pupillari ætate, ſiue poſt pupillarem ætatem, prout ita fuit quoque deciſum in ſacro conſilio Neap. atteſt. Afflicto *in præallegata deciſ. 367.* & huic opinioni aſſentit etiam Veſillus *eo in loco in additionibus num. 1. & ſeq.* vbi ſimiliter *num. 3. & ſeq.* eam vtiliter interpretatur, atque limitat in multis caſibus. (Cōis opin.)

6 Limitatur † quoq; hæc communis, quod prædicta ſubſtitutio pupillaris non excluderet filium pupilli, ſi malitia ſupplente ætatem, contingeret pupillum habere filium, vt per Bart. *in leg. in pupillari, in fin. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Decium *in l. humanitatis circa finem, C. de impuber. & alijs ſubſtit.* Cagnol. *in d. l. precibus, num. 98.* & quamplurimas etiam limitationes congerit ſimiliter Ripa, *colum. vltima in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

7 Cæterum reſoluendū † venit hic etiam congruenter an ſubſtitutio facta filio pupillo, ſi in pupillari ætate deceſſerit, dicatur expreſſa pupillaris, vel compendioſa ad certam ætatem reſtricta? Bald. *colum. 10.* & Paul. Caſtrenſ. *colum. 11. in d. l. precibus,* Soc. *in l. 1. col. 6. verſ. ſed aduerte.* poſt Aret. & Iaſ. *in l. 2. in princ. in vltima col. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Galiaul. *in repet. l. Centurio. col. 35 eod. tit.* concedunt eſſe compendioſam ad certam ætatem reſtrictam: quia verè & expreſſè complectitur plures ſubſtitutiones, vulgarem ſcilicet, & pupillarem, & ſimiliter plura tempora, ante aditam hæreditatem, & poſt aditam, vſq; ad pubertatem, prout aſſentius, & maturius per eos in locis nominatis denudatur præſens veritas. In contrariam vero partem inclinauere Alex. *in allegata l. precibus, col. 11* & Moderni vniuerſaliter omnes vt exprimunt Dec. & Curt. *col. 7. eo in loco.* & Polycus *in tractat. de ſubſtit. in tract. de pupillar. ſubſtitut. quæſt. 5. col. 1.* Ripa *in l. 2. num. 40. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* & ab hac opinione tanquam communi, atq; ſacroſancta non eſſe diſcedendum teſtatur Cagnol. *in d. l. precib. vbi eam fortiter ac ſtrenuè tuetur.* (Cōis opin.)

8 Limitaturque † etiam eadē concluſio non obtinere locum, quando pupillaris continetur ſub compendioſa. quod probat textus *in d. l. precibus,* ſecundum Alex. *col. 1.* Curt. *in 7. not.* & alios Doctores vniuerſaliter omnes *eo in loco.* quia pupillaris contenta ſub compendioſa, excludit matrem, ſicuti pupillaris expreſſa.

9 Imo hæc limitatio † adeo vera eſt, vt ea amplificari ſimiliter poſſit, matrē, per prædictam pupillarē in compendioſa contentam excludi etiam à legitima, cū ab ea excludatur per pupillarem expreſſam, *l. Papinianus, § ſed nec impuberis ff. de inoffi. teſtam. & c. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* facitque etiam quia pupillaris contenta in reciproca, tanquam expreſſa, verbis generalibus, matrem excludit, *l. Lucius, cum ibi notatis ff. de vul. & pupill. ſubſtit.* Alex. & Dec. *col. fin. in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtitutionibus.* & Ripa etiam *in d. leg. Lucius, in 12. quæſt.*

Contrariā verò † ſententiam firmauere, vt ſupra retulimus, *num. 1. & ſeqq.* Bal. *conſil. 355 vol. 4.* Alex. *con. 38. vol. 1.* ſcilicet, quod caſu, quo dicta ſubſtitutio reperitur facta ſimpliciter, abſque temporis diſtinctione, ſit fideicommiſſaria, prout concedit etiam Afflict. *deciſ. 367.* quod dicta ſubſtitutio omni tempore, matre exiſtente, ſit fideicommiſſaria; imò iſtam opinione eo in loco magis, magiſque veram atque communem aſſeruit, vt, cum ſit fideicommiſſaria, poſſit mater duas quartas detrahere, ſcilicet debitā iure naturæ ilico, & trebellianicam, adueniente conditione, iuxta notata *in c. Raynutius, & in c. Raynaldus, de teſtam.* Declara igitur prædictam concluſionem, ſcilicet, quod pupillaris contenta in compendioſa, dicatur expreſſa verbis generalibus, & matrem excludat, ad inſtar expreſſæ pupillaris, vt procedat, quando compendioſa ſubſtitutio facta fuit verbis directis, ſecus verò ſi cōmunibus: tunc enim non comprehenderetur vllo modo pupillaris, ad excluſionem matris, cui in dubio fauendum eſt in luctuoſa hæreditate filii, *d. l. fin.* & hanc opinionem communem eſſe teſtatur Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, col. 73 & ſequent. in 4. concluſio.* eam itidem ampliādo ac pariter limitando, vt ibi per eum, Polycus vero *in tract. de ſubſtitutionibus de compend. col. 12. verſ. ſed circa.* dicit magis communem contrariam ſententiam, eamque magis veram affirmat, duabus rationibus de quibus ibi per eum, idemque ſenſit quoque Ripa *in allegata leg. Centurio, numer. 118. verſ. tertio quia fauor.* 10 (Cōis opin.) (Cōis opin.)

Declarat etiam † non ab re præſentem materiam, id quod allegatur textus *in d. l. precibus* ad hoc itidem, quod compendioſa facta à milite filio impuberi, valeat iure pupillaris ſubſtitutionis, filio decedente in pupillari ætate, poſtmodum vero valeat iure fideicommiſſi fauore matris, in quo conſiſtat fauor ipſius matris, prout vltra Glo. Bar. Dec. Cagnol. & reliquos eo in loco, poni. Polyc. *vbi ſupra in 6. col.* Adde tamen hæc etiam ad inſtitutum noſtrum congruentia; non poſſe vllo modo elici ex textu *in d. l. precibus,* vt ſcilicet firmetur hæc concluſio: ideò valet omni tempore talis ſubſtitutio, quo poteſt valere, iure pupillaris; & ad hunc textum reſponde. quod mater detinebat bona, & erat in poſſeſſione eorum, & ideo non erat mirandū, ſi dixit, *vel vt ex fideicommiſſo,* quod equidem confirmatur per illam dictionem *velut,* quæ eſt dictio improprietatis, & non dicit, quod reſtituat ea fideicōmiſſo, ſed ad ſimilitudinem fideicommiſſi, imo vt habet textus *in d. l. Centurio.* (vbi ſubſtitutio compendioſa impuberi per militem facta poſt pubertatem valet iure directæ militaria, & ex priuilegio militum) ſubſtitutus capit bona patris cum fructibus, inuentis in hæreditate: ſed *in allegata l. precibus.* ſecundum Doctores, dicitur iure fideicommiſſi dictam ſubſtitutionem valuiſſe. Et dicit eo in loco Cagnol. *num. 142.* quod hoc ſit ex difficilioribus contrariis, quæ in toto iuris corpore reperiuntur & quod quamplurimæ ſolutiones accommodentur, quarum nulla defendi poſſit; tamen ipſe hanc ſententiam variis defendit fundamentis, & eo potiſſimum, quod ſupra retulimus, quod fuit Fulgoſii, quo innixi fuere Chriſtoph. de Caſtellion. & Raph. 11

Comenſ. relati per Cagnol. quia aiunt huiuſmodi *l.*
precibus, concordare cum *d. l. Centurio.* & ſic non pro-
bat textus id quod Doctores probare intelligunt, Et
hanc eandem ſententiam, tanquam veriſſimam, ſu-
ſtentabam ego, atque fortificabam anno 1556. in pu-
blicis circulis, in ſtudio Peruſino famoſiſſimo, cum
eſſem in eo electus conſiliarius à Regnicolis regni
Neapolitani quam plurimis quippe fundamentis, &
rationibus hic non expreſſis, tanquam reſpicienti-
bus potius theoricam, quam practicam.

12 Vnde retento † hoc intellectu infertur, quod ſi
mater non poſſideret, & ſi non accepiſſet tenutam
bonorum mariti militis, quod ſubſtitutus, vigore
directæ militaris, poſſet autoritate propria bona pa-
tris accipere, & apprehendere vt dicitur *in d. l. Centu-*
rio, & in l. cum heredes, ff. de acquir. poſſeſ. & de fructibus
idem eſſet dicendum *in d. l. precibus* quod *in eadem l.*
Centurio, & conformis erit hæc deciſio cum deciſio-
ne *l. Centurio*, & hanc illationem affert Cagnol. *in d. l.*
precibus, num. 154. Et hinc etiam eſt, quod Doctores
eo in loco inculcauerint materiam compendioſæ
ſubſtitutionis, & meritò quidem, quoniam non in-
uenitur, vt inquit ibi Cagnol. alius textus in iure,
qui de compendioſa ſubſtitutione expreſſe loqua-
tur præter *hanc legem precibus*, & materia huius generis
compendioſæ redditur omnibus aliis ſubſtitutioni-
bus difficilior ſecundum Doctores, vt per Corn. *col.*
6. & 16. neque poteſt ita compendiosè hic ea tracta-
ri, ideo repone hoc loco tractatum ſpecialem *de com-*
pendioſa, per illuſtrem D. meum Sfortiam de Oddo
editum cum neceſſario apparatu. Sed ſemper velim
memineris in hac materia illud, quod eſt magni
ponderis, & poteſt quotidie euenire in practica, ef-
13 fectum ſcilicet compendioſæ, † & in milite, & in pa-
gano; in milite facta verbis directis compendioſa,
etiam per pubertatem valebit, iure directo ex priui-
legio, idemque erit ſi verbis communibus. *d. l. Cen-*
turio, & ibi Doctores communi voto omnes. Quæ
concluſio limitatur communiter, matre exiſtente
in medio quia tunc vſque ad pubertatem valebit iu-
re directo, poſtea verò iure obliquo, ſcilicet fideicō-
miſſi, vt vnanimi conſenſu intelligunt Doctores
textum *in d. l. precibus*, licet aliter ſupra concluſum,
ſtabilitumque, non vna tantum ratione, ſit.

14 A Pagano † autem facta ſubſtitutio compen-
dioſa verbis communibus, valet eo tempore quo
poteſt iure directo, poſtea verò obliquatur, prout
diuulgauere Dec. & cæteri communiter omnes *in d.*
l. precibus. & in d. l. Centurio, & iſta eſt reuera magis, cō-
munis opinio, ſecundum Dec. *in his locis*, Iaſ. *conſ.* 129.
vol. 1. Oldrad. *conſ.* 99. Bal. *conſ.* 391. *& conſ.* 399. *vol.* 4.
Quæ ſententia communis amplificatur procedere
etiamſi mater exiſteret in medio; quia ſubſtitutio
compendioſa facta per verba communia, omni
tempore pupillarem continet, non tacitam, ſed ex-
preſſam, verbis generalibus, vt probat textus *in ead.*
l. precibus. Et huic aſſentitur Tiraquel. cum aliis aggre-
gatis per eum, *in tract. de legibus connubialibus, in glo.* 5.
num. 60, & explicauimus etiam, cum ſuo neceſſario
apparatu, infr. *in opin.* 842. *ſubſtit. compendioſa impuberi*
filio facta, & in dec. 405. *dum Diana Nicaſtra, num.* 2.
& ſeq.

15 Cæterum † verbis ciuilibus, & directis valet ipſa
ſubſtitutio iure directo, vſque ad pubertatem, poſt-
ea totaliter expirat ex ſententia Papiniani *in l. verbis*
ciuilibus, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. nec in vim fideicom-
miſſi ſubſtinetur vllo modo, cum dicat; fruſtrà à Pa-
gano fieri verbis ciuilib. poſt 14. ætatis an. probaturq;
in d. l. Cent. etiā, vbi ſpeciale Papinianus ait eſſe in mi-
lite, vt poſt pupillarem ætatem valeat, in tantum vt
articulus iſte in materia compendioſæ ſit de illis
atteſtante Cagnolo *in d. l. precib.* qui non habent fun-
dum, ob tot, & tantas Doctorum contrarietates, at-
que diſſentientes, Sed hæc opinio communis eſt, vt Cōis opini.
teſtificantur Corn. *col.* 6. *&* 12. Iaſ. *col.* 9. Curt. *col.* 6. *&*
ſequen. eo in loco. Alex. Gloſ. Lanfran. de Orian. & Rip.
col. 23. *in d. l. Cent.* Polytus *in tract. ſubſtitutionum ſub rt.*
de compendioſa, col. 8. *& ſequen.* Alciat. *in lib.* 1. *parad. c.* 5.
Pariſ. *conſ.* 54. *col.* 4. *vol.* 3. & licet opinio contraria, ſci-
licet, quod iſta ſubſtitutio totaliter non expiret, ſit Cōis opin.
etiam communis, prout aſſeruere Cagnol. *in d. l. pre-*
cibus, Polytus *in tractat. de ſubſt. ſub rub. de compend. col.* 8.
& ſeq. & Ruin. *conſ.* 98. *viſo themate, cum dubiis ſub nu.* 3.
vol. 2. tamen magis hanc eſſe communem, planum
faciunt Doct. prænominati, & reuera eſt indubita-
bilis, cum ſit textus expreſſus, & clarus *in d. l. verbis*
ciuilibus.

Retenta itaque hac communi, † tanquam tutiſſi- 16
ma, ſcilicet quod huiuſmodi ſubſtitutio totaliter
expiret, ea tamen limitatur non procedere quando,
eſſet adiecta clauſula codicillaris in teſtamento, ita
enim reſtringit textum eo in loco Bal. & Alciat. *nu.*
49. & eſt ſtabiliſſima, atque expeditiſſima reſtrictio;
cum in codicillis verba directa, ſeu ciuilia ad fidei-
commiſſum trahi ſit iuris indubitati, *l. cum qui decé-*
dens, §. Sed an, ff. de leg. 3. *& l. Scæuola ff. ad Trebel.* in tan- 17
tum quod rationabiliter hæc clauſula eius ſit effe-
ctus, vt ſubſtitutio iure codicillorum ſuſtineatur,
idque ferè omnes probant, Imol. *in d. l. Centurio*, &
ibi Iaſ. *num.* 35. Ang. Aret. *in tract. de teſtam. verſicul. in*
pupill. ætate, vel alias quandocunque, col. 8. *& ſeq.* Gug. Be-
ned. *in repet.* c. *Raynutius, verſ. ſi abſque liberis moreretur,*
num. 31. Ang. Peruſin. *conſ.* 125. Ruin. *d. conſ.* 98. *ſub nu.* 1.
& breuiter tempore Alex. fuit, vt ipſe teſtatur *conſ.*
81. *perſp. his, vol.* 2. *& in d. l. Centurio. col.* 23. & adhuc
eſt communis, vt per Alciat. *eo in loco, nu.* 51. *& ſeq.* hæc- Cōis opin.
que limitatio apparet hodie ſufficiens ad ſuſtinen-
dam ſubſtitutionem verbis directis, & ciuilibus fa-
ctam, etiam poſt pupillarem ætatem, ſtante conſue-
tudine Italiæ, & quaſi totius orbis terrarum, quod
notarii in teſtamentis hanc clauſulam ſemper ap-
ponant vnde ſtante huiuſcemodi clauſula codicilla-
ri, ex conſuetudine Italiæ & omnium fere regionum
apponi ſolita, & conſueta in teſtamentis omnibus,
ingenue fateor, quod per quadraginta annos con-
tinuos, quibus Deo fauente, verſor in iudicando,
conſulendo, & patrocinando nunquam viderim
vllum teſtamentum, in quo non fuerit hæc clauſu-
la codicillaris appoſita.

Sed de † clauſula codicillari prolata coarctan- 18
tur reſtringunturque procedere, vbicunque illa
concepta appoſitaque fuiſſet per verba reſpi-
cientia futurum hoc ſcilicet modo, *ſi non valet vel*
valebit iure teſtamenti, valeat iure fideicommiſſi ſeu co-
dicillorum: ſecus autem ſi verbum, *valebit*, futurum
reſpiciens non fuiſſet appoſitum: quia tunc non ap-
paret de mente teſtatoris fuiſſe quod poſt puberta-
tem, & tempus teſtamenti voluerit valere ſubſtitu-
tionem, vt per Seue. Curt. *col.* 19. poſt Bart. Alexand.
& alios *in d. l. precibus*, Et hæc etiam fuit intentio De-
cii, vt conſtat ex allegatis per eum eo in loco, idem-
que cenſuit Ripa *in d. l. Centurio, colum.* 23. *& in l. Lucius*
in prin. col. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. ratioque quam præ-
fati Doctores aſſignauere, inter verba præſentis
temporis, & futuri, eſt lucidiſſima, eamque probat
Cagnol. *in d. l. precibus*, & Io. Vincent. Hondedeus
con. 74. *quæſt. propoſita, nu.* 73. *& ſeq. vol.* 1. Verùm idem
Dec. reſtringit hanc concluſionē, & dicta de clauſula
codicillari ad cōpendioſam ſubſtitutionē iuxta ter-
minos concluſionis prædictæ, ſub qua continetur
fide-

19 fidei commiſſaria, ſecus vero † vbi ſubſtitutio fuiſſet vulgaris tantum, quia non trahitur ad fideicommiſſariam, ex quo iſtud eſſet præter mentem, & voluntatem teſtatoris, qui de hoc non cogitauit, prout de hac reſtrictione apparatè diſcurrit Cagnol. *in eadem l. precibus, num* 198 Sed in hoc reprehenditur Decius ipſe qui idem eſſe intelligit in breuiloqua, reprehenditur dico à Galiaul. *in d. l. Centurio, col.* 55. poſt Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. Corn. & Socin. firmantes robuſtiſſimis, ordinatiſſimiſque medijs, quod reciproca ſubſtitutio cum clauſula codicillari ſimpliciter facta, ſimiliter & vulgaris ſimpliciter facta, vt *Titium inſtituo, & Gaium ei ſubſtituo*, trahatur ad fideicommiſſum, vtpote quia verba eiuſmodi clauſulæ codicillaris important, quod cum non poſsit valere iure directo poſt pubertatem, valeat iure fideicommiſsi, & iſtorum grauiſsimorum Iuriſconſultorum ſententia veriſsima mihi videtur per reſponſum Scæuolæ *in l. ſituola ff. ad Trebel.* qui loquitur etiam de breuiloqua, *in 2. reſpons.* inducendo tex. vt Cagnol. *in d. l. precibus*, qui tamen ſaluat reſtrictionem, opinionemq; Decii concordando Galiaul. Fulgoſ. & reliquis, ſcilicet vt opinio Decii ſit intelligenda quando dicta clauſula concepta fuiſſet ſolummodo per verba præſentis temporis, ſcilicet. *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum*, ſecus vero, ſi foret etiam concepta per verba futuri temporis, ſeu habentia tractum in futurum, ſcilicet. *ſi non valet vel valebit, & cætera*, quia tunc procedit opinio Galiaul. Fulgoſ. & aliorum, & quamuis Decium conetur, non præcipitatu ſtudio, ſaluare Cagnolus hac diſtinctione: tamen hæc profecto non fuit eius intentio; nam indiſtinctè locutus eſt de vulgari, & breuiloqua ſubſtitutione, quæ non comprehendunt fidei commiſſariam, vt notat Bart. *in l. 2. C. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Doctores *in leg. Gallus*, *§. quidam rectè ff. de liber. & poſth.*

20 Imo † hæc omnia ita explicata circa clauſulã codicillarem, amplia procedere, etiam generaliter in omnibus caſibus, quibus diſpoſitione iuris talis clauſula teſtamento ineſſe cenſetur vt puta in teſtamento inter liberos, prout ita amplificat Alciatus *ſub num. 55. in d. l. Centurio.* idemque cenſuit Lancellot. Decius relatus per eum, & Doctores paſsim annotant *in l. eam quam, C. de fideicommiſſis.* vbi præcipue Iuſ latiſsimè abſque huiuſcemodi clauſulæ codicillaris inſertione, ſubſtitutione verbis ciuilibus, atque directis factam, non euaneſcere, nec expirare ait per tempora pubertatis, ſed ſuſtineri ſaltem in vim fideicommiſsi, per rationes à non paucis Doctoribus illuſtribus allatas, præſertim per reſponſum Conſtantini, *in l. quoniam indignum*, *C. de teſt.* vbi omnes verborũ ſolemnitates ſuſtulit; qui textus neque ab antiquis, neque à recentioribus ſcribentibus fuit in hac quæſtione ponderatus, & hæc opinio eſt valde fidelis, ſancta, & humana, vt ipſimet, qui contrariam ſunt ſectati ſententiam, ingenuè fatentur, præcipuè Alciat. *in d. l. Centurio num.* 40. *verſ. quæ ſententia licet in ſpecie humana videatur*, imo explicat etiam Galiaul. *ibi, col.* 48. *& ſeq.* ab iſta opinione non eſſe in iudicando recedendum, necnon Salyc. *in d. l. precibus.* patefacit; quod ſi non reperiatur lex aliqua hoc probans, fieri tamen deberet, vt ea omnino ſeruaretur idemque cenſuit ibi etiam Cyn. recitans multos antiquos qui in hanc iuere ſententiam; Imo Decius annectit etiam, quod hæc opinio maximè haberet locum in Curia, vbi æquitas debet ſeruari. Et licet ea æqua, vrbanaque ſit, nihilominus conſulerem teſtatores, ad euitandas, radicituſque euellendas altercationes, vt apponerent vel apponi curarent huiuſmodi clauſulam codicillarem, prout fit communiter in noſtris regionibus; abundantem enim cautelam nunquam obeſſe, indubitatum eſt.

Et tanto † magis, quia æquitas non ſcripta, ſeruãda eſt per iudicem, *vt in c. quamuis rigor de appel.* & notat Roma. *conſ.* 46. *ſub num. 2. verſ. vltima ſuit æquiſsima & vera opinio.* 21

Eſt tamen † benè verum, quod ſi fuiſſet dictum; *compendioſè ſubſtituo*, tunc vtique hæc verba magnam admodum haberent vim, & cautelam, & operarentur clauſulam codicillarem, & hæc erit melior ſubſtituendi ratio, quæ fieri poſſit quia ſi ſubſtitutio compendioſa hoc pacto concepta ſit, perinde erit ac ſi fuiſſet dictum à teſtatore, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* vt teſtantur omnes ſcribentes, *in d. l. precibus*, & tradit etiam Areti. per illum textum, *C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact.* & eſt tenera receptior ſcribentium ſententia, vt per Ripam *in d. l. Centurio col. 42. in 3 quæſt.* Bart & Cagnol. *in eadem l. precibus, num.* 257. 22 Clia. opin.

Ita vt hæc clauſula codicillaria in omnem euentum tollat hodie omnes præmemoratas difficultates, in quibus ſe Doctores & antiqui, & recentiores plurimum vehementerque torquent, atque mirificè laborant. quia, vt ſupra ſæpiſſimè expleuimus, eſt frequentiſsima totius ferè orbis terrarum conſuetudo, vt notarii in omnibus teſtamentis vtantur hac clauſula, aſſerentes teſtatorem ſubſtituere *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, quæ clauſula hodie proſternit, conquaſſat, ac deſtruit omnes quæſtiones prædictas, quamuis ipſi notarii, qui huius generis clauſulam apponunt, non intelligant, quid dicant, ad inſtar illorum cantorum, qui per rerum naturam benè cantant, ſui cantus rationem nullatenus percipientes, vt poſt Bal. *in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* tradit Seu. *col 25. in 15 concluſio.* & Cagnol *num. 235. in d. l. precibus*, ſed ſi ſimpliciter appoſita ſit præſens clauſula codicillaris in teſtamento, poſſet dubitari. num de deliberatione teſtatoris ea appoſita ſit, vel potius ex capite notarii: tamen vbicunque ſubſtantia eiuſmodi clauſulæ declarata fuit teſtatori ita aſſerente notario ipſo, ceſſarent ſine dubio contentiones, & controuerſiæ omnes, vt infra in *opinione* 812. *ſtatutum excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile. num. 61. 62. 74. cum aliis ſequentibus*, affluentius declaratur.

23 Imo † amplia etiã omnia præmemorata eatenus vera eſſe, quod per dictam clauſulæ appoſitionem cenſeatur conceſſa facultas ſubſtituto veniendi, ex quocunque capite ſubſtitutionis voluerit, per textum *in l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebell.* vb. Vulpianus reſpondit; in poteſtate ſubſtituti vulgariter & per fideicommiſſum, eſſe, agnoſcere ex ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria, ita Bart. tradit *in d. l. Centurio*, cum quo alii vnanimes omnes communiter tranſeunt, vt ibi per Aquens. *col pen.* Galiaul. *col* 97. Rip. *col.* 55. *num* 171. Polyt. *in tract. de ſubſtitutionibus ſub Rub. de compend. col. fin* Soc. *conſ.* 0. *col.* 6. *& ſeq. vol.* 1. *& con.* 190. *col fin vol.* 2. Paris. *con.* 75. *vol* 3. per eundem Aquens. *in d. §. Titius.*

Sed ampliationem † iſtam reſtringit Imol. *in d. l. Centurio*, & Seue. *in d. l. precibus, col.* 25 *in concluſ.* 13. ſcilicet, quando caſus ſubſtitutionum diſtinctè eſſent expreſſi quaſi tunc de mente teſtatoris fuerit non dare electionem ſuccedendi ſubſtituto, ſed voluiſſe quamlibet prædictarum ſubſtitutionum habere locũ in caſu ſuo, vulgarem ſcilicet, ſi inſtitutus non erit heres, pupillarem ſi in pupillari ætate deceſſerit, 24

fidei-

fideicommiſſariam ſi poſt pubertatem: quæ limitatio atque reſtrictio eſt contra textum *in d. l. recuſare §. Titius* vbi ſubſtitutiones erant factæ diuiſim, & diſtinctè; & nihilominus cenſetur ibi data licentia, & lectio, ex qua ſubſtitutionis ſpecie velit venire; & in effectu ita ſonant verba textus, & communiter quoq; ſic intelligitur, ſecundum Doctores eo in loco & Cagnol. *in d. l. precibus* ita vt reddatur eluſoria, atque inutilis hæc reſtrictio Imolæ propter illius textus generalitatem. Et licet Aquenſ. in locis præallegatis conetur ſaluare opinionem Imolæ, declarando eam, tamen eius declaratio damnatur per Ripam, & Galiaul. *in d. l. Centuria*, & Pariſ. *conſ. 73. col. 2. vol. 3* Imo Decius quoque *in d. l. precibus, col. 14.* conatur ſaluare hanc eandem reſtrictionem Imolæ, quando eſſet facta compendioſa, continens ſub ſe
1 prædictas ſubſtitutiones, ſiue vbi facta compendioſa, exprimerentur dicta verba; *vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum*, quia cum ſit expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur *l. 3. cum not. ff. de leg. 1.* conferuntque etiam notata *in l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* quaſi ſecundum Decium tunc teſtator cenſeatur feciſſe plures ſubſtitutiones ſucceſſiuè in caſu ſuo, vulgariter, ſi non erit hæres pupillariter, ſi in pupillari ætate deceſſerit, & per fideicommiſſum, ſi poſt aditam hereditatem & poſt pubertatem deceſſerit. Et licet hæc Decii ſaluatio reiiciatur à Galiaul. & etiam à Pariſ. *in locis prænotatis*, per textum in *d. §. Titius*, tamen ſalua ſemper eorum reuerentia non intellexerunt mẽtem Decii, quia Decius in caſu *d. §. Titius*, ſcilicet quando ſubſtitutiones ſunt factæ diſtinctę, tenet contra Imol. prout ipſe, & cęteri; intendit nihilominus ſaluare Decius opinionem Imolæ, quando in compendioſa eſſent contentæ dictæ ſubſtitutiones; quod etiam animaduertit Cagnol. qui hoc etiam caſu reprehendit Decium, quia compendioſa comprehendit omnes prædictas ſubſtitutiones, perinde ac ſi ſpecialiter fuiſſent expreſſæ vt ſupra etiam declarauimus, & merito quidem hæc opinio Imol. Aquenſ. & Decii improbatur, quia reſpuenda eſt omnino propter generalitatem illius textus *in d. §. Titius*, qui nullam omnino poteſt pati reſtrictionem.

25 Vnde † cum præfata clauſula, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, ſit de conſuetudine totius Italiæ, totiuſque ferè terrarum orbis, ſitque de ſolitis opponi in omnibus teſtamentis per notarios habetur pro appoſita etiamſi non ſit per notarium adiecta vt per Ripam *in d. leg. Centurio, col. 26.* & ita etiam firmat Cagnolus *in dict. leg. precibus, num. 138.* & *in leg. ſi librarius, num 8.* vbi multa congerit, atque vtiliter diſcurrit. *ff. de regulis iuris.* & Tiraquel. cum aliis quam plurimis aggregatis per eum *in tractat. de iure conſtituti poſſeſſorii, in 3. parte 31. limitatione, num. 9. & ſeqq.*

26 Sed eſto † quod hæc clauſula *ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum*; appoſita ſit in teſtamento per notarium, prout ſolet communiter apponi, per notarios in teſtamentis, animaduertendum eſt, quod tunc ex huiuſcemodi verbis ita prolatis in teſtamento *ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, datur, conceditur que electio ſubſtituto; an ex pupillari ſubſtitutione an vero per fideicommiſſum ſuccedere velit, vt per Zaſium *in tractat. de ſubſtitutionibus, capit. quinto. de compendioſa, ſub num. 2.*

35 Eſt nihilominus † bene verum, quod clauſula codicillaris, licet appoſita non ſit per notarium in teſtamento, tamen in tribus caſibus ſemper intelligitur appoſita, primò ſi in teſtamento adeſt iuramentum. Secundò in teſtamento inter liberos. Tertio quando inſtituuntur in teſtamẽto perſona valde dilecta teſtatori; nam ardor iuſti amoris idem operatur, quod clauſula codicillaris, vt hæc notat Iaſon *in leg. verbis ciuilibus, numer. decimatertia & ſequent. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.*

OPINIO CCCCLXII.

SVMMARIA.

1 *Legitima ex primogenitura bonis an debeatur cæteris liberis.*

2 *Frater non tenetur conferre fratribus bona primogenituræ.*

LEGITIMA † ex primogenituræ bonis non debetur cæteris liberis: cum hæc bona vigore primogenituræ acquiſita, ac obtenta primogenitus habeat præcipua nec recognoſcat aliter ab hæreditate patris, nec ab ea proueniunt aliquo modo: ſecundum Tiraquel. cum aliis citatis per eum, *in tractat. primigeniorum quæſt. 5. & 55.* & iſta eſt communis opinio, teſte Pariſi. *conſil. 17. num. 30. volum. 2.* 1

Et † hinc eſt, quod minime conferendum ſit aliis fratribus illud, quod ad primogenitum iure primogenituræ peruenit: vt voluit Bald. *in repet. leg. cunctos populos, colum. 8. Cod. de ſum. Trin. & fide cathol.* quia hoc proprium lucrum eſſe apparet, vt per eum ibi, & in *authent. in teſtamento, colum. fin. C. de colla.* & refert, atque ex aliis comprobat Tiraquel. *in d. tract. primogen. quæſt. 51.* 2

OPINIO CCCCLXIII.

SVMMARIA.

1 *Licentiatus poſtea creatus Doctor an præferatur Doctori medii temporis.*

2 *Scipio Rouitus, aſſerens opinionem hic poſitam non eſſe communem, rationibus carere, reſellitur. Euiſque obtrectationes diluuntur. num. 21. 22. 23. 24.*

3 *Licentiatus pro doctore haberi debet, & ſimilis eſt reipſa doctori.*

4 *Epiſcopus ante conſecrationem dicitur Epiſcopus. Vt & Abbatiſſa ante benedictionem, Et intra quod tempus benedictionem accipere debeat.*

5 *Priuilegium Epiſcopis conceſſum, competit Electis confirmatis, licet nondum conſecratis.*

6 *Similium idem eſt iudicium.*

7 *Cingendus habetur pro cincto, & doctorandus pro doctorato. Et qui in vtero eſt, pro nato. Item appellatione argenti facti venit fabricari cœptum.*

8 *Licentiatus concurrens cum doctore poſtea promoto habet præſumptionem pro ſe quod ſit illo literatior & doctior. Ideo ratione doctrinæ ipſi quoque præferendus eſt.*

9 *Licentiatus non poteſt in alia Academia aſſumere gradum Doctoris, quam in ea in qua factus eſt licentiatus.*

10 *Licentiatus ob paupertatem, vel alia impedimenta gradum Doctoris non aſſumens excuſatur.*

11 Impedi-

Vnde dum hæc inter ſe ſimilia ſint, ſequitur ne- 6 ceſſario, quod † ſimilium eadem ſit ſententia. *leg. non poſſunt. ff. de leg.* Et hoc tanto fortius procedit, quod in his ſimilitudo accipiatur, ſine dubio propriiſſime pro conuenientia ad diuerſas ſpecies. *c. inter. de tranſ. epiſ.* imo ſimilitudo ipſa habet eundem effectum, atque potentiam: tunc enim prouiſio in vno extenditur ad alterum. *l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth.* Ita quod ſimilitudo hæc abſque vlla difficultate dicatur conuenientia rationis, pariens eundem effectum, in qua, dum eadem ratio militat, ſequitur, quod vbi eſt eadẽ ratio, & ibi idem ius ſtatui debeat. *l. illud ff. ad leg. aquil.* Glo. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Io. And. *in c. ignorantia, de reg. iur. in 6.* Bar. *in l. naturaliter. ff. de vſucap.* & Ripa. *in l. 1. n. 93. ff. de vulg.*

Tertia ratio affertur etiam viuaciſſima, pro ſtabilimento iſtius communis ſententiæ, ad fauorem li- 7. centiati reſolutæ, quod † proxime cingendus habetur pro cincto: & ſic proxime doctorandus habetur pro doctorato. *l. pen. & ibi Glo. & Doct. ff. de milit. teſtam.* vbi planum ſimiliter. facit Bal. quod potentia actui propinqua reputatur pro actu. *l. qui in vtero. ff. de ſtat. homin.* vbi determinatur, quod qui in vtero eſt, pro nato habeatur. *l. & ſi non. §. quid ergo. ff. de aur. & arg. legat.* prout appellatione argenti facti, venit ſimiliter fabricari cæptum. vt per Fely. *in c. cum adeo, num. 4. de reſcript.* & Dec. *conſ. 327. col. 1.*

Quarta ratio eſt ſimiliter veritati conſona, dum in præſenti certamine, ac altercatione concurrunt duo, licentiatus, inquam, primo loco, & graduatus po- 8 ſtea, ſecundo loco. Taliter † quod licentiatus ipſe habeat præſumptionem pro ſe, quod magis literatus, & doctior in tali legali ſcientia reputetur: & ſic qui longiori tempore ſtuduit plus, & qui breuiori tempore, minus ſcire intelligere. In tantum quod iſta ſit præſumptio iuris, & facti, & veriſimilis, dum poteſt ea colligi, & haberi de aliquo facto, vel per frequentiam, vel exercitium eorum, quæ adhærent, & conueniunt illi facto. *c. vidua, 26. q. 2.* Guid. Pap. *in tract. de præſumptionib. num. 54.* Ergo ratione maioris doctrinæ licentiatus præferendus eſt. Et tanto magis dum reperitur approbatus, præcedente rigoroſo examine, & repertus ſimiliter idoneus, & ſufficiens, mediante relatione Doctorum, vel ſeptem, ſecundum aliquos: vel ad minus quatuor, Peruſii: & in aliquibus aliis ſtudiis vniuerſalibus, vt traditur per Saly. *in l. nemini, num. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* & Bart. *in l. magiſtros. C. de profeſſ. & medic. lib. 10.* Et ſic numerus ipſe Doctorum, approbantium, & regentium eſt taxatus. ita Glo. eo in loco. Vnde ex his omnibus reſultat euidens concluſio, quod doctoratus laurea, ac corona, non conſideretur vbi habetur ratio doctrinæ, vt concedit, & probat doctiſſimus D. Antonius Maria Coratius *in tract. de communi opinione Doctorum, lib. 1. tit. 6. inſpectione 11. nu. 131.* Seniores enim dicuntur ſapientes, ſecundum Glo. *in c. de quibus, 20. diſt. & c. porro, 8. diſt.*

Quæ licentia doctorandi, & ad gradus doctoratus promouendi ita & taliter ſolenniter conceſſa, eſt ta- 9 lis naturæ, † vt licẽtiatus factus Peruſii, vel alibi, non poteſt publicam licentiam aſſumere in alia Academia, vt per Raph. Fulgoſ. *in l. ſenatorem, n. 3. ff. de Senato.* ſtante, quod priuilegium, ſeu indultũ alicui Vniuerſitati, ſeu loco conceſſum, extra illum ſeruandũ non erit. *l. pen. iuncta Glo. in ver. oriundis. C. de fun. patri. & Saltuum. lib. 11.*

10 Sed † dum licentia hæc conceditur, atq; indulgetur iuſtis ex cauſis, Scholarib. qui diu inſudauerunt, & valde profecerunt, ſi ob patriæ maximam diſtantiam, vel ob graues expenſas, quæ in ſtudiis vniuerſalibus (vt omnes norunt) in ſuſcipiendo doctoratus gradu, & laurea requiruntur, adoptatos, debitosque honores, aliquib. menſibus elargitis, ac ſtabilitis peruenire nõ poſſint: vel ob alia impedimenta ſuperuenientia, poſt reportatam victoriam in examine tam rigoroſo, & in tali euidenti honoris periculo: & potiſſimum ob paupertatẽ, ad doctoratus gradus, non permittentia promotionem alio priori tempore, excuſandi certe ſunt, & excuſata remanet eorum paupertas. *c. ex ratione,* & ibi Doct. omnes, *de appell.* & Bal. *in l. 2. §. ſi quis iudicio. ff. ſi quis cau.*

Ex quo † impedito ex legitima cauſa, non currunt 11 modo aliquo tempora iuris, vel hominis. *c. 1. de praeſcr. & l. 1. in fin. C. de anna. excipt.* Rota Romana *deciſ. 2. tit. de dila. in nouis.* Quod vtique de plano quoq; procedit, & abſque ſcrupulo, ſiue proteſtatum fuerit, ſiue non, vt per Soc. Iun. *conſ. 104. col. fin. vol. 3.* & Dec. *conſ. 356. col. 2.*

Quinta ratio corroboratria præſentis ſpeculationis, condecenter hodie adiuncta, ea tradi ſimiliter poteſt, † quod licentiati admittuntur ad eccleſiaſti- 12 cas dignitates, ad quas ſolummodo Doctores aſſumuntur, vt ſancte quidem, atq; ſtabiliter determinatum eſt per Synod. Trident. *in ſeſſion. 22. ſub cap. 2.* ibi, *Scientia vero præter hæc eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere, ideoque antea in Vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur; Quod ſi regularis fuerit, à Superioribus ſuæ religionis ſimilem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde inſtructio ſeu teſtificatio erit ſumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: alioquin eorum conſcientias grauiter oneratas eſſe ſcient: ac Deum, & ſuperiores ſuos habebunt vltores.*

Sexta ſimiliter ratio vrget in promptu, puriſſima, & efficaciſſima, quod in præſenti caſu non conſideratur, niſi peritia, vt in terminis ſcripſit, accuratiſſimus D. Io. Maria Coratius *in tract. de communi opinione Doctorum, lib. 1. tit. 6. inſpectione 10. num. 125.* Nam † peritis in arte ſua ſtandum, credendumque eſt. tex. 13 eſt *in c. ſignificaſti, in ver. vt medicorum peritorum iudicio, de homicid. & in c. fraternitatis, de frigid. & maleſic. & in l. 1. §. fin.* & ibi Bart. & alii omnes, *ff. de vent. inſpicien.* Spec. *de probat. §. fin. ver. hoc quoque, & Glo. in c. veterum, 9. diſt.* & facit text. *in §. reſponſa prudentum. Inſtit. de iur. natur. gent.* Bal. *in l. nemini. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* vnde non quidem immeritò peritus dicimus doctos, expertos: ſicuti è conuerſo imperitos indoctos, atque inexpertos, ſtante quod ab huiuſcemodi ſtipite peritia & imperitia deriuantur.

Septima quoque ratio non inconuenienter hic redditur, quod ea pertinere ad reſolutionem præſentis communis ſententiæ ſubſtantialiter videatur. † Quoniam licentiatus in eo quod aſſerit, vel in iure 14 ſcribit, facit ſine omni dubio opinionem, & numerum in communi, vt ſtrenue, atque inexpugnabiliter probat, & demonſtrat D. Ioh. Maria Coratius *in tract. de communi opinione doctorum, lib. 1. tit. 6. inſpectione 10. num. 121. & ſequent.* Ex quo approbatus ad doctorandum, licet careat laurea doctoratus, tamen non caret authoritate, dum doctrina, atque ſcientia ex alio, quam doctoratu probari poſſit: ſcilicet per ſcripta in iure, & alios actus ſimiles.

Octaua etiam ratio minime ſpernenda eſt, tanquam dependens ab experientia, rerum magiſtra, ſtante † quod in referendariis minime gentium con- 15 ſideretur gradus doctoratus, ſed aliæ qualitates, quæ faciunt ad officium referendariorum, vt per

Canoniſtas *in c. cleric. de iud.* & legiſtas *in l. cum quib. ff. ſi cert. pet.* Bar. *in l. 1. ff. de albo ſcriben. per text. ibi*, & Caputaquens. *deciſ. 33. conceſſa fuere mandata. in 3. parte.* vbi affluenter diſcurrit etiam, quod doctoratus gradus non ſit neceſſarius ad referendarium, ita quod regula de prærogatiuis expectantium conſiderare non videatur illorum gradus, qui doctorati prius ſunt, ſed potius alias qualitates: ex quo referendarii ſunt in Curia Romana, qui Doctores non ſunt. Vnde læta quidē fronte concludebat Azo *in proœm. Inſt.* quod ſcientia ciuilis faciat profeſſores eius in orbem terrarum ſolenniter principari, & ſedere in aula imperiali.

Nona hæc conſideranda quoque eſt ratio, tanquam ponens gladium ad radices, quod iſta communis ſententia ut reipſa fundata *in l. 1. C. de conſul. lib. 12.* quæ licet adducatur in argumentum per Doct. illu-
16 ſtres, eam commendantes: tamen † ſubtiliter, contemplatiue, atq; prudenter indagandum ſemper eſt, & procedendum per argumenta, rationes, & ſimilia, & aliis variis modis, ſecundum regulas iuris, quas decet notas habere: & tanto magis ſtante, quod plura quippe ſunt negocia, quam vocabula *l. natura ff. de praeſcript. verb.* Sebaſtian. Medices *in tract. regularum, in reg. 1. n. 1. & ſeq. in 2. part.* Nec poſſunt omnes articuli ſigillatim decidi, ſed neceſſario procedi debet per rationes, & ſimilia. *l. non poſſunt. ff. de leg.* igitur ſumma eſt, ſit, quod textus legum, & canonum aliquando allegetur in argumentum, quod contingit, vbicunq; lex allegata non expreſſe decidit caſum, ad quem allegatur, ſed induci, adaptariq; poteſt ad caſum, de quo agitur, vt affluentiſſime planum facit Nicol. Euerhar. *in locis legalib. argumentorum, in princ. & ſic in præambulis, col. 2. verſ. verum ſciendum eſt.* Quia legis virtus in inductione, adaptationeue conſiſtit, *l. nō ſolum §. primipilū.* & ibi Bal. *ff. de excuſat. tutor.* Et hinc eſt, quod Gloſſa, auriga noſter, ſæpiſſime quidem his vtatur verbis, *argumen. legis facit lex.* vel *ad hoc inducitur lex.* Et propterea rationibus innitendum eſt: quoniam vt dicit text. *in l. 2. §. ſed quia, C. de veter. iur. enucleand. & in proœmio ſexti,* Natura ſemper nouas deproperat edere formas. ita quod ea, quæ de nouo emergunt, nouo quoq; indigeant auxilio. *l. Diuus. ff. de reſtit. in integr.* Vnde merito deteſtandi ſunt illi, de numero præſertim Doctorellorum, quorum infinitus eſt numerus, qui tantum (vt ſunt non pauci) vtuntur temeritate pro ſcientia, contra text. *in l. quicunq. C. de poſtul.* vel qui vadunt tantum per repertoria, non valentes nihil à ſeipſis excogitare. Qua de re non ab re inuehit contra tales Boetius, *de diſciplina ſcholaſtica*, quod miſerrimi ingenii eſt, uolle niſi inuentis vti.

Decima itidem adducenda venit hæc etiam alia
17 ratio in præſenti apparatu: † quod in conſtituenda communi opinione interuenire debent ſeptem doctores illuſtres, qui, tanquam teſtes iuris, debent eſſe optimæ opinionis & authoritatis, & tunc iſte numerus ſeptenarius Doctorum, communem conſtituit opinionem abſque difficultate aliqua, vt concedit, & probat ſolito faſtigio magiſtrali D. Io. Maria Coratius *in tract. de communi Doctorum opinione, lib. 1. tit. 3. num. 1. cum aliis ſeqq.* Sed in conſtituenda præſenti communi opinione interuenere, nedum ſeptem illuſtres Doct. ſed etiam quamplurimi alii iuriſconſulti primarii iuris noſtri, & maximi quidem nominis, & authoritatis. Et licet Scipio Rouitus *in allegat. prag. de ſcholarium prohibitione noctis tempore*, aliquibus ſuis ſophyſticis imaginationibus, ſeu potius phantaſiis, non ſolum reuincere auſus ſit huiuſcemodi communem, ac eam in dubium reuocare; verum, quod intolerabilius quoq; eſt, negare etiā illam eſſe communem: tamen vt aperte ſatis appareat offenſio tot illuſtrium Doctorū, ſciendum eſt, quod opinio communis præſumitur vera, & pro veritate habeatur, atteſtante Alciato *in tract. præſumpt. reg. 1. præſumpt. 31. n. 2.* Quæ nimirum opinio inuictiſſima, atq; lucrubatiſſima, dum fuerit in facti contingentia in practica obſeruata, & in deciſiuis, ex teſtimonio aliquorum, ex præmemoratis Doctoribus, remanet ſolus in ſua vana aſſertione Rouitus ipſe.

Et quod idem Scipio Rouitus, *eodem in loco, ſub n. 8.* aſſerit Nicol. de Neapoli *in alleg. l. 1. C. de conſul. lib. 12.* loqui in argumentum pro iſta communi: & ob hoc ita ſimpliciter argumentando nihil concludere, ſeu determinare: ingenti ſtupore me afficit, dum loquitur ſine lege, ſine ratione, & ſine vlla authoritate:
ſtante † quod arguere idem eſt, quod rationib. conuincere, vel argute probare. *c. inter quatuor, de cler. peregrin. c. ad apoſtolica, de re iudic. lib. 6. l. ſi duo. §. Marcellus. ff. de iureiur. l. de tutela, C. de interdict. nupt. & l. deſiderium, & ibi Doct. C. depo.* Imo argumentū eſt articulus. *l. 2. de hæretic.* vel argentum ipſum eſt ratio rei dubiæ, de qua quæritur. *d. l. ſi duo. §. Marcellus, & c. tortus, & ibi Glo. de verb. ſignific.* Ita quod argumentum dicatur arguta, & ſubtiliter inuentum, vt per text. & Glo. *eo in loco, & in d. l. deſiderium*, & Abb. *in c. 1. de pact. ſub col. 1.* Eſto etiam, quod Gloſſa ſæpenumero vtitur quoq; his verbis, *argumento legis. facit lex.* vel *ad hoc inducitur lex*, vt non inuolute quidem hoc ſupra n. 16. denudatum diſcernitur. in tantum quod opinioni huic communi aſſentitur ſatis experte Nicolaus ipſe de Neap. allegando talem legem in argumentum, fretus inductione illius legis: valet enim argumentum ex mente legis, ita Bal. *in l. 3. C. ad l. Pompe. de parricid. & in præludiis feudorum, §. Quia de feudis. ver. & quia vidimus, n. 13. fol. 12. & ſeqq.* & facit *l. nominis. & rei, § verum de verb. ſignific.*

Et quāuis idem Scipio Rou. in loco præcit. in admiratione habuerit, me citaſſe Tiraq. in loco corrupto, ſui tract. *legum connub.* in præſenti mea opin. tamē S. zelo à morſib. ſuis omnino ceſſare tenebatur, allegādo locum verum, non autē corruptum. quod patienter fero, dum vir iſte ex abundantia cordis locutus videatur, cui libentiſſime parcam, non conſiderando, quod talis error non mihi, ſed potius impreſſori adſcribendus ſit, vti non conſiſtens in ſubſtantia, ſed potius in numero, & loco: & tanto magis, dum error nominis non vitiet, cum conſtet de corpore. *l. ſi in nomine. C. de teſta.* Spec. *tit. de lib. concep. § 14. ver. quid ſi error, alias 15. ver. quid ſi hominis.* Imo excuſatur quoque
Impreſſor ipſe, cum hoc ſit dubiū probabile. † quod 19
excuſat errantem, *c. ſacro, & ibi Glo. de ſenten. excōmunic.*

Idem Scipio Rouit. *in loco mentionato d. pragm.* non nihil laborauit quoq; pro ſuſtētanda opin. contraria contra coēm, quod nominati ibi per eum, aſſeruere, talem opin. eſſe veriorē: ob quod quidem ei perſuaſum videtur, ipſos Doctores diſceſſiſſe à cōmuni: ſed
profecto errauit, & ſeſe decepit: quia † Doctor, di- 20
cens opin. veriorem & æquiorem, innuit, quod contraria opinio ſeruetur in praxi vt voluit Lancell. Dec. *in l. hæres abſens, ff. de iudic.* & Cæſar Contard. *in repet. l. diffamari, q. 12. n. 84. C. de ingen. & manum. ff.* Quorū traditio tanto amplius ſine vllo ſcrupulo procedit, quod cōis ſententia ſemper fundata videatur in legū viſceribus, & in ſtabiliſſimis, & exquiſitiſſimis rationibus.

Poſtremo ipſemet † Scipio Rou. ita demū ſe geſſit 21
in alleg. prag. ſub n. 8. verſ. Tiraq. allegatus per Viuium. vt inhumaniter ibi tranſformauerit me, ſimul cum aliis omnib. Doctorib. conſtituentib. coēm ſentent. antedictā in acies, vocando eos ſupercilioſe aues. Verū cum deductus ſit Rou. ipſe ad tantā recitat. pōt caritatiue
eius

Digitized by Google

ſtius impietati his temporibus venia concedi, dum ab ignorantia ſacrarum ſcripturarum venerit error iſte, nam ſi inſpexiſſet *in c. 1. Geneſ. Dixit Deus*, inueniſſet itaq; creationem hominis, dum ibi dicitur *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. Et in *cap. 9. eiuſdem Geneſis* dicitur etiam; *ad imaginem Dei quippe factus eſt homo*. ita vt Deus ſecundum David *Pſ. 8. & 37.* omnia ſubiecit ſub pedibus eius, oues, & boues vniuerſos; inſuper & pecora campi, volucres cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Imo atteſtante Ioh. Chryſoſt. ſuper Matth. animalia fecit Deus propter hominem, hominem propter ſeipſum. Si ergo animalib. miniſtrat propter hominem, quomodo hominib. nõ miniſtrabit propter ſeipſum. Prout etiam Auguſt. teſte, *libro de quantitate animæ*, anima facta eſt ſimilis Deo, quia immortalẽ, & indiſſolubilem fecit eam Deus: imago ergo ad formam pertinet: ſimilitudo ad naturam. vnde concludendo cum Io. Chryſoſt. *ſuper Matth.* ſciendum eſt, quod omnem creaturam ſenſibilem Deus armatam, & munitam creauerit, alios veloci pedum curſu, alios vnguib. alios pennis, alios cornibus, hominem ſolum ſic diſpoſuit, vt virtus illius ſit ipſe Deus, & in eo, quo inferiorem eum fecit, in ipſo fortiorem eſſe voluit in ſe, vt neceſſitate infirmitatis coactus ſemper neceſſe habeat Dominum ſuum requirere. Prout ſciendum quoque venit, quod homo natus ſit ad laborem, ſicut auis ad volandum, *Iob. 5.* vnde ait Deus, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, *Geneſ. 3.*

22 Etſi idem met † Rouitus, vocando me auem, alludere forſitan voluiſſet, Aquilam patriam meam dulciſſimam peperiſſe me ſuum filium, quã matrem non tamen errauit in hoc Aquilam ipſam nunquam ſolitam muſcas capere, prout & me filiũ ſuum, nunquam à ſuis ſplendoribus degeneraſſe omnibus notum fuit, & eſt imitando maiorum Patrum noſtrorum veſtigia, qui ſemper in omnib. diſciplinis, & artibus liberalibus atq; ſcientiis, ſimul cum Modernis noſtris Scriptorib. Aquilanis, magni nominis, & authoritatis noti fuere apud omnes Nationes, & ſunt etiam hodie ſapientiſſimi, & præſtantiſſimi reputati.

23 Et quamuis idem † Rouitus in loco mentionato me quoq; peruerſe vocauerit ignorantem, nec degustaſſe talem cõmunem; tamen nihil mihi mirum videtur, ſi adulteretur iſta cõmunis ſententia tam infragabilis, ab iſto ſolo Moderno; ſed dum conſcientia, & veritas ipſa me iuſtificet, nõ debeo timere præſentem detractionem, iuxta text. *in c. inter verba, 11. q. 3.* Expecto igitur, vt iſte Modernus ſcriptor palinodiam canat, ſtante quod detractio ſit ſumma iniquitas *c. detractores, 6. quæſt. 1.* Imo detractio ipſa eſt peccatum mortale grauiſſimum eorum, quæ committuntur in proximum, ſecundum S. Thom. *in ſecunda ſecundæ, quæſt. 73. art. 2. & 3.* Et tanto magis, quod ſi lingua à detractione non retrahatur, nihil prodeſt ieiunare, aut alia bona facere. *c. nihil enim prodeſt, diſt. 5.*

24 Et cum † Rouitus inſuper in loco citato memorato, aſſerat etiam, me allegaſſe pro communi Cagnolũ *in l. cum quid, n. 58. & ſeq. ff. ſi cert. pet.* dico refutãdo tale delíramentũ, ipſum non inſpexiſſe ſcripta mea oculo dextro, ſed potius ſiniſtro, cum non allegauerim Cagnolum, tanquam concurrentem cum cõmuni, ſed principaliter, tanquã teſtificantem de cõmuni. Vnde cum ſe oſtenderit rerum nouarũ auidum, ſpero, Deo fauente, me à tantis moleſtiis iſtius Doctoris reſtitutum incolumẽ, quem rogo, vt inſpicere iterum velit Cagnolum eo in loco, inueniet illum non ſolum teſtificari de præſenti cõmuni, ſed etiam de magis communi, ita quod proprio mucrone ſe iugulauerit.

Quæ opinio cõis adeo vera eſt. per omnia hucuſque ſeriatim deducta, † vt ea procedat quoq; in artiũ doctorat, quod pro amplificatione præſentis materiæ deſeruiat, ſicut pro conſtanti tenet Dec. *in l. cum quid, poſt nu. 17. ff. ſi cert. pet. in repet.* referens ſe ita conſuluiſſe in fauorem Magiſtri Stephani de Mediolano, contra Magiſtrum Perleonem Spoletinum. 25

OPINIO CCCCLXIV.

SVMMARIA.

1 *Licentiatus in decretis, & magiſter in artibus, non eſt præferendus Doctori decretorum.*

2 *Doctor in vtroq; iure, an præferatur Doctori in vno iure tantum.*

3 *Epiſcopus Doctor, præcedit Epiſcopum non Doctorem, licet antea factum Epiſcopum.*

4 *Marchio & Comes præfertur Marchioni tantum.*

5 *Doctor in Academia promotus, an præferatur bullato.*

LICENTIATVS † in decretis, & magiſter in artibus præferendus non venit Doctori decretorum: & 1 ſic iſte licentiatus non poſſet aliter vti præcedentiis, ſeu prærogatiuis contra Doctorem decretorum: ſecundum Rota *conſ. 333 n. 7. & 9.* Fely *in rub. de maio. & obed. poſt n. 2. & in c. cler. col. 2. de iud.* Boer. *in tra. de autho. magni conſilii, ſub nu. 96. & ſeq.* Dec. *in l. cum quid ff. ſi cer. pet. in 1. lect. n. 17.* Io. Staphi. *in tra. de lit. grat. & iuſtic. par. 1. ante §. ver. Octaua concl. & ſub tit. de vi. & effectu clauſul. verſ. Secũdo principaliter dubitatur in ea parte, cum aliis, ver. ſeq. ſ. 120. & ſeq.* Rub *conſ. 86. circa præmiſſam, n. 2.* & iſta eſt communis opinio: pro qua facit Rebuf. *in tract. nomi. q. 21. ſub num. 44. verſ. Intellige quod Doctor*, & Tiraquel. *de leg. connu. Glo. 1. num. 2.* Cõis opin.

Item Doctor in vtroq; iure præfertur quoq; Doctori † in vno tantũ iure, etiã prius graduato. ita Do. 2 cõmuniter omnes *in c. cler. de iud.* Card. *in clem. 1. de maiori. ff.* Io. Bap. Ferret. *conſ. 240. in materia pro actoris, n. 4. vol. 2.* Franciſ. Marc. *deciſ. 808. Quæritur enim ordine de gradu, n. 9. & ſeq. in 1 par.* & Carauitan *in rit. magna Curia, 101. ſub n. 3. & ſeq.* Et ratio eã eſt, quia duo vincula ſunt fortiora vno *l. re coniunctis. ff. de leg. 3. auth. ceſſante. C. de ſuis & legit. hæred. auth. itaq. C. de bis de ſucceſſ. & auth. poſt fratr. de legi. hære. §. ſed hodie, inſt. de adop. c. 1. de tr. & pac.*

Et hinc rationabiliter quidẽ determinauere Geminian *in c. Iſidori, 16. diſt.* & Franciſ. Marc. *deciſ. 808. ſub n. 10. in 1. par.* † Epiſcopum Doctorem præcedere 3 Epiſcopum non Doctorem, quam uis antea promotum, electum, & approbatum. Sicuti determinauere quoq, Bal *in l. fed & milites. ff. de excuſ. tut.* & Carauita *in rit. magna Curia, 110. n. 4.* † Marchionem & Comitem præferri Marchioni tantum. Similiterque † Doctor graduatus in collegio ſtudii generalis, præfertur doctorato authoritate Papæ, vel Imperatoris, niſi in certo caſu, in quo tradita eſſet ſpecialis doctorandi facultas talem nominatum, & tunc hoc procederet interueniente rigoroſo examine, & non aliter, nec alio modo. vt per Fely. *col. fin.* & alios vniuerſaliter, & vnanimiter omnes *in c. cler. de iud.* Io. Bapt. Ferret. *conſ. 240. n. 5. vol. 1.* & Carauit. *in alleg. ritu 101. n. 3. & 5.* imo in promouendis ad doctoratũ trina examinatio requiritur, ſecundum Archid. *in c. de quibuſdam, 37. diſt.* Taliter quod doctores creati ab Imp. ſine examine, modicæ ſcientiæ reputentur, ſecundum Bar. *in l. profeſſores, C. de profeſſor. & medic. lib. 10.* & Fely. *in c. pertuas, col. 2. de maior. & obed.* & Card. Alban. *in lucubrationib. ad Bar. in 1. conſtit. C. de veti. iud. facien. ſub n. 22.* vbi teſtatur ſe audiuiſſe à fide digniſſimis, Maximilianum Imperatorem, patrem Caroli Quinti, iis, quibus ex priuilegio Doctoratus inſignia conferebat, dicere conſueuiſſe, eſto doctor ſine literis.

OPINIO CCCCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium cœptum cum defuncto an tranſeat in fiſcum, vt tentatur litigare coram eodem iudice.*

1 LIS † inchoata coram ordinario, non transfertur ad rationalem Cæſaris, ſi fiſcus litigatori ſucceſſerit: Et ſic inſtantia cœpta cum defuncto, nõ tranſit aliquo modo in fiſcū: quia fiſcus habet iudices proprios. *l. ſi conſtante. § fi. ff ſolut. mat* per quem text. ita ſentientes Bar. ibi, Ant. Abb. & cæteri præſertimq; Barbet. *n. 44. & 51.* & Dec. *nu. 29. 32 & ſeq. in c. quia do iudi.* vbi exiſtimat iſtam communem opinionem fore.

Cõis opin. ¶ Contrarium vero ſenſere, videlicet, quod in iure conſenti, poſt litem conteſtatam, ſuccedens fiſcus, cauſe ipſa finienda ſit coram Cæſaris rationali, non autem coram eo iudice ordinario cœpti iudicii, Iac. de Are. & Bal. *in d. l. ſi conſtante. § fi.* Io. de Imo. *in l. ſi cum hominem. ff. de iud. n. 2.* vbi admonet iſtorum ſententiam cõmunem eſſe. Tamen prima pars Cõis opin. communior, veriorq; apparet, & ſecundum eam tutè, & optimo iure ſuedente alias iudicari per doctiſſimos, grauiſſimoſq; viros vidimus.

OPINIO CCCCLXVI.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber poteſt locare operas ſuas in perpetuum.*

1 LOCARE † poteſt operas ſuas liber homo in perpetuum: ſecundum Glo. Bar. Saly. & cæteros omnes *in l antiquitas. C. de vſufruct.* Spec. *in tit. de locat. § poſtquam ver. Quid ſi.* locaui, Imo. in c. 2 extr. de pig Bar. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. q. 8 ff. de verb oblig.* & Ripam *in l. obligationem generali, nu. 10. & ſeq ff de pignorib.* vbi explicat opinionem iſtam eſſe cõmunem, eamq; approbat, declarat, & ampliat.

Cõis opin. ¶ In contrariam vero partem inclinauit Gloſſ *in l. poſt certi. C de lib cau.* Dyn. *in l Titio centum. §. 2. ff. de con. & demon.* & Laurentius Syluan. *conſ. 34. n. 11.* Sed ego veritatis memor, ſequor primam ſententiam communem, tanquam veriſſimam.

OPINIO CCCCLXVII.

SVMMARIA.

1 *Ludus ſchacchorum an ſit licitus, ac permiſſus laicis. Item clericis.*
2 *Dictiones, nunquã, ſemper, ſine intermiſſione, cõtinue, iugiter, indeſinenter, aſſidue, & ſimiles quõ interpretãda.*
3 *Ludus ſchacchorum quib conditionibus licitus ſit clericis. Et qualis pœnitentia impoſita fuerit Epiſcopo Florentino, quod ludo eiuſmodi interfuerit.*
4 *Ludus latrunculorũ, & ſchacchor. inhibetur clericis cũ laicis.*
5 *Acquiſita in ludo ſchacchorum, ſeu pile, an ſint reſtituenda.*
6 *Ludus ſchacchorum, ſeu latrunculorum, & pile omnis iure permiſſus eſt.*
7 *Ludo pile qui optime luſerint.*
8 *Pile exercitium plurimum confert ad ſanitatem, ſeruatis aliquibus conditionibus.*
9 *Ludus ad ſpala multum commendatur, quia in eo corpus, & animaſimul exercetur cum lætitia.*
10 *Ludi qui precipui ad humanã recreationẽ enumerantur.*
11 *Ludus ſchacchorum quando, & cur inuentus.*

1 LVDVS † ſchacchorũ eſt licitus, permiſſuſq, laicis; quia conſiſtit in ingenio naturali, ſecundũ Glo. Odofre. & omnes legiſt. *in auth interdicimus. C. de Epi. & cler.* & Canoniſtas *in c. pen. de vita, & honeſt. cler.* Paridem de Puteo *in tra. de ludo, ſub nu. 12.* Bald. *in rub. C. de cond. ob turp. cau.* Ang. in l. 1 §. 1 *ff quar. rerum act. non da.* Caccialupum *in tra. de ludo, ſub n. 8* Stefa. Coſtam cum aliis aggregatis per eum, *in tra. de ludo in §. ſuccedit mo-* Cõis opin. *do. n. 23. cum quatuor aliis ſeq.* vbi narrat iſtam aſſertionem opin. ac procedere de iure canonico etiam. Imo eſſe permiſſum huiuſmodi ludum etiã clericis, dummodo fiat cauſa recreationis, & cum aliis bonis, honeſtiſq; circumſtantiis, voluit Glo. Vincen. Abb. *col. 2.* & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer, *in c. pen. de vi. & ho. cler.* Inno. *in c. Lator. de homici.* Archi. *in c. epiſc. 35. diſt. in pr* Abb, & Imol. poſt Io. And. *in c. cler. eod. tit.* Richar. *in 4. diſt. 15. art. 4. q 8.* & Frater Guil. Pepin. *in ſermon. de deſtructione Niniue, ſerm. 18. col. 9 fol. paruo 117.* S. Anton. Epiſc. Floren *in 2. part. eius ſummæ titu. 1. c. 3 ſub §. 2.* Paris de Puteo *in tra. de ludo, ſub n. 12* Caccialupus *in d tra. de ludo, q. 5. ſub n. 27.* Stepha. Coſta *in d. tract. de ludo, §. ſuccedit modo, ſub n. 18. & ſeq.* Soci *conſ. 16. vol. 2.* & iſta eſt cõis opinio Doctorum vtriuſque cenſuræ, & Cõis opin. Theologorum: cui, tanquam veriori, innititur etiam Ioan. Tabienſis *in ſua ſumma Tabiena in verb Ludus, ſub §. 7.* & Burſatus *conſ 116. in alia. ſub num. 1. cum aliis ſeq.* Meſcard. etiam *deprobat. concl. 888. ſub nu. 8. in fine fol. 240 vol. 2.* vbi ſimiliter explenat textum *in c. nunquam, de conſecrat. diſt 5.* quod pſalterium nunquam debeat excidere de manu clerici, † illam dictionem *nunquam* 2 intelligendam eſſe ciuiliter, videlicet congruis temporibus, *vt per Glo. ibi in ſuo loco, & eſt textus quoque in c. tenere, 31. diſt.* Proni ſimiliter illud dictum *Luc. 18.* vbi Saluator ait, oportet ſemper orare, & non deficere; Item textum *in d. c. nunquam*, determinatum attendum ſine intermiſſione: & denique illud dictum Pauli ad *Theſſ. 1. cap. 5* ſemper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnib. gratias agite. hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis, intelligendum ſane venit ſecundum Auguſt. quod qui bene egit, ſemper orat. Et licet huiuſmodi dictio, *ſemper*, inducet determinationem, *l. Cato, § imperator, ff de aliment. & cibar. legat.* Dyn. Bar. Salyc. & alii vniuerſaliter omnes *in l. 1 ff ſolut matrim.* Ang. *in auth. de hered. & falcid. in prin. in verſ qui ſemper.* & Glo. *in auth. vt determinatus ſit numerus clericorum, in ver. inueſtigantes, ſeu ſemper.* nihilominus recipit tolerabilem interpretationem, dato interuallo, vt per Abb. *in proœmio Gregorii, in ver. nota ibi, quotidie* & Glo. *in d. auth. vt determinatus ſit numerus clericorum*, vbi exponit huiuſmodi dictionem, *ſemper*, id eſt, multoties, & *in c. de quibuſdam 37 diſt.* Dom. *in c. ſi equum, de reg. iur. ſpoliat. in 6.* & Archid. *in c. ſacroſancta, 22. diſt.*

Sicut etiam verbum, *continue*, vel *continuum*, intelligitur ſane; non equidem pro quolibet momento! Et hinc eſt, quod ſi teſtis deponat ſe vidiſſe Gregori continue poſſediſſe per decennium, non vtique requiritur, vt quolibet momento viderit eum poſſidentem, vt per Abb. *in c. cum cauſam, col. 2. de elect.* Bar *in l. ſi quis ita ff. de condit. & demonſtrat.* & ratio eſt euidens quia continue intelligitur etiam interpellatim, ita Gio. & Salyc. *in fine, in l. 1. C. ſi mancip. ita fuerit abal.*

Et hoc idem concludendum eſt de aliis dictionib. *iugiter, indeſinenter, aſſidue*, & ſimilib. de quib *in c. ... diſt. 11. & in d. c. frequens*, & per Archid. Imol. & Io. And. *in c. quoniam, de offi ord. li. 6.* & Abb. *in proœmio Gregorii.*

Itaq; † prima circumſt. ſeu conditio inter Religioſos, in præſenti luxu, illa propemodũ neceſſaria foret, quod ipſi latrunculis animi cauſa ludere debeant, omni prorſus cupiditate lucri, quæſtuſque propriã ceſſante. Secunda etiam circumſtantia hæc exigitur neceſſario in hoc caſu, quod ipſi clerici, ne alios offendant, in domib. ſuis priuatis, ſeu in aliis locis abditis, non autem in locis publicis ludere teneantur.

¶ Et hinc eſt, quod licet ludus citharæ ſimiliter concedatur clericis: quia Dauid ipſius pulſauit citharam ipſam, & chorizauit: tamen hoc vetum eſſet, niſi locum ſortiretur in loco occulto, nõ autem publico ſecundum Abb. *in c. cum decorem de vita. & honeſt. cler.*

¶ Ter-

¶ Tertia circumſtantia adhibenda in præſenti negotio illa eſt, quod Religioſi, frequentatores huiuſmodi luſus latrunculorum eſſe non debeant: ſed vt tempus exigit, & locus congruit huiuſmodi ludo incumbere, ac aduigilare illis licitum eſſet.

¶ Quarta circumſtantia, quæ ab eodem fonte procedit, ea nimirum eſt, ne clerici ob talem ludum omittant recitationem horarum canonicarum, celebrationemque aliorum diuinorum officiorum, ac ſtudium rei literariæ: ſiquidem ſi aliter ageretur, cantari merito poſſet contra iſtos illud vulgare prouerbium, quod vane, & inſipide ipſi curarent cuticulam, ſeu reduuias.

¶ Quinta circumſtantia omni ſuo iure expoſcitur etiam, vt ipſi clerici cauere debeant, tanquam ab igne, à ludendo cum perſonis improbis, infamibus, ignominioſis, & huſce ſimilibus, & itidem cum mulieribus quantumcunque honeſtiſſimis, eo quod non decet eos habere tam priuatam, & familiarem conuerſationem, & conſuetudinem cum eis, vt patet in toto titulo. *Extra de cohabitatione clericorum, & mulierum.*

¶ Sexta circumſtantia minime prætermittenda venit in præſenti negotio, quæ ea eſt, vt Religioſi ipſi in ludendo ab ira, iuramento, mendacio, fraude, & ab aliis ſimilibus vitiis, & peccatis penitus abſtineant.

¶ Bene verum eſt, quod legitur apud Vincentium Hiſtoricum *lib. 26. cap. 52.* quod Petrus Damianus, Epiſcopo Florentino, qui ſolum interfuerat ludo ſcachorum, impoſuit duram pœnitentiam; videlicet tria pſalteria; Item lotionem pedum duodecim pauperum cum certa eleemoſyna cuilibet porrigenda; quam quidem pœnitentiam Epiſcopus ipſe libenter acceptauit, facile colligendo huiuſmodi ludum latrunculariam eſſe proprie ludum ſimiæ, quo luſiſſe ſimiam author eſt Plinius, ac fore puerile ſtudium, perditum tempus, atque curas ſuperuacuas omnibus notum eſt. Imo vix vlli rei tam inceptum, tamque ineptum ſtudium inuenias adhiberi: in eo enim interuenire ineptiſſimos clamores, ſtulta gaudia, iraſque ridiculas, atque deliros ſenes impendere alueolo, & pauculis lignis vagis, ac furtim inſidiantibus, latrocinantibus, quotidie videmus.

4 Sed † iſte ludus recreationis cauſa cum laicis inhiberetur ipſis clericis. *cap. continebatur, de homicid.* firmat Stepha. Coſta. *in d. § ſuccedit modo. ſub num. 14. & ſeq.* & diſcurrit fuſiſſime Neuiza. *in ſylua nuptiali. lib. 4. ſub num. 42.*

5 Et † tic laici, vincentes in ludo prædicto ſcachorum, ſeu in ludo pilæ, in quo verſatur perſonæ exercitium, non tenentur ad reſtitutionem, niſi amittens filiusfam. ſit, & cauſa recreationis fiat, & ſine blaſphemiis: ſecundum Oldra. *conſ. 78.* & Salyc. *in l. alea. ſum. C. de relig. & ſumpt. ſune. per text. in l. fin. ff. eod. tit.* & præclaræ ſcientiæ Theologum fratrem Ioannem, compatriotam meum poſt S. Tho. *in ſermonibus quadrageſimalibus, lima vitiorum nuncupatis, ſermo. 5. quæſt. 3. col. 2.*

6 Et hoc non mirum eſt, † ſiquidem ludus ſcachorum omni iure permiſſus eſt, prout & ludum pilæ omni ſimiliter iure permiſſum eſſe ait Ang. *conſil. 397.* Coſta, & Puteus *in d. tract. de ludo.*

7 Ferturque, † Scæuolam Iuriſconſultum optime pila luſiſſe, teſte Volatio *in rubric. de ocio*, ac etiam Mecenatem, Dionyſium Siracuſanum, Alexandrum Magnum, Scipionem, Lico. Philoſophum, & Cæſarem, qui donauit cuicunque cum eo ludenti 100 ſeſtertia neutra, id eſt, 250. libras argenti, præterquam L. Cecilio, cui donauit ſolummodo 50. Vnde ob hoc nugando coram Cæſare, protulit hæc verba: ô Cæſar ego non ludo tecum cum vna manu. Ideo animaduertens talia nugatoria opportuna verba, donauit eidem 50. alia ſeſtertia, teſte Reuerendiſs. D. Patritio Epiſcopo Caietano *in tract. Sacri Regni veri regiminis vera fœlicitatis principis. lib. 3. cap. 11. de ludo pilæ.*

¶ Et Prochytanum, noſtrum regnicolam, noſtra tempeſtate ludo hoc pilæ palmariæ eximie ludentem, ætatis noſtræ omnes præcelluiſſe, nemini dubitandum. Nam ſuperioribus annis, per quendam agilem, compoſitum, ſingularemque luſorem Hiſpanum prouocatus, luſiſſe fertur in Ciuitate Neapolis, publicis in ſpectaculis, frequenti populo congregato: & ab Hiſpano aureorum ſummam non mediocrem quæſiuiſſe. Nec ſilentio itidem duxi tranſeundum, quod in Ciuitate noſtra Aquilæ, noſtris temporibus effecit: Cum enim aduerſus Ioannem Antonium Cancellarium, ciuem noſtrum, pilæ congreſſum haberet, qui in pilæ munere ſubeundo, primum ſibi locum vendicabat, cum nedum ſuperiorem, ſed neque parem hactenus inueniſſet; hac arte Prochytanus, & induſtria vſus eſt: Ioannes Antonius erat prope potiturus victoria, & gauiſurus, cum in duabus tantum notis, vel (vt aiunt caccis) quæ in ſui fauorem erant, aduerſarium ſuperare reſtabat, Prochytanus, niſi in quodam parietis foramine pilam detexiſſet, ibique conſtituiſſet, vincere nequibat; pro prima nota id fecit, & vicit. Pro ſecunda vero nota, pedis callo laborare ſimulans, detracto calciamento, & in quadam ſpecula poſito, reſilentem pilam tanta agilitate tractauit, vt in calceo conſiſtere faceret, magna omnium admiratione. Quo viſo, Ioannes Antonius in huiuſmodi verba prorupit. Qui fieri poteſt; niſi humanæ naturæ tentator, vel Prochytanus poſſet efficere? Tunc Prochytanum ſe faſſus eſt, & mutuis amplexibus, & oſculis vltro citroque habitis, ſicait Ioannes Antonius, cedo tibi primo locum, ac me longe minorem eſſe ingenue fateor.

Et † exercitium hoc pilæ plurimum confert ad ſanitatem, ſeruatis tamen conditionibus expreſſis à Gale. *in primo, & ſecundo ſanatiuorum.* Nam quemadmodum enunciat ipſe Gale. *in lib. de ludo paruæ ſphæræ*, multi liberati ſunt, ab ægritudinibus, gauiſi ſolum. 8

Quare illa † exercitia maxime commendanda ſunt, in quibus corpus & anima ſimul exercetur cum lætitia, & propterea ludus paruæ pilæ multum ibidem commendatur. 9

Sunt † etiam aliqui alii ludi, permiſſi ad humanam recreationem: interdum enim fatigantur, & debilitantur vires humani corporis, etiam in bono opere, propter quod, vt aliqua conſolatione exteriori recreentur, & per conſequens roborentur, & fortificentur in bono opere, permiſſi ſunt aliqui ludi liciti, qui inuenti ſunt ad leuamen laboris, ad ſolamen honeſtatis, & ad recreationem vitæ humanæ. Nam vt narrat Auguſt. *11. muſicæ*; Decet ſapientem interdum remittere aciem à rebus agendis intentam: hæc autem remiſſio animi à rebus agendis fit per ludrica verba, & facta. Ex quo concluditur, quod ad ſapientem, & virtuoſum pertinet interdum talibus vti ludis. Propter quod etiam Philoſophus ponit virtutem eutrapeliæ, quæ conſiſtit circa ludos honeſtos, quam nos poſſumus appellare iucunditatem: Nam, & talibus ludis interdum vacaſſe feruntur viri ſancti, graues, & ſapientes, & ad hoc ponit exemplum Caſſianus *lib. 7. conſolationum patrum*, de 10

Beato Ioanne Euangeliſta, qui aui in manu luſiſſe legitur. Similiter legitur in vitis patrum, quòd Beatus Antonius cuidam ruſtico obloquenti de quodam eremita, eo quod vacaret interdum ludo honeſto, ait: trahas arcum tuum ſemper extentum; cui ille: non faciam, quia ſic citò deſtrueretur, niſi quandoque relaxaretur. Sic (docet pater Antonius) caro infirma humana non poteſt ſemper in eodem feruore permanere, atque durare. Vnde etiam ad hoc ponit exemplum Seneca *libr. de tranquillitate animi*; de agris fertilibus, quos (inquit) citò exhauriret nunquam intermiſſa fœcunditas: ſic etiam hominum labor aſſiduus citò exhauriret, & nimis fatigaret ſpiritum humanum, niſi aliquando interueniret aliqua conſolatio corporalis: propter quod ait Cato. *Interpone tuis interdum gaudia curis.*

Et quia labor animæ, ſiue ſpiritus, qui conſiſtit in contemplatione, eſt laborioſior, pro quanto tunc homo magis à ſenſibilibus eleuatur, quam labor corporis, in quo non eſt talis eleuatio à ſenſibilibus.

Hinc eſt, quod viri contemplatiui, & literis deditì, atque propenſi, magnopere indigeant talibus ludis honeſtis, & recreatiuis; & vt ſic anima aliquam quietem capiat in tali delectatione.

Et hoc eſt, quod Philoſophus 4 *Ethicorum* dicit, quod in huius vitæ conuerſatione quædam requies cum ludo habeatur: Ex quibus omnibus concluditur, quod oportet interdum aliqualibus huiuſce ludis vti.

21 Ad † ludum prædictum ſchachorum, quo calculis in tabula luſoria, id eſt, fritillis, & alueolis luditur, inuentum olim reperio circiter annum orbis conditi, termilleſimum DCXXXV. à quodam viro ſapiente, nomine Xeurxe, tempore Giulmerodac Regis Babiloniæ, hominis iniuſtiſſimi, & crudelis, qui patris corpus ſcilicet Nabuchodonoſor in 300. partes diuiſit, & 300. vulturibus comedendum dedit.

Cauſa igitur quare ipſum ludum inuenit, fuit antedicti Regis correctio: cum enim Rex impius eſſet, & non poſſet correctiones ſubſtinere, ſed etiam correctores occideret, & multos tam prudentiſſimos occidiſſet: populus, qui multum dolenter ferebat ipſius Regis vitam malam, rogauit dictum Philoſophum, vt Regem de ſua vita increparet: is autem, cum Philoſophus primo aſſeueraret mortem ſibi ſine dubio imminere, ſi id faceret, populus ait: Certe ante debes mortem eligere, quam vt fama in populo volet, quod Regis vita deteſtabilis ſit tuo conſilio, maxime cum increpare non audeas, vt tu dicis.

Quod audiens Philoſophus, populo promiſit Regem redarguere, & cogitare cœpit modum, quo & mortem euaderet, & populo promiſſis ſteriſſe videretur; & tunc Philoſophus diligenter, & ſedulo pertractare cœpit, ac tandem ſchacherium cum ſexaginta quatuor quadratis inuenit, formasque ſchachorum ad formam humanam, de auro, & argento compoſuit, & formauit: progreſſum autem eorum, & motum deſcripſit, cumque idem Philoſophus ſic ludum totum ordinaſſet, deſcripſiſſetque formam inter pictæ tabulæ, & ſcachorum, ac mores Regis, nobilium, & popularium, & officiorum eorum, & iam coram nobilibus in Regis aula ludere cœpiſſet, & placuiſſet etiam ludus omnibus Rex ſuperuenit, miratusque ludi pulchritudinem, ac inconſuati ſolatii nouitatem, ludere deſiderauit; & tunc Philoſophus Regem de ludo & de progreſſu ſchachorum docere cœpit, prorumpendo primo, quomodo Rex debeat habere etiam clementiam, iuſtitiam, continentiam; docere etiam eum cœpit de forma Reginæ, & de eius progreſſu, aſſerens quales mores Regina habere debeat. Docere etiam voluit de centauris, tanquam de iuſtis iudicibus, & conſiliariis, quos in Regno neceſſe eſt eſſe, item de militibus, quod fideles ſapientes, & liberales eſſe debeant; Item de vicariis Regis, & moribus eorum, docuit ſimiliter quomodo populares debeant incumbere artificiis ſuis, & in eis ſeruire nobilibus; & quare etiam ſint ante nobiles conſtituti. Cum autem ſic antedictus Philoſophus vitam Regis curialiter, diligenterq; reprehendiſſet, quaſi reprehendendo Regem, & nobiles, in ipſa depicta tabula interpoſitos; Rex Philoſopho interminatus eſt, vt ſub pœna capitis ſibi detegeret, quare hunc ludum inueniſſet, & quid ad inueniendum ipſum commouiſſet: quo audito Philoſophus, timore coactus, reſpondit, quod populo requirente promiſiſſet Regem corrigere; Sed cum timeret mortem, videns quod ipſe Rex alios ſapientes occiderat, quod tantæ fuiſſent audaciæ, quod ipſum increpare auſi fuiſſent, protulit ſe in anxietate poſitum, qualiter & vitam ſeruaret, & modum curialem correctionis Regis poſſet inuenire: Cogitatione igitur maxima præcedente, hunc ludum inuenit, vt & Regis vitam immutare poſſet, curialiter corrigendo vitia tertiæ perſonæ, formatæ in ipſa latrunculatia tabula ad memoriam, & in publicum reducendo: vt & ipſe Rex, qui ludum diſcere cupiebat, dicta de tertia perſona, tanquam dicta ſibi attenderet, & ſic ſaltem vitam mutaret, & mores; Dixitq; ſimiliter ſe huiuſmodi ludum inueniſſe, vt nobiles abundantes in diuitiis, & pacis temporis gaudentes, otium vitarent per hunc ludum, dum ludendo delectarentur ipſi, ac eſſent intenti; Vlterius, vt daret materiam meditandi multis, & inueniendi varias rationes, & modos tam ludendi, quam etiam loquendi, & ſcribendi ſuper eo. Rex autem auditis huiuſmodi cauſis, cogitans etiam quod nobilem correctionis modum Philoſophus prædictus præmeditatus eſſet, Philoſophum rogando, vitam, & mores, ad mandatum, & modum, quem Philoſophus eum docere voluit, permutauit: ſicque factum eſt, vt Rex, qui primo erat incompoſitus, & impius, iuſtus fieret, & coram omnium oculis virtutibus, & moribus venuſtus, atque concinnus: prout hoc diffuſius diſcurrit Frater Iacobus de Ceſſulis, ordinis prædicatorum, *in tract. de ludo ſchachorum.* Vnde idem ſapiens vir ita tyranni ſæuitiam euertere metuens, ac eum documento monere volens, oſtendit maieſtatem ſine viribus, hominumque adminiculis, parum admodum valere, atque tutam eſſe, quando per iſtiuſmodi ludum ſatis patebat Regem facile oppreſſum iri, niſi inuigilaret, à ſuiſque defenderetur.

OPINIO CCCCLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Ludus eſt crimen, & delictum. Et luſori, ſicut prodigo, & furioſo poteſt interdici adminiſtratio bonorum, quia præſumitur dilapidare bona, & male vti ſubſtantia ſua.*

2 *Ludi permiſſi, & prohibiti legibus, qui & quibus pœnis ludentes puniantur remiſſiue.*

3 *Ludorum illicitorum deſcriptio.*

4 *Ludentes aſſiduè taxillis, & alea inter perſonas infames habentur in regno Neapolitano.*

5 *Doctores ludentes ad taxillos ſunt infames, & ob hoc ab eorum officiis amouentur.*

6 *Officiales in regno Neapolitano cum primum officium aſſumunt, prohibent ludos taxillorum, & alios prohibitos, & cur.*

7 *Ludentes ludis prohibitis, & ſpectatores eorum eadem pœna puniuntur.*

8 *Ludi ſpectatores, an & quatenus peccent.*

9 *Officiales valentes prohibere ludos in ſua iuriſdictione & non prohibentes, tenentur ad reſtitutionem perditi in illo ludo, à tempore, quo prohibere potuiſſent.*

10 *Ludentes non ſolum efficiuntur infames, ſed etiam tenentes aleas, & taxillos, & aliis accommodantes ad ludendum. Item venditores, & factores alearum, taxillorum, & ſimilium, peccant mortaliter.*

11 *Ludo quæſita in foro poli, & conſcientiæ non ſunt reſtituenda, ante iudicis condemnationem.*

12 *Conſuetudo an excuſare poſſit victores in ludo prohibito ne cogantur reſtituere bona in illo ludo quæſita, nec ſoluere pœnam in lege ſtatutam occaſione ludi.*

13 *Ludo quæſita an in animæ iudicio reſtitui debeant.*

14 *Ludo quæſita pauperibus, ſeu piis locis victores largiri tenentur.*

15 *Ludo quæſita ab eo, qui ludere penitus recuſabat an ſint reſtituenda in foro conſcientiæ, & num. 17.*

16 *Pactum non valet, nec tenet, vt alter ludentium non poſſit ad libitum recedere à ludo, & dicere tenemi il giuoco.*

18 *Ludo vincentes, ſeu lucrantes à filiis familias, à monacho furioſo, & ab aliis ſimilibus, an, & quibus teneantur in foro conſcientiæ reſtituere lucrata, & num. 19.*

1 LVDVM † inter alia crimina ac delicta connumerant textus & Bart. *in §. illud verò, in proœmio Digeſtorum.* Rolan. à Valle *conſ. 63. viſa inquiſitione, num. 19. vol. 2.* Paris. de Puteo *in tract. Syndica. in rer. Inquiſitio & Gramm. deciſione 11. num. 6.* & quemadmodum ludus dicitur delictum, ita etiam & lata culpa; ita Bal. *in authentica ex teſtamento colum. penult. Cod. de coll.*

§ Et hinc eſt quod luſori, ſicut prodigo & furioſo poteſt interdici adminiſtratio bonorum: ita Bar. *in l. ex lege Cod. de condic. ob cauſam.* & Baldus *in authentica quod locum in fin. Codic. de collat.* vbi firmat, quod ludens præſumatur dilapidare bona & male vti ſubſtantia ſua: & iſtam opinionem aſſerit veriſſimam eſſe Ripa *in leg. ſi vnus bonus, numer. 21. & ſequen. ff. de verbor. obligat.* in neſciente ludi artem, non autem in perito luſore.

Et † qui ludi hodie liciti, permiſſique ſint legibus ſecularibus, & itidem, qui prohibiti reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur, conſtat in *leg. 1. ff. de aleat. luſu & alea. & in authentica alearum vſus. Cod. de relig. & ſumpt. fun. & in capit. inter dilectos, de exceſſ. prælat.* ibi Gloſſa & Abbas *numer. 8.* & ipſemet *in capit. clerici. el. 2. de vita & honeſt. clericorum* & Gloſſa *col. 1. Cap. &c. ſpecta. libro vndecimo & in capit. cum decorem, de vita & honeſt. clericorum* & ponit omnes ferè ludos apertiſſimè tam licitos, quam prohibitos, ac eorum pœnas Marc. Anton. Blancus *in practica criminal. in rubric. ſub titul. ludo etiam committitur homic. idem, num. 1. cum aliis ſequentibus* & Frater Gulielmus Pepin. *in ſermonibus de deſtructione Niniue, in ſermone 18. colum. 2. cum aliis ſequent.*

3 Et ludus nihil aliud eſt, niſi fames iniquitatis, & cupiditatis, domeſtica prædatio, vſuraria labes, mendaciorum, atque nugarum ſedula mater, fons diuinæ negationis, crudelis blaſphemiæ pater, corruptio populorum, ſcandalum proximorum, pertinax inobedientiæ filius, amiſſio temporis, diſcordiarum, & homicidiorum multiũ origo, immane deſperationis barathrum, idolorum cultus iners ſequacies, ocii nutrimentum, diffamationis titulus, atq; multarum ſtultitiarum ludibrium ſingulare: & his formalibus verbis definit Sanctus Bernardinus noſter *in ſuis ſermonibus de euangelio æterno ſermone decimo ſexto artic. 3. capit. ſecundo circa medium,* & Maria Socin. *in conſilio decimo ſexto circa verſ. eſt enim ludus volumin. 4.*

In Regno † verò Neapolitano ludentes aſſiduè taxillis & alea inter perſonas infames habentur, & à teſtimonio repelluntur, & ad aliquod officium publicum minimè admittuntur vt in conſtitutione, 4

Mores diſſolutè viuentium † Vbi Andreas de Iſer. dicit 5 quod Doctores ludentes ad taxillos, ſunt infames, quæ conſtitutio maximè fuit condita, ob aduocatos, & Doctores, qui propterea ab eorum officiis amouentur: & idem profuſius probat, & firmat S. Antoninus Archiepiſcopus Floren. *in 2 part. ſua ſummæ titul. 1. cap. 13. de turpi lucro. §. 6* Nam in ipſis vitia agitur propter ludum ſecundum Hoſtien. *in titul. de exceſſ. prælat.*

Imò in regno ipſo † officiales, & iudices omnes 6 cum primum eorum officium aſſumunt, in locis deſtinatis emittunt banna ac proclamata, vt ludere nullus audeat ad taxillos, ſeu ad alium ludũ ſub determinata pœna: cum hoc in republica Chriſtiana ſit maxima pernicies.

Et tunc vigente dictæ admonitionis publicè factæ † eadem pœna puniuntur inſpicientes ludere, ſeu 7 commorantes cum ludentibus, ſicuti ludentes ipſi vt voluit Bal. per illum textum *in authent. interdicimus, in princ. C. de epiſc. & cleri.* & Frater Ioannes, conciuis meus, Theologus maximæ authoritatis, *in ſermonibus quadrageſimalibus in ſermon. 5. de ludo q. 2. colum. 2.* quem ſequitur Bertach. *in ſuis repert. in verſ luſus, col. 1.* Et licet Marſil *ſing. 551.* ſæpius in ciuitate noſtra non auſus fuerit hoc firmare; nihilominus ipſe opinionem Bald. tanquam veriſſimam, amplector.

Quam ampliat idem Frater Ioannes, *vbi ſupra,* & Frater Gabriel Barletta *in ſermonibus quadrageſimalibus in feria 2. hebdomada quarta, de ludo fortunæ col 10. fol part. 100. & ſeq.* vt iſti inſpectores, ſi eſſent cauſa 8 ludi; vel haberent ibi aliquam inordinatam affectionem, mortaliter peccarent. Sed ſuper hoc diſtinguit & optimè quidem, frater Guil. Pepin. *in opuſculo ſuo ſuper Confiteor. in 2. tractat. 3 partis cap. 6 de manu luſoria. in litera G.* quod aut tales præſtant cauſam ludo ſiue inducendo, ſiue pecunias mutuando, ſiue aliis modis; & tunc peccarent mortaliter; aut non præſtant cauſam: & tunc tantum venialiter peccare viderentur.

Ideoque ipſi officiales, qui prohibere poſſunt, ne 9 ludi † prohibiti fiant in ciuitate, & non prohibent, vtique & abſque dubio tenentur ad reſtitutionem perditi in illo ludo, à tempore quo prohibere potuiſſent, & hoc agere neglexiſſent; vt voluit Paris de Puteo *in tractat. de ludo num. 41. & ſeq.*

Et in regno † efficiuntur infames non ſolum lu- 10 dentes, ſed tenentes etiam aleas, & taxillos, & aliis accommodantes ad ludendum: vt habetur *in d. conſt. Mores diſſolutè viuentium* Imo tam iſti, quam factores, aut venditores alearum, taxillorum, & ſimilium inſtrumentorum peccant mortaliter: ſecundum S. Antoninum *in dict. 2. partis ſuæ Summæ titul. 1. cap. 33. §. 8.* & Fratre Gulielm. Pepin. *in dict. cap. 6. de manu luſoria in litera I.*

Sed omiſſis his, deſcendo in præſentiarum ad vtiliora, frequentioraque in practica, & pono hic, quod
11 † quæſita ex ludo in foro poli, & conſcientiæ, neceſſario non ſunt reſtituenda ante iudicis condemnationem: ſecundum Thom. de Aquino in 2. 2. q. 32. *art. 7. ad ſecundum*, & ibi Caietanum: Ioannem Maio *in 4. ſententiarum diſt. 15. q. 13.* & Paludanum *ibi q. 3. art. 5.* Gloſ. *in pragmat. ſanct. tit. de ſpectaculis, in verſ. ludibria.* Adrian. *in 4. ſentent. tract. in c. quia in ſuperioribus de reſtitu.* Ioan. Medinam *de reſtit. q. 21.* Guil. Pepin. *in d. ſermone 18. colum. 17.* & Canoniſtæ admittunt hoc omnes communiter, *in c. penult. de vit. & honeſt. cleric.* & ſic iſta approbatur communiter à Theologis, & Canoniſtis. Cõis opin.

Imo † conſuetudine quamuis ludus licitus fieri
12 nequeat propter blaſpemias, fraudes, & tot mala, & inconuenientia, quæ ex eo oriuntur; tamen conſuetudo iſta excuſare poteſt victores vt non teneantur ad reſtitutionem faciendam acquiſitorum per lucrum, nec ad ſoluendum pœnam in lege ſtatutam occaſione ludi: ſecundum Thomam de Aquino *in dict. articulo ſeptimo* Cardin. & Imol. *in c. cleric. de vita, & honeſt. cler.* Caccial. *in tract. de ludo q. 17.* & Paridem de Puteo, *in tract. de ludo, num. 33. & 49.* & Socin. Iun. *conſil. 68. nu. 105. vol. 3.* & Guil. Pepin. *in d. opuſculo ſuper confiteor in 2. tract. 3. partis c. 6. de manu luſoria ſub litera.* E. quorum opinionem aſſerit eſſe communem Barbatius *conſ. 65. illud in medium, lib. 4.* Adri. *in d. capit. quia in ſuperioribus. colum 2* & Rochus Curt. *in c. fin. de conſuet. in 1. ſect. in titulo ſeu rubr. incip. & ſtante doctrina, num. 15. & ſeq. fol. 28.* Cõis opin.

13 Et hæc cautè intelligi debent † quod victores non teneantur quæſita ex ludo in animæ iudicio reſtituere, ſi videlicet in eo ceſſaret omnis dolus & fraus: quod fatentur Thom. de Aquino & omnes præalleg. Doct. Vnde non ceſſante fraude, ſed potius interueniente & concurrente in ludo: eo caſu in foro animæ abſque iudicis condemnatione debet fieri reſtitutio omnium lucratorum, mediante dicta fraude: ſecundum præcitatos omnes Doctores vno ore: & iſta eſt communis, teſte Par. de puteo *in dicto tractatu de ludo, nume. 27.* Cõis opin.

14 Cæterum † ob temporis iacturam maximam fruſtra factam, & ob peccatum mortale commiſſum in ludo & alia inconuenientia ex eo exorta; admoneo victores omnes, vt pecuniam ludo quæſitam pauperibus erogent. Nam ſecundum communem opinionem omnium Doctorum, citatam per Rochum de Curt. *in d. c. fin.* animę tutius foret pecuniam ipſam elargiri inter pauperes. Et hoc ſuadet quoque pro animæ ſalute, exequendum eſſe Imol. *in d. c. clericus,* Stephanus Coſtæ, *in tract. de ludo, in 4. art principalium 5.* Guil. Pepin. *in d. c. 6. de manu luſoria. ſub litera E. circa fin. in d. ſermon. 18 col. 18. & ſeq.* vbi licet mentionem faciat de communi hodierna obſeruantia, quod luſores cogendi non ſint ad erogandum pauperibus ea, quæ in ludo vicerunt nihilominus ſuadet luſoribus ipſis, vt illud quod remanet de lucro, vltra perdita in eo erogare debeant pauperibus, ſeu piis locis. Cõis opin.

15 Sed omnia † præmiſſa interpretantur non procedere, vbi quis ob nimiam lucri cupiditatem adduxerit, ſeu attraxerit vehementibus precibus, & opprobriis Sempronium; inuitum, ac penitus renitentem, ad ludum; tunc in foro conſcientiæ, iſte quæſita ex ludo tenetur reſtituere: ſecundum S. Thom. de Aqui. *in 2. 2. q. 32. art. 8.* quem omnes communiter ſequuntur, & præſertim Caietanus *in d. art.* Guil. Pepin. *in d. ſerm. 18. colum. 28.* Canoniſtæ frequentiſſimo omnium conſenſu, *in d. c. clerici.* Alciat. *in lib. parergon c. 16.* Frater Ioannes *in d. ſerm 5. col. 1.* & Diſcipulus *in ſerm 12. Annuncio vobis gaudium magnum in litera, L. circa fin.* quibus in locis iſti duo Theologi firmant etiam, quod iſta attractio largè intelligenda ſit videlicet, quocunque modo quis adduxerit aliquem ad ludendum ſecum, verbis, vel re, ſiue in principio ludi, ſeu in medio, cum ille vellet deſiſtere, & amplius non ludere. Cõis opin.

Et hoc non eſt mirum † quia nec valeret pactum, 16
de non recedendo à ludo, niſi perdita certa quantitate denariorum, vel vt alter ludentium non poſſet ad libitum recedere, & dicere: vt Doct. dicunt *Tum tus il gueoco, l. 2. ff de aleat.* Gloſ. Angel. Pau. de Caſt. & alii *& l. iuriſgentium. § prætor. ff. de pactis,* & Saly. *in d. l. alearum.*

Et licet verum, † & indubitatum ſit, quòd trahens 17
alium ad ludendum, teneatur lucrata in ipſo ludo reſtituere perdenti; nihilominus ſi tunc ille, qui prouocatus, ſeu tractus fit ad ludendum, lucraretur, vtique ad reſtitutionem non teneretur: vt determinant aliqui ex relatis Theologis: & ita concludit etiam diſtinguendo Guid. Papæ *q. 581. num. 2.* ex intentione Innocentii, relati ibi per eum.

Interpretanturque ſimiliter † omnia hæc non 18
habere locum, vbicunque ludentes qui pecuniam amiſerunt, non habebant adminiſtrationem liberam rerum in ludo appoſitarum quemadmodum eſt ſeruus, filiuſfamilias, monachus, furioſus, prodigus, & inſtitor, & alii his ſimiles: tunc lucratio, ſeu acquiſitio hæc facta, eſt ipſo iure nulla; & qui vicit, velit, nolit, tenetur reſtituere lucrata, non tamen luſori perdenti, ſed Domino, Patri, Eccleſiæ, vel adminiſtratori: ſecundum Gloſ. & Doct. omnes *in d. c. clerici,* & Theologos omnes *in locis præcitatis* Guil. Pepin. *in d. ſerm. 18. col. 15.* vbi hoc limitat, Ioan. And. & Innocent *in c. quia plerique, de immuni. Eccle.* Caccial. *vbi in d. tract. de ludo q. 10. num. 43.* & Patri de Puteo, *in eodem met tract. de ludo, num. 26. cum tribus ſequent.* & Bolognettum *in l. ſingularia, num. 46 ff ſi certi pet.*

Quia † ludens cum talibus; lucranſque pecu- 19
niam aliquam ſcienter, quæ erat patris, vel domini, committit furtum, teneturque pœna furti, tanquam accipiens pecuniam alienam: arg. *leg. ſeruus calliſtam,* vbi text. not. ſecundum Bal. *in rub. C. de cond. ob turp. cauſam*: alias poſſet conueniri ciuiliter duntaxat: vt per Ang. *ibi.* & Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. num. 6.* vbi rationabiliter firmat etiam, quod in dubio præſumeretur ſciuiſſe hoc.

OPINIO CCCCLXIX.

SVMMARIA.

1 *Ludus præſertim ob blaſphemias prohibitus eſt.*

2 *Ludus alearum non ſolum prohibetur Chriſtianis, ſed etiam Saracenis.*

3 *Ludus taxillorum, alearum, & ſimilium reperiuntur prohibiti, non ſolum iure ciuili, ſed etiam omni alio iure: quia fortuna innititur.*

4 *Luſores taxillorum, alearum, & aliorum ſimilium ludorum prohibitorum peccant mortaliter. Et contra omnia Dei præcepta. Et in ludis ſolent committi quindecim peccata mortalia.*

5 *Luſores ſunt hoſtes publici ciuitatis: & quomodo quidam luſores ad deſperationem peruenerint, & à Deo puniti ſint.*

6 *Luſores ſunt pagani propter canonis tranſgreſſionem cuiuſque ratio.*

7 *Patroclus puer exilio punitus quod in alea ludo ſodalem puerum occidiſſet.*

8 *Luſores ob ſubſtantiam in ludo deperditam percuſſores ſolitos*

ſolitos imagines Dei, & Sanctorum: ob quod nonnul la miracula Deus demonſtrauit ad confuſionem luſorum notatu digna, quæ hic recenſentur.

9 *Luſores percutientes imagines Dei, & Sanctorum capitaliter ſunt puniendi.*

10 *Ludus eſt vitandus, tam à laicis quam à clericis: & auth. aleatũ vſus, eſt ſeruanda etiam inter clericos.*

11 *Clerici ludentes ludo prohibito quibus pœnis puniantur remiſſiuè.*

12 *Luſor quidam quomodo conuerſus fuerit per beatum Bernardum.*

13 *Ludi taxillorum nullum euenitum proſper ſed mali omnes.*

14 *Ludus alearum à quo traxerit originem, remiſſiuè: & quod eum damnati fuerint, Et quod fuerit à Romanis prohibitum.*

15 *Ludus parit tot mala, vt vix numerari poſſint.*

16 *Luſores ſimiles ſunt araneæ: & traditur conſilium luſoribus ſalutare.*

1 LVDOS omnes, præter quam ludum propriæ virtutis Imperator propter blaſphemias reprobauit, & penitus inhibuit, *in auth. alearum vſus C. de relig. & ſumpt. funer.* Dicens, quod multis lachrymas produxerit. quod declaratum eſt per Hoſt. *in ſumma de exceſ. prælat.* Dec. *conſ.* 115. & Doct. *in c. clerici, de vit. & honeſt. cleri.* & Ioan. Bernard. Diaz. *in pract. crim. in tit. aleatores, c.* 63. & Gramm. *deciſ.* 11. *num.* 7.

2 Nec certè mirum eſt, ſi ludus alearum prohibeatur Chriſtianis † cum etiam legatur prohibitus Saracenis. Nam Auicenna, qui gentilis fuit, *lib.* 10 *philoſophiæ ſuæ c.* 4. *dicit*, quod ad faciendum rempublicam bonam, benè & ordinatam, debeant ocia in ciuitatibus prohiberi, ita ſcilicet, vt nullus ſit in ciuitate inutilis; ſed quilibet habeat aliquem ſtatum, aut exercitium laudabile, vt ab vnoquoque perueniat aliqua vtilitas ciuitati: & ideo inquit prohiberi debent aleatores, & luctatores Si igitur talia ſtatuta ordinauerunt Saraceni in ſuis ciuitatibus, quantò magis Chriſtiani Principes & Communitatum Rectores, illa obſeruare debent?

3 Et ſic † ludi taxillorum, alearum, & ſimilium reperiuntur prohibiti, non ſolum de iure ciuili, ſed omni alio iure etiam: vt probatur per Buſtum in *Roſario prædicabilium, in* 1. *parte ſerm.* 28. *c. quidam alii ludi ſunt vituperabiles, in litera F. fol.* 268. *vbi, &c. ſequen. cum aliis glomeratis per eum.*

4 Similiter firmat † quod iſti luſores, cum ludunt aleis, ſeu taxillis, ſemper abſque dubio peccant mortaliter. Hocque idem concludit, & limitat vtiliter Pepin. *in d. ſerm.* 18. *col. antepen.* & profuſè Diſcipulus *in ſuo ſerm. ſer.* 12. *col.* 1. *cum aliis ſeq.* vbi ponit, & probat quindecim peccata mortalia contingere in ludo. Et hoc idem ante eos profuſius voluit Frater Ioan. noſter *in ſerm. quadrageſimalibus, in ſerm.* 5. *col.* 1. *cum aliis ſequent.* vbi diſcurrit, & ſigillatim probat, quod luſores ipſi peccent contra omnia Dei præcepta, & illa ſingula ſingulis edicantur. Et repetit, & corroborat etiam Pepin. *ſuper Confiteor in* 2. *tract.* 3. *part. c.* 6. *de malis luſoria, in lit.* D. Et ratio prohibitionis ludi taxillorum, & alearum fuit: quia fortunæ innititur ſecundum Gloſſ. & communiter omnes *in auth. interdicimus. C. de epiſ. & cler.* & Buſtum cum aliis ſignatis per eum, *in d. ſer.* 28 *c.* 2. *hic. quæritur in fin. in litera* G. & Paridem de Puteo *in tract. de ludo, nu.* 4.

5 Alia vero ratio fuit O. I. C. *in l.* 1. *de aleato.* † appellat enim ibi hoſtes publicos ipſos luſores: Nam aliqui perditis ſubſtantiis, deſperati veneno ſe occiderunt, aliqui laqueo ſe ſuſpenderunt, & aliqui proprio chirographo diabolo ſe viui dederunt, & nonnullos homines ob blaſphemiam, terra abſorbuit, & fulgure perierunt: ſecundum Canoniſtas *in d. c. clerici. de vit. & honeſt. cler. & in c. inter dilectos, de exceſ. prælat.* Aliquibus etiam luſoribus ob blaſphemiam aliquando in menſam luſoriam oculos cecidiſſe: teſtis eſt Frater Guil. Pepin. *in ſermonibus de deſtructione Niniue, ſerm.* 18. *fol.* 20. Frat. Ioan. *in d. ſer.* 5. *col.* 11. Fabius Monteleonus *in pract. arbitrali, in tit. infames, & luſores num.* 8 *& ſeq. fol.* 30. Diſcipulus *in d. ſerm* 12 *col.* 3.

Et † denique in dicta ſumma, Hoſtienſis luſores 6
appellat paganos, propter canonis tranſgreſſionem: cum inter luſores non appareat decor morum, non modeſtia verborum, nec amor erga homines, non erga Deum reuerentia, ſed iurgia, & rancores & doli & periuria, & rapinæ, vulnera ad extremum, & homicidia quoque: ſecundum S. Anton. *in* 2. *part. eius ſummæ tit.* 1. *c.* 23. *de turpi lucro* §. 6. & doctiſſimum Fratrem Ioan. compatriotam meum, *in ſerm. quadrageſimalibus, ſerm* 5. *col.* 9.

Legimus quoque olim † Patroclum puerum 7
cum aleæ ludo ſodalem puerum forte occidiſſet, exilio punitum. *l. aut facta* §. 1 *ff. de pœnis.*

Imo † luſores ob ſubſtantiam eorum in ludo per- 8
ditam, imagines Dei, & Sanctorum percutiunt. Et euenit miraculum hoc in Ciuitate Aquilæ annis ſuperioribus, quod luſor quidam amiſſa in ludo quadam pecuniarum quantitate: vt deſperatus percuſſit cum mucrone imaginem ſacratiſſimæ Virginis, in quadam Eccleſia extra dictæ Ciuitatis mœnia poſitam: & ex illa percuſſione, ſeu vulnere profluxit ſtatim miraculosè maxima ſanguinis copia, quemadmodum profluit aqua de fonte viuo; & percuſſor ille vix egreſſus eccleſiam prædictam, repentina, ac improuiſa morte præuentus, cecidit in terram, & obiit. Et ſic intemerata virgo ſolum Deum habuit vltorem. Et hodie ſimiliter in dicta eccleſia, quæ nuncupatur *Sancta Maria Pontis Rodii*, apparent euidentiſſima ſigna ſanguinis & percuſſionis prædictæ. Aliud vero miraculum refert Caſſane. *conſ.* 1. *nu.* 69. euenisse Mediolani, dum ibi quidam percuſſit imaginem Saluatoris noſtri, his verbis impiiſſimis prolatis; Vtinam Chriſte, ita potuiſſem te in vtero matris tuæ transfigere, ſicuti iſtam tuam tranſfixi imaginem: Et ſcribit ibi Caſſan. ex imagine illa miraculosè ſanguinem fluxiſſe, atque percuſſorem domum ſuam adiiſſe, ac cum domum ingreſſus eſſet, illam corruiſſe. Ac aliud miraculum accidiſſe ſcribitur per Boer. *in d. deciſ.* 301. *ſub num.* 17. vbi quod ex percuſſione illata imaginis Chriſti, exiſtentis inter brachia Virginis matris in eccleſia Burdidolen. exiuiſſe ſanguinem teſtatur.

¶ Euenit etiam aliquando in prouinc. noſtra Aprutii, quod quidam armiger, deperdita tota ſubſtantia omnibusque bonis in ludo, vocauit dæmonem, dicens quod ſtante amiſſione ſuorum bonorum ei præbebat, ſeu donabat corpus & animam, ſtatimque diaboli hoc audientes, & rapientes ipſum ad infernum cum anima & corpore portauerunt.

¶ Item accidit ſuperioribus temporib. in partibus Alemaniæ, quod duo luſores, accedẽdo ad quoddam hoſpitiũ in vigil. aſſump. Virginis poſt cœnã, cœperunt poſtulare ab hoſpite, vt accomodare eis vellet aleas & cãdelas, occaſione ludendi: quod hoſpes expreſſè recuſauit propter reuerentiã Virg. ipſi vero cœperunt blaſphemare, ac proferre, quod in contemptum Dei & Virginis ludere determinabant; Sicq; deſtinato famulo hoſpitis per eos occultè, ad emẽdum aleas, & candelas: & reuerſo cum aleis, & candelis, detinendoq; eas accenſas in manu, dũ ludebant iſti luſores,

occupa-

Digitized by Google

25. Laſſus de Tuſcia *in conſil. Inconſutilem. nu.* 8 *lib.* 1. & Pariſ. de Puteo *in tract. de ludo. num.* 61. *& ſeq.* vbi refert ſe ita alias conſuluiſſe, ac fuiſſe deciſum in ſacro Reg. Conc. Neap. & in curia Burdegalenſi, ita ſimiliter determinatum extitiſſe fatetur Boer. *in d. deciſ.* 301. *num.* 17. *& ſeq.* & ſeq. Annibal Canenſ. *in pragmat.* 50. *Ferdinandus Dei gratia num.* 7. & plenius, ac apertius, hoc firmat, & explicat Girlandus *in tract. de ſortilegiis. q.* 11 *num.* 18 *& ſeq.*

10 Ideoq; † cauendum eſt à ludo omnibus, tam laicis, quam clericis, Nam dicta conſtitutio *auth. alearum ludus* ſeruanda eſt etiam inter clericos, & perſonas eccleſiæ ſubiectas: ſecundum Gloſ. & Doctor. omnes communiter *in d. c. clerici*: vt fatentur Stephanus Coſtæ, *in tract. de ludo, in* 3. *art. principali num.* 8. & Pariſ. de Puteo *in tract. de ludo fol.* 5 *& nu.* 44. Glos. opin.

11 Vbi ponit † pœnas, quibus puniātur clerici luſores, ad ludum prohibitum: & poſt hos luſores, prohibitorum ludorum turpitudinem inſequentes, omnino peiores dicimus; quos, cum ludi taxillorum calor, vanitatiſque libido, ad pauperiem traxit, latrones, & prædones fieri neceſſe eſt: poſt hoc, communis infidelitas, proditionis textura ebrietatiſque vitium ſequitur; Hinc bella ſequuntur, militumque caſtra, optantes non tam victoriam quam prædam multa quod licet damna inferunt, tamen parua lucra reportant.

12 Vnde † non mediocri quidem alias adductus pietate ac miſericordia Beatus Bernardus, erga quēdam infelicem luſorem, equo inſidens, ei obuiam ire non erubuit: quem vbi primum luſor ipſe, vt monachum, & ſumma religione præditum cognouit, fertur ineptè, ſtultéque ad taxillorum ludum eum prouocaſſe, obtuliſſeque loco pecuniæ, quia carebat, ludere ſecum de propria anima pro equo quo inſidebat: ſed Bernardus, aſpirans ad præſentem vtilem quippe victoriam præcipitare, penitúſque perditæ animæ luſoris, ludere ſecum obtulit, ac itidem ſoluere equum ſuum, ſi victus & in manum victoris deueniret: & denique, audita tali ſponſione propriæ animæ, verſa vice offerre equum prædictum non timuit: & dum ab eo deſcenderet, vltro eidem luſori promiſit, quod ſi plura quidem puncta, quam ipſe traiiceret, tribus taxillis traiectis, equum prædictum tradere: itaque hilaris luſor ipſe acceptis tribus taxillis, 18. puncta traiecit, & credens ſe victorē eſſe, frænum equi apprehendere auſus fuit ſuum equum eſſe aſſerendo: quem corripiendo Bernardus de huiuſmodi temeritate & velocitate, monuit aſſerendo, expecta fili: quia plura ſunt eis quæ vides puncta in ipſis taxillis: proiiciensque eos, ſua vice, tertius taxillus diuiſus eſt per medium, in ſuprema parte 6. repræſentans, & in alia condiuiſa repræſentans vnum: ſicque factum eſt, vt aliis repræſentantibus 12. & ſic puncta 19. in totum ſe proieciſſe iactaret Bernardus. Quod miraculum luſor, cum aduertiſſet, animam ſuam deuotam ſub cuſtodia dedit, factúſque monachus, laudabiliter vitam finiuit: teſte Fratre Iacobo de Ceſſulis *in tract. de ludo ſ. ſchachorum c.* 3 *de ribaldis, prodigis, luſoribus & curſoribus in fine, fol. par.* 44. vbi hoc clarius explicat.

13 Ideo iſtū monachum, olim luſorem, in memorato felici euentu quilibet luſor deberet imitari, reminiſcique, quod taxillorum nullus euentus proſper mali omnes & miſeri, & ſi quid in eo ludo taxillorum lucratur, lucrum illud arrha eſt damni: Nemini enim amarior eſt iactura, quam lucri dulcedinem deguſtare; Proinde tartareus quiſpiam ludi huius inuentor fuit; cuius miſeri, ludibrio, ac noxæ, ſcientes vero miraculo ſublaceant, ac ſtupori. Sed quid mirabilius eo? quod veteri prouerbio, & experientia approbatum, atque vulgatum eſt, omnes huiuſmodi ludi magiſtros nudos eſſe atque inopes, & egenos: vt teſtatum reliquit Franciſcus Petrarcha *de remediis vtriuſq; fortunæ lib.* 1 *dialogo* 27. vbi infinita adducit, & *in dialogo* 26. etiam ſuper deteſtatione ludi taxillorum, & alearum: cuius ſcripta inter vtiliora, quæ viderim vnuſquiſque memoriæ tenaciter demandare deberet, vel quotidie legere, & obſeruare. Ideo Iacobus Beneuentanus in c. 7. ſui libri aiebat.

Qui ſequitur Bacchum, taxillos, & meretrices,
Infamis ſemper, ſemper egenus erit.

Propter quod quidam de numero talium ſcripſit in carmine, dicens.

Diues eram dudum, ſed tria me fecerunt nudum.
Alea, vina, Venus; tribus his factus egenus.

Notanter autem prædictus addidit aleæ, vina, Venus: quia communiter tales aleatores poſt ludum & quandoque inter ludendum, ingurgitant ſe vino, ac ſi daretur gratis è tabernariis. Similiter plerumq; ſectantur luxuriam vtriuſque ſexus; rarò reuertuntur ad domum propriam: nunquam comedunt cum eorum familia. Hæc autem vitia maxime exequuntur: cum videor ſe lucratos eſſe: quia ſicut malè acquirunt pecuniam, ita eam malè expendunt. Rarò audiunt in die feſto miſſas, veſperas prædicationes, & orationes, niſi forte accederent ad eccleſiam orandi occaſione vt Deus faceret eos vincere. Sed vt dicit Chriſoſt. in quadam Home. neſcit diuina iuſtitia patrocinium dare facinori, ſeu criminibus. Vnde non immeritò de præſenti anno 1580. fuit religioſiſſimè, & ſumma cum prouidentia impoſita pœna ludentibus ad taxillos ad remingandum mediante pragmatica, per triennium.

Alearum † vero ludus, à quo traxerit originem qui ob eum damnati extiterint, & quod fuerit à Romanis prohibitus, ſcribit Ioannes Rauiſius *in officina textoris in titul. ludi, & ſpectacula diuerſa verſ. aleam Palamedes reperit, fol. paruo* 175. 14

Vnde † vix eſt dare actum aliquem, in quo tot mala concurrant, quod in ludo ipſo: qui in huiuſmodi taxillis quod puncta reperiuntur, tot ſcelera ex eo, vnum grauius alio, proueniunt: vt per S. Antoninum *d. c.* 23. *ſub* §. 6. & per Guil Pepin. *in d. opuſcul. ſuper Confiteor in* 2. *tract.* 3 *par. c.* 6. *de manu luſoria, in littera D.* 15

Et † iſti luſores ſimiles ſunt araneæ, quæ facit hinc inde telas occaſione moſcas capiendi; ſed euenit interdum quod in faciendo tales telas ſe totaliter euiſceret: ita & ipſi luſores, retinentes pecuniam in burſa illam in ludo exponunt cum propoſito capiendi muſcas, id eſt pecuniam ſecum colludentium: verum ludendo ſæpius totam eorum ſubſtantiam amittunt: & ſic euiſcerantur credentes alios euiſcerare: cauete ergo omnes ab huiuſmodi ludis tanquam ab igne. Et vos alii omnes luſores abſtinete ab eis, ne in extremo Dei iudicio contingat, animas veſtras perpetuis ſuppliciis cum infinitis dæmonibus ſimul cum nepote Beati Cyrilli, deputari, & cruciari. Et vos omnes fabricatores, & venditores alearum, & taxillorum, & receptatores luſorum ponite ad ignem talia inſtrumenta offenſæ Dei, ne ipſi proiiciamini in ignem æternū. Et oſtendā tibi luſori, ſi conſilio vti voles, generoſam, atq; honeſtam aleā, qua olim Athenis docti homines vſi ſunt, vt feſtis diebus in concilio amicorum quiſque de literis 16

aliquid

Digitized by Google

aliquid in medium proferat; non ſophiſma ludicrum, vt illi, ſed ſolidum pro ingenio proficientis ad virtutem, aut beatam vitam pertinens. Dehinc collatione facta, ſine inuidia, ſine ira; qui inferiores doctorum iudicio, viſi erunt, facili quidem mulctentur pecunia, quæ in philoſophicis impendatur cœnis, ſic res vna, conuiuio ſumptum, exercitium ſtudio, calcar ingenio miniſtrabit; quod hic victos exercet, hic victores, hoc aleæ genere; quo antiqui Saturnalia, vos pia feſta, & quo illi Atticas, vos Romanas noctes inſtruite. Habes ludum, quo & ludere iuuet, & luſiſſe non pudeat.

OPINIO CCCCLXX.

SVMMARIA.

1 *Pecunia ludenti à tertio non ludente mutuata an repeti poſſit, & num. 2.*

3 *Ludentibus ad ludum prohibitum accommodans ſcienter domum, taxillos, aut aleas, tenetur ad reſtitutionem eorum, quæ in ludo illo amiſſa ſunt.*

4 *Mutuum factum ludenti à colluſore repeti non poteſt.*

1 LVDENTI SVA † mutuum factum à tertio, ſeu extraneo non ludente, nec eos receptante in domo ſua, repeti poteſt: & ei conceditur actio mutui ſecundum Gloſ. & Iacobum Butr. *in l. fin. ff. de aleato.* Ioan. de Imol. Abbas & omnes *in c. clerici. de vita, & honeſt. cler.* & iſta eſt communis opinio: ſecundum Moder. ibi: quam ſequitur etiam, & citat Paris de Puteo, *in tract. de ludo, num. 18* Caccialupus *in eodem tract. de ludo. quæſt. 8 num. 33.* & Stephanus Coſtæ, *in d. tract. de ludo in 6. art. principali num. & ſeq.* (margin: Cōis opin.)

2 Si † vero mutuans pecuniam, ludum vel ludentes ipſos receptaſſet in domo ſua: tunc certè mutuum hoc repetere non poſſet: ſecundum Ioannem Andr. Imol. Abb. & Cæteros Canoniſtas *in d. c. clerici:* & opinionem iſtorum profitetur eſſe communem Caccialup, *in d. tract. de ludo q. 8. num. 33.* (margin: Cōis opin.)

3 Imo † ſi quis ſcienter domū, taxillos, aut aleas ludentibus ad ludum prohibitum commodaret: vtiquè & abſque dubio teneretur ad reſtitutionem eorum omnium, quæ in ludo illo amitterentur: argu. *c. fin. de iniur. & damn. dat.* & ita voluit Maria. Socin. *in c. inter dilectos. de exceſſ. prælat.* aſſerens hoc idem tenuiſſe S. Bernardinum noſtrum protectorem *in tit. de reſtit.* Itemque ait Pariſ. *in d. tract. de ludo num. 66.* & Caccialup. *in d. tract. de ludo.*

4 Item † quādo mutuum fieret ludenti à colluſore eo caſu quoque ad id agi non poſſet; ſecundum Glo. *in l. ſi quis cum ſciret ff. pro empt. & in l. quod ſi minor § pen. ff. de minor.* Imol. Abbas & alios *in d. c. clerici,* & Legiſtas *in d. l. fin. ff. de aleat.* & opinionem hanc dicit approbari communiter à Doctoribus vtriuſque cenſuræ Caccialupus *in d. q. 8. in princ.* & ſequitur Gram. *deciſ. 40. num. 2. & ſeq.* (margin: Cōis opin.)

OPINIO CCCCLXXI.

SVMMARIA.

1 *Tranſactio in ludo facta non valet.*

2 *Luſor obligans ſe colluſori ex cauſa ludi per publicum inſtrumentum exigi non poteſt: Imo ſi aliquid eſſet ſolutum vigore ipſius obligationis, vſque ad triginta annos repeti poſſet.*

1 IN † ludo tranſactio facta non valet: neque tenet ſecundum Doctores omnes, & Abb. *in c. clerici. de vita & honeſtate cleric.* Stephanus Coſtæ *in tract. de ludo in 5. art. in princip. num. 2.* cum aliis ſeq. Pariſ. de Puteo *in tract. de ludo, num. 21.* & Caccialupum *in eod. tract. in 8. quæſt. num. 34.* quia ibi lis eſſe non poteſt, ſed euidentiſſima calumnia: quæ inducere non debet litem, vbi non eſt *l. in ſumma ff. de condict. indebit.* & opinionem iſtam retulerunt eſſe communem Doctor. mentionati, *in d. tract.* (margin: Cōis opin.)

2 Imo † ſi ludens ipſe ſe obligaret colluſori ex cauſa ludi, per inſtrumentum publicū, minimè teneret obligatio: & inſtrumentum hoc non ſortiretur effectum: denique denegaretur ei actio; & ſi ſolutum aliquid foret vigore prædictæ obligationis, vſque ad quadraginta annos repeti poſſet. textus eſt *in authentica alearum vſus. C. de religio. & ſumpt. funer.* & ita in cauſa cuiuſdam militis refert ſe obtinuiſſe Paris de Puteo *in d. tract. de ludo, num. 21.* ac fuiſſe deciſum, declaratumq; in ſacro Regio Concilio Neapolitano inſtrumentum hoc cauſa ludi celebratum nullas vires habere: nec aliquo modo valere; & ſequitur Caccialupus *in d. q. 8. num. 34.* & ita fuit per Regiam pragmaticam ſancitum in regno in anno 1568. & confirmatum anno 1580. vt nemo poſſit ludere quibuſcunque ludis ſub fide nec ſecum colludentibus mutare pecuniam, nec promiſſionem facere, mediante quacunque ſcriptura, In qua quidem pragmatica etiam denegatur actio agendi. Aliam verò concluſionem de ludo circa ſponſionem, vel (vt aiunt) *In torno alle ſcommeſſe,* vide infra in *Opinion. 577. Pactum, conuentio, ſeu promiſſio facta.*

OPINIO CCCCLXXII.

SVMMARIA.

1 *Mala fides probatur per famam publicam: & per in-[illegible]*

2 *Mala fides præſumitur interueniſſe, cum ſolennitas fuit omiſſa, & ordo debitus non ſeruatus.*

3 *Mala fides præſumitur in emptore. ex eo, quod ei eſt venditum pignus viliori pretio, vel ob gratiam, vel ob colluſionem.*

4 *Mala fides an probetur ex denunciatione facta emptori ne emat. & num. 5.*

MALA † fides probatur per famam publicam: vtputà quia publicè dicitur, & à maiori parte &c. rem eſſe talis: vt per Acer. *in c. licet ex quadam. de teſtib.* Alex. *conſ. 187. num. 8. vol. 2.* Goza. *conſ. 8. num. 14.* Pariſ. *conſ. 01. bona. num. 103. vol. 1.* Afflict. *deciſ. 369. Alfonſus num. 9.* & per Doctor. *in c. 1. de præſcript. in 6.* Nam quod publicè profertur, præſumitur ad notitiam deueniſſe *l. ſat. ſi pupillus. § præſcribere de inſt.* & not. Gloſſ. *in l. ſi tutor. C. de adminiſt. & de pericul. tut. & curat.* ita Corne. *conſ. 35. vol. 1.* & Alex. *in d. conſ. 87. nu. 8.* vbi firmat etiam malam fidem per indicia, & coniecturas probari: vt per Afflict. *in d. deciſ. 396. ſub num. 8.* & per Bald. *in l. pen. C. de euict.* vbi hoc ampliat etiam eatenus procedere, quod mala fides probetur quoque in eo, qui habet titulum. 1

¶ Et hinc conclude, quod malæ fidei probandæ veram practicam doceat, ac ponat Bal. *in d. l. ſi tutor. C. de peric. tuto.* & Felyn. *in c. cum contingat col. 2. verſ. addatis Baldum, de reſcript.* videlicet, vt quis articulet, quod in tali loco per tantum tempus viguerit, & vigeat adhuc communis vox, & fama quod talis res quam talis tenuit, ſpectabat, & pertinebat ad talem: ex huiuſmodi enim fama induceretur dubio procul tunc mala fides: vt per Bald. & Felyn. *in locis præcitatis.*

Item † eo ipſo quod non eſt ſeruatus ordo conſuetus 2

Digitized by Google

ſuetus, vel ſtatutus, præſumitur ſimiliter malam fidem interueniſſe: Glo. eſt notabilis *in ver. mala fide.* Cōis opin. & communiter approbata à Bar. *num.* 11. & aliis omnibus Doct. *ibi in l.* 1. *C. de fide inſtr. & iure haſta fiſc. lib.* 10. & ab eodem Bar. *in l. cum plures. §. qua bona. de adm. tuto.* & à Sicu. *in c. ſi diligenti. de præſcript.*

3 Item † ex eo, quod eſt venditum pignus; vel emptum viliori pretio, vel ob gratiam; vel ob colluſionem, præſumitur mala fides in emptore, *l.* 1. *& ibi Glo. in ver. mala fide. C. ſi vend. pignore agatur.*

4 Necnon † mala fides probatur, induciturque etiam ex denunciatione extraiudiciali facta emptori, ne emat. *l. ſi fundum. C. de rei vend.* vbi Glo. Fulg. Paul. de Caſt. *n.* 2. & alii omnes communiter, Bar. & Alex. Cōis opin. *in l.* 4. *§. ſi quis, de his, quæ in fraud. cred.* Bal. *in l. non ſolum. §. morte ff. de op. no. nunc. & in l. Celſus. ff. de vſucap.* vbi etiam Balbus *in* 3. *part. num.* 13. & iſta eſt concors & communis omnium ſententia: cui innititur etiam Fely *in c.* 2. *ſub num.* 5. *de præſcript.* & Afflict. *in d. deciſ.* 369. *num.* 10. *& ſeq.* vbi hoc vtiliter amplificat procedere, ſiue denunciatio ipſa facta ſit à domino rei venditæ, vel ab alio extraneo: & ita deciſum fuiſſe etiam in ſacro Regio Concilio ibi, *ſub nu.* 6. *&* 10. expreſſe mentionem facit.

5 Sed † communis iſta ſic ampliata interpretatur compendioſe quidem, locum ſortiri, vbicunque denunciatio ipſa fieret ante venditionem: quoniam poſt emptionem, & poſſeſſionem concludunt Bart. Alber. *num.* 3. Bal. Fulgoſ. *num.* 3. & Salycet. *ſub nu.* 2. *in d. l. ſi fundum*, locum non obtinere illam legem, nec vtique malam induci fidem, per textum *in l. penult. ff. de vſucapio. pro empto.* vbi Gloſſ. & Docto. ita Cōis opin. communiter, & vnanimiter intelligunt; conciliantque illam legem cum *d. l. ſi fundum*, atteſtantibus Felyn. & Balbo. *in locis præmemoratis*, & Alex. *in l. de pupillo. §. nunciationem, nu.* 12. *ff. de nou. oper. nunc.*

¶ Quod vtique extendit radices, vireſque ſuas, etiamſi dominus rei, denuncians ante emptionem, nihil oſtendat de iure ſuo: vt firmarunt Bal. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. & alii omnes vnanimiter, *in d. l. ſi fundum* Bartol. *num.* 43. & Rube. *num.* 405. *in d. l. non ſolum. §. morte. ff. de operis noui nunciat.* Afflict. *in d. deciſio.* 369. *ſub num.* 9. Licet, & male, præter morem ſuum, Felyn. *in d. cap.* 1. *num.* 6. *de præſcript.* aſſeueret contrarium, allegando ibi improuide, & incaute Bartolum *in d. §. morte.* pro contraria parte.

OPINIO CCCCLXXIII.

SVMMARIA.

1 *Mala fides præſumpta triginta annis purgatur, & extinguitur.*

2 *Præſcriptio iuris aquæ ducendæ, requirit bonam fidem: alioquin non valet.*

3 *Præſcriptio cuiuscunque ſeruitutis exigit bonam fidem.*

4 *Præſcriptio longiſſima etiam mille annorum non admittitur in præſcribenda ſeruitute, vel iure aquæ ducendæ, niſi adſit bona fides.*

5 *Mala fides in præſcribenda ſeruitute ſemper præſumitur: ſiquidem præſcribens videtur contra ſe habere iuris præſumptionem.*

6 *Præſcriptio inducitur etiam in ſeruitute aquæ ducendæ, ſeu in præſcribendis aquis, vbi probatur præſentia, ſcientia, & patientia aduerſarii.*

1 MALÆ † fides præſumpta triginta annis purgatur, atque extinguitur; & ſic præſumptio malæ fidei tollitur triginta annorum curriculo, ſecundum Bar. *in l. cum quærebatur. in fin. C. vnde vi.* Alexand. *conſil.* 6. *colum.* 1. *volum.* 1. *& conſil.* 151. *num.* 7. *volum.* 2. Afflict. *deciſio.* 40. *num.* 12. Panorm. *in cap. ſi diligenti, colum.* 3. *de præſcript.* Bartol. *in l. Celſus, num.* 17. vbi etiam Claudius, *num.* 31. & Ioan. Franciſc. Balbus, *in* 3. *part. num.* 41. *ff. de vſucapio.* Iaſ. *conſil.* 57. *colum. fin. volum.* 1. *& in § Sed iſte. num.* 100 *Inſtitut. de actio.* Dec. *conſil.* 267. *& conſil.* 558. *in fin.* Curtius Senior *conſ.* 82. *colum.* 3. Curtius Iunior *conſil.* 52. *num.* 2. & ita conſuluit Crauet. *conſil.* 146. *Reſpondi de iure, num.* 1. *&* 6. Ruinus *conſil.* 156. *num.* 10. *volum.* 1 *conſil.* 34. *num.* 10. *volum.* 2. *& conſil* 118. *num.* 4. *volum.* 4. Socinus Iunior *conſil.* 115. *num.* 30. *volum* 2. Et eidem opinioni inhæret quoque Couarruuias *in relectione, cap. poſſeſſor, in* 2. *parte.* §. 8. *num.* 3. *de regulis iuris in* 6. & Iac. Menoch. *in tract. recuperandæ poſſeſſionis, remedio* 13. *num.* 70. cum aliis compluribus in illis locis relatis per eos, in quibus aperte oſtendunt iſtam opinionem communem eſſe poſt Claudium, & Balbum *in d. l. Celſus.* Cōis opin.

Sed † opinio hæc communis non ſortitur locum, vbicunque de neceſſitate in præſcriptione bona fides requiritur. Et hinc eſt, quod in præſcriptione iuris aquæ ducendæ exigetur bona fides, alioquin non valet præſcriptio: ita Gloſſ. Bartol. & alii *in l.* 1. *§. hoc interdicto. ff. de itin. actuq. priua.* Cyn. *in l.* 2. *C. de ſeruitut. & aqua*, Laur. Syluan. *conſ.* 1. *ſub n.* 161. *& ſequent.* & Aret. *conſil.* 30. *viſo themate. ſub n.* 2. vbi refert iſtam eſſe communem opinionem. 2 Cōis opin.

In † qualibet enim ſeruitute præſcribenda bona fides eſt neceſſaria. *l.* 1. *§. ſed ſi. ff. de aqua quotid. & æſtiu. & l.* 1. & ibi Bald. *C. de ſeru. & aqua. & l. fina. ff. de itinere, actuq. priui.* & hæc eſt communis opinio, innuente Aret. *in d. conſil.* 30. 3 Cōis opin.

Vnde † nõ admittitur præſcriptio, quantumuis antiquiſſima, etiam mille annorum in præſcribenda ſeruitute, vel iure aquæ ducendæ, niſi adſit, & concurrat bona fides. textus eſt *in cap. fina.* & ibi Gloſſ. & Doctores. *Extra. de præſcript. & in cap. poſſeſſor malæ fidei. de regulis iuris in* 6. & Aretin. *in d. conſ.* 146. *ſub n.* 1. *& ſeq.* & Pariſi. *conſ.* 111. *ſi originem aquæ. ſub n.* 29. *cum aliis ſeſequent. vol.* 1. 4

Et † iſta mala fides in præſcribẽda ſeruitute, ſemper præſumitur: ex quo contra ſe præſcribens habere videtur iuris præſumptionem: ita Aretin. *in d. conſ.* 30. & Alciat. *in tract. de præſumpt. in reg.* 3. *præſumpt.* 9. *nu.* 6. 5

Et † quamuis in ſeruitute aquæ ducendæ, ſeu in præſcribendis aquis, nulla currat præſcriptio; tamen vbicunque probaretur præſentia, ſcientia; & patientia domini, ſeu aduerſarii: tunc induceretur proculdubio ipſa præſcriptio, textus eſt *in l.* 2. *in verb. ſciente. C. de ſeruitut. & aqua*, Abb. & alii *in cap. cum eccleſia Sutrina, Extra. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* Lauren. Syluan. *in conſil.* 1. *ſub num.* 165. *& ſequent.* & Pariſius *in d. conſil.* 111. *num.* 39. vbi profert iſtam eſſe communem ſententiam. 6 Cōis opin.

OPINIO CCCCLXXIV.

SVMMARIA.

1 *Procurator, habens generale mandatum cum libera, an æquiparatur habenti ſpeciale mandatum, Et poſſit de lite tranſigere, omniaq. alia facere, quæ mandatum ſpeciale requirit, num.* 2.

3 *Clauſula*, cum pleno mandato, *& cum libera, an eundem habeant effectum.*

4 *Mandatum ſpeciale ad compromittendum requiritur, nec ſufficit mandatum generale cum clauſula, de rato.*

5 *Procurator cum libera adminiſtratione, poteſt compromittere.*

1 MANDATVM † generale cum libera, æquiparatur habenti ſpeciale mandatum; & conſequenter paria ſunt, habere mandatum generale, cum libera, & habere ſpeciale, atque indiuiduum mandatum: ſecundum Bart. Paul. Caſtren. *num.* 4. & alios *in l. procurator cui libera ff. de procuratoribus.* Alex. *conſil.* 44 *nu.* 2. *vol.* 2. *& in l. ſi procurator. num.* 2. *ff. de procur.* & Berous *in q.* 34. *ſi procurator, nu.* 9. *& ſeqq.*

2 Sed † hoc procedit circa concernentia ea, quæ ſpecialiter reperiũtur expreſſa in mandato, puta, ſi conſtituo procuratorem ad talem actum, videlicet, ad litem cum libera: vtique poſſet huiuſmodi procurator tunc de lite hac tranſigere, & conſequenter facere ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt: quod facere non potuiſſet, ſi illa clauſula non adeſſet: ſecus eſt circa alia non expreſſa in mandato, exempli gratia Conſtituo procuratorẽ ad talem, & talem actum, puta ad agendum, & defendendum, & generaliter ad omnia alia, &c. non per hoc cenſetur habere mandatum cum libera, ad omnes alias cauſas non expreſſas, ſed circa illas tantum expreſſas, text. eſt *in c. qui ad agendum. de procur. lib* 6. not. Bar. *in l. qui Roma. §. Callimachus ff. de verb oblig in d. l. procurator, cui libera. ff de procur.* Ferra. *in ſua pract.* Papien. *in forma libelli reſponſiui in vers. contentis, ſup. ver.* Simoninus Spelta *procurator, ſub nu* 7. Et ita obſeruatur in pract. teſte Cyno, & Alex. *in l. qua alta. ff. de offic. procur.* Caſ. quos refert, & ſequitur ibi Iaſ. *nu.* 21. aſſerendo iſtam eſſe communem (Cõis opin.) concluſionem: & ita conſuluit Bal. *conſil.* 371 *viſo tenore ipſorum doctorum, inſtrumentorum mandati, & donationis facta, nu.* 1. *& ſeq. vol.* 4. & Berous *in d. quæſt.* 34. *num* 11.

3 Aduerte etiam, † quod idem ſit habere mandatum plenum, & mandatum cum libera. Et ſic illa clauſula, *cum pleno mandato*, importat vt libera: ſecundum Glo. Bar. Paul. Caſtren. Alex. Iaſ. & alios *in d. l. ſi procurator.* præſertimq; ibi Card. Albanum *in lucub. ad Bar.* Fely. cum cæteris allegatis per eum, *in c. nonnullis. §. ſunt & alii, num.* 9. *de reſcript.* & Hippolytum Riminal. *in §.* 1. *Inſtit. quib. aliena. licet, vel non, num.* 150. *cum aliis ſeq.* vbi ponit alios caſus, in quibus videtur concedi libera adminiſtratio: & iſta eſt communis, (Cõis opin.) & ſacroſancta opinio.

¶ Et licet Berous *in quæſt* 20. *pater filium ſuum conſtituit procuratorem, nu.* 5. aſſerat contrariam ſententiam (Cõis opin.) ſimiliter communem, & admoneat ab ea in iudicando non eſſe recedendum, poſt Ant. *in c. fin. de dilatio.* videlicet, quod mentionata clauſula, *cum pleno mandato*, non idem operetur, quod clauſula, *cum libera.* Tamen noli recedere ob hoc à prima opinione, tanquam magis tuta, magis vera, legali & communi: quam ſequitur etiam, tanquam communem, idem Berous reuocando iudicium in melius, *conſil.* 23. *quid iuris ſit in caſu propoſito, n.* 8. *cum aliis ſequent. vol.* 3.

4 Sed redeundo ad inſtitutũ noſtrum, concludo, † quod habens generale mandatum, etiam cum clauſula de rato, compromittere non poſſit, cæterum requiritur ad id ſpeciale mandatum; & ſic mandatum ipſum ſpeciale neceſſariũ eſt in tranſactione, & compromiſſo, nec ſatis eſt clauſula generalis, qua promitteret Dominus, quicquid actum à procuratore fuerit, ſe ratum habiturum. *c. ad audiam. de iuram. calumn. c. per tuas. de arbitr. & l. mandato generali ff. de procur. & l. tranſactionis C. de tranſact.* Soc. *conſil.* 18. *proſequendo ordinem. vol.* 1. Lanfran. de Oriano. *in tract. de arbitr. par.* 3. *quæſt* 3. Glo. & Doct. *in c. ex parte decani. de reſcript. & in c. contingit. de tranſact.* Roma. *in l. in prouinciali. §.* 1. *ff. de oper. no. nunciatio.* Bartol. *in l.* 1. *ff de offic. procur.* Cyn. Bald. & alii *in l. ſi procurator ad vnam ſpeciem C. de procuratoribus* Gemin *in cap. qui ad agendum. de procuratoribus, in* 6. *per textum ibi*, & Iaſon *conſil.* 134. *nu.* 2. *vol.* 4.

5 Sed † hoc non vtique locum obtineret in procuratore, cum libera, & generali adminiſtratione; quia ille proculdubio compromittere poſſet. *d. l. tranſactionis*, & ita firmant Gloſſ. & omnes Legiſtæ *in l. ſi procurator. ff. de condictio. indeb.* & Bartol. & Moder. *in d. l. qui Romæ. §. Callimachus.* & Canoniſtæ *in d. cap. qui ad agendum*, & Celſus Hugo *conſil.* 124. *vulgaris eſt determinatio iuris, ſub num.* 6. vbi refert ita hoc deciſum apparere, etiam per leges Hiſpaniæ.

OPINIO CCCCLXXV.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de compromittendo, emendo, vendendo, & ſimilibus, an præſumatur poſt ſpatium mille annorum effluxum, ſeu ex diuturnitate temporis interueniſſe, etiamſi non probetur.*

2 *Laudum antiquum præſumitur in dubio latum præcedente compromiſſo.*

3 *Mandatum de cuſtodiendo præſumitur. ex antiquitate temporis, ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ præcedentis.*

4 *Ratificatio mandati an & quando præſumatur ex antiquitate temporis.*

5 *Mandatum præſumitur ex antiquitate temporis, cum apparet productionem mandati eſſe factam, vel ceſſante productione litem fuiſſe conteſtatam ab aliquo, tanquam procuratore.*

6 *Mandatum ex curſu longi temporis præſumitur in actu, ad quem quis veriſimiliter ſine mandato non accederet.*

7 *Mandatum mentionatum in ſententia, aut in inſtrumento antiquo, præſumitur interueniſſe propter antiquitatem temporis.*

MANDATVM † ad compromittendum, emendum, vendendum, & ſimilia, præſumitur etiam poſt ſpatium decurſum mille annorum; Vnde ex defectu huiuſmodi mandati vſq; ad mille annos, non poteſt dici ſententia nulla, ſi de mandato non conſtet: quia præſumitur ex maxima diuturnitate temporis interueniſſe: vt voluit Bal. *conſ.* 327. *vol.* 1. quem ſequitur Paul. Caſtr. *conſ.* 84. *viſa facti narratione circ. fin. vol.* 1. Dec. *conſ.* 181 *n.* 17 *conſ.* 409. *& conſ* 36 *col.* 3. Iaſ. *in l. ſciendum col.* 8. *ff. de ver. oblig. & in l.* 1. *C. qui admitti.* Cur. Sen. *conſ.* 77. Natta. *conſ.* 341. *recte, & ſancte videtur fuiſſe iudicatum, n.* 2. *vol.* 2. Bertr. *conſ.* 244. *viſo inſtrumento conceſſionis immunitatis, n.* 3. *vol.* 2. *& conſ* 58. *multa ſunt, propter quæ vniuerſitas. n.* 1. *vol* 6. Boet. *deciſ.* 281. *n.* 17. Riminal. *in d. l.* 1. *n.* 28. Zuccardus, & Bolognettus ibi, *nu.* 58. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, (Cõis opin.) Sebaſtian. Vant. *in tract. de nullitatib. in rub. quibus modis ſententia nulla dicitur. n.* 28. *fol. par.* 165. Balbus *in tract. de præſcript.* & Soc. Iun. *conſ.* 139 *n.* 10. *vol.* 3. vbi ait hodie fortaſſe hanc ſententiam eſſe communem: & ita in facti contingentia conſuluit, ſeu determinauit Rota Rom. teſte Caſſadoro, *deciſ.* 3. *per totam, in tit. de procuratoribus.*

¶ In contrariã vero partem, videlicet, quod mandatum, de quo non conſtat, non præſumatur, niſi per partem aduerſam probetur, inclinauit idem Bald. titubanter, & ſibi contrarius *in l.* 1. *C. de reb. alien. non alienan. & in l.* 2. *C. ſi ex falſo inſtrument. poſt princ. & in l. qui fundum. ff. de vſucapio.* quem ſequitur Salicet. *in d. l.* 1. *C de re. alien. non alienan.* Alexan. *in d. l. ſciendum, col.* 4. *in l. qui in aliena, colum* 2. *ff. de acquir. hæred. in conſil.* 1. *col. penult. vol.* 4. *& conſ.* 191. *col.* 2. *vol.* 6. Veronen. *conſ.* 26. *col.* 6. deciſ. Neapolit. *in deciſ* 341 *col* 3. *& in deciſio* 348. *colum.* 4. Felyn. *in cap. ſicut. de re iudic.* Grattus *conſil.* 85.

innocato

inuocato diuino ſuffragio in præſenti cauſa, ad quam nunc accerſitus ſum, num. 13. *volum.* 2. Iaſ. ſibi contrarius, *conſil.* 140. *colum.* 2. *volum.* 4. Dec. *conſil.* 205. *colum.* 2. Bertach. *in* 2. *par. ſui repertorii in verb. dux. perſ. anteponitur:* Curt. Sen. *conſil.* 49 *colum.* 3. *&* 18. Cratet. *conſil.* 317. *colum.* 1. Gozad. *conſil.* 94. *num.* 48. *& conſil.* 66. *num.* 11. Pariſ. *conſil.* 47. *num.* 38. *volum.* 1. Horm. Decius *in l.* 4. §. *Cato. num.* 235. *ff. de verbo. obligat.* Curt. Iuo. *in tractat. feudorum quæſt.* 1. *colum.* 2. Matſil. *ſingu.* 323 Albertus Brunus *conſil.* 95. *num.* 3. Iac. Leonardus *conſil.* 96. *num.* 15. *& ſequent. poſito inter conſil. Feudalia Alberti Bruni*, Laurent. Sylman. *conſil.* 35. *numer.* 51. Grammat. *deciſio.* 303. *numer.* 83. vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem, & Socin. nepos. *conſil.* 56. *numer.* 3. *volum.* 1. & Ioan. Cepha. *conſil.* 65. *numer.* 16. *volum.* 2. vbi fatetur magis communem eſſe, & Auguſt. Berous *conſil.* 104. *illud in præſenti cauſa, numer.* 7. *quæſt.* 13. *&* 15. *volum.* 3. vbi eam conſulendo limitat in duobus vtilibus caſibus, & Felin. quoque *in c. ſicut colum.* 19. *verſ. ſexto aduerte, Extra. de rebus eccl.* — Cõis opin.

1 ¶ Sed in iſto opinionum conflictu, & tam ambiguis iuris noſtri interpretum ſententiis mihi profecto ſequendam fore conſtitui: primam partem affirmatiuam, tanquam magis æquam, & communem: ex quo ei inhæret Rot. Roman. quæ videtur irrefragibilis authoritatis.

2 Et † opinio hæc ita retenta, ampliatur primum, vt procedat etiam in compromiſſo: vt ſicut præſumitur in ſententia antiqua in dubio præceſſiſſe mandatum, eodem modo præſumatur etiam præceſſiſſe compromiſſum, & eius ſolennitas, in antiquis. Et ſic clarum eſt; laudum antiquum præſumi in dubio latum, præcedente compromiſſo: ſecundum Imol. *in c. cum in iure peritus. de offic. delegat.* Hoſtien. Ioan. And. & cæteros omnes Canoniſtas *in cap. Albericus. de teſtib.* Felyn. *in d. cap. ſicut, num.* 42. Bald. *in conſil. exordiente: quia ex priuilegio*, Angel. Alexand. Ioannes de Imol. Raphael, & Iaſ. *in d. l. ſecundum*, vbi admittit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur etiam Auguſtinus Berous *in d. conſil.* 104. *num.* 14. & tuetur quoque, comprobat, citat, & copioſe, vtiliterq; declarat Marc. Ant. Blanch. *in tract. de compromiſſ. in* 9. *quæſt. de effectu ſententiæ, num.* 11. — Cõis opin.

3 Ampliatur † etiam ſecundo loco habere locum, in mandato, de cuſtodiendo, quod videlicet id ex antiquitate temporis præſumatur, ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ præcedentis: ſecundum Bart. & Alex. *in l. ſi vxor.* §. *ſi quis vxorem. ff. de adulter.* Afflict. *in practicata deciſio.* 345. *colum.* 5. Bertach. *in* 2. *part. ſui repertorii, in verb. mandatum qualiter verſ.* 7.

4 Ampliatur tertio, † quod non ſolum præſumatur mandatum ex antiquitate temporis, verum etiam ratificatio ipſius mandati: vt per Bertach. *in d. repertorio in* 1. *part in verb. dux. ver.* 3. Soc. *conſil.* 46. *colum.* 2. *volum.* 3. & Auguſt. Berous *in prælibato conſ.* 104. *num.* 11. *volum.* 3. Dec. *conſil.* 295 *colum.* 2. Gozad. *conſil.* 11. poſt alios ibi per eum congeſtos, & Soc. nepotem, *conſil. ſupracitato* 139. *num.* 14. *& conſil.* 146. *numer.* 14. *volum.* 3. ¶ Quod intelligit, & moderatur Iaſ. *conſil.* 140. *colum.* 3. *volum.* 4. procedere, quando ageretur de modico præiudicio, ſecus, ſi de magno: tunc enim non præſumitur ratificatio ex antiquitate temporis, niſi concurrat alia præſumptio.

5 Quarto † ampliatur etiam, vt procedat, quando appareret productionem mandati eſſe factam, vel ceſſante productione, litem cum aliquo, tanquam procuratore, fuiſſe conteſtatam: hoc enim caſu pro mandato præſumitur: ſecundum Imol. *in d. l. ſecundum, col.* 5. quem refert, ſequiturque Gozad. *conſil.* 96. *col. fin.* & ita conſuluit Auguſt. Berous *in d. conſ.* 104. *num.* 13. *cum aliis ſeq.*

Quinto † ampliatur etiam habere locum in ſoluente penſionem nomine alieno, ad quam veriſimiliter quis non accederet ſine mandato: cum veriſimile haudquaquam ſit, quod procurator velit iactare ſuum, ſecundum Rotam Romanam *deciſ.* 23. *in antiquis*: quam ſequitur Socin. Sen. *conſil.* 46. *colu.* 2. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 36. *colum.* 5. *& conſil.* 42. *colum. penul. & in l.* 1. *colum.* 4. *C. qui admitti.* Gozad. *d. conſil.* 11. *col.* 4. Curt. Sen. *d. conſil.* 77. *colum.* 4. Gratus *conſil.* 141. *inuocato diuino ſuffragio, decreueram in præſenti cauſa nil ſcribere, num.* 28. *volum.* 2. & Soc. Iun. *conſil.* 139. *volum.* 5. *num.* 10. *& ſeqq.* & Marcus Anton. Blancus *in d. tract. de compromiſſ. quæſt.* 9. *de effectu ſententiæ ſub num.* 11. *ſub verſ. non obſtant adducta in contrarium.* 6

Sexto loco ampliatur, † quando in ſententia, aut alio inſtrumento antiquo fieret mentio de ipſo mandato, ſeu compromiſſo, quia tunc videtur probari, propter antiquitatem temporis, & per conſequens eo caſu antiquitas fidem, & authoritatem dat inſtrumento, enunciatori compromiſſum, ſeu mandatum, alias ſecus: ſecundum Dec. *conſil.* 36. *colum* 5. quem ſequitur Gozad. *d. conſil.* 110. *colum.* 4. & Purpuratus *in auth. ſi quis in aliquo documento, in fin. C. de eden.* Cagnolus *in l. velle non creditur, num.* 10 *ff. de reg. iur.* Gratus *in d. conſil.* 142. & Marc. Ant. Blan. *in d. tract. de compromiſſu. q.* 9. *de effectu ſententiæ, ſub num.* 11. *ver. ſecundo caſu quando ſumus in bonis.* vbi explicat hoc de plano procedere, quando nominatio ipſa reperietur facta per arbitrum in ſententia, partibus præſentibus, & non contradicentibus. 7

OPINIO CCCCLXXVI.

SVMMARIA.

1 *Mandatum poteſt probari per inſtrumenta, & per literas etiam domini ad iudices miſſas, item per teſtes.*

2 *Mandati reuocatio poteſt eodem modo probari, item per vnum teſtem cum delatione proprii iuramenti.*

MANDATVM † regulariter poteſt probari, non ſolum per inſtrumenta, verum etiam per literas domini ad iudices miſſas; ſecundum Glo. & omnes Doct. *in l.* 1. *C. de ſatisdan.* Poteſt ſimiliter probari per teſtes: vt voluit Glo. *in l. maritus. C. de procur.* Gloſſ. & Panorm. *in c.* 1. *Extr. de procur.* Azo. *in ſumma. de mandat. princ.* Bar. Bal. Ang. & cæteri communiter *in l. non ſolum.* §. *qui alieno. ff. de procur.* Iaffredus *deciſio.* 190. vbi atteſtatur expreſſe, iſtam eſſe communem opinionem, & Alex. etiam *conſil.* 149. *viſo proceſſu inter Michaelem Dominici, num.* 15. *volum.* 5. & Boerius *deciſ.* 181. *num.* 1. & ſequitur, declarat, & limitat Matſil. *in repet. rub. C. de probat. num.* 38. *cum aliis ſequen.* & Iaſ. *in l.* 1. *C. de procur. num.* 6. *& ſeq.* vbi reiicit alias contrarias opiniones, & Natta *conſ.* 420. *quamuis in controuerſia vertente, num.* 15. *vol.* 1. in quibus locis concludunt antedicti Doct. hoc procedere in mandato priuati, non autem principis. 1 — Cõis opin.

¶ Ampliatur iſtud dictum commune non ſolum procedere † in mandato, ſed etiam in reuocatione ipſius; quæ quidem reuocatio poteſt probari per vnum teſtem cum delatione proprii iuramenti: ſecundum doctrinam Io. And. *in c. pro cauſa. de procur.* quæ obſeruatur quotidie in practica, vt aſſerit, & fatetur Corſet. *in ſingul. in ver. mandatum.* 2

¶ Et limitatur quoque præmiſſa communis per Iaſ. in quinque caſibus, *in d. l.* 1. *num.* 9.

OPINIO CCCCLXXVII.

SVMMARIA.

1 *Exceptio ſuperflua, & inutilis de eo, quod in regula non continetur, an cenſeatur regulam ampliare ſecundum exceptionis qualitatem.*

2 *Procurator conſtitutus generaliter ad omnia, non poteſt agere ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt.*

3 *Procurator conſtitutus generaliter ad omnia, an poſſit agere omnia requirentia ſpeciale mandatum.*

1 Mandatū. EXCEPTIO † quotieſcunq; eſſet ſuperflua, & inutilis de eo, quod in regula non contineretur: tunc & eo caſu, ne addatur inutilis & ſuperflua, cenſetur regulam iſtam ampliare ſecundum exceptionis qualitatem: ſecundum Dec. *in l. 1. num. 31. ff. de reg. iuris*, & iſta ait communis opinio, teſte Cagnolo *ibi num. 30 & 33.* Com. opi.

2 Et † exemplum pro intelligenda iſta communi poſſet adegari hoc, verbi gratia, ſi conſtituo procuratorem generaliter ad omnia, non veniunt quæ mandatum ſpeciale requirunt, *c. qui ad agendum, cum ibi notatis per Gloſſ. & Doctor. de procurat. in 6.*

3 Si † vero facerem procuratorem generaliter ad omnia, niſi quod iuramentum non poſſit præſtari, & ſic excipio vnum caſum, in quo ſpeciale mandatum requiritur; illa exceptio, ne ſit ſuperflua, declarat, ampliatque mandatum, & regulam, vt omnia alia includantur in mandato, in quibus etiam mandatum ſpeciale requiritur: ſecundum Dom. in Gemin. poſt Lupum *in d. c. qui ad agend. in. §. 1.* Alex. Clau. Aquen. & Iaſ. *in l. fina. ff. quod quiſque iur.* idem Iaſ. *in l. nummis, col. 3. ff. de in litem iuran.* Chaſſan. *conſil. 3. ſtat ſtatutum, num 7.* Dec. *in c. conſultationibus, circa fin. de offi. deleg.* & eſt, ut aſſerit ibi, communem opinionem Cagnolus *in d. l. 1. num 31 & 33.* & Eberhardus, *in ſua Centuria lo. argum. 3. vbi loc. ab exceptione.*

OPINIO CCCCLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Maritus an poſſit expellere vxorem, ſi dos promiſſa ei non ſoluatur.*

2 *Maritus ageret contra euangelium expellendo vxorem ob dotem promiſſam non ſolutam.*

3 *Vxor expulſa per maritum ob dotem promiſſam non ſolutam, an ſit alimentanda.*

4 *Vxor cum non reperitur in ſeruitio mariti ob propriam culpam, non eſt à marito alenda.*

5 *Vxor recedens ſua culpa à viro, ei reſtituenda non eſt ſine cautione, ſi de eius ſæuitia timeretur.*

6 *Vxor ob leuem ſolum offenſionem illatam marito, non autem capitalem, reſtituenda eſt viro cum cautione iuratoria, cum appoſitione pœna arbitraria iudicis.*

7 *Maritus iure permittente poteſt leuiter verberare vxorem, cum ſubeſt iuſta, & rationabilis cauſa.*

8 *Mulier diſcedens à domo viri ob eius culpam: quia detinet concubinam, poſſet petere alimenta, & dotes, & ſeparationem thori.*

9 *Culpam probare cui incumbat, cum vxor diſceſſit à domo viri, remiſſiue.*

10 *Culpa vxoris recedentis à domo viri, debet probari per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores.*

11 *Maritus præſtans alimenta vxori, dote promiſſa, non ſoluta, ſine proteſtatione illa alimenta repetere non poteſt.*

1 MARITVS † repellere poſſet ab eius domo vxorem, ſi dos promiſſa eidem non ſolueretur: ſecundum Bal. Cyn. & Saly. *in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt.* Abb. *conſ. 85. vol. 2.* Guid. *in §. illud in ver. onera, in auth. de non elig. ſecun. nub.* Roma. *in l. de diuiſione, n. 16. ff. ſolut. matri.* Alex. *conſ. 56. n. 10. vol. 4.* Guid. Papæ *deciſ. 439.* Socin. *in reg. 258.* Laurum de Palatiis, *in tract. quod ſtantibus maſculis, n. 126. & ſeq.* Iaſ. *in l. donaturus. §. ſi quis indebit. n. 9. ff. de cond. ob cauſ.* Neuiza. *in Sylua nuptiali lib. 1. n. 45.* Boer. *deciſ. 12. n. 2. & ſeq.* Bar. Bal. Alex. & alii *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſaeuiſſimo. ff. ſolut. matri.* Cæſarem Vrſillum *in add. Afflict. in deciſ. 184. n. 4.* & Soc. Iun. *in l. 1. n. 263.* vbi hoc limitat *ff. ſolut. matrim.* & Cornel. Benincaſ. etiam *in tract. de paupertate, q. 8. in 1. ſpeciali in contractib. n. 19 & ſeq.* adde And. Gail. *lib. 2. obſer. cam. obſer. 87. n. 2.* & iſta eſt cōmunis opinio. Com. opin.

Quæ licet veriſſima ſit, vt oſtendunt eam ſimpliciter amplectendo, & ampliando Ang. de Clauaſio *in ſ. ſumma Angelica in ver. Dos. §. 9.* Syluester *in ſumma Syluestrina in tit. de dote, & parapherna, n. 10.* ſumma Tabiena *in ver. Dos, n. 9.* & ſumma Armilla *in verb. D. 5. n. 10.* nihilominus hoc obſeruari aliquando vidimus à ruſticis, & plebeiis, à nobilibus vero nunquam, æqui honeſtius procedendo, ac agendo, etiam ob dotem eis promiſſam non ſolutam, retinentes vxores in domibus.

2 Imo † Cæſar Vrſill. & male *in d. deciſ. Afflict. 184. n. 4.* refert hoc fieri contra Euang. *Matt. 5.* quando maritus ipſe repelleret vxorem ab eius domo, ob dotem promiſſam non ſolutam: & hoc idem voluit ponens quodammodo os in cœlum, Apoſtilla ad Alex. *in d. conſ. 56. in litera F* & Rota Pedemonta. *deciſ. 132. in dubium vertitur n. 18.* poſt Couarr. relatum ibi per eum, *in epito. de ſponſ. & matr. c. 8. n. 2.*

3 ¶ Et † huiuſmodi mulier ita expulſa nō eſt aliter à viro alimentanda, vt voluit Glo. *in §. fin. in ver. Onera. in auth. de non eligen. ſecun. nuben.* Bal. *in d. l. de diuiſione*, & Roma. *in l. in inſulam. §. vſuras col. 2. ff. ſolut. matri.* And. Gail. *lib. 2. pract. obſer. obſ. 87. in prin.* Per Ioan. Anchar. *lib. 2. quæſt. famil. q. 28. n. 1 & 2.* & Alex. *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſaeuiſſimo n. 8 ad. tit.* vbi hoc vtiliter limitat non procedere, vbi ctiā q; dos promiſſa non eſſet: quia maritus ipſe contrahens matrimoniū, mentione de dote non habita, tenetur nihilominus vxorem alere, nec eam expellere poteſt propter non datam dotem, *l. quod ſi nulla ff. de relig. & ſumpt. fun. §. quoniam. auth. qui mod. nat. eff. leg. & §. ſi quis enim. auth. de nupt.*

¶ Quod procedit, ſi mulier eſt inops, ſecus ſi bona poſſideat, & eſt diues: tunc certe æquum eſt, quod det dotem, quamuis à principio nihil de dote fuerit dictum: quemadmodum, ſi quis iurauit accipere talem in vxorem, quod intelligitur vt talis mulier det dotem, ſecundum Bald. *in c. iurauit. de probat.* & Ioan. Lupi. *in c. per veſtras. in 3. not. § 2.*

¶ Contrarium vero tenuit Ripa *in l. 2. n. 43 ff ſolut. matr.* poſt Bar. ibi, & Alex. *in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam. ff de cond. cau. da.* & Lau. Calca *conſ. 11. col. 2.* & Alex. *conſ. 169 viſis instrumentis, n. 3. vol. 7.* vbi poſt Paul. Caſtr. & Doct. *in l. ſi ſocer. ff. ſolut. matri.* dicit, quod maritus debeat ſibi imputare, quod vxorem voluit abſque dote.

4 Imo † dicit etiam, quod vbicunque mulier alia de cauſa non eſſet, ſeu reperiretur in ſeruitio mariti, quam ob ſuam culpam, non teneretur maritus illam alere, vt voluit Roma. *in l. ſi cum dotem. § ſi maritus, n. 25 ff ſolut. matrim.* & omnes alii ibi, & Gratus, *conſ. 57. in fi. vol. 1.* vbi vocat iſtam eſſe communē opinionem. Com. opin.

5 Et † vxor, quæ ſua culpa receſſit à viro, vbicunque adeſſet iuſtus timor, non eſſet aliquo modo ei reſtituenda ſine cautione, ſi de eius ſæuitia timeretur, vt voluit Abb. *in c. tranſmiſſa. in 2. notab. de reſtit. ſpoliat.*

6 Et † hoc caſu ſufficeret iuratoria cautio, ſic maritus, vbi eſſet leuis offenſio, non capitalis, cogi nequiret ſatiſdare cum fideiuſſore, verum ſtandum eſſet iuratoriæ cautioni, cum appoſitione pœnæ arbitrio

bitrio iudicis: ſecundum Bal. *conſil.* 178. *Cæcilia. vol.* 1. & ita ſequendo Bal. & declarando Abb *vbi ſupra*,
7 conſuluit Natta *conſil.* 616. *vol.* 3. Quia † maritus iure permittente, poteſt leuiter verberare vxorem, vbicunque iuſtæ, rationabiliſque cauſa ſubeſſet: ſecundum Glo. & Arch. d. *in c. ſicut.* 7. *quæſt.* 1. & Alex. *conſ.* 115. *viſo themate ſupraſcripto, & atteſtationibus teſtium, vol.* 4. *num.* 2. *& ſeq.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Et non interueniente ſanguine, non dicitur atteſtet verberata vxor à marito, ſecundum relata per Pet. Ioan. Ancharan. *lib.* 1. *quæſtionum familiarium, quæſt.* 28. *num.* 10. Imo maritus ipſe habet ſimiliter facultatem acriter verberandi vxorem, & eam incarcerandi domi, vt *ibi num.* 10. & Io. Milleus *in pract. crim. in titul. tacitum teſſe pretium, num.* 42. *cum multis ſeqq. fol.* 35. vbi aſſignat quamplurimas rationes, & Follerius, *in pract. crim. in rub. ſtatur capitula, quod ſuffocauit vxorem, n.* 65. vbi *num.* 73. *& 75.* concedit etiam non poſſe procedi ex officio contra maritum, percutientem vxorem cum baculo; etiam cum ſanguinis effuſione; nec ipſam mulierem ita vulneratam poſſe accuſare maritum.

8 Sed † quando mulier diſcederet à domo viri ob viri culpam: quia detineret concubinam: tunc poſſet petere alimenta, & dotes, & ſeparationem thori: quia habetur perinde ac ſi maritus eam expuliſſet vt late deducit, cum aliis ſignatis per eum, Ioan. Lupi *in d. c. per veſtras in tertio notabili*, & Cæſar Vitalis *in additionib. Afflict. in decis.* 10. *n.* 9. Vbi *num.* 6. declarat et-
9 iam † cui incumbat probare dictam culpam, & Nat-
10 ta etiam *in d. conſ.* 616. *num.* 1. conſuluit † hoc probari debere concludenter per teſtes idoneos, ac omni exceptione maiores.

¶ Et mentionata concluſio, quod liceat vxori fugere de domo viri, vbi in ea retinet concubinam: iuſtificatur ex hoc: Nam non bene conueniunt in vno lecto, vxor, & concubina. Et acceſſus concubinæ maxime exaſperat caſtas mulieres. *l. conſenſu. C. de repud.* Bald. in c. 1. *extra vt lit. conteſt.* & Alex. *in c. ex parte. Extra de ſponſa.*

11 Redeundo igitur, vnde digreſſi ſumus, † concluditur, quod ſi dos marito fuiſſet promiſſa, & non ſoluta, caſu quo potuiſſet expellere vxorem de domo, ſi ei præſtitiſſet alimenta, & nihil proteſtatus eſſet, ea repetere non poſſet: quoniam intuitu pietatis cenſetur ei præſtitiſſe, vt voluit Iaſon *in d. l. ſi donatarius. §. ſi quis indebitam, col.* 2. *ver. Et forte*, & Ruin. *conſ.* 139. *ſub num.* 4. *vol.* 4.

OPINIO CCCCLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Maritus ſuſtinens onera matrimonii, ob non ſolutam dotem promiſſam debito tempore, an non ſolum dotem, ſed etiam intereſſe petere poſſit. Et an ex lapſu decem annorum vſuræ debeantur. num.* 2.

3 *Maritus, promiſſo prædio pro dote vxoris, & non tradito, poſtquam incepit ſuſcipere onera matrimonii, poteſt petere vltra fundum etiam intereſſe ratione moræ.*

1 MARITO, † cui eſt dos promiſſa, & non ſoluta tempore debito, ſeu conuento: licitum eſt matrimonii onera ſubſtinenti, pro illis ſubſtinendis aliquod emolumentum, ſeu intereſſe, vltra dotem petere, & recipere, donec ſibi ſoluatur dos promiſſa: vt eſt text. & ibi hoc Pau. de Leaz. Calde. Ant. & Abb.
Cōis opin. & omnes magis communiter tenent, *in c. ſalubriter. Ext. de vſuris*, Bal. *conſ.* 94. *vol.* 1. Bart. & Ruma *in l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matri.* Alex. etiam *conſ.* 147. *vol.* 5. & Corn. *conſ.* 164. *n.* 5. *vol.* 5. Ruin. *conſ.* 61. *ſub n.* 5. *vol.* 4. qui aiunt iſtorum opinionem eſſe com̃m. Sed ſi vſuræ prædictæ non fuerint peritæ ex curſu decē annorum, an cenſeantur remiſſæ: vide reſolutionem infra in *Opinione* 6:8. *incip. præſcribi non poteſt.* Vide etiam Balbum *in tract. de præſcrip. in* 2. *part. princip. num.* 17. *in* 10. *quæſt. & in* 4. *part. quarta partis principalis quæſt.* 36.

Adde ſimiliter, † quod ex lapſu decem annorum non debeantur vſuræ iſtæ, ſecundum Bal. relatum per Aret. *in § ſiterat. ſ.* 7. *Inſtit. de actionib.* tamen contraria opinio celebrior, & receptior eſt, vt per Grammat. *decis.* 70. Paul. Caſtren. *conſ.* 11. *n.* 4. *vol.* 1. Alex. *in l. quoties, & in l. cum ſtipulatus*, & ibi Bar. *ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. ſi mihi, §.* 1. *num.* 6. *ff. de leg.* 1. 2

Et aduerte etiam, † quod ſi marito promiſſus eſſet fundus pro dote eius vxoris; & promiſſor ipſe fructus perciperet dicti fundi, poſtquam maritus cœpiſſet matrimonii onera ſuſcipere; tunc certe foret moroſus, & poſſet peti ratione dictæ moræ ab eo aliquid pro intereſſe: ſecundum Glo. Bart. & cæteros omnes *in l. de diuiſione. ff. ſolut. matrim.* & Ruinum *in d. conſ.* 61. *n.* 5 qui dicit iſtam eſſe communem opinionem. 3 Cōis opin.

OPINIO CCCCLXXX.

SVMMARIA.

1 *Maritus pro rebus dotalibus an poſſit agere, & comparere in iudicio ſine mandato vxoris.*

2 *Item an pro rebus paraphernalibus id poſſit, & nu.* 3.

4 *Bona paraphernalia quæ dicantur.*

5 *Maritus paraphernſ. fructus bonorum paraphernalium, an teneatur ad illorum reſtitutionem remiſſiue. & n.* 7.

6 *Mariti bona ſunt tacite obligata vxori pro adminiſtratione bonorum paraphernalium.*

8 *Maritus non poteſt vendere rem paraphernalem vxoris tam mobilem, quam immobilem.*

9 *Mulier libere poteſt dare bona paraphernalia, cui, & quibus velit.*

10 *Maritus eſt verus dominus rei dotalis, Et dominium rei dotalis eſt mariti, & non vxoris.*

MARITVS † in rebus dotalibus eſt legitimus adminiſtrator: & ſic ad maritum ſpectat adminiſtratio bonorum dotalium, & poteſt agere, & comparere in iudicio in huiuſmodi caſu abſque mandato vxoris, ſecundum Glo. Bart. Saly. Alex. Iaſ. & omnes alios Legiſtas *in l. maritus. C. de procuratoribus*, & Canoniſtas. *in c. conſtitutus, de procur. & in c.* 1. *qui filii ſint legiti.* Abb. *in cap. ex parte de conſeſſ.* & Ioan. de Amicis *conſil.* 132. vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem. 1 Cōis opin.

Et limitat non procedere † in bonis paraphernalibus, pro quibus maritus agere nequit ſine mandato expreſſo, vel ſaltem tacito: quam limitationem probat idem Ioannes de Amicis *conſ.* 54. *n.* 5. & Corn. *conſ.* 195. *num.* 11. *vol.* 1. & Capicius *in inueſtitura feudali in verb. ſi de rem gentera, verſ. Paraphernale, fol.* 182. Et eandem † communem ſequitur quoque, & limitat, & declarat vtiliter in altero caſu Soci. Iuni. *conſil.* 105. *num.* 8. *cum aliis ſeq. vol.* 1. & Soci. *in repet. c. venientes. col.* 58 *Ext. de accu.* & ſequitur quoque, & communem oſtendit Curt. Iuni *conſ* 154. *num.* 13. 2 3

Et aduerte, † quod bona paraphernalia dicantur illa, quæ adducuntur marito vltra dotem, Et ſic bona vltra dotem data, quæ vxor ſecum defert ad domum viri, etiamſi illi conſignet, dummodo non in dotem, dicuntur paraphernalia: iuxta *l. ſi ergo. §. dotis. ff. de iure dot. & l. fina. C. de pact. conuen.* & tradit Coro. *conſil.* 300. *ſiu* 306. *opportunum. col.* 5. *vol.* 3. & Capicius *in d. ver. Paraphernale.* 4

Et caſu, † quo maritus procuratorio nomine, vt 5

 ſupra

ſupra, percipit fructus ipſorum bonorũ paraphernalium, an teneatur ad illorum reſtitutionem, vide Cæſarem Vrſillum late declarantem, atq; reſoluentem ex communi opinione *in addi. Afflict. in deciſ. 44. num. 8 & ſeq.* & Ruinum optime, & doctiſſime conſulentem quoq; *conſ. 122 nu. 4 vol. 1.* & Bal. *conſ. 478. quadam ſunt res quæ ſunt in dominio mariti, ſub nu. 1. vol. 5.* Vbi firmat etiam, † quod ex huiuſmodi adminiſtratione 6 bonorum paraphernalium, bona viri ſunt tacite obligata vxori: *per l. fi. ff. de pact. conuen.* Et caſu, † quo ſimiliter ipſe maritus perciperet fructus ex feudo paraphernali, vtrum eos lucraretur, vide Capicium hoc reſoluentem *in d. verſ. Paraphernale.*

7 (see above)

8 Et a fuerte, † quod maritus ipſe minime poteſt vendere rem paraphernalem ſuæ vxoris, tam mobilem, quam immobilem: vt *in l. mater*, & ibi not. Bal. *C. de rei vendic.* & optime facit *l. ſi ego § dotis. ff. de iur. dot.*

9 Imo † mulier poſſet, eique permiſſum eſt libere dare bona paraphernalia cui, aut quibus velit: ſecundum communem opinionem; & doctrinam Theologorum relatam, & declaratam per Guil. Pepin *in ſermonibus quadrageſimalibus, in epiſtola in ſabbato poſt ſecundam dominicam quadrageſima. In diebus illis dixit Rebecca filio ſuo Iacob col. 3. fol. par. 43.* Cōis opin.

10 Sed è diuerticulo in viam redeundo, † confirmatur opinio prædicta in principio poſita: quod maritus rei dotalis verus ſit dominus; & ſic non vxoris, verum mariti rei dotalis dominium eſſe apparet: ſecundum communem traditionem omnium Scribentium *in l. in rebus. C. de iure dot.* & *l. prædium. vbi Doct.* licet tria & Coraſi. *in miſcellaneis iuris ciuilis. lib. 5. cap. 14.* vbi aliquibus leuibus rationibus, non indigentibus reſponſione, impugnat communem iſtam. Cæterum, quia res clara eſt, ideo omiſſo multiloquio, in quo doctiſſimi viri ſtomachari ſolent, concurro cum dicta communi, tanquam ſacroſancta. Cōis opin.

OPINIO CCCCLXXXI.

SVMMARIA.

1 *Bona mariti, licet minoris viginti quinque annis, tacite cenſentur obligata vxori pro dote ab ea recepta.*

2 *Bona mariti nedum pro dote, ſed etiam pro alimentis præſtandis vxori eius tacite præſumuntur hypothecata.*

3 *Maritus ſubuenire tenetur vxori in medicinis, & cæteris neceſſariis. Etiã accerſendo Medicum è locis vicinis.*

4 *Modica expenſa inter virum & vxorem non curantur.*

5 *An expenſa erogata per maritum in vxorem ægram, in vltima ægritudine, ex qua deceſſit, ſint deducenda ex dote, ſi fructus dotis ad eas non fuerint ſufficientes, maxime, ſi vir abſq; proteſtatione eas præſtiterit.*

6 *Vxor quando aliunde habere dicatur, ita vt maritus expenſas in ægram vxorẽ, ex ſuo facere non teneatur. n. 8.*

7 *Receptio dotis an ſaltẽ detur pro marito prædictis expenſis.*

9 *Proteſtatio an requiratur in erogatione expenſarum, vt maritus eas ex dote deducere poſſit.*

10 *Expenſa magna, vel parua quæ dicantur, relinquitur arbitrio iudicis.*

11 *Expenſæ in ægram vxorem factæ an æquiparentur impenſis funerum, & gaudeant eodem priuilegio, ita vt dotem minuant.*

12 *Maritus, vxore mortua, an funeris expenſas ex proprio facere teneatur, an vero ex dote vxoris eã deducere poſſit.*

1 MARITI † etiam minoris viginti quinq; annis, recipientis vxoris ſuæ dotem, bona tacite cenſentur obligata vxori, ſecundum Bal. Ang. Roma. Alex. & alios communiter, *in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolut. matri.* Paul. Caſtr. & Alex. *in l. item quia. ff. de pact.* Bal. *in l. fi. C. de legit. tut.* & iſtam affirmat, faceturque expreſſe eſſe coẽm opin. contra Bart. contrariũ aſſeuerantem, *in d. l. ſi conſtante*, Neguſ. de Fann *in tra. de pignor. & hypoth. in 2. parte 4. membri, n. 73.* Gramm. *deciſ. 103. n. 17.*

Et opinio iſta cõmunis ampliatur, † vt bona mariti non ſolum præſumantur tacite hypothecata pro dote, verum etiam pro alimentis vxori præſtandis: quæ quidem petuntur officio iudicis mercenario: vt per Bar. *in l. ſi cum dotem. § ſin autem ff. ſolut. matri.* cum quo ſentiunt omnes Doct. magis communiter, teſte Neguſantio *in memorato tract. de pignorib. & hypothecis. in 2. part. princ. 4. membri. num. 55.* 2 Cōis opin.

Imo † maritus tenetur ſubuenire vxori, nõ ſolum in alimentis, ſed etiam in medicinis, & cæteris neceſſariis: vt dicit Bal. *in l. quod in vxor. C. de neg. geſt.* cui inhærent Ioan. Lupi, *in c. per veſtras, in 3. not. de donat. inter vir. & vxo.* & Ruin. *conſ. 8 col. 2. vol. 2* Similiter etiam, ſi ibi, vbi vxor infirma reperitur, non ſit medicus, maritus, ſtante facultate, tenetur, & debet ad locum vicinum proficiſci medicum vocaturus, & ducturus, pro curanda vxore. *l. 4. § ſi tam vicinum. ff. de dam. inf.* Ioan. And *in c. ſtatutum de reſcript. in 6.* Bal. *in l. iura. C. qui admit.* Alex. *in l. ſi ab hoſtib. § ſi vir, nu. 14. ff. ſolut. matrim.* & Anto. de Butr. & Imol. *in c. 2. de conſtit.* Intellige tamen hæc de modicis, non autem de magnis expenſis in medicos & medicinas factis, quia ſi magnæ forent, poſſent repeti, & extenuari cum dote, ſoluto matrimonio. 3

Et nihil mirum, † quoniam de modicis impenſis inter virum & vxorem non curatur, *l. omnino, ff. de impenſis in res dotal. fact.* Sed ſi foret magna impenſa facta per maritum, non præſumeretur vllatenus donare, vt per Glo. *in ver. modicas, eo in loco, in fin.* vbi firmat tunc competere marito ad repetendum, actionem negociorum geſtorũ, determinatq; indem reſidere in iudicis arbitrio quæ impenſa dicatur modica, & Meno. *in tra. de arbitr. iud. caſu 145. fol. 209* Vnde orta de præſenti anno 1600. difficultate in Curia noſtra Aquilana ſuper huiuſmodi materia, in cauſa in ea vertente, inter Ioſeph. Renald. actorem ex vna, & Steph. Caſtiglionem conuentum; ex altera parte, ſuper reſtitutione dotium quondam ſuæ vxoris, ſpectantium ad ipſum Steph. nepotem dictæ mulieris, vti proximiorem in gradu, ob non exiſtentiam filiorũ, nec aſcendentium. Fuit dubitatum, † an expenſæ erogatæ per dict. virum in eius vxorẽ ægram, in ſua vltima ægritudine ex qua deceſſit, propter quam non potuit eſſe in ſeruitio viri, ſint deducendæ ex dote, cum fructus dict. dotis non ſuffecerint. Et ſimiliter quid dicẽdum de funerũ impenſis? Ex parte itaq; hæredis dict. mulieris dicebatur, pro ea facere text. *in l. quod in vxo. C. de neg. geſtis*, per quã clariſs. verbis deciditur, non dari repetitionẽ marito pro impenſis in ægram vxo. erogatis, ſed pro impenſis funerũ dari repetitionem aduerſus ſucceſſorẽ dotium, ſi quaſi recepturus, ipſas erogauerit. Dicebatur etiam hanc quęſtionẽ tangi per Bart. *in præall. q. l. quod in vxo.* & per Alex. *in l. ſi cum dot. § ſi autem ſcauſſ ff ſolut. matrim* & per Aret. *in §. fuerat, Inſt. de actionib.* dicẽtes, quod aut præſtita ſint alimenta vxori infirmæ, vltra fructus dotis, non habenti patrem, nec aliunde, & tunc præſumitur feciſſe maritali affectione, & non datur repetitio, aut vero vxor habebat aliunde, vel patrem. & tunc vir nõ tenetur vltra fructus dotis, ſed ſi præſtiterit abſq; proteſtatione, cẽſetur ſimiliter donaſſe, & ita loquitur text. *in l. quod in vxo.* prout Aret. notat *in loco præcitat.* aut vero præſtita ſunt mulieri indotatæ, & tunc quoq; non datur repetitio, & hoc idem firmauere Campeg *in tra. de dote, q. 53 & 61.* Maſcard. *in tra. de probat. q. 77. nu. 4.* & Alex. *in l. inſulam, § vſuras, ff. ſolut. matrim.* Et ſic cum alimẽta prædicta fuerint præſtita mulieri infirmæ, non 4 5

habenti

habenti nec patrem, nec aliunde, & etiamſi patrem habuiſſet, vel aliunde, reperiuntur tamen præſtita abſque proteſtatione, non mirum ſi dicendum ſit, ea non eſſe deducenda, vt ex prænotatis iuribus.

5 Et † tunc profecto habere aliunde dicitur, vbicunq; habet reditus, ex quibus poſſit viuere, non autem ſi poſſit vendere proprietatem, ita Bal. *conſ. 23. in 2. impreſſione, vol. 2. per tex. in l. quis bonis, ff. de ceſſio. bonor.* cum aliis adductis per D. Vincent. de Franchis, *deciſ. 489. num. 23. deciſ. 135. num. 7. & deciſ. 336.*

Ex parte vero viri, dicebatur, impenſas illas non omnino ex dote eſſe deducendas, tanquam magnas, & non paruas; quia impenſæ magnæ, ſicut quando factæ ſunt in rebus dotalibus, minuunt dotem per textū *in allegata l. omnino ff. de impenſis in res dotales factis* cum aliis citatis per Gloſ. *eo in loco* & per Viſilium *in addit. ad Affl. ci. deciſion. 359.* ita etiam dicendum eſt de impenſis magnis, erogatis in ægram vxorem, argum. dictorum iurium. Et quod impenſæ magnæ, erogatæ in ægram vxorem excedentes fructum dotis, minuant dotem, ita vt ex dote deducantur, mortua vxore firmat Bertran. *conſ. 119. ad id de quo quæritur, vol. 5.* Nec in hoc caſu, quando impenſæ ſunt magnæ curandum erit de proteſtatione; quia quamuis proteſtatio non interueniret, adhuc ſemper præſumitur erogantem habere animum repetendi, quod ſecus eſt in paruis expenſis, per ea quæ habentur apud Doctores *in l. Neſennius ff. de neg. geſtis*, & per Alexand. *in leg. alimenta, C. eod.* & per Corn. *conſ. 28. in fin. vol. 4.* Dicebatur etiam prædictis non aduerſari textus in *d. l. quod in vxorem.* nam quando *in d. l.* tractatur de impenſis erogatis in infirmitate, dicit Imperator, q non detur viro ius repetendi à Socero, non autem dicit, quod non minuant dotem, ſi fructus non ſufficerent. Et ratio ea eſt, quare non detur ius repetendi aduerſus Socerum, quia vt præallegati Doctores *in ead. l.* notant, ad id vt vir poſſit repetere à ſocero, requirebatur proteſtatio, alias præſumeretur maritali affectione feciſſe, & ita intelligi debere dictum textum firmat Aret. *in d. §. fuerat.* Quæ ratio nō militat, cum non tractatur de repetendo à ſocero, Sed tantū de iis deducendis ex dote quia tunc vir vltra fructus non tenetur, quando mulier habet aliūde & ſic dotem; nam ex dote ſunt deducēdæ, vt concedit etiam Abb. *conſ. 85. num. 4. lib. 2.* qui dicit, quod in defectu dotis, & patrimonii, vir teneatur alere vxorem, & per Innoc. *in c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor.* & ita intelligūtur ea quæ dicit Rom. *in præmemorato conſ. 117.*

7 Et † nihil mirū ſi pro dictis impenſis detur retentio, & non repetitio, quia idem dicitur de impenſis factis in re aliena, per poſſeſſorem bonæ fidei, pro quibus non datur repetitio, re relaxata, ſed tantum retentio rei, in quam impendit, per textum *in l. ſi in area. in fin. ff. de condict. indeb.* cum aliis allegatis per Negu. *in tract. de pignorib. in 3. membro, 5. part. nu. 9. & per D.* Vincent. de Franchis *deciſ. 512.*

8 Nec etiam obſtare videtur illud, quod pēt actorē dicebatur; † tunc dici vxorem aliunde habere, cum ex fructibus poteſt viuere, non ſi teneretur vendere proprietatem; nam prædicta procedunt, & procederent, ſi tractaretur de diminuendo dotem, viuente vxore, & viuente eo cui alimenta debentur, prout ſupra, & doctrinæ allegatæ loquuntur: ſecus vero quādo tractaretur de reſtituendo dotē, poſt mortē vxoris: tunc n. non habere aliunde dicitur vxor cum dos non ſufficeret, ſcilicet proprietas dotis, & iſto caſū viro non daretur repetitio, ſed quando dos ſufficeret tunc dicitur habere aliunde, & conſequēter vir non tenetur de ſuo, ex quo habet aliunde, vt demonſtratū eſt & ita hoc ver. *aliūde* intelligit Alex. *in cōſ. 161. vo. 7.*

Nec † in caſu iſto curandum eſt de proteſtatione 9
præcedente, propter magnitudinem expenſarum, vt ſupra concluſum fuit, & prout etiam tenet Corneus *conſ. 165. in fin. verſ. expenſa autem, vol. 4.*

Et † quæ dicantur expenſæ magnæ, vel paruæ, remittitur arbitrio iudicis, ex allegatis per Gloſ. *in d. l. omnino in ver. modicis in fine ff. de impenſis in res dotal. fact.* per Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 189.* & per Maſcard. *in tract. de probationib. in concluſ. 76. num. 9.* 10

Et † quod omnino dictæ expenſæ minuant dotem dicebatur non eſſe dubitandum, quia huiuſmodi impenſæ æquiparantur impenſis funerum in omnibus, & per omnia, & eiſdem gaudent priuilegiis, ita Bal. *in l. reſtituenda, C. de petitio. hered.* & Alex. & Iaſ. *in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberan.* vt habetur per Neguſan. *in tract. de pignor. in 2. membro, 5. partis poſt num. 28. verſ. & quod dictum eſt*, & D. Vincent. de Franchis *deciſ. 51.* Et qui tenetur ſoluere impenſas funerum, tenetur etiam ad medelas infirmitatis, vt firmat in ſimili Capycius *deciſ. 84.* & habetur per Ab. *in c. vt præterita, de eloc.* cum aliis allegatis per Follerium *ſuper conſtit. regni incenſualem.* quamuis non detur eadem actio funeraria, per textum *in leg. at ſi quis §. hæc actio, vbi Gloſ. in verb. ſumptuum ff. de religioſis, & ſumptibus funerum.* 11

¶ Vnde cum dictæ expenſæ infirmitatis vltimæ includantur ſub priuilegio expenſarum funerum, certum eſt eas minuere dotem, per text. *in l. in omne, cū l. ſeq. ff. de relig. & ſumptib. funerū & l. impenſa, eod. tit.* cum aliis adductis per Duen. *in reg. 397. nu. 8.* & habetur etiam *in l. quod in vxorem, C. de neg. geſtis*, in qua quamuis detur limitatio, dummodo maritus quaſi recepturus eas erogauerit, tamen, vt ſæpiſſime dictum eſt, ſemper præſumuntur fuiſſe erogatæ animo repetendi, ſi dictæ expenſæ magnæ ſint: cum in magnis expenſis non præſumatur donatio, argumento text. *in l. cum de indebito, ff. pro ſocio.*

¶ Et hoc adeo verum eſt, vt eiuſmodi expenſæ, factæ in beneficium ægræ vxoris, pari paſſu ambulent cum expenſis funerum; nam ſi mulier indotata reperiatur, tenetur vir ei præſtare alimenta, vt per Doctores *in d. l. quod in vxorem.* † & ſimiliter, tunc etiam 12
tenetur ad impenſas funerum, *l. quod ſi nulla. ff. de religioſ. & ſumptib. funerum*, Rom. *conſ. 517.* Caſſaneus *in conſuet. Burg. in tit. des droicts, rub. 4. §. 9. n. 4.* Sed ſi mulier dotata appareat, ex dote deducendæ ſunt dictæ expenſæ funerum: & ita dicendū quoq; eſt de impenſis infirmitatis, prout loquitur text. *in allegata l. quod in vxorem* per quam non excluditur, niſi repetitio à ſocero, non autem prohibetur ex dote non eſſe illas deducendas: quia in defectum dotis, & patrimonii tantummodo vir tenetur alere vxorem, vt animaduertit Abb. *in præmemorato con. 85. num. 4.* & per Innoc. *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* & proinde rectè per eandem Curiam Aquilanam alias fuit iudicatum, quod dictæ impenſæ infirmitatis, & funerum deducantur ex dote, mediante ſententia, lata in fauorē Ioan. Franciſci de Roſis, contra Ioan. Baptiſtā del Cardinale, prædictæ ciuitatis Aquilæ ſub die 16. Iun. 1570. quæ ſententia fuit poſtmodum confirmata per ſacrum regiū Conſil. Neapolitanum, referente D. Anton. de Orficiis, regio conſiliario, & cauſæ commiſſario, & ita quoq; in cauſa iſta fuit in Curia ipſa Aquilana deciſum; & iudicatum ſub die 18. mēſis Feb. 1600. per D. iudicē, Eliſeum Geruaſiū, virum ſummi ingenii, & eminēs ſciētiæ, condēnando maritū ipſum ad reſtitutionē dotiū, deductis impenſis, erogatis in vltima ægritudine dictæ vxoris, & in funeralibus.

OPINIO CCCCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus cui fuit dos promiſſa, & poſtea data, & ſoluta, cenſetur obligatus ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis, & ab illo die cenſetur conſtituta tacita hypotheca.*

1 MARITVS, † cui fuit dos promiſſa & poſtea data, & ſoluta præſumitur obligatus ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis; & ab illo die cenſetur tacita hypotheca: ſecundum Doct. omnes magis communiter *in l. aſſiduis C. qui pot. in pig. habean.*
Cõis opin. Soci. Sen. *conſil. 263. pro inueſtigatione in 3. q. vol. 2.* & Neguſant. *in tractat. de pig. & hypoth. in 2. part prin. 4. membri num.* 14. in quibus locis ſequuntur, & faciunt mentionem Doctor. de iſta communi.

¶ Sed contrariam, & male tenuit *in d. l. aſſiduis.* quam ſequitur ibi Bald. & Specul. *in tit. de Solut. §. ante omnia circa fin. verſ. ſed pone contraxit.* Tamen quicquid ſuadeant iſti Illuſtres Doctor. ob hoc fatuum puta à dicta communi diſcedere in iudicando, & conſulendo: quam ab omnibus moribus, & contrariis tuentur eam ſequendo Moder *in d. l. aſſiduis*, & Doct. variis in locis iuris noſtri.

OPINIO CCCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta à muliere in venditione fundi conſtante matrimonio per maritum facta de virili portione pecunia recepta an obſtet mulieri agenti ſoluto matrimonio ad repetitionem.*

1 MARITVS † & vxor ſi fateantur ſe in venditione prædii dotalis ſimul & pariter illius precium recepiſſe: tunc profectò intelligitur partem illius ad vnumquemque coniugum perueniſſe; Et ſic vbi vir, & vxor, conſtante matrimonio vendiderunt ſimul prædium alicui, quod ante inæſtimatum in dotem fuerat ab vxore datum viro, ſi ſoluto matrimonio, morte viri vxor repeteret dotis nomine precium fundi, vtique poſſet partem dumtaxat virilem repetere ab hæredibus, quaſi in hoc caſu intelligendum ſit, quod partem precii virilem repetere ab hæredibus, quaſi in hoc caſu intelligendum ſit quod partem precii virilem tunc ipſa vxor receperit: ve voluit Bart. *conſil. 134. punctus quæſtionis in princ.* cum quo tranſeunt Bal. *in l. mater tua. col. 5. C. de rei vendic.* Paul. Caſt. *conſil. 296. col. 1. & conſil. 340. in princ. vol. 1. nouiſ. & conſil. 362. in fin. vol. 2. nouiſſ.* Cur. Sen. *conſ. 53. col. 2.* & cæteri ſignati per Boer *deciſ 23. in princ.*

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod in hac re, non obſtante mulieris confeſſione, intelligatur vir omnem pecuniam adeptus, inclinauere Specul *in titul de oblig. & ſolut. § ante omnia, verſ. Sed pone vir & vxor.* & Vber. de Bob. & Ioan. And. *in addit. ibi.* Alber. cum aliis antiquioribus, relatis per eum, Paul. Caſtren. ſibi contrarius *colum. 1.* & Bal. quoque titubanter, *colum. 1. in auth. ſi qua mulier C. ad S.C. Vell.* vbi firmat ex cuiuſmodi confeſſione vxoris non præſumi quicquam ad eam perueniſſe de precio rei venditæ, ſi id aliter non probatum fuerit. Et præterea Salyc. ibi, & Imo. *in l cum vir, col. 6. & col. 9. de vſucap. & in c. cum contingat, colum. 27. de iureiurand.* atteſtatur ſecundum opinionem iſtam fuiſſe aliquando Bononiæ iudicatum. Idemque tradit Roma. *in leg. ſecundum §. transgrediamur. ff. ſolut. matr.* & Federicus de Sen. *con. 241.* & ſententiã hanc veriorẽ ait Ang. Aret. *in §. eſt & aliud colum. 2. inſtit. de donat.* refertque ſe conſuluiſſe apud Regium, in caſu quo pater & filius in eodem inſtrumento dotem recepiſſe pariter fuiſſent fuerunt: vt eſſet intelligendum illam totam perueniſſe ad ipſum patrem mercatorem: & ſecundum iſtam partem iudicauit Sacrum Regium concilium Neapolitanum, teſte Afflicto *deciſ. 290.* & ibi Cæſare Vrſillo *in addit.* & ſequitur etiam Boet. *in deciſ. 23. num. 7.* Natta *conſ. 30. num. 1. vol. 1.* & Crauet. conſulendo cum aliis quam plurimis congeſtis per eum, *conſ. 91.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Et quod hæc communis ſit, conſtat ex relatis etiam per Caſſaneum *in conſuet. Burgund. rub. 4. § 4. nu. 8.* Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. §. 31. Gloſ. vnica, num. 4. & ſeq.* & Moder. *in tract. de contract. ib. vſur. qu. 38. in princ.* ideo ab opinione iſta tantorum patrum, tanquam communiori, tutiori veriorique, approbata in Curiis, & prætoriis tam illuſtribus, erubeſcerem diſcedere. Cõis opin.

OPINIO CCCCLXXXIV.

SVMMARIA.

1. *Mater vel frater dantes ſimpliciter rem propriam, ſeu communem filiæ vel ſorori in dotem, an eam donare præſumantur, etiamſi alias adminiſtratores bonorum puellæ fuiſſent.*
2 *Dotem in dubio præſumitur frater tradidiſſe ſorori animo repetendi non donandi.*
3 *Patruus neptem dotans & non ſtipulans dotem ſibi reſtitui debere, an præſumatur animo donandi illam dotaſſe.*
4 *Mater dotans filiam, etiamſi valde diues ſit, in dubio præſumitur eam dotaſſe de bonis filiæ, & animo repetendi. Eiuſque ratio num. 5.*
6 *Mater non habet filiam in poteſtate, niſi cum eſt eius tutrix.*
7 *Mater non tenetur ad dotandam filiam.*
8 *Mater hæretica, & Iudæa, tenetur dotare filiam Chriſtianam, etiamſi non eſſet ſuum officium dotare filiam.*
9 *Patre & matre ſimul ſe obligantibus pro dote communis filiæ, an videatur mater animo donandi ſe obligaſſe, vel intercedendi pro viro, & repetendi.*
10 *Mater licet non teneatur dotare filiam cum commodè aliunde dotari poteſt, tamen ſi dotaretur, dos ei imputaretur in legitimam.*
11 *Filia, cui promiſſa eſt dos per patrẽ & ſoluta computato in ea legato, alias ipſi filiæ relicto, poteſt, non obſtante tali promiſſione, petere legatum vltra dotem promiſſam. Eiuſque ratio num. 12.*
13 *Pater licet promittat dotem filiæ de bonis paternis, & maternis; nihilominus filia poteſt conſequi dotem integram de bonis patris, & petere bona paterna. Et Paſchalis Turcanicus laudatur.*
14 *Statutũ loquens de filia à patre, vel fratre dotata non procedit cum dotatur filia de bonis maternis, aut propriis.*
15. *Pater tenetur de bonis ſuis propriis dotare filiam.*
16 *Solutio non dicitur, qui ſoluit mihi quod meum eſt.*
17. *Filia pro conſequendis legatis ſibi relictis quot habeat actiones. Et an hæres moroſus teneatur ad intereſſe fructum & expenſas.*
18 *Filius inſtitutus à patre in re propria non dicitur inſtitutus ſed præteritus.*
19 *Filia dotata à patre, non excluditur à ſucceſſione materna, & fraterna, quod procedit etiam de iure regni. num. 20.*

21 Sta-

21 *Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione, an de ſucceſſione dotantis tantum intelligendum ſit. & num. 22. & 23. etiamſi filia renunciaſſet ſucceſſioni tam maternæ quam paternæ. Et quæ requirantur, vt talis renunciatio valeat. num. 24.*

25 *Renunciatio hæreditatis à filia facta an pro ſui validitate requirat præſentiam, & conſenſum, expreſſum eorum de quorum hæreditate agitur. & num. 27.*

26 *In pacto de non ſuccedendo, an requiratur conſenſus eius, de cuius hæreditate agitur.*

28 *Renunciatio hæreditatis maternæ à filia facta, an valeat etiamſi filia renuncians nihil habuerit ex hæreditate materna.*

29 *Filia an à ſucceſſione materna excludatur, ſi pater dicat; ſe eam ex bonis maternis dotaſſe, vel in aſsignatione dotis dictum ſit, eam à patre, & matre dotatam. an vero requiratur, vt quantitas certa exprimatur, quæ pro dote materna data ſit. & num 30.*

31 *Renuncians hæreditati paternæ, maternæ, & aliis ſi non renunciauit in ſpecie hæreditati dotantis, ei ſuccedere non prohibetur.*

32 *Renunciatio hæreditatum etiam generaliſsima, intelligitur de delatis, non deferendis, & non extenditur ad iura futura.*

33 *Mulier quæ primum coram Iudice, vel Notario & teſtibus cum iuramento proteſtata fuit, ſe ex certis quibuſdam cauſis expreſsis, hæreditati voluntariæ renunciare nolle ſi poſtea renunciet, an illius renunciatio valeat & num. 34.*

35 *Item an talis proteſtatio clandeſtina partibus non intimata, illiſque ignorantibus facta vllam vim habeat.*

1 MATER vel frater aſsignantes, danteſque ſimpliciter in dotem rem propriam, ſeu communem illam vtiq; donare cenſentur, etiamſi alias adminiſtratores bonorum puellæ fuiſſent ſecundum Cyn. Iacob. de Are. & Saly. in *l. fin. C. de do. promiſ.* Bal. in *l. Neſennius. col. 2. ff. de nego. geſt.* & iſtorum opinionem tuentur pluribus, & quidem optimis rationibus, ſequiturque conſulendo, & magis veram, & communem eſſe inquit Iacobus Mandellus *conſil. 12. num. 1. cum aliis ſeq.*

§ Et licet Mandel. in *præcitato conſil. 32. ſub num. 1.* aſſeueret ſe ſolum inueniſſe Bald. *in d. l. fin.* contrarium ſentientem: tamen arbitror ſententiam Bald. magis veram, magiſque communem eſſe. Nam frater, & alii extranei habentes mulieris adminiſtrationem, in dubio videntur tradere dotem ſuæ ſorori de bonis patris, vel ipſius ſororis: vt concedunt etiam expreſſè Gloſ. *in verb. paternum eſſe officium* Iacob. de Rubal. Ang. & alii complures *in d. l. fin.* & Bart. Socin. *conſ. 291. viſis literis. vol. 2.*

2 Et † hinc præſumitur animo repetendi, non autem donandi fratrem tradidiſſe ipſam dotem ſorori: vt per Gloſ. & Doct. *in d. l. fin.* Bal. *conſ. 73. in princ. vol. 1. & conſ. 355. verbo inſtrumenti. vol. 4.* & Corn. *conſ. 124. viſo puncto. vol. 1.* Vbi in fortioribus, & durioribus

3 terminis conſulat; † quod ſi nepos, & patruus ſtipulati non fuerint dotem ſibi reſtitui, licet ad nepotem, & fratrem filiæ ſpectaret onus dotandi, quod tamen patruus non præſumatur animo donandi dotaſſe.

4 Et † quemadmodum frater dotans ſororem, cenſetur dotare bonis patris, ſeu ipſius ſororis; ita pariformiter mater, dotans filiam, in dubio præſumitur dotaſſe de bonis filiæ, non autem ipſius matris: & conſequenter animo repetendi, etiamſi mater valdè diues foret: ita Gloſ. *in d. l. fin.* & Bal. Nouel. *in tract. de dote in 6. par. priuileg. 3. ſub num. 3.* Et ratio 5

poſſet aſſignari iſthæc: † quoniam mater, frater, & patruus tanquam extranei promittunt dotem, *l. vnica §. extraneum C. de rei vxo. act.* vbi diſponitur, omnes illos in præſenti materia nuncupari extraneos, qui mulierem in poteſtate non habent, & *in l. Caius ff. ſolt. matrim.* Nam de matre certiſſimum eſt eam non

habere † filios in poteſtate: vt in *§. fœmina, inſtit. de adopt. & inſtitu. de patria poteſtate*: niſi quando eſſet tutrix filii ſui. text. eſt ſing. cum Gloſſ. *in c. ex parte, de appell.* & ibi Bal. Philip. & alii. 6

Nec † ipſam matrem teneri regulariter ad dotandum filiam: *vt l. neque mater. & l. auia. de iure dotium* Gloſ. Saly. & cæteri omnes concorditer, *in d. l. in fin. C. de dotis promiſ.* Soc. *in repet. l. 1. num. 197. ff. ſolut. matr.* vbi hoc limitat in duobus caſibus & Ioan. Camp. *in tract. de dote in 1. part. q. 12.* & Marquardus de Suſannis *in tract. de Iudæis, & infidelibus in 3. part. cap. 4. num 3.* 7

Quibus in locis tradunt iſtam limitationem inter alias, † quod mater infidelis, & hæretica teneatur dotare filiam Chriſtianam, etiamſi non eſſet eius officium illam dotare. *l. cognouimus C. de hæret.* Gloſ. *in d. leg. fin. Cod. de dot. promiſ. in verb. paternum eſt offic. & in leg. mater Cod. de iure dot.* Doctores omnes *in auth. res quæ C. Commun. de leg.* & Socin. Iunior. *in repet. d. leg. 1. ſub numer. 197. ff. ſolut. matrimon.* vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem: quam ibi ampliat procedere in matre etiam Iudæa, & Bald. *in dict. leg. mater.* Marquar. *in loc. præcitato*, & Iaſ. in *§. fuerat. ſub numer. 115. Inſtitut. de actio.* 8

Imo † pater & mater ſimul ſe obligarent pro dote communis filiæ adhuc minimè videtur mater animo donandi ſe obligaſſe: ſed intercedendi pro viro, & repetendi, vt firmat Bal. Nouel. *in tractat. de dote in 6. part. priuileg. 3. numer. 7.* vbi recenſuit ita factum in contingentia conſultum fuiſſe. 9

Vnde † quamuis mater non teneatur dotare filiam, quando habet vnde aliunde ſe commodè dotare poſſet: nihilominus tamen ſi ab eo dotetur dos ipſa imputatur in legitimam: vt firmat & probat Picus *numer. 196.* Ruinus *numer. 42.* & aliqui alii Mod. *in leg. in quart. ff. ad leg. Falcid.* & Rolandus à Valle *con. 44. viſa donatione facta ſub numer. 41. volum. 4. & conſ. 70. de duobus dubitare contigit, ſub num. 14. eod. volum. 4.* 10

Sed † vbicunque pater promitteret, & ſolueret dotem filiæ ſuæ, eius viro, ſeu ſocero ſtabilitam atque determinatam; computato in ea legato, ſeu legatis eidem filiæ aliàs relictis: tunc filia ipſa poſſet dubio procul, non obſtante promiſſione, & ſolutione hac, petere memorata legata vltra dotem promiſſam: ita Gloſſ. Bald. & omnes concorditer *in l. fin. C. de dot. promiſ. per textum ibi* Capra *conſil. 29. num. 3. & ſeq.* & Alciat. *in tractat. de præſumpt. in reg. 1. præſum. 16. num. 1.* 11

Et ratio eſt † quia legatum non compenſatur cum dote: ita Alex. *conſ. 90. in fin. volum. 7.* Cum legatum ipſum compenſationem; & retentionem omnino tollat, & excludat *l. 1. & leg. ne dot. ff. de dot. prælegat.* Gloſſ *in conſuet. Neapolitan. de iure quarta*, Alexand. *conſil. ſeptimo numer. 10. in fine volum. 2. & in l. 4. volum. 5. ff. ſol. matrimon.* & Grammaticus *conſil. criminal. 214. in cauſa illuſtris Domina, numer. decimo & ſequent.* niſi filia legitimè conſentiat: ſecundùm Baldum *con. 327. volum 7.* 12

Imo † hoc concludendum eſſet, quotieſcunque pater expreſſe idem promitteret, & pariter dotem ſolueret filiæ, eius viro, ſeu alteri eius nomine de 13

bonis

bonis paternis, & maternis: tunc enim filia ipſa de-
beret conſequi dotem integram de bonis patris, &
petere bona materna: ſecundum Doct. omnes *in d.*
l. fin. C. de dot. promiſ. per tex. ibi, Paul. Caſtreo. *Conſ.* 458.
quanta m ad primum quæſitum, ſub num 3. *& ſeq. vol.* 2. Ga-
rard. *in ſing.* 71. Capram *in d. conſ.* 29. *num.* 7. *& ſeq. &*
conſ. 39. *num.* 3. & Bal. Nouel. *in tract. de dote in* 6. *priuil.*
6. *partis princ.* vbi planè deducit, ſe alias ita conſuluiſ-
ſe apud Piſtorium ſimul cum illuſtri D. Ioanne de
Monteſperello: & ita conſuluiſſe Doctores ipſos
Peruſinos refert etiam Gerard. *in d. ſing.* 71. Et huic
opinioni accedit etiam Alciatus *in tract. de præſumptio-*
ne in reg. 1. *præſump.* 26. *ſub num.* 1. *cum aliis ſeq.* Socin. Iu-
nior. *in d. l.* 1. *num.* 65. *ff. ſolut. matrimon.* & Ioan. Bapt.
Plotus *in tract. de in litem iurando, ſiue in repet. l. ſi quando*
C. vnde vi, in § 7. *num.* 15 & ita conſuluit quoque do-
ctiſſimè mihi ſuo ſuperioribus annis conſummatiſ-
ſimus, & in legali ſcientia excellens D. Paſchalis
Turcanicus, conciuis meus, qui ſua humanitate, &
munificentia ſemper me amauit vti filium: cui con-
ſilio ſe ſubſcripſere nonnulli celebres Doctores, &
præſertim clarus, diſtinctus, & copioſus Doctor D.
Bernardinus Alphanus Peruſinus qui ſubſcribendo
ſe etiam remiſit ad relata *in l. fin. C. de dot. promiſ. coll.* 8.
318. Et ita eundem D. Paſchalem in curia noſtra ob-
tinuiſſe, reportaſſeq; ſententiam, ad fauorem Ioan-
nis Antonii de iudicibus de Aquila ſui clientis, in
anno 1572 nō me fugit. Et licet Iaſ. *in d. l.* videatur in-
nuere contrarium *col.* 7. Tamen mutando conſilium
Com. in melius, innititur primæ opinioni, tanquam magis
opin. communi, *in l. Gallus.* § *quidam rectè num.* 40. *ff. de lib. &*
poſth. & in conſ. 134. *vol* 4. *col* 8 *& in* § *fuerat, num.* 105.
Inſtit. de act. & ibi Ang. Aret.

14 Et hinc eſt † quod ſtatutum loquens de filia do-
tata à patre, vel fratre, non ſortiatur locum, quan-
do dotaretur filia ipſa de bonis maternis, aut bonis
propriis ipſius filiæ: ita Bal. *in l. mater. C. de iure dot. &*
in l. 1. *C. de legi. hæred.* Curt. Senior. *conſ.* 47. *colum. pen.*
15 Nam † pater tenetur de bonis ſuis propriis dotare
filiam: ita Bar. *in tract. de alimen.* & ibi Bal. *col* 6 *verſic.*
Item quod ſi vnum Pert. de Vbal. *in tract. de duobus fratri-*
bus in 6. *part.* Paul. de Caſt. *conſ.* 304. *vol.* 2. & Alex. *conſ.*
76 *vol* 4.

Poſſet opinio hæc poſtremo comprobari alia et-
16 iam ratione. † Nā ſoluere non dicitur, qui ſoluit mi-
hi quod meum eſt: ſecundum Gloſ. *in l. ſi quis ff. de ſta-*
tu liber. & Bal. *in l.* 1. *C. ſi ſeruum ex teſt.*

Vnde † merito filia ipſa pro conſequendis legatis
17 tres videtur habere actiones, & quandoque iudicis
officium: & præſertim poſt aditam hæreditatem: &
legata ipſa facta filiæ creſcunt per inſi-ationem, &
moram hæredis. Nam hæres moroſus tenetur ad in-
tereſſe fructus, & expenſas § 1. *Inſtit. de leg.* & ibi Do-
ctor. Bar. Bal. & communiter alii omnes *in l.* 1. *Cod.*
Com. *communia de leg. ut exitu res* & ibi Bar. *ff. de leg.* 1. *apud Iulia-*
opin. *num* §. *fideicommiſſum l. qui concubinam* §. *fin.* Gloſ. *in l.*
quod legat ff. de iud. Lanfran. *in c. quoniam contra de pro-*
bat. in ver. expenſas, paulo poſt prin. & S.ec. *in tit. de accuſa*
fin vetit. §. 2. *& in tit. de appellat.* §. 11. *ver.* 1.

§ Itaque hæc opinio ſic roborata, & ab omnibus
ſcribentibus vnanimiter recepta, procederet de pla-
no, & abſque ſcrupulo aliquo, ſi pater diues eſſet, &
ex eius bonis quantitas promiſſa commodè ſol-
ui poſſet vt eleganter & vtiliter declarat Soci. Iun.
in repet. d. l. 1. *ff. ſol. matr. num.* 165. præſertim cum filia
fuerit abſens tempore antedictæ promiſſionis dotis,
nec ei conſenſerit nec eueniat inconueniens, quod pa-
ter potuerit ſe liberare ab onere dotandi filiam con-
tra voluntatem filiæ: prout aſſabrè conſiderat Aret.
quem refert Socinus Iunior *in dict. l.* 1. *numer.* 173. 18
Et † quemadmodum pater tenetur filiam dotare
de ſuo, alias dotata nō dicitur, ita pariformiter filius
inſtitutus à patre in re propria, non dicitur modo
aliquo inſtitutus, imò præteritus is penitus cenſetur
ita Bald. *conſ.* 93. *ſi in eodem. colum.* 2. *vol.* 3. Gloſſ. *in l.* 3.
ſed vtrum ff. de minor. Alex *conſ* 20. *colum.* 3. Paul. de
Caſt. *conſ.* 455. *ad primum puto dicendum, colum.* 1. *vol.* 2.
Iaſ. *conſ.* 66. *colum.* 1. *volum.* 1. *& conſ.* 160. *col.* 1 *& ſeq.*
Guid. Papæ *deciſ.* 461. & Dec. *in l. poſthumo. colum.* 3. *C.*
bon poſ contra tab.

Vnde pro aſtringendo centro huius vtiliſſimæ
materiæ, hodie neceſſario animaduertendum eſt,
† quod filia dotata à patre, non excludatur à ſucceſ- 19
ſione materna, & fraterna, per text. *in l.* 1. *& l. matri*
C. ad Orphic. & §. 1. *Inſt. eod. tit. l.* 1. *& pen. de legit. hæred. ab*
inteſt. quibus iuribus non ambiguè cauetur, atque
diſponitur, ad hæreditatem matris, & fratris admitti
filiam, & ſororem.

Imo † hoc non ſolū procedit de iure cōmuni, ſed 20
etiam de iure regni: quia conſtitutio in aliquibus
loquitur, in bonis duntaxat paternis, non autem in
bonis maternis, niſi in ſpecie probetur conſuetudo
contraria, ſcilicet, quod etiam à bonis maternis filia
excludatur, alias conſuetudine non probata fœmina
ſuccedit in bonis maternis, nec per maſculum ex-
cluditur vllo modo ſecundum Andr. de Iſer. *colum.*
15. *& ſeqq. verſ. ſed nunquid*, & Afflict. *nu.* 47. *& ſequent.*
in all gata conſtit. in aliquib. & ita conſuluit quoque
Cæphal. *conſ.* 344. *num.* 36. *vol* 3. & Ioan. Vinc. de An-
na, *in allegation.* 70. *num.* 6. *& ſeqq.* & ita multoties et-
iam deciſum fuit in ſacro conſilio, atteſtante Afflict.
deciſ. 178. *num.* 2. & ibi Viſil. *in additione in princ.* & D.
Vincent. de Franch. *deciſ.* 171.

In tantum vt pro confirmatione huius conclu-
ſionis, ita amplificate; quod fœmina dotata à patre
non excludatur à ſucceſſione materna; vltra allegata
adducatur † quoq; illa communis concluſio; quod 21
ſtatutum excludens dotatam à ſucceſſione bono-
rum, non cenſeatur illam excludere, niſi à ſucceſ-
ſione dotantis tantum. & ideo, ſi filia dotetur à pa-
tre, & decedat mater; ipſa filia ſuccedit matri, quæ
eſt Originalis doctrina Bald. *in l.* 1. *C. de legit. hæred.* ibi
Paul. Caſtr. ex qua Dec. regulam ponit *in l. pactum*
quod dotali num. 8. *C. de pact.* Alex. *conſ.* 29. *num.* 6. *vol.* 1.
conſ. 151. *num.* 3. *vol.* 2. vbi Apoſtilla allegat torrentem
Doctorum *conſ.* 134. *num* 7. *vol.* 6 vbi additio admo-
dum ampliſſima, ita determinatis, quod ſi ſtatutum
excluderet filias dotatas à ſucceſſione patris, & ma-
tris, quod nihilominus intelligendum foret à ſuc-
ceſſione patris, ſi dotarentur à patre, à ſucceſſione
vero matris, ſi dotarentur à matre, & Caualcanus
deciſ 8. *num.* 29. *in* 3 *part.* etiam iſtam opinionem com-
munem appellat Dec. quoque *conſil* 346. *num* 4. *&*
conſil. 369 *num.* 7. *& ſeq.* & communem hanc ſenten-
tiam, tanquam iuſtiſſimam, tenendam eſſe ſimiliter
ait Cephal. *conſ.* 278. *num.* 95. *& ſeq.* Ancharani. in. *q.*
familiari 33 *num.* 3. *lib.* 3. & communem ſimiliter eam
vocat D. Anto. Teſaur. *deciſion. pedemontana* 62. *in prin.*
annectendo etiam eo in loco, ſecundum illam fuiſ-
ſe iudicatum in illo ſenatu, quam amplificat quoque
tanquam communem, vtiliter Anton. Gabriel. *de*
ſtatut. concluſ. 7 *lib.* 6. obtinere locum, etiam ſi ſtatu-
tum ſimpliciter dicat; quod filia dotata non ſuc-
cedat, vt tunc intelligatur in bonis dotantis *ex conſ.*
Decii 346. *conſ.* 379. *conſ.* 389 *num.* 2. *& conſ.* 634.

Itaque firmata iſta communi concluſione tan-
quam irrefragabili †; quod tunc demum filia ex-
cludatur ab hæreditate materna, ſtante maſculo, 22
cum

tum probatur, ita fuiſſe interpretatam conſtitutionem regni præmemoratam *in aliquibus*; vt excludatur filia, tam ab hæreditate paterna, quam materna, & quando probata eſſet conſuetudo, quod ſemper fœmina ſit excluſa, illa autem nõ probata, filia non excluditur, prout iſta, omni ſcrupulo remoto, cenſetur veriſſima, atque inconcuſſa concluſio, cauſis itaq; in ſacro regio conſilio Neap. vt per Afflict. *in allegata deciſ.* 178. *num.* 2. & per Vetillum *in add. eo in loco* & per Io. Vincent. de Anna *in prænominata allegatione* 70. *nu.* 6. *& ſeqq.*

23 Et † quamuis D. Vinc. de Franch. citatus pro iſta parte, *in deciſ. præallegat.* 171. videatur quodammodo in contrariam inclinare ſententiam, tamen rectè intuenti, non videtur ipſe ſe apponere tam claræ veritati, cum de Franchis allegat eo in loco Andr. de Iſer. & Afflictum in locis ante ſignatis, qui conſtantiſſime firmauere, tunc demum filiam excludi ab hæreditate materna, quando probata eſſet prædicta conſuetudo quod ſemper fœmina ſit excluſa, vnde cum de Franchis moueatur authoritate Andreæ de Iſernia, & Matthæi de Afflictis debet re ipſa intelligi ſecundum ea, quæ allegati Doctores per eum concludunt, ita Bar. *in l. non ſolum. §. liberationis ff. de liber. legat. & l. cum quidam, ff. de his quibus vt indig.* alias dicta conſuetudine non probata fœmina ſuccedit in hæreditate materna. ſed quoniam in caſu deciſionis de Franchis apparet conſuetudo Neapolit. quæ incipit, *ſi moriatur*, quæ fœminam excludit ab hæreditate matris, merito Franchis dicit, ſic hodie abſque dubio iudicamus; quia adeſt iſta conſuetudo & dum allegat Afflictum *deciſ.* 178. & Andr. de Iſernia *in d. conſtit. in aliquibus*, debet neceſſario intelligi ſecundum eorum diſtinctionem, videlicet, vt excludatur fœmina, probata huiuſmodi conſuetudine alias illa non probata fœmina ſuccedat, ita vt filia ſuccedat matri, cum non apparet probata præſens conſuetudo prout hoc idem firmat, ſimiliter Marãta *in ſuis diſputationibus, poſitis in ſuis tractatu de iudiciis, diſputatio* 19. *concluſ.* 7. *n.* 28 *& ſeq.*

24 Neque † vllatenus ſimiliter obſtaret in hac materia ſi filia renunciaſſet hæreditati maternæ & fraternæ, abſente matre vel fratre tempore renunciationis, quia ad hoc, vt valeat & teneat talis renunciatio requiritur, vt perſona illa de cuius hæreditate agitur ſit præſens, & expreſſe huic renunciationi conſentiat, *l. fin. C. de pact.* per quem textum ita conſuluit Rolan. à Valle *conſil.* 81. *vol.* 4. Dec. *in l. pactum, quod dotali. num* 9. *verſ* 6. *limita C. de collat.* quem refert, & ſequitur de Franch. *in addit. Neap. ſi moriatur, fol.* 84. *verſ. inde* Dec. idemq; tenuere etiam Ancharan. Gemin. & Imol. *in c. quamuis de pact. in* 6. Piſarel. *in allegata conſuetud. ſi moriatur, fol* 84. *verſ. vnde tenentes* Hieron. Gabriel. *conſil.* 138. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 1. Ferd. Vaſq. *de ſucceſ. creat. §.* 18. *num.* 13. Grauet. *conſ.* 42. *num.* 5. Alex. *conſ.* 155. *num.* 10. *vol* 7. vbi Pariſienſ. in additione ait ita obſeruari, & multoties ſic iudicatum fuiſſe *& in additione quoque ad Dec. conſ.* 380. *num.* 15. *in litera C*, & ita conſuluit Soc. Sen. *conſ.* 73. *cluſ.* 2. *vol.* 3. & Ancharan. etiam in terminis *conſ.* 39. *nu.* 3. & iſta eſt vera, indubitataque concluſio, atque pariter communis, Doctoribus teſtibus in locis præcitatis.

25 Nec † diſturbat modo illa obiectio vulgaris, quæ fieri conſueuit, quod conſenſus matris, & fratris non ſit neceſſarius, cum non tractetur de pacto de ſuccedendo, ſed de pacto de non ſuccedendo, in quo non requiritur conſenſus, quia hæc obiectio eſt contra communem ſcholam omnium ſcribentium, Rolan. enim à Valle *in allegato conſ* 81. *vol.* 4. format caſum in pacto de non ſuccedendo, & concludit renunciationem eſſe nullam, & planum pariter facit hanc eſſe communem opinionem, idemque conſuluit etiam Hierony. Gabriel. *conſ.* 138. *in fin. volum.* 1. de Franch. *in additio. Neapolitan. in conſuetud. Neap. ſi moriatur, fol.* 84. & Rolan. *in eodem conſ.* 81.

26 Secundo loco excluditur quoque eiuſmodi difficultas hac etiam viuaci ratione, quod † etiam in pacto de non ſuccedendo requiratur conſenſus eius, de cuius hæreditate agitur vt firmat Cagnol. *in l. fin. numer.* 29 *C. de pact.* Alexan. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta num.* 12. *ff de verb. obligatio.* vbi Iaſon Bald. Cuman. & alii quos refert, & ſequitur Ferd. Vaſq. *in tractat. de ſucceſſ creat. §.* 18. *requiſit.* 29. *num.* 30. *& ſeq.* & hoc ea ratione, quia ex parte renunciantis eſt pactum de non ſuccedendo, ſed ex parte fratrum eſt pactum de ſuccedendo, idem conſuluit Cæphal. *conſ.* 605. *numer.* 21. *& ſequent. vol.* 4. vbi teſtatur etiam hanc eſſe magis communem & ab ea non eſſe recedendum in iudicando, quod videlicet omnis vbicunq; tractatur de hæreditate tertii viuentis, ſiue ſit pactum de non ſuccedendo, ſiue de ſuccedendo, ſemper, tanquam contra bonos mores, non valeat & votum captandæ mortis inducat.

27 Nec aduerſatur poſtremo illud plumbeum, aridumque miſerorum refugium, † quod ſufficiat conſenſus tacitus, atque præſumptus, nec vllatenus requiratur conſenſus expreſſus ex quo contaminaretur reuera veritas ipſa, quia imo requiritur in iſto caſu conſenſus expreſſus vt conſuluit Gozad. *conſ.* 97. *num.* 2. *& conſil* 98. & Menochius *conſil.* 92. *num.* 36 *& ſequent.* & hæc eſt communis opinio, vt requiratur conſenſus expreſſus atteſtantibus Cagnol. *in l. fin. numer.* 95. *Cod. de pact* Grauet. *conſil.* 42. *num.* 5. Apoſtilla ad Decium *in conſil.* 379. *in litera* O, Socin. Sen. *conſ.* 74. *volum.* 3. Decius *in l. pactum, verſ. ſexto limita*, & ita etiam Cagnolus ipſe ſæpius reſpondiſſe. Et quod requiratur conſenſus expreſſus probat textus etiam *in allegata l. fin. Cod. de pact. verſ. ſcienti, & iubente*, & Cagnolus *ibi num.* 98. & quod requiratur conſenſus expreſſus illius, cuius hæreditati renunciatur, tenet Bart. *in leg. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. obligation.* dum limitat, *c. quamuis, de pact. in* 6. & quod ita fateantur omnes teſtatur Rodericus Suarez. *in l. quoniam in prioribus, limit.* 5. *Cod. de inoffic. teſtament.* refert & ſequitur Michaël. Graſ. *de ſucceſſione ab inteſtat. quæſtion.* 10. vbi proprie loquitur de pacto non ſuccedendi & de conſenſu expreſſo loquitur Caualcan. *deciſ.* 22. *num.* 16. *lib.* 3. vbi allegat Cæphal. *conſil.* 34. *num.* 10. *vol.* 1. *& conſ.* 334. *num.* 1. *vol.* 3.

Et quamuis paulo antè comprobata reperiatur illa concluſio † renunciationem filiæ factam, vt ſupra, non valere, ex eo, quod renuncians nihil habuerit de bonis maternis, per ea quæ conſuluit Ancharanus *conſil.* 39. tamen cum impugnari poſſit hæc concluſio, ex aſſertione Antonii Gabrielis, in loco infra citando, communem videlicet opinionem extare contra Ancharan. rogo iudices, vt circumſpecti ſint in iudicando; nam ad ſuadendum Ant. Gabriel. quod communis opinio ſit contra Ancharanum *in rub. de iure dot. concluſ.* 1. *num.* 15. citat Romanus *in leg. qui ſuperſtitis. ff. de acquirend. hæred* & Alexand. *conſ.* 142. *volum.* 1. & alios, qui quidem Romanus, & Alexander ſunt reuera in locis prænominatis communiter reprobati, vt per Cæphal. *conſil.* 641. *num.* 88. *&* 135. *volumine quinto & conſil.* 751. *numer.* 27. *eodem volum.* qui tanquã communiter reprobati, non poſſunt 28

nec-

Digitized by Google

1 MANDATVM † generale cum libera, æquiparatur habenti ſpeciale mandatum; & conſequenter paria ſunt, habere mandatum generale, cum libera, & habere ſpeciale, atque indiuiduum mandatum: ſecundum Bart. Paul. Caſtren. *num.* 4. & alios *in l. procurator cui libera ff. de procuratoribus.* Alex. *conſil.* 44. *nu.* 2. *vol.* 2. *& in l. ſi procurator. num.* 2. *ff. de procur.* & Berous *in q.* 34. *ſi procurator, nu.* 9. *& ſeqq.*

2 Sed † hoc procedit circa concernentia ea, quæ ſpecialiter reperiuntur expreſſa in mandato, puta, ſi conſtituo procuratorem ad talem actum, videlicet, ad litem cum libera: vtique poſſet huiuſmodi procurator tunc de lite hac tranſigere, & conſequenter facere ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt: quod facere non potuiſſet, ſi illa clauſula non adeſſet: ſecus eſt circa alia non expreſſa in mandato, exempli gratia Conſtituo procuratorē ad talem, & talem actum, puta ad agendum, & defendendum, & generaliter ad omnia alia, &c. non per hoc cenſetur habere mandatum cum libera, ad omnes alias cauſas non expreſſas, ſed circa illas tantum expreſſas, text. eſt *in c. qui ad agendum. de procur. lib* 6. not. Bar. *in l. qui Romæ. §. Callimachus ff de verb oblig in d. l. procurator, cui libera. ff de procu.* Ferra. *in ſua pract* Papien. *in forma libelli reſponſiuarum contenti, ſup. ver. Simonettus Spelta procurator, ſub nu* 7 Et ita obſeruatur in pract. teſte Cyno, & Alex. *in l. qua aliā. ff. de offic. procur.* Caſ quos refert, & ſequitur ibi Iaſ. *nu.* 21. aſſerens iſtam eſſe communem concluſionem: & ita conſuluit Bal. *conſil.* 371 *viſo tenore ipſorum doctorum, inſtrumentorum mandati, & donationis facta, nu.* 1. *& ſeq. vol.* 4. & Berous *in d. quæſt* 34. *num* 11. Com. opin.

3 Aduerte etiam, † quod idem ſit habere mandatum plenum, & mandatum cum libera. Et ſic illa clauſula, *cum pleno mandato*, importat vt libera: ſecundum Glo. Bar. Paul. Caſtren Alex. Iaſ. & alios *in d. l. ſi procurator.* præſertimq; ibi Card. Albanum *in lucub. ad Bar.* Fely. cum cæteris allegatis per eum, *in c. nonnullis. §. ſunt & alii, num.* 9. *de reſcript.* & Hippolytum Riminal. *in §.* 1. *Inſtit. quib. aliena. licet, vel non, num.* 130. *cum alus ſeq.* vbi ponit alios caſus, in quibus videtur concedi libera adminiſtratio: & iſta eſt communis, & ſacroſancta opinio. Com. opin.

¶ Et licet Berous *in quæſt* 20. *pater filium ſuum conſtituit procuratorem, nu.* 5. aſſerat contrariam ſententiam ſimiliter communem, & admoneat ab ea in iudicando non eſſe recedendum, poſt Ant. *in c. fin. de dilatio.* videlicet, quod mentionata clauſula, *cum pleno mandato*, non idem operetur, quod clauſula, *cum libera.* Tamen noli recedere ab hac prima opinione, tanquam magis tuta, magis vera, legali & communi: quam ſequitur etiam, tanquam communem, idem Berous reuocando iudicium in melius, *conſil.* 23. *quid iuris ſit in caſu propoſito, n.* 8. *cum alus ſequent. vol.* 3. Com. opin.

4 Sed redeundo ad inſtitutū noſtrum, concludo, † quod habens generale mandatum, etiam cum clauſula de rato, compromittere non poſſit, cæterum requiritur ad id ſpeciale mandatum; & ſic mandatum ipſum ſpeciale neceſſariū eſt in tranſactione, & compromiſſo, nec ſatis eſt clauſula generalis, qua promitteret Dominus, quicquid actum à procuratore fuerit, ſe ratum habiturum. *c. ad noſtram. de iuram. calumn. c. per tuas. de arbitr. & l. mandato generali ff. de procur. & l. tranſactionis C. de tranſact.* Soc. *conſil.* 18. *proſequendo ordinem. vol.* 1. Lanfran. de Oriano. *in tract. de arbitr. par.* 3. *quæſt* 3. Glo. & Doct. *in c. ex parte decani. de reſcript. & in c. contingit. de tranſact.* Roma. *in l. in prouinciali. §.* 1. *ff. de operis no. nunciatio.* Bartol. *in l.* 2. *ff de offic. procur.* Cyn. Bald. & alii in *l. ſi procurator ad vnam ſpeciem, C. de procuratoribus* Gemin. *in cap. qui ad agendum. de procuratoribus, in* 6. *per textum ibi*, & Iaſon *conſil.* 134. *nu.* 2. *vol.* 4.

5 Sed † hoc non vtique locum obtineret in procuratore, cum libera, & generali adminiſtratione; quia ille proculdubio compromittere poſſet. *d. l. tranſactionis*, & ita firmant Gloſſ. & omnes Legiſtæ in *l. ſi procurator. ff. de condictio. indeb.* & Bartol. & Moder. *in d. l. qui Romæ. §. Callimachus.* & Canoniſtæ *in d. cap. qui ad agendum*, & Celſus Hugo *conſil.* 124. *vulgaris eſt determinatio iuris, ſub num.* 6. vbi refert ita hoc deciſum apparere, etiam per leges Hiſpaniæ.

OPINIO CCCCLXXV.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de compromittendo, emendo, vendendo, & ſimilibus, an præſumatur poſt ſpatium mille annorum effluxum, ſeu ex diuturnitate temporis interueniſſe, etiamſi non probetur.*

2 *Laudum antiquum præſumitur in dubio latum præcedente compromiſſo.*

3 *Mandatum de cuſtodiendo præſumitur. ex antiquitate temporis, ſeu ex diuturnitate cuſtodia præcedentis.*

4 *Ratificatio mandati an & quando præſumatur ex antiquitate temporis.*

5 *Mandatum præſumitur ex antiquitate temporis, cum apparet productionem mandati eſſe factam, vel ceſſante productione, litem fuiſſe conteſtatam ab aliquo, tanquam procuratore.*

6 *Mandatum ex curſu longi temporis præſumitur in actu, ad quem quis veriſimiliter ſine mandato non accederet.*

7 *Mandatum mentionatum in ſententia, aut in inſtrumento antiquo, præſumitur interueniſſe propter antiquitatem temporis.*

MANDATVM † ad compromittendum, emendum, vendendum, & ſimilia, præſumitur etiam poſt ſpatium decurſum mille annorum; Vnde ex defectu huiuſmodi mandati vſq; ad mille annos, non poteſt dici ſententia nulla, ſi de mandato non conſtet: quia præſumitur ex maxima diuturnitate temporis interueniſſe: vt voluit Bal. *conſ.* 327. *vol.* 1. quem ſequitur Paol. Caſtr. *conſ.* 84. *viſa facti narratione circ fin. vol.* 1. Dec. *conſ.* 181 *n.* 17 *conſ.* 409. *& conſ* 36 *col.* 3. Iaſ *in l. ſciendum col.* 8. *ff. de ver. oblig. & in l.* 1. *C. qui admitti.* Cur. Sen. *conſ.* 77. Natta. *conſ.* 341. *ſicut & tanctè videtur fuiſſe iudicatum, n.* 2. *vol.* 2. Bertr. *conſ.* 244. *viſo inſtrumento conceſſionis immunitatis, n.* 3. *vol.* 4. *& conſ* 58. *multa ſunt, propter quæ vniuerſitas n.* 1. *vol* 6. Boer. *deciſ.* 281. *n.* 17. Riminal. *in d. l.* 1 *n.* 28. Zuccardus, & Bolognettus ibi, *nu.* 58. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, Sebaſtian. Vant. *in tract. de nullitatib. in rub. quibus modis ſententia nulla defen. n.* 28. *fol. par.* 165. Balbus *in tract. de præſcript* & Soc. Iun. *conſ.* 139 *n.* 10. *vol.* 3. vbi ait hodie forſitan hanc ſententiam eſſe communem: & ita in ſacti contingentia conſuluit, ſeu determinauit Rota Rom. teſte Caſſadoro, *deciſ.* 3. *per totam, in tit. de procuratoribus.* Com. opin.

¶ In contrariā vero partem, videlicet, quod mandatum, de quo non conſtat, non præſumatur, niſi per partem aduerſam probetur, inclinauit idem Bald. titubanter, & ſibi contrarior *in l.* 1. *C. de reb. alien. non alienan. & in l.* 2. *C ſi ex falſo inſtrument. poſt princ. & in l. qui fundum. ff. de vſucapio.* quem ſequitur Salicet. *in d. l.* 1. *C de re. alien. non alienan.* Alexan. *in d. l. ſciendum, col.* 4. *in l. qui in aliena, colum* 2. *ff. de acquir. hæred. in conſil.* 1. *col. penult. vol.* 4. *& conſ.* 191. *col.* 2. *vol.* 6. Veronen. *conſ.* 16. *col.* 6. deciſ. Neapolit. *in deciſ* 341 *col* 3. *& in deciſio.* 348. *colum.* 4. Felyn. *in cap. ſicut. de re iudic.* Gratus *conſil.* 89.

innocata

inuocato diuino ſuffragio in præſenti cauſa, ad quam nunc accerſitus ſum, num. 13. *volum.* 2. Iaſ. ſibi contrarius, *conſil.* 140. *colum.* 2. *volum.* 4. Dec. *conſil.* 205. *colum.* 2. Bertach. *in* 1. *par. ſui repertorii in verb. diu. verſ. antepenult.* Curt. Sen. *conſil.* 49 *colum.* 3. *&* 18. Crauet. *conſil.* 317. *colum.* 1. Gozad. *conſil.* 94. *num.* 48. *& conſil.* 66. *num.* 11. Pariſi. *conſil.* 47. *num.* 38. *volum.* 1. Horm. Detus *in l.* 4. §. *Cato. num.* 235. *ff. de verbo. obligat.* Curt. Iun. *in tractat. feudorum quæſt.* 1. *colum.* 2. Marſil. *ſingu.* 323 Albertus Brunus *conſil.* 95. *num.* 4. Iac. Leonardus *conſil.* 96. *num.* 13. *& ſequent. poſito inter conſil. Feudalia Alberti Bruni*, Laurent. Syluan. *conſil.* 55. *numer.* 51. Grammat. *deciſio.* 303. *numer.* 83. vbi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem, & Socin. nepos. *conſil.* 56. *numer.* 3. *volum.* 1. & Ioan. Cepha. *conſil.* 65. *numer.* 16. *volum.* 2. vbi fatetur magis communem eſſe, & Auguſt. Berous *conſil.* 104. *Illud in præſenti cauſa, numer.* 7. *quæſt.* 14. *&* 15. *volum.* 3. vbi eam conſulendo limitat in duobus vtilibus caſibus, & Felin. quoque *in c. ſicut colum.* 19. *verſ. ſecto aduerte, Extra. de reſcript.*

Cōis opin.

§ Sed in iſto opinionum conflictu, & tam ambiguis iuris noſtri interpretum ſententiis mihi profectu ſequendam fore conſtitui: primam partem affirmatiuam, tanquam magis æquam, & communem: ex quo etiam inhæret Rot. Roman. quæ videtur irrefragibilis authoritatis.

2 Et † opinio hæc ita retenta, ampliatur primum, vt procedat etiam in compromiſſo: vt ſicut præſumitur in ſententia antiqua in dubio præceſſiſſe mandatum, eodem modo præſumatur etiam præceſſiſſe compromiſſum, & eius ſolennitas, in antiquis. Et ſic clarum eſt, laudum antiquum præſumi in dubio latum, præcedente compromiſſo: ſecundum Imol. *in c. cum in iure peritus. de offic. delegat.* Hoſtien. Ioan. And. & cæteros omnes Canoniſtas *in cap. Albericus. de teſta.* Felyn. *in d. cap. ſicut, num.* 42. Bald. *in conſil. exordiens: quia ex priuilegio*, Angel. Alexand. Ioannes de Imol. Raphael, & Iaſ. *in d. l. ſecundum*, vbi admittit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur etiam Auguſtinus Berous *in d. conſil.* 104. *num.* 14. & tuetur quoque, comprobat, citat, & copioſe, vtiliterq; declarat Marc. Ant. Blanch. *in tract. de compromiſ. in* 9. *quæſt de effectu ſententiæ, num.* 11.

Cōis opin.

3 Ampliatur † etiam ſecundo loco habere locum, in mandato, de cuſtodiendo, quod videlicet id ex antiquitate temporis præſumatur, ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ precedentis: ſecundum Bart. & Alex. *in l. ſi vxor.* §. *ſi quis vxorem. ff. de adulter.* Afflict. *in practicata deciſio.* 345. *colum.* 5. Bertach. *in* 2. *part. ſui repertorii, in verb. mandatum qualiter verſ.* 7.

4 Ampliatur tertio, † quod non ſolum præſumatur mandatum ex antiquitate temporis, verum etiam ratificatio ipſius mandati: vt per Bertach. *in d. reperto. in* 1. *part in ver. diu. ver.* 3. Soc. *conſil.* 46. *colum.* 2. *volum.* 3. & Auguſt. Berous *in prælibato conſ.* 104. *nu.* 11. *volum.* 3. Dec. *conſil.* 293 *colum.* 2. Gozad. *conſil.* 11. poſt alios ibi per eum congeſtos, & Soc. nepotem, *conſil. ſuprà citato* 139. *num.* 14. *& conſil.* 146. *numer.* 14. *volum.* 3. § Quod intelligit, & moderatur Iaſ. *conſil.* 140. *colum.* 3. *volum.* 4. procedere, quando ageretur de modico præiudicio, ſecus, ſi de magno: tunc enim non præſumitur ratificatio ex antiquitate temporis, niſi concurrat alia præſumptio.

5 Quarto † ampliatur etiam, vt procedat, quando appareret productionem mandati eſſe factam, vel ceſſante productione, litem cum aliquo, tanquam procuratore, fuiſſe conteſtatam: hoc enim caſu pro mandato præſumitur: ſecundum Imol. *in d. l. ſecundum, col.* 5. quem refert, ſequiturque Gozad. *conſil* 96. *col. fin.* & ita conſuluit Auguſt. Berous *in d. conſ.* 104. *num.* 13. *cum aliis ſeq.*

Quinto † ampliatur etiam habere locum in ſoluente penſionem nomine alieno, ad quam veriſimiliter quis non accederet ſine mandato: cum veriſimile haudquaquam ſit, quod procurator velit iactare ſuum, ſecundum Rotam Romanam *deciſ.* 23. *in antiquis*: quam ſequitur Socin. Sen. *conſil.* 46. *colu.* 2. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 36. *colum.* 5. *& conſil.* 42. *colum. penul. & in l.* 1. *colum.* 4. *C. qui admitti.* Gozad. *d. conſil.* 11. *col.* 4. Curt. Sen. *d. conſil.* 77. *colum.* 4. Gratus *conſil.* 142. *inuocato diuino ſuffragio, decreueram in præſenti cauſa nil ſcribere, num.* 28. *volum.* 2. & Soc. Iun. *conſil.* 139. *volum.* 5. *num.* 10. *& ſeqq.* & Marcus Anton. Blancus *in d. tract. de compromiſ. quæſt.* 9. *de effectu ſententiæ ſub num.* 11. *ſub verſ. non obſtant adducta in contrarium.* 6

Sexto loco ampliatur, † quando in ſententia, aut alio inſtrumento antiquo fieret mentio de ipſo mandato, ſeu compromiſſo, quia tunc videtur probari, propter antiquitatem temporis, & per conſequens eo caſu antiquitas fidem, & authoritatem dat inſtrumento, enuncianti compromiſſum, ſeu mandatum, alias ſecus: ſecundum Dec. *conſil.* 36. *colum* 5. quem ſequitur Gozad. *d. conſil.* 110. *colum.* 4. & Purpuratus *in auth. ſi quis in aliquo documento, in fin. C. de eden.* Cagnolus *in l. velle non creditur, num.* 20 *ff. de reg. iur.* Gratus *in d. conſil.* 142. & Marc. Ant. Blan. *in d. tract. de compromiſſu. q.* 9. *de effectu ſententiæ, ſub num.* 11. *ver. ſecundo caſu quando ſumus in nouis.* vbi explicat hoc de plano procedere, quando nominatio ipſa reperiretur facta per arbitrum in ſententia, partibus præſentibus, & non contradicentibus. 7

OPINIO CCCCLXXVI.

SVMMARIA.

1 *Mandatum poteſt probari per inſtrumenta, & per literas etiam domini ad iudices miſſas, item per teſtes.*

2 *Mandati reuocatio poteſt eodem modo probari, item per vnum teſtem cum delatione proprii iuramenti.*

MANDATVM † regulariter poteſt probari, non 1 ſolum per inſtrumenta, verum etiam per literas domini ad iudices miſſas; ſecundum Glo. & omnes Doct. *in l.* 1. *C. de ſatiſdan.* Poteſt ſimiliter probari per teſtes: vt voluit Glo. *in l. maritus. C. de procur.* Gloſ. & Panorm. *in c.* 1. *Ext. de procur.* Azo. *in ſumma. de mandat. princ.* Bar. Bal. Ang. & cæteri communiter *in l. non ſolum.* §. *qui alieno. ff. de procur.* Iaffredus *deciſio.* 190. vbi atteſtatur expreſſe, iſtam eſſe communem opinionem, & Alex. etiam *conſil.* 149. *viſo proceſſu inter Michaelem Dominici, num.* 15. *volum.* 5. & Boerius *deciſ.* 181. *num.* 2. & ſequitur, declarat, & limitat Marſil. *in repet rub. C. de probat. num.* 38. *cum aliis ſequen.* & Iaſ. *in l.* 1. *C. de procur. num.* 6. *& ſeq.* vbi reiicit alias contrarias opiniones, & Natta *conſ.* 426. *quamuis in controuerſia vertente, num.* 15. *vol.* 2. in quibus locis concludunt antedicti Doct. hoc procedere in mandato priuati, non autem principis.

Cōis opin.

§ Ampliatur iſtud dictum commune non ſolum procedere † in mandato, ſed etiam in reuocatione 2 ipſius; quæ quidem reuocatio poteſt probari per vnum teſtem cum delatione proprii iuramenti: ſecundum doctrinam Io. And. *in c. pro cauſa. de procur.* quæ obſeruatur quotidie in practica, vt aſſerit, & fatetur Corſet. *in ſingul. in ver. mandatum.*

§ Et limitatur quoque præmiſſa communis per Iaſ. in quinque caſibus, *in d. l.* 1. *num.* 9.

OPINIO CCCCLXXVII.

SVMMARIA.

1 *Exceptio ſuperflua, & inutilis de eo, quod in regula non continetur, an cenſeatur regulam ampliare ſecundum exceptionis qualitatem.*

2 *Procurator conſtitutus generaliter ad omnia, non poteſt agere ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt.*

3 *Procurator conſtitutus generaliter ad omnia, an poſſit agere omnia requirentia ſpeciale mandatum.*

1 EXCEPTIO † quotieſcunq; eſſet ſuperflua, & inutilis de eo, quod in regula non contineretur: tunc & eo caſu, ne reddatur inutilis & ſuperflua, cenſetur regulam iſtam ampliare ſecundum exceptionis qualitatem: ſecundum Dec. *in l. 1. num. 31. ff. de reg. iuris*, & iſta eſt communis opinio, teſte Cagnolo *ibi num. 30 & 31.*

2 Et † exemplum pro intelligenda iſta communi poſſet allegari hoc, verbi gratia, ſi conſtituo procuratorem generaliter ad omnia, non veniunt quæ mandatum ſpeciale requirunt, *c. qui ad agendum, cum ibi notatis per Gloſſ. & Doctor. de procurat. in 6.*

3 Si † vero facerem procuratorem generaliter ad omnia, niſi quod iuramentum non poſſit præſtari, & ſic excipio vnum caſum, in quo ſpeciale mandatum requiritur; illa exceptio, ne ſit ſuperflua, declarat, ampliatque mandatum, & regulam, vt omnia alia includantur in mandato, in quibus etiam mandatum ſpeciale requiritur: ſecundum Dom. in Geminia. poſt Lupum *in d. c. qui ad agend. in §. 1.* Alex. Clau. Aquen. & Iaſ. *in l. fina. ff. quod quiſque iur.* idem Iaſ. *in l. nummis, col. 3. ff. de in litem iuran.* Chaſſan. *conſil. 3. ſtat ſtatutum, num. 7.* Dec. *in c. conſultationibus, circa fin. de offi. deleg.* & teſtatur ibi eſſe communem opinionem Cagnolus *in d. l. 1. num. 31 & 33.* & Eberhardus, *in ſua Centuria in argum. 3. vbi loc. ab exceptione.*

OPINIO CCCCLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Maritus an poſſit expellere vxorem, ſi dos promiſſa ei non ſoluatur.*

2 *Maritus ageret contra euangelium expellendo vxorem ob dotem promiſſam non ſolutam.*

3 *Vxor expulſa per maritum ob dotem promiſſam non ſolutam, an ſit alimentanda.*

4 *Vxor cum non reperitur in ſeruitio mariti ob propriam culpam, non eſt à marito alenda.*

5 *Vxor recedens ſua culpa à viro, ei reſtituenda non eſt ſine cautione, ſi de eius ſæuitia timeretur.*

6 *Vxor ob leuem ſolum offenſionem illatam marito, non autem capitalem, reſtituenda eſt viro cum cautione iuratoria, cum appoſitione pœnæ arbitrariæ indeco.*

7 *Maritus iure permittente poteſt leuiter verberare vxorem, cum ſubeſt iuſta, & rationabilis cauſa.*

8 *Mulier diſcedens à domo viri ob eius culpam: quia detinet concubinam, poſſet petere alimenta, & dotem, & ſeparationem thori.*

9 *Culpam probare cui incumbat, cum vxor diſceſſit à domo viri, remiſſiue.*

10 *Culpa vxoris, recedentis à domo viri, debet probari per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores.*

11 *Maritum præſtare alimenta vxori, dote promiſſa, non ſoluta, ſine proteſtatione illa alimenta repetere non poteſt.*

1 MARITVS † repellere poſſet ab eius domo vxorem, ſi dos promiſſa eidem non ſolueretur: ſecundum Bal. Cyn. & Saly. *in l. quod in vxorem. C. nego. geſt.* Abb. *conſ. 85. vol. 2.* Go. *in § ſiud in ver. onera, in auth. de non elig. ſecun. nub.* Roma. *in l. de diuiſione, n. 16. ff. ſolut. matri.* Alex. *conſ. 56. n. 10. vol. 4.* Guid. Papæ *deciſ. 439.* Socin. *in reg. 258.* Laurum de Palatiis, *in tract. quod ſtantibus maſculis, n. 126. & ſeq.* Iaſ. *in l. donaturum. §. ſi quis indebit. n. 5. ff. de cond. ob cauſ.* Neuiza. *in Sylua nuptiali lib. 1. n. 45.* Boer. *deciſ. 22. n. 2. & ſeq.* Bar. Bal. Alex. & alii *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeruitium. ff. ſolut. matri.* Cæſarem Vrſillum *in add. Afflict. in deciſ. 184. n. 4.* & Soc. Iun. *in l. 1. n. 263.* vbi hoc limitat. ff. ſolu. matrim. & Cornel. Benincaſ. etiam *in tract. de paupertate, q. 8. in 2. ſpeciali in contractib. n. 19 & ſeq.* adde And. Gail. *lib. 2. obſer. cam. obſer. 87. n. 2.* & iſta eſt cõmunis opinio. Quæ licet veriſſima ſit, vt oſtendunt eam ſimpliciter amplectendo, & ampliando Ang. de Clauaſio *in ſumma Angelica in ver. Dos. §. 9.* Syluester *in ſumma Syluestrina in tit. de dote, & parapherna, n. 10.* ſumma Tabiena *in ver. Dos, n. 9.* & ſumma Armilla *in verb. D. 2. n. 10.* nihilominus hoc obſeruari aliquando vidimus à ruſticis, & plebeiis; à nobilibus vero nunquam: qui honeſtius procedendo, ac agendo, etiam ob dotem eis promiſſam non ſolutã, retinent vxores in domibus. Glo. com. opin.

2 Imo † Cæſar Vrſill. & male in d. deciſ. Afflict. 184. n. 4. refert hoc fieri contra Euang. *Matt. 5.* quando maritus ipſe repelleret vxorem ab eius domo, ob dotem promiſſam non ſolutam: & hoc idem voluit ponens quodammodo os in cœlum, Apoſtilla ad Alex. *in d. conſ. 56 in litera F* & Rota Pedemonta. *deciſ. 132. in dubium vertitur n. 18.* poſt Couarr. relatum ibi, & eum, *in opere de ſponſ. & matr. c. 8. n. 2.*

3 ¶ Et † huiuſmodi mulier ita expulſa nõ eſt aliter à viro alimentanda, vt voluit Glo. *in §. fin. in ver. Onera. in auth. de non eligen. ſecun. nuben.* Bal. *in d. l. de diuiſione,* & Roma. *in l. in inſulam. §. vſuras col. 2. ff. ſolut. matri.* And. Gail. *lib. 2. pract. obſer. obſ. 87. in prin.* Per Ioan. Anchar. *lib. 2. quæſt. famil. q. 28. n. 3 & 4.* & Alex. *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeruitium. n. 8. eod. tit.* vbi hoc vtiliter limitat non procedere, vbicunq; dos promiſſa non eſſet: quia maritus ipſe contrahens matrimoniũ, mentione de dote non habita, tenetur nihilominus vxorem alere, nec eam expellere poteſt propter non datam dotem, *l. quod ſi nulla ff. de relig. & ſumpt. fun. §. quoniam, in auth. qui mod. nat. eff. leg. & §. ſi quis autem, auth. de nupt.*

¶ Quod procedit, ſi mulier eſt inops; ſecus ſi bona poſſideat, & eſt diues: tunc certe æquum eſt, quod det dotem, quamuis à principio nihil de dote fuerit dictum: quemadmodum ſi quis iurauit accipere talem in vxorem, quod intelligitur vt talis mulier det dotem, ſecundum Bald. *in c. iurauit. de probat.* & Ioan. Lupi. *in c. per veſtras, in 3. not. §. 2.*

¶ Contrarium vero tenuit Ripa *in l. 2. n. 41 ff. ſolut. matr.* poſt Bar. ibi, & Alex. *in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitum. ff. de cond. cau. da.* & Lau. Calca. *conſ. 11. col. 2.* & Alex. *conſ. 169 viſis inſtrumentis, n. 3. vol. 7.* vbi poſt Paul. Caſtr. & Doct. *in l. ſi ſocer. ff. ſolut. matr.* dicit, quod maritus debeat ſibi imputare, quod vxorem voluit abſque dote.

4 Imo † dicit etiam, quod vbicunque mulier alia de cauſa non eſſet, ſeu reperiretur in ſeruitio mariti, quam ob ſuam culpam, non teneretur maritus illam alere, vt voluit Roma. *in l. ſi cum dotem. § ſin autem, n. 25 ff. ſolut. matrim.* & omnes alii ibi, & Grati. *conſ. 57. in fi. vol. 1.* vbi vocat iſtam eſſe communẽ opinionem. Com. opin.

5 Et † vxor, quæ ſua culpa receſſit à viro, vbicunque adeſſet iuſtus timor, non eſſet aliquo modo ei reſtituenda ſine cautione, ſi de eius ſæuitia timeretur, vt voluit Abb. *in c. tranſmiſſæ. in 2. notab. de reſtit. ſpoliat.*

6 Et † hoc caſu ſufficeret iuratoria cautio, ſic maritus, vbi eſſet leuis offenſio, non capitalis, cogi nequiret ſatiſdare cum fideiuſſore, verum ſtandum eſſet iuratoriæ cautioni, cum appoſitione pœnæ arbitrio

bitrio iudicis: ſecundum Bal. *conſil.* 176. *Cirilia. vol.* 1. & ita ſequendo Bal. & declarando Abb *vbi ſupra*,
7 conſuluit Natta *conſil.* 616. *vol.* 5. Quia † maritus, iure permittente, poteſt leuiter verberare vxorem, vbicunque iuſta, rationabiliſque cauſa ſubeſſet: ſecundum Glo. & Archid. *in c. ſicut.* 7. *quæſt.* 1. & Alex. *conſ.* 115. *viſo ſtemate ſupra ſcripto, & atteſtationibus teſtium, vol.* 4. *num.* 2. *& ſeq.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Et non interueniente ſanguine, non dicitur acriter verberata vxor à marito, ſecundum relata per Petr. Ioan. Anchatan *lib.* 2. *quæſtionum familiarium, quæſt.* 29. *num.* 10. Imo maritus ipſe habet ſimiliter facultatem acriter verberandi vxorem, & eam incarcerandi domi, vt *ibi num.* 10. & 10. Milleus *in pract. crim. in tit. de ſacratum teſti pretium, num.* 42. *cum multis ſeqq. fol.* 35. vbi aſſignat quamplurimas rationes, & Follerius, *in pract. crim. in rub. ſententiæ capitula, quod ſuffocauit vxorem, nu.* 65. vbi *num.* 73. & 75. concedit etiam non poſſe procedi ex officio contra maritum, percutientem vxorem cum baculo; etiam cum ſanguinis effuſione; nec ipſam mulierem ita vulneratam poſſe accuſare maritum.

8 Sed † quando mulier diſcederet à domo viri ob viri culpam: quia detineret concubinam: tunc poſſet petere alimenta, & dotes, & ſeparationem thori: quia habetur perinde ac ſi maritus eam expuliſſet, vt late deducit, cum aliis ſignatis per eum, Ioan. Lupi *in d. c. per veſtras in tertio notabili*, & Cæſar Vrſillus *in additionib. Afflict. in deciſ.* 10. *n.* 9. Vbi *num.* 6. declarat et-
9 iam † cui incumbat probare dictam culpam, & Nat-
10 ta etiam *in d. conſ.* 616. *num.* 1. conſuluit † hoc probari debere concludentes per teſtes idoneos, ac omni exceptione maiores.

¶ Et mentionata concluſio, quod liceat vxori fugere de domo viri, vbi in ea retinet concubinam: iuſtificatur ex hoc: Nam non bene conueniunt in vno lecto, vxor, & concubina. Et acceſſus concubinæ maxime exaſperat caſtas mulieres. *l. conſenſu. C. de repud.* Bald. *in c.* 1. *extra vt lit. conteſt.* & Alex. *in c. ex parte. Extra de ſponſa.*

11 Redeundo igitur, vnde digreſſi ſumus, † concluditur, quod ſi dos marito fuiſſet promiſſa, & non ſoluta, caſu quo potuiſſet expellere vxorem de domo, ſi ei præſtitiſſet alimenta, & nihil proteſtatus eſſet, ea repetere non poſſet: quoniam intuitu pietatis cenſetur ei præſtitiſſe, vt voluit Iaſon *in d. l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitam, col.* 2. *ver. Et forte*, & Ruin. *conſ.* 139. *ſub num.* 4. *vol.* 4.

OPINIO CCCCLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Maritus ſuſtinens onera matrimonii, ob non ſolutam dotem promiſſam debito tempore, an non ſolum dotem, ſed etiam intereſſe petere poſſit. Et an ex lapſu decem annorum vſuræ debeantur. num.* 2.

3 *Maritus, promiſſo prædio pro dote vxoris, & non tradito, poſtquam incipit ſuſcipere onera matrimonii, poteſt petere vltra fundum etiam intereſſe ratione moræ.*

1 MARITO, † cui eſt dos promiſſa, & non ſoluta tempore debito, ſeu conuento: licitum eſt matrimonii onera ſubſtinenti, pro illis ſubſtinendis aliquod emolumentum, ſeu intereſſe, vltra dotem petere, & recipere, donec ſibi ſoluatur dos promiſſa: vt eſt text. & ibi hoc Pau. de Leaz. Calde. Ant. & Abb. & omnes magis communiter tenent, *in c. ſalubriter. Ext. de vſuris*, Bal. *conſ.* 94. *vol.* 1. Bart. & Roma. *in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matri.* Alex. etiam *conſ.* 147. *vol.* 5. & Corn. *conſ.* 164. *n.* 5. *vol.* 3. Ruin. *conſ.* 61. *ſub n.* 5. *vol.* 4. Cōis opin.

qui aiunt iſtorum opinionem eſſe comm. Sed ſi vſuræ prædictæ non fuerint petitæ ex curſu decē annorum, an cenſeantur remiſſæ: vide reſolutionem infra in *Opinione* 6. 8. *incip. præſcribi non poteſt.* Vide etiam Balbum *in tract. de præſcript. in* 2. *part. princip. num.* 17. *in* 10. *quæſt. & in* 4. *part. quartæ partis principalis quæſt* 36.

Adde ſimiliter, † quod ex lapſu decem annorum 2
non debeantur vſuræ iſtæ, ſecundum Bal. relatum per Aret. *in §. ſacrat. n.* 7. *Inſtit. de actionib.* tamen contraria opinio crebrior, & receptior eſt, vt per Grammat. *deciſ.* 70. Paul. Caſtren. *conſ.* 11. *n.* 4. *vol.* 1. Alex. *in l. quoties, & in l. cum ſtipulatur*, & ibi Bar. *ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. ſi modo, §.* 1. *num.* 6. *ff. de leg.* 1.

Et aduerte etiam, † quod ſi marito promiſſus eſſet 3
fundus pro dote eius vxoris; & promiſſor ipſe fructus perciperet dicti fundi, poſtquam maritus cœpiſſet matrimonii onera ſuſcipere; tunc certe foret moroſus, & poſſet per rationem dictæ moræ ab eo aliquid pro intereſſe: ſecundum Glo. Bart. & cæteros omnes *in l. de diuiſione. ff. ſolut. matrim.* & Ruinum *in d. conſ.* 61. *n.* 5. qui dicit iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

OPINIO CCCCLXXX.

SVMMARIA.

1 *Maritus pro rebus dotalibus an poſſit agere, & comparere in iudicio ſine mandato vxoris.*

2 *Item an pro rebus paraphernalibus id poſſit. & nu.* 3.

4 *Bona paraphernalia quæ dicantur.*

5 *Maritus percipiens fructus bonorum paraphernalium, an teneatur ad illorum reſtitutionem remiſſiue. & n.* 7.

6 *Mariti bona ſunt tacite obligata vxori pro adminiſtratione bonorum paraphernalium.*

3 *Maritus non poteſt vendere rem paraphernalem vxoris tam mobilem, quam immobilem.*

9 *Mulier libere poteſt dare bona paraphernalia, cui, & quibus velit.*

10 *Maritus eſt verus dominus rei dotalis, Et dominium rei dotalis eſt mariti, & non vxoris.*

MARITVS † in rebus dotalibus eſt legitimus 1
adminiſtrator: & ſic ad maritum ſpectat adminiſtratio bonorum dotalium, & poteſt agere, & comparere in iudicio in huiuſmodi caſu abſque mandato vxoris, ſecundum Glo. Bart. Saly. Alex. Iaſ. & omnes alios Legiſtas *in l. maritus. C. de procuratoribus*, & Canoniſtas. *in c. conſtitutus, de procur. & in c.* 1. *qui filii ſint legiti.* Abb. *in cap. ex parte de confeſſ.* & Ioan. de Amicis *conſil.* 132. vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Et limitat non procedere † in bonis paraphernalibus, pro quibus maritus agere nequit ſine mandato expreſſo; vel ſaltem tacito: quam limitationem probat idem Ioannes de Amicis *conſ.* 54. *n.* 5. & Corn. *conſ.* 193. *n.* 12. *vol.* 1. & Capicius *in inueſtitura feudali in cap. ſi de eum genere, verſ. Paraphernale, fol.* 282. Et eandem † communem ſequitur quoque, & limitat, 3
& declarat veriter in altero caſu Soci. Iuni. *conſil.* 105. *num.* 8. *cum aliis ſeq. vol.* 1. & Soci. *in repet. c. veniens. col.* 58 *Ext. de acca.* & ſequitur quoque, & communem oſtendit Curt. Iuni *conſ* 154. *num.* 13.

Et aduerte, † quod bona paraphernalia dicantur 4
illa, quæ traduntur marito vltra dotem, Et ſic bona vltra dotem data, quæ vxor ſecum defert ad domum viri, etiamſi illi conſignet, dummodo non in dotem, dicuntur paraphernalia: iuxta *l. ſi ergo. §. dotis. ff. de iure dot. & l. fina. C. de pact. conuen.* & tradit Corn. *conſil.* 300. *ſeu* 306. *oportunum. col.* 5. *vol.* 3. & Capicius *in d. ver. Paraphernale.*

Et caſu, † quo maritus procuratorio nomine, vt 5

Digitized by Google

ſupra, percipit fructus ipſorum bonorũ paraphernalium, an teneatur ad illorum reſtitutionem, vide Cęſarem Vritllom late declarantem, atq; reſoluentem ex communi opinione *in addi. Afflict. in deciſ. 44. num. 8 & ſeq.* & Rumnom optime, & doctiſſime enuleantem quoq; *conſ. 222 nu. 4 vol. 1.* & Bal. *conſ. 478. quædam ſunt res quæ ſunt in dominio mariti, ſub nu. 1. vol. 5.* Vbi firmat etiam, 6 † quod ex huiuſmodi adminiſtratione bonorum paraphernalium, bona viri ſunt tacite obligata vxori: *per l. fi. ff. de pact. conuen.* Et caſu, 7 † quo ſimiliter ipſe maritus perciperet fructus ex feudo paraphernali, verum eos lucraretur, vide Capicium hoc reſoluentem *in d. verſ. Paraphernale.*

8 Et aduerte, † quod maritus ipſe minime poteſt vendere rem paraphernalem ſuæ vxoris, tam mobilem, quam immobilem: vt *in l. mater*, & ibi not. Bal. *C. de rei vendic.* & optime facit *l. ſi ego. § dotis. ff. de iur. dot.* 9 Imo † mulier poſſet, eique permiſſum eſt libere dare bona paraphernalia cui, aut quibus velit: ſecundum communem opinionem; & doctrinam Theologorum relatam, & declaratam per Guil. Pepin *in ſermonibus quadrageſimalibus, in epiſtola in ſabbato poſt ſecundam dominicam quadrageſima. In diebus illis dixit Rebecca filio ſuo Iacob col. 3. fol. par. 43.*

Cōis opin.

10 Sed è diuerticulo in viam redeundo, † confirmatur opinio prædicta in principio poſita: quod maritus rei dotalis verus ſit dominus; & ſic non vxoris, verum mariti rei dotalis dominium eſſe apparet: ſecundum communem traditionem omnium Scribentium *in l. in rebus. C. de iure dot. & l. prædium. vbi Doct. eod. tit.* & Coraſi. *in miſcellaneis iuris ciuilis. lib. 5. cap. 14.* vbi aliquibus leuibus rationibus, non indigentibus reſponſione, impugnat communem iſtam. Cæterum, quia res clara eſt, ideo omiſſo multiloquio, in quo doctiſſimi viri ſtomachari ſolent, concurro cum dicta communi, tanquam ſacroſancta.

Cōis opin.

OPINIO CCCCLXXXI.

SVMMARIA.

1 *Bona mariti, licet minoris vigintiquinque annis, tacite cenſentur obligata vxori pro dote ab ea recepta.*

2 *Bona mariti non dum pro dote, ſed etiam pro alimentis præſtandis vxori etiam tacite præſumuntur hypothecata.*

3 *Maritus ſubuenire tenetur vxori in medicinis, & cæteris neceſſariis. Etiã accerſendo Medicum è locis vicinis.*

4 *Modica expenſa inter virum & vxorem non curantur.*

5 *An expenſa erogata per maritum in vxorem ægram, in vltima ægritudine, ex qua deceſſit, ſint deducenda ex dote, ſi fructus dotis ad eas non fuerint ſufficientes, maxime, ſi vir abſq; proteſtatione eas præſtiterit.*

6 *Vxor quando aliunde habere dicatur, ita vt maritus expenſas in ægram vxorẽ, ex ſuo facere non teneatur. n. 8.*

7 *Reſtitutio dotis an ſaltẽ detur pro marito prædictis expenſis.*

9 *Proteſtatio an requiratur in erogatione expenſarum, vt maritus eas ex dote deducere poſſit.*

10 *Expenſa magna, vel parua quæ dicantur, relinquitur arbitrio iudicis.*

11 *Expenſa in ægram vxorem facta an æquiparentur impenſis funerum, & gaudeant eodem priuilegio, ita vt dotem minuant.*

12 *Maritus, vxore mortua, an funeris expenſas ex proprio facere teneatur, an vero ex dote vxoris eã deducere poſſit.*

1 MARITI † etiam minoris vigintiquinq; annis, recipientis vxoris ſuæ dotem, bona tacite cenſentur obligata vxori, ſecundum Bal. Ang. Roma. Alex. & alios communiter, *in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolut. matri.* Paul. Caſtr. & Alex. *in l. item quia. ff. de pact.* Bal. *in l. fi. C. de legit. tut.* & iſtam affirmat, fateturque expreſſe eſſe coẽm opin. contra Bart. contrariũ aſſeuerantem, *in d. l. ſi conſtante*, Neguſ. de Fano *in tra. de pignor. & hypoth. in 2. parte 4. membri, n. 73.* Gramm. *deciſ. 103. n. 17.*

2 Et opinio iſta cõmunis ampliatur, † vt bona mariti non ſolum præſumantur tacite hypothecata pro dote, verum etiam pro alimentis vxori præſtandis: quæ quidem petuntur officio iudicis mercenario: vt per Bar. *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem ff. ſolut. matri.* cum quo ſentiunt omnes Doct. magis communiter, teſte Neguſantio *in memorato tract. de pignorib. & hypothecis. in 2. part. princ. 4. membri. num. 55.* Cōis opin.

3 Imo † maritus tenetur ſubuenire vxori, nõ ſolum in alimentis, ſed etiam in medicinis, & cæteris neceſſariis: vt dicit Bal. *in l. quod in vxor. C. de neg. geſt.* cui inhærent Ioan. Lupi, *in c. per veſtras, in 3. not. de donat. inter vir. & vxo.* & Ruin. *conſ. 8. col. 2. vol. 1.* Similiter etiam, ſi ibi, vbi vxor infirma reperitur, non ſit medicus, maritus, ſtante facultate, tenetur, & debet ad locum vicinum proficiſci medicum vocaturus, & ducturus, pro curanda vxore. *l. 4. § ſi tam vicinum. ff. de dam. in. fect.* Ioan. And. *in c. ſtatutum. de reſcript. in 6.* Bal. *in l. iure. C. qui admit.* Alex. *in l. ſi ab hoſtib. § ſi vir, nu. 14. ff. ſolut. matrim.* & Anto. de Butr. & Imol. *in c. 2. de conſtit.* Intellige tamen hæc de modicis, non autem de magnis expenſis in medicos & medicinas factis, quia ſi magnæ forent, poſſent repeti, & extenuari cum dote, ſoluto matrimonio.

4 Et nihil mirum, † quoniam de modicis impenſis inter virum & vxorem non curatur, *l. omnino. ff. de impenſis in res dotal. fact.* Sed ſi foret magna impenſa facta per maritum, non præſumeretur vllatenus donare, vt per Glo. *in ver. modicas, eo in loco, in fin.* vbi firmat tunc competere marito ad repetendum, actionem negociorum geſtorũ, determinatq; itidem reſidere in iudicis arbitrio quæ impenſa dicatur modica, & Menoc. *in tra. de arbitr. iud. caſu 145. fol. 209.* Vnde orta de præſenti anno 1600. difficultate in Curia noſtra Aquilana ſuper huiuſmodi materia, in cauſa iam vertente, inter Ioſeph. Renald. actorem ex vna, & Steph. Caſtiglionem conuentum; ex altera parte, ſuper reſtitutione dotium quondam ſuæ vxoris, ſpectantium ad ipſum Steph. nepotem dictæ mulieris, vti proximiorem in gradu, ob non exiſtentiam filiorũ, nec aſcendentium. 5 Fuit dubitatum, † an expenſæ erogatæ per dict. virum in eius vxorẽ ægram, in ſua vltima ægritudine ex qua deceſſit, propter quam non potuit eſſe in ſeruitio viri, ſint deducendæ ex dote, cum fructus dict. dotis non ſuffecerint. Et ſimiliter quid dicẽdum de funerũ impenſis? Ex parte itaq; hæredis dict. mulieris dicebatur, pro ea facere text. *in l. quod in vxo. C. de neg. geſtis*, per quẽ clariſs. verbis deciditur, non dari repetitionẽ marito pro impenſis in ægram vxo. erogatis, ſed pro impenſis funerũ dari repetitionem aduerſus ſucceſſorẽ dotium, ſi quaſi recepturus, ipſas erogauerit. Dicebatur etiam hanc queſtionẽ tangi per Bart. *in præall. § l. quod in vxo.* & per Alex. *in l. ſi cum dot. §. ſi aũt in ſecũdo ff ſolut. matrim* & per Aret. *in §. fuerat, Inſt. de actionib.* dicẽtes, quod aut præſtita ſint alimenta vxori infirmæ, vltra fructus dotis, non habenti patrem, nec aliunde, & tunc præſumitur feciſſe maritalẽ affectione, & non datur repetitio, aut vero vxor habebat aliunde, vel patrem, & tunc vir nõ tenetur vltra fructus dotis, ſed ſi præſtiterit abſq; proteſtatione, cẽſetur ſimiliter donaſſe, & ita loquitur text. *in l. quod in vxo.* prout Aret. notat *in loco præcitat.* aut vero præſtita ſunt mulieri indotatæ, & tunc quoq; non datur repetitio, & hoc idem firmauere Campeg *in tra. de dote, q. 53 & 61.* Maſcard. *in tra. de probat. q. 77. nu. 4.* & Alex. *in l. inſulam, §. vſuras, ff. ſolut. matrim.* Et ſic cum alimẽta prædicta fuerint præſtita mulieri infirmæ, non

habenti

habenti nec patrem, nec aliunde, & etiamſi patrem habuiſſet, vel aliunde, reperiuntur tamen præſtita abſque proteſtatione, non mirum ſi dicendum ſit, ea non eſſe deducenda, vt ex prænotatis iuribus.

6 Et † tunc profecto habere aliunde dicitur, vbicumq; habet reditus, ex quibus poſſit viuere, non autem ſi poſſit vendere proprietatem, ita Bal. *conſ. 23. in 2. impreſſione, vol. 2. per tex. in l. qui bonis, ff. de ceſſio. bnor.* cum aliis adductis per D. Vincent. de Franchis, *deciſ. 489. num. 23. deciſ. 133. num. 7. & deciſ. 336.*

Ex parte vero viri, dicebatur, impenſas illas non omnino ex dote eſſe deducendas, tanquam magnas, & non paruas; quia impenſæ magnæ, ſicut quando factæ ſunt in rebus dotalibus, minuunt dotem per textũ *in allegata l. omnino ff. de impenſis in res dotales factis* cum aliis citatis per Gloſ. *eo in loco* & per Viſillum *in addit. ad Affl. di. deciſion. 359.* ita etiam dicendum eſt de impenſis magnis, erogatis in ægram vxorem, argum. dictorum iurium. Et quod impenſæ magnæ, erogatæ in ægram vxorem excedentes fructum dotis, minuant dotem, ita vt ex dote deducantur, motiua vxore firmat Bertran. *conſ. 119. ad id de quo quæritur, vol. 5.* Nec in hoc caſu, quando impenſæ ſunt magnæ curandum erit de proteſtatione; quia quamuis proteſtatio non interueniret, adhuc ſemper præſumitur erogantem habere animum repetendi, quod ſecus eſt in paruis expenſis, per ea quæ habentur apud Doctores *in l. Neſennius ff. de neg. geſtis*, & per Alexand. *in leg. alimenta, C. eod.* & per Corn. *conſ. 18. in fin. vol. 4.* Dicebatur etiam prædictis non aduerſari textus in *d. l. quod in vxorem.* nam quando *in d. l.* tractatur de impenſis erogatis in infirmitate, dicit imperator, quod non detur viro ius repetendi à Socero, non autem dicit, quod non minuant dotem, ſi fructus non ſufficerent. Et ratio ea eſt, quare non detur ius repetendi aduerſus Socerum, quia vt præallegati Doctores *in ead. l.* notant, ad id vt vir poſſit repetere à ſocero, requirebatur proteſtatio, alias præſumeretur maritali affectione feciſſe, & ita intelligi debere dictum textum firmat Aret. *in d. §. fuerat.* Quæ ratio nõ militat, cum non tractatur de repetendo à ſocero, Sed tantũ de iis deducendis ex dote quia tunc vir vltra fructus non tenetur, quando mulier habet aliũde & ſic dotem; nam ex dote ſunt deducẽdæ, vt concedit etiam Abb. *conſ. 85. num. 4. lib. 2.* qui dicit, quod in defectu dotis, & patrimonii, vir teneatur alere vxorem, & per Innoc. *in c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor.* & ita intelligũtur ea quæ dicit Rom. *in præmemorato conſ. 117.*

7 Et † nihil mirũ ſi pro dictis impenſis detur retentio, & non repetitio, quia idem dicitur de impenſis factis in re aliena, per poſſeſſorem bonę fidei, pro quibus non datur repetitio, re relaxata, ſed tantum retentio rei, in quam impendit, per textum *in l. ſi in alie. in fine ff. de condict. indeb.* cum aliis allegatis per Negu. *in tract. de pignorib. in 3. membro, 5. part. nu. 9. & per D.* Vincent. de Franchis *deciſ. 512.*

8 Nec etiam obſtare videtur illud, quod pẽt actorẽ dicebatur; † tunc dici vxorem aliunde habere, cum ex fructibus poteſt viuere, non ſi teneretur vendere proprietatem; nam prædicta procedunt, & procederent, ſi tractaretur de diminuendo dotem, viuente vxore, & viuente eo cui alimenta debentur, prout iura, & doctrinæ allegatę loquuntur: ſecus vero quãdo tractaretur de reſtituendo dotẽ, poſt mortẽ vxoris; tunc. n. non habere aliunde dicitur vxor cum dos non ſufficeret, ſcilicet proprietas dotis, & iſto caſu viro non daretur repetitio, ſed quando dos ſufficeret tunc dicitur habere aliunde, & conſequẽter vir non tenetur de ſuo, ex quo habet aliunde, vt demonſtratũ eſt & ita hoc ver. *aliũde* intelligit Alex. *in cõ 162. vo. 7.*

Nec † in caſu iſto curandum eſt de proteſtatione 9 præcedente, propter magnitudinem expenſarum, vt ſupra concluſum fuit, & prout etiam tenet Corneus *conſ. 165 in fin. verſ. expenſæ autem, vol. 4.*

Et † quæ dicantur expenſæ magnæ, vel paruæ, re- 10 mittitur arbitrio iudicis, ex allegatis per Gloſ. *in d. l. omnino in ver. modicis in fine ff. de impenſis in res dotal. fact.* per Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 189.* & per Maſcard. *in tract. de probationib. in concluſ. 76. num. 9.*

Et † quod omnino dictæ expenſæ minuant do- 11 tem dicebatur non eſſe dubitandum, quia huiuſmodi impenſæ æquiparantur impenſis funerum in omnibus, & per omnia, & eiſdem gaudent priuilegiis, ita Bal. *in l. reſtituenda, C. de petitio hæred.* & Alex. & Iaſ. *in l. fin §. in computatione, C. de iure deliberan.* vt habetur per Neguſan. *in tract. de pignor. in 2. membro, 5. partis poſt num. 28. verſ. & quod dictum eſt*, & D. Vincent. de Franchis *deciſ. 51.* Et qui tenetur ſoluere impenſas funerum, tenetur etiam ad medelas infirmitatis, vt firmat in ſimili Capycius *deciſ. 84.* & habetur per Ab. *in c. vt præterita, de elec.* cum aliis allegatis per Follerium *ſuper conſtit. regni inconſutilem.* quamuis non detur eadem actio funeraria, per textum *in leg. at ſi quis §. hæc actio, vbi Gloſ. in verb. ſumptuum ff. de religioſis, & ſumptibus funerum.*

¶ Vnde cum dictæ expenſæ infirmitatis vltimæ includantur ſub priuilegio expenſarum funerum, certum eſt eas minuere dotem, per text. *in l. in eum, cũ l. ſeq. ff. de relig. & ſumptib. funerũ & l. impenſæ, eod. tit.* cum aliis adductis per Duen. *in reg. 397. nu. 8.* & habetur etiam *in l. quod in vxorem, C. de neg. geſtis*, in qua quamuis detur limitatio, dummodo maritus quaſi recepturus eas erogauerit, tamen. vt ſæpiſſime dictum eſt, ſemper præſumuntur fuiſſe erogatæ animo repetendi, ſi dictæ expenſæ magnæ ſint: cum in magnis expenſis non præſumatur donatio, argumento text. *in l. cum de indebito, ff. pro ſocio.*

¶ Et hoc adeo verum eſt, vt eiuſmodi expenſæ, factæ in beneficium ægræ vxoris, pari paſſu ambulent cum expenſis funerum: nam ſi mulier indotata reperiatur, tenetur vir ei præſtare alimenta, vt per Doctores *in d. l. quod in vxorem.* † & ſimiliter, tunc etiam 12 tenetur ad impenſas funerum, *l. quod ſi nulla. ff. de religioſ. & ſumptib. funerum*, Rom. *conſ. 517.* Caſſaneus *in cõſuet. Burg. in tit. des droicts, rub. 4. §. 9. n. 4.* Sed ſi mulier dotata appareat, ex dote deducendæ ſunt dictæ expenſæ funerum: & ita dicendũ quoq; eſt de impenſis infirmitatis, prout loquitur text. *in allegata l. quod in vxorem* per quam non excluditur, niſi repetitio à ſocero, non autem prohibetur ex dote non eſſe illas deducendas: quia in defectum dotis, & patrimonii tantummodo vir tenetur alere vxorem, vt animaduertit Abb. *in præmemorato con. 85. num. 4.* & per Inno. *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* & proinde rectè per eandem Curiam Aquilanam alias fuit iudicatum, quod dictę impenſæ infirmitatis, & funerum deducantur ex dote, mediante ſententia, lata in fauorẽ Ioan. Franciſci de Rosis, contra Ioan. Baptiſtã del Cardinale, prædictæ ciuitatis Aquilæ ſub die 16. Iun. 1570. quæ ſententia fuit poſtmodum confirmata per ſacrum regiũ Conſil. Neapolitanum, referente D. Anton. de Onficiis, regio conſiliario, & cauſæ commiſſario, & ita quoq; in cauſa iſta fuit in Curia ipſa Aquilana deciſum; & iudicatum ſub die 18. mẽſis Feb. 1600. per D. iudicẽ, Eliſeum Geruaſiũ, virum ſummi ingenii, & eminẽtis ſciẽtiæ, condẽnando maritũ ipſum ad reſtitutionẽ dotiũ, deductis impenſis, erogatis in vltima ægritudine dictæ vxoris, & in funeralibus.

OPINIO CCCCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Maritus cui fuit dos promiſſa, & poſtea data, & ſoluta, cenſetur obligatus ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis, & ab illo die cenſetur conſtituta tacita hypotheca.*

1 MARITVS, † cui fuit dos promiſſa & poſtea data, & ſoluta præſumitur obligatus ad dotis reſtitutionem à die promiſſionis; & ab illo die cenſetur tacita hypotheca: ſecundum Doct. omnes magis communiter *in l. aſſiduis C. qui pot. in pig. habean.* Soci. Sen. *conſil.* 263. *pro inueſtigatione in* 3. *q. vol.* 2. & Negulant. *in tractat. de pig. & hypoth. in* 2. *part. princ.* 4. *membri num.* 14. in quibus locis ſequuntur, & faciunt mentionem Doctor. de iſta communi. Com. opin.

¶ Sed contrariam, & male tenuit *in d. l. aſſiduis.* quam ſequitur ibi Bald. & Specul. *in tit. de Solut.* §. *ante omnia circa fin. verſ. ſed pone contraxi.* Tamen quicquid ſuadeant iſti Illuſtres Doctor. ob hoc fatuum puta à dicta communi diſcedere in iudicando, & conſulendo: quam ab omnibus moſibus, & contrariis tuentur eam ſequendo Moder. *in d. l. aſſiduis,* & Doct. variis in locis iuris noſtri.

OPINIO CCCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta à muliere in venditione fundi conſtante matrimonio per maritum facta de virili portione pecunia recepta an obſtet mulieri agenti ſoluto matrimonio ad repetitionem.*

1 MARITVS † & vxor ſi fateantur ſe in venditione prædii dotalis ſimul & pariter illius precium recepiſſe: tunc profectò intelligitur partem illius ad vnumquemque coniugum perueniſſe; Et ſic vbi vir, & vxor, conſtante matrimonio vendiderunt ſimul prædium alicui, quod ante inæſtimatum in dotem fuerat ab vxore datum viro, ſi ſoluto matrimonio, morte viri vxor repeteret dotis nomine precium fundi, vtique poſſet partem dumtaxat virilem repetere ab hæredibus, quaſi in hoc caſu intelligendum ſit, quod partem precii virilem repetere ab hæredibus, quaſi in hoc caſu intelligendum ſit quod partem precii virilem tunc ipſa vxor receperit: vt voluit Bart. *conſil.* 134. *punctus quæſtionis in princ.* cum quo tranſeunt Bal. *in l. mater tua. col.* 5. *C. de rei vendic.* Paul. Caſt. *conſil.* 196. *col.* 1. *& conſil.* 340. *in princ. vol.* 1. *nouiſ. & conſil.* 362. *in fin. vol.* 2. *nouiſſ.* Cur. Sen. *conſ.* 53. *col.* 2. & cæteri ſignati per Boer *deciſ.* 23. *in princ.*

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod in hac re, non obſtante mulieris confeſſione, intelligatur vir omnem pecuniam adeptus, inclinauere Specul. *in titul. de oblig. & ſolut.* §. *ante omnia, verſ. Sed pone vir & vxor.* & Vber. de Bob. & Ioan. And. *in addit. ibi.* Alber. cum aliis antiquioribus, relatis per eum, Paul. Caſtren. ſibi contrarius *colum.* 1. & Bal. quoque titubanter, *colum.* 1. *in auth. ſi qua mulier C. ad S. C. Vell.* vbi firmat ex cuiuſmodi confeſſione vxoris non præſumi quicquam ad eam perueniſſe de precio rei venditæ, ſi id aliter non probatum fuerit. Et præterea Saly. c. ibi, & Imo. *in l. cum vir, col.* 6. *& col.* 9. *de vſucap. & in c. cum contingat, colum.* 27. *de iureiurand.* atteſtantur ſecundum opinionem illam fuiſſe aliquando Bononiæ iudicatum. Idemque tradit Roma. *in l. ſecundum* §. *tranſgrediamur. ff. ſolut. matr.* & Federicus de Sen. *con.* 241. & ſententiã hanc veriorẽ ait Ange. Aret. *in* §. *eſt & aliud colum.* 2. *inſtit. de donat.* refertque ſe conſuluiſſe apud Regium; in caſu quo pater & filius in eodem inſtrumento dotem recepiſſe pariter faſſi fuerunt: vt eſſet intelligendum illam totam perueniſſe ad ipſum patrem mercatorem: & ſecundum iſtam partem iudicauit Sacrum Regium conſilium Neapolitanum, teſte Afflicto *deciſ.* 290. & ibi Cæſare Vrſillo *in addit.* & ſequitur etiam Boer. *in d. deciſ.* 23. *num.* 7. Natta *conſ.* 50. *num.* 1. *vol.* 1. & Crauet. conſulendo cum aliis quamplurimis congeſtis per eum, *conſ.* 91. vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Et quod hæc communis ſit, conſtat ex relatis etiam per Caſſaneum *in conſuet. Burgund. rub.* 4. §. 4. *nu.* 8. Tiraquel. *in tract. de vtroque retract.* §. 31. *Gloſ. vnica, num.* 4. *& ſeq.* & Moder. *in tract. de contractib. vſur. qu.* 38. *in princ.* ideo ab opinione iſta tantorum patrum, tanquam communiori, tutiori veriorique, approbata in Curiis, & prætoribus tam illuſtribus, erubeſcerem diſcedere. Com. opin.

OPINIO CCCCLXXXIV.

SVMMARIA.

1. *Mater vel frater dantes ſimpliciter rem propriam, ſed communem filiæ vel ſorori in dotem, an eam donare præſumantur, etiamſi alias adminiſtratores bonorum puellæ fuiſſent.*
2 *Dotem in dubio præſumitur frater tradidiſſe ſorori animo repetendi non donandi.*
3 *Patruus neptem dotans & non ſtipulans dotem ſibi reſtitui debere, an præſumatur animo donandi illam dotaſſe.*
4 *Mater dotans filiam, etiamſi valde diues ſit, in dubio præſumitur eam dotaſſe de bonis filiæ, & animo repetendi. Eiuſque ratio num.* 5.
6 *Mater non habet filiam in poteſtate, niſi cum eſt eius tutrix.*
7 *Mater non tenetur ad dotandam filiam.*
8 *Mater hæretica, & Iudæa, tenetur dotare filiam Chriſtianam, etiamſi non eſſet ſuum officium dotare filiam.*
9 *Patre & matre ſimul ſe obligantibus pro dote communis filiæ, an videatur mater animo donandi ſe obligaſſe, vel intercedendi pro viro, & repetendi.*
10 *Mater licet non teneatur dotare filiam cum commodè aliunde dotari poteſt, tamen ſi dotaretur, dos eius imputaretur in legitimam.*
11 *Filia, cui promiſſa eſt dos per patrẽ & ſoluta computato in ea legato, alias ipſi filiæ relicto, poteſt, non obſtante tali promiſſione, petere legatum vltra dotem promiſſam. Eiuſque ratio num.* 12.
13 *Pater licet promittat dotem filiæ de bonis paternis, & maternis; nihilominus filia poteſt conſequi dotem integram de bonis patris, & petere bona paterna. Et Paſchalis Turcanicum laudatur.*
14 *Statutũ loquens de filia à patre, vel fratre dotata non procedit cum dotatur filia de bonis maternis, aut propriis.*
15 *Pater tenetur de bonis ſuis propriis dotare filiam.*
16 *Solutio non dicitur, qui ſoluit mihi quod meum eſt.*
17. *Filia pro conſequendis legatis ſibi relictis quot habeat actiones. Et an hæres moroſus teneatur ad intereſſe fructuum & expenſas.*
18 *Filius inſtitutus à patre in re propria non dicitur inſtitutus ſed præteritus.*
19 *Filia dotata à patre, non excluditur à ſucceſſione materna, & fraterna, quod procedit etiam de iure regni. num.* 20.

21 Sta.

24 *Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione, an de ſucceſſione dotantis tantum intelligendum ſit. & num. 22. & 23. etiamſi filia renunciaſſet ſucceſſioni tam materne quam paterne. Et quæ requirantur, vt talis renunciatio valeat. num. 24.*

25 *Renunciatio hæreditatis à filia facta an pro ſui validitate requirat præſentiam, & conſenſum, expreſſum illorum de quorum hæreditate agitur. & num. 27.*

26 *In pacto de non ſuccedendo, an requiratur conſenſus eius, de cuius hæreditate agitur.*

28 *Renunciatio hæreditatis maternæ à filia facta, an valeat etiamſi filia renuncians nihil habuerit ex hæreditate materna.*

29 *Filia an à ſucceſſione materna excludatur, ſi pater dicat; ſe eam ex bonis maternis dotaſſe, vel in aſſignatione dotis dictum ſit, eam à patre, & matre dotatam. an vero requiratur, vt quantitas certa exprimatur, quæ pro dote materna data ſit. & num 30.*

31 *Renuncians hæreditati paternæ, maternæ, & aliis ſi non renunciauit in ſpecie hæreditati dotantis, ei ſuccedere non prohibetur.*

32 *Renunciatio hæreditatum etiam generaliſſima, intelligitur de delatis, non deferendis, & non extenditur ad iura futura.*

33 *Mulier quæ primum coram Iudice, vel Notario & teſtibus cum iuramento proteſtata fuit, ſe ex certis quibuſdam cauſis expreſſis, hæreditati voluntariæ renunciare nolle ſi poſtea renunciet, an illam renunciatio valeat & num. 34.*

35 *Item an talis proteſtatio clandeſtina partibus non intimata, iiſque ignorantibus facta vllam vim habeat.*

1 MATER vel frater aſſignantes, danteſque ſimpliciter in dotem rem propriam, ſeu commodem illam vtiq; donare cenſentur, etiamſi alias administratores bonorum puellæ fuiſſent ſecundum Cyn Iacob. de Are. & Saly in *l. fin. C. de do. promiſ.* Bal. in *l. Neſennius. col. 2. ff. de nego. geſt.* & iſtorum opinionem tuetur pluribus, & quidem optimis rationibus, ſequiturque conſulendo, & magis veram, & communem eſſe inquit Iacobus Mandellus *conſil. 12 num. 1. cum aliis ſeq.*

Exis. Ipso. ¶ Et licet Mandel. *in præcitato conſil. 12. ſub num. 1.* aſſeneret ſe ſolum inuenisse Bald. *in d. l. fin.* contrarium ſentientem: tamen arbitror ſententiam Bald. magis veram, magisque communem eſſe. Nam frater, & alii extranei habentes mulieris adminiſtrationem, in dubio videntur tradere dotem ſuæ ſorori de bonis patris, vel ipſius ſororis: vt concedunt etiam expreſſè Gloſ. *in verb. paternum eſſe officium.* Iacob. de Rubal. Ang. & alii complures *in d. l. fin.* & Bart. Socin. *conſ. 291. viſis iuribus. vol 2.*

2 Et † hinc præſumitur animo repetendi, non autem donandi fratrem tradidiſſe ipſam dotem ſorori: vt per Gloſ. & Doct. *in d. l. fin.* Bal. *conſ. 73. in princ. vol. 1. & conſ. 355. verba inſtrumenti. vol. 4.* & Corn. *conſ. 324. viſo puncto. vol. 1.* Vbi in fortioribus, & duorioribus

3 terminis conſiluit; † quod ſi nepos, & patruus ſtipulati non fuerint dotem ſibi reſtitui, licet ad nepotem, & fratrem filiæ ſpectaret onus dotandi, quod tamen patruus non præſumatur animo donandi dotaſſe.

4 Et † quemadmodum frater dotans ſororem, cenſetur dotare bonis patris, ſeu ipſius ſororis: ita päriformiter mater, dotans filiam, in dubio præſumitur dotaſſe de bonis filiæ, non autem ipſius matris: & conſequenter animo repetendi, etiamſi mater valde diues foret: ita Gloſ. *in d. l. fin.* & Bal. Nouel. *in tract. de dote in 6. par. priuileg. 3. ſub num. 3.* Et ratio 5 poſſet aſſignari iſthæc: † quoniam mater, frater, & patruus tanquam extranei promittunt dotem, *l. vnica §. extraneum C. de rei vxo. act.* vbi diſponitur, omnes illos in præſenti materia nuncupari extraneos, qui mulierem in poteſtate non habent, & *in l. Cains ff. ſolt. matrim.* Nam de matre certiſſimum eſt eam non habere † filios in poteſtate: vt in *§. femina, inſtit. de adopt. & inſtitu. de patria poteſtate:* niſi quando eſſet tutrix 6 filii ſui. text. eſt ſing. com Gloſſ. *in c. ex parte, de appell.* & ibi Bal. Philip. & alii.

7 Nec † ipſam matrem teneri regulariter ad dotandum filiam: *vt l. neque mater. & l. auia. de iure dotium* Gloſ. Saly. & cæteri omnes concorditer, *in d. l. in fin. C. de dotis promiſ.* Soc. *in repet. l. 1. num. 197. ff. ſolut. matr.* vbi hoc limitat in duobus caſibus & Ioan. Camp. *in tract. de dote in 1. part. q. 12.* & Marquardus de Suſannis *in tract. de Iudæis, & infidelibus in 3 part cap. 4. num 3.* Clar. Opin.

8 Quibus in locis tradunt iſtam limitationem inter alias, † quod mater infidelis, & hæretica teneatur dotare filiam Chriſtianam, etiamſi non eſſet eius officium illam dotare. *l. cognouimus C. de hæret.* Gloſ. *in d. leg. fin. Cod. de dot. promiſ. in verb. paternum eſt offic. & in leg. mater Cod. de iure dot.* Doctores omnes *in auth. res quæ C. Commun. de leg.* & Socin. Iunior. *in repet. d. leg. 1. ſub numer. 197. ff. ſolut. matrimon.* vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem: quam ibi ampliat procedere in matre etiam Iudæa, & Bald. *in dict. leg. mater.* Marquar. *in lo o præcitato*, & Iaſ. in *§. fuerat. ſub numer. 115. Inſtitut. de action.* Com. opin.

9 Imo † pater & mater ſimul ſe obligarent pro dote communis filiæ adhuc minimè videtur mater animo donandi ſe obligaſſe: ſed intercedendi pro viro; & repetendi, vt firmat Bal. Nouel. *in tractat. de dote in 6 part. priuileg. 3 numer. 7.* vbi recenſuit ita facti in contingentia conſultum fuiſſe.

10 Vnde † quamuis mater non teneatur dotare filiam, quando habet vnde aliunde ſe commodè dotare poſſet: nihilominus tamen ſi ab eo dotetur dos ipſa imputatur in legitimam: vt firmat & probat Picus *numer. 196.* Rumus *numer. 42.* & alii qui alii Mod. *in leg. in quart. ff. ad leg. Falcid.* & Rolandus à Valle *con. 44. viſa donatione facta ſub numer. 31. volum. 4. & conſ. 70. de dubiis dubitaris contigit. ſub num. 14. eod. volum. 4.*

11 Sed † vbicunque pater promitteret, & ſolueret dotem filiæ ſuæ, eius viro, ſeu ſocero ſtabilitam atque determinatam; computato in ea legato, ſeu legatis eidem filiæ alias relictis: tunc filia ipſa poſſet dubio procul, non obſtante promiſſione, & ſolutione hac, petere memorata legata vltra dotē promiſſam: ita Gloſſ. Bald. & omnes concorditer *in d. l. fin. C. de dot. promiſ. per textum ibi* Capra *conſil. 29. num. 3. & ſeq.* & Alciat. *in tractat. de præſumpt. in reg. 1. præſum. 26. num. 1.*

12 Et ratio eſt † quia legatum non compenſatur cum dote: ita Alex. *conſ. 90. in fin. volum. 7.* Cum legatum ipſum compenſationem, & retentionem omnino tollat, & excludat *l. 2. & leg. ne dot. ff. de dot. prælegat.* Gloſſ *in conſuet. Neapolitan. de iure quarto*, Alexand. *conſil. ſeptimo numer. 10. in fine volum. 2. & in l. 1. volum. 5. ff. ſol. matrimon.* & Grammaticus *conſil. ciuilis. 114. in cauſa illuſtris Dominæ, numer. decimo & ſequent.* niſi filia legitimè conſentiat: ſecundum Baldum *con. 327. volum 7.*

13 Imo † hoc concludendum eſſet, quotieſcunque pater expreſſè idem promitteret, & pariter dotem ſolueret filiæ, eius viro, ſeu alteri eius nomine de

bonis

tum probatur, ita fuiſſe interpretatam conſtitutionem regni præmemoratam *in aliquibus*; vt excludatur filia, tam ab hæreditate paterna, quam materna, & quando probata eſſet conſuetudo, quod ſemper fœmina ſit excluſa; illa autem nõ probata, filia non excluditur, prout iſta, omni ſcrupulo remoto, cenſetur veriſſima, atque inconcuſſa concluſio, canonizata q; in ſacro regio conſilio Neap. vt per Afflict. *in allegata deciſ.* 178. *num.* 1. & per Vrſillum *in add. eo in loco* & per Io. Vincent. de Anna *in prænominata allegatione* 70 *nu.* 6. *& ſeqq.*

23 Et † quamuis D. Vinc. de Franch. citatus pro iſta parte, *in deciſ. præallegat.* 171. videatur quodammodo in contrariam inclinare ſententiam, tamen rectè intuenti, non videtur ipſe ſe apponere tam claræ veritati, cum de Franchis allegat eo in loco Andr. de Iſer. & Afflictum in locis ante ſignatis, qui conſtantiſſime firmauere, tunc demum filiam excludi ab hæreditate materna, quando probata eſſet prædicta conſuetudo quod ſemper fœmina ſit excluſa, vnde cum de Franchis moueatur authoritate Andreæ de Iſernia, & Matthæi de Afflictis debet re ipſa intelligi ſecundum ea, quæ allegati Doctores per eum concludunt, ita Bar. *in l. non ſolum. §. liberationis ff. de liber. legat. & l. cum quidam, ff. de his quibus vt indig.* alias dicta conſuetudine non probata fœmina ſuccedit in hæreditate materna. ſed quoniam in caſu deciſionis de Franchis apparet conſuetudo Neapolit. quæ incipit, *ſi moriatur*, quæ fœminam excludit ab hæreditate matris, merito Franchis dicit, ſic hodie abſque dubio iudicamus; quia adeſt iſta conſuetudo & dum allegat Afflictum *deciſ.* 178. & Andr. de Iſernia in *d. conſtit. in aliquibus*, debet neceſſario intelligi ſecundum eorum diſtinctionem, videlicet, vt excludatur fœmina, probata huiuſcemodi conſuetudine alias illa non probata fœmina ſuccedat, ita vt filia ſuccedat matri, cum non apparet probata præſens conſuetudo prout hoc idem firmat, ſimiliter Maranta *in ſuis diſputationibus, poſitis in fine tractatus de iudiciis, diſputatio* 1q. *concluſ.* 7. *n.* 28 *& ſeq.*

24 Neque † vllatenus ſimiliter obſtaret in hac materia ſi filia renunciaſſet hæreditati maternæ & fraternæ, abſente matre vel fratre tempore renunciationis, quia ad hoc, vt valeat & teneat talis renunciatio requiritur, vt perſona illa de cuius hæreditate agitur ſit præſens, & expreſſe huic renunciationi conſentiat, *l. fin. C. de pact.* per quem textum ita conſuluit Rolan à Valle *conſil.* 81. *vol* 4. Dec. *in l. pactum, quod dotali. num* 9. *verſ* 6. *limita C. de collat.* quem refert, & ſequitur de Franch. *in addit. Neap. ſi moriatur, fol.* 84. *verſ. ludi* Dec. Idemq; tenuere etiam Ancharan. Gemin. & Imol. *in c. quamuis de pact. in* 6. Piſatel. *in allegata conſuetud. ſi moriatur, fol* 84. *verſ. vidi tenentes* Hieron. Gabriel. *conſil* 138. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 1. Ferd. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §.* 18. *num.* 13. Grauet. *conſ.* 41. *num.* 5. Alex. *conſ.* 155. *num.* 10. *vol.* 7. vbi Pariſienſ. in additione ait ita obſeruari, & multoties ſic iudicatum fuiſſe *& in additione quoque ad Dec. conſ.* 380. *num.* 15. *in litera* C. & ita conſuluit Soc. Sen. *conſ.* 73. *cluſ.* 2. *vol.* 3. & Ancharan. etiam in terminis *conſ.* 39. *nu.* 3. & iſta eſt vera, indubitataque concluſio, atque pariter communis, Doctoribus teſtibus in locis præcitatis.

25 Nec † diſturbat modo illa obiectio vulgaris, quæ fieri conſueuit, quod conſenſus matris, & fratris non ſit neceſſarius, cum non tractetur de pacto de ſuccedendo, ſed de pacto de non ſuccedendo, in quo non requiritur conſenſus; quia hæc obiectio eſt contra communem ſcholam omnium ſcribentium,

Rolan. enim à Valle *in allegato conſ* 81. *vol.* 4. format caſum in pacto de non ſuccedendo, & concludit renunciationem eſſe nullam, & planum pariter facit hanc eſſe communem opinionem. Idemque conſuluit etiam Hierony. Gabriel. *conſ.* 138. *in fin. volum.* 1. de Franch. *in additio. Neapolitan. in conſuetud. Neap. ſi moriatur, fol.* 84. & Rolan. *in eodem conſ.* 81.

Secundo loco excluditur quoque eiuſmodi difficultas hac etiam viuaci ratione, quod † etiam in pacto de non ſuccedendo requiratur conſenſus eius, de cuius hæreditate agitur vt firmat Cagnol. *in l. fin. numer.* 19. *C. de pact.* Alexan. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta num.* 12. *ff de verb. obligatio.* vbi Iaſon Bald. Cuman. & alii quos refert, & ſequitur Ferd. Vaſq. *in tractat. de ſucceſſ creat. §.* 18. *requiſit.* 29. *num.* 50. *& ſeq.* & hoc ea ratione, quia ex parte renunciantis eſt pactum de non ſuccedendo, ſed ex parte fratrum eſt pactum de ſuccedendo, idem conſuluit Cæphal. *conſ.* 603. *numer.* 21. *& ſequent. vol.* 4. vbi teſtatur etiam hanc eſſe magis communem & ab ea non eſſe recedendum in iudicando, quod videlicet omnis vbicunq; tractatur de hæreditate tertii viuentis, ſiue ſit pactũ de non ſuccedendo, ſiue de ſuccedendo, ſemper, tanquam contra bonos mores, non valeat & votum captandæ mortis inducat. 26

Nec aduerſatur poſtremo illud plumbeum, aridumque miſerorum refugium, † quod ſufficiat conſenſus tacitus, atque præſumptus, nec vllatenus requiratur conſenſus expreſſus ex quo contaminaretur tenera veritas ipſa; quia imo requiritur in iſto caſu conſenſus expreſſus vt conſuluit Gozad. *conſ.* 97. *num.* 2. *& conſil* 98. & Menochius *conſil.* 92. *num.* 36 *& ſequent.* & hæc eſt communis opinio, vt requiratur conſenſus expreſſus atteſtantibus Cagnol. *in l. fin. numer.* 95. *Cod. de pact* Grauet. *conſil.* 41. *num.* 5. Apoſtil. ad Decium *in conſil.* 379. *in litera* O, Socin. Sen. *conſ.* 74. *volum.* 3. Decius *in l. pactum, verſ. ſexto limita*, & ita etiam Gagnolus ipſe ſæpius reſpondiſſe. Et quod requiratur conſenſus expreſſus probat textus etiam *in allegata l. fin. Cod. de pact. verſ. ſcienti, & volente*, & Cagnolus *ibi num.* 98. & quod requiratur conſenſus expreſſus illius, cuius hæreditati renunciatur, tenet Bart. *in leg. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. obligation.* dum limitat, *c. quamuis, de pact. in* 6. & quod ita fateantur omnes teſtatur Rodericus Suarez. *in l. quoniam in prioribus, limit.* 5. *Cod. de inoffic. teſtament.* refert & ſequitur Michael. Graſ *de ſucceſſione ab inteſtat. quæſtion.* 10. vbi proprie loquitur de pacto non ſuccedendi & de conſenſu expreſſo loquitur Caualcan. *deciſ.* 22. *num.* 16. *lib.* 3. vbi allegat Cæphal. *conſil.* 34. *num.* 10. *vol.* 1. *& conſ.* 334. *num.* 1. *vol.* 3. 27

Et quamuis paulo antè comprobata reperiatur illa concluſio † renunciationem filiæ factam, vt ſupra, non valere, ex eo, quod renuncians nihil habuerit de bonis maternis, per ea quæ conſuluit Ancharanus *conſil.* 39. tamen cum impugnari poſſit hæc concluſio, ex aſſertione Antonii Gabrielis, in loco infra citando, communem videlicet opinionem extare contra Ancharan. rogo iudices, vt circumſpecti ſint in iudicando; nam ad ſuadendum Ant. Gabriel. quod communis opinio ſit contra Ancharanum *in rub. de iure dot. concluſ.* 1. *num.* 25. citat Romanus *in leg. qui ſuperſtitis. ff. de acquirend. hæred.* & Alexand. *conſ* 142. *volum.* 1. & alios, qui quidem Romanus, & Alexander ſunt tenera in locis prænominatis communiter reprobati, vt per Cæphal. *conſil.* 641. *num.* 88. *&* 135. *volumine quinto & conſil.* 751. *numer.* 17. *eodem volum.* qui tanquã communiter reprobati, non poſſunt 28

nec

cludatur, cum verba renunciationis id non dicant, & ſimus in contractibus, in quibus ſit ſtrictiſſima interpretatio. & omiſſum habetur pro omiſſo, *l. quicquid aſtringenda, ff. de ver. oblig. & l. veteribus, ff. de pact.*

32 Imo † mulier ipſa cum renunciauit, & ceſſit hæreditates, & ſucceſſiones in contractu expreſſas, intelligitur abſq; dubio de delatis, non autem de deferendis, vt eſt textus *in l. ſi à colono, & in l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud, §. 1. ff. de ver. oblig.* vbi verba intelliguntur de præſentib. & non de futuris, & in vltimis voluntatib. eſt text. etiam *in l. ſi ita, ff. de aur. & arg.* vbi quamplurima cumulat Bar. per quæ ita determinant Doctores, quod renuntiatio, etiam generaliſſima, ad futura non extenditur, etiamſi foret dictum omnibus viribus, quæ habere ſperat, prout concludit Io. Vincent. de Anna, aſſerens ſic iudicatum, per regiam Cameram Summariæ *in ſing. 439. in ver. renunciatio, & in allegat. 145. n. 2.* & poſuit etiam Menoch. *conſ. 1. n. 150.* & ob hoc notarii practici dicunt in renuntiationib. quod renuntietur iuribus delatis, & deferendis, & iuribus præſentibus, & futuris, vnde ſtante, quod dotans tempore renuntiationis viuebat, & ſucceſſiue hæreditas adhuc non erat delata, nõ poterat ea comprehendi in renuntiatione: nam ceſſio, & renuntiatio fiebat per mulierem in eius fauorem, & tanquam eius ceſſionarius haberet ſucceſſiones ceſſas, & renuntiatas, non autem quod ipſo mortuo, mulier eidem non ſuccederet.

33 Nulla † etiam, & inualida dicitur renuntiatio mulieris, ſtante proteſtatione cum iuramento, antea facta, coram iudice, notario, & teſtib. per eandem mulierem, de volendo voluntarie renuntiare, ex cauſis in illa expreſſis, nam etiamſi poſtea renunciaſſet, primum iuramentũ deberet ſeruari, non autem ſecundum, & ſic nullatenus tũnc valeret renuntiatio, ſecundum Glo. communiter ab omnib. approbatam, *in c. licet mulieres de iureiur. in 6.* vnde ob hoc dicit Maranta *in 10. ſua diſputatione, ſub n. 53.* adnotatos quotidie mulieribus dare cautelam, vt faciant ſimiles proteſtationes cum iuramento; nam ſi poſtea renũtient, illa renuntiatio non valebit, aſſerens opinionem illius Gloſſ. communi voto Doctorum approbatam, eiq; ſimiliter eo in loco aſſentitur, Io. Vincent. Hondedeus cum aliis aggregatis per eũ *conſ. 29. n. 53. & ſeq.*

34 Ego † vero ſemper reputaui iſtam cautelam, proteſtationemq; clandeſtinam, atq; doloſam, & tendentem ad alium decipiendum, & fallendum, nullatenus tenere, neq; valere, nec releuare proteſtantem, imo vt aliquid operaretur proteſtatio, ipſa debebat intimari, ſecundum Bal. *in l. clari, in fin. C. de fideicom.* Fely. *in c. conſuluit, n. 2. Extra de offic. deleg.* Alex. *in l. qui in ſua. § Celſus ff. de acquiren. hæredit.* Pariſ. *conſ. 5. nu. 195.*

35 *vol. 4.* Et † ratio patet euidens, nam dotans tempore dotationis erat ignarus talis clandeſtinæ proteſtationis, & propterea debebat certiorari, alias non facturus, quia ipſe tractabat de damno vitando, & mulier dotanda de fallendo, & de lucro captando, prout etiam, & fortius, dico, quod cum in ſimili proteſtatione figuratur, vel allegatur metus, ad hoc vt proteſtatio proſit, neceſſe eſſe, vt metus probetur, & ſine probatione iſtius qualitatis, proteſtatio illa penitus ruit, ſecundum Ang. & Aret. *in d. l. qui in ſua § Celſus.* & in terminis Io. Vincen. Hondedeum *in alleg. conſ. 29. nu. 53. & ſeq.* prout etiam talis proteſtatio non poteſt eſſe conſiderabilis, quia fuit clandeſtina, parte abſente, & ignorante facta, nec vllo modo notificata, prout de iure requiritur, ſecundum Bal. *in alleg. l. clari, C. de fideicom.* Fely. *in d. c. conſuluit* Alex. *conſ. 16. ponderatis. col. pen. vol. 3.* Alberic. de Roſate *in d. § Celſus, col. 1. verſ. ſed quod clandeſtina.* Et tanto magis hoc ſine difficultate procedit, cum actus dependebat à volũtate plurium, taliter quod proteſtatio iſta debebat, & debuit innoteſcere intereſſe prætendentib. ſecundum Bar. Alex. Iaſ. & alios vniuerſaliter omnes, *in d. § Celſus, & in § morte. ff. de noui oper. nunciat.* & potiſſimum omnia prælibata locum obtinent, quando huiuſcemodi proteſtatio tendit in captionem, & deceptionem alterius, tunc enim neceſſe eſt, vt ea omnino intimetur, ſecundum communem ſcholam omnium Scribentium allegatam, ideo talis proteſtatio ita emanata non potuit, nec poteſt obeſſe dotanti, ex iuribus, & rationibus ſupra adductis.

OPINIO CCCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Matri dicenti filium non eſſe mariti, an credatur.*

MATRI † aſſeueranti filium non eſſe mariti, ſiue marito, ſiue filio declaret, nequaquam creditur: ſecundum Bald. Floria. & Iac. de San. Georg. *in l. fin. §. ſi per tex. celebrem, ibi. ff. de probat.* Cyn. Ang. Alberi. Salyc. *in l. ſi vicinus. C. de nuptiis.* Bar. *in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.* Marſil. *l. 1. §. ad quæſt. in fi. ff. de quæſt.* Alciat. *in tra. de præſum. in reg. 1. præſum. 19.* Paleot. *in tra. de nothis, & ſpuriis, c. 24. n. 1. & ſeq.* Io. de Neuiza *in ſua Sylua nuptiali, lib. 1. n. 50. & ſeq. ſol. par. 38.* & copioſe Boer. cum aliis cõgeſtis per eum, *in deciſ. 299. n. 4. cum aliis ſeq.* vbi ampliat opinionem iſtam, atq; oſtendit, eſſe veram, & communem, & ampliat etiam Gozadi. *conſ. 12. in hac cauſa ex Ciuitate Florentiæ mihi transmiſſa, n. 2. cum aliis ſeq.* In tribus caſibus, & limitat ſimiliter eandem communem *ibi, ſub nu. 27.* procedere, ſi filius non conſentiret confeſſioni adulteræ: alias ſecus, & fatetur ibi iſtam eſſe communem opinionem. Et adde And. Gail. *lib. 2. pract. obſ. Cam. obſ. 97. nu. 8.* Cõis opin. Cõis opin.

OPINIO CCCCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mater diues an propter inopiam patris, filiam pauperem dotare teneatur. Et an bona prohibita alienari, in dotem dare poſſit, nu. 2.*

MATER † diues, propter inopiam patris, tenetur dotare filiam pauperem: ſecundum Bar. quem omnes communiter ſequuntur, *in l. neq; mater. C. de iure dot ium, & in auth. res quæ. C. communia. de lega.* & ibi Iaſ. *col. 4.* Bald. *in l. mater. C. de iur. dot.* Ang. *in l. filia. in princ. ff. ad Trebell.* & Roma. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* & Afflict. *in conſtit. quamplurium, ſub n. 21. lib. 3. rub. 17.* & & opinionem iſtam ſequitur pariter, & communem fatetur Coraſius *in repet. l. qui liberos, in 2. lectu. num. 112. ff. de ritu nupt.* 1 Cõis opin.

Imo † mater hoc caſu poteſt in dotem dare filiæ pauperi bona à lege prohibita alienari in vltima voluntate: ſecundum omnium Doctorum cõmunem ſententiam: quam commendat, celebrat, & citat Socin. *conſ. 75. col. 2. vol. 1.* & Boer. *deciſ. 129. n. 4. & ſeq.* Et opinio iſta interpretatur per Alex. *conſil. 56. vol. 1.* non procedere, quando teſtator expreſſe prohibuiſſet alienari in cauſam dotis dicta bona. 2 Cõis opin.

OPINIO CCCCLXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Bona contrahentium matrimonium in gradu prohibito, publicantur, & talis confiſcatio fit ipſo iure. & n. 2. Ea tamen pœna non habet locum in ſponſalibus. n. 5.*

3 *Matrimonium non poteſt contrahi cum conſanguinea, vel prohibita, etiam ſub conditione, ſi Pontifex diſpenſauerit.*

4 *Bona accedentium ad conſanguineas, vel moniales, vel*

alias prohibitas perſonas, publicantur, & ſunt ipſo iure excommunicati.

6 *Matrimonium ignoranter contrahentes in gradu prohibito non incidunt in pœnam, & excuſantur à proceſſu criminali, dummodo ſtatim habita notitia abſtineant à coitu.*

7 *Nati ex matrimonio putatiuo ſunt legitimi quoad vtrumque parentem, etiamſi vnus eorum impedimentum ignorauerit.*

8 *Mulier ignoranter contrahendo matrimonium in gradu prohibito, poteſt repetere dotem.*

9 *Matrimonium putatiuum bona fide contractum, an habeat omnia priuilegia veri matrimonii.*

1 MATRIMONIVM † contrahentes ſcienter in gradu prohibito, bona ipſo iure debent publicari. text. eſt *in auth. inceſtas. C. de inceſtis nuptiis. & in d. §. 1. in auth. de inceſt. nupt. & in c. cum ſecundum de here. lib. 6.* & ita notat Boet. *deciſ. 264 num. 13* & Couarruuias *in 4. lib.*
2 *decret. in 2. part. c. 6. §. 8. n. 5.* Et † confiſcatio illa fit ipſo iure etiam in 250. caſibus: quos nouiſſime poſuit & recenſuit Lod. Creſſules *in tract. in quibus caſib. iure ciuili omn. bon. vel partis, publicatio ſit indicta, à fol. 3. vſq; ad fol. fin.* vbi per 90. paginas ponit ſupracitatos caſus.

3 Et præmiſſa ampliantur, † quod matrimonium hoc non poſſit contrahi cum conſanguinea, vel prohibita, etiam ſub hac conditione, videlicet, ſi Pontifex diſpenſauerit, ſecundum Imol. Card. & Abb. *in c. ſuper eo. de cond. appoſ.* Calder. *conſ. 1. in tit. de ſponſalib.* & Cōis opin. iſtorum ſententiam ſequitur etiam Aretin. *conſ. 143. col. 4. & in l. apud Iulianum. §. conſtat, col. 3. de legat.* quam ait ibi eſſe cōmunem. ¶ In contrariam vero partem inclinauit Ant. de But. *in d. c. ſuper eo,* cuius opinio de conſuetudine ſeruatur, vt refert, atteſtaturq; Boer. *in d. deciſ. 264. nu. 17.* & de iſta vltima opinione, vide Ancha. *in c. ex publico, de conuerſ. coniug.*

4 Ampliatur † ſecundo, regula præmiſſa, vt habeat locum, non ſolum, ſi nuptias contrahant, ſed etiam ſi acceſſum habuerint ad conſanguineas, vel moniales, vel alias prohibitas perſonas: vt *in Clemen. 1. de conſang. & affi.* & vltra amiſſionem bonorum ſunt ipſo iure excommunicati: vt tenet Iac. de Simancas *in lib. ſuo inſtitutionum catholicarum. c. 40. num. 5.*

Et † regula iſta ita explicita interpretatur, primum
5 non habere locum in ſponſalibus: quia requiritur neceſſario, quod matrimonium ſit carnali copula conſummatum: vt *in c. & ſi neceſſe. de donat. inter vir. & vxor.* quem text. ita intelligunt ibi Ant. Abb. Præpoſ. Cōis opin. & omnes communiter, Bald. Nouell *in tract. de dote, 2. par. n. 3. & 7.* & Couarruuias *in memorato* § 8. n. 10.

6 Limitatur ſecundo, † quando maritus, ſiue mulier ignoranter commiſerunt inceſtum, vel contraxerunt matrimonium illicitum, ſecundum Gloſſ. *in Clem. 1. de conſang. & affinit.* vbi expreſſe tenet, & probat, quod ille, qui in caſu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit, non incidat in pœnam illius Clemen. videlicet, in pœnam inceſtus, adulterii, illicitiue coitus: & denique matrimonium hoc excuſat etiam à proceſſu criminali: quam Gloſſ. ſequitur Felyn. *in capit. examinata. num. 7. de iudic.* & Couarruuias *in d. §. 8. num. 19.*

¶ Et hoc procedit, & videtur verum, dummodo ſtatim, atque reſciuerunt matrimonium non ſubſiſtere, & valere, abſtineant à coitu. text. eſt *in l. adulterium cum inceſtu. §. idem Imperatores,* & ibi Barto. *colum. 3.* & Ange. *ff. de adulter.* & Ioan. Baptiſt. Plotus *in repetitio. l. ſi quando, numer. 289. C. vnde vi.* & Paul. Girlandus *in tract. de pœnis omnifar. coitus illiciti. q. 5. n. 3.*

Et hic diſquirendum eſt congruenter, † vtrum
7 matrimonium hoc putatiuum, data ignorantia in altero ex contrahentibus, ita prolem legitimet, ſicut verum; & per conſequens filii nati ex huiuſmodi matrimonio ſint legitimi. Gloſſ. *in l. qui contra. C. de inceſt. nupt.* determinauit quod non: quam ſequitur Bal. *num. 2. in 1. lect.* Cyn *num. 8.* Salycet. *num 5.* Bart. *in l. fin. num. 4 ff. de cond. ſine cauſa,* & ibi Iaſ. *colum fin.* Alex. *in addit. ad Barto. in l. ſi adulterium, in addit. ſuper num. 2. ff. de adulter.* & Mat[illegible]. *in l. pen numer 56. ff. de quaeſt.* & hoc per rationem relatam per Caſſadorum *in deciſ. vnica, num. 1, in tit. de ſponſalib. & matrim.*

¶ Contrariam vero ſententiam, quod imo ſi vnus eorum dumtaxat impedimentum ignorauit, filii iſti ſint legitimi, quoad vtrumque parentum, tenet Glo. *in c. referente in verb. ignorantiam, qui filii ſint legit. in c. cum inhibitio. §. 1. in verb. Si ambo. de clandeſtin. deſponſ. & in c. in Ciuitate. 34. quaeſt. 1.* & hoc dictum ſequitur Iacob. de Arena *in d. l. qui contra, n. 3* & Bald. ibi, *nu. 4. in 1. lect.* ſibimet parum conſtans: hoc etiam tenet ibi Alberi. *nu. 2.* Bart. etiam ſibi ipſi contrarius, *in auth. de inceſt. nupt. in prin. col. 2.* Abb *in c. 2. qui filii ſint leg.* Ancha. *in c. 1. col. 2. de conſtit. & conſ. 181.* Præpoſit. *in d. c. cum inhibit. n. 7.* Plotus *in d. l. ſi quando, nu. 289.* & Caſſadorus *in d. deciſ. vnica, nu. 1. & ſeq.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotæ determinaſſe. Cōis opin.

¶ Sed in iſta ambiguitate, & tam dubia materia, diſtinctionem traditam nouiſſime per Petr. Duennas *in ſuis reg. in reg. Contrahentes matrimonium. n. 2. circ. fin.* ſequendam mihi fore decreui: quæ quippe ſemper mihi placuit, & videtur veritati & æquitati conſona, eamque breuitati ſtudendo aliter non recenſeo, ſed videndam omnino ſuadeo.

Sciendum etiam eſt, † quod mulier iſta ignoranter contrahendo matrimonium, id eſt, ignorando in caſu iſto ius, vel factum, abſque dubio poſſit repetere dotem: vt in *l. ſi cum dotem. §. fina. ff. ſolut. matrim.* & hoc tenet, & ſequitur Barto. *in l. ſi adulterium cum inceſtu, num. 2 ff de adulter. & in l. fin. num. 4. ff. de condictio. ſine cauſa.* & Iaſo. *in additio. ad Portium, in §. fin. n. 16. Inſtit. de nupt.* 8

Et † matrimonium hoc putatiuum bona fide contractum, habet omnia priuilegia veri matrimonii. *d. l. ſi cum dotem. §. fina.* & ibi not. Doctor. & Bartol. *in l. ſi concubinam, ff. rerum amot. & in l. de iure. §. fin. ff. ad munic.* Et hoc intelligitur procedere ex parte vxoris. Nam ex parte mariti, dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ: vt habetur per Alexan. *in d. l. ſi cum dotem. §. fin. colum. 1.* poſt alios per eum relatos. Et ratio eſt, quia non eſt idem fauor in marito putatiuo, qui eſt in vxore: quia ratio cur fauetur vxori putatiuæ in dote, eſt, vt deinceps poſſit facilius nubere. *l. 2 § fina. ff. de priuileg. credit.* & ita tenet Alexand. *in dict. l. ſi cum dotem. §. fina.* quæ ratio ceſſat in marito. 9

OPINIO CCCCLXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium carnale non requirit neceſſario verba, ſed ſufficit conſenſus.*

2 *Conſenſus expreſſus, non autem tacitus requiritur ad inducendum matrimonium.*

MATRIMONIVM † carnale non requirit neceſſario verba, etiam in his, qui loqui poſſunt, 1 ſed ſufficit, vt conſenſus contrahentium matrimonium aliquo ſigno declaretur: ſecundum Hoſtienſem, Gloſſ. Abb. cæteroſque communiter *in capit. cum apud. de ſponſalib. per text. ibi,* qui dicit, quod ſolus conſenſus ad contrahendum matrimonium Cōis opin. ſuffi-

ſufficiat; ex quo ſequitur quod non requiruntur verba, conſenſum partium exprimentia: & opinionem iſtorum ſequuti fuere Faber, Ange. & Iaſ. *in additio. ad Porti. in §. nuptias Inſtit. de patria poteſt.* Alexan. *conſ.* 146. *col.* 8. *vol.* 5. *& in l. de pupillo. §. meminiſſe in fin. ff. de noui oper. nunc.* vbi dicit ſententiam hanc eſſe veriorem; & communem inquit Abb. *in d. cap. cum apud*, & Boeti. *deciſ.* 1. *num.* 18. & probat, ſequitur, atque communem dicit Couarruuias *in epito. de ſponſalib.* 2. *par. c.* 4. *num.* 1. *& ſeq. fol. par.* 67. *& in relectione cap. quamuis pactum. de pact. in princip. ſub num.* 4. & ſecundum communem præmiſſam doctiſſime ac elegantiſſime conſuluit Boeti. *conſ.* 40. *num.* 21. *cum alijs ſequent.* vbi poſt alios conſulentes pro hac parte per eum ſignatos nihil intactum reliquit pro dictæ opinionis confirmatione, ideo tanquam ad vberrimum fontem, caſu eueniente, pro explenda ſiti, quilibet ad *d. conſ.* 40. recurrere poteſt.

2 Sed aduerte, † quod iſte conſenſus ad matrimonium inducendum, debeat eſſe expreſſus, tacitus quippe non ſufficit; vt determinauit Rota Roman. *ſub die* 17. *&* 24. *Nouemb.* 1570. atteſtante D. meo Oradino *in deciſio.* 275. *& deciſio.* 277.

OPINIO CCCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium an non inducant verba hæc*, volo tecum contrahere matrimonium, *vel* volo te ducere in vxorem, *ſeu*, placet mihi te ducere in coniugem.

1 MATRIMONIVM † non inducunt hæc verba; *volo tecum contrahere matrimonium*, vel, *volo te ducere in vxorem*, ſeu, *placet mihi te habere in coniugem*: huiuſmodi enim verba efficiunt ſponſalia de futuro, & non de præſenti: & ſic ſolum ſapiunt ſponſalia de futuro: ſecundum Ioan. Andr. & Abb. *in cap. cum ex literis. de ſponſal.* Alexan. *conſ.* 153. *volum.* 5. *in princip. & col.* 4. Afflict. *in conſtit. Neapol. lib.* 3. *tit.* 19. *col.* 2. Syluest. *in ver. Matrimonium. il ſecundo, quaſt.* 9. Boet. *conſil.* 40. *num* 54. *& ſequent.* & Couarruui. *in epito. de ſponſalibus,* 2. *part. cap.* 4. *nu.* 4. *folio par.* 68. vbi præſupponit iſtam Cõis opin. eſſe magis communem opinionem, & eam concordat cum ſententia Cardi. *in d. cap. ex literis*, aſſerentis per verba præmiſſa contractum eſſe verum matrimonium; prout etiam pro iſta parte contraria, & opinione Cardi. conſuluit doctiſſime Natta *conſ.* 250 *ſuperioribus diebus ſcripſi, vol.* 2.

OPINIO CCCCXC.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium an contrahatur de præſenti his verbis*, habebo te in vxorem; *vel*, promitto, quod te coniugem habebo. *Item*, non deſeram te quamdiu vixero, *num.* 2.

1 MATRIMONIVM † inducunt verba hæc; *habebo te in vxorem*, vel, *promitto, quod te in coniugem habebo*; & per conſequens ex iſtis verbis, dicendo, vir, *promitto tibi, quod habebo te pro legitima vxore*, & idem reſpondeat mulier, matrimonium verum contractum eſſe cenſetur de præſenti: quia verbum *habebo*, poteſt referri ad tempus præſens: ſecundum Gloſſ. Abb. & Præpoſ. *in cap. ex parte, de ſponſal. per textum ibi*, Abb. & Deci *in cap. iuramenti, col.* 1. *de probationib.* & opinionem Cõis opin. iſtorum communem eſſe ſcribit Couarruui. *in epito. de ſponſal.* 1. *part. cap.* 4. *num* 5. licet ipſe, & male, cum alijs citatis per eum, contrarium aſſeueret. Et eandem communem, tanquam ſacroſanctam, ſequuntur, & tuentur Angel. de Clauaſio, etiam *in ſua ſumma, in verbo, Matrimonium, il ſecondo* § 12. Summa Tabiena, *in verbo, Matrimonium. il ſecondo, ſub* §. 10. & Summa Raymundi *in tract.* 7. *de matrimo. ſub c.* 4.

Necnon † matrimonium ipſum probatur etiam 2 per alia ſimilia verba, videlicet, *non dimittam te, quamdiu vixero*, iunctis alijs verbis literatum, ita Creſcen. *in deciſ.* 90.

OPINIO CCCCXCI.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium non poteſt niſi inter puberes contrahi, ſecus in ſponſalibus.*

2 *Matrimonium contractum per verba de præſenti inter perſonas inhabiles, ratione ætatis, confirmatur per ſuperuenientem ætatem, & cohabitationem ſinita pubertate.*

3 *Copula præſumitur interueniſſe, cum viſa fuerit in lecto iacere mulier cum viro.*

4 *Præſumptionem violentiſſimam copulæ inducit pernoctatio viri, & mulieris in eodem lecto.*

5 *Matrimonium præſumptum non admittit probationem in contrarium.*

6 *Teſtibus affirmantibus puellam eſſe corruptam, eo, quia viderunt eam iacere in lecto cum iuuene, magis creditur, quam alijs teſtibus negantibus.*

7 *Iuramentum deferendum eſt viro, offerenti iurare ſuper copula carnali habita cum eius vxore.*

8 *Vxor traducta ad domũ viri, præſumitur ab eo cognita.*

9 *Maritus ſpoliatus ab vxore quaſi poſſeſſione maritali, probata copula carnali, à uo omnia eſt reſtituendus.*

10 *Puella aſſerente ſe virginem eſſe, & nullatenus cognitam à viro ſuo, eligendæ ſunt ſeptem matronæ, ac obſtetrices honeſtæ, & peritæ pro recognoſcenda eius virginitate.*

11 *Obſtetrices electæ ad recognoſcendam virginitatem alicuius mulieris, quomodo ſe gerere debeant.*

12 *Virginitas probari non poteſt, niſi ex aſpectu corporis.*

13 *Virginitas difficulter recognoſci poteſt, ex quo oculus, & manus obſtetricum ſæpe falluntur.*

14 *Virginitas cum recognoſcitur per obſtetrices debent adeſſe eo tempore tria luminaria.*

15 *Virginitatis recognitio per inſpectionem corporis quando locum habeat vel non.*

16 *Virginitas per ſigna probatur: & tunc accuſatus de ſtupro debet abſolui, ſi ſigna virginitatis appareant in puella.*

17 *Mulier non allegans virginitatem, an præſumatur virgo.*

18 *Violans virginem immaturam, nondum viripotentem, an teneatur de ſtupro. Et quæ pœna aſſignanda eſt.*

MATRIMONIVM † non poteſt, niſi inter puberes contrahi. *c. puberes, & c. fina. de deſponſ. impub.* ideo de iure ciuili maſculus, niſi maior ſit decimoquarto anno, quo pubes eſſe incipit, matrimonium contrahere non poteſt. Fœminæ vero, ſi ſint viripotentes, etiamſi duodecimum annum non exceſſerint, poſſunt contrahere matrimonium. *§. maſculi, Inſtit. de nupt.* De iure vero canonico non ſit differentia: quia dummodo apti ſint ad procreandum, annorum numerus non attenditur. Concluditur ergo ex iſtis vtiliter, mulierem contrahentem matrimonium, nõ completo duodecimo anno, matrimonium non conualidare; & ſic ad validitatem matrimonii requiritur mulierem compleuiſſe quatuordecim annos, niſi conſtaret eam viripotentem eſſe, vt quia fuiſſet ab alio cognita, aliter non completo duodecimo anno, matrimonium contractum non valeret, nec teneret aliquo modo: ſecundum Abb. *in c. atteſtationes, & in c. continebatur, in fi. de deſp. impu.* & Cõis opin. iſta eſt communis opinio, teſte Alex de Neuo. *in conſil.* 1. *n.* 9. *& ſeq.* vbi illam ſequitur conſulendo.

¶ Sed in ſponſalibus contrahendis non ita ætas matura, vt ad matrimonium, exigitur. Nam contractus ſponſaliorum annum ſeptimum ita completum exigit, vt inceptus minime ſufficiat, & ſic iura canonica requirunt ſeptem annos completos in contrahentibus ſponſalia *c. literas, & c. ſeq. de deſponſa. imp.* & notat. Couarru. *in epito. 1. de ſponſalibus. c. 2. num. 2. & ſeq. 1. par.* vbi locupletius declarat.

2 Et † quamuis contractum foret matrimonium cum puella minore duodecim annis, tamen matrimonium ipſum iam celebratum ratificatur per cohabitationem inter eandem puellam, & eius virum, finita pubertate; vt determinauit Rota Romana, *in deciſio. 462. dubitatur, in nouis.* Et ſic de iure canonico, vt not. *in c. 1. de deſponſa. impub.* matrimonium inter perſonas inhabiles ratione ætatis valet, & eo caſu contractum per verba de præſenti, confirmatur per ſuperuenientem ætatem: ita Docto. omnes, & præſertim Ioan. de Plat. *in l. quod Seruium. ff. de condit. ob cauſam*, & Deci. *conſil. 368. in cauſa matrimoniali, ſub n. 2.* vbi compendioſe oſtendit iſtam eſſe communem opinionem.

Com. opin.

3 Etſi † puella, fundans ſe in minori ætate duodecim annorum, procuraret dirimere matrimonium: nihilominus tamen, ſi illa fuerit viſa varijs, diuerſiſque vicibus, & temporibus in lecto iacere cum eius viro; præſumeretur, quod tunc copula ſecuta fuiſſet, iuxta illud quod not. Gloſſ. *in l. ſi vir a re minus curandi. §. ſi adoleſcentes. ff. mandati. A iuuene, & cupido creditur reddita virgo.* Et iuxta illud etiam, quod exprimit text. *in cap. veniens, el 2. quos pater puellæ ſimul in vno lecto inuenienit. extra de ſponſa.* Et traditur quoque in *cap. tertio loco, de præſumptio.*

4 Pernoctatio † enim viri, & mulieris, maxime in lecto, inducit violentiſſimam præſumptionem copulæ, præſertim in iuuenibus, ita Glo. *in l. Caii Caſſii. ff. de ſi. iacom. libe.* & Fely. *in c. præterea. colum. 1. de teſtim.*

5 Et † ideo eſſet matrimonium præſumptum, contra quod non poſſet probari contrarium, *c. is, qui fidem. de ſponſalib.* & Berous *conſ. 36. dubium eſt, num. 8. & ſeq. vol. 1.*

6 Et hinc eſt, † quod teſtibus affirmantibus puellam eſſe corruptam eo, quia ipſam viderunt iacere in lecto cum iuuene, magis creditur, quam negantibus: teſte Bald. *in teſtium. colum. fina. C. de teſtibus.* & Bero. *in conſil. 34. non inſiſtendum. n. 9. vol. 1.*

7 Idcirco † tunc deferendum eſſet iuramentum viro ſuper copula habita cum vxore. text. eſt *in cap. continebatur de deſponſatione impub.* & ibi Gloſſ. *in ver. viri, & in c. propoſuiſti. de probatio. in ver. Puellæ*, & Deci. *in d. conſil. 368. ſub num. 1. & ſequen.* Et tanto facilius deferendum eſt huiuſmodi iuramentum viro, ſecundum normam, *d. c. continebatur*, quia is textus loquitur in propriis terminis, id eſt, in muliere traducta ad domum mariti, & quæ cum eo cohabitauerit: prout ita expoliant, atque declarant per illum textum Abba. Card. & alii, quod erat præſumptio pro copula. Vnde ea mutua cohabitatione inter ipſos coniuges, ſtandum eſſet docto viro, offerenti ſe iurare.

8 Quia † ſi fuit traducta vxor ad domum mariti, & cohabitauit cum eo: præſumitur vtique iunc ab eo cognita, & corrupta. iuxta nota. *in can. ſi quis a cepertis. 34. quæſt. 1. & in capit. 1. de frigi. & in c. de ſponſa.*

9 Quare † probata copula carnali inter ipſos coniuges, ex qua infertur poſſeſſio, *ut in capit. ex tranſmiſſa de reſtitut. ſpolia.* ſequitur neceſſario, quod maritus ſpoliatus ab vxore quaſi poſſeſſione maritali, ante omnia ſit reſtituendus, ſi in faciem eccleſiæ matrimonium contractum appareat: *vt in c. ex conqueſtione, & in c. literas de reſtit.*

Et † ſi forte puella fateretur ſe virginem eſſe, poſſetque facile per rei euidentiam apparere eius virginitas; tunc ex quo virginitas videtur factum arduum, ad expediendam præſentem rem, debent eligi, & vocari ſeptem matronæ pro recognoſcenda eius virginitate: iuxta formam. *d. c. propoſuiſti*, & notat Thom. Nemo. *in conſil. 62. coram vobis, numer. 9. & ſequentib. poſito inter conſilia matrimonialia diuerſorum, in 1. volum.* Sed ipſæ ſeptem matronæ, ſeu obſtetrices debent eligi honeſtæ, & peritæ, & nemini partium ſuſpectæ, ſecundum Bal. *in d. c. propoſuiſti, per textum in l. 1. ff. de ventr. inſpi.* 10

¶ Imo electio peritarum matronarum in præſenti caſu fieri deberet de conſenſu partium: ita Abb. & Deci. *n. 39. in d. c. propoſuiſti.*

Vnde † matronæ ita electæ tenentur inſpicere, in præſentia iudicis cauſæ, loca in quibus deprehenditur virginitas; & deponere ſe vidiſſe, & inſpexiſſe ea loca: vt concludit Abb. *in dict. cap. propoſuiſti, num. 2.* & Berous *conſil. 33. viſis ſcripturis, numer. 12. & ſequent. volum. 1.* 11

Et hinc eſt, quod iſtæ obſtetrices teneantur inſpicere partes intrinſecas vuluæ, & eius concauitatem, ac in extremitate ipſius reperire duas pelliculas inibi ſituatas, & in eius ſuperficie velamen ſubtile, virginibus peculiare. Et non immerito, ſiquidem tale velamen in violatis rumpitur, & in virginibus remanet incontaminatum, tanquam flos virginitatis.

Et † quod virginitas probari non poſſit, niſi ex aſpectu corporis, id eſt, clauſtri pudoris, facit Gloſſ. *in capit. nec aliqua. 27. quæſt. 1. & in cap. hæc imago. 33. quæſt. 5.* 12

Imo † ex mente illius Gloſſ. ſuaderi poſſet, quod difficillime poſſit recognoſci virginitas. Nam muliere incipiente pati menſtrua, ea caliditate ſanguinis, qui emittitur in menſtruo, corroditur pellicula, quæ eſt in vaſe mulieris: Ergo in re tam difficili, atque tenebroſa opus foret maiori peritia, quam in obſtetricibus, & matronis reperiatur: Et ſic adhiberi deberent etiam medici, aliique periti in arte: vt concludit Aretio. *conſil. 143.* quem refert & ſequitur Deci. *in d. cap. propoſuiſti, ſub num. 3.* Et eo magis, cum oculus, & manus obſtetricum ſæpe fallantur: vt innuit Gloſſ. *in d. cap. propoſuiſti. in ver. Per aſpectum.* Sed ſuperioribus annis in variis caſibus occurſis, me patrocinante, tam in foro eccleſiaſtico, quam ſeculari, vidimus recognitam virginitatem per obſtetrices ſolummodo, in patria mea eo tempore repertas, quibus, tanquam raris, & ſingularibus, ſemper abundauit.

Et † inſuper cum ſecreto, ratione honeſtatis, recognitio virginitatis fieri ſolebat, & vulua reperiatur in partibus inferioribus corporis, neceſſario os clauſum ipſius vuluæ debet aperiri. Et tempore recognitionis virginitatis faciendæ per antedictos expertos, debent tria luminaria adeſſe: Nam ſi in ventre inſpiciendo, ſeu tempore partus mulieris ibi tria lumina, & non minus adeſſe præcipit Imperator *in l. 1. §. ſi omnes, vel plures. verſic. Tria lumina. ff. de ventr. inſpicien.* tanto magis ipſa lumina debent interuenire in inſpiciendis rebus, quæ videri nullo modo poſſunt, & in locis obſcuris, & intra corpus exiſtentibus. 14

Sed † ſi hæc virginitatis recognitio per matronas fieri deberet ſolum vbicunque, vt ſupra, res eſſet dubia, & concurreret violentiſſima præ- 15

ſumptio

ſumptio ſuper copula: ſecus vero ſi negocium clarum, & perſpicuum foret. Nam ſi manifeſtiſſimum eſſet mulierem fuiſſe corruptam: tunc per aſpectum corporis recognitio ipſa virginitatis fieri nequiret: ita Bero. *in d. conſ. 36. ſub nu. 8. & ſeq.*

16 Quemadmodum † ipſa virginitatis recognitio prodeſt ad dirimendum matrimonium cum minore puella duodecim annorum contractum: ita pariformiter, apparentibus aliquibus ſignis virginitatis prælibatæ puellæ, accuſatus de ſtupro debet abſolui, ſi ſigna virginitatis appareant in eademmet puella: ita Fely. *in c. cauſam, col. 1. de probatio.*

17 An † autem mulier, ſi non allegat virginitatem, præſumatur virgo, vide Crauet. *conſ. 166. n. 4. & 5.* reſolnentem ibi, non præſumi virginitatem, niſi à muliere ipſa allegata ea ſit: enim tunc virginitas probetur ſine dubio per principalis depoſitionem iuratam, vt per Alex. *in terminis conſ. 229. conſideratis his, quæ in themate narrantur, nu. 2. & ſeq vol. 6.* & per Iodocum Damhouderium *in pract. crim. cap. 92. in fine.*

18 Et † an violans virginem immaturam, non viripotentem, teneatur de ſtupro; dic quod non, ſed l. Aquilia, de vulnerato, ita Beluſius *in pract. crimi. in tit. de lenonibus, num. 33.* Iudocus vero *in præallegato cap. 92. num 8.* & Paulus Grillandus *in tract. de pœnn omnifar. coit. illic. quæſt. 7. num. 6.* firmauere contrarium, quod videlicet virginem impuberem minorem 12. annis ſtuprare conans, damnetur exilio, vel alia punitione, vel potius pœna arbitraria, ſecundum qualitatem, conditionemque perſonæ, etiamſi actu eam non violaſſet, ſeu violare potuiſſet, quoniam hoc caſu humiliores perſonæ in metallum damnantur, honeſtiores vero in inſulam releganiur, textus eſt clarus *in l. ſi quis aliquid. §. qui nondum. ff. de pœnn*, ita ibi diſponens, qui nondum viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam relegantur, aut in exilium mittuntur: quæ lex proculdubio eſt hodie obſeruanda, cum ea nullatenus correcta, neque immutata reperiatur, ſecundum Gloſſ. & alios vnanimes omnes. *in §. item lex Iulia. Inſtit. de public. iudic.* & Iodocum, & Paulum Grillandum etiam *in locis prænotatis.*

OPINIO CCCCXCII.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium contrahi poteſt etiam per conſtitutum in articulo mortis.*

2 *Moriens poteſt in articulo mortis ducere concubinam in vxorem ad finem legitimandi filios ex ea natos.*

3 *Legitimatio an, & quando in fraudem ſubſtituti facta præſumatur.*

4 *Abſolutio nemini deneganda eſt, in articulo mortis. Et poteſt tunc quilibet ſacerdos, à quolibet, etiam enormiſſimo peccato abſoluere.*

5 *Etiam quilibet ſimplex presbyter poteſt conſtitutum in mortis articulo ab excommunicatione & quibuslibet peccatis etiam reſeruatis, abſoluere: non autem iam mortuum, id enim ſolus Papa poteſt.*

6 *In mortis item articulo an abſoluere quoq; poſſit ſacerdos præciſus, hæreticus, ſuſpenſus vel excommunicatus.*

7 *Abſoluto in extremis non ſunt deneganda ſacramenta eccleſiaſtica, nec ſepultura.*

8 *Abſolutio talis taxatur 14. groſſis. Et ſub qua forma conſtitutus in extremis à ſimplice ſacerdote ab excommunicatione abſolui debeat.*

9 *Abſoluto in extremis ab excommunicatione reconualeſcente, & negligente accedere ſuperiorem, eiusq; mandata ſpernente, obligatio excommunicationis prior, reuiuiſcit.*

10 *Conditio nihil ponit in eſſe.*

11 *A voto ſimplex ſacerdos, etiam in extremis, abſoluere nequit: Eiusq; ratio num. 12.*

13 *Sacerdos, qui à voto abſoluere, ſeu de eo diſpenſare nequit, quomodo conſtituto in extremis, qui voto obſtrictus eſt, conſulere debeat.*

14 *In articulo mortis quando quis dicatur conſtitutus.*

15 *Abſolutio ab excommunicatione etiam iniuſta, in caſu neceſſitatis facta, an valeat.*

MATRIMONIVM † etiam per conſtitutum in mortis articulo contrahi poteſt: ſecundum Ioan. And. *in regu. ſine culpa, lib. 6.* Cyn. *in l. nuper. C. de natur. libe.* & Bald. *in l. Gallus. in princ. quæſt. 5. ff. de lib. & poſth.* & Dec. *in c. ſi pro debilitate, num. 7. de off. dele.* & iſta eſt communis opinio, prout atteſtantur, & eam ſequuntur Albert. *in d. l. nuper.* Pariſ. *conſil. 29. num. 4. volum. 1.* Card. Præp. & alii *in c. tanta. qui filii ſint legit.* Iaſ. *num. 4.* & Socin. *num. 2. ff. de lib. & poſth.* 1 Cõis opin.

Et hinc eſt, † quod moriens poteſt in articulo mortis ducere concubinam in vxorem, vt filios ex ea natos legitimet: ita Cyn. *in d. l. nuper.* Ioan. And. Ant. de But. aliique Canoniſtæ omnes concorditer *in d. c. tanta* Ioan. de Imol. & Alex. *in l. ſi quis poſthumos. col. 1. ff. de lib. & poſth.* Bal. & cæteri omnes *in l. ſed eſt quæſitum. §. ſpadonem, eod. tit.* Et licet Bal. titubanter contrarium reſpondeat, & firmet *in l. cum, quam col. 10. C. de fideicom. & in d. l. ſi quis poſthumos:* tamen quicquid in locis præmemoratis inutiliter, & fruſtra ſuadeat ſine ratione, noli recedere vllo modo à communi præmiſſa, tanquam iuri conſentanea. 2 Cõis opin.

Quam † limitat vtiliter Ang. *in d. l. ſed eſt quæſitum,* & Alexand. *in d. l. ſi quis poſthumos.* niſi huiuſmodi legitimatio fieret in fraudem ſubſtituti: quod abſque dubio præſumeretur, ſi ſæpe ei comminatus eſſet de excluſione. 3

Et † quemadmodum matrimonium contrahi poteſt per conſtitutum in mortis articulo, ita etiam abſolutio nulli penitus denegãda eſt, in periculo mortis exiſtenti, *c. de his, & c. ii, qui tempore, 26. quæſt. 6.* In tantum, quod in huiuſmodi mortis articulo poſſit quilibet ſimplex ſacerdos, à quouis peccato, quantumcumque enormiſſimo, abſoluere, ſecundum S. Thom. de Aquino *in 4. ſentent diſt. 18.* & Innoc. *in c. nuper de ſenten. excommun.* Nec tenetur abſolutus tunc poſt periculi euaſionem ad ſe repræſentandum ei, qui alias poterat abſoluere, niſi habeat annexam cenſuram, per quam cautum reperiatur, vt quis ſe repræſentet, *vt in c. eos, de ſenten. excommunic. lib 6.* 4

Imo † quilibet, etiam præsbyter ſimplex, poteſt ſimiliter abſoluere excommunicatos, exiſtentes in articulo mortis, *c. Aurelius, 26. q. 6. & c. aliquis, & c. nuper, in fin. de ſenten. excõic.* & ſic quilibet ſimplex ſacerdos poteſt audire confeſſionem, & ſimul abſoluere ab omnib. & quibuscunq; peccatis, & excommunicationibus, quantumcunq; reſeruatis, in caſu extremę neceſſitatis, & imminente mortis periculo, ſecundum Glo. communi voto ab omnib. receptam *in c. paſtoralis de offic. ord.* atteſtante Summa Tabiena, *in ver. abſolutio. §. 32* Roſella *in ver. abſolutio el 1. §. 136.* & Armilla *in ver abſolut. §. 12.* & Sylueſtrina, *in ver. abſolutio, el 1. ſub §. 8.* & eſt text. cum Glo. *in c. literis, de raptorib.* & firmat quoq; S. Raymundus *in ſua ſummula, tract. 3. tit. de idoneitate ſumentium euchariſtiam, verſ. omne ſub articulo mortis, in prin fol. par. 322.* vbi allegat alias leges cõcordantes. Et quamuis in mortis articulo cõmorantem, & excommunicatum quilibet ſacerdos abſoluere queat à quacunque excommunicatione, non tamen iam mortuũ, ſed ſolus Papa hoc facit, *c. à nobis, il grande* 5 Cõis opin.

de ſent. excommunic. & c. ſi aliquis, & ibi Glo. 26. q. 6 & ratio ea eſt, quia poſt mortem ceſſat neceſſitas, vt per Abb. *in d. c. à nobis, per textum eo in loco.*

6 Et † hoc eatenus verum eſt, vt etiã procedat abſq; difficultate in ſacerdote præciſo, hæretico, ſuſpenſo, vel excommunicato; qui poteſt abſoluere in præſenti caſu, dummodo abſoluere intendat, & ſubuerſionis periculum non appareat, vt per Armillam *in loco præalleg.* vbi iſtam aſſignat palpabilem rationem: neceſſitatem legi poſitiuæ nullatenus ſubiacere, & ob characterem, ſemper illum remanere ſacerdotem, & quod neceſſitas non ſubiaceat legi, eſt textus etiam *in c. exiit §. profectò. de ver. ſignif. lib. 6. c. conſilium. de obſeruat. ieiun. & c. remiſſionem, 1. q. 1* imo neceſſitas ipſa illicitum

Cōis opin. facit licitum, *c. quod non eſt. de reg. iur.* necnon quamplurima remittit, *quæ alias remittenda non eſſent, l. omnes. C. de ferijs*, & ſic demum ea, quæ regulariter ſunt prohibita in caſu neceſſitatis cenſentur permiſſa, ita Glo. & Doct. *in l. 1. ff. de offic. conſ.* & licet aliqui Doct. relati per Nauarr. *cap. 26. n. 6.* & ſumma Corona, *in ver. de excommunicatione, verſ. nota ſecundo, quod in mortis articulo, fol. 351.* damnoſe videantur contrarium æſtimaſſe, tamen eorum pace, iſta eſt veritas, quod omnes ſacerdotes quoslibet pœnitẽtes à quibuscunq; peccatis abſoluere poſſunt in mortis articulo, vt verba hæc ſunt formalia Concilij Tridentini, *Seſſio. 14. c. 7.* quæ tergiuerſari non poſſunt, & tanto magis hoc de plano procedit, vbi vrget impoſſibilitas recurrendi ad ſuperiores competentes, vt non ambigue explicat Frater Auguſtinus noſter de Viuo, *in ſtudio veræ ſapientiæ lib. 2. cap. 29. poſt princ. fol. 251.* & huic opinioni ita roboratæ aſſentitur etiam, cum alijs non paucis aggregatis per eum, Martinus Alfonſus Viualdus *in ſuo candelabro, de abſolutione, §. 64.* vt quilibet ſacerdos, quantumuis præciſus, excommunicatus, publice denuntiatus, & hæreticus, valeat abſoluere conſtitutum in mortis articulo pœnitentem, à quibusuis peccatis, & cenſuris, non obſtante opinione Nauarri, & Sequacium, tanquam repugnante communi ſententiæ, & determinationi Concilij Tridentini.

7 Nec † abſoluto in extremis debent ſacramẽta denegari eccleſiaſtica, nec ſepultura, *c. parroc. de ſepultur.* Ita vt abſolutus ſemel ab excommunicatione, ab ea amplius abſolui non debeat, ſed ſolũmodo à nouo, ſi illam incideret, vt per Tabienam, *in ſumma, in ver. abſolutio, el. 1. ſub §. 19. & ſeq.* vbi nonnihil diſcutit circa præſentem materiam, an ſemel abſolutus ab aliquib. peccatis, teneatur amplius ea confiteri, vt iterum abſoluatur, & hoc idem cõmendat quoq; magiſtraliter Nicol. Plouius *in tract. de ſacramentis, & eorum adminiſtratione, in c. 15. 4. partis.* vbi in terminis planum facit, atq; conſtanter determinat, quod abſolutus in agone mortis ab omnib. peccatis, & excommunicationib. per ſimplicem ſacerdotem, conualeſcendo poſtmodum, Dei benignitate, faciendoq; ea, quæ ei iniunguntur, non debeat, nec teneatur vlterius quærere vlteriorem abſolutionẽ ab vllo alio iudice, à quo fuit excõmunicatus, ſed contentus remanere debeat abſolutione prædicti ſimplicis ſacerdotis, per quem fuit in agone abſolutus, vbi pariter hanc aſſignat viuaciſſimam rationẽ, quia in tali articulo quilibet ſacerdos eſt Papa, *c. quem pœnitet, diſt. 1. & c. non dubites, & c. eos qui. de ſent. excõmunic. lib. 6.* vbi etiam idem Nicol. tradit ſimiliter normam tutiſſimam, & vtiliſſimam, quomodo ſe gerere debeat ſacerdos tunc erga infirmos, & Summa Corona *in ver. de excõmunic. verſ. nota ſecundo, quod in mortis articulo, fol. 151. & ſeq.* & hoc idem diſponit etiam, atq; determinat Concilium Trident. *Seſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione, in fin. ibi, in eadem eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, quod nulla ſit reſeruatio, in articulo mortis, atq; ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscunque peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt.*

Et † licet abſolutio ipſa in mortis articulo taxetur 8
groſſis quatuordecim, ſecundum taxam cancellariæ apoſtolicæ, poſitam *in 6. vol. tractatuum de taxis cancellariæ apoſtolicæ, & de gratijs expectatiuis, fol. 96. col. 3.* nihilominus tamen animaduertendum eſt, quod excõmunicatus in caſu iſto extremæ neceſſitatis, & articulo mortis debeat abſolui per ſimplicem ſacerdotem, ſub hac forma, vt ſi ille ad ſanitatem redierit, & conualuerit, quamprimum commode poteſt, accedere teneatur ad ſuperiorẽ illum, ad quem abſolutio ſpectabat, & pertinebat, offerendo ſe paratum eius parere mandatis, & ſatisfacere, iuxta ſuas facultates, non vt iterum abſoluatur, ex quo de iure abſolutus fuit, ſed potius, vt humiliter hoc mandatum adimpleat, & præceptum ſuperioris, ſuper illo facto, pro quo fuerat excommunicatus, vt *in c. eos. de ſenten. excommunicat. in 6.* & notauere Armilla, *in ver. abſolutio, el. 1. ſub §. 12.* Tabiena *in ver. abſolutio. el. 1. ſub §. 32.* Roſella *in ver. abſolutio, ſub §. 131.* Emanuel poſt Nauarrum, relatum per eum, *in ſuis aphoriſmis confeſſariorum, in tit. abſolutio ab excommunicatione, §. 6. fol. par. 178.* & Card. Toletus *in ſua Summa, de inſtructione ſacerdotum, cap. 10. de eo, qui poteſt abſoluere à maiori, verſ. adhuc iſta generalis, fol. 33. lib. 1.* & Martinus Alfonſus Viualdus *in ſuo candelabro, in ver. de abſolutione, §. 65. fol. 117. in 1. parte,* vbi affirmat quoque, ita communiter teneri ab omnibus Doctoribus.

Sed † ſi excommunicatus abſolutus in mortis ar- 9
ticulo, contemneret huiusmodi mandatum, ceſſante mortis diſcrimine, tunc profectò propter promiſſa non ſeruata, reuiuiſceret illa prima obligatio, iam extincta, & ſic primum ius, & obligatio, ipſo iure, vt firmat docte, & religioſe, more ſuo, S. Reymundus *in ſua ſummula, de ſeptem ſacramentis eccleſiaſticis, tract. 3. tit. omne ſub articulo mortis, in fine, fol. parua 312. & ſeqq.* Nicolaus Plouius *in tract. de excommunicatione, in principio, num. 17.* & Card. Toletus in Summa de inſtructione ſacerdotum, cap. 10. de eo, qui poteſt abſoluere à maiori, ſub ver. adhuc iſta generalis, f. 33. vbi concludit, quod iſte contrauentor tunc, ſtatim ligetur eadem met excommunicatione. Sed ſecundum eundem Card. Toletum in ead. ſum. cap. 12. de abſolutione, verſ. altera eſt de præſenti, lib. 3. fol. 267. pœnitens ob huiusmodi contrauentionem, nullatenus tenetur illam confeſſionem repetere, verum ſolommodo illud peccatum tranſgreſſionis præcepti, & mandati confiteri, & ſic quod non adimpleuit eius promiſſionem.

Et nihil mirum, † quia conditio nihil ponit in eſſe. 10
l. cedere diem. ff. de ver. ſignif. l. ſed etſi ſub conditione ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & l. legata quæ ſub conditione, ff. de conditionib. & demonſtrat.

Hæc † vero ita abſoluta limitantur locum nõ ob- 11
tinere, ſecundum Roſellam *in ver. abſolutio, el. 1. §. 135.* in voto, quia licet ſimplex ſacerdos abſoluere queat in articulo mortis ab omnib. peccatis, & cenſuris tamen diſpenſare non poteſt vllo modo in voto, ſeu votis: ea potiſſimum ratione, quoniam abſolutio, & diſpenſatio ſunt diuerſa, vt per Roſellam eo in loco, & ſic ex diuerſis non fit illatio, *iurib. vulgarib.* imo diſſimilia videntur contraria, ſecundum Bal. *in l. filia, ff. de collat.* & hinc eſt, quod diuerſa proponens non audiatur, *l. profeſſio, & deſiderium tuum, C. de mu. pac. lib. 10.*

Et † nõ poſſe quis dicitur, quod fieri nequit, abſq; 12
diſpenſatione, ita Domin. *per Glo. pen. ibi. in c. gratia, de reſcri. in 6.* & dicitur re vera non poſſe fieri illud quod

debet

Digitized by Google

debet fieri, per remedium extraordinarium, vt per Innoc. & Abb. *in fin. in c. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & propri.* de quo per Decium *in capit. at ſi clerici, §. de adulterio, colum. 5. de iudic.* & alibi dicitur, quod abſque diſpenſatione fieri non poſſit, *leg. apud Iulianum, §. final. ff. de leg. 1. & §. fœmina, vbi Ang. Inſtitut. de adopt.* de quo per Decium *in ca. 1. colum. 2. de fid. inſtrament.* Dynum & alios *in regul. ſemel Deo. de regul. iur. in 6.*

13 Verum enim vero † ex duobus contrariis optimum ſit temperamentum, *cap. in diſciplina, 55. diſt. capit. 1. de offi. cuſto. leg. reſpiciendum, ff. de pœn. leg. continuus §. item qui inſula ff. de verb. obligat. & leg. ſi ſeruos, C. de pig. act.* prout attingendo centrum præſentis ſpeculationis, eadem Roſella in loco præallegato, reducens prædicta contraria ad realem & tutam conſonantiam, concludit, quod ſi conſtitutus in mortis periculo, habeat votum, nec poſſit per ſe, vel per confeſſorem adire Epiſcopum, ita tum prouidendum eſſe animæ ſuæ ſaluti, vt ſi ipſe infirmus reperiatur eo caſu totaliter ad ſatiſfaciendum impotens, ſufficiat eius contritio, taliter quod tunc in his ſlactibus, nedum tutus reddatur, quoad voti tranſgreſſionem, verum etiam à voto ipſo: & ſic ſacerdos penitus abſtinere debeat à diſpenſatione, & relinquere hoc Dei iudicio, iniungendo infirmo, ſi euaſerit, vt aut votum tunc exequatur, aut petat diſpenſationem. ſi vero habeat facultates, & bona ſufficientia ad voti commutationem tunc relinquat, ordinetque hæredibus, vel aliis, vt infallibiliter procurent diſpenſationem ſeu commutationem. & ita demum, ſecundum eiuſmodi diſtinctionem, ſaluabitur capra cum caulibus, Roſella teſte, *vbi ſupra.* Et de hoc mirandum non eſt, quoniam appellatione *caſuum* non veniunt *diſpenſationes* vel *commutationes*, quæ non ſunt peccata, vt per Armillam *in verſic. abſolutio, §. duodecimo in fine.*

Cæterum in præſenti calamitoſiſſimo, languidiſſimo, reſtrictiſſimoque negotio, vt ſacerdos ipſe ſimplex tuta conſcientia, audire valeat confeſſionem & abſoluere ab omnibus, & quibuſcumque peccatis, & cenſuris; animaduertendum eſt, quo neceſſario debeat habere notitiam de omnibus caſibus in quibus dicatur, dicique poſſit articu-

14 lus mortis. vnde ſciendum eſt † quod articulus mortis dicitur, vbicunque mors proxima, propinquans eſt per cauſam, vel naturalem, vel violentam, videlicet, primò, quando in ægroto, morbo laborante potius mortis, quam vitæ ſigna apparent. Secundo vero per violentiam nuncupatur etiam articulus mortis, cum quis Iuſtitiæ miniſterio capite plectendus eſt, qui etiam tunc audiendus eſt, & abſoluendus, *clement. cum ſecundum* & ibi Zabarel. *queſtion. vndecim. de pœnit. & remiſſ. & capit. 2. de furt.* & Iacobus de Graffiis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, libro primo capit. decimo tertio de poteſtate confeſſarii* §. 61. & Polydorus Ripa *in commentariis de actu in mortis articulo de integritate morientis, capit. 50. numer. 17. & ſequent.* vbi aſſignat hanc efficaciſſimam rationem, quod damnatus vltimo ſupplicio, dicatur habere ſupra verticem gladium hominis, & Dei. vide etiam textum de articulo mortis *in capit. in quadam de celebration. miſſarum*, & notata per Archid. *in cap. præſentium, de teſt. libro ſexto & in capit. primo de foro competent. libro ſexto* vnde vt extrema cum primis coniungantur, concludendum eſt, quod articulus neceſſitatis extremæ & mortis ille dicatur, quando vrget mors ipſa, & ſuperior qui poteſt abſoluere, non adeſt, vt per Armillam in ver. *abſolutio, §. duodecimo in fine*, & per Sanctum Reymundum *in eius ſummula, tractatu tertio titulo de idoneitate ſumentium eucharistiam, ver. ſi vero ſub articul. mortis verſicul. dubitatur primo folio pari. 325.* vbi annotat etiam, quod pluribus quoque modis dicatur articulus mortis, & ſic non ſolum diſcrimen mortis ex infirmitate, ſed quodlibet etiam periculum vicinum morti: & primo vbicunque quis reperitur in agone mortis; periculoſaque infirmitate conſtitutus, vt ſupra; ſecundo vero; ſi huius generis infirmitatem patiatur; de qua compertum ſit multos obiiſſe. Tertio quando talem morbum patitur, de quo medici non parum dubitant. Quarto, quando timeret aliquem hoſtem, vel potentem crudelem, vel prædonem. Quinto, quotieſcunque eſt nauigaturus, vel profecturus per loca periculoſa. Sexto; quando reperiretur obſeſſus ab hoſtibus, prout hos caſus omnes diſcurrit, atque determinat Archidiaconus & alii *in capit. cos. de ſentent. excommunic. libro ſexto* & Syluest. *in ſu. verb. abſolutio, el. 1. ſub §. octauo* Summa corona *in verſ. de excommunicatione, verſic. mortis autem articulus dicitur, folio 354.*

Imo omnia iſta ita, & taliter abſoluta ſunt adeò vera; † vt abſolutio ab excommunicatione, etiamſi ſit iniuſte facta, valeat, & teneat, textus eſt *in capit. venerabilibus §. vbi autem, de ſententia excommunic. libro ſexto* Gloſſa *in capit. de his qua vi, metuue cauſ. libro ſexto & in cap. de manifeſt. vndecim. quaeſtion 1.* & Ioannes Andreas *in capit. excommunicato, verſ. ego dixi de reſcript.* & quamuis Geminianus *in dict. capit. venerabilibus, §. ſanè, numer. tertio* & Abbas *in capit. primo ſub numer. 34. de iudiciis* videantur hoc reſtringere, atque coarctare, vt abſolutio, etiam iniuſta, in caſu neceſſitatis facta à iudice competente, valeat & teneat, non autem à iudice incompetente, & ſic à non habente authoritatem. Ego tamen aſſentior, & acquieſco communi opinioni; tanquam ſacroſanctiſſimæ, atque tutiſſimæ; vt valeat indiſtincte abſolutio ab excommunicatione, etiam iniuſta, emanata, tam à competenti, quam incompetenti iudice, in caſu extremæ neceſſitatis, quam approbat etiam Sanctus Raymundus, *in loco prænotato*, allegando Gloſſam *in capit. paſtoralis, de offic. ordin.* 15

Clio opin.

OPINIO CCCCXCIII.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium metu contractum, eſt ipſo iure nullum.*

2 *Matrimonium conſiſtere non poteſt inter raptorem, & raptam, quamdiu ea in poteſtate raptoris manſerit.*

3 *Matrimonium impugnare volens cauſam impugnationis neceſſario articulare & probare debet.*

4 *Metus, & fraus, non præſumitur, cum interuenit præſentia coniunctorum. Item præſentia iudicis num. ſequent.*

6 *Matrimonium habet præſumptionem iuris pro ſe, cum eſt contractũ in facie eccleſiæ. Et an in matrimonio neceſſaria ſit ſolẽnitas c. inhibitio. Ext. de clandeſt. deſpõſ.*

7 *Forma contrahendi matrimonii, ex decreto concilii Tridentini.*

8 *Matrimonium probatur duobus teſtibus, ſiue maſculis ſiue fœminis.*

9 *Matrimoniũ plenè probatur per confeſſionem coniugũ.*

10 *Matrimonium an diſſolui ſtatim poſſit propter viri impotentiam coeundi, & mulieris inhabilitatem an vero triennium expectandũ maximè ſi vir neget impotentiam. num. 11.*

12 *Diſſolutio propter inhabilitatem ſeu arctationem mulieris*

 matri-

matrimonio, ſi poſtea habilis efficiatur, & aliud matrimonium contrahat, an prius matrimonium reſtaurari debeat, diſſoluto ſecundo.

13 *Potens cum impotente ſcienter matrimonium contrahens an ſubſiſtat matrimonium ita vt dirimi non debeat. Et quid ſi potens hoc caſu aliud matrimonium cum alia contrahat.*

14 *Impotentia accidentalis quæ dicatur, & quotuplex ſit. & quando matrimonium impediat, ſi præceſſerit matrimonium. Quid item ſi poſt contractum matrimonium interueniat, an ob id diſſolui poſſit. Et an in dubio id præceſſiſſe, vel ſecutum eſſe matrimonium præſumatur. num. 15.*

16 *Impotentia ex maleficio, an & quando dirimat matrimonium.*

17 *Impedimentum temporale quodnam dicatur; & perpetuum quod. Et quibus mediis quidam à maleficiis fuerint curati.*

18 *B. abſtinentiæ commendatio.*

19 *Ligatura characterum, aliaq; quæ medicina non requirit, velut ſortilegia damnantur.*

20 *Sortilegii quæ ſit pœna.*

21 *Pœna capitalis triplex, & ex iis minima ſemper eligenda.*

22 *Clerici ſortilegi quæ ſit pœna.*

23 *Sortilegus an impune poſſit occidi, eo modo quo bannitus & num. 25.*

24 *Homicidium eſt atrociſſimum delictum; & maius quam furtum, vel adulterium.*

26 *Ira calore commoto, & prouocato parcendum.*

27 *Ira quidem ſemper eſt peccatum, ſed non mortale. Et calor iracundiæ an excuſet.*

28 *Homicidium dolum & culpã requirit ad pœnam imponendam.*

29 *Samſon, qui ſeipſum cum aliis occidit excuſatur. Et multi propter homicidium Deo placuerunt. numero 30.*

31 *Exponẽs ſeipſum periculo, ſi interficiatur dicitur homicida ſuiipſius.*

32 *Conceptum mulieris, virium generationem impediens homicida reputatur.*

33 *Vir vel iuuenis, ex calore iracundiæ maleficum, à quo per veneficium impotens redditus, & iterum reſtitutus erat, interficiens, an pœna homicidii, vel mitiori ſit afficiendus. & num. 34.*

35 *Matrimonium an dirimatur, ſi alter coniunx alterius vitæ inſidietur. Item ſi alter alterum malitioſe deſerat. num. 36.*

1 MATRIMONIVM † vi, metuque contractum, eſt ipſo iure nullum, ſecundum communem opinionem omnium Doctorum *in c. locum* vbi Abbas & cæteri omnes concorditer, *de ſponſal.* Gloſſa & Doctores omnes *in l. ſi mulier. §. ſi dos ff. quod met. cauſ. & in leg. patre ff de ritu nupt.* Iaſ. *in l. interpoſitas, in primo not. C. de tranſactio* Crauet. *conſil.* 253 *num.* 1. & Alciatus *conſil.* 5. *num.* 1. in quibus locis prænominati Doctores admittunt hanc eſſe communem ſententiam, & Couarruuias etiam *ad* 4. *lib decret. de ſponſalibus cap.* 3. *ſecunda parte.* §. 5 *num.* 1 *cum aliis ſequen.* vbi eam latè explicat, & ampliat in aliquibus caſibus.

Con. ſpo.

Vnde religioſè, & opportunè determinauit Con-
2 cilium Tridentinum *ſeſ.* 24 *cap.* 6. † inter raptorem, & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium.

3 Et † hinc eſt, quod determinans impugnare matrimoni, ipſiuſmet metus metuitæ, arctetur neceſſariò articulare & probare illud quod eſſet occaſio im-
4 pugnationis *l. ab ea parte. ff. de probationibus* † Quia regulariter fraus ſeu metus non præſumitur, vbi interuenit præſentia coniunctorum *l. tranſactionem,* & ibi Gloſ. Barto. & alii omnes *C de tranſa.* & Alex. *in l. ſi cum dotem.* §. *eo autem ff. ſolut matrim.* Nec † præſumi- 5
tur metus, cum interuenit iudicis præſentia: quia non videtur in fraudem legis, & metu factum, quod coram iudice factum eſt. *l.* 1. vbi Barr. *C de prædict. decu. lib.* 10. Soci. *conſil.* 59. *in princ. vol.* 3. Iaſ. *in l. pacta nouiſſima. in* 3. *not C. de pact.* & Crauet. *conſ.* 214 *num.* 11. 6
& conſ. 253. *num.* 4. Similiterque † matrimonium habet pro ſe præſumptionẽ iuris, vbicunq; eſſet contractum in facie eccleſiæ, ſecundum Specu. *in* §. 5. *de ſponſa.* Adde *c. cũ inhibitio, extr. de cland. deſponſat.* ſed an ſit neceſſaria illius cap. ſolennitas? pro parte negatiua ſtat Soc. Iun. *conſil.* 31. *num.* 47. *& ſeq. vol.* 2. Oldrad. *conſ.* 356. Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in titul. de cland. deſponſ. in princ.* contrarium vero tenet Ruinus *conſ.* 14 *num* 9. *volum.* 3. latè Cæphal. *conſ.* 82. *num.* 26. qui allegat Capr. Pariſ. Ruin. & Socin. Iun. alias matrimonium præſumeretur clandeſtinum, quæ clandeſtinitas tribus modis conſideratur, vt per Gloſ. *in d. capit. cum inhibitio, in verbo clandeſtina.* vide Tom. Grammat. in materia, *conſ crim.* 26 *per totum.*

Vnde † merito ſancta Synodus Tridentina *in* 7
ſeßion 24. *ſub c.* 1. *de reformatione matrimonii,* induxit formam contrahendi matrimonium, vt tribus monitionibus publicis in eccleſia adhibitis, parochus coniungat virum & vxorem, eorum mutuo conſenſu intellecto. Sed ſi interdum aliqua ſuſpitio vrgeret, ob quam doloſè matrimonium impediri poſſet: tunc ſecundum eiuſdem ſacroſanctæ Synodus diſpoſitionem, matrimonium celebrandum foret præſentibus ipſo parochiano, & duobus, vel tribus teſti- 8
bus. Nam matrimonium duobus teſtibus, ſiue maſculis ſiue fœminis probatur *cap. ſuper eo il ſecundo,* vbi Abb. & alii communiter *de teſt.* & Pariſ. *conſ.* 58. *num.* 6. *vol.* 3. *Et opin.* 99.

Poſtremo † matrimonium probatur etiam per 9
confeſſionem coniugum. Et ſic ipſa confeſſio inducit plenam probationem: ſecundum Gloſ. & Abb. *in c. ſuper eo, qui dux. in vxor. conſang. cap.* 2. vbi Abb. *in* 2. *not. de clandeſtin. deſponſat.* Hoſtienſ. *in ſumma deſponſal. & matrimon.* §. *qualiter contrahatur. colum.* 2. Roma. *in ſing.* 620. *in aduerſis num.* 2. & Curt. Iunior *conſ.* 27. *habita diligenti conſideratione, num.* 2. vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem: quam limitat in duobus caſibus non procedere Roma. *in d. ſing.* 620. *ſub nu.* 2.

Et cum hucuſque retulerimus aliqua obſtacula matrimonium contrahendum impedientia: tractandum nunc reſtat contractum iam matrimonium † quænam & qualia impediant, quæ primum ea 10
ſunt, quæ proueniunt ex natura, vt eſt impotentia perſonarum cõtrahentium, quæ eſt frigiditas in viro arctitudo in muliere, & ætas. Vnde diſſolutio matrimonii ratione impotentiæ coeundi eſt, duplex videlicet naturalis, & accidentalis, naturalis porro impotentia dicitur in viro nimia frigiditas: in fœmina verò inhabilitas ad matrimonium. quamobrem dicendum eſt, quod aut potens contraxit cum impotente, neſciens impotentem eſſe, & tunc ad lucem adducendum eſt, quod aut vir reperitur naturaliter nimia frigiditate laborans & illa vtique diſſoluit matrimonium, iure ita contractum *cap.* 1. *&* 2. 33. *quæſtion.* 1. *& capit. laudabilem, de frigiditate & maleſic.* At fœmina non eſt ad matrimonium naturaliter diſpoſita, & hoc caſu dic quod aut poſſit ei ſubueniri ope medicorum ſine graui periculo corporis, & non dirimitur matrimonium aut nequit ei ſubueniri; vel ſubueniri quidem,

ſed

ſed tamen cum graui periculo; & dirimitur, *capit fraternitatis, §. per hæc autem, de frigid. & maleſic.* 11 Et † licet in his caſibus, vt diximus, fiat ſeparatio, non tamen ita ſubito fieri debet: diſtingue ergo, quod aut non poteſt apparere de impotentia, ſeu impedimento ante triennium, & triennium tunc expectari debet *capit. laudabilem, de frigid. & maleſic.* aut vero conſtat de impedimento ante triennium, & dic aut liquet per confeſſionem ambarum partium, & tempus erit arbitrarium, *dict. capit. laudabilem de frigidis & maleſic. §. ſin autem*, imo ſecundum Innocentium eo in loco, ſi coniuges confiteantur impedimentum, mediante iuramento, poteſt ſtatim ſeparari matrimonium, & iſtum dicit eſſe communem intellectum illius textus Abbas *ibi poſt num 7. & Maſcard. ut de probationibus, concluſio 816. a numer. ſexto & concluſion. 1032. numer. decimo ſeptimo & ſequent. volum. ſecundo.* aut ambæ partes non fatentur, impotentiam, ſed vxor probauit virum eſſe impotentem, vir autem negat & tunc dic, aut impotentia eſt notoria, & ſtatim fit ſeparatio, *dic laudabile* ſumpto argumento à contrario ſenſu & firmat Iacobus de Graſſis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, capit. octuageſimo quarto ſub §. vigeſimo libro ſecundo* vbi tradit etiam huiuſmodi ſeparationem tunc faciendam eſſe interueniente probatione duarum honeſtarum matronarum de parochia & conuenientis, congruæque ætatis exiſtentium, prout hoc idem approbat Maſcardus *de probationib. concluſio. 813. de frigid.* aut impotentia non eſt notoria, & tunc, ſi alter peteret ſeparationem, expectare ut ſine dubio triennium, *dict. capit. laudabilem*, & ibi Gloſſa Ioannes Andreas *in tractat. de ſponſalibus & matrimoniis, num. 6.* Hoſtienſ. *in ſumma ſuperſlit. de frigid. & maleſic.* Paulus Grillan. *in tractat. de ſortilegiis, libro ſecundo quæſtion. ſexta numer. decimo quarto* & ſumma Syluestrina *in verbo matrimonium*, Portano, *ſub §. decimo ſexto* Abbas & alii communi conſenſu omnes *in capit. puberes, de ſponſalib. impub.* qui concedunt contra Gloſ. in eo loco, quod tranſacto triennio, & apparente virum non poſſe generare ſi mulier inſtaret pro matrimonii diſſolutione poſſe tunc fieri diſſolutionem cum præſumatur tunc impedimentum perpetuum *in allegata concluſione num. v. tertio* cum aliis eo in loco aggregatis per eum, & ſumma Roſella, *in verbo, matrimonium el. 2. §. octauo* vbi annectit etiam, iſtorum ſententiam veriorem & communem eſſe.

12 Eſt † nihilominus bene verum, quod ſeparato matrimonio propter arctationem mulieris, ſi poſtea abſque graui periculo apta reddatur, cum deceptam tunc Eccleſiam appareat reſtauretur abſque dubio primum matrimonium & dirimatur ſecundum, quamuis de eius licentia contractum, vt per Ioannem Andream *in tractat. de ſponſalib. & matrimon. tit. de matrimonio, ſub numer. decimo ſexto in fine.* ſumma Syluestrina *in verbo matrimonium, Portano, ſub §. vigeſimo ſexto poſt principium verſ. ad hoc tamen cognoſcendum.*

13 Si vero finaliter contraxit potens cum impotente ſciens impotentiam; hoc caſu licet proprie matrimonium non ſit, tamen eſt ſocietas quæ dirimi non debet, & ſi eam non poteſt habere pro vxore, habeat pro ſorore, & è contra, *capit. conſultationi de frigid. & maleſic. & capit. laudabilem §. quod ſi ambo, eodem titul.* Gloſſa *in l. ſi quã acceperit 33. quæſt. prima* Baldus *in leg. maritus, colum. vndeci. Cod. de ſponſalib.* apetiant ergo quæſo autes contrahentes matrimonium cum inhabili ad matrimonium, ex quo illud vtque valet, & tenet, ſi velint, & contenti inter ſe remaneant contrahentes ipſi *dict. capit. conſultationib.* & tunc matrimonio non vtens, tenetur, tractare, & reputare obnoxius eſt vxorem vt ſororem, vt ea in lege determinatur, ſed ſi potens hoc caſu cum alia vxore contraheret, valeret illud ſecundum matrimonium, verum per omnem euentum teneretur impotentem, vt fratrem vel ſororem alere, vt notatur *in eodem capitulo conſultationi.*

Accidentalis † vero impotentia coeundi ea dicuntur (vt attigimus centrum præſentis ſpeculationis) quæ naturaliter potentem, per accidens reddit impotentem, & illa ſubdiuiditur, in violentam, & occultam: violenta porro dicitur, quæ violenter infertur, vt ſectio, per quam quis amittit virilia vt ſpado ſit; & in hac rurſus diſtingue, quod hæc violenta acciderit vel ante matrimonium contractum, & tunc propterea dirimitur matrimonium, *capit. quod ſedem. in fine iuncta Gloſſa in ver. impotens, de frigid. & maleſic.* vbi hoc idem determinat Ioannes Andreas & Gloſſa *in capit. ex literis, in ver. contraxit eodem titul.* Romanus *ſingul. 640 Bononiæ*, Summa Syluestrina poſt Richardum, allegatum per eam, *in ver. matrimonium, Portano, ſub §. decimo ſexto verſic. ſeptimo quantum ad caſtrationem.* taliter quod Spado carens vtroque teſticulo, matrimonium contrahere non poſſit vt per Abbatem & alios communiter omnes *in allegato capitul. ad ſedem.* Hoſtienſis & Goffredus *in ſumma de frigid. & maleſic.* Maſcardus cum aliis aggregatis per eum *de probationibus conclſ. 888 numer. duodecimo volumin. ſecundo* & Apoſtillam *in §. ſed & illud*, vbi planum facit & probat, iſtam eſſe veritatem quod caſtrati, cum carent genitalibus, & generare nequeant, nubere, & adoptare prohibeantur. Cõis opin.

Prout itidem habens virgam erectam, ſi coire nequeat, & ſeminare non poſſit, cotrahere matrimonium nequit & contractum dirimitur, vt per Abbatem *in capit. ſecundo de frigid. & maleſic. & in dict. capit. quod ſedem*, & ſummam Syluestrinam *in verb. matrimonium, I Octauo, ſub §. decimo ſexto verſic ſi autem erigitur quidem*, vbi annectit etiam, iſtam eſſe communem opinionem omnium in iure ſcribentium, contra Gloſſam contrarium aſſerentem *in capit. hi qui 32. quæſtion. ſeptima* aſſignatque pariter hanc palpabilem rationem, quod dum actum generandi habere nequeat, mulier poſſit allegare, ego determino, ac volo effici mater mediante propria fauorabilique iuris diſpoſitione, vti deduximus, etiam cum ſuo apparatu, *in deciſione noſtra. ducent. ſeptuageſ. ſecund. frigidi, numer. decim. tertio libro ſecundo.*

Aut † vero illa violentia accidit poſt matrimonium, vt tunc cum matrimonium tenuerit ſemel, per impedimentum ſuperueniens, non tollitur, ſecundum quoſdam, argument. *capit. diſcretionem, verſic. ſed nec affinitas, Extr. de eo qui cog. conſang. vxor.* diſpenſari tamen poſſet conſideratis circumſtantiis, & propter maius periculum vitandum. 15

Si vero dubium ſit, an impedimentum illud preceſ-

præceſſerit, vel ſecutum ſit, præſumitur, quod præceſſerit, et ſic expediantur, nec maneant impedimenta, vt cum quis eſt impotens ratione maleficii, tunc proculdubio maleficium matrimonium præceſſiſſe præſumatur, ita Hoſtienſis *in ſumma de frigid. & malefic. § 3. verſic. accidentalis, cum verſic. ſequent.* Abbas *in capit fraternitatis, numer. 16. de frigid. & maleficiat.* vbi ſimiliter aſſerit iſtam eſſe magis communem opinionem, & Maſcardus de probation. *conclusione* 816. *numer. 19. volumin 2.* & explicauimus quoque pleniori cornu *in præallegata deciſione noſtra 272. numer. 3. & ſequent.*

16 Impotentia † autem accidentalis occulta dicitur, quæ fit ex maleficio, vel ſortilegio, & in hoc diſtingue, quod aut maritus per maleficium, ſiue ſortilegium redditus ſit impotens omnibus, præterquam vxori ſuæ, & tunc vtique non dirimitur matrimonium vllo modo quia illud ſortilegium factum eſt pro vitando adulterio, aut vero per ſortilegium, vel maleficium maritus factus eſt impotens [illegible] vxori ſuæ, aliisque omnibus manſit potens, & tunc aut maleficium accidit in ipſo matrimonio contracto, & non dirimitur quoniam ſperatur, curari poſſe, aut præceſſit matrimonium, & concludendum eſt quod aut eſt maleficium temporale, & non dirimitur, aut vero perpetuum, & tunc dirimitur, *c. ſi per ſortiarios, 33. quæſt. 1.* Hoſtienſis *in ſumma de frigid. & malefic §. 3.*

17 Porrò inde, † ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis; animaduertendum eſt, quod impedimentum ad tempus dicatur quod præter diuinum miraculum, per opus humanum, abſque periculo corporis reparatur. perpetuum vero impedimentum illud dicitur, quod per exorciſmos, & orationes nullatenus ceſſat, vt notauere Doctores vniuerſaliter *in [illegible] c. fraternitatis, de frigid. & malefic.* Ita vt [illegible] in [illegible] credat ſortilegiis & eorum effectibus, de quibus habetur *in allegato c. ſi per ſortiarios 33 q. 1.* prout [illegible] diſcurrit, ac dilucidat [illegible] materiam Paul. Ghirlan. *in tractatu de ſortilegiis quæſt 6* [illegible] 15. refert exemplum admirabile ac terribile cuiuſdam maleficiati, penitus liberati & habilis redditi ad filios ſuſcipiendos. [illegible] ipſe quoque vidi noſtris temporibus [illegible] paucos maleficiatos, & oppreſſos maleficiis [illegible] quot temporibus, tandem Dei benignitate & [illegible] ad priſtinam & ſolitam habilitatem [illegible] & generandi variis adhibitis remediis [illegible], & præſertim hoc remedio, quod dum in [illegible] in lecto coniuges fuere ſuppoſita in eo [illegible] & ignorantibus coniugibus arma quibus fuerant [illegible] ſacerdos, vel alius non ſacerdos, & [illegible], & per hoc euaſere liberi ab eiuſmodi [illegible] maleficiis, & vidimus ex eis poſtmodum [illegible] ſuſceptos. imo ſimiliter, *la sanctisa, cioe quella [illegible] l arat ro al giogo, ih è vna Zeppa de legno, [illegible] qui re inet aratrum, ad iogum quod eſt res è ligno facta,* poſita in lecto, modo quo ſupra, produ[illegible] effectus.

Vnde † [illegible] randum non eſt de huiuſmodi ſo[illegible] beneficentiæ, oſtenſæ erga ita oppreſſos, [illegible] bonorum laborum glorioſus eſt fructus *Sap. 3.* [illegible] ve[illegible]int:

Tempore [illegible] quicunque placere laborat,
D[illegible], iuuat, plurima, pauca, nihil.

[illegible] hominem beneficio affici hominis intereſt, [illegible] lege, *ff. de ſeruis export.* omnis enim creatura mouetur ad benefaciendum ei, qui ei benefecit; vt per Gloſſam *in leg. ſed etſi lege. §. conſuluit, ff. de petition. hæreditat.* & ſic ad benefaciendum aſtringimur à natura illis, qui bona nobis faciunt, ſecundum textum eo in loco; tantum quod benefaciendum ſit omnibus, maximè coniunctis, ita Sanctus Thomas *in ſecunda ſecundæ, quæſtion. 31. articulo ſecundo & ſequent. & in tertia diſtinctione 29. articulo ſexto & in quarta diſtinctione 15. quæſtione ſecunda articulo ſexto* Nam ad remunerationem quilibet obligatur, *leg. conſuluit, ff. de petition. hæreditat. & leg. ſi vero non remunerandi. §. idem Papinianus, ff mandat.* Et porro beneficium, virtus ſpiritualis, vt per Sanctum Thomam *in ſecunda ſecundæ, quæſtione 31. articulo quarto* Nec non beneficium ipſum eſt cauſa dilectionis, ſecundum eundem Sanctum Thomam *in ſecunda ſecundæ, quæſtion. 32. articulo ſexto* & conſequenter benefacere eſt actus charitatis, ita Sanctus Thomas *in ſecunda ſecundæ quæſtion. 31. articulo primo* Imo omne benefactum rectè præſumitur rectum, vt notatur *in capit. ouet. 6. quæſtione prima* Et tanto magis aliquid præſumitur benè fieri ſi à bono fiat, *leg. tertia & ibi Gloſſ. in ver. honeſta, ff. de teſtibus.* In tantum quod iſtius generis beneficentiæ ſollicitudo iucunda fit ad inimicos; benigna ad amicos, diſcreta in omnibus, ſocialis cum omnibus, ſolicita pro omnibus, minimorum onera portat, atque quod in his omnibus maius eſt, non excidit, ſed ſemper fideliter perſeuerat, atteſtante Sanct. Bernard. protectore noſtro *in tomo tertio ſermonum, ſermon. quinto capit. tertio in litera G & H.* & eo magis, cum beneficium dicatur quædam beneuola actio tribuens gaudium capienti, ita *in capit. ex quibus cauſis feud. & in capit. vnico, de commo. & in capit. ad audientiam, de præſcript.* Imo benefacienti, ſi ex eo aliquid mali præter ſuam voluntatem contingeret non imputatur, *capit. de occidendis. in fine 21. quæſt. 5.*

Ligaturæ autem † characterum, vel aliarum rerum, quas medicina non requirit, vel obſeruantia 19 ſternutationis, aut liminis conculcatio, aut dierum Ægyptiorum obſeruatio, & plura alia, nomine ſortilegii damnantur. *in capit ill. [illegible], 26 queſtion. 1.* Et ſic ſortilegia ſeruatores ſunt Chriſtianæ fidei violatores, *c. non obſeruetis, 26. quæſt. ſeptima* Imo ſortilegi à diabolo, cui ſeruiunt, ſunt captiuati, *capit. Epiſcoporum, 26. quæſtione 5.* & conſequenter etiam hoſtes communis ſalutis appellantur, *l. multi, Cod. de malefic. & mathema.* nec non naturæ humanæ inimici, *l fin. eod. tit.*

Itaque † cum crimen hoc ſortilegii grauiſſimum dicatur *capit. 2. de ſortileg.*, merito regulariter ſortilegus punitur pœna capitis, tam ipſe, quam conſulens *leg. nemo. in fine, & leg. multi, ſimiliter in fine, Cod. de malefic. & mathema.* vt affluenter probat Paulus 20 Ghirland. *in tractat. de ſortilegiis. quæſtion. 11. ſub num. decimo & ſequent.* vbi inhærendo opinioni Abbatis *in capit. 2. de ſortilegiis.* conſtanter firmat, huius pœnæ impoſitionem reſidere in iudicis arbitrio, qui conſiderata perſonæ conditione, qualitate facti, ac animo delinquentis, poteſt pœnam imponere quandoque illam augere, quandoque autem minuere, ſecundum eius arbitrium, prudenter, ac vigilanter regulatum, & hoc idem commendat quoque Diaz. *in practic. criminal. canonica, capit. 100. verſic. quarto fallit.*

Et † hoc ea iuſtificatur ratione, & ſic ex diſpoſi- 21 tione *capit. quanto, de iureiurando* quod vbi pro delicto imponitur pœna capitalis. cum ſit triplex, vt per Innocentium *in capit. qualiter & quando, il 2. col. de ac-*

Digitized by Google

de accuſat. corporis, metalli, & deportationis, de minori intelligi debeat.

22 Quin † & clericus in hoc crimine, delinquẽs, & ſic ſortilegus debet verbaliter degradari, atque in monaſteriũ detrudi, non autem erit ſtatim in crimine ſortilegii deprehenſus degradandus, & curiæ ſeculari tradendus ſecundum Abbatem *in capit. at ſi clerici, de iudiciis.* cuius ſententiæ acquieuere ibidem Decius *numer.* 146. *& ſequent.* & Berous, *ſub numer.* 180. *& ſequent.* & Barbatius, *ſub numer.* 119 *verſic. excipit Domin. Ant. alium caſum,* Aretin. *in capit. cum non ab homine, columna decim. de iudiciis.* Arnoldus *in repet. capit. quoniam, de heret. in 6. colum. centeſ. decim. quart. verſicul. quarto fallit.* Diaz. *& criminal. Canoniſta*, vbi allegat in fine textum clarum concilii lateranenſis, celebrati ſub Leone Decimo, *in 9. ſeſſione,* in quo determinatum reperitur, quod clerici, qui inuenti fuerint culpabiles in ſortilegiis per inuocationem dæmonum, incantationibus, & diuinationibus, ac ſuperſtitionibus, arbitrio ſuperiorum infamia notentur; ſi vero non deſtiterint, deponantur, atque in monaſterium ad tempus, arbitrio ſuperiorum præfiniendum, detrudantur, benefi iis. & officiis eccleſiaſticis priuentur, ita vt expeditè lex ipſa modo quo ſupra, iubeat clericos magos, ſeu incantatores, vel philacteria facientes, puniendos.

Sed in præſentiarum extricandum, reſoluendumque neceſſario quoque eſt ad propoſitæ ma-
23 teriæ complementum, † num ſortilegus impunè occidi poſſit, eo modo & ratione, qua bannitus, lege ſuadente? ob hoc itaque ſciendum eſt; hunc caſum occurriſſe Peruſiit dum eo in ſtudio floridiſſimo, & famoſiſſimo verſarer, ac militarem annis ſuperioribus prout eo tempore mihi tunc in experto, & ſcholari fuit iniunctũ ab illuſtribus meis præceptoribus, D. Marco Antonio Oradino, & D. Ioann. Paulo Lancellotto, D. Rainaldo Redolfino, & D. Marco Antonio Eugenio, vt ſcriberem ſuper hoc tam principali caſu, ipſe vero huic tam iuſto, benignoque præcepto obtemperando, per aliquot allegationes iuris, vti ſequitur, concludebam apud iudicem cauſæ; caſus erat iſte, quidam iuuenis erat ita, & taliter maleficiatus, illaqueatus, ac depreſſus vt per nonnullos menſes continuos inhabilis eſſet ad coeundum, ac ad debitum reddendum vxori. ſed maleficus pietate adductus liberauit illum ſua ſponte, poſtmodum autem tanquam ſtultus, peccato obcæcatus, decreuit propalare maleficiato ita liberato ſuum delictum, prout videntem eum ſpatiantem per ciuitatem Peruſii, cepit illum interrogare, quomodo ſeſe geſſiſſet cum vxore ſua nocte præcedenti, cui reſpondendo, explicandoque veritatem ipſam, dixit, optime ſe geſſiſſe tunc Dei benignitate, & miſericordia, ſed ille maleficus ridendo dixit, adde etiam frater; & mea, cui replicando pro intelligentia iſtorum verborum: quare dicis, & mea; tunc manifeſtando ſe anthorem præſentis facturæ, & aſſerendo delictum hoc potius commiſſum per eum nugando, quam aliter, & q. ideo voluerit ipſum liberare, & reſtituere in priſtinum ſtatum à tali maleficio, qui hoc audito ſermone, mucrone, quem ſecum ferebat tot vulnera ei inflixit, vt eo in loco animam efflaret, concludebam itaque iuuenem iſtum eſſe abſoluendum ab huiuſmodi homicidio.

Et † quamuis homicidium dicatur atrociſſimum
24 delictum, & omni iure prohibitum & ſic atrociſſime perpetratum contra mandata noui & veteris teſtamenti, & contra ſtatuta iuris canonici, & ciuilis vt per Ang. de Vbaldis *conſil.* 221. *in cauſa accuſationis, ſub numero 6 & ſequent* & Decius *conſil. ſexageſim. quint.* *Iacob. de Graſſis in deciſionibus caſuum conſcientia, cap.* 60. *numer. ſecundo & ſequent. libro* 2.

Licet item homicidium dicatur eſſe de maioribus criminibus, *vt in capitul. final. de temp. ord. & in capit. at ſi Clerici.* vbi Gloſſa & Doctores *de iudiciis* prout concedit etiam Decius *in allegato conſ.* 65. *numer. primo & ſequent.* homicidium eſſe maius, grauiusque delictum, quam furtum, nec non homicidium ipſum eſſe ſimiliter maius adulterio determinatur *in capit. ſi quid verius.* 34. *quaſtion. vndecima* & notat Marſil. *in rub. numer. tertio ff. ad legem Cornel. de Sicar.* Iacobus de Arena *in tractatu de quaſtionibus, numer. ſeptima.*

Etſi deniq; † minime gentium licitum ſit de iure ſortilegos occidere vt explicat in terminis Io. 25
de Anania *in capit. de caſibus, ſub num. decim. prope finem.* prout occidens excommunicatum, conſendus eſt ſimiliter homicida *capit. excommunicatorum* 25. *quaſtion quinta.*

Nihilominus tamen iſte iuuenis licitè, innocenterque egit, ita vt tanquam homicida, propter interfectum ſortilegum puniri non poſſit nec debeat, & tanto magis, † quoniam parcendum eſt, com- 26
moto, accenſoque calore iracundiæ, ex quo eo commotionis tempore, omne quod facit putat eſſe iuſtum *cap. ira propoſitorum.* 11. *quaſt. tertia* in tantum quod iræ commotio, excludat vitium calumniæ, & doli, *capit. inebriauerunt,* 15. *quaſtion. prima* & per Rom. *ſing.* 514. *volo commentare, ſub num. quinto* & hoc tanto magis procedit quo maior concurrit calor iracundiæ; & ex iuſta cauſa maleficiatus ille prouocatus erat, arg. *leg. ſi adulterium*, §. *imperatores, ff. de adulter.* & ſic ira in præſenti caſu dicitur licita ſecundum Sanct. Thom. *in ſecunda ſecunda quaſt.* 48. *articul.* 3.

Et hinc eſt, vt per Sanct. Thom. *in ſecunda ſecunda, quaſtion.* 108. *articul. ſecundo tertio & quarto & in quaſt. de malo, quaſtion. duodecima articul. ſecundo tert. & quar-*
to † quod ira ſemper ſit peccatum, ſed non mortale 27
nec grauiſsimum: & ſic calor iracundiæ quandoque excuſat. *l. diuortium, ff. de diuort. l. lucitatio, ff. de pub. & leg. ſi non conuicis. Cod. de iniur.* & ibi Cyn. concedit quod non excuſat à toto, ſed à tanto, arg. *l. Grach. Cod. de adult. & leg. prima.* §. *diuus. ff. de ſicar. & capit. ſi quis iratus* 2. *quaſtion. tertia & capit. fin. quinquageſ. quint. diſtinction.* vbi Archidiacon. & Doctores omnes *in leg. quicquid calore, ff. de regulis iuris,* & ſic delinquens calore iracundiæ mitius punitur, quam ſi deliberatè deliquiſſet, vt *in lege prima Codic. ſi quis imperat. maledix.* vbi ex perſonis dicta penſantur, quia ſecundum Lactantium Firmianum *libro octauo* vel *de ira Dei*, Deus qui iraſcitur non in totum prohibet iram, ex quo is affectus neceſſarius datus eſt.

Itaque † homicidium requirit dolum, & cul- 28
pam ad pœnam imponendam, alias homicida non teneretur, ſecundum Socinum Seniorem *conſil. decim. ſext. circa prædicta, volumin. primo* & eſt textus *in capit. de occidendis,* 23. *quaſtion. quinta & in capit. penult. de ſentent. excommunicat. & in capit. de his quinquageſ. diſtinct.* quod homicidium factum ſine culpa alicuius, ei non imputetur.

Et nihil † mirũ, quia ſimiliter Samſ. excuſatus fuit 29
ab homicidio ſui & aliorum; nam Samſon ipſe qui ſe ipſum occidit cum aliis, per inſtinctum ſpiritus S.

de crimine excuſatur, *capit. ſi non licet. ante ſinem 23. q. quinta cap. occidit quæſtion.* 8. & notatur *in cap. gaudemus de diuor.* Summa Tabiena *in ver. homicidium*, §. 5. *in fine.*

30 Et inde eſt, † quod multi propter homicidiũ Deo placuerunt vt Abraham, Phinees, & Petrus, c. occidit, 23. quæſt. 8. & cap. qui percutit.

31 Et † tanto amplius, cum iſte veneficus expoſuerit ſe euidẽti mortis periculo, & præcipitans ſeipſum ſi mors ſequatur, dicitur homicida ſui ipſius, ita Gloſ. 32 *in capit. nerui. decima tertia diſtinct.* Hiſce † accedit quod homicida reputetur, qui conceptum mulieris, vel viri generationem impendit *capit. ſi quis de homicidio.*

33 Vnde in omnem euentum, iſte iuuenis maximo quidem dolore motus, ſi deberet puniri in præſenti caſu ita trutinato, non poſſet, nec deberet puniri aliquo modo, vt homicida pœna mortis, ſed potius alia mitiori pœna *l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores ff. de adulter.* per quem textum ita conſtantiſſime determinauere Gloſ. *in l. nec in ea, §. finali eodem tit.* Abb. *in capit. dilecti filii, de except.* Bal. *in l. addictos, C. de epiſ. audien.* Paul. Caſtr. *con. 192. in cauſa carcerationum, colum. fin.* Rom. *in leg. cum mulier, colum. 32. ff. ſolut. matrimon.* & Marſil. cum aliis aggregatis per eum, *in l. prima numer. 77. & in §. diuus Adrianus in eadem lege, ff. ad legem Corn. de Sicar. numer. decimo quarto & in practic. criminal. § quoniam, num. nonageſimo quarto* Paris de Put. *in tractatu de Syndicatu verſ. quidam inducit numer. decimotertio folio* 34 Decius *in l. quidquid calore numer. ſeptimo* & ibi etiam alii omnes, *ff. de regul. iuris* & Iacobus Nouellus *in tract. ſeu pract. ad defenſam, in princip. num. 69. & ſequent.* & ratio ea eſt ſecundum Iuriſconſultum in dict. §. Imperatores; quia difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare, imo determinat alter quoque textus clarus *in leg. prima §. quæri poſſit, ff. ad Turpil.* quod calor ipſe iracundiæ careat omni vitio, & ob id nullam pœnam ſuſtinere poſſit, vt not. Marſil. *ſing. 455. difficillimum.* & ea demum adiuncta quoque ratione; quia primi motus non ſunt in poteſtate hominum, vt per Gloſſ. *in leg. quinta Cod. de Epiſcop. & Cleric.*

Itaque cum Iudex habeat leges adeo claras, & perſpicuas, ſecundum Caſſiod. *libro tertio epiſtola* 28. tam diu iudex dicitur, quam diu iuſtus putatur, qui vtique debet conſilium Hieremiæ amplecti, *capit.* 22. vbi ita loquitur hæc dicit Dominus; facite iudicium, & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de mano calumniatoris; & tanto magis iudex perfectus redditur quanto perfectius ſentit alienos dolores ſecundum Gregorium *in mora.* vnde cum ex teſtimonio Rom. *in leg. cum mulier, colum. 32. ff. ſolut. matrim.* in poteſtate iudicis ſit homicidam deportare, vbicunque eum impulit iracũdia iuſta ad homicidium patrandum, tenetur iudex ipſe quando aliquid relinquitur eius arbitrio; ſemper arbitrari ſecundum æquitatem, vt per Abb. *in capit. ex parte* 34 *de tranſact. in Gloſ. in verb. æquitate.*

His † igitur maturè diſcuſſis, & conſideratis fuit illis temporibus iſte iuuenis homicida, interuenien te præſertim patrocinio prædictorum ſtrenuorum aduocatorum condemnatus ad exulandum per tres annos continuos; prout eadem quoque pœna condemnatus fuit, trium videlicet annorum exilio blaſphemus ex calore iracundiæ procedentis exorta, & graui cauſa, in ſacra regia Audientia Barenſi, de anno 1589. vt expoſuimus *in deciſione noſtra* 275. *dicendo quis, numer. 28. libro primo.* Sicuti etiam ita iudicatum fuit ſuperioribus temporibus in Curia noſtra Aquilana & in magna Curia Vicariæ, homicidam prouocatum verbis iniurioſiſſimis, ob homicidium commiſſum in perſonam prouocantis, condemnandum ad exulandum trium annorum ſpatio, vt propalauimus *in altera deciſione noſtra* 439. *in præſenti inquiſitione, numer. 36. libro* 3. alios vero caſus, & non paucos, quibus homicidæ non puniuntur pœna mortis vltimique ſupplicii, ſed alia mitiori extraordinaria refert atque reſoluit ſolerter Marſil. *in leg. prima num. 1. cum aliis ſequent. ff. ad legem Cornel. de ſicar.* & Iacobus Nouellus *in pract. ſeu tract. ad defenſam, in princ. num. 1. cum cæteris ſequent.*

Cæterum vt eo, vnde digreſſa eſt, reuertatur oratio, ſciendum eſt † matrimonium etiam dirimi ſi alter coniugum alteri continuis inſidiis mortem machinetur, ſecundum Canoniſtas *in capit. primo* & Gloſſ. *in capit. 2. de diuort.* 35

Addunt & aliam cauſam Theologi noſtri temporis, ſcilicet † deſertionem, id eſt, ſi maritus deſerat vxorem, vel ipſa maritum, in hac itaque cauſa Canoniſtæ cum Theologis non conueniunt; ex quo Canoniſtæ habent pro ſe, primo dictum Pauli, 1. *Corinthiorum*, 7. Auguſtin. *de ſalſ. coniug libro ſecundo capit. quinto & nono & homil. 49. & 50. & conc. Meuit. cap.* 17. qui quidem Paul. cum aliis relatis dicit, his autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptã, aut viro ſuo reconciliari, & vir vxorem non dimittat, ac poſtea ſubiicit eo in loco idem Paul. *Romanorum* 7. mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit, ſecundo habent ſimiliter pro ſe ius ciuile *in authent. hodie. C. de repudiis*, vbi ait text. hodie quantiſcunq; annis maritorio expeditione mãſerit. mulier ſuſtinere debet. Imo ſuſtentatur quoque iſthæc opinio Canoniſtarũ etiam de iure canonico, per textum clarum *in cap. in præſentia, de ſponſalibus, & matrimoniis*, vbi determinatur, quod quantocunque tempore manſerint abſentes viri, cauſa peregrinationis, viuentibus viris ſuis, ad alia matrimonia nullatenus conuolare poſſint, diſtinguunt tamen ipſi Canoniſtæ hoc modo pro indubitata reſolutione his rationibus & authoritatibus adiunctis, quod aut conſtat, quod coniunx diſcedens adhuc viuat, & nullę nuptię tunc alteri permittuntur, *capit. Dominus, in princ. Ext. de ſecund. nupt.* aut vero dubitatur de eius vita & ne tunc quidem alteri nubere poteſt ſi tamẽ de facto nupſerit, hoc matrimonium ita contractum non diſſoluitur, donec de vita abſentis conſtiterit, tunc enim tenetur relinquere ſecundum, *dict. cap. Dominus, § ſi vero aliqui.* Theologi itidem habent pro ſe dictum Pauli 1. *Corinthiorum*, 4. *quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat, non enim ſeruituti, ſubiectus eſt frater, vel ſoror in huiuſmodi*, de quo textu vide *in capit. quanto, Extr. de diuortiis.* Secundo allegant ſimiliter abſurdum, quod innocens pars ſine ſua culpa priuaretur iure ſuo quod tamen fieri non debet, *capit. diſcretionem, §. nam etſi, Extr. de eo qui cog.*

Verum enimuero opinio ipſa Canoniſtarum tutiſſima reputatur in deciſiuis, prout ea quotidie obſeruatur in practica. Et nihil mirum, cum in materia matrimonii, ſeu legitimationis Canoniſtarum deciſio præualeat, vt per Albericum *in leg. qui contra legem, Cod. de inceſt. nupt. & in rubric. de inter. mut. inter pupil. & tutor.* & approbauimus alias in terminis *in deciſion. noſtra 14. caſus præſentis deciſionis. num. 4. libro* 1.

Vnde

Vnde attingendo centrum præſentia ſpeculationis in practica ipſa, animaduertendum eſt, quod vxor habita notitia, certificationeque de morte ſui viri abſentis, in regionibus remotis occiſa, allegata, & probata coram Epiſcopo loci, per nuncium, pro tali cauſa deſtinatum, ſeu per literas, vel per alias probationes, de iure admittendas in hac mortis probatione, diſcuſſaſque, atque determinatas per Abb. *in allegato c. in præſentia, nu. 1. cum aliis ſeqq. de ſponſalib. & matrimoniis*, ne etiam *in deciſ. noſtra* 243. *mors præſumitur, lib. 2. & infra in opinio.* 142. *viuere*, atque obtenta licentia, ac decreto ab eo, pro ſecundo matrimonio contrahendo, licite illud tunc contrahere poſſet, ut per Ant. de Butr. *in c. veniens nu. 5. & ſeqq. de eo qui duxit*, Abb. & alios vniuerſaliter omnes *in d. c. in præſentia*.

Sed ſi poſt contractum matrimonium hoc ſecundum, appareret primum virum non eſſe mortuum, nec è vita diſceſſiſſe, tunc profecto huiuſmodi matrimonium, ita bona fide, & ſine culpa contractum, dirimeretur ſine dubio, ſuperueniente primo viro, & ei vxor ipſa, tanquam legitima coniux, adhærere teneretur, & primus vir illam ſimiliter retinere, *c. cum per bellicam, & c. cum in captiuitate, & c. ſi virgo*, 34. q. 3. Armilla *in ver. matrimonium*, § 45. Iacob. de Graſſis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, cap.* 84. § 16, *lib.* 2. alias adultera reputaretur, ſi habita notitia, & certitudine de vita primi, ſteriſſet cum ſecundo viro, permiſiſſetque ſe ab eo cognoſci, *c. Dominus de ſecund. nupt.* & aliis iuribus prænotatis. Vnde vxor ipſa, tanquam prudens, ad euitandum peccatum, & quamlibet aliam infamiæ notam, atque ſuſpicionem debet cum Epiſcopi licentia ad monaſterium monialium conuolare, in eoque commorari, donec, & quouſque fuerit prouiſum per Epiſcopum ſuper reintegratione primi matrimonii, imitando exemplum illius prudentiſſimæ Theraniane mulieris, occurſum temporibus noſtris, atque relatum *in deciſione noſtra* 241. *Adulter vir. nu* 54. *& ſeqq.*

OPINIO CCCCXCIIII.

SVMMARIA.

1 *Medicus carens publico ſalario, non debet ab ægrotis ſalarium recipere, niſi cum eos curauit, & ſanauit.*

2 *Salarium procuratoribus, ac familiaribus debetur in fine temporis niſi conſuetudo aliud dictaret num. 3.*

3 *Aduocatus fiſci debet conſequi ſalarium ſuum in medio litis, ſeu anni.*

4 *Salarium offi. talibus præſtandum eſt in principio officii.*

5 *Medicus in regno Neap. quoties tenetur viſitare infirmum, & quod ſit eius ſalarium.*

6 *Medicus malè curans ægrotum ex ignorantia, vel negligentia, non poteſt petere ſalarium, & tenetur infirmo ad ſatisfactionem.*

7 *Medicus ſeu chyrurgus peccans in medendo, ſi infirmus moriatur per eius imperitiam, non punitur corporaliter.*

8 *Aduocatus ex negligentia, vel ignorantia notabili cauſa cadens vel clientem ad falſum affirmandum inducens, vel eum relinquens in extrema neceſſitate, peccat mortaliter.*

9 *Medicus an liceat pendente infirmitate, paciſci cum ægroto ſuper ſalario.*

10 *Salarium iuſtum quod dicatur, & an poſſit excedere* 100 *aureos.*

11 *Medicus an gratis tenetur curare pauperem. Et aduocatus gratis patrocinari. nu.* 13. *Et an ad id à iudice compelli poſſit. nu.* 14.

1 MEDICVS † carens publico ſalario, non debet ab ægrotis, ac infirmis ſalarium recipere, niſi poſtquam eos curauerit, & ſanauerit; & ſic ab ipſo infirmo recipiet mercedem ſuam in fine curæ, non autem in principio, ſeu in medio: ſecundum Specul. *in titu. de ſalario. § nunc autem, verſ. fin.* Bart. *in l. archiatri. per illum text. C. de profeſſo & med. lib.* 10. Canoniſtas omnes *in c. propter de locato.* Petrum Duennas *in regu.* 63. *Aſſeſſori nu.* 1. & Ripam *in tract. de peſte, in tit. de remediis ad curandam peſtem, num.* 127. vbi diligenter admonet iſtam eſſe communem opinionem. Sed hoc deridet Zaſius *in § tripli. Inſtit. de action. in fin.* dicens, quòd ſi verum foret, medici non induerentur tam ſplendidis & purpureis veſtibus, qui ſemper rubeas veſtes habent, & ſiue moriatur, ſiue ſanetur infirmus, æqualiter triumphant. Cõis opi.

Iidem † ei, qui locauit operas ſuas ſimpliciter, in fine temporis ſalarium promiſſum ſolui debet: vt in familiari, aduocato, ſeu procuratore, *l. 1. C. de ſuffragiis, & l. quiſquis. C. de poſtulan.* 2

¶ Et licet aliqui Doctores contrarium aſſerant in aduocato, vt gl. *in l. vêdit. ff. comm. prædior.* ſcilicet, quod ab initio honorarium, ſeu mercedem petere poſſit. *l. properandum. § in honorariis. & l. 1. § cum quidem. ff. de var. & extraord. cognitio.* Id tamen non recipitur, ſeu obſeruatur in Camera Imperiali, teſte Ioach. Myſ. *in ſingularib. obſeruat. iudicii Imperialis cameræ, cent. 3. obſerua.* 7. *nu.* 5. Quæ quippe iura intelligi debent in ſponte oblatis ab initio, vel ſecundum conuentionem, ſecundum Specul. *in d. tit. de ſalar. § ſequitur de aduocato, verſ. ſed quando ſoluetur ſalarium.* & Innocen. *in c. propter in Gloſſ. magna de locat.* vbi ait, quod iſta iura allegata non faciant contra: quia in eis diſponitur, quod in principio ſit conueniendum de ſalario, ſed non dicunt quod ſoluendum ſit. ad idem facit *d. l. quiſquis. § præterea.*

Sed † hoc non procederet, vbicunque reperiretur conſuetudo in contrarium: tunc enim ſpectanda, obſeruandaque eſſet ipſa conſuetudo in partibus, & locis, in quibus vigeret: vt firmant Specul. & Inno. *in mentionatis locis.* 3

Similiter † hoc fallit & non habet locum in aduocato fiſci *l. per hanc. C. de aduoc. diuerſo. iud.* vbi eſt ſpeciale, quod in medio litis, ſeu anni, conſequi debeat ſalarium; & notat Specu. *vbi ſupra*, & Carauita *in ritu* 19. *Item quod procurator. nu.* 6. Item † fallit in officialibus quibus in principio officii ſalarium præſtandum eſt: ſecundum Paul. Caſtren. Alex. & alios omnes *in l. diē ſancto. ff. de offi. aſſeſ.* Glo. & Bar. *in l. 1. § Diuus ff. de var. & extraor. cognit.* & Carauitam *in ritu* 9. *Item quod locum tenens nu. 1. & ſeq.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. 4 5 Cõis opi.

In † regno vero Neap. habemus conſtitutionem, *incip. Quia nunquam ſciri poteſt ſcientia medicina, in tit. de medicis*, diſponentem, medicum teneri bis in die infirmum viſitare, & ſemel in nocte, ad ipſius infirmi requiſitionem, & recipere debet ſolummodo per diem, medium tarenum auri, ſi non egrediatur ciuitatem, vel caſtrum: Si vero viſitaret infirmum extra ciuitatem, recipiet ab eo per diem tres tarenos cum expenſis infirmi, vel cum expenſis ſuis, tarenos quatuor. 6

Sed † ſi medicus ipſe male curaret ægrotum ex ignorantia, vel eius curam ante terminum derelinqueret: tunc nedum ſalario carere deberet, ſed ad ſatisfactionem etiam infirmo teneretur. *§ præterea Inſtit. ad legem Aquil.* & probat, & firmat Roſatinus Buſti, *in ſerm. 25. in litera. V. circa fin. in 1. par.* 7

Sed aduerte, † quod ſi medicus, chyrurgusq; delinqueret in medendo, & ſic ex eius imperitia infirmus moreretur, non poſſet puniri pœna corporali: vt probat Viſillus, *in addit. Afflict. in deciſ.* 123. *nu.* 4. 8

Si † vero aduocatus ex negligentia, vel ignorantia
9 notabili, cauſam amiſerit, vel induxerit clientem ad affirmandum falſum, vel eum reliquerit in extrema neceſſitate, mortaliter peccaret, ita Iacob. de Graffiis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, cap. 8. nu. 4. lib. 3.*

10 Aduertendum † etiã eſt in præſenti materia quod non liceat medico, pendente infirmitate, paciſci cũ ægroto ſuper ſalario, *l. Archiatri. C de profeſſ. & medic. lib. 10.* & Ripa *in tract. de peſte ſub tit. de remediis ad curandam peſtem, nu. 86.* contrarium vero tenuit Afflict. *deci. 123. Dominus Carolus in fine*, qui reſpondet *d. l. Archiatri.* loqui in medico à publico ſalarium habente, fateturq; etiam ita fuiſſe deciſum in ſacro conſilio, huiuſmodi promiſſionem factam medico ab ægroto, pendente durante que infirmitate, valuiſſe, ac hæredes ipſius poſt ſuam mortem teneri ad ſolutionem talis promiſſi ſalarii.

11 Quam † deciſionem interpretatur Vrſillus *in add. Afflict. in d. loca ſub nu. 1.* habere locum, in ſalario iuſto, promiſſo ab infirmo tempore infirmitatis, non autẽ in ſalario iniuſto, ſalarium autem iuſtum reputauit ſacrum conſilium, dum tractabatur de promiſſione & ſolutione centum ducatorum pro ſalario: & circa huius ſalarii iuſti ſolutionem eſt textus in terminis loquens ac diſponens in aduocato, *in l. 1. §. pen. ff de variis & extraord. cogn.* ibi. *licita autem quantitas intelligitur pro ſingulis cauſis, aſque ad centum aureos.* Et ſic ſalarium aduocati non poteſt excedere centum aureos, vt per Gl. *eo in loco, in ver. aureos*, & abſolutimus neceſſario apparatu ſupra *in opinio. 38. aduocati ſalarium, n. 1. cum aliis ſimilib. ſeq.*

12 Animaduertendum quoque eſt, † quod medicus debeat gratis pauperem curare, ac præmiũ à Deo expectare, ita Fely. *in c. 1. de offic. iudic.* Bar. *in d. l. Archiatri.*
13 *& Pſal. 40.* Quod † adeo verum eſt, vt extẽdatur, extendiq; poſſit etiam ad doctorem, vt per Glo. not. *in l. 2. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12.* Felyn. *in d. c. 1. de offic. iud.* Couarru. *pract. quæſt. c. 6. n. 4.* & Domin. Soto. *lib. 5. de iuſt. & iur.* vbi concedit etiam aduocatum ſuum patrocinium pauperi detractantem mortaliter peccare.
14 Imo † poteſt tam aduocatus quam medicus, per iudicem compelli, ita Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remed. ad curan. peſt. n. 88. cum ſeqq.* vbi ad plurimas quæſtiones reſpondet & Amaneſ. *ſing. 169.*

OPINIO CCCCXCV.

SVMMARIA.

1 *Melioramenta facta in re feudali an pertineant ad dominum, reuertente ad eum feudo, abſque dolo vel culpa vaſalli: an vero teneatur dominus ad æſtimationem eorum.*

2 *Hæres vaſalli an teneatur expenſas factas per vaſallum, cõpenſare cum fructibus perceptis.*

3 *Aedificium nouum in feudo conſtructum, quomodo æſtimandum ſit.*

4 *Eccleſia expenſas ædificii in emphyteuſi exſtructi, quomodo reſtituat.*

5 *In æſtimatione melioramentorum an temporis reſtitutionis, vel factarum melioramentorum conſideretur.*

6 *Melioramentorum materia vbi tractetur remiſſiue.*

1 MELIORAMENTA † facta in re feudali, non pertinent ad dominum, reuertente ad eum feudo, finita inueſtitura feudali linea finita, vel aliter, abſq; tamen dolo, vel culpa vaſalli: ſed tenetur ad æſtimationem eorum, ſi velit ea retinere, vt eſt caſus, & ibi omnes *in c. 1. § ſi vaſallus, in tit. hic finitur lex. in vſib. feud.* & not. Brunus *conſ. 106. nu. 1.* Cagnol. *in l. 2. num. 175. C. de reſcin. vend.* & Aluar. *in c. 1. § ſi quis de manſo. nu. 6. ſi de inueſtitu. feud. fue. controuerſ.* vbi inquit cum iſta concluſione Doct. omnes tranſire, & Curt. Iun. *conſil. 165. nu. 1.* Com. opi.

2 Nec † expenſas tenetur hæres vaſalli cum fruct. h. perceptis compenſare, ſed melioramentorum expẽſæ integraliter & reſtituendæ ſunt: ſecundum Bal. & Ang. *in l. inſulam. §. fructus. ff ſolut. matrim. & in l. emptor. ff. de rei vendic.* per Glo. & ibi Felyn. *in c. cum cauſa col. pẽ. de re iud.* & Iaſ. *in l. domos hæreditarias, in 2. notab. ff de leg. 1.* & Soc. Iun. *conſ. 150. nu. 32. uol. 1.*

3 Et iſta † melioramenta reſtituenda ſunt, & æſtimanda, non ſecundum ædificii incorrupti, & conſiſtentis valorem; & ſic dominus non tenetur ad æſtimationem ædificii integri ipſorum melioramentorum, ſed ædificii diruti: vt voluit Bal. *in d. §. ſi vaſallus. nu. 4. in l. in fundo 3. notab. de rei vendic. & in auth. excipitur. de bon. quæ liber.* Ruyn *conſ. 24. nu. 10. vol. 1.* Iaſ. *in l. 2. num. 49. C. de iur. emphy.* Tiraq *de retract. conuent. §. 7. Gl. 1. nu. 6.* Rolan à Valle *conſ. 18. nu. 30. vol. 1.* & Beroum *in q. 96. ſub nu. 4.* vbi ait iſtam eſſe magis communem opinionem. Com. opi.

¶ In contrariam vero partem, tanquam æquiorem, inclinauit Ægidi. Boſſ. *in ſua prac. cri. in tit. de princip. nu. 31.* & Iul. Clarus, *in tracta. de feud. q. 88. verſ. ſed quæro*, videlicet, quod Dominus teneatur ad æſtimationem ædificii integri, & non ad illud, quod conſequi poſſet ex ruina illius, vbi deſidei Beroum, aſſerentem contrariam opinionem communem. Nihilominus profiteor ipſum Beroum veritatem dixiſſe, atteſtando de dicta communi, cum qua, tanquam veriſſima, intrepide tranſeo; imo credo ipſum Iulium Clarum hallucinatum eſſe talia proferendo, dum allegauit Bal. in locis præmiſſis concludere, quod ſolutio fieri non debeat de pretio rudcrum, ſed ædificii integri: & tamen Bal. firmat expreſſe contrarium, vt ſupra oſtendimus.

4 Eſt bene verum, quod Berous, *in c. 1. nu. 36 & ſeq. de in integr. reſt.* firmet contrarium in emphyteoſi, † videlicet, quod eccleſia teneatur ſoluere melioramenta vtiliter & neceſſario & non aliter facta in ipſa emphyteoſi ad rationem ſeu valorem incorrupti, & integri ædificii, non autẽ diruti. Et hoc expreſſe voluit Bal. loquens in emphyteoſi, *in d. §. ſi vaſallus, prope finẽ, & in d. §. ſi quis de manſo. poſt med. ũ*, & ſequitur Guil. Redoanus *in tract. de reb. eccleſ. non alien. qu. 17. de melioramẽtorum in reb. eccleſiæ factorum refectione, qu. 1. incheante, ſi vera melioramenta ſint facta per emphyteotam. nu. 6. & ſeq. fol. 406* vbi fatetur ita obſeruari de cõſuetudine. Nã emphyteoſis datur, conceditur q; ad meliorandum, *l. 1. C. de iure emphy.* Vnde ſi quis portare melioramẽta teneretur, facta præcipue ex pacto, naturaq; contractus, iniquum id foret abſq; dubio: vt eſt text. cum Glo. *in d. c. 1. de in integr. reſt.* vt probat ibi Berous: & ſic in hoc caſu procedere poſſet opinio Iulii Clari, & aliorum relatorum per eum, & non in feudo.

5 Imo † ipſarum impenſarum, ſeu melioramentorũ æſtimatio fieri debet, habito reſpectu ad valorem, q eſt de præſenti tempore, quo res reſtituitur, non antẽ tempore, quo facta eſt impenſa: vt voluit Ang. de Periglis *in ſubſcriptione ad conſ. Paul. Caſtren. 170. viſo puncto ſupraſcripto, & etiam multis allegationib. ſecundum nouiſſimam impreſſionem, uol. 2.* Capicius *deciſ. 93 in fi.* Boer. *deciſ. 44. n. 12* Rolan. à Valle *conſ. 18 n. 14 & conſ. 30. nu. 6. vol. 1.* Bart. & Bal. poſt Iacob. de Aret. *in l. domos hæreditarias ff de leg. 1.* vbi hoc late Alex ſequitur, atq; defendit & Iaſ. etiã *n 4.* qui oſtendit iſtam eſſe comm. opin. Com. opi.

6 Et † materiam ipſam melioramentorum vide late & vtiliter declarantem, Antonium Negufantium, *in tract. de pign. & hypoth. in 4 membra 5. par. num. 8. cum aliis ſeq.* & Beroum *in d. c. 1. nu 22. cum aliis ſeq.*

Sed

Sed animaduertendum eſt, quod melioramenta in plantationibus, ſtercorationibus, & ſimilibus nõ ſint reficienda; Ita D. Seraphinus *deciſ. 312. quatuor deducuntur nu. 5. vol. 2. inter deciſiones diuerſorum.*

OPINIO CCCCXCVI.

SVMMARIA.

1 *Melioraus proprijs impenſis rem emptam, & alteri obligatam, ſi ea euinceretur, abſolui debet ab actione hypothecaria, qua erat conuentus, & liberatur præſtando primam æſtimationem rei, detractis melioramentis.*

2 *Melioramenta facta in re dotali maritus, eiuſq; hæredes repetere poſſunt.*

3 *Expenſæ factæ in agro ſtercorando, & in plantandis arboribus, à bonæ fidei poſſeſſore an deduci poſſint.*

4 *Expenſæ litis an reſtituendæ ſint patri litiganti ſuper bonis aduentitijs filij, in quibus habet vſumfructum, an vero teneatur eas facere de fructibus. Et quid ſi fructus non ſufficiant. nu. 5.*

1 MELIORAMENTA † faciens in re, quam poſſidet, ſi conueniretur ſuper ea actione hypothecaria, poſſet offerre agenti æſtimationem rei abſq; meliorationib. & ſic melioraus proprijs impenſis rem emptam, alteri obligatam, ſi euinceretur; abſolui deberet ab actione hypothecaria, qua erat conuentus, & liberaretur præſtando primam æſtimationem rei, detractis melioramentis prædictis: ſecundum Bart. Bal. Ang. Ioan. de Platea, & Rebuf. *in l. 2. per text. ibi C. de prædijs, & omnib. rb. nauic. lib. 11.* Caſtren. *in l. ſi conuenerit. la 2 § ſi fundus ff de pignorat.* Alex. *in add. ad Bar. in l. ſi fundus. §. in vendicatione ff de pignorib.* Alber. Brunus *in tract. de augmento in 5 concluſ princ. ver 3.* Corſet. *in ſing. in verb. Melioratio*, Neguſant. *in tract. de pignorib. in 5 par. 4. membr. num. 21.* vbi profert magnum verbum; opinionem iſtorum eſſe indubitabilem, & clarant & in effectu communis eſt, & cum ea concurrit ſimiliter Soc. *conſ. 224. in fi. vol. 2.* & ſæpius in practica eam obſeruari videmus. Cõis op.

2 Quo † vero ad expenſas, melioramentaque facta per maritum in re dotali, poteſt ea maritus ſimiliter repetere, *l. 3 & l. quod dicitur. §. fin. ff de impen. in reb. dot. fact.* Hieron. Gabriel *conſ. 60. n. 5. vol. 2* Tiber. Decian. *conſ. 18. ſub nu. 34 vol. 2.* & ſic maritus id quod impendit in fundo dotali, quamuis poſtea fundus reuertatur ad mulierem, vel eius hæredes repetere poteſt. *l. diuortio §. impenſa ff ſolut matrim.*

3 Et † quamuis ageremus de melioramentis factis per ferruminationem, vt loquitur Bar. *in l. in fundo nu. 8. ff. de rei vendicat.* & in agro ſtercorato, & in plantandis arboribus, videatur etiam à bonæ fidei poſſeſſore, iſtas expenſas nõ eſſe deducendas, ex ſententia eiuſdem met Bar. *eo in loco, nu. 8.* volentis ſimilia melioramenta cum fructibus compenſari: nihilominus tamen verius, atque receptius eſt, etiam ſimiles expenſas deduci à marito, veluti Bartoli opinionem communiter damnati ab omnibus in iure ſcribentib. tradit Bellonus *conſ. 65 nu. 13* Menochius *in tract. de recuperan. poſſeſ. remed 15. qu 39. nu. 527. & ſeq.* & Rolan. *conſ. 18. nu. 26. vol. 1.* vbi affirmat, quod impenſæ factæ in plantandis arboribus, quando reſpiciant perpetuam vtilitatem, poſſint deduci; aſſignatque exemplum de faſcibus, & oppis, & planum quoque facit, hanc eſſe apertam Doctorum concluſionem. & ſequitur etiam Ioſeph. de Ludouicis *in deciſ. Vmbriæ 24. ſub num. 18. in prima parte*, vbi damnat Boſſium concurrentem cum Bartolo, & annectit etiam ſententiam contra Bartolum eſſe magis veram, & communem.

4 Cæterum † expenſæ litis erogatæ per patrem non debent reſici patri litiganti ſuper bonis aduentitiis, in quibus habet vſumfructum, quia illas expẽſas tenetur facere de fructibus, vt eſt textus ad literam in l. 1. & ibi Bar. Bal. & communiter omnes interpretes. *C. de bonis mater. ibi, & ſumptus ex fructibus impigre facere, & litem inferentibus reſiſtere*, & eſt textus quoque *in l. fin. §. vbi autem. C. de bonis quæ liber.* & voluit etiam Bal. *in l. 1. nu. 1. ff. de vſufruct. quemad. caueat.* & Gozadin *conſ. 94. nu. 37.* & Aſcanius Clementius *in tract. de pat. poteſt. eff. 12. nu. 17.* vbi poſt Ang. de Vbaldis *in l. 1. nu. 1. C. de bon. mater.* determinat, † quod quando fructus non ſunt ſufficientes, tunc pater poteſt, & debet ex proprietate deducere expenſas litis. 5

OPINIO CCCCXCVII.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium inquiſiti, an faciat indicium ſufficiens ad torturam.*

MENDACIVM † inquiſiti facit ſufficiens indiciũ ad torturam: ſecundum Bart. *in l fin. nu. 3 & ſeq. ff. de quæſt.* Rom. *conſ. 8. nu. 2.* & Cepol. *conſ. 61. ſub primo*, Lucam de Penna *in l. quoties col 7. C. de dignit li 12.* Brunum *in tract. de indicijs, & tortura in qu. 3 prima partis, nu. 18.* Alex. *conſ. 77. vol. 1* Soc *conſ. 54. vol. 3.* Ioan. Baptiſt. Ferretum *conſ. 329 in cauſa Reuerendi D. Marini nu. 14. vol. 2.* Iacob. Mandell *conſ. 56. quamuis dubitationes, num 32.* & Horat. Mandoſium, cum aliis citatis per eũ, *in add. Rom. ad conſ 8 in litera B.* vbi *in fin.* demonſtrat iſtam eſſe magis cõmunem opinionem: quæ videtur probari *in l. vnius. §. teſtes. ff. de quæſt.* & ſequitur etiam Iacob Nouellus *in pract. cauſ. crimin. in forma, quæ indicia præcedere debeant, incip. quamplurimos n. 62.* & Illuſtriſſimus D. Cardinalis Albanus, *in lucubrat. ad Bart. in l. & eleganter. § idem Pomponius. ff. de dolo malo, in fin.* vbi reddit rationem: quia mendacium dicitur contra naturam, & comprobatur etiam: Nam quis ratiõne mendacii cenſetur eſſe in dolo. *l. ſeruus in fin. ff. de do.* Imo mendax dicitur delinquere; Cum mẽdacium ſit vocis ſignificatio, cũ intentione, & propoſito fallendi; vt per Glo. & Aug. *in l. de ætate. §. qui ex quadrante ff. de interrogatoriis actio.* Sed iſte inquiſitus, q coram iudice mendacium profert; iudicem ipſum fallere videtur, & eum etiam ratione periurii offendit: non mirum ergo, ſi eum iudex torquere poteſt, pro habenda veritate: quam manifeſte videt mendacem velle celare: *arg. l. nullum. C. de teſtib.* prout diſerte demonſtrat Paris de Puteo *in tract. ſyndicatus. §. viſo de iudicijs indubitatis, nu. 2 cũ aliis ſeq.* Et dicitur *Apocalypſis c. 21.* Timidis autem, & incredulis, & c. & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. *& cap. 22.* Beati qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas eorũ in ligno vitæ, & per portas intrent in Ciuitatem; foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Et legitur *Pſal. 5* Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium: virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus. *& ibid.* quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt, ſepulchrum patẽs eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos Deus, decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. & dicitur etiam *Exod. 23.* Non ſuſcipies vocem mendacii: nec iunges manũ tuam, vt pro impio dicas falſum teſtimonium: nõ ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies: pauperis quoque non miſereberis in iudicio, nõ declinabis in iudicium pauperis: mẽdacium fugies: inſontem, & iuſtum nõ occides, quia auerſor impium,

nec accipies munera, quæ excæcãt etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Et cõſpicimus denique *prouerb. 12. cap.* Qui, quod nouit, loquitur: iudex iuſtitiæ eſt, qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ: lingua autem ſapientium ſanitas eſt, labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui aſſit teſtis eſt repẽtin', concinnat linguam mendacii dolus in corde cogitãtium mala: qui autẽ pacis ineunt cõſilia, ſequitur eos gaudium, abominatio eſt Domino labia mendacia: q autem fideliter agunt, placent ei. Et *c. 17.* Malus obedit linguæ iniquæ & fallax obtẽperat labiis mendacib. qui celat delictum, quærit amicitias: & qui vertit linguam, incidet in malum. Nec nõ dicitur *cap. 19. dictorum prouerbiorum*: Teſtis falſus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

§ In contrariã vero partem videlicet, quod mendacium indicium non faciat ſufficiens ad torturam, inclinauerunt And. de Iſer. & Affl. *&c. ſub n. 63. in conſt. Regni, ſi damna clandeſtina, lib. 1. rub. 27.* Ioan. de Amicis *conſ. 134. n. 3.* vbi ſubdit, quod nec Bart. hoc voluit, nec Gãdinus, pater practicæ criminalis, hoc vnquam poſuit inter alia indicia & ſequitur hanc eandem opin. Gramm. *in voto 30. nu. 15. & ſeq.* vbi perhibet iſtam eſſe communem ſententiam, & veriorem in conſulendo Alciat. *conſ. 18. nõ poſſ. in ſatis perſpicere n. 4. & ſeq. to. 2. li. 7.* Com. op.

§ Sed aduerte, quod prædictæ opiniones ad facilem concordiam reduci poſſent, videlicet, q prima opin. procedat in teſte mendacium committente, & iſta ſecunda opin. locum habeat in principali de delicto inculpato: prout ita loquuntur And. de Iſer. Affl. & & alii õnes iſtam partem firmantes, & Alciat. *conſ. 6. Cum contentio, arg. di cordia, nu. 27. & ſeq. tom. 2. lib. 5.*

OPINIO CCCCXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantes in dignitate conſtituti, vt ſunt Priores, Miniſtri & Guardiani, etiam Fratrum minorum poſſunt eſſe delegati Apoſtolici.*

1 MENDICANTES † poſſunt eſſe delegati Apoſtolici, ſi eſſent, reperirenturque in dignitate conſtituti, vt Priores, Miniſtri, Guardiani item, etiam Fratrum minorum ſecundum Iaſ. cum aliis relatis per eum *in rub. ff. de offi. eius.* & iſta eſt communis opin. & eã ſequuntur, & etiam Curt. *ibi col. fin.* Francus *in c. nullus, de elect. in 6.* Felyn. *in c. cum olim, col. 1. de maior. & obed. & in c. 2. de iud.* & ibi etiam Dec. *col. fin.*

OPINIO CCCCXCIX.

SVMMARIA.

1 *Meretrix, cui aliquid promiſſũ eſt ratione mercedis ob fornica tionem & ex cauſa libidinis, an poſſit conuenire promiſſorem in iudicio, & iudex eum cogere poſſit ad ſolutionem promiſſi.*

2 *Meretrix acceptam pecuniam pro actu venereo an eam poſſit licite retinere nec teneatur inter pauperes elargiri de neceſſitate ſalutis.*

3 *Mulier occulte fornicata, quæ publice meretrix non eſt ſolutum ob occultam fornicationem in foro poli nõ tenetur reſtituere: promiſſam vero mercedem pro tali fornicatione petere non poteſt in iudicio vide etiam nu. 7.*

4 *Acquiſita per concubinatum adulterium, & ſodomiam nõ veniunt reſtituenda, ſed de conſilio ſunt inter pauperes diſtribuenda.*

5 *Meretrices licite poſſunt teſtari de acquiſitis per fornicationem, item eleemoſynam de iis facere & decimas ſoluere: imo etiam Eccleſiam erigere eiq; dotem conſtituere, & ius patronatus acquirere nu. 6.*

1 MERETRICI † factã promiſſio certæ mercedis ob fornicationem, & ſic ex cauſa libidinis, dummodo abſit dolus, & fraus, valet & tenet: & cogi & compelli poteſt promiſſor à iudice, ad ſolutionem dictæ promiſſionis, ac pretii actus venerei: ſecundum Dyn. & Saly. *in l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ.* Abb. *in c. quæ plerique, nu. 14. de immun. Eccl.* Bar. *in l. affect. ff. de don.* Ioan. Lupi *in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 40.* Ripa. *in l. ſi plagius, nu. 10. & ſeq. ff. de verb. oblig.* Bar. & Aret. *in l. generaliter ff. de verb. oblig.* vbi Iaſ. & Zaſius *n. 29.* perhibet iſtam eſſe communem opin. Com. op.

§ Et licet Gl. *in l. ea quæ tibi, in ver. non potes C. de don. ante nupt.* male loquatur aſſerendo, quod datum meretrici nõ quidem repetatur, ſed ad promiſſum tamen ſi ſolutum non ſit quis nõ teneretur, nec cogi poſſit: tamen quidquid ſuadeat Glo. ibi, abſque aliqua ratione, ac lege, noli recedere in deciſionibus à dicta communi, tanquam ſacroſancta, & veriſſima, cum qua concurrit etiam Roſar. Buſti *in ſermonib. prædicabilib. in ſermo. 28. in 1. par. in litera L. poſt princ.* Vbi addit quoque, † 2 quod meretrix acceptam pecuniam pro meretricio actu ab eo, q poterat, tanquam verus dominus, elargiri, poſſit licite retinere, nec teneatur reſtituere, nec pauperib. dare de neceſſitate ſalutis.

Quæ † quidem opinio procedit de plano, in meretrice publica, non autem in fœmina occulte fornicatia, quæ publica meretrix non eſt: quæ vtique petere non poſſet mercedem & pretiũ promiſſum: imo ſi ei datum ſit, illud retinere nequeat, & in foro poli, & in animæ iudicio reſtituere teneretur: ſecundum Abb. *in d. c. quia plerique, n. 14. & ſeq.* Cyn. & Ang. *in memorata l. 2. C. de cond. ob turp. cauſ.* Lupum *in d. rub. de d. n. § 41.* & Adri. *in 4. ſent. in tract. de reſt. oritur alia quæſt.* vbi ait iſtorum opin. communem eſſe. Quæ communis in actu practico, meo iudicio, admitteretur à iudicib. ita vt promittens aliquam mercedem fœminæ prædictæ, propter occultam fornicationem, cogi non deberet, nec poſſet in iudicio, ad illam mercedem ſoluendam: ſed quod ipſa mulier, quæ publica meretrix non eſt, in foro poli, ſibi ſolutum ob occultam fornicationẽ, retinere non poſſit, ſed teneatur illud reſtituere, id non credo verum eſſe, nec de iure ſuſtineri poſſet: vt ita pro hoc nõnulli Theologi, & non modicæ authoritatis, variis in locis contradicunt Cyn. & ſequacib. ſupra relatis: & hanc eandẽ opin. videtur firmare S. Antoninus Archiepiſ. Florẽ. *in 2. par. ſuæ ſumma, tit. 1. c. 23. de turpi lucro, col. 15. verſ. de acquiſito per meretricium.* Vbi concludit † à quæſita per cõcubinatum, adulterium, & ſodomiam, reſtituenda non venire, ſed potius ſuadendum, illa largiri debere pauperib. & ſequitur etiam Caccialup. *in tract. de ludo, n. 5.* & Roſar. Buſt. *in d. ſerm. 28. in litera L.* Com. op. 4

Imo abſolute, abſque aliqua earum gitione, diſtribuendo etiam inter pauperes ita acquiſita retineri poſſe aſſentiuntur Sotus *lib. 4. de iuſt. tia & iure, quæſt. 7. art. 1.* & Iacob. de Graffi. *in deciſionib. caſuum conſcientiæ, c. 125. n. 6. lib. 2.* qui in loco hoc affirmant, ea potiſſimum ratione efficaciſſima, quod mulieri occultæ venerei operam dãti, multo fortius, multoque iuſtius ſit merces ſoluẽda, quam publicæ meretrici, ob maiorem honeſtatem, quæ venera pluris æſtimanda, ac reputãda eſt, ideo non immerito concedit Cæſar Lambertinus *in tract. de iure patron. lib. 1. qu. 10. n. 13.* nullam faciendã eſſe differentiam inter meretricem publicã & occultam.

Ideo † quoque meretrices licite poſſunt facere condere teſtamẽtum de acquiſitis ex meretricio quæſtu: ſecundum Bal. *in l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ.* & Dilect. cum aliis ſignatis per eum, *in tract. de arte teſtandi, tit. 1. cante. 12. nu. 1.* 5

Imo † meretrices ipſæ de acquiſitis per actus meretricios ſeu venereos, non ſolum poſſunt libere teſtari, verum etiam eleemoſynã facere, & decimas ſoluere, *vt in c. oblationes, 90. diſt.* & notat quoque Gl. *in c. ex tranſ-* 6

trāſmiſſa, de deci. & Aud. de Iſer. *in c. q. a ſupra. §. turpiter, ſub n. 12. quib. mod. feud. amit.* imo de huiuſcemodi lucro poteſt meretrix ipſa Eccleſiam erigere, eiq; dotē cōſtituere, ſecundum Glo. & Archid. *in c. non eſt putanda, 1. q. 1.* & Rochum de Curte *in tract. de iure patronat. m. in verb. competens alicui nu. 3.* & Ceſarem Lambertinum *in tract. de iure patronatus, lib. 1. q. 10.* vbi concludit, meretricem poſſe ædificare Eccleſiam ex quæſtu meretricio, acquirereq; ius patronatus, verum quod debeat illius exercitio, durante meretricio crimine, carere. Et ratio ea eſt, nā licet peccet meretrix meretricando, non ab hoc peccat recipiendo, *l. idem & ſi ob ſtuprū. §. ſed & quod meretrici. ff. de cōdict. ob turp. cauſ.* ibi, *ſed quod meretrici datur repeti non poteſt, vt Labeo, & Marcellus ſcribunt: ſed noua ratione, nō ea, quia vtriuſq; turpitudo verſatur, ſed ſolum dantis. illam enim turpiter facere, quod ſit meretrix, ſed non turpiter accipere, cum ſit meretrix.* Et ſic datū meretrici non reperitur: imo nec meretrix ipſa tenetur ad reſtitutionem, in foro conſcientiæ, vt firmat Petr. Rebuff. *in repet. c. poſtulaſti, in glo. in ver. retinere, nu. 41. fol. 157. de clerico excōmunicato.*

Et † quod acceptum à meretrice ob fornicationē, ne quidem in foro conſcientiæ ſit reſtituēdum, in eo fere omnes Theologi, Canoniſtæ & Legiſtæ conueniunt eo in loco, vt S. Thom. *in ſecunda ſecundæ, qu. 32. art. 7.* & Couar. *in reg. peccatum, par. 2. §. 2. de reg. iur. lib. 6.* quos refert Nauarr. *in ſuo Enchirid. ſiue ſumma, in c. 17. nu. 7. pro, quo dicalogi, non furtum facies, verſ. tui reſtituendum, poſt n. 34. fol. 195.* licet eos non ſequatur, per rationes ab eis traditas, vt vſque in finem proſequitur. Sed hæc communis, citata per Couarru. *in loco allegato* redditur tuta, per notata à Iacob. de Graffiis *in deciſionib. caſuum conſcientiæ c. 123. n. 1. cum aliis ſeq. lib. 2.* & per ſummam Fabienam, *in ver. reſtitutio, §. 17.* Et non immerito ita Plautus *in truculento, comed. 20.* ita indignatur, atque excandeſcit. *Meretricem ego idem eſſe reor Mare ut eſt, quod des deuorat, nunquam abundat. Det quantumuis, noſquā Apparet, neq; datori, neq; acceptrici, Velut meretrix meū herū, Miſerum ſua blanditia intulit in Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atq; amicis.* Et conſequenter, ſecundum eūdem Plautum, eo in loco: *ab amatore poſcere, atq; auferre* [illegible] *mulierum ...* [illegible] *id faciunt, cum ſe amari intelligunt: non omnibus ... ſat eſt: ... & ſeuri ... quam ... cum calceus. Hoc nobis vitium maximū ... amamus, tunc perimus Meretricem condecet arridere quiſquis adueniat, blandeq; alloqui, male corde conſultari, bene loqui lingua. Meretricem eſſe ſimilem ſentis condecet, quemque hominem attigerit, profecto, aut malum, aut damnum infert.*

In tuo ſinu ſit itaque ſemper hoc vulgare prouerbium, relatum per Plebanum Arlotum *in ſuis facetiis*, & per Syluam Nuptialem, *lib. 4. ſub nu. 14. & vade nunc liber optime, vade inquam, & peregrinare quo te fors voluerit. Amor de puttana, careza de cane, amicitia de preti, mulda ... de boſti, non paſſar, che non te coſti. id eſt, Amor meretricum, adulatio canum, amicitia ſacerdotū, inuitatio hoſtium, fieri nequit, quin magno tibi conſtet.*

OPINIO CCCCC.

SVMMARIA.

1 *Metus, & dolus non præſumuntur, niſi probetur.*

2 *Metus reuerentialis an ſit ſufficiens ad reſcindendum contractum initum inter virum, & vxorem, patrem, & filiam, prælatum & clericum, dominum, & ſeruum.*

3 *Metum iuſtum non cauſat ſola præſentia patris ad reſcindendum contractum, vel matrimonium carnale vel ſpirituale filiæ.*

4 *Metu probato, ex quo quis damnū paſſus eſt, ſtatur eius iuramento de quantitate & æſtimatione damni, contra illum qui metum intulit.*

5 *Metus genera quinque reperiuntur.*

Metvs, † & dolus nullo pacto præſumuntur, niſi probentur. text. eſt *in l. interpoſitas. C. de tranſact.* vbi Bal. Aret. & alii Doct. 1

Et hinc eſt, † quod metus reuerentialis nō eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum, ex eo, quia dicitur initus inter virum, & vxorem, patrem, & filiam, prælatum, & clericum, dominū, & ſeruum, vel alios, quib. debetur reuerentia, niſi præcedant verbera, vel minæ, & ea articulentur, & probentur: ſecundū Bart. *in l. 1. §. quæ honorandæ*, vbi etiam Bologni. Alex. & alii, *in apoſtil. ad Bar. ff. quar. re act.* Ripa *in 3. lib. reſp. ſub rub. de dan. & gra. per ſi. reuoc. in reſp. 13. n. 8.* Inno. Bal. Card. Zaba. Abb. Sicul. Anchar. Fely. Soc. Iun. *conſ. 77. n. 154. vol. 1. & conſ. 67. n. 39. vol. 2.* Cratter. *conſ. 49. n. 2.* & alii ōnes Scriben. *in c. cauſam matrimonii, de offic. deleg.* & iſta eſt communis opinio, teſte Franciſco de Accoltis, Alex. *in d. l. interpoſitas.* Boer. *deciſ. 100 nu. 11. & ſeq.* & Docto. præcitati. Et † ſic ſola præſentia patris non cauſat iuſtum metum ad reſcindendum contractum, vel matrimonium carnale, vel ſpirituale filiæ: ſecundum cōmunem opin. omnium Doct. *in locis allegatis*: quam ſequitur, & refert Cagn. *in l. in omnib. cauſis pro facto, n. 8. ff. de reg. iur.* 2 3 Cō. opi.

Sed † vbicunq; eſſet probatus metus iſte, ex quo Titius amiſit bona ſua, debet ſtari iuramento Titii, de quātitate, & æſtimatione bonorum contra illum, qui intulit metum: ſecundum Abb. Pan. & alios Scriben. *in c. fin. quod metus cauſa*, & Boer. *deciſ. 55 col. 1.* 4

Et aduerte, † quod quinque metus genera reperiuntur, quæ vtiliter, ac late tractantur per Zaſ. *in §. quadrupli, nu. 10. Inſtit. de act.* 5

OPINIO DI.

SVMMARIA.

1 *Minimæ ſolennitatis omiſſio nō nocet, nec obeſſe poteſt.*

2 *Minimum vulnuſculum aut leuis febricula, ac vetus quartana, nec etiam quælibet infirmitas in vlla ſunt conſiderationе.*

3 *Nec vulnuſculum, comprehenditur ſub ſtatuto de vulnere loquente.*

Minimæ, † modicæue ſolennitatis omiſſio, non nocet, nec obeſſe poteſt, ſecundum Bar. & ōnes *in l. 1. §. fin. ff. de ventre inſpic.* Glo. Bar. & Bal. *in l. rem non nouam. C. de iudi.* Io. And. *in add. Specul. in ti. de inuentario, verſ. & not.* Ang. *in l. 1. §. hac ſtipulatio, col. antepen. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid.* Rom. *in repet. l. ſi vero. §. de viro, in 3. fallent. ff. ſol. matrim. & conſ. 247. in fin.* Saly. *in l. fin. §. ſi præfinitum. C. de iure delib.* & iſta eſt communis opinio ſecundum Alex. *in l. 2. § ſiprum. ff. de vulg. & in rub. nu. 8. & 12. ff. de oper. non. nunciat.* Iaſ. *in l. ſi vnus. C. de teſta.* Dec. *in l. hac conſultiſſima col. 1. C. q. teſt. facere poſſ.* & Ioan. Annibal *in l. nemo poteſt, n. 490 ff. de leg. 1.* & ſequitur etiam Alex. *in d. l. fin. nu. 10. C. de iure delib.* & Tiraquel. cum aliis copioſe relatis per eum, *in tract. de iudicio in reb. exiguis ferendo. qu. 2. verſ. ſecundo eſt text. fol. par. 32.* 1

Prout enī † minimum vulnuſculum, aut leuis febricula, ac vetus quartana quæ nō indiget ſcamonea, nec quælibet infirmitas in nulla ſunt conſideratione. nam modica alteratio, non dicitur infirmitas, *l. qui clauum. §. fin. ff. de ædil. ed.* & ibi Bal. & Alberic. & idémet Bal. *in l. 1. §. ſciendum. ff. de ædilit. edict. per tex. ibi*, Ant. Corſet. *in tract. de minimis, in princ. nu. 6. & 23.* Tiraquel. *in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo, q. 10. fol. par. 33.* & Caputaquens. *deciſ. 91 infirmitates, in 2. parte*, vbi refert ex his fuiſſe deciſum in Rota Romana, infirmitatem minuentem ætatem in coditoria, debere eſſe eius generis, vt præſtet impedimentum perpetuum, & cōſequenter debilitatem talem corporis, abſque vlla ſpe futuræ proſperitatis. 2

Nec † etiam vulnuſculum, ſeu taſcaneum, ſeu leuiſſi- 3

Digitized by Google

uiſſimà ſcorticatura dicitur vulnus: vnde ſtatutum puniens infligentem vulnus, non habet locum in vulnuſculo, vt per Cæpol. *in allegato §. ſciendum, nu. 36. per textum eo in loco*, Ant. Corſet. *in prænotato tract. de mi-nimis, in princ. ſub nu. 23.* & Tiraquel. *vbi ſupra, quæſt. 31.*

OPINIO DII.

SVMMARIVM.

1 *Minor non poteſt pro debito carcerari, cum eſt filiuſfamilias, vel cum contraxit ſine tutoris, & curatoris authoritate.*

1 MINOR † non poteſt pro debito carcerari, ſecundum Bald. *in l. 1. nu. 24. C. qui bonis cede. poſſ.* quem ſequitur Iacob. de Sancto Georg. *in l. nec impuberes, nu. 5. ff. de iu iur. vbi.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. in tit. Des reſtits, rub. 5. §. 2. num. 14.* pro qua eſt Glo *in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor.* & ita tenet Ang. *in repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10.* & Rom. *conſ. 120. nu. 4.*

§ Contra vero Glo. prædictam expreſſe tenet Bar. *in tract. de carcerib. nu. 6.* vbi dicit, quod iſta Glo. communiter reprobetur, idem Bar. *in l. ſi filio, la 2. ff. ſol. ma-*
Com. opi. *trim.* Doct. *in l. filius. ff. de procurato.* Bald. poſt Cyn. *in l. alio. C. quod cum eo*, Marſil *in ſua pract. crim. tit §. attingā, num. 69.* & ita communiter tenent firmat Caccialupus, *in tract. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo. qu. 5. nu. 8.* vbi dicit memoratam Glo. habere locum, & poſſe ſaluari, quando minor eſſet filiuſfamilias: nam tunc non poteſt pro debito carcerari, quem ſequitur Ianſius ſuper hac diſtinctione, *conſ. 94. nu. 41. vol. 1.* Item poſſet ſaluari d. Glo. ſi minor ipſe contraxiſſet abſq; tutoris, vel curatoris authoritate: tunc enim etiam repræſentato inſtrumento contra eum, ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ, minime carcerari poſſet: Si vero debitum contractum foret, & inſtrumentum celebratum cum ipſo minore, cum authoritate tutoris, vel curatoris, hoc caſu, etiam oppoſita & allegata minorēnitate, nihil ei prodeſſet, & veniret de perſona arreſtandus, & carcerandus, ſecundū D. Carauitam cum aliis coaceruatis per eum, *in ritu 366. nu. 12. cum aliis ſeq.*

OPINIO DIII.

SVMMARIA.

1 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus aliquem actum iudicialē, vel extraiudicialem, quid probare debeat.*

2 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur, ſiue illud ſit factū affirmatiuum, ſiue factum negatiuū.*

1 MINOR † petens ſe reſtitui contra, & aduerſus aliquem actum iudicialem, val extraiudicialē, tenetur neceſſario probare ſe minorem, læſumq; ad cauſam, quam quippe ſi defendiſſet, foueret bonam cauſam; ſecundum Bart. *in l. nā & poſtea. § ſi minor. ff. de minor.* quem ſequitur Paul. Caſtren. *conſ. 181. volum. 1.* Alex. *conſ. 149. viſo proceſſu inter Michaelem Dominici, nu. 16. vol. 5.* Barba. *in c. in præſentia num. 104. de probat.* Cæpol. Tholoſ. *in q. 54. & 99.* Cor. *conſ. 181. vol. 1.* & omnes Scribentes communiter *in d. §. ſi minor*: de qua communi faciunt mentionē omnes fere Doct. ibi, & Boer. *deciſ. 79. num. 6* & eſt text. *in conſtitutio. minorum iura*, &
Com. opi. ibi Afflict. *nu. 3. & ſeq. lib. 2. rub. 38.* Et ratio huius com-
2 munis opinionis videtur iſta: † quia quilibet tenetur probare quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, alias reus abſoluitur: vt per Parpal. *in l. ſi quis maior, in 1. notab. C. de tranſact.* & Corſetum *in ſingul. in ver. ſi qualitas*, & Fely. *in c. examinata. de iud.* Iaſ. & Dec. *in l. qui ſi patris, col. 1. C. vnde liberi*, & clarius *in l. ſi emancipati. col. 2. C. de collat.* Gozad. *conſ. 68. nu. 5.* & Fely. *in c. in præſentia de probat. in Glo. in verb. Secunda.* Et hoc quod quilibet teneatur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, intelligi debet ſiue illud ſit factum affirmatiuum, ſiuè negatiuum. *l. actor. C. de probat. & l. illa, & ſeq.* vbi Bar. & alii *ff. de verb. oblig.* Inno. *in c. in his de accuſa.* & Bertr. *conſ. 58. multa ſunt propter quæ vniuerſitas, n. 3. vol. 6.*

OPINIO DIIII.

SVMMARIA.

1 *Minor confitens aliquod delictum ſponte, vel in tortura coram iudice, ſine curatore ad litem, an ſibi præiudicet, & nu. 3.*

2 *Minori, curatore etiam carenti, nocet confeſſio facta ſponte, vel in tortura, in atrocioribus delictis, nec ei ſubuenitur per reſtitutionem in integrum aduerſus confeſſionem factam.*

MINORI † cōfitenti ſponte, ſeu in tortura, coram iudice, ſe aliquod delictum cōmiſiſſe, ſine curatore ad litem, non obeſt, nec obſtat aliquo modo: & confeſſio in delictis, minori curatore carenti, non noceret; cum iudicium nullum appareat, ideo ſtante quod iudicium legitime fundatum non ſit: ſequitur confeſſionem ipſam non nocere, ac nullam, irritāq; eſſe, ſecundum Cyn. & Albe. *in d. l. Clarum*, Bald. *conſ. 310. vol. 1.* Afflict. *in conſ. Obſeruatam, nu. 6. & ſeq. lib. 2. rubr. 40. & in deciſ. 208. nu. 2.* & ibi Cæſar Vrſillus *in additionib. num. 1. & ſeq.* Angel. *in tract. maleſic. in verb. Comparuerunt inquiſiti. verſic. nec non ſit tortus.* Marſil. *conſ. 26. num. 9.* Rolan. à Valle *conſil. 31. n. 8. vol. 1.* & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex relatis: & eſt textus *in conſtitu. Minorum*, vbi optime Afflict. *nu. 11. lib. 2. rub. 38.* Com. opi.

Sed † hoc non procedit in criminalibus atrocioribus, commiſſis per minorem doloſe: quia tūc ei nō ſubueniretur per reſtitutionem in integrum, aduerſus confeſſionem factam, abſq; datione, ſeu conceſſione curatoris *l. auxilium. §. in delictis*, & ibi Bart. *ff. de min. & dicta conſtitutio minorum iura*, & ibi Afflict. *nu. 7.* 2
Vbi † *nu. 9.* hoc interpretatur vtiliter procedere in facto principali, non autem in emergenti ab ipſa cauſa principali. Et quod minor in huiuſmodi caſu, & aduerſus ſuam cōfeſſionem, ſine aliquo curatore emanatam, non reſtituatur, voluit Vrſillus *in add. Affl. in deciſ. 208. nu. 3. & in deciſ. 287. ſub nu. 7. & ſeq.* in quibus locis meminit ita fuiſſe iudicatum in magna Curia Vicariæ, in Regia Camera Summariæ, & in Sacro Regio Concillo, licet poſtmodū in iſtis ſupremis tribunalib. ſententia magnæ Curiæ prolata contra ipſum minorem fuerit moderata & reformata. 3

OPINIO DV.

SVMMARIVM.

1 *Minor litigans cum conſanguineo an compromittere teneatur abſq; ſolennitatibus, & ad id compelli poſſit ſtante ſtatuto, quod cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti.*

MINOR † litigans cum conſanguineo, compromittere tenetur abſque ſolennitatibus: & ſic ad compromittendum compelli poteſt, ſtante ſtatuto, quod cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti: vt voluerunt expreſſe, & eleganter Ang. Paul. Caſtren. Alex. & Iaſ. *in l. ſi plures ff de pactis*; quam legit ipſe Iaſ. *in l. & ſum. §. hodie, eod. tit.* & hoc idem firmarunt optimis rationibus Bal. Saly Arēt. Paul. Caſtren. Alex. & Iaſ. *in l. fin. C. de in integ. reſtit.* vbi iſtam opinionem veram eſſe aſſeuerat, & Hannibal. Cauēt. *in prolegoma Odia quæ inter coniunctos, nu. 31. & 86.*

§ Et licet Bar. *conſ. 40. quæritur an ſtatutum*, affirmet, teneatque contrarium, videlicet, quod ſtatutum de compromiſſis, non liget minores: tamē primam ſen-

ten-

Digitized by Google

Cōis opi. teſtam ex relatis authoritatibus communem eſſe nō ignoramus:quam ſequitur etiam,declarat,atq; ab omnibus contrariis tuetur Marc.Ant. Blanc. *in tract. de compromiſſ.qu.3.n.39.cum aliis ſeq fol.parte 75.* & pro hac parte communi conſuluit pariter doctiſſime Alexan. *conſ.254.vol.6.* & determinauit Rota Bononienſis,teſte Petro de Benintendis,*deciſ.20.nu.11.cum aliis ſeq.* & obtinuit Alex. vt ipſe recenſuit *in d. l. ſi plures.*

OPINIO DVI.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25.annis,& maior 18. an poſſit eſſe arbiter de communi partium voluntate,& an poſſit compelli.*

1 MINORES † vigintiquinq; annis, & maiores decem & octo arbitri eſſe poſſunt de voluntate partium ſi volunt,ſecus ſi nollent: & ſic ad aſſumendum arbitrium inuiti compelli nequirēt aliquo modo: ſecundum Glo. & omnes Legiſtas vno ore *in l. quidam conſulebant ff. de re iud.per text.ibi*, vbi Alex. *col.1.* Cōis opi. recitat iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarū, & Aret.*in §.pen.num.17.Inſt.de except.*

§ In contrariam vero partem,videlicet, quod minor viginti annis, arbiter eſſe non poſſit, & eius ſententia non valeat,inclinauerunt Glo. Abb. & cæteri omnes Canoniſtæ communiter *in c.cum vigeſimum, de* Cōis opi. *off.deleg.*Spec. *in tit.de arbitrio.§.poteſt, verſ.item minor,* Hoſtiē.*in ſum.de arb.§.2.* Alex. & Io.de Imo.*in d.l.quidā.* Lanfran.*in tract.de arbitrio.§.ballenus,* & Bapt.de Sancto Blaſio,*in tract.de arbit.q.9.* & opinionem iſtam Canoniſt.inquit veriorem eſſe Alex.*in d.l.quidā.* & Marcus Ant.Blan.*in tract.de compromiſſ.q.2.nu.22.fol.par.55.* vbi eam ſequitur,declarat, & deniq; ab omnib.contrariis, veriſſimis reſponſionibus ſuis, tutam reddit: ideo eidem tanquam tutiori, ac veriori, libenter inhæremus.

OPINIO DVII.

SVMMARIVM.

1 *Minor an locationi per tutorem ſuā decreto factæ ſtare debeat finita tutela.*

1 MINOR † rerum ſuarum locationi ſtare tenetur, finita tutela,& ſic locatio rei minoris,ſine iudicis decreto, per tutorem fieri poteſt,cui ſtare debet minor ipſe poſt curam & tutelam finitam:ſecundum Cōis opi. Bar.Paul.Caſtren. Alex. & reliquos omnes communiter *in l.ſi ſtio.§.ſi vir.ff.ſolu.matrim.* Cyn.*in l.emptorem.col.2 C.loca.*Soc.*conſ.125.nu.6.vol.1.* Gomeſ.*de contract. C.locat.nu.8.fol.27.* & Couarru.*in tract.variar.reſolut.li. 1.cap.15.nu.5.& ſeq.*

OPINIO DVIII.

SVMMARIVM.

Minor quatuordecim annis,an obligetur per iuramentum.

1 MINORIS † quatuordecim annis non firmatur contractus iuramento, & ſic pupillus doli capax,nulliter contrahens,etiamſi iurauerit,huiuſmodi iuramentum contractum non cōfirmat, Quia *authen.ſacramenta puberum C.ſi aduer.vend.* non procedit in pupillo doli capace,ſed in pubere,& non in impubere: vt voluerunt Glo. Pet. de Bellapert.Cyn.Butr. Bal.Ang.Odof.e Saly.Fulgo.& Iaſ.*num.10.ibi,* vbi ſimul cum aliis Scriben.recitant iſtam eſſe communē Cōis opi. opin.Legiſtarum:quam ſequitur quoq; Feder.de Senis *conſ.30.* Paul.Caſtren. *in l.qui iuraſſe.ff.de iureiur.* & Alciat *in c.cum contingat,num.141.de iureiur,* vbi profert vtile,& magnum verbum,iſtorum opinionem magis eſſe communem, atq; eam imitat Afflict. cum aliis ſignatis per eum,*deciſ.322.num.3.*

§ Cæterum contrarium aſſeruit Bar.*in d. auth.ſacramenta puberum*,quod ea videlicet habeat locum in pupillo doli capace, vt mediante iuramento tenaciter obligetur, ac ſi pubes eſſet, & cum Barto.ſentiere Hoſtien.Ioan.And. & Io. de Imol. & cæteri omnes, Cōis opi. *in d.c.cum contingat,* Archid. *in c.quamuis,de pactis,nu.6.* Panor.*conſ.108.col.2.*Dec.*in l.pupillum.ff.de re iud.* Ioan. Man.*in tract.de reſtitu.in integ.c.112.* Salyc. & Paul. Caſtren.*in d.auth.ſacramenta puberum*, vbi aiunt, iſtorum ſententiam procedere de iure canonico: & veriorem præſupponit Alex.*in d.l.qui iuraſſe.* & ita determinauit religioſe more ſuo,Sacrum Regium Concilium Neapolitanum,teſte Afflict.*in d.deciſ.322.nu.1.2.3.4.& 5. & in deciſ.393.ſub nu.10.* ideo ob obſeruantiam iuramenti, & fauorem animarum, & propter deciſiones Sacri Concilii Neapolitani, quæ ſub nomine Regis proferuntur,ſuccedūtq; in loco imperialis interpretationis,vt poſuimus *1.parte in Opinio.398. Iudex in iudicando.* cum hac vltima communi, & veriſſima Canoniſtarum libenter concurrimus,prout circa veritatē, & præſentem ſpeculationem quamplurima traduntur, & diſcurruntur ſatis vtilia,infra *in Opinio.669.Pupillus doli capax.*

OPINIO DIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatum non vitiat modus caſu deficiens: & ſic legatarius non implens modum,quia per eum nō ſtetit, illud conſequi poteſt.*

1 MODVS † caſu deficiens non vitiat legatum,& conſequenter legatarius non implens modum,ēa quo per eum non ſtetit, illud legatum conſequi poteſt.*l.Lucius.§.quiſquis ff.de leg.2.& l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.Iulianus,*alias*l.Iulianus de lega.1.* & tradit Bar.*in l.quib.diebus §.Termiſſus nu.17.ff.de cond.& demonſt.* & ibi illuſtriſſimus D. Cardinalis Albanus *in ſuis lucubrat.ſub n.2* & Paol. de Caſt. & alii omnes *in l.1.C.de his,quæ ſub modo.* & hanc dicit communem opinionem eſſe Corneus *conſ.83.vol.1.*licet,& male,contrarium teneant aliqui Doct.*in d.l.1.*

OPINIO DX.

SVMMARIA.

1 *Molendinum in parte inferiori fluminis habens, an poſſit impedire volentem erigere molendinum in parte ſuperiori.*
2 *Flumina continuò defluentia publica dicuntur.*
3 *Fluminum publicorum proprietas,& vſuſfructus ad Cæſarem pertinet.*
4 *Regalia nonnullæ ciuitates Italiæ hodie vſurpant;vt & flumina in ſuo territorio.nu.5.*
5 *Flumina ſunt illarum ciuitatum, per quarum territoria fluunt:& à ciuitatib.illis per ædificantes in illis eſt obtinenda licentia.*
7 *Flumina publica ex conceſſione Cæſaris, concedi permittuntur.*
8 *Flumina intra fines feudi exiſtentia,veniunt, ſeu comprehenduntur in conceſſione feudi facta ab Imperatore.*
9 *Molendina ædificare volentes,ſi domino loci aliquid in agnitione ſoluant,arguunt ius ſuperioritatis ei competere.*
10 *Barones vigore priuilegiorum ſuorum flumina in prouincia Aprutina, in ſuis baroniis exiſtentia retinere conſueuerunt.*
11 *Dominus conſtruere poteſt baltinderias, molendina,& alia ſimilia ædificia in ſuo feudo, & flumine proprio. Etiamſi per id aſſumetur molendinis aliorum,quorum ius à domino ipſo antea obtentum fuit, nu.12.*
13 *Dominus donans molendinū ſitū in ſuperiori parte feudi, poteſt conſtruere aliud molendinum in parte inferiori, etiam inuito primo donatario.*
14 *Puteo exiſtente intra domum feudatariam, & domum domini,ſi aqua eius non ſufficiat vtrique, aqua illa concedenda eſt habenti potius ius.*

Digitized by Google

15 *Vſufructuario, & domino ſimul concurrentib. ſemper præfertur dominus, tanquam plenum ius habens, eiuſque ratio. nu. 16.*

17 *Exceptio notoria proprietatis domini obſtat agentibus poſſeſſorio recuperandæ, & repellit eos à reſtitutione poſſeſſionis.*

18 *Exceptio oppoſita contra ſpoliatum, non requirens probationem quia de ea conſtat per inſpectionem priuilegii, admittitur ad excludendum petentem reſtitutionem poſſeſſionis.*

19 *Spoliatus non reſtituitur, cum notorium eſt eum non habere ius in re.*

20 *Spoliatus apparens incapax poſſeſſionis, non eſt reſtituendus, ſiue reintegrandus.*

21 *Dominus priuans aliquem poſſeſſione, dicitur potius ſuam poſſeſſionem defendere, quam alium priuare.*

22 *Vaſallo alienante rem feudalem illicite, dominus poteſt eã propria authoritate reuocare, & poſſeſſorem eius poſſeſſione priuare.*

23 *Feudi reuocatio domino permittitur, ſi in ipſo feudo ſeruitus eſt impoſita, vel pars illius à vaſallo alienata.*

24 *Feudum ſi vaſallus neget eſſe domini, vel à domino ſe id tenere, poteſt dominus feudi, & proprietarius, poſſeſſorem feudi iure alias ſibi competente priuare.*

25 *Feudo deueniente ad Regem directum dominum, omnes alienationes, & conceſſiones eius factæ per vtiles dominos, ipſo iure extinguuntur.*

26 *Reſoluto iure concedentis, reſoluitur etiam accipientis.*

27 *Feudo reuerſo ad directum dominum, licet perueniat poſtea ex noua conceſſione ad deſcendentes eorum, quibus primo fuerat conceſſum: cum ſapiat naturam noui feudi, non eſt obligatus dominus ad conceſſiones antea factas per prædeceſſores, & extinctas.*

28 *Atque ius eſt de demanio, & alienari non poteſt, nec præſcribi, tanquam res particularis feudi.*

1 MOLENDINVM † habens in parte inferiori fluminis, an poſſit impedire, volentem facere molendinum in parte ſuperiori, diſtinguendum eſt: ſecundum omnes Doct. communiter *in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. ff. de eden. & l. manifeſte C de ſer.* Aut flumen illud, ſuper quo molendinum eſt ædificatum, priuatum eſt, aut publicum; ſi priuatum eſt vtriuſque partis, & vna pars velit de nouo molendinum ædificare, vt ſibi principaliter commodum afferat, & proſit: & tunc poteſt licite id facere in ſuo, abſque impedimento alterius partis, molendinum habentis in parte inferiori, & ſic ea multa: Si vero velit conſtruere molendinum, vt noceat principaliter parti prædictæ, quæ præuenit in ædificando, & hoc caſu abſque dubio id facere non poteſt, nec audiendus eſt. Quando vero flumen eſt publicum, eo caſu, vel dicta pars in parte inferiori molendinum habens, licite illud ædificauit: & tunc altera pars, volens conſtruere nouum molendinum, audienda non eſt: imo poteſt is qui prius molendinum habuit, licite ſuum aduerſarium impedire in vſu dicti noui molendini, ne auferatur, ac diminuatur lucrum, & emolumentum ipſius aquæductus præoccupati. Aut dicta pars, habens molendinum in parte inferiori, illicite ædificauit, & tunc non poteſt impedire alteram partem, volentem nouum molendinum conſtruere in parte ſuperiori dicti fluminis: ſecundum Dyn. Old. Ray. Bal. *n. 2.* Iaſ. *n. 61.* & Ripa. *n. 85. cum aliis ſeq. in l. quominus ff. de flum.* vbi explicant iſtã eſſe veram, & communem opinionem, & eãdem ſequitur, & citat Papien. in ſua pract. *in form. libell. in act. confeſſ. n. 2. & ſeq. fol. parua 209.* Ruin. *conſ. 191. nu. 3. vol. 1. & conſ. 98. nu. 12. vol. 4. cum aliis relatis per eum,* & Curt. Sen. *conſ. 33 nu. 2. & ſeq.* & declarat, & late interpretatur Ripa *in d. l. quo minus, n. 25. cum aliis ſeq.* & Afflict. *in deciſ. 388. venerabile monaſterium,* vbi refert ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano: Si vero flumen eſſet proprium alicuius Domini, tunc quis in damnum, vel præiudicium ipſius Domini, ſeu Baronis, habentis molendinum in ipſo flumine, aliud molendinum conſtruere, ædificareq; non poſſet, vt doctiſſime conſuluit Sigiſ. Loffredus *conſ. 13 per totum.*

Cõtr. opi.

Cõ. op.

Cumq; in propoſito ad fauorẽ Baronis viderim celebre conſilium, illuſtris Doctoris D. Ioannis Cardoyni de Neapoli, per D Matthæum de Afflictis pariter illuſtrem, ac eminentem iureconſultum ambotũ ppria manu, & ſigillo ſubſignatũ, in cauſa illuſtriſs. D. Pardi de Vrſinis, tunc Baronis Vallis Sicilianæ Aprutii, libuit conſilium præmemoratum hic, non abre, ad prædictorum corroborationem inſerere.

IN CHRISTI
Nomine Amen.

FACTVM breuiter ſic ſe habet. Exiſtentib. iſtis magnatibus de domo Vrſina, anteceſſorib. Excellẽtis D. Pardi Vrſini, vtilibus dominis Vallis Sicilianæ, & vltimo loco exiſtente Excellente Domino Iacobo Antonio, patre ipſius Domini Pardi, fuit priuatus poſſeſſione dictæ vallis, & ipſa ad Regiam Curiam fuit reintegrata, per quam diuerſis annis, nomine regiæ Curiæ fuit poſſeſſa. Deinde conſideratis diuerſis rationibus, ex cauſis, præfato Excellenti D. Pardo, fuit per Regiam Maieſtatem conceſſa cum omnibus iurib. & pertinentiis ſuis, cum aquis, aquarumq; decurſib. mero mixtoq; imperio, &c. Et dicta cauſa præcedẽte, præfatus Dominus Pardus, adeptus fuit poſſeſſionẽ prædictę Baronię vallis Sicilianæ, & in ipſius poſſeſſione, tanquam vtilis dominus fuit, & eſt. Et quia inuenit nonnullos occupantes demanium dictæ Baroniæ, & feudi, videlicet flumina perẽnia, exiſtentia in prædicta Baronia, conſiderato eo, quod ꝓprietas ad ipſum D. Pardum, tanquam vtilem dominum totius Baroniæ pertineat, in eius flumine certas bactinderias conſtruxit, & ædificare fecit, prohibendo prędictos occupatores, vt curſum aquæ ipſius fluminis non impeditẽt. Præfati querimoniam propoſuerunt coram ſuperiori, aſſerendo ipſos fuiſſe priuatos prædictis bactinderiis. & propriis bonis, negando flumen eſſe feudale & ſpectare, & pertinere ad ipſum D. Pardum, tanquam vtilem dominum dictæ Baroniæ: & ſuper prædictis fabricatus eſt proceſſus. Cõtingit dubitari primo, cuius ſint flumina in Baronia exiſtentia Secundo an permiſſum ſit prædicto D. Pardo, tanquam vtili domino Baroniæ, in flumine prædicto ędificare, & ꝓhibere bactinderias retinentes, ne aquam ex flumine ſumant.

Quo ad primum, breuiter reſpõdetur. Primo præſupponendum, quod † flumina iſta exiſtentia in prędicta Baronia, de quibus in pręſentiarum contenditur, continuo defluant, & per conſequens perennia ſint. 2
l. nemo §. fin. ff. de rer. diuiſ. l. 1. § item fluminum. ff. ne quid in loc. pub. & in l. 1. §. duo ſunt genera ff. de aqua quot. & æſt. Et conſiderata prędicta eorum conditione, & natura, publica dicuntur. *l. 1. §. fluminum ff. de flumin.* Et † ſic. 3
iſtorum fluminum publicorũ proprietas, & vſus fructus, ad Cęſarem pertinet, *vt in c. 1. quæ ſint reg. & in l. fluminum, in princ. ff. de damn. infect. l. quominus,* vbi Bar. *ff. de flum.* & voluit Bal. *in d. c. 1. & in l. pen. C. de ædi. inſert.*

Ideoq; hodie, † cum nonnullę ciuitates Italię ſibi 4
vſurpauerint regalia, vt voluit Glo. *in auth. de defenſ. ciuit. §. inſinuandum,* & Bal. *in c. 1. in prin. de pace tenen.* Illę † 5
vſurparunt etiam ſibi flumina in eorũ territoriis exiſtentia: ita voluit Bart. *in l. quo minus 2. col. ff. de flumin.* & Ang. *in d. §. fluminũ.* Et voluit Bal. *in l. pen. C. de cond.*

inſert.

Digitized by Google

6 *inſert.* † quod flumina ſint illarum ciuitatū, per qua-
rum territoria currunt, & ab illarum populo per ædi-
ficantes in illis, eſt obtinenda licentia: ſecundum Ia-
7 cob. de Arena *in l. littora. ff. ne quid in loco pub.* Ex † con-
ceſſione autem Cæſaris, cum ipſa publica concedere
permittitur, flumina illa quoque alteri concedi per-
mittitur, vt *l. ſacra. §. ſcilicet. ff. de rer. diuiſ.* per quam ita
voluit Bal. *in rub. eod. tit. col. 4. nu. 11. verſ. ſed hic quæritur.*
Et propterea dixit Bal. *in tit. hic incipiunt conſuetudines.*
8 *§. ſi vaſallus,* † quod in conceſſione feudi facta ab Im-
peratore, veniunt flumina intra fines feudi exiſtētia.
Idem ſentit *in cap. 1. § ſi quis de manſo de controuerſ. inueſt.*
9 Et † quia apparet ex tenore priuilegiorum ipſius
D. Pardi, Baroniam eidem cōceſſam eſſe, cum aquis,
aquarumq; decurſibus, dubitandum non videtur, i-
pſa flumina fuiſſe eidem cōceſſa, & ad eum ſpectare,
& hoc per partem ex aduerſo principalem, non infi-
ciatur: cum appareat probatum ex depoſitione te-
ſtium, per ipſam productorum, quod prætendentes
facere bachenias in flumine, obtinebant licentiā ab
vtilibus dominis exiſtentib. & ſoluebant certum an-
nuū redditum in recognitionem: vt deponit nonus
teſtis ſu..er 3. arti. vndecimus, 13. & 14. teſtis, ex qua ſo-
lutione, ſatis arguitur ius ſuperioritatis, & dominij re
ipſorum vtilium dominorum per tēpora exiſtētium:
iuxta nos. per Bar. & Doct. *in l. cum de in rem verſo. ff. de
vſuris, & l. ſi certis annis. C. de pact. in l. litibus de agric. & cēſ.
lib. 11.* per Canoniſt. *in cap. peruenit de cenſib. in c. audita, de
præſcript.* & per Bal. *in c. 1. §. ſi vero vaſallus, tit. quid ſit in-
ueſtitura.*
10 Vnde † dubitandum non videtur prædicta flumi-
na ad ipſum D. Pardum, tanquam vniuerſalem verē
dominum dictę Baroniæ, ſpectare & pertinere: & ma-
xime quia apparet probatum ex diuerſis teſtib. ꝓ ii-
ctis pro parte ipſius D. Pardi, alios Barones in prouin-
cia Aprutina exiſtentes, vigore priuilegiorum retine-
re flumina, iiſque dominari, tanquam ad eos ſpectā-
tib. in ipſorum Baroniis exiſtentib. ex quo ſatis argui-
tur, idem ſtatuēdum eſſe in ipſo D. Pardo, & eius Ba-
ronia arg. *l. 4. C. de teſt. l. ſi in totum eod. tit. in l. omnes. C. de
teſt. & ibi Bar. l. ſi quis filio exhæredato. §. ergo. & l. ſi quis. ff. de in-
iuſt. rup. teſt.* Quoniam ſatis eſt ita communiter cōtin-
gere, vt not. *in l. 1. C. de arbitr. l. certi conditio. §. ſi nummos.
ff. ſi cer. pet. in l. certe. §. quæſitum ff. de precar.* Gloſſ. *in l. libro-
rum §. quod tamen Caſſius ff. de leg. 3.* Et pro hoc ſatis ad
propoſitum facit textus *in c. ſuper eo, & in c. ex parte, de
cenſib.* quem ad hoc propoſitum allegat And. *de Iſer. in l. im-
perialem. §. præterea ducatus de prohib. feud. alien. per Federic.*
& hoc quo ad primum dubium.
11 Quo ad ſecundum, etiam breuiter reſpondetur, †
prædicto D. Pardo permiſſum eſſe bactinderias con-
ſtruere: quoniam cum ipſe ſit dominus, vt ſupra di-
ctum eſt, rei ſuæ diſpoſitio ad eum pertinet. *l. in re mā-
data, cum vulga. C. mandati.*
12 Verum † quia in hoc poſſet dubitari propter ius
quæſitum aliis bactinderiis aliorum; breuiter dico q
aut præſupponimus illos detinuiſſe illas ex conceſſi-
one eiſdem facta ab ipſo D. Pardo, ſeu eius anteceſſo-
rib. quos ipſe repræſentat: Et tunc, ſi ipſe in prædicto
flumine proprio, in quo conſtituit prædictam ſerui-
tutem alteri, vult bactinderias facere, licet impedien-
tes bactinderias aliorum, pro quibus ſeruitutem cō-
ſtituit; negari nō poteſt, cum faciat iure dominij, eum
per ſeruitutem alteri per ipſum conſtitutam, impedi-
ri non poſſe: ita probat verborum contextus in ſimi-
li *in l. 1. §. fin. & in l. qui viam. ff. de nou. oper. nuncia.* vbi eſt
bonus tex. ſatis ad propoſitum. Idem ſentit Bald. *in d.*
13 *§. ſi quis de manſo* dicens, † quod ſi dominus in ſuperi-
ori parte ſui territorii habeat molendinum, q alicui
donat, deinde ipſe in inferiori parte vult aliud con-
ſtruere, quod permittatur, etiam inuiſo eo, cui primo
donauerat, & ſic præſupponit, ꝓpria authoritate ipſi
domino licere nouum conſtruere, & intellige, quod
domino permittatur totam aquam ex flumine cape-
re, quando aliter eius bactinderiæ bactindiare non
poſſent, licet vaſallum, cui primō conceſſerat iiſdem
priuet. Idem quoq; ſentit in ſimili Bal. *in d. § ſi quis de*
manſo. † loquens de puteo, exiſtēte intra domum feu- 14
datariam, & domum domini, ſi aqua non ſufficiat v-
trique, quod illa concedenda ſit habenti plenius ius
arg. l. ſancimus, in princ. C. de donat. Pro hoc facit, † quod 15
in ſimili dicitur, quando concurrunt vſufructuarius,
& dominus, quod ſemper præferatur dominus, tanq̃
plenius ius habens *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. g.
vel emphyt. pet.* & not. *in d. l. 1. § fin. ff. de oper. noui nuncia.*
Vnde cum ipſe D. Pardus ſit dominus totius, & dica-
tur in aqua ipſa plenum ius habere, videtur ipſi per-
miſſum, tanquam plenius ius habēti, ad ſe illam tra-
here, & alterum, nō habentem ita plenum ius priua-
re. Et pro hoc facit, vt ibidem voluit idem Bald. † q 16
non ſit veriſimile, dominum conceſſiſſe eo modo, vt
commoditas, & vſus ipſius domini impediatur, vt in
ſimili probatur, *in l. qui binas ædes. ff. de ſeruit. vrb. præd.*
Aut præſupponimus illas bactinderias cōſtructas
fuiſſe, conceſſione aliqua non præcedente: & tunc,
cum notorie conſtet ex inſpectione ipſorum priuile-
giorum ipſius D. Pardi, prædicta flumina eſſe ipſius,
& per conſequens aliquo iure ea non cōpetere præ-
dictis poſſeſſorib. dictarum bactinderiarum, remedi-
um poſſeſſorium, ſi per ipſum D. Pardum fuerunt pri-
uati poſſeſſione dicti vſus aquæ: † cum contra eos a- 17
gentes poſſeſſorio, etiam recuperandæ, obſtet exce-
ptio notoriæ ꝓprietatis ipſius D. Pardi, & iniuſtæ oc-
cupationis dicti vſus aquæ, ideo debēt repelli ab hu-
iuſmodi petitione reſtitutionis poſſeſſionis dicti v-
ſus aquæ. *c. decimas. de reſtit. ſpol. in 6.* voluit Gloſſ. *in c. ſi-
gnificaſti. de diuort.* Hoſt. & Ant. *in c. 2. de cauſ. poſſ. & pro-
priet.* & Ant. de Butr. *in c. ex conqueſt. de reſtit. ſpol.* Bald. &
Ang. *in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq. poſſ.*
Et pro hoc facit, quod in ſimili voluit Oldr. *in conſ.
ſuo 10 incipiente, iſta ſunt allegationes* vbi allegat Inno. *in c.
conuenientes, de filiis presbyt.* † quod ſi exceptio, quæ oppo- 18
nitur contra ſpoliatum nō requirat probationem, vt
eſt in caſu noſtro, cum conſtet per inſpectionē ipſius
priuilegii admittatur ad excludendam petentem re-
ſtitutionem poſſeſſionis: quod dictum magni facit
Bal. *in l. pen. in fine C. ſi à non compet. iud.* & maxime cum
appareat, poſſeſſionem, quam prætendere poteſt pars
aduerſa, habere præſumptionem: de iure tamen huiꝰ
Regni fuiſſe iniuſtam: vt eſt tex. not. *in c. literas, de reſt.
ſpol.* & ora in propriis terminis voluit Andr. de Iſer. *in
conſt. Regni, violent. ac. in princ. 3. col. verſ.*
Item † quando eſſe notorium facti, ſpoliatum nō 19
habere ius Particularia enim feudi, non præceden-
te priuilegio ſucceſſoris, alteri acquiri non poſſunt, vt
probat tex. *in conſt. Regni, incip. Conſtitutione diuæ memo-
riæ*; ergo cum nō appareat ipſos poſſeſſores oſtendiſſe
priuilegium ad quod ſuperioris, iure cōmuni prædi-
cto apparet eos iniuſte poſſediſſe dictū vſum fluminis,
exiſtentis membrum particulare demanii ipſius
Baroniæ prædicti D. Pardi, & per conſequens D. Par-
dum tuēdū eſſe in ſua poſſeſſione: prout voluit And.
in d. conſt. violentas, de priuante occupantem flumina,
quæ ſunt publica, quod cōtra ipſum non cōpetat in-
terdictum. Idq; ex eo, † quia occupans nō erat capax 20
poſſeſſionis, & pro hoc facit q not. *in c. cauſ. de præſcript.
& in c. ex parte de reſt. ſpol.* quod voluit Inno. *in c. conſt. de
fil. presb.* Bal. *in l. pen. C. ſi à nō cōpet. iud. & in l. 1. C. ſi de mo.
poſſ.*

poſſ. & in tit. de pace conſtantiæ, in verbo reſtituatur, quod ſi appareat aſſerentem ſe ſpoliatum, eſſe incapacem, quod eo caſu non ſit reſtituendus. In caſu autem noſtro apparet, quod pars aduerſa ſit incapax poſſeſſionis dictæ rei feudalis; cum ea ſine titulo retineri non poſſit; ergo ſequitur, prædictum Dominum Pardum, omni iure tuendum eſſe in poſſeſſione apprehenſionis, & vſus dictæ aquæ & fluuii, tanquam proprii, & ad eum ſpectantis, & pertinentis potiſſimum, cum nulla longa poſſeſſione poſſit pars aduerſa ſe tueri; vt *l. ſi quis l. vſum, & l. diligenter C. de aquaducta lib. 11.*

Et ad prædicta facit text. not. *in l. ſi ſeruus. C. quod cum eo*, † quod videlicet cum dominus priuat aliquem poſſeſſione per eum occupata, cuius ciuilis erat apud dominum, dicitur potius ſuam poſſeſſionem defendere, quam alium priuare, iuxta not. per Bald. *in l. imperialem. § callide de prohib. feud. alien. per Feder.* Facit etiam ad propoſitum Glo. ſing. *in auth. vt de cætero non fiant commutationes poſt princip.* quam pro ſingulari allegat
21

22 Bald. *in cap. cæterum de iud.* † quod ſi vaſallus alienet rem aliquam feudi illicite, dominus poſſit eam propria authoritate ad ſe reuocare, & poſſeſſorem priuare: Quod autem prædicti retinentes dictas bactinderias ſint incapaces retentionis ipſarum, apparet, quoniam negari non poteſt, ipſum flumen eſſe membrum demaniale dictæ baroniæ, comprehenſum ſub tenore priuilegii
23 conceſſionis factæ Pardo. Ex quo ſequitur, † ſi reperiatur illi ſeruitus impoſita, ſeu pars eius alienata ſine priuilegio ſuperioris, quod illa non teneat: & domino feudi reuocatio permittatur: vt in dicta conſtitutione Regni, *Conſtit. diuæ memoriæ*, & à poſſidente, tanquam incapace, auocatur: vt *in cap. 1. in fine, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.*

24 Item apparet, † prædictam partem aduerſam aſſeruiſſe, aquam fluminis eſſe propriam; & ea propter innuit ſe Dominum Pardum propriis bonis priuaſſe, & ſic videtur negare eſſe feudum, & ſe à domino feudi tenere: ob quam negationem, domino feudi & proprietario permittitur ipſum poſſeſſorem iure, alias ſibi competente, priuare, *cap. 1. § ſi vaſalli, ſi de feudo fuerit controuerſ. & in cap. 1. in princ. de contro. inter dom. & empt.* Et ſic conſideratis prædictis eſt concludendum, quod cum appareat partem aduerſam, diuerſis rationibus conſideratis, priuatam eſſe omni iure ei competente, ſuper prædictis fluminibus, eaque ad ipſum Dominum Pardum pertinere, quod licuerit Domino Pardo prædictas bactinderias conſtruere. Et cum appareat de ſuo iure notorie, & etiam de iniuſta poſſeſſione partis aduerſæ, quod ea ſit repellenda, & ſententiandum, quod prædicta licuerint D. Pardo, & partem aduerſam tanquam temere litigantem condemnandam eſſe.

Ita, prout ſupra concluſum eſt, videtur mihi Ioanni Carduyno de Neapoli V. I. Doctori breuiter de iure concludendum, ſalua deliberatione recte iudicantis: & ideo in propriam fidem, propria manu ſubſcripſi, & proprio ſigillo ſigillaui.

Ad prædicta accedat inconuincibile motiuum: quia iſta Baronia fuit anteceſſorum ipſius D. Pardi, vt clare eſt probatum, & etiam probatum eſt, quod dicta Baronia poſtmodum deuenit ad Regem, ex certis cauſis, & poſtea Regia Maieſtas eam de nouo conceſſit eidem D. Pardo, vt conſtat per inueſtituram prædictam, & clare conſtat ex proceſſu, quod prædeceſſores D. Pardi alienauerint de facto aquam prædictam diuerſis hominib. & perſonis, maxime, prout ex aduerſo prætenditur, ſine aliquo Regio aſſenſu: eſto quod longiſſimo tempore tenuiſſent curſum aquarum. Si
25 † poſtmodum Baronia ipſa deuenit ad Regem, directum dominum, prout fuit in caſu noſtro, omnes illæ alienationes, & conceſſiones inde factæ, per ipſos vtiles dominos antea exiſtentes, ipſo iure extinguuntur: vt eſt textus ſingularis proprie in materia feudali, & ibi Andr. de Iſernia *in cap. 1. § quid ergo, de inueſtitura de re aliena facta.* Hoc etiam voluit expreſſe Bald. *in l. & in princ. ad. C. de ſeruit. & aqua*, vbi idem voluit Paul. de Caſt. Et pro hoc facit textus, quem ad hoc ponderat Bald. *vbi ſupra in l. peto. § prædium. ff. de leg. 2. & l. Statius Florus, § Cornelio Felici. ff. de iure fiſci.*

Facit regula, † quod reſoluto iure concedentis reſoluitur ius accipientis: *vt in l. lex vectigalis. ff. de pignorib. & c. 1. § præterea. § rurſus, quib. mod. feud. amitt. & in c. 1 qui ſucceſſ. teneant.* In tantum, † quod poſtquam peruenit feudum ad directum dominum, & iura ſunt eidem reintegrata, vt ſupra, licet feudum ex noua conceſſione reuertatur ad deſcendentes illorum, quib. primo fuerat conceſſum; cum ſapiat naturam noui feudi; non erit obligatus ad conceſſiones antea factas per prædeceſſores, & extinctas, conſiderato prædicto iure reintegrationis in directum dominum. vt eſt tex. *in c. 1 de vaſallo decrepit. ætat.* 26 27

Vnde concludendum eſt de neceſſitate, † tum quia ius aquæ eſt de demanio, quæ non poteſt alienari, nec præſcribi, tanquam res particularis feudi, per conſtitutionem, *Conſuetudinem*, tum quia poſtquam feudum de nouo obuenit D. Pardo ex conceſſione Regiæ Maieſtatis, & facta eſt reſolutio iurium ipſorum particularium hominum. Et quia eis non poteſt competere aliquod interdictum, vt ſupra oſtenſum eſt, clare ſequitur, quod dictus D. Pardus debeat abſolui ab impetitis, prout ſupra concluſum eſt. 28

Et ſic ego Matthæus de Afflicto V. I. Doct. de Neapoli, prout ſupra allegatum extitit, dico iuris eſſe, & eiuſdem ſententiæ, & opinionis ſum, & ita iudicari debet, ſi iuſtitia fieri debet, & in fidem me manu propria ſubſcripſi, & ſigillaui meo ſolito ſigillo, quo vtor in ſimilibus allegationibus.

OPINIO DXI.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum, ſeu aquæductum incipiens ædificare, ac præoccupare, licet opus non perfecerit, cenſetur ius acquiſiuiſſe, vt poſſit prohibere alium conſtruere volentem aliud molendinum, ſeu opus.*

Molendinvm, † ſeu aquæductum incipiens ædificare, ac præoccupare, licet opus non perfecerit, ac compleuerit, cenſetur ius ſibi acquiſiuiſſe, vt poſſit prohibere alium conſtruere volentem aliud molendinum, ſeu opus: & ſic iſto caſu potior videtur cauſa, & conditio præoccupantis, & ſola operis inchoatione acquiritur ei ius, ob quod aliis præferatur, ſecundum Bart. *in l. quominus nu. 10 cum duob. ſeq. ff. de flu.* Bal. *in l. ſtellapillo, in 4. q. ff. de rer. diui.* Cæpol. *in tract. ſeruit. ruſti. præd. in tit. de ſeruit. aquæduct. c. 4. n. 44. & ſeq. fol. per 298.* Iaſ. *n. 54.* & Rip. *à n. 47. cum aliis ſeq.* probarunt iſtam opinionem eſſe communem, & eam late declarant, & in aliquib. caſib. limitant. 1

OPINIO DXII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta promiſſa ſi in totum ac in perpetuum reprobetur, an, & qualis eius æſtimatio in noua moneta ſoluenda ſit.*

Moneta † ſeu pecunia promiſſa, ſi in totum ac in perpetuum reprobetur, vtique æſtimatio eius ſoluenda erit in noua pecunia; Et ſic mutata pecunia, eius conſideraretur bonitas, quæ erat tempore contractus, atque ſolueretur æſtimatio monetæ antiquæ: ſecundum Bart. *in l. Paulus 1. ſub nu. 6 ff. de ſolut.* Petr. & Cyn. *in l. nominum C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ.* Io. An. Abb. Ant. Imo. *in c. quanto. de iureiur.* Curt. *in l. quod te ff. ſi cert. pet.* Ro. & Soci. *in l. cum quid, eo tit.* vbi recentiores præſertim Bolognettus, *n. 69 & ſeq.* exiſtimant iſtam eſſe com-

Cõis opi. communem opinionem Boeti.*deciſ.327.n.12.*& Natta*conſ.454 ſuper contingenti controuerſia.num.4.vol.2.*

OPINIO DXIII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta non diminuta, aut mutata in totum ſed diminuta ob diminutionem liga vel ponderis, debitor valorem prioris moneta ſoluere tenetur.*

1 MONETA † non diminuta, aut mutata in totum, ſed diminuta ob diminutionem ligæ, vel ponderis, periculum ſpectat, ad debitorem, qui valorem prioris monetæ ſoluere tenetur: ſecundum Bart. *in l. Paulus, nu.6 ff de ſolut.* Oldra.*conſ.*250. Abb.Sicul. alioſque Canoniſtas communiter *in cap. quanto de iureiurā.* Cõis opi. Soci. Purpura. & cæteros *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* & Boer.*deciſ.327.num.13.* vbi oſtendit iſtam opinionem communem eſſe vtriuſq; aulæ, & ſequitur Oldra *coſ. 31. & 250.* Specu.*in tit. de oblig. & ſolut. §. nunc aliqua in fi.* & ibi Ioan. And. & Bald. *in addi.* Aret.*conſ.11.* Afflict.*deciſ.90 ſub num.1 & ſeqq. & deciſ.194. num.1. & ſeq.* Abb. *conſ.56.colum.2.vol.2.* Imol. *in Clemen ſi. de decim.* Corn. *conſ.287 num.4 vol 1. conſ.181 num.71. vol. 2. & conſ.321. nu.12. vol.3.* Soci.*conſ.298.vol.2.* And. de Iſer.*col.3* & Afflict.*num.15. & 20. in titu. quæ ſint reg. verſ. Moneta in vſib. feud.* Guid. Papæ *deciſ 193.num.1* Bal.*in l.3.nu. 4. C.com. de leg. & in l. illud. C. de ſacroſan.eccleſ qu.fin.* Bertran.*conſ.* 168.261.*& 312.vol.1.* Natta.*conſ. 454 ſuper contingenti controuerſia, n.3.vol.2* & Craue.*conſ 47. num.6. cum aliis ſeq ſignatis per eum*, vbi atteſtatur de communi, & Bertran. etiam conſulendo *conſ. 177. viſo inſtrumento vol.6.* & Prudentiſſimus D. Horat. Mandoſi. *in addi. ad Rom. in conſ.113. in litera A.* & ita debet intelligi deciſio Neapolitana prædicta 194. teſte Petro de Benintendis *deciſ.49. ſub nu.2.* & Vrſillo *in addi. Afflict in d. deciſio. 90. nu.1. & in d. deciſio. 194 num.1. & ſeq.* vbi hoc late diſcurrit. Quoniam ex tali ſolutione non eſt facienda deterior conditio creditoris, ſecundum Ferrarien. *in pract. in for. libelli. in actione hypothecaria. §. relaxandum, ſub nu. 2.* Nec diſtinguitur in hoc caſu per mentionatos Docto. an talis mutatio monetæ facta ſit poſt, vel ante moram debitoris, vt expreſſe not Bar. *in d. l. Paulus ver. Quæro quid ſi moneta*, & Abb. *in d. c. quanto.*

OPINIO DXIV.

SVMMARIVM.

1 *Moneta non diminuta, vel mutata in pondere, aut liga, ſed in valore, ex conſtitutione principis, an ſolutio fieri poſſit, in priore valore, qui fuit tempore contractus. Et an idem in ſolutione dotis obtineat. nu.2.*

1 MONETA pecuniaue non diminuta, vel mutata, ſiue aucta in pondere, aut liga, ſed in valore æſtimatione que ex conſtitutione Principis: tunc illius pecuniæ periculum, ac incommodum commodumue pertinet ad creditorem; & ſic volens ſoluere ſcuta in auro, ſecundum formam obligationis: nulla habetur conſideratio valoris augmẽti, aut detrimenti, ſed numeri tantum: ſecundum Zaba. Ancharā. & Imol. *in Clemen, 2. de decim*, Soci. Alciat. *circa fin.* alioſque *in l. cum quid ff ſi cert. pet.* & Boer. *deciſ.327. ſub nu. 13.* vbi aſ- Cõis opi. ſerit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintendis *deciſ. 39. ſub numero 1.* & Bolognettus, *in d. l. cum quid ſub num. 74.* faciendo etiam mentionem de communi præmiſſa.

2 Et † hoc idem concludendum eſt in dote. Nam deterioratione dotis contingente ob variationem in bonitate extrinſeca, vt quia valor dumtaxat ſit alteratus, manente eadem argenti bonitate: tempus ſolutionis, non autem contractus attendi debet: ſecundum Bart. *in l. Paulus, in fin. ff. de ſolut.* Bald. *conſ.137. & 424. vol.2. & in l. cum quid. ff. ſi cert pet.* & Aret. *conſ.11.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & Boeri. Cõis opi. *deciſ.327. ſub num.4.*

OPINIO DXV.

SVMMARIA.

1 *Moneta mutata variataque poſt mortem debitoris, debitor quantitatis moroſus, tenetur ſoluere æſtimationem quanti plurimi à tempore moræ.*

2 *Moneta mutationem impendentem ſciens debitor, & volẽs ſoluere in fraudem mutationis creditori, an creditor eam recipere teneatur ante tempus ſolutionis faciendæ.*

MONETA † mutata variataque poſt moram debitoris, debitor quantitatis moroſus ſoluere tenetur æſtimationem quanti plurimi à tẽpore moræ, ſecundum Gloſ. Barto. *ſub nu. 6. & ſeq.* alioſque omnes *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & in l. quod te. eod. tit.* præſertim ibi Cagnolus, cum cæteris ſignatis per eum, *ſub n.63.* Curti. *in tract. moneta. col.3.* Laud. *in tract. de moneta. col.6.* & Boeri. *deciſ 327. ſub num. 4. & 13.* vbi iſtam opinionem limitat, & communem eſſe clamat, & ita determinauit Rota Bononienſis, in facti contingentia, teſte Petro de Benintendis, *deciſ.39.* 1 Cõis opi.

Sed † econuerſo ſi debitor ſciens monetæ mutationem, impendere vellet in fraudem mutationis ſoluere creditori ſuo debitũ, ante ſolutionis faciendę tempus: tunc vtique non teneretur creditor ad recipiendum pecuniam, ſeu monetam ei oblatam: ſecundum determinationem, & deciſionem Rotæ Neapolitanæ, recitatam per Vrſillum *in addit. Afflict. in deciſ.90. nu.3.* 2

OPINIO DXVI.

SVMMARIA.

1 *Moneta variata, ſeu mutata, tempus ſolutionis attendi debet, non contractus, vt nec tempus conditi teſtamenti, ſi ex vltima voluntate debeatur, nu.2.6.*

3 *Idem dicendum in ſolutione decima, & ſolutione quæ fieri debet ex ſtatuto præcepto, vel reſcripto ſuperioris, quod videlicet debeat fieri ex moneta & valore qui eſt tempore ſolutionis.*

4 *Monetæ valor qui eſt tempore ſolutionis inſpicitur, ſi non conſtet de valore antiquo qui fuit tempore contractus.*

5 *Moneta cur ſecundum æſtimationem, quæ erat tempore cõtractus, ſolui debeat. & nu.6.*

7 *In diſpoſitione, facta ad verbum auri, attenditur valor monetæ qui fuit tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmenti. vel diminutionis inſecuta.*

8 *Solutio fieri debet habito reſpectu ad conſuetudinem, quæ fuit tempore lati arbitrii.*

9 *Moneta ſiue in quãtitate ſiue in certa ſpecie promiſſa nõ reſpectu ſui ipſius, ſed ratione valoris, in contractum deducitur. Vnde promiſsis ſcutis valor conſideratur, qui fuit tempore promiſsionis, non ſolutionis, eiuſq; ratio. nu.10. & 13.*

11 *Monetæ curſus mutatio non imputatur, niſi poſt moram, ſiue agatur de obligatione ſimplici, & pecunia ſemel ſoluenda, ſiue de obligatione ſucceſsiua, ex qua annua pecunia præſtatur, eiuſq; ratio. nu.12. & 13.*

14 *Conſuetudo, & communis obſeruantia in ſolutionibus attenditur, & vim ſuam exercet in cõſtituendo valore & appellatione monetæ etiam contra principum edicta. nu.16. vide tamen nu.35.*

15 *Conſuetudini loci, eiuſque obſeruantiæ ſtatur, quoties lex qualitatem cautionis, aut feriarum tempus non declarat.*

17 *Conſuetudo poteſt inducere, vt quamuis contractus ſonet de auro, intelligatur tamen de moneta argentea, quæ aſcendat ad valorem auri, reſpecto valore, qui erat tẽpore contractus.*

18 *Voluntas & intentio facto declaratur.*

19 *Iterata receptio pecuniæ, oſtendit enixam intentionis voluntatem, debitaq; quantitatis determinationem, & certitudinem.*

20 *Dubitatio de qualitate, ſeu quantitate ſoluendæ pecuniæ declaratur per ſubſequentes ſolutiones.*

21 *Obligatio talis præſumitur, qualis fuit ſubſecuta ſolutio.*

22 *Quietatio ſeu liberatio generalis, omnem præcedentem obligationem tollit. & nu. 23. 24.*

25 *In ambiguis, minima intelliguntur.*

26 *Lex cum publicata eſt, præſumitur in vtilitatem Reipublicæ ceſſiſſe, & moribus vtentium recepta, & approbata eſſe.*

27 *Lex ligat in vniuerſum õnes, ita vt iudex poſſit punire cõtrauenientes ſtatim à publicatione: quin etiam poſt editionem, cum peruenit ad notitiam ſubditorum ante ſolemnem publicationem.*

28 *Lex præſumitur ſemper vigere niſi deſuetudine, & contrario vſu abrogata probetur: & nu. 19.*

30 *Præcedentia reſpiciunt ſequentia & econtra.*

31 *Media ſapiunt naturam extremorum.*

32 *Extremis probatis, etiam medium probatum cenſetur. Etiam in poſſeſſione. & præſcriptione odioſa nu. 33.*

34 *Lex olim lata, & publicata, quæ hodie obſeruatur, non præſumitur medio tempore ceſſaſſe.*

35 *Legi publicatæ non derogat particularis receptio pecuniæ in minore, vel maiore valore, nec alterat publicam & communem eius æſtimationem. Et plebis æſtimatio negotiatorum monetæ, non poteſt dare normam contractibus principis nu. 36.*

37 *Obligatio ventis reſtricta, ad certam ſpeciem, & numerum, aſtringit debitorem ad eam ſpeciem & numerum.*

38 *Aureis in obligatione exiſtentibus non cenſetur ſatisfactum obligationi per aliam monetam ſi creditor inde lædatur & tantum non habeat quantum aureus valet.*

39 *Verba determinantia certam rem, an extendi poſſint ad aliam ſimilem, remiſſiue.*

40 *Moneta certa promiſſa, ſeu ſpecie monetæ creditor non tenetur recipere in alia moneta, vel forma, niſi conſtet, eius non intereſſe. & nu. 43.*

41 *Credit[illegible] inuito aliud pro alio non ſoluitur.*

42 *Debitor ſoluens vnam monetam pro alia, creditore non conſentiente an conſequatur liberationem.*

43 *In generali obligatione quantitatis, in voce tantum cõſiſtente, nulli ſpeciei applicata, valoris tantum [illegible] ratio habetur: ſecus ſi ſuper certa ſpecie contractum ſit.*

44 *Debitor liberatur ſoluendo ſpeciem, & numerum contentum, non attenta variatione valoris extrinſeci, ſiue illa variet attentatur ad commodum debitoris, ſiue creditoris.*

45 *Monetarum curſus mutatio debitori non imputatur, niſi poſt moram.*

46 *Debitor obligatus ad ducatos in certo numero ſi æſtimationem ducatorum offerat ſine augmento, non cenſetur integrum debitum ſoluere, eiuſq; ratio.*

47 *Debitor ſoluens ſoluere monetam argenteam pro ducato, quam æſtimationem ſoluere tenetur.*

48 *Venditio olim facta in ſcutis, non impletur ſoluendo ſcuta moderna, licet ſimilia: quia non ſunt eiuſdem bonitatis.*

49 *Si ſpecies certa monetæ debeatur, quomodo redemptio, ſeu ſolutio in aliis generis fieri debeat.*

50 *Moneta æſtimatione aucta, vel diminuta, rerum quibuſque pretia proportionabiliter augentur, vel diminuuntur.*

51 *Cum certa pecunia eſt in obligatione, creditor non tenetur aliam recipere, niſi in eadem bonitate, & æſtimatione.*

52 *Simplex ſcutorum mentio, abſq; adiectione auri, vel in auro, ſecundum conſuetudinem non excludit ſolutionem in alia moneta.*

53 *Conſuetudo loquendi in omnibus prævalet.*

54 *Debitor ſcutorum audiendus non eſt, volens ſoluere ſcuto in Gallicis ducatos.*

55 *Locatio inter principes legis poteſtatem habet.*

56 *Pro aureo ſcuto nemo minus recipere tenetur, quam valeat.*

57 *Certa ſpecie pecuniæ promiſſa ſi ea reperiatur, debitor ſpeciem promiſſam, vel eius valorem præſtare tenetur.*

58 *Tempus ſolutionis, eiuſq; valor inſpicitur cum ſpecies non reperitur, quæ eſt in obligatione, ſed alia, quæ eam compenſet ſoluenda eſt.*

59 *Florentina Reſpublica opibus, potentia, & dominatu famoſiſſima ab antiquo obtinuit facultatem cudendi aureos.*

60 *Expreſſio ſcuti, cum adiectione auri, de veris aureis intelligitur.*

61 *Pecunia minuitur intrinſecus, in materia vel pondere minuitur.*

62 *Solutio vel compenſatio fieri debet in antiqua pecunia æque bona, vel in noua, ad æſtimationem, & commenſurationem antiquæ*

63 *Donatio de iure non præſumitur cum alia coniectura capi poteſt, & præſumitur potius res à lege prohibita, vel error in facto proprio.*

64 *Clauſula* de bono computum, *vel ſaluo iure* reſidui, *in Quietatione adiecta quid operetur.*

65 *Et quod ſi talis clauſula, vel ſimiles proteſtationes in quibuſdam quietationibus adiecta, in aliis omiſſæ ſint, an præſcriptionem nihilominus impediant.*

66 *Creditor petens partem ſaltem debiti non præiudicat ſibi in reſiduo. Et an is cui moneta antiqua debetur, recipiens longo tempore nouam deteriorem amittat ius petendi antiquam.*

67 *Solutio in minori valore recepta non nocet recipienti, nec præſcriptionem inducit, niſi per 30. vel 40. annos continuata ſit cum bona fide.*

68 *Verborum non dubiorum declaratio quæ illis non congruit, non dicitur eſſe declaratio, ſed noua, atque alia quædam diſpoſitio.*

69 *Solutiones & receptiones iteratæ, vt ad præſcriptionem operetur quæ requirantur.*

70 *Liberatio eſt ſtricti iuris, & in ea non veniunt, niſi expreſſa & facta pro vna quantitate, effectu, ſeu tempore, non extenditur ad alia. nu. 70.*

71 *Liberatio, quamuis generalis, cum omnibus acceſſoriis corruit euidente vitio vel defectu ſolutionis.*

72 *Pronunciantes, vel conſentientes ſine cauſa, non denegatur conditio.*

73 *Liberatio continens errorem, vel enormem læſionem, non obſtante pacto de non allegando errorem, & læſionem, nihil nocet.*

74 *Rationum computatio erronea nullum affert præiudicium veritati, etiamſi fuerit concluſa, & facta & ſubſcripta, & ſæpius iterata, & repetita: eiuſque ratio. nu. 74.*

75 *Error probatur eo ipſo, quod quis probat rem aliter ſe habere, & toleratur etiam in facto proprio, cum quis certat de damno vitando.*

Mone-

1 MONETA † variata, ſeu mutata, tempus ſolutionis, non contractus attendi debet, & ſic ſi mutuaui, vel in dotem dedi libras centum Bononienſes, vel centum vncias Neapol. in aureis, & poſtea contingat, quod pretium, ſeu valor ipſorum aureorum augeatur, vel diminuatur, hoc caſu debitor tenetur ſoluere aureos in illa æſtimatione, quę currebat tempore contractus, ac fieri poſſet ſolutio in ea, quę tunc eſt: quoniam creditor cenſetur æſtimaſſe illos aureos in illa ſumma, & per conſequens omne cõmodum in ipſa pecunia, ita & taliter appretiata, contingens, pertinet ad ipſum debitorem, vt voluerunt Bar. n. 10. Bald. Ang. Alber. Alex. *col. pen.* Paul. Caſtr. Alciat. & cæteri recentiores, *in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.* vbi Bolognetus, *n. 47.* atteſtatur iſtorum opinionem cõmunem eſſe, & ſequitur etiam Ferratien. *in pract. Papien. in forma libelli in actio hypothec. §. relaxandum. ſub num. 3.* Boer. cum alijs ſignatis per eum, *deciſ. 327. n. 10.* & Coraſius *in miſcell. iuris ciuil. lib. 3. c. 13. n. 5. cum alijs ſeqq.*
2 vbi explanat, & ampliat *n. 9.* idq; † procedere, etiam in ſtatutis, & vltimis voluntatibus, teſtatur Vrſillus cum alijs relatis per eum, *in addi. Afflict. in deciſ. 90. ſub num. 1.*

Com. opin.

3 Et iſtam ampliationem, † quod pecunia cum debetur ex vltima voluntate, fieri debeat ſolutio iuxta valorem monetæ currentis tempore ſolutionis, amplectitur quoque Hotat. Mando. *in addi. Romæ in conſil. 123. in litera A.* vbi ex congeſtis authoritatibus per eum, atteſtatur æquiorem, ac crebriori calculo, ac voto Doctorum approbatam apparere. & Hierony. Gigas quoque *in tract. de penſionib. eccleſiaſt. q. 98 per totam.* vbi hoc ampliat etiam procedere in reſcripto, & mandato ſuperioris, & in decima, & penſione, vt ea ſolui debeat, conſiderato valore monetæ tempore ſolutionis. Sed pro contraria parte, & male quidam, videlicet, quod ſolui debeat æſtimatio aurei, ſecundum tempus contractus, non autem ſolutionis, videtur conſulere Natta, *conſil. 454. ſuper contingenti controuerſia, vol. 2.* Cæterum quicquid Doct. iſti aſſerant, noli in actu practico recedere à prima ſententia communi, quam ſequitur, tuetur, & citat clariſſime, atq; doctiſſime conſulendo, & reſpondendo in facti contingentia Soc. Iun. *conſil. 44. Illuſtriſſime, ac Excellentiſſime Dux. ſub n. 5. cum alijs ſeq. vol. 4.* & Couarruuias *in ſua pract. in fin. tit. de numiſmate. c. 7. §. vnico. concluſ. 8. & 10.* & ita de facto iudicatum de præſenti menſe Septembris 1573. in cauſa vertente inter magnificos Dominos Ioannem, & Marcum Antonium de Antonellis, conciues meos, D. Bartholomæus de Goriostriola, Hiſpanus Iudex noſter, vir Excellens, memoria plenus, & facundia redimitus: & pro iſta parte communi iudicauit etiam Camera Imperialis, atteſtante Ioach. Mynſ. *in obſer. 1. centuria 4.* & Hieron. Gabriel. *164. cautas, nu. 1. & ſeq. vol. 1.* vbi dicit iſtam opinionem approbari ab vtraque ſchola Canoniſtarum, vel Legiſtarum cõmuniter. Vbi † eam etiam

Com. opin.

4 vtiliter limitat, cum innumera prope cohorte Doctorum, relata per eum, eam † non procedere, quando non conſtaret de valore antiquæ monetæ currentis tempore contractus: tunc enim inſpiceretur valor monetæ currentis tempore ſolutionis, niſi appareret de valore antiquæ currentis, tempore contractus: & limitat etiam inibi in alijs caſibus.

¶ Et cum præſentibus meis ſcriptis magnum lumen, & robur neceſſarium præbere queat Illuſtre Collegium Louanienſe, tanquam firmamentum, & columna veritatis, ex fœcundo eius conſilio, ad fauorem Sereniſſimæ D. Margaritæ de Auſtria, nunc diuino præſato; detexui non incompetenter illud hic inſerere, vt aliorum vtilitati, ex doctrina ſana, ſolidaque tam præclariſſimi Collegii conſulerem.

CONFUSA, inuolutaq; Doctrina Scribentium de acceptatione, æſtimatione, & variatione monetarum, ac multiplices earum diſtinctiones, ipſaq; facti contingentia variè à partibus aſſerta, præſertim circa valorem ſcuti aurei, qui fuit anno 1537. Cum prima locatio per Illuſtriſſimam Duciſſam Parmenſem, &c. Illuſtriſſimo Duci Florentiæ fieret, magnam obſcuritatem, & difficultatem præſenti cauſæ iniiciunt, in qua diſcutienda, explicandaq;, ne confuſione argumentorum vtrinque certantium, contingat, ſubterfugientem veritatem, maiori caligine implicari, ſeparatione facta; primo, ea, quæ Illuſtriſſimi Ducis Florentini intentioni ſubſeruire videntur ſigillatim proponemus. Ac deinde Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ locatricis cauſam, ſuis rationibus, quas potiores, & ſolidiores putamus, inſtruemus, planeq; confirmabimus, addita argumentorum aduerſantium plena, manifeſtaq; reſolutione.

ET † primo ad intentionem Illuſtriſſimi Ducis, 5
admodum facere videtur lex ducalis, de anno 1531. ſcutum auri ſeptem libris æſtimans, ſecundum quam tempore primi contractus, vti pro Illuſtriſſimo Duce allegatur, non recepta in vſum, alia lege, de anno 1534. communi obſeruantia, & conſuetudine, promiſſioni ſcuti poterat ſatisfieri; præſtatione ſeptem librarum, ex quarum proportione, & reciprocatione obligatio videtur accepiſſe ſuam certitudinem, & limitationem, quæ perpetuo eſt obſeruandaquam de iure in contractibus ad valorem, & æſtimationem rei, & pecuniæ, quæ erat tempore contractus reſpectus habeatur, queſi tunc diſpoſitio, & præſtatio formam acceperit inuariabilem, inſpecto valore currente eius temporis, quo conuentio exit in actum *l. Rutilia Polla. de cont. empt. l. ſi ita. & ibi Bart. de aur. & arg. l. 2. & l. ſi voluntate. C. de reſcin. ven.* Quod non 6
ſolum in contractibus, ſed & in vltimis voluntatibus receptum videtur. *l. Vxorem. § ſeſtam l. nomen. & l. vxo. §. 1. de leg. 1.* Curt. *in tract. monetar. in 4. q.* Vnde eleganter ſcribit Bal. *conſ. penult. inci. coram vobis. vol. 1.* quod vbicunque agitur ex diſpoſitione hominis, attenditur tempus diſpoſitionis vt ſciatur quid, quale, & quantum debeatur, nõ autem tempus ſolutionis, ſiue valor, aut vtilitas rei creuerit, ſiue decreuerit. Et † hac 7
ratione Mar. Socin. *conſil. 6. lib. 1. n. 12.* aperte reſpondit, quod etiã in diſpoſitione, facta ad verbum, *auri*, conſideretur valor currens, ſeu impoſitus, qui erat tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmenti, vel diminutionis inſecutæ, perinde ac ſi ſimpliciter ſub nomine certæ quantitatis generice; puta, librarum, diſpoſitum fuiſſet. Citatq; † in confirmatio- 8
nem ſententiæ ſuæ Oldradum, *conſil. 13. incipi. cum quæſtio eſſet.* tenentem, ſolutionem fieri debere, habito reſpectu ad conſuetudinem, quæ erat tempore lati arbitrii, de quo quærebatur. Ex quibus ad propoſitum non inconuenienter dici poteſt, quod cum tempore initæ locationis, ſcutus valuerit ſeptem libris, penſionem ſeptem millium, & quingentorum ſcutorum, videri promiſſam, tanquam appretiatum pretium, & certa æqualitas bonorum locatorum, reſpectu valoris ſcutorum, tunc currentis, & ſummæ, ſeu æſtimationis librarum ex iis tunc reſultantis, † 9
prout quælibet moneta, non reſpectu ſui ipſius deducitur in contractum, vel quamlibet aliam diſpoſitionem, ſed ſub ratione valoris vel quantitatis impoſititiæ tunc currentis, ſiue diſpoſitio incipiat, conſiſtatq; in nomine quantitatis, abſq; determinatione, vel applicatione ad certam ſpeciem, ſiue etiam certa ſpecies monetæ exprimatur, vt ſi promittantur

miſſe floreni, vel ſcuti aurei, quia ſcuti illi non pro-
mittunt vt maſſa, aut ſpecies certa, ſed tanquam mo-
neta, & quantitas, ac conſequenter habita conſidera-
tione valoris, & quantitatis pro tempore currentis.
Clem. 2 de deci. Oldr. *d. conſ. 13. & con. 168. ad primũ col. 1.*
cum aliis ſeq. citat. per Mod. *in tra. de contra. vſur. q. 91. n.*
10 694. Adeo † quod licet contractus, ſeu locatio facta
reperiatur ſub appellatione *ſcutorum aureorum*; nihil-
ominus tamen appellatio illa *ſcutorũ aureorum*, exau-
diri debeat ad rationem 7. librarum, & valoris, ſeu
indicaturæ, quę erat tempore locationis, quam egre-
di non debet, non conſiderata diminutione, vel au-
gmento temporis ſequentis, Oldr. *conſ. 13. & con. 31. in-*
cip. them. Azo. *in ſuis broccard.* Ant. de But. Imo. & Panor.
in c. quanto de iuriiur. cum infinitis aliis adductis per Alber.
Bru *in tra. de augm. monet. in part. 1. in prin.* propter ſta-
tum, & curſum pecuniæ, qui fuit tẽpore contractus.
Et quia contrahentes non cenſentur cogitaſſe de fu-
tura æſtimatione, aut variatione monetarum, ſed ea,
11 quæ tempore contractus frequentabatur: & † mu-
tatio curſus monetæ obligatio ex contractu non im-
putatur, niſi poſt moram. Bar. Alb. & alii. *in l. cũ quid.*
ff. ſi cert. pet. Card. Zab. *in d. Clem. 2. in 14. q.* Alb. Bru. *in*
d. tra. monet. in 5. part. ſeu ampli. n. 2. & in 6. part. n. 4. ſiue
agatur de obligatione ſimplici, & pecunia ſemel ſol-
uenda, ſiue de obligatione ſucceſſiua, & ex qua an-
12 nua pecunia, ſeu penſio præſtatur. Quia † licet ſingu-
li anni propriam habeant ſolutionem, tamen quoad
obligationẽ in genere, inſpicitur primũ principium:
quia vna eſt obligatio pro omni tempore. *l. Stychũ. §.*
ſtipulatio. de ver. oblig. & ſemel cedit omnium annorum
dies. Ideoq; referunt ſe retrorſum ſequentes ſolutio-
13 nes, † & attendimus valorem temporis à principio
contractæ obligationis, Bald. *in d. c. quanto. circ. ſi. de iu-*
reiur.

Ad quorum confirmationẽ vltra prædicta, illud
14 pertinet, † quod generalis conſuetudo, & obſeruan-
tia, ſecundum quã, vt pro parte ſuę Celſ. aſſeritur, an-
te & poſt dict. legẽ, ao. 1534. vſitatum fuit Florentiæ
in locationib. & ſimilib. obligationib. annuis, vt quã-
uis cõtractus, ſeu diſpoſitiones fierẽt ſub appellatio-
ne *ſcutorum auri*, aut etiam, *auri*, *& in auro*, nihilominus
ſolutio fieret ad rationem librarũ ſeptem pro quoli-
bet ſcuto, quod magnã animaduerſionem deſiderat.
Nam conſuetudo, & cõmunis obſeruantia reb. attri-
buit certam interpretationẽ, & intellectum. *l. Mini-*
me. de legib. l. ſi. C. de fideiuſſ. c. cum dilectus. de conſuetud. Et
15 ita † quoties lex quantitatẽ cautionis, aut feriarũ tem-
pus non declarat, ſtatur loci obſeruantię. *l. præſides. de*
feriis. l. ſi finita. in prin. de dam. infect. l. ſi quis reũ. de cuſt. reo.
l. Labeo. de ſuppell. leg. l. ſemper in ſtipulationib. & ibi DD. de
reg. iur.

16 Exercetq; † conſuetudo potentiam ſuam, potiſſi-
mũ in conſtituenda indicatura, & valore pecuniarũ
late Alb. Bru. *in d. tra. de augm. mon. par. 1. n. 6. in fi.* vſque
adeo, vt etiam ad infringendum principum edicta,
quantũuis minantia, ſufficiat, nec ſolum valorẽ pe-
cuniæ, verum etiam appellationẽ. & ſignificationem
eius mutare poſſit. Quod corroboratur ex eo, quod
ſcribit Maria. Soc. *d. conſ. 6. n. 4.* conſuetudinẽ inducere,
vt quãuis obligatio ſit cõtracta per verbum, *auri*,
nihilominns intelligatur de moneta argentea, quæ
aſcendat ad valorẽ pronuntiati auri, inſpecto valo-
re, qui erat tempore contractus. Quib. omnib. acce-
17 dunt † ſequentes penſitationes ſæpius iteratæ, & per
longum tempus cõtinuatæ, quæ licet in ſcutis aureis,
prout conuentũ erat, factæ ſint: tamen integrum nu-
merum ſcutorũ non impleuerũt, ſed ſoluti ſunt ſcuti
in conuentionẽ deducti, etiam ab initio, & in recenti

vel geſtæ memoria, ad rationẽ, valorem, & quantita-
tem 7. librarum pro quolibet, diminuto ſcuto in nu-
mero, pro detractione aucti valoris, qui poſtea ex-
trinſecus in ſcutis ſuperuenit, perinde, ac ſi ad ratio-
nem 7. librarum pro quolibet ſcuto, conueniſſet: ex
quo certa regula, & interpretatio dicti cõtractus pro-
fluere videtur. Nam † facto declaratur voluntas, & 19
intentio. *l. de quib. de legib.* Et receptio ſcuti, ad compa-
rationẽ, & æquiualentiã 7. librarũ computati, arguit
de illa cõputatione, ac valore inter contrahentes a-
ctum eſſe, maxime cum inueniatur dictę receptionis
iteratio, & multiplicatio, quæ oſtendit enixam inten-
tionis voluntatẽ, *c. Si cautio. de fid. inſtrum.* Bal. *con. 139.*
vol. 5. debitęq; quantitatis determinationẽ, & certitu-
dinem. Quoniã † dubitatio de qualitate, ſeu quanti- 20
tate ſoluendæ pecuniæ, declaratur per ſubſequentes
ſolutiones. Mart. Laud. quẽ refert & ſequitur Franc.
Curt. *in d. tract. monet. in vlt. quæſt.* Et † talis præſumitur 21
fuiſſe obligatio, qualis fuit ſubſecuta ſolutio. Bald.
Ang. & alii *in l. ſi certis annis. C. de pact.* idem Bal. *con. 423.*
incip. eſt decendum. in fin. vol. 2. Alb. Bru. *in d. tra. de augm.*
monet. part. 1. verſ. Item prædicta. cum ſequentis ſolutio-
nis ſingularis ſit virtus declarandæ ambiguæ obliga-
tionis præcedentis. Cuius declarationis magnam il-
luſtrationem pręſtet, effuſa, & generalis liberatio, ſeu 22
quietatio, per Illuſtriſſ. Duciſſam Parmẽſem emiſſa,
vltima Ianuarii, anno 1550. in qua ſua Celſ. verbis ad-
modum vniuerſe cõceptis, pro omni reſiduo, ſeu re-
ſto (vt vocant) per totum Decembr. anni 1549. ſibi ſa-
tisfactum profitetur: † Inde enim qualitas obligatio- 23
nis declaratur, & omnis præcedens obligatio diſſolu-
ta oſtenditur. *l. Semel. C. de apoc. hix publ. lib. 10.* Ex † pro- 24
pria vi, & natura quietandi, *l. Si quis ex plurib. & ibi DD.*
de ſolut. necnon generalitate conceptæ liberationis,
l. Pluribus. de acceptil. l. regul. §. fina. de iur. & fact. ignoran. l.
Iulianus. de leg. 3. Bal. *in l. pactum, quod tali. C. de collation.*
Quæ ſaltem efficit, vt in genere quis cogitaſſe videa-
tur de omnibus, *l. Qui iure. de milit. teſta.* Et hanc gene-
ralem liberationem, vltra præcedentes ſolutiones,
confirmat etiam prætenſa reſtitutio eius, quod ſupra
rationem ſeptem librarũ, in prima ſolutione ſecun-
dæ locationis, Bancho de Puccinis perſolutum erat,
necnon annotatio Ioannis Ortegæ quondam the-
ſaurarii, vt dicitur, Illuſtriſſ. Duciſſæ, explicate com-
putantis recepta 7500. ex dicta locatione, ad libras
ſeptem pro quolibet ſcuto: Etenim cum in præce-
dentib. ſolutionib. appareat, ſcutos receptos eſſe in
valore diminuto, & ſupputatione facta, ad rationem
ſeptem librarum, ac ſolutiones illas, manu ſua, & li-
beratione, Illuſtriſſ. Duciſſa admiſerit, & theſaura-
rius ſua annotatione comprobauerit, ſatis manifeſta
videtur & certa, ſcutorum, de quib. agitur, ad ſeptem
libras reductio, quæ procliuius eſt admittenda, ſe-
quenda, & obſeruanda, maxime propter generalem
iuris regulam, diſponentem † in dubiis obligationib. 25
ad liberationẽ, diminutionem, & id, quod minus eſt,
inclinandum eſſe. *c. in obſcuris. de reg. iur. in 6. l. ſemper in*
obſcu. ff. eod. l. Iulianus de leg. 1. Et propterea, quia Illuſtriſſ.
Dux Florent. nullam meliorationũ, quas fecit, dedu-
ctionem fecit, nec aliquã compenſationem habuit
fructuum prouenientium ex territorio de Bondel-
montis, in ipſa quidem locatione ab initio compre-
henſo, ſed poſtea reſtituto ipſis de Bondelmontibus,
quibus per confiſcationem fuerat ablatum; quæ res
magnam æquitatem cõtinere, & coniuncta cum ſu-
perioribus præcedentiũ rationum, intentionem Illuſtriſſ.
Ducis Florentini adeo plauſibilem, ac probabilem
conſtituit, vt eminus inſpicienti, reluctandi, diſſen-
tiendiq; occaſionem, adimere videatur.

Cæterum

Cæterum preſſius, exactiusque conſiderando ſingula, diuerſæ ſententiæ, quæ Illuſtriſſimam Dominam locatricem reſpicit, plura, eaque efficaciora patrocinantur, & quæ pro parte Illuſtriſſimi Ducis Florentinæ adducta ſunt, ad veri rationem propius expenſa, deprehenduntur partim à terminis præſentis negotii aliena, & coagantia, partim non ſubſiſtentia, & imagina potius, quam veritate iuris, ſeu ſoliditate probationis ſubnixa eſſe.

In quo demonſtrando, inprimis conſiderandum eſt, non admitti ex parte Dominæ locatricis, aſſertam æſtimationem, obſeruantiam, & conſuetudinem, à qua tota ſeries argumentorum, pro Illuſtriſſimo Duce Florentino propoſitorum, deducitur, videlicet, quod tempore contractus lex, ſeu ordinatio, anni 1531. vires habuerit, obtinueritq;, & quod ſecundum eam, communi obſeruatione, ſcutus auri fuerit acceptus, ad rationem ſeptem librarum tantum, quodq; in locatione, & ſimilibus obligationibus annuis, quantumuis ſub appellatione auri, vel etiam auri, & in auro, circa id tempus contractis, ſolutio ſeptem librarum ſufficerit pro quolibet ſcuto: & in contrarium proponitur, tempore contractus, ſcutum auri fuiſſe æſtimatū, & expenſum, & ad rationem ſeptem librarum, & quinque ſolidorum, & deinde ſeptem librarum cum dimidia, communi obſeruatione, certa lege, & ordinatione ipſius illuſtriſſimi Ducis anno 1534. confirmata: quam vſibus populi receptam eſſe, ipſa legiſlatio, propoſitio, & publicatio coarguit, & aſſertionem Illuſtriſſimæ Dominæ locatricis efficaciter ſuſtinet: quia leges inſtituuntur, cum promul-
26 gantur, † & lex poſteaquam propoſita, ac publicata eſt, præſumitur in vtilitatem Reipubl. ceſſiſſe, & moribus vtentium receptā approbataque eſſe, *cap. In iſtis*
27 *1. q. 4. c. 1. de poſtula. prælat.* † Ligatq; in vniuerſum omnes ita, vt iudici liceat punire contrauenientes ſtatim à publicatione, imo etiam poſt editionem, & poſteaquam peruenit ad ſubditorum notitiam, etiam priuſquam ſolenniter ſit publicata, *d. c. 1. de poſtu. præla.*
28 *& ibi* Abb. Dec. & alii † Crediturq; lex ſemper vigere, & robur habere, niſi per deſuetudinem, ac contrario vſu, abrogata probetur ab eo, qui conſtitutionem prætendit morib. populi non fuiſſe obſeruatam, Dec. *conſ.* 649. Gozz. *conſ.* 16. quāuis proponat negatiuam, *l. penult. §. docere. ne quis eum, qui in ius vo.* cum ſit funda-
29 mentum intentionis ſuæ: † & is, qui ſtat pro lege, intentionem habeat bene fundatam. Dec *conſ.* 34 *Procedendo breuiter.* Mar. Anto. Nat 2. *conſ.* 340. *n.* 20 *vol* 2. quod in ſpecie propoſi a Illuſtriſſimo Duci perdifficile, & quodammodo impoſſibile videtur, non ſolum propter ſolennem publicationem dictæ legis, anni 1534. quæ non longo tempore primam locationem præceſſit, verum etiam, quia conſtat, vt præſupponitur, imo etiam probatur ex ipſa deductione augmenti, & diminutione numeri, in præteritis ſolutionibus facta, anno 1538. & ſequentibus, atque ita ſtatim poſt initum contractum, ſcutum aureum, ſecundum legem illam 1534. & vſum ſecutum, communiter valuiſſe ſeptem libris cum dimidia, manifeſta ſignificatione continuationis, & perſeueran-
30 tiæ. † Quoniam præcedentia influunt in ſequentia, *l. Si ſeruus plurium. de leg.* 1. Barto. *in l. auia de condit. & demonſtrat.* & econtra, ſequentia per mediorum con-
31 tinuationem referuntur ad præcedentia. † Et media ſapiunt naturam extremorum. *l. Si vero. §. quod*
32 *ſi ex mediano. de his, qui deiec. vel effud.* † Et per extrema probatur medium, ſeu probatis extremis præſumi-
33 tur medium *c. Quia ſunt.* & ibi Gloſſ. 28. *diſtinct.* † Etiam in poſſeſſione, & præſcriptione odioſa. Bar. in *l. Celſus. de vſucap.* † Adeo quod nulla ratione ſit veri- 34
ſimile legem olim latam, & publicatam, quæ hodie obſeruatur, medio tempore fuiſſe interruptam, aut ceſſaſſe, vel conquieuiſſe. ſed in contrarium, eam ſemper viguiſſe, legis eſt præſumptio, & inclinatio: quæ multum adiuuatur ex eo, quod appareat dictam legem anni 1534. cui conformis eſt ſequentis temporis obſeruatio, adhuc paucis ab hinc annis, videlicet, anno 61. Florentiæ publice impreſſam, venum expoſitam, diſtractamque fuiſſe, atque ita notitiam eius perueniſſe ad extraneos, quod in iure non recepto, vel deſuetudine adumbrato, aut aliter abrogato fieri non ſolere, docet experientia. Quibus accedit, quod ex præſenti præſumatur in præteritum: & quod valor pecuniæ præſumatur talis fuiſſe medio tempore, qualis antea, vel poſtea fuiſſe inuenitur. Hieronym. Grat. *conſ.* 12. 77. *vol.* 2.

Proximū eſt prædictis, † quod etiamſi probare- 35
tur ſcutum tempore contractus à quibuſdam, ad rationem ſeptem librarum, fuiſſe erogatum, vel receptum: huiuſmodi tamen receptio non derogaret legi publicatæ: nec alteraret publicam, & communem ſcuti æſtimationem, & valorem. Fely. *in c. cum cauſam. per. Idem de re mobili. de teſtib.* Hieron. Gratus. *d. conſ.* 12. 77. Quin etiamſi communiter populus ab obſeruatione dictæ legis ceſſaſſet, & per contrarios actus conſtaret, quemadmodum requiritur, moribus populi notam legem fuiſſe repudiatam, id tamen non pertineret ad locationem vertentem in controuerſia, quæ ab ipſo Duce Florentino, qui legem tulerat, facta eſt, etenim quamuis in promiſcuo commerciorum, & temporum difficultate, plebi & populo conniuentia quadam permittatur, pluris, vel minoris æſtimare numiſmata, quā per edictum liceat. † Ple- 36
bis tamen illa, & negociatoria æſtimatio, non dat normam cōtractibus ipſius Principis, nec cogit eum, legitima, & edictali æſtimatione relicta, ſeſe in ſuis contractibus, populi temporariis affectibus, & promiſcuæ æſtimationi conformare: Populus enim conniuente Principe, ſuarum rerum neceſſitati, & vtilitati tantum conſulit, & per non vſum legis, acquirit excuſationem à pœna non obſeruatæ legis, non etiam principi modum erogandæ, vel recipiendæ pecuniæ præſcribit, nec retrahit ab obſeruatione legis ſuæ, cui contrahendo aſtringitur: prout etiam quemadmodum præſupponitur, nulli actus inuenientur, in quibus ipſe Princeps Florentinus, relicta lege ſua, in contractibus ſuis, populari æſtimationi ſe accommodauerit: quod tamen ad plenam abrogationem dictæ legis requiſitum eſſe, non improbabiliter dici poteſt. Conſuetudo enim, maxime legi contraria, eſt ſtricti iuris, & vltra terminos, in quibus eſt obſeruata, non extenditur: adeo quod probanda ſit in ſpecie ſeu caſu, de quo agitur, non ſatisfaciente probatione generali, præſertim conſiderata differentia plebis à Principe, qui legis author eſt, & cui nimis graue foret, non ſolum non obſeruari ſuam ordinationem à populo, in promiſcuo vſu, verum etiam à populo vinci, & illius obſeruatione comprehendi, ac ligari, & in propriis contractibus ſubiici: cum etiam ceſſante contraria lege, ſtatuta inferiorum, quantumuis rationabiliter edita, non teneant ſuperiorem, ex defectu poteſtatis.

Præter quæ omnia ambigendi, diſputandique omnem occaſionem remouet tenor ipſius locationis, formaliter, & claris verbis precium conſtituens, in 7500. ſcutis aureis ſoluendis, &c. Ita † quod ob- 37
ligatio precii, reſtricta, determinataque ſit ad certam ſpeciem, & numerum: quæ determinatio, & quali-

niſſimā ſcorticatura dicitur vulnus : vnde ſtatutum puniens infligentem vulnus, non habet locum in vulnuſculo, vt per Cæpol. *in allegato* §. *ſciendum, nu.* 36. *per textum eo in loco*, Ant. Corſet. *in prænotato tract. de iniuriis, in princ. ſub nu.* 23. & Tiraquel. *vbi ſupra, quæſt.* 32.

OPINIO DII.

SVMMARIVM.

1 *Minor non poteſt pro debito carcerari, cum eſt filiusfamilias, vel cum contraxit ſine tutoris, & curatoris authoritate.*

1 MINOR † non poteſt pro debito carcerari, ſecundum Bald. *in l.* 2. *nu.* 24. *C. qui bonis cede. poſſ.* quem ſequitur Iacob de Sancto Georg. *in l. nec impuberes, nu.* 3 *ff. de in ius voc.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. in tit. Des retentis, rub.* 5 §. 2. *num.* 14. pro qua eſt Glo. *in l.* 3. §. *ſed vtrum. ff. de minor.* & ita tenet Ang. *in repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib.* 10. & Rom. *conſ.* 120. *nu.* 4.

¶ Contra vero Glo. prædictam expreſſe tenet Bar. *in tract. de carcerib. nu.* 6. vbi dicit, quod iſta Glo. communiter reprobetur, idem Bar. *in l. ſi filio, la* 2 *ff. ſol. matrim.* Com. opi. Doct. *in l. filium. ff. de procurato.* Bald. poſt Cyn. *in l. alio. C. quod cum eo*, Marſil. *in ſua pract. crim. in* §. *attingā, num.* 69. & ita communiter teneri firmat Caccialupus, *in tract. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo. qu.* 5. *nu.* 8. vbi dicit memoratam Glo. habere locum, & poſſe ſaluari, quando minor eſſet filiusfamilias: nam tunc non poteſt pro debito carcerari, quem ſequitur Pariſius ſuper hac diſtinctione, *conſ.* 94. *nu.* 41. *vol.* 1. Item poſſet ſaluari d. Glo. ſi minor ipſe contraxiſſet abſq; tutoris, vel curatoris authoritate: tunc enim etiam repræſentato inſtrumento contra eum, ſecundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ, minime carcerari poſſet: Si vero debitum contractum foret, & inſtrumentum celebratum cum ipſo minore, cum authoritate tutoris, vel curatoris, hoc caſu, etiam oppoſita & allegata minorēnitate, nihil ei prodeſſet, & veniret de perſona arreſtandus, & carcerandus, ſecundū D. Caraui tam cum aliis coaceruatis per eum, *in ritu* 166. *nu.* 12. *cum aliis ſeq.*

OPINIO DIII.

SVMMARIA.

1 *Minor petens ſe reſtitui aduerſus aliquem actum iudicialē, vel extraiudicialem, quid probare debeat.*

2 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur, ſiue illud ſit factū affirmatiuum, ſiue factum negatiuū.*

1 MINOR † petens ſe reſtitui contra, & aduerſus aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialē, tenetur neceſſario probare ſe minorem, læſumq; ad cauſam, quam quippe ſi defendiſſet, foueret bonam cauſam; ſecundum Bart. *in l. nā & poſtea.* § *ſi minor. ff. de minor.* quem ſequitur Paul. Caſtren. *conſ.* 181. *volum.* 1. Alex. *conſ.* 149. *viſo proceſſu inter Michaelem Dominici, nu.* 16. *vol.* 5. Barba. *in c. in præſentia num.* 104. *de probat.* Capel. Tholoſ. *in q.* 54. *&* 99. Cor. *conſ.* 181. *vol.* 1. & omnes Scribentes communiter *in d.* §. *ſi minor*: de qua communi faciunt mentionē omnes fere Doct. ibi, & Boer.
Com. opi. *decis.* 79. *num.* 6 & eſt text. *in conſtitutio. minorum iura.* & ibi Afflict. *nu.* 3. *& ſeq. lib.* 2. *rub.* 38. Et ratio huius communis opinionis videtur iſta: † quia quilibet tenetur
2 probare quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, alias reus abſoluitur: vt per Parpal. *in l. ſi quis maior, in 1. notab. C. de tranſact.* & Corſetum *in ſingul. in ver. ſi qualitas*, & Fely. *in c. examinata de iud.* Iaſ. & Dec. *in l. qui ſi patre, col.* 1. *C. vnde liberi*, & clarius *in l. ſi emancipati. col.* 2. *C. de collat.* Gozad. *conſ.* 68. *nu.* 5. & Fely. *in c. in præſentia de probat. in Glo. in verb. Secunda.* Et hoc quod quilibet teneatur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, intelligi debet ſiue illud ſit factum affirmatiuum, ſiue negatiuum. *l. actor. C. de probat. & l. illa, & ſeq.* vbi Bar. & alii *ff. de verb. oblig.* Innō. *in 1. in hu de accuſa.* & Bertr. *conſ.* 58. *multa ſunt propter quæ vniuerſitas, n.* 3. *vol.* 6.

OPINIO DIIII.

SVMMARIA.

1 *Minor confitens aliquod delictum ſponte, vel in tortura coram iudice, ſine curatore ad litem, an ſibi præiudicet. & nu.* 3.

2 *Minori, curatore etiam carenti, nocet confeſſio facta ſponte, vel in tortura, in atrocioribus delictis, nec ei ſubuenitur per reſtitutionem in integrum aduerſus confeſſionem factam.*

MINORI † cōfitenti ſponte, ſeu in tortura, coram iudice, ſe aliquod delictum cōmiſiſſe, ſine curatore ad litem, non obeſt, nec obſtat aliquo modo: & confeſſio in delictis, minori curatore carenti, non noceret: cum iudicium nullum appareat, ideo ſtante quod iudicium legitime fundatum non ſit: ſequitur confeſſionem ipſam non nocere, ac nullam, irritāq; eſſe, ſecundum Cyn. & Alber. *in d. l. Clarum*, Bald. *conſ.* 310. *vol.* 1. Afflict. *in conſt. Obſcuritatem, nu.* 6. *& ſeq. lib.* 1. *rubr.* 40. *& in decis.* 208. *nu.* 2. & ibi Cæſar Vrſillus *in additionib. num.* 1. *& ſeq.* Angel. *in tract. maleſic. in verb. Comparuerunt inquiſitio. verſic. nec non ſi ta cum.* Marſil. *conſ.* 26. *num.* 9. Rolanā Valle *conſil.* 31. *n.* 8. *vol.* 1. & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex relatis: & eſt textus *in conſtit. Minorum*, vbi optime Afflict. *nu.* 12. *lib.* 2. *rub.* 38. Com. opi.

Sed † hoc non procedit in criminalibus atrocioribus, commiſſis per minorem doloſe: quia tūc ei nō ſubueniretur per reſtitutionem in integrum, aduerſus confeſſionem factam, abſq; datione, ſeu conceſſione curatoris. *l. auxilium.* §. *in delictis*, & ibi Bart. *ff. de min. & dicta conſtitutio minorum iura*, & ibi Afflict. *nu.* 7.
3 Vbi † *nu.* 9. hoc interpretatur vtiliter procedere in facto principali, non autem in emergenti ab ipſa cauſa principali. Et quod minor in huiuſmodi caſu, & aduerſus ſuam cōfeſſionem, ſine aliquo curatore emanatam, non reſtituatur, voluit Vrſillus *in add. Aff. in decis.* 108. *nu.* 3. *& in decis.* 287. *ſub nu.* 7. *& ſeq.* in quibus locis meminit ita fuiſſe iudicatum in magna Curia Vicariæ, in Regia Camera Sommariæ, & in Sacro Regio Concilio, licet poſtmodū in iſtis ſupremis tribunalib. ſententia magnæ Curiæ prolata contra ipſum minorem fuerit moderata & reformata.

OPINIO DV.

SVMMARIVM.

1 *Minor litigans cum conſanguineo an compromittere teneatur abſq; ſolennitatibus, & ad id compelli poſſit ſtante ſtatuto, quod cauſa inter conſanguineos debeant compromitti.*

1 MINOR † litigans cum conſanguineo, compromittere tenetur abſque ſolennitatibus: & ſic ad compromittendum compelli poteſt, ſtante ſtatuto, quod cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti: vt voluerunt expreſſe, & eleganter Ang. Paul. Caſtren. Alex. & Iaſ. *in l. ſi plures ff. de pactis*; quam legit ipſe Iaſ. *in l. & ſi iam.* §. *hodie, eod. tit.* & hoc idem firmarunt optimis rationibus Bal. Saly Arēt. Paul. Caſtren. Alex. & Iaſ. *in l. fin. C. de in integ. reſtit.* vbi iſtam opinionem veram eſſe aſſeruerunt, & Hannibal. Cauēl. *in pragma Odia quæ inter coniunctos, nu.* 31. *&* 86.

¶ Et licet Bar. *conſ.* 40. *quæritur an ſtatutum*, affirmet, teneatque contrarium, videlicet, quod ſtatutum de compromiſſis, non liget minores: tamē primam ſen-

ten-

Com. opi. tiſtam ex relatis authoritatibus communem eſſe nõ ignoramuſquam ſequitur etiam, declarat, atq; ab omnibus contrariis tuetur Marc. Ant. Blanc. *in tract. de compromiſſ. qu. 3. n. 39. cum aliis ſeq. fol. parvo 75.* & pro hac parte communi conſuluit pariter doctiſſime Alexan. *conſ. 254. vol. 6.* & determinauit Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintendis, *deciſ. 20. nu. 11. cum aliis ſeq.* & obtinuit Alex. vt ipſe recenſuit *in d. l. ſi plures.*

OPINIO DVI.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis, & maior 18. an poſſit eſſe arbiter de conſenſu partium voluntate, & an poſſit compelli.*

1 Minores † viginti quinq; annis, & maiores decem & octo arbitri eſſe poſſunt de voluntate partium ſi volunt, ſecus ſi nollent: & ſic ad aſſumendum arbitrium inuiti compelli nequirẽt aliquo modo: ſecundum Glo. & omnes Legiſtas vno ore *in l. quidam conſulebant ff. de re iud. per text. ibi*, vbi Alex. *col. 2.*
Com. opi. recitat iſtam eſſe communem opinionem Legiſtarũ, & Aret. *in § pen. num. 17. Inſt. de excuſ.*

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod minor viginti annis, arbiter eſſe non poſſit; & eius ſententia non valeat, inclinauerunt Glo. Abb. & cæteri
Com. opi. omnes Canoniſtæ communiter *in c. cum vigeſimum, de off. deleg. Spec. in tit. de arbitro. §. poteſt, verſ. item minor*, Hoſtiẽ. *in ſum. de arb. §. 2.* Alex. & Io. de Imo. *in d. l. quidã.* Lanfran. *in tract. de arbitro. §. hactenus*, & Bapt. de Sancto Blaſio, *in tract. de arbit. q. 9.* & opinionem iſtam Canoniſt. inquit veriorem eſſe Alex. *in d. l. quidã.* & Marcus Ant. Blan. *in tract. de compromiſſ. q. 2. nu. 22. fol. par. 55.* vbi eam ſequitur, declarat, & deniq; ab omnib. contrariis, veriſſimis reſponſionibus ſuis, tutam reddit, ideo eidem tanquam tutiori, ac veriori, libenter inhæremus.

OPINIO DVII.

SVMMARIVM.

1 *Minor an locationi per tutorem ſuã decreto factæ ſtare debeat finita tutela.*

1 Minor † rerum ſuarum locationi ſtare tenetur, finita tutela, & ſic locatio rei minoris, ſine iudicis decreto, per tutorem fieri poteſt, cui ſtare debet minor ipſe poſt curam & tutelam finitam: ſecundum
Com. opi. Bar. Paul. Caſtren. Alex. & reliquos omnes communiter *in l. ſi ſtio § ſi vir. ff. ſolu. matrim.* Cyn. *in l. emptorem. col. 2. C. loca.* Soc. *conſ. 125. nu. 6. vol. 1.* Gomeſ. *de contract. C. locat. nu. 8. fol. 17.* & Couarru. *in tract. variar. reſolut. li. 2. cap. 15. nu. 5. & ſeq.*

OPINIO DVIII.

SVMMARIVM.

1 *Minor quatuordecim annis, an obligetur per iuramentum.*

1 Minoris † quatuordecim annis non firmatur contractus iuramento, & ſic pupillus doli capax, nulliter contrahens, etiamſi iurauerit, huiuſmodi iuramentum contractum non cõfirmat. Quia *authen. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vend.* non procedit in pupillo doli capace, ſed in pubere, & non in impubere: ut voluerunt Glo. Pet. de Bellapert. Cyn. Butr. Bal. Ang. Odof. & Saly. Fulgo. & Iaſ. *num. 10. ibi*, vbi ſimul cum aliis Scriben. recitant iſtam eſſe communẽ
Com. opi. opin. Legiſtarum: quam ſequitur quoq; Pedei. de Senis *conſ. 30.* Paul. Caſtren. *in l. qui iuraſſe ff. de iureiur.* & Alciat. *in c. cum contingat, num. 141. de iureiur.* vbi profert vtile, & magnum verbum, iſtorum opinionem magis eſſe communem, atq; eam limitat Afflict. cum aliis ſignatis per eum, *deciſ. 322. num. 3.*

§ Cæterum contrarium aſſeruit Bar. *in d. authen. ſacramenta puberum*, quod ea videlicet habeat locum in pupillo doli capace, vt mediante iuramento tenaciter obligetur, ac ſi pubes eſſet, & cum Barto. ſenſere Hoſtien. Ioan. And. & Io. de Imol. & cæteri omnes, *in d. c. cum contingat*, Archid. *in c. quamuis, de pactis, nu. 6.* Panor. *conſ. 108. col. 2.* Dec. *in l. pupillum. ff. de re iud.* Ioan.
Com. opi. Man. *in tract. de reſtitu. in integ. c. 112.* Salyc. & Paul. Caſtren. *in d. auth. ſacramenta puberum*, vbi aiunt, iſtorum ſententiam procedere de iure canonico: & veriorem præſuppoſuit Alex. *in d. l. qui iuraſſe.* & ita determinauit religioſe more ſuo, Sacrum Regium Concilium Neapolitanum, teſte Afflict. in *d. deciſ. 322. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. & in deciſ. 393. ſub nu. 10.* ideo ob obſeruantiam iuramenti, & fauorem animarum, & propter deciſiones Sacri Concilii Neapolitani, quæ ſub nomine Regis proferuntur, ſuccedũtq; in loco imperialis interpretationis, vt poſuimus *1. parte in Opinio. 398. Iudex in iudicando.* cum hac vltima communi, & veriſſima Canoniſtarum libenter concurrimus, prout circa veritatẽ, & præſentem ſpeculationem quamplurima tradunt, & diſcurruntur ſatis vtilia, infra in *Opinio. 869. Pupillus doli capax.*

OPINIO DIX.

SVMMARIVM.

1 *Legatum non vitiat modus caſu deficiens: & ſic legatarius non implens modum, quia per eum nõ ſtetit, illud conſequi poteſt.*

1 Modus † caſu deficiens non vitiat legatum, & conſequenter legatarius non implens modum, ex quo per eum non ſtetit, illud legatum conſequi poteſt. *l. Lucius. §. quiſquis ff. de leg. 2. & l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. Iulianus, alias l. Iulianus de lega. 1.* & tradit Bar. *in l. quib. diebus §. Termilius nu. 17. ff. de cond. & demonſt.* & ibi illuſtriſſimus D. Cardinalis Albanus *in ſuis lucubrat. ſub n. 2.* & Paul. de Caſt. & alii omnes *in l. 2. C. de his quæ ſub modo.* & bene dicit communem opinionem eſſe Corneus *conſ. 83. vol. 1.* licet, & male, contrarium teneant aliqui Doct. *in d. l. 1.*

OPINIO DX.

SVMMARIA.

1 *Molendinum in parte inferiori fluminis habens, an poſſit impedire volentem erigere molendinum in parte ſuperiori.*
2 *Flumina continuo defluentia publica dicuntur.*
3 *Fluminibus publicorum proprietas, & vſuſfructus ad Cæſarem pertinet.*
4 *Regalia nonnullæ ciuitates Italiæ hodie vſurpant: vt & flumina in ſuo territorio. nu. 5.*
5 *Flumina ſunt illarum ciuitatum, per quarum territoria fluunt: & à ciuitatib. illis per ædificantes in illis eſt obtinenda licentia.*
7 *Flumina publica ex conceſſione Cæſaris, concedi permittuntur.*
8 *Flumina intra fines feudi exiſtentia, veniunt, ſiue comprehenduntur in conceſſione feudi, facta ab Imperatore.*
9 *Molendina ædificare volentes, ſi domino loci aliquid ex volente ſoluant, arguunt ius ſuperioritatis ei competere.*
10 *Barones vigore priuilegiorum ſuorum flumina in prouincia Aprutina, in ſuis baroniis exiſtentia retinere conſueuerunt.*
11 *Dominus conſtruere poteſt balCinderias, molendina, & alia ſimilia ædificia in ſuo fundo, & flumine proprio. Etiamſi per id aſſiccetur molendinis aliorum, quorum ius à domino ipſo antea obtentum fuit, nu. 12.*
13 *Dominus donans molendinũ ſitũ in ſuperiori parte feudi, poteſt conſtruere aliud molendinum in parte inferiori, etiam inuito primo donatario.*
14 *Puteo exiſtente intra domum feudatariam, & domum domini, ſi aqua eius non ſufficiat vtrique, aqua illa concedenda eſt habenti plenius ius.*

15 *Vſufructuario, & domino ſimul concurrentib. ſemper præfertur dominus, tanquam plenum ius habens, eiuſque ratio. nu. 16.*

17 *Exceptio notoria proprietatis domini obſtat agentibus poſſeſſorio recuperandæ, & repellit eos à reſtitutione poſſeſſionis.*

18 *Exceptio oppoſita contra ſpoliatum, non requirens probationem quia de ea conſtat per inſpectionem priuilegij, admittitur ad excludendum petentem reſtitutionem poſſeſſionis.*

19 *Spoliatus non reſtituitur, cum notorium eſt eum non habere ius in re.*

20 *Spoliatus apparens incapax poſſeſſionis, non eſt reſtituendus, ſiue reintegrandus.*

21 *Dominus priuans aliquem poſſeſſione, dicitur potius ſuam poſſeſſionem defendere, quam alium priuare.*

22 *Vaſallo alienante rem feudalem illicite, dominus poteſt eā propria authoritate reuocare, & poſſeſſorem eius poſſeſſione priuare.*

23 *Feudi reuocatio domino permittitur, cum ipſi feudo ſeruitus eſt impoſita, vel pars illius à vaſallo alienata.*

24 *Feudum ſi vaſallus neget eſſe domini, vel à domino ſe id tenere, poteſt dominus feudi, & proprietarius, poſſeſſorem feudi iure aliàs ſibi competente priuare.*

25 *Feudo deueniente ad Regem directum dominum, omnes alienationes, & conceſſiones eius factæ per vtiles dominos, ipſo iure extinguuntur.*

26 *Reſoluto iure concedentis, reſoluitur etiam accipientis.*

27 *Feudo reuerſo ad directum dominum, licet perueniat poſtea ex noua conceſſione ad deſcendentes eorum, quibus primo fuerat cōceſſum: cum ſapiat naturam noui feudi, non eſt obligatus dominus ad conceſſiones antea factas per prædeceſſores, & extinctas.*

28 *Atque ius eſt de demanio, & alienari non poteſt, nec præſcribi, tanquam res particularis feudi.*

1 MOLENDINVM † habens in parte inferiori fluminis, an poſſit impedire, volentem facere molēdinum in parte ſuperiori, diſtinguendum eſt: ſecundum omnes Doct. communiter in *l. ſi quis ex argētariis §. ſi initium. ff. de eden. & l. manifeſte C. de ſer.* Aut flumen illud, ſuper quo molendinum eſt ædificatum, priuatum eſt, aut publicum; ſi priuatum eſt vtriuſque partis, & vna pars velit de nouo molendinum ædificare, vt ſibi principaliter commodum afferat, & proſit: & tunc poteſt licite id facere in ſuo, abſque impedimēto alterius partis, molendinum habentis in parte inferiori, & ſic ea inuita: Si vero velit conſtruere molēdinum, vt noceat principaliter parti prædictæ, quæ præuenit in ædificando, & hoc caſu abſque dubio id facere non poteſt, nec audiendus eſt. Quando vero flumen eſt publicum, eo caſu, vel dicta pars in parte inferiori molendinum habens, licite illud ędificauit: & tunc altera pars, volens conſtruere nouum molēdinum, audienda non eſt: imo poteſt is qui prius molendinum habuit, licite ſuum aduerſarium impedire in vſu dicti noui molendini, ne auferatur, ac diminuatur lucrum, & emolumentum ipſius aquæductus præoccupati. Aut dicta pars, habens molendinum in parte inferiori, illicite ædificauit, & tunc non poteſt impedire alteram partem, volentem nouum molendinum conſtruere in parte ſuperiori dicti fluminis: ſecundum Dyn. Old. Ray. Bal. *n. 2.* Iaſ. *n. 21.* & Ripa. *n. 25. cum aliis ſeq. in l. quominus ff. de flum.* vbi explicant iſtā

Cōis opi. eſſe veram, & communem opinionem, & eādem ſequitur, & citat Papien. in ſua pract. *in form. libell. in act. confeſſ. n. 2. & ſeq. fol. parua 209.* Ruin. *conſ. 191. nu. 3. vol. 1. & conſ. 98. nu. 12. vol. 4. cum aliis relatis per eum,* & Curt. Sen. *conſ. 55 nu. 1. & ſeq.* & declarat, & late interpretatur Ripa *in d. l. quo minus, n. 15. cum aliis ſeq.* & Afflict. in *deciſ. 388. venerabile monaſterium,* vbi refert ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolitano: Si vero flumen eſſet proprium alicuius Domini, tunc quis in damnum, vel præiudicium ipſius Domini, ſeu Baronis, habentis molendinum in ipſo flumine, aliud molendinum conſtruere, ædificareq; non poſſet, vt doctiſſime conſuluit Sigiſ. Loffredus *conſ. 13 per totum.*

Cumq; in propoſito ad fauorē Baronis videntur celebre conſilium, illuſtris Doctoris D. Ioannis Cardoyni de Neapoli, per D. Matthæum de Afflictis pariter illuſtrem, ac eminentem iureconſultum amborū ppria manu, & ſigillo ſubſignatū, in cauſa illuſtriſs. D. Pardi de Vrſinis, tunc Baronis Vallis Sicilianæ Aprutii, libuit conſilium præmemoratum hic, non abre, ad prædictorum corroborationem inſerere.

IN CHRISTI Nomine Amen.

FACTVM breuiter ſic ſe habet. Exiſtentib. iſtis magnatibus de domo Vrſina, anteceſſorib. Excellētis D. Pardi Vrſini, vtilibus dominis Vallis Sicilianæ, & vltimo loco exiſtente Excellente Domino Iacobo Antonio, patre ipſius Domini Pardi, fuit priuatus poſſeſſione dictæ vallis, & ipſa ad Regiam Curiam fuit reintegrata, per quam diuerſis annis, nomine regiæ Curiæ fuit poſſeſſa. Deinde conſideratis diuerſis rationibus, ex cauſis, præfato Excellenti D. Pardo, fuit per Regiam Maieſtatem conceſſa cum omnibus iurib. & pertinentiis ſuis, cum aquis, aquarumq; decurſib. mero mixtoq; imperio, &c. Et dicta cauſa precedēte, præfatus Dominus Pardus, adeptus fuit poſſeſſionē prædictę Baroniç vallis Sicilianæ, & in ipſius poſſeſſione, tanquam vtilis dominus fuit, & eſt. Et quia inuenit nonnullos occupantes demanium dictæ Baroniæ, & feudi, videlicet flumina perēnia, exiſtentia in prædicta Baronia, conſiderato eo, quod ꝓprietas ad ipſum D. Pardum, tanquam vtilem dominum totius Baroniæ pertineat, in eius flumine certas bactinderias conſtruxit, & ædificare fecit, prohibendo prędictos occupatores, vt curſum aquæ ipſius fluminis non impedirēt. Præfati querimoniam propoſuerunt coram ſuperiori, aſſerendo ipſos fuiſſe priuatos prædictis bactinderiis, & propriis bonis, negando flumen eſſe feudale & ſpectare, & pertinere ad ipſum D. Pardum, tanquam vtilem dominum dictæ Baroniæ: & ſuper prædictis fabricatus eſt proceſſus. Cōtingit dubitari primo, cuius ſint flumina in Baronia exiſtentia. Secundo an permiſſum ſit prędicto D. Pardo, tanquam vtili domino Baroniæ, in flumine prædicto ędificare, & ꝓhibere bactinderias retinentes, ne aquam ex flumine ſumant.

Quo ad primum, breuiter reſpōdetur. Primo pręſupponendo, quod † flumina iſta exiſtentia in prędicta Baronia, de quibus in pręſentiarum contenditur, 2
continuo defluant, & per conſequens perennia ſint. *l. nemo §. fin. ff. de rer. diuiſ. l. 1. § item fluminum ff. ne quid in loc. pub. & in l. 1. § duo ſunt genera ff. de aqua quot. & æſt.* Et conſiderata prędicta eorum conditione, & natura, publica dicuntur. *l. 1. §. fluminum ff. de flumin.* Et † ſic iſtorum fluminum publicorū proprietas, & vſusfructus ad Cęſarem pertinet, vt *in c. 1. quæ ſint reg. & in l. fluminum, in princ. ff. de damn. infect. l. quo minus,* vbi Bar. *ff. de flum.* & voluit Bal. *in d. c. 1. & in l. pen. C. de cēſ. inſert.* 3

Ideoq; hodie, † cum nonnullę ciuitates Italię ſibi vſurpauerint regalia, vt voluit Glo. *in auth. de defenſ. ciuit. §. inſinuandum,* & Bal. *in c. 1. in prin. de pace tenen.* Illę † vſurparunt etiam ſibi flumina in eorū territoriis exiſtentia: ita voluit Bart. *in l. quo minus 2. col. ff. de flumin.* & Ang. *in d. § fluminū.* Et voluit Bal. *in l. pen. C. de cēſ. inſert.* 4 5

Digitized by Google

6 *inferr.* † quod flumina ſint illarum ciuitatū, per quarum territoria currunt, & ab illarum populo per ædificantes in illis, eſt obtinenda licentia: ſecundum Iacob. de Arena *in l. littora. ff. ne quid in loco pub.* Ex † con-
7 ceſſione autem Cæſaris, cum ipſa publica concedere permittitur, flumina illa quoque alteri concedi permittitur, vt *l. ſacra. §. ſcildum. ff. de rer. diuiſ.* per quam ita voluit Bal. *in rub. eod. tit. col. 4. nu. 12. verſ. ſed hic quæritur.* Et propterea dixit Bal. *in tit. hic incipiunt conſuetudines.*
8 *§. ſi vaſallus,* † quod in conceſſione feudi facta ab Imperatore, veniunt flumina intra fines feudi exiſtētia. Idem ſenſit *in cap. 1. § ſi quis de manſo de controuerſ. inueſt.*

9 Et † quia apparet ex tenore priuilegiorum ipſius D. Pardi, Baroniam eidem cōceſſam eſſe, cum aquis, aquarumq; decurſibus, dubitandum non videtur, ipſa flumina fuiſſe eidem cōceſſa, & ad eum ſpectare, & hoc per partem ex aduerſo principalem, non inficiatur: cum appareat probatum ex depoſitione teſtium, per ipſam productorum, quod prætendentes facere b[illegible]cherias in flumine, obtinebant licentiā ab vtilibus dominis exiſtentib. & ſoluebant certum annuū redditum in recognitionem: vt deponit nonus teſtis ſuper 3. arti. vndecimus, 13. & 14. teſtis, ex qua ſolutione, ſatis arguitur ius ſuperioritatis, & dominii ipſorum vtilium dominorum per tēpora exiſtēcium: iuxta not. per Bar. & Doct. *in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris, & l. ſi certis annu. C. de pact. in l. litibus de agric. & cēſ. lib. 11.* per Canoniſt. *in cap. peruenit de cenſib. in c. audito, de præſcript.* & per Bal. *in c. 1. § ſi vero vaſallus, tit. quid ſit inueſtitura.*

10 Vnde † dubitandum non videtur prædicta flumina ad ipſum D. Pardum, tanquam vniuerſalem verē dominum dictæ Baroniæ, ſpectare & pertinere: & maxime quia apparet probatum ex diuerſis teſtib. ꝓductis pro parte ipſius D. Pardi, alios Barones in prouincia Aprutina exiſtentes, vigore priuilegiorum retinere flumina, iiſque dominari, tanquam ad eos ſpectātib. in ipſorum Baroniis exiſtentib. ex quo ſatis arguitur, idem ſtatuēdum eſſe in ipſo D. Pardo, & eius Baronia: *arg. l. 4. C. de teſt. l. ſi in totum. eod. tit. in l. omnes. C. de teſt. & iur. l. ſi quis filio exhæredato. §. ergo. & l. ſi quis. ff. de iniuſt. rup. teſt.* Quoniam facti eſt ita communiter cōtingere, vt not. *in l. 1. C. de arbor. l. certi cōdictio § ſi nummos. ff. ſi cer. pet. in l. certe. §. quæſitum ff. de precar.* Gloſſ. *in l. libertatis §. quod tamen Caſſius ff. de leg. 3.* Et pro hoc ſatis ad propoſitum facit textus *in c. ſuper eo, & in c. ex parte, de cenſib.* quē ad hoc propoſitum allegat And. de Iſer. *in l. imperialem. §. præterea ducatus de prohib. feud. alien. per Federic.* & hoc quo ad primum dubium.

11 Quo ad ſecundum, etiam breuiter reſpondetur, † prædicto D. Pardo permiſſum eſſe bactinderias conſtruere: quoniam cum ipſe ſit dominus, vt ſupra dictum eſt, rei ſuæ diſpoſitio ad eum pertinet. *l. in re mādata, cum vulga. C. mandati.*

12 Verum † quia in hoc poſſet dubitari propter ius quæſitum aliis bactinderiis aliorum: breuiter dico q aut præſupponimus illos detinuiſſe illas ex conceſſione eis ſemel facta ab ipſo D. Pardo, ſeu eius anteceſſorib. quos ipſe repræſentat: Et tunc, ſi ipſe in prædicto flumine proprio, in quo conſtituit prædictam ſeruitutem alteri, vult bactinderias facere, licet impedientes bactinderias aliorum, pro quibus ſeruitutem cōſtituit, negari nō poteſt, cum faciat iure dominii, cum per ſeruitutem alteri per ipſum conſtitutam, impediri non poſſe: ita probat verborum contextus in ſimili *in l. 1. §. fin. & in l. qui viam. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi eſt bonus tex. ſatis ad propoſitum. Idem ſentit Bald. *in d.*
13 *§. ſi quis de manſo.* dicens, † quod ſi dominus in ſuperiori parte ſui territorii habeat molendinum, q alicui donat, deinde ipſe in inferiori parte vult aliud conſtruere, quod permittatur, etiam inuito eo, cui primo donaueras, & ſic præſupponit, ꝓpter authoritate ipſi domino licere nouum conſtruere, & intellige, quod domino permittatur totam aquam ex flumine capere, quando aliter eius bactinderiæ bactindiare non poſſent, licet vaſallum, cui primō conceſſerat iiſdem priuet. Idem quoq; ſenſit in ſimili Bal. *in d. § ſi quis de manſo.* † loquens de puteo, exiſtēte intra domum feu- 14
datarium, & domum domini, ſi aqua non ſufficiat vtrique, quod illa concedenda ſit habenti plenius ius: *arg. l. ſancimus, in princ. C. de donat.* Pro hoc facit, † quod 15
in ſimili dicitur, quando concurrunt vſufructuarius, & dominus, quod ſemper præferatur dominus, tanq̄ plenius ius habens *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet.* & not. *in d. l. 1. § fin. ff. de oper. noui nunc.* Vnde cum ipſe D. Pardus ſit dominus totius, & dicatur in aqua ipſa plenum ius habere, videtur ipſi permiſſum, tanquam plenius ius habēti, ad ſe illam trahere, & alterum, nō habentem ita plenum ius priuare. Et pro hoc facit, vt ibidem voluit idem Bal. † q 16
non ſit veriſimile, dominum conceſſiſſe eo modo, vt commoditas, & vſus ipſius domini impediatur, vt in ſimili probatur, *in l. qui binas ædi. ff. de ſeru. vrb. præd.*

Aut præſupponimus illas bactinderias cōſtructas fuiſſe, conceſſione aliqua non præcedente: & tunc, cum notorie conſtet ex inſpectione ipſorum priuilegiorum ipſius D. Pardi, prædicta flumina eſſe ipſius, & per conſequens, aliquo iure ea non cōpetere prædictis poſſeſſorib. dictarum bactinderiarum, remedium poſſeſſorium, ſi per ipſum D. Pardum fuerunt priuati poſſeſſione dicti vſus aquæ: † cum contra eos a- 17
gentes poſſeſſorio, etiam recuperandæ, obſtet exceptio notoriæ ꝓprietatis ipſius D. Pardi, & iniuſtæ occupationis dicti vſus aquæ, ideo debēt repelli ab huiuſmodi petitione reſtitutionis poſſeſſionis dicti vſus aquæ. *c. dectimæ, de reſtit. ſpol. in 6.* voluit Gloſſ. *in c. ſignificaſti. de diuort.* Hoſt. & Ant. *in c. 2. de cauſ. poſſ. & propriet.* & Ant. de Butr. *in c. ex conqueſt. de reſtit. ſpol.* Bald. & Ang. *in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq. poſſ.*

Et pro hoc facit, quod in ſimili voluit Oldr. *in conſ. ſuo 30 incipiente, iſta ſunt allegationes* vbi allegat Inno. *in c. veniens, de filiis presbyt.* † quod ſi exceptio, quæ oppo- 18
nitur contra ſpoliantem nō requirat probationem, vt eſt in caſu noſtro, cum conſtet per inſpectionē ipſius priuilegii. admittatur ad excludendum petentem reſtitutionem poſſeſſionis: quod dictum magni facit Bal. *in l. pen. in fine C. ſi à non compet. iud.* & maxime cum appareat, poſſeſſionem, quam prætendere poteſt pars aduerſa, habere præſumptionem: de iure tamen huius Regni fuiſſe iniuſtam: vt eſt tex. not. *in c. litteras, de reſt. ſpol.* & ita in propriis terminis voluit Andr. de Iſer. *in conſ. Regni, violentias, in princ. 3. col. verſ.*

Item † quando eſſet notorium facti, ſpoliatum nō 19
habere ius. Particularia autem feudi, non præcedente priuilegio ſuperioris, alteri acquiri non poſſunt, vt probat tex. *in conſt. Regni, incip. Conſtitutione diuæ memoriæ:* ergo cum nō appareat ipſos poſſeſſores oſtendiſſe priuilegium, al[illegible] quod ſuperioris, iure cōmuni prædicta apparet eos iniuſte poſſediſſe dictū vſum fluminis, exiſtentis membrum particulare demanii ipſius Baroniæ prædicti D. Pardi, & per conſequens D. Pardum tuēdū eſſe in ſua poſſeſſione: prout voluit And. *in d. conſt. violentias,* de priuante occupantem flumina, quæ ſunt publica, quod cōtra ipſum non cōpetat interdictum. Idq; ex eo, † quia occupans nō erat capax 20
poſſeſſionis, & pro hoc facit q not. *in c. cauſ. de præſcript.* & *in c. ex parte de reſt. ſpol.* quod voluit Inno. *in c. conſt. de fil. presb.* Bal. *in l. pen. C. ſi à nō cōpet. iud. & in l. 1. C. ſi de mo. poſſ.*

poſſ. & in tit. de pace conſtantiæ, in verbo reſtituatur, quod ſi appareat aſſerentem ſe ſpoliatum, eſſe incapacem, quod eo caſu non ſit reſtituendus. In caſu autem noſtro apparet, quod pars aduerſa ſit incapax poſſeſſionis dictæ rei feudalis; cum ea ſine titulo retineri non poſſit; ergo ſequitur, prædictum Dominum Pardum, omni iure tuendum eſſe in poſſeſſione apprehenſionis, & vſus dictæ aquæ & fluuii, tanquam proprii, & ad eum ſpectantis, & pertinentis potiſſimum, cum nulla longa poſſeſſione poſſit pars aduerſa ſe tueri; vt *l. ſi quis l. vſum, & l. diligenter C. de aquaducto lib. 11.*

Et ad prædicta facit text. not. *in l. ſi ſeruum. C. quod cum eo*, † quod videlicet cum dominus priuat aliquem poſſeſſione per eum occupata, cuius ciuilis erat apud dominum, dicitur potius ſuam poſſeſſionem defendere, quam alium priuare, iuxta not. per Bald. *in l. imperialem. § callidis de prohib. feud. alien. per Feder.* Facit etiam ad propoſitum Glo. ſing. *in auth. vt de cætera non fiant commutationes poſt princip.* quam pro ſingulari allegat

22 Bald. *in cap. cæterum de iud.* † quod ſi vaſallus alienet rem aliquam feudi illicite, dominus poſſit eam propria authoritate ad ſe reuocare, & poſſeſſorem priuare: Quod autem prædicti retinentes dictas bactinderias ſint incapaces retentionis ipſarum, apparet, quoniam negari non poteſt, ipſum flumen eſſe membrum demaniale dictæ baroniæ, comprehenſum ſub tenore priuilegii

23 conceſſionis factæ Pardo. Ex quo ſequitur, † ſi reperiatur illi ſeruitus impoſita, ſeu pars eius alienata ſine priuilegio ſuperioris, quod illa non teneat: & domino feudi reuocatio permittatur: vt in dicta conſtitutione Regni, *Conſtit. diuæ memoriæ*, & à poſſidente, tanquam incapace, auocatur: vt *in cap. 1. in fine, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.*

24 Item apparet, † prædictam partem aduerſam aſſeruiſſe, aquam fluminis eſſe propriam; & ea propter innuit ſe Dominum Pardum propter bonis priuaſſe, & ſic videtur negare eſſe feudum, & ſe à domino feudi tenere: ob quam negationem, domino feudi & proprietario permittitur ipſum poſſeſſorem iure, aliàs ſibi competente, priuare, *cap. 1. § ſi vaſall. ſi de feudo fuerit controuerſ. & in cap. 1. in princ. de contro. inter dom. & empt.* Et ſic conſideratis prædictis eſt concludendum, quod cum appareat partem aduerſam, diuerſis rationibus conſideratis, priuatam eſſe omni iure ei competente, ſuper prædictis fluminibus, eaque ad ipſum Dominum Pardum pertinere, quod licuerit Domino Pardo prædictas bactinderias conſtruere. Et cum appareat de ſuo iure notorie, & etiam de iniuſta poſſeſſione partis aduerſæ, quod ea ſit repellenda, & ſententiandum, quod prædicta licuerint D. Pardo, & partem aduerſam tanquam temere litigantem condemnandam eſſe.

Ita, prout ſupra conclusum eſt, videtur mihi Ioanni Carduyoo de Neapoli V. I. Doctori breuiter de iure concludendum, ſalua deliberatione recte iudicantis: & ideo in propriam fidem, propria manu ſubſcripſi, & proprio ſigillo ſigillaui.

Ad prædicta accedat inconuincibile motiuum: quia iſta Baronia fuit anteceſſorum ipſius D. Pardi, vt clare eſt probatum, & etiam probatum eſt, quod dicta Baronia poſtmodum deuenit ad Regem, ex certis cauſis, & poſtea Regia Maieſtas eam de nouo conceſſit eidem D. Pardo, vt conſtat per inueſtituram productam, & clare conſtat ex proceſſu, quod prædeceſſores D. Pardi alienauerint de facto aquam prædictam diuerſis hominib. & perſonis, maxime, prout ex aduerſo prætenditur, ſine aliquo Regio aſſenſu: eſto quod longiſſimo tempore tenuiſſent curſum aquarum. Si

25 † poſtmodum Baronia ipſa deuenit ad Regem, directum dominum, prout fuit in caſu noſtro, omnes illæ alienationes, & conceſſiones inde factæ, per ipſos veteres dominos antea exiſtentes, ipſo iure extinguuntur: vt eſt textus ſingularis proprie in materia feudali, & ibi Andr. de Iſernia *in cap. 1. § quid ergo, de inueſtitura de re aliena facta.* Hoc etiam voluit expreſſe Bald. *in l. & in pro- cem. al. C. de ſeruit. & aqua*, vbi idem voluit Paul. de Caſt. Et pro hoc facit textus, quem ad hoc ponderat Bald. *vbi ſupra in l. peto. § prædium. ff. de leg. 2. & l. Statius Florus. § Cornelio Felici ff. de iure fiſci.*

Facit regula, † quod reſoluto iure concedentis reſoluitur ius accipientis: *vt in l. lex vectigalis ff. de pignorib. & c. 1. § præterea. § rurſus, quib. mod. feud. amit. & in c. 1. qui ſucceſſ. teneant.* In tantum, † quod poſtquam peruenit feudum ad directum dominum, & iura ſunt eidem reintegrata, vt ſupra, licet feudum ex noua conceſſione reuertatur ad deſcendentes illorum, quib. primo fuerat conceſſum; cum ſapiat naturam noui feudi, non erit obligatus ad conceſſiones antea factas per prædeceſſores, & extinctas, conſiderato prædicto iure reintegrationis in directum dominum. vt eſt tex. *in c. 1. de vaſallo decrepitæ ætat.* 26 27

Vnde concludendum eſt de neceſſitate, † tum quia ius aquæ eſt de demanio, quæ non poteſt alienari, nec præſcribi, tanquam res particularis feudi, per conſtitutionem, *Conſuetudinem*, tum quia poſtquam feudum de nouo obtenuit D. Pardo ex conceſſione Regiæ Maieſtatis, & facta eſt reſolutio iurium ipſorum particularium hominum. Et quia eis non poteſt competere aliquod interdictum, vt ſupra oſtenſum eſt, clare ſequitur, quod dictus D. Pardus debeat abſolui ab impetitis, prout ſupra concluſum eſt. 28

Et ſic ego Mathæus de Afflicto V. I. Doct. de Neapoli, prout ſupra allegatum extitit, dico iuris eſſe, & eiuſdem ſententiæ, & opinionis ſum, & ita iudicari debere, ſi iuſtitia fieri debet, & in fidem me manu propria ſubſcripſi, & ſigillaui meo ſolito ſigillo, quo vtor in ſimilibus allegationibus.

OPINIO DXI.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum, ſeu aquæductum incipiens ædificare, ac præoccupare, licet opus non perfecerit, cenſetur ius acquiſiuiſſe, ut poſſit prohibere alium conſtruere volentem aliud molendinum, ſeu opus.*

Molendinvm, † ſeu aquæductum incipiens ædificare, ac præoccupare, licet opus non perfecerit, ac compleuerit, cenſetur ius ſibi acquiſiuiſſe, vt poſſit prohibere alium conſtruere volentem aliud molendinum, ſeu opus: & ſic iſto caſu potior videtur cauſa, & conditio præoccupantis, & ſola operis inchoatione acquiritur ei ius, ob quod aliis præferatur, ſecundum Bart. *in l. quo minus nu. 10. cum duob. ſeq. ff. de flu.* Bal. *in l. ſi lapillis, in 4. q. ff. de rer. diuiſ.* Cæpol. *in tract. ſeruit. ruſt. præd. in tit. de ſeruit. aquæductu. c. 4. n. 44. & ſeq. ſol. per 298.* Iaſ. *n. 54.* & Rip. *à n. 47. cum aliis ſeq.* vbi aiunt iſtam opinionem eſſe communem, & eam late declarant, & in aliquib. caſib. limitant. 1

OPINIO DXII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta promiſſa ſi in totum ac in perpetuum reprobetur, an, & qualis eius æſtimatio in noua moneta ſoluenda ſit.*

Moneta † ſeu pecunia promiſſa, ſi in totum ac in perpetuum reprobetur, vtique æſtimatio eius ſoluenda erit in noua pecunia; Et ſic mutata pecunia eius conſideraretur bonitas, quæ erat tempore contractus, atque ſolueretur æſtimatio monetæ antiquæ: ſecundum Bart. *in l. Paulus 1. ſub nu. 6. ff. de ſolut.* Petr. & Cyn. *in l. in minor. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ.* Io. An. Abb. Ant. Imo. *in c. quanto. de iureiur.* Curt. *in l. quod te ff. ſi cert. pet.* Ro. & Soci. *in l. cum quid, eo tit.* vbi recentiores præſertim Bolognettus, *n. 69. & ſeq.* exiſtimant iſtam eſſe

com-

Cōis opi. communem opinionem Boeri. *deciſ.327.n.12.* & Natta *conſ.454 ſuper contingenti controuerſia. num.4.vol.2.*

OPINIO DXIII.

SVMMARIVM.

1 *Moneta non diminuta, aut mutata in totum ſed diminuta ob diminutionem ligæ, vel ponderis, debitor valorem prioris monetæ ſoluere tenetur.*

1 MONETA † non diminuta, aut mutata in totum, ſed diminuta ob diminutionem ligæ, vel ponderis, periculum ſpectat, ad debitorem, qui valorem prioris monetæ ſoluere tenetur: ſecundum Bart. *in l. Paulus, nu.6 ff de ſolut.* Oldra. *conſ.250.* Abb. Sicul. alioſque Canoniſtæ communiter *in cap. quanto de iureiurã.* Cōis opi. Soci. Purpura. & cæteros *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* & Boer. *deciſ.327.num.13.* vbi oſtendit iſtam opinionem communem eſſe vtriuſq; aulæ, & ſequitur Oldra *cōſ.31.* & *230.* Specu. *in tit. de oblig. & ſolut. §. nunc aliqua in fi.* & ibi Ioan. And. & Bald. *in addi.* Aret. *conſ.11.* Afflict. *deciſ.90. ſub num.1 & ſeqq. & deciſ.194. num.1. & ſeq.* Abb. *conſ.56. colum.2. vol.2.* Imol. *in Clemen fi. de decim.* Corn. *conſ.287 num.4 vol 1. conſ.181 num.71. vol. 2. & conſ.321. nu.12. vol.3.* Soci. *conſ.298. vol.2.* And. de Iſer. *col.3* & Afflict. *num.15. & 20. in titu. quæ ſint reg. verſ. Moneta. in vſib. feud.* Guid. Papæ *deciſ 193. num.1* Bal. *in l.3. nu.4. C. com. de leg. & in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ. qu. fin.* Bertran. *conſ.168. 261. & 312. vol.1.* Natta. *conſ.454 ſuper contingenti controuerſia, n.3. vol.2* & Craue. *conſ.47. num.6. cum aliis ſeq ſignatis per eum,* vbi atteſtatur de communi, & Bertran. etiam conſulendo *conſ.177. viſo inſtrumento vol.6.* & Prudentiſſimus D. Horat. Mandoſi *in addi. ad Rom. in conſ.123. in litera A.* & ita debet intelligi deciſio Neapolitana prædicta 194. teſte Petro de Benintendis *deciſ.49. ſub nu.2.* & Vrſillo *in addi. Afflicti in d. deciſio.90. nu.1. & in d. deciſio.194 num.1. & ſeq.* vbi hoc late diſcurrit. Quoniam ex tali ſolutione non eſt facienda deterior conditio creditoris, ſecundum Ferratien. *in pract. in for. libelli. in actione hypothecaria. §. relaxandum, ſub nu.2.* Nec diſtinguitur in hoc caſu per mentionatos Docto. an talis mutatio monetæ facta ſit poſt, vel ante moram debitoris, vt expreſſe not Bar. *in d. l. Paulus ver. Quæro quid ſi moneta,* & Abb. *in d. c. quanto.*

OPINIO DXIV.

SVMMARIVM.

1 *Moneta non diminuta vel mutata in pondere, aut liga, ſed in valore, ex conſtitutione principis, an ſolutio fieri poſſit, in priore valore, qui fuit tempore contractus. Et an idem in ſolutione dotis obtineat. nu.2.*

1 MONETA pecuniaue non diminuta, vel mutata, ſiue aucta in pondere, aut liga, ſed in valore æſtimatione que ex conſtitutione Principis: tunc illius pecuniæ periculum, ac incommodum commodumue pertinet ad creditorem; & ſic volens ſoluere ſcuta in auro, ſecundum formam obligationis: nulla habetur conſideratio valoris augmẽti, aut detrimenti, ſed numeri tantum: ſecundum Zaba. Anchara. & Imol. *in Clemen. 2. de decim,* Soci. Alciat. *circa fin.* alioſque *in l. cum quid ff ſi cert. pet.* & Boer. *deciſ.327. ſub nu.13.* vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, & ſequitur Cōis opi. Rota Bononienſis, teſte Petro de Benintendis *deciſ.39. ſub numero 1.* & Bolognettus, *in d. l. cum quid ſub num.74.* faciendo etiam mentionem de communi præmiſſa.

2 Et † hoc idem concludendum eſt in dote. Nam deterioratione dotis contingente ob variationem in bonitate extrinſeca, vt quia valor duntaxat ſit alteratus, remanente eadem argenti bonitate: tempus ſolutionis, non autem contractus attendi debet: ſecundum Bart. *in l. Paulus, in fin. ff. de ſolut.* Bald. *conſ.137. & 424. vol.2. & in l. cum quid. ff. ſi cert pet.* & Aret. *conſ.11.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & Boeri. *deciſ.327. ſub num.4.* Cōis opi.

OPINIO DXV.

SVMMARIA.

1 *Moneta mutata variataque poſt moram debitoris, debitor quantitatis moroſus, tenetur ſoluere æſtimationem quanti plurimi à tempore moræ.*

2 *Monetæ mutationem impendentem ſciens debitor, & volẽs ſoluere in fraudem mutationis creditori, an creditor eam recipere teneatur ante tempus ſolutionis faciendæ.*

MONETA † mutata variataque poſt moram debitoris, debitor quantitatis moroſus ſoluere tenetur æſtimationem quanti plurimi à tẽpore moræ, ſecundum Gloſ. Barto. *ſub nu. 6. & ſeq.* alioſque omnes *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & in l. quod te. eod. tit.* præſertim ibi Cagnolus, cum cæteris ſignatis per eum, *ſub n.63.* Curti. *in tract. monetæ col.3.* Laud. *in tract. de moneta. col.6.* & Boeri. *deciſ.327. ſub num. 4. & 13.* vbi iſtam opinionem limitat, & communem eſſe clamat, & ita determinauit Rota Bononienſis, in facti contingentia, teſte Petro de Benintendis, *deciſ.39.* 1 Cōis opi.

Sed † econuerſo ſi debitor ſciens monetæ mutationem, impendere vellet in fraudem mutationis ſoluere creditori ſuo debitũ, ante ſolutionis faciendæ tempus: tunc vtique non teneretur creditor ad recipiendum pecuniam, ſeu monetam ei oblatam: ſecundum determinationem, & deciſionem Rotæ Neapolitanæ, recitatam per Vrſillum *in addit. Afflict. in deciſ.90. nu.3.* 2

OPINIO DXVI.

SVMMARIA.

1 *Moneta variata, ſeu mutata, tempus ſolutionis attendi debet, non contractus, vt nec tempus conditi teſtamenti, ſi ex vltima voluntate debeatur, nu.2.6.*

3 *Idem dicendum in ſolutione decimæ, & ſolutione quæ fieri debet ex ſtatuto præcepto, vel reſcripto ſuperioris, quod videlicet debeat fieri ex moneta & valore qui eſt tempore ſolutionis.*

4 *Monetæ valor qui eſt tempore ſolutionis inſpicitur, ſi non conſtet de valore antiquo qui fuit tempore contractus.*

5 *Moneta cur ſecundum æſtimationem, quæ erat tempore cõtractus, ſolui debeat. & nu.6.*

7 *In diſpoſitione facta ad verbum auri, attenditur valor monetæ qui fuit tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmenti. vel diminutionis inſecutæ.*

8 *Solutio fieri debet habito reſpectu ad conſuetudinem; quæ fuit tempore lati arbitrii.*

9 *Moneta ſiue in quãtitate ſiue in certa ſpecie promiſſa nõ reſpectu ſui ipſius, ſed ratione valoris, in contractum deducitur. Vnde promiſſis ſcutis valor conſideratur, qui fuit tempore promiſſionis, non ſolutionis, eiuſq; ratio. nu.10. & 13.*

11 *Monetæ curſus mutatio non imputatur, niſi poſt moram, ſiue agatur de obligatione ſimplici, & pecunia ſemel ſoluenda, ſiue de obligatione ſucceſſiua, ex qua annua pecunia præſtatur, eiuſq; ratio. nu.12. & 13.*

14 *Conſuetudo, & communis obſeruantia in ſolutionibus attenditur, & vim ſuam exercet in cõſtituendo valore & appellatione monetæ etiam contra principum edicta. nu.16. vide tamen nu.33.*

15 *Conſuetudini loci, eiuſque obſeruantiæ ſtatur, quoties lex qualitatem cautionis, aut feriarum tempus non declarat.*

17 Com-

17 *Conſuetudo poteſt inducere, vt quamuis contractus ſonet de auro, intelligatur tamen de moneta argentea, quæ aſcendat ad valorem auri, inſpecto valore, qui erat tẽpore contractus.*

18 *Voluntas & intentio facto declaratur.*

19 *Iterata receptio pecuniæ, oſtendit enixam intentionis voluntatem, debitiq; quantitatis determinationem, & certitudinem.*

20 *Dubitatio de qualitate, ſeu quantitate ſoluendæ pecuniæ declaratur per ſubſequentes ſolutiones.*

21 *Obligatio talis præſumitur, qualis fuit ſubſecuta ſolutio.*

22 *Quietatio ſeu liberatio generalis, omnem præcedentem obligationem tollit. & nu. 13. 74.*

25 *In ambiguis, minima intelliguntur.*

26 *Lex cum publicata eſt, præſumitur in vtilitatem Reipublicæ ceſſiſſe, & moribus vtentium recepta & approbata eſſe.*

27 *Lex ligat vniuerſam ditionem, ita vt iudex poſſit punire contrauenientes ſtatim à publicatione: quinetiam poſt editionem, cum peruenit ad notitiam ſubditorum ante ſolemnem publicationem.*

28 *Lex præſumitur ſemper vigere niſi deſuetudine, & contrario vſu abrogata probetur: & nu. 19.*

30 *Præcedentia influunt in ſequentia & contra.*

31 *Media ſapiunt naturam extremorum.*

32 *Extremis probatis, etiam medium probatum cenſetur. Etiam in poſſeſſione & præſcriptione obiter nu. 33.*

34 *Lex olim lata, & publicata, quæ hodie obſeruatur, non præſumitur medio tempore ceſſaſſe.*

35 *Legi publicatæ non derogat particularis receptio pecuniæ in minore, vel maiore valore, ne alterat publicam & communem eius æſtimationem. Et olim æſtimatio negotiatoria monetæ, non poteſt dare normam contractibus præſentis temporis nu. 36.*

37 *Obligatio vtcunque reſtricta, ad certam ſpeciem, & numerum, aſtringit debitorem ad eam ſpeciem & numerum.*

38 *Aureis in obligatione exiſtentibus non cenſetur ſatisfactum obligationi per aliam monetam ſi creditor inde lædatur & tantum non habeat quantum aureus valet.*

39 *Verba determinantia certam rem, an extendi poſſint ad aliam ſimilem, remiſſiue.*

40 *Moneta certa promiſſa, ſeu ſpecie monetæ creditor non tenetur recipere in alia moneta, vel forma, niſi conſtet eius non intereſſe. & nu. 43.*

41 *Creditore inuito aliud pro alio non ſoluitur.*

42 *Debitor ſoluens vnam monetam pro alia, creditore non conſentiente non conſequatur liberationem.*

43 *In generali obligatione quantitatis, in voce tantum conſiſtentis, nulli ſpeciei applicata, valoris tantum interim ratio habetur: ſecus ſi ſuper certa ſpecie contractum ſit.*

44 *Debitor liberatur ſoluendo ſpeciem, & numerum conuentum, non attenta variatione valoris extrinſeci: ſiue illa variatio ſit ad commodum debitoris, ſiue creditoris.*

45 *Monetarum curſus mutatio debitori non imputatur, niſi poſt moram.*

46 *Debitor obligatus ad ducatos in certo numero ſi æſtimationem ducatorum offerat ſine augmento, non cenſetur integrum debitum ſoluere, eiuſq; ratio.*

47 *Debitor volens ſoluere monetam argenteam pro ducato, quam aſtimationem ſoluere teneatur.*

48 *Venditio olim facta in ſcutis, non impletur ſoluendo ſcuta moderna, licet ſimilia: quia non ſunt eiuſdem bonitatis.*

49 *Si ſpecies certa monetæ debeatur, quomodo redemptio, ſeu ſolutio in aliis generibus fieri debeat.*

50 *Moneta æſtimatione aucta, vel diminuta, rerum quoque pretia proportionabiliter augentur, vel diminuuntur.*

51 *Cum certa pecunia eſt in obligatione, creditor non tenetur aliam recipere, niſi in eadem bonitate, & æſtimatione.*

52 *Simplex ſcutorum mentio, abſq; adiectione auri, vel in auro, ſecundum conſuetudinem non excludit ſolutionem in alia moneta.*

53 *Conſuetudo loquendi in omnibus præualet.*

54 *Debitor ſcutorum audiendus non eſt, volens ſoluere iure in Gallicos ducatos.*

55 *Locatio inter principes legis poteſtatem habet.*

56 *Pro aureo ſcuto nemo minus recipere tenetur, quam valeat.*

57 *Certa ſpecie pecuniæ promiſſa ſi ea reperiatur, debitor ſpeciem promiſſam, vel eius valorem præſtare tenetur.*

58 *Tempus ſolutionis, eiuſq; valor inſpicitur cum ſpecies non reperitur, quæ eſt in obligatione, ſed alia, qua eam compenſare ſoluenda eſt.*

59 *Florentina Reſpublica opibus, potentia, & dominatu famoſiſſima ab antiquo obtinuit facultatem cudendi aureos.*

60 *Expreſſio ſcuti, cum adiectione auri, de veris aureis intelligitur.*

61 *Pecunia cum intrinſecus, in materia vel pondere minuitur.*

62 *Solutio vel compenſatio fieri debet in antiqua pecunia æque bona, vel in noua, ad æſtimationem, & commenſurationem antiqua*

63 *Donatio de iure non præſumitur cum alia coniectura ſtare poteſt, & præſumitur potius res à lege prohibita, vel error in facto proprio.*

64 *Clauſula ſaluo iuſto computo*, vel ſaluo iure reſidui, *in Quietatione adiecta quid operetur.*

65 *Et quod ſi tales clauſulæ, vel ſimiles proteſtationes in quibuſdam quietationibus adiectæ, in aliis omiſſæ ſint, an præſcriptionem nihilominus impediant.*

66 *Creditor petens partem ſaltem debiti non præiudicat ſibi in reſiduo. Et an cui moneta antiqua debitur, recipiens longo tempore nouam deteriorem amittat ius petendi antiquam.*

67 *Solutio in minori valore recepta non nocet recipienti, ne præſcriptionem inducit, niſi per 30. vel 40. annos continuata ſit cum bona fide.*

68 *Verborum non dubiorum declaratio quæ illis non congruit, non dicitur eſſe declaratio, ſed noua, atque alia quædam diſpoſitio.*

69 *Solutiones & receptiones iteratæ, vt ad præſcriptionem operetur quo requiratur.*

70 *Liberatio eſt ſtricti iuris & in ea non veniunt, niſi expreſſa & facta pro vna quantitate, affectu, ſeu tempore, non extenditur ad alia. nu. 70.*

71 *Liberatio, quamuis generalis, cum omnibus acceſſoriis corruit apparente vitio vel defectu ſolutionis.*

72 *Promittenti, vel conſentienti ſine cauſa, non denegatur condictio.*

73 *Liberatio continens errorem, vel enormem læſionem, non obſtante pacto de non allegando errorem, & læſionem, nihil nocet.*

74 *Rationum computatio erronea nullum affert præiudicium veritati, etiamſi fuerit concluſa, & ſigilla & ſubſcripta, & ſæpius iterata, & repetita: eiuſque ratio. nu. 74.*

75 *Error probatur eo ipſo, quod quis probat rem aliter ſe habere, & toleratur etiam in facto proprio, cum quis certat de damno vitando.*

MORE-

1 MOneta † variata, ſeu mutata, tempus ſolutio-
nis, non contractus attendi debet. & ſic ſi mu-
tuaui, vel in dotem dedi libras centum Bononienſes,
vel centum vncias Neapol. in aureis, & poſtea con-
tingat, quod pretium, ſeu valor ipſorum aureorum
augeatur, vel diminuatur, hoc caſu debitor tenetur
ſoluere aureos in illa æſtimatione, quę currebat tem-
pore contractus, ac fieri poſſet ſolutio in ea, quę tunc
eſt: quoniam creditor cenſetur æſtimaſſe illos aureos
in illa ſumma, & per conſequens omne cõmodum
in ipſa pecunia, ita & taliter appretiata, contingens,
pertinet ad ipſum debitorem, vt voluerunt Bar. n. 10.
Bald. Ang. Alber. Alex. *col. pen.* Paul. Caſtr. Alciat. &
cæteri recentiores, *in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.* vbi Bolo-
gnetus, *n.* 47. atteſtatur iſtorum opinionem cõmu-
nem eſſe, & ſequitur etiam Ferratien. *in pract. Papien.
in forma libelli in actio hypothec. §. relaxandum. ſub num.* 3.
Boer. cum aliis ſignatis per eum, *deciſ.* 327. *n.* 10. & Co-
raſius *in miſcellaneis iuris ciuil. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 5. *cum aliis ſeqq.*
2 vbi explanat, & ampliat *n.* 9. ídq; † procedere, etiam
in ſtatutis, & vltimis voluntatibus, teſtatur Vrſillus
Cõis opin. cum aliis relatis per eum, *in addi. Afflict. ad deciſ.* 90. *ſub
nume.* 1.
3 Et iſtam ampliationem, † quod pecunia cum de-
beatur ex vltima voluntate, fieri debeat ſolutio iuxta
valorem monetæ currentis tempore ſolutionis, am-
plectitur quoque Hotat. Mando. *in addi. Romæ in con-
ſil.* 123. *in litera A.* vbi ex congeſtis authoritatibus per
eum, atteſtatur æquiorem, ac crebriori calculo, ac
voto Doctorum approbatam apparere, & Hierony.
Gigas quoque *in tract. de penſionib. eccleſiaſt. q.* 98 *per to-
tam.* vbi hoc ampliat etiam procedere in reſcripto, &
mandato ſuperioris, & in decima, & penſione, vt ea
ſolui debeat, conſiderato valore monetæ tempore
ſolutionis. Sed pro contraria parte, & male quidem,
videlicet, quod ſolui debeat æſtimatio aurei, ſecun-
dum tempus contractus, non autem ſolutionis, vi-
detur conſulere Natta, *conſil.* 454. *ſuper contingenti con-
trouerſia, vol.* 2. Cæterum quicquid Doct. iſti aſſerant,
noli in actu practico recedere à prima ſentẽtia com-
muni, quam ſequitur, tuetur. & citat clariſſime, atq;
doctiſſime conſulendo, & reſpondendo in facti con-
tingentia Soc. Iun. *conſil.* 44. *Illuſtriſſime, ac Excellentiſ-
ſime Dux. ſub n.* 5. *cum aliis ſeq. vol.* 4. & Couarruuias *in
ſua pract. in fin. tit. de numiſmate. c.* 7. *§. vnico. concluſ.* 8.
& 10. & ita de facto iudicatum de præſenti menſe Se-
ptembris 1573. in cauſa vertente inter magnificos
Dominos Ioannem, & Marcum Antonium de An-
tonellis, conciues meos, D. Bartholomæus de Go-
rioſtriola, Hiſpanus Iudex noſter, vir Excellens, me-
moris plenus, & facundia redimitus; & pro iſta par-
te communi iudicauit etiam Camera Imperialis, at-
teſtante Ioach. Mynſ. *in obſer.* 1. *centuria* 4. & Hieron.
Gabriel. 164. *cautas, nu.* 1. *& ſeq. vol.* 1. vbi dicit iſtam
Cõis opin. opinionem approbari ab vtraque ſchola Canoni-
ſtarum, vel Legiſtarum cõmuniter. Vbi † eam etiam
4 vtiliter limitat, cum innumera prope cohorte Do-
ctorum, relata per eum, eam † non procedere, quan-
do non conſtaret de valore antiquæ monetæ cur-
rentis tempore contractus: tunc enim inſpiceretur
valor monetæ currentis tempore ſolutionis, niſi ap-
pareret de valore antiquæ currentis, tempore con-
tractus: & limitat etiam ibi in aliis caſibus.

¶ Et cum præſentibus meis ſcriptis magnum lu-
men, & robur neceſſarium præbere queat Illuſtre
Collegium Louanienſe, tanquam firmamentum, &
columna veritatis, ex ſecundo eius conſilio, ad fa-
uorem Sereniſſimæ D. Margaritæ de Auſtria, nunc
diuino prælato; decreui non incompetenter illud
hic inſerere, vt aliorum vtilitati, ex doctrina ſana,
ſolidaque tam præclariſſimi Collegii conſulerem.

*COnfuſa, inuolutaq; Doctrina Scribentium de acceptà-
tione, æſtimatione, & variatione monetarum, ac mul-
tiplices eorum diſtinctiones, ipſaq; facti contingentia variis à
partibus afferta, præſertim circa valorem ſcuti aurei, qui fuit
anno* 1537. *Cum prima locatio per Illuſtriſſimam Duciſſam
Parmenſem, &c. Illuſtriſſimo Duci Florentiæ fieret, ma-
gnam obſcuritatem, & difficultatem præſenti cauſæ iniiciunt,
in qua diſcutienda, explicandaq; , ne confuſione argumento-
rum vtrinque certantium, contingat, ſubterfugientem veri-
tatem, maiori caligine implicari, ſeparatione facta; primo,
ea, quæ Illuſtriſſimi Ducis Florentini intentioni ſubſeruire
videntur ſigillatim proponemus. Ac deinde Illuſtriſſimæ Domi-
næ Duciſſæ locatricis cauſam, ſuis rationibus, quas potiores,
& ſolidiores putamus, inſtruemus, planeq; confirmabimus,
addita argumentorum aduerſantium plena, manifeſtaq; re-
ſolutione.*

ET † primo ad intentionem Illuſtriſſimi Ducis, 5
admodum facere videtur lex ducalis, de anno
1531. ſcutum auri ſeptem libris æſtimans, ſecundum
quam tempore primi contractus, vti pro Illuſtriſſi-
mo Duce allegatur, non recepta in vſum, alia lege,
de anno 1534. communi obſeruantia, & conſuetudi-
ne, promiſſioni ſcuti poterat ſatisfieri; præſtatione
ſeptem librarum, ex quarum proportione, & reci-
procatione obligatio videtur accepiſſe ſuam certitu-
dinem, & limitationem, quæ perpetuo eſt obſeruan-
da: cum de iure in contractibus ad valorem, & æſti-
mationem rei, & pecuniæ, quæ erat tempore contra-
ctus reſpectus habeatur, quaſi tunc diſpoſitio, & præ-
ſtatio formam acceperit inuariabilem, inſpecto valo-
re currente eius temporis, quo conuentio exit in a-
ctum. *l. Rutilia Polla. de cont. empt. l. ſi ita.* & ibi Bart. *de
aur. & arg. l.* 2. *& l. ſi voluntate. C. de reſcin. ven.* Quod non 6
ſolum in contractibus, ſed & in vltimis voluntatibus
receptum videtur. *l. Vxorem. § ſeſtam. l. nomen. & l. vxo.
§.* 1. *de leg.* 1. Curt. *in tract. monetar. in* 4. *q.* Vnde eleganter
ſcribit Bal. *conſ. penult. incip. coram vobis. vol.* 1. quod vbi-
cunque agitur ex diſpoſitione hominis, attenditur
tempus diſpoſitionis: vt ſciatur quid, quale, & quan-
tum debeatur, nõ autem tempus ſolutionis, ſiue va-
lor, aut vtilitas rei creuerit, ſiue decreuerit. Et † hac 7
ratione Mar. Socin. *conſil.* 6. *lib.* 1. *n.* 12. aperte reſpon-
dit, quod etiã in diſpoſitione, facta ad verbum, *auri*,
conſideretur valor currens, ſeu impoſitus, qui erat
tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmen-
ti, vel diminutionis inſecutæ, perinde ac ſi ſimplici-
ter ſub nomine certæ quantitatis generice, puta, li-
brarum, diſpoſitum fuiſſet. Citatq; † in confirmatio- 8
nem ſententiæ ſuæ Oldradum, *conſil.* 13. *incipi. cum
queſtio eſſet.* tenentem, ſolutionem fieri debere, ha-
bito reſpectu ad conſuetudinem, quæ erat tempore
lati arbitrii, de quo quærebatur. Ex quibus ad pro-
poſitum non inconuenienter dici poteſt, quod cum
tempore initæ locationis, ſcutus valuerit ſeptem li-
bris, penſionem ſeptem millium, & quingentorum
ſcutorum, videri promiſſam, tanquam appretiatum
pretium, & certa æqualitas bonorum locatorum, re-
ſpectu valoris ſcutorum, tunc currentis, & ſummæ,
ſeu æſtimationis librarum ex iis tunc reſultantis, † 9
prout quælibet moneta, non reſpectu ſui ipſius de-
ducitur in contractum, vel quamlibet aliam diſpo-
ſitionem, ſed ſub ratione valoris vel quantitatis im-
poſititiæ tunc currentis, ſiue diſpoſitio incipiat, con-
ſiſtatq; in nomine quantitatis, abſq; determinatio-
ne, vel applicatione ad certam ſpeciem, ſiue etiam
certa ſpecies monetæ exprimatur, vt ſi promitterentur

Cęterum preſſius, exactiusque conſiderando ſin-
gula, diuerſæ ſententiæ, quæ Illuſtriſſimam Domi-
nam locatricem reſpicit, plura, eaque efficaciora pa-
trocinantur, & quæ pro parte Illuſtriſſimi Ducis Flo-
rentiæ adducta ſunt, ad veri rationem propius ex-
penſa, deprehenduntur partim à terminis præſentis
negotii aliena, & euagantia, partim non ſubſiſtentia,
& imagine potius, quam veritate iuris, ſeu ſoliditate
probationis ſubnixa eſſe.

In quo demonſtrando, inprimis conſiderandum
eſt, non admitti ex parte Dominæ locatricis, aſſertam
æſtimationem, obſeruantiam, & conſuetudinem, à
qua tota ſeries argumentorum, pro Illuſtriſſimo Du-
ce Florentino propoſitorum, deducitur, videlicet,
quod tempore contractus lex, ſeu ordinatio, anni
1531. vires habuerit, obtinueritq́;, & quod ſecundum
eam, communi obſeruatione, ſcutus auri fuerit acce-
ptus, ad rationem ſeptem librarum tantum, quodq́;
in locatione, & ſimilibus obligationibus annuis;
quantumuis ſub appellatione auri, vel etiam auri, &
in auro, circa id tempus contractus, ſolutio ſeptem li-
brarum ſufficerit pro quolibet ſcuto: & in contra-
rium proponitur, tempore contractus, ſcutum auri
fuiſſe æſtimatum, & expenſum, & ad rationem ſeptem
librarum, & quinque ſolidorum, & deinde ſeptem
librarum cum dimidia, communi obſeruatione, cer-
ta lege, & ordinatione ipſius illuſtriſſimi Ducis anno
1534. confirmata: quam vſibus populi receptam eſſe,
ipſa legislatio, propoſitio, & publicatio coarguit,
& aſſertionem Illuſtriſſimæ Dominæ locatricis effi-
caciter ſuſtinet: quia leges inſtituuntur, cum promul-
26 gantur, † & lex poſteaquam propoſita, ac publicata
eſt, præſumitur in vtilitatem Reipubl. ceſſiſſe, & mo-
ribus vtentium receptā approbataque eſſe, *cap. In iſtis*
27 *3. q. 4. c. i. de poſtula. prælat.* † Ligatq́; in vniuerſum o-
mnes ita, vt iudici liceat punire contrauenientes ſta-
tim à publicatione, imo etiam poſt editionem, & po-
ſteaquam peruenit ad ſubditorum notitiam, etiam
priuſquam ſolenniter ſit publicata, *d. c. i. de poſtu. præla.*
28 *& ibi* Abb. Dec. & alii. † Creditúrq; lex ſemper vige-
re, & robur habere, niſi per deſuetudinem, ac contra-
rio vſu, abrogata probetur ab eo, qui conſtitutionem
prætendit morib. populi non fuiſſe obſeruatam Dec.
conſ. 649. Goza. *conſ.* 16. quāuis proponat negatiuam,
l. penult. §. docere. ne quis eum, qui in ius vo. cum ſit funda-
29 mentum intentionis ſuæ: † & is, qui ſtat pro lege, in-
tentionem habeat benè fundatam. Dec *conſ.* 134 *Pro-
cedendo breuiter.* Mar. Ant. Nat. 2. *conſ.* 340. *n.* 10 *vol.* 2.
quod in ſpecie propoſita Illuſtriſſimo Duci perdiffi-
cile, & quodammodo impoſſibile videtur, non ſo-
lum propter ſolennem publicationem dictæ legis,
anni 1534. quæ non longo tempore primam locatio-
nem præceſſit, verum etiam, quia conſtat, vt præſup-
ponitur, imo etiam probatus ex ipſa deductione
augmenti, & diminutione numeri, in præteritis ſo-
lutionibus facta, anno 1538. & ſequentibus, atque ita
ſtatim poſt initum contractum, ſcutum aureum, ſe-
cundum legem illam 1534. & vſum ſecutum, com-
muniter valuiſſe ſeptem libris cum dimidia, mani-
feſta ſignificatione continuationis, & perſeueran-
30 tiæ. † Quoniam præcedentia influunt in ſequentia,
l. Si ſeruus plurium. de leg. 1. Barto. *in l. aurea de condit. &
demonſtrat.* & econtra, ſequentia per mediorum con-
31 tinuationem referuntur ad præcedentia. † Et me-
dia ſapiunt naturam extremorum. *l. Si vero. §. quod
32 ſi ex mediano. de his. qui deiec. vel eff.ud.* † Et per extrema
probatur medium, ſeu probatis extremis præſumi-
33 tur medium. *c. Quia ſunt.* & ibi Gloſſ. 28. *diſtinct.* † Et e-
tiam in poſſeſſione, & præſcriptione oditiſa. Bar. *in l.*
Celſus. de vſucap. † Adeo quod nulla ratione ſit veri- 34
ſimile legem olim latam, & publicatam, quæ hodie
obſeruatur, medio tempore fuiſſe interruptam, aut
ceſſaſſe, vel conquieuiſſe, ſed in contrarium, eam
ſemper viguiſſe, legis eſt præſumptio, & inclinatio:
quæ multum adiuuatur ex eo, quod appareat dictam
legem anni 1534. cui conformis eſt ſequentis tempo-
ris obſeruatio, adhuc paucis ab hinc annis, videlicet,
anno 61. Florentiæ publice impreſſam, venum expo-
ſitam, diſtractamque fuiſſe, atque ita notitiam eius
perueniſſe ad extraneos, quod in iure non recepto,
vel deſuetudine adumbrato, aut aliter abrogato fieri
non ſolere, docet experientia. Quibus accedit, quod
ex præſenti præſumatur in præteritum: & quod va-
lor pecuniæ præſumatur talis fuiſſe medio tempore,
qualis antea, vel poſtea fuiſſe inuenitur. Hieronym.
Grat. *conſ.* 12. 77. *vol.* 2.

Proximū eſt prædictis, † quod etiamſi probare- 35
tur ſcutum tempore contractus à quibuſdam, ad ra-
tionem ſeptem librarum, fuiſſe erogatum, vel recē-
ptum: huiuſmodi tamen receptio non derogaret le-
gi publicatæ: nec alteraret publicam, & communem
ſcuti æſtimationem, & valorem. Fely. *in c. cum cauſam,
per. Idem de re mobili. de teſtib.* Hieron. Gratus. *d. conſ.* 12.
77. Quin etiamſi communiter populus ab obſerua-
tione dictæ legis ceſſaſſet, & per contrarios actus
conſtaret, quemadmodum requiritur, moribus po-
puli nouam legem fuiſſe repudiatam, id tamen non
pertineret ad locationem vertentem in controuer-
ſia, quæ ab ipſo Duce Florentino, qui legem tulerat,
facta eſt, etenim quamuis in promiſcuo commercio-
rum, & temporum difficultate, plebi & populo con-
niuentia quadam permittatur, pluris, vel minoris
æſtimare numiſmata, quā per edictum liceat. † Ple- 36
bis tamen illa, & negociatoria æſtimatio, non dat
normam cōtractibus ipſius Principis, nec cogit eum,
legitima, & edictali æſtimatione relicta, ſeſe in ſuis
contractibus, populi temporariis affectibus, & pro-
miſcuæ æſtimationi conformare: Populus enim con-
niuente Principe, ſuarum rerum neceſſitati, & vtili-
tati tantum conſulit, & per non vſum legis, acquirit
excuſationem à pœna non obſeruatæ legis, non et-
iam principi modum erogandæ, vel recipiendæ pe-
cuniæ præſcribit, nec retrahit ab obſeruatione legis
ſuæ, cui contrahendo aſtringitur: prout etiam quem-
admodum præſupponitur, nulli actus inueniuntur,
in quibus ipſe Princeps Florentinus, relicta lege ſua,
in contractibus ſuis, populari æſtimationi ſe accom-
modauerit: quod tamen ad plenam abrogationem
dictæ legis requiſitum eſſe, non improbabiliter dici
poteſt. Conſuetudo enim, maxime legi contraria, eſt
ſtricti iuris, & vltra terminos, in quibus eſt obſerua-
ta, non extenditur: adeo quod probanda ſit in ſpecie
ſeu caſu, de quo agitur, non ſatisfaciente probatio-
ne generali, præſertim conſiderata differentia plebis
à Principe, qui legis author eſt, & cui nimis graue fo-
ret, non ſolum non obſeruari ſuam ordinationem à
populo, in promiſcuo vſu, verum etiam à populo
vinci, & illius obſeruatione comprehendi, ac ligari,
& in propriis contractibus ſubiici: cum etiam ceſ-
ſante contraria lege, ſtatuta inferiorum, quantumuis
rationabiliter edita, non teneant ſuperiorem, ex de-
fectu poteſtatis.

Præter quæ omnis ambigendi, diſputandique
omnem occaſionem remouet tenor ipſius locatio-
nis, formaliter, & claris verbis precium conſtituens,
in 7500. ſcutis aureis ſoluendis, &c. Ita † quod ob- 37
ligatio precii, reſtricta, determinataque ſit ad certam
ſpeciem, & numerum: quæ determinatio, & quali-

a tatam

tatum adiectio, certam conſtituit intentionem con-
trahen ium, in certa quantitate, & corpore. l. *non aliter, de leg. 3.* Bald. *in l. ad recognoſcendos. C. de ingen. manu.* aſtringitq; Illuſtriſſimum Ducem præciſe ad de-
terminatam ſpeciem, & numerum, qui eſt in obli-
gatione, & ſolutione. Nec poteſt ſua Celſitudo qua-
liſcunque valor fuerit tempore contractus, aut ante,
vel poſt contractum, ratione alicuius augmenti, de-
ductionem facere, aut minorem numerum aureo-
38 rum offerre: quia † ſcuti aurei ſunt in obligatione,
cui ſatisfactum non intelligitur per aliam monetam
veram, vel repræſentatam, ſi creditor inde lædatur,
nec eandem vtilitatem habeat. Nam pecunia certæ
qualitatis, formæ, aut ſpeciei, non deducitur in diſ-
poſitionem, ſub ratione ſimplicis valoris extrinſeci,
& caſualis tantum: nec tanquam ſimplex quantitas
generica, & abſtracta, quæ in ſola voce, & denomi-
natione conſiſtat, ſine applicatione ad certum cor-
pus, ſeu potius reſpectu corporis, & conſiderata qua-
litate monetæ conuentæ, puta florenorum, ducato-
rum, aut ſcutorum auri, quæ obligationem qualifi-
cat, & certum monetæ corpus reſpicit, & ad illud,
tanquam determinatum continens, diſpoſitionem
reſtringit, Lauren. Calca. *conſ. 15. nu. 38.* ex poteſtate
determinationis, quam habet ſpecies, quotieſcun-
que procedit, vel ſequitur verbum ſignificatiuum
generis. Bart. *in l. quæſitum. §. ſi quis fundum & l. cum de lanione §. quidā. ff. de fun. inſtruct. l. ſed ſi adiegetur. pro ſocio.* Car. Rui. *conſil. 37. num. 5. vol. 2.* hoc efficiens, vt
promiſſio non cenſeatur adimpleta, niſi qualitas de-
terminata, adiectaque adimpleatur. Laurent. Calca.
d. conſil. 15. nu. 32. Adeo quod multum ſæpe dubite-
39 tur, † an verba determinantia certam rem, extendi
poſſint ad aliam, quantumuis ſimilem. Bal. *conſ. 339. caſus talis. vol. 1.*

40 Et ita, † quoties actum inuenitur de certa ſpe-
cie monetæ, non tenetur creditor recipere in alia
moneta, vel forma, niſi conſtet, quod ſua non in-
tereſt. *l. Paulus, & ibi DD. de ſolutionib.* idque magis
ex benignitate quadam conſuetudinis, quam neceſ-
41 ſitate iuris. Quoniam de iure † inuito creditore, a-
liud pro alio non ſoluitur. *l. Si quis argentum in prin. & ibi DD. C. de donat. l. Imperatores. de contrahen. empt. & DD. in d. l. Paulus.* Et † debitor ſoluendo vnam mo-
42 netam pro alia, creditore non conſentiente, libera-
tionem non conſequitur, *l. 2. §. 1. ſi cert. pet. l. ſi ſe obtulit. §. prætor. de re iud. l. idem liberatur. §. qui paratus. quibus mod. pig. ſol.* niſi ea conſuetudine (vt dictum
eſt) præſtet aliam monetam eiuſdem materiæ, vel
bonitatis, cum debita ſpecie, habito reſpectu ad præ-
ſentem illius vtilitatem, & æſtimationem. Bart. *in l. non amplius. §. cum bonorum de leg. 1.*

Etenim † licet in generica obligatione quantita-
43 tis, in voce tantum conſiſtentis, nulli ſpeciei applica-
tæ, duntaxat valoris currentis ratio habeatur Barto.
in l. 1. de aur. & arg. leg. tamen quoties ſuper certa mo-
netæ ſpecie fundata eſt contrahentium intentio, &
conuentio: eadem ſpecies, & idem numerus dari de-
bet, vel ſaltem indemnitati creditoris plene conſu-
lendum eſt, præſtandumque vt tantundem habeat,
quantum haberet, ſi aurei floreni, vel ducati in con-
uentione expreſſi, tunc cum ſoluitur, numerarentur:
etiamſi valor eorum poſt conuentionem creue-
rit, quia è contrario ſi valor eorum decreuiſſet, de-
bitor ante moram non grauaretur.

Nam liberatur debitor, ſoluendo ſpeciem, & nu-
44 merum † conuentū, non attenta variatione valoris
extrinſeci, ſiue illa varietas tendat ad commodum
debitoris, ſiue creditoris. *d. l. Cum quid.* & ibi Barto.
& in l. vinum. ſi cert. pet. cum multis aliis relatis per
Albert. Brun. *in d. tract. 6. partis. nu. 4.*

Et hoc eſt, quod Cardinalis Zabarella generali-
ter concludit, † *in d. Clement. 2. quæſt. 15.* mutationem 46
curſus monetarum debitori non imputari, niſi poſt
moram: ſic vt omnis mutationis extrinſecæ pericu-
lo, & incommodo creditor ſubiaceat, qui ſemper,
ſpecie, & numero conuento contentus eſſe de-
bet.

Ideoque, ſi valor eius aſcendat, vel intendatur
eius vtilitas, ad eum pertinere debet, late Laurent.
Calca. *d. conſil. 15. num. 39.* quod potenter viget in
propoſito: Nam cum ſecundum prædicta dubium
non ſit, quin Illuſtriſſimus Dux ſemper liberari po-
tuerit, & etiam nunc poſſit, præſtando ſcutos in ſpe-
cie, & numero conuento, etiamſi valor eorum de-
ſcendiſſet ad ſex libras, vel infra: iuſtitia non pati-
tur, vt aucto valore, deductionem aliquam faciat per
diminutionem numeri, propter eandem contrario-
rum diſciplinam, *l. Ex duobus § & ſi contra tabulas de vulg. & pup. l. ſi ex toto. §. 1. de leg. 1.* & viciſſitudinem
commodi, & incommodi, *l. ſecundum naturam. de reg. iur.* nec non rationem paritatis, & æqualitatis ſer-
uandæ. Laurent. Calca. *d. conſil. 15. num. 39.* & præ-
terea, quia deſtrueretur compago obligationis con-
ſiſtentis in certa ſpecie, & numero monetæ, de qua
agitur, & reduceretur ad obligationem certæ quan-
titatis genericæ, & abſtractæ, ſoluendam in certa
ſpecie monetæ, non autem ad certum numerum
eiuſdem ſpeciei: & perinde eſſet, ac ſi conuentio ce-
lebrata eſſet de libris in genere ſoluendis in ſcutis
aureis, abſque certi numeri determinatione, vel de
ſcutis quidem, ſed ad rationem ſeptem librarum ab
initio taxatis: quod penitus iniquum eſt, & repugnat le-
gi locationis ſimul, & intentioni contrahentium,
quæ in certa ſpecie, & numero ſcutorum aureorum
defixa eſt, & ipſum numerum, ac ſpeciem directe re-
ſpicit, tanquam immediatum obiectum, ſeu ſubie-
ctum obligationis, quæ nullam functionem recipit
cum generica quantitate ſeptem librarum: cum ne-
que taxatio, neque relatio aliqua ad librarum ratio-
nem in obligatione reperiatur, & præterea nimia in-
æqualitas, & diſproportio, quæ eſt inter ſeptem li-
bras, & ſcutum aureum, efficit ne rerum tam inæqua-
lium fieri poſſit aliqua commutatio, aut vnius pro
altera præſtatio, vel ſolutio. *d. l. Paulus & ibi DD.*

¶ Accedit prædictis nimiæ præpoſterationis, &
abſurditatis ratio, inde reſultantis, quod æſtimatio
hæc ſeptem librarum, quæ neque ex conuentione
partium, neq; ex legis diſpoſitione eſt in ſolutione, &
multo minus in obligatione, ſubrogaretur in locum
eius, quod vere eſt debitum, illudq; penitus altera-
ret, in præiudicium Illuſtriſſ. Dominæ locatricis,
quod nec in acceſſorio, & alioquin dependentiam
habente, reciperet: & proinde cum 7500. ſcuta ſint
in obligatione, & ipſum pretium principaliter con-
ſideratum conſtituant, non poterunt variari, per
ſupputationem librarum, quæ eſt remota, & extra
obligationem poſita; Imo nec ſolutioni idonea, pro-
pter valoris inæqualitatem, & defectum, *d. l. Paul. & ibi DD.* qui ad inducendam functionem cum promiſ-
ſis ſcutis, ſuppleri deberet, ad rationē, & veram æſti-
mationem ipſius ſcuti. Nam æſtimatio, quæ non eſt
in conuentione, & obligatione, ſed extrinſecus ad-
mittitur, debet proportionari exceſſui, vel defectui
aureorum in obligationem deductorum.

Econtrario vero, aurei non debent rationem,
modumque accipere à libris, aut reducti ad earum
paritatem: cum per eas æſtimentur, & compen-

ſentur; ſic vt cum æſtimatio ſoluitur pro ducatis aut ſcutis ſoluendis, perinde eſſe debeat, quoad vtilitatem creditoris, ac ſi ducati, vel ſcuti ſoluerentur. quia cum æſtimatio ſubrogetur loco ducatorum, ſeu ſcutorum promiſſorum, reputatur idem quod ducati, ſeu ſcuti, *l. Filio. §. Titia de condi. & demon.* Ideoque ſic ſolui debet, vt tantundem præſtet, ac ſi ſcuti ipſi ſoluerentur, quemadmodum formaliter ſoluti ſunt, & ſolui debent, propter conditionem, conſuetudinem, & intentionem contrahentium, aliasq; circumſtantias, quas mox referemus. Soluitur quoq; augmentum quod illis ineſt, vt pars ſcutorum, cum integri ſcuti debeantur.

46 Et hinc Hieronymus Gratus aperte ſcribit, † *d. con. 12. n. 49.* quod obligatus ad ducatos in certo numero ſi æſtimationem ducatorum offerat ſine augmento, non intelligitur integrum debitũ ſoluere: quia augmentum eſt debitũ vt pars integralis ducati, nec per ſe conſideratur, ſed relatum, & comprehenſum ſub integritate ducati, pro extincto habetur, eodem modo, quo ſpecies relata ad ſuum genus, aut pars ſubiectiua ad ſuum totum *l. cum, qui ædes, & ibi DD. de vſuca.* Quæ eleganter, & in terminis prorſus ſimilib. confir-

47 mat Soc. Iun. *d. conſ. 101. ſupr.* dum ait, † eum, qui vult ſoluere monetam argenteam, pro ducato in diſpoſitionem deducto, teneri ad præſtationem tot ſolidorum pro quolibet ducato, quot ei tempore ſolutionis æquiualeant. Ita vt ex ipſis ſolidis qui ſoluuntur, creditor inuenire poſſit conuentum ducatorum nu-

48 merum Plus dicit Ant. Rubeus, † *conſ. 148. viſo inſtrumento*, venditionem olim factam in ſcutis impleri non poſſe ſoluendo ſcuta moderna, licet ſimilia: quia deſunt in liga (vt ipſe ait) nec ſunt eiuſdem bonitatis.

Nec eſt prætermittendum, quod in dubitabilioribus terminis reſpondit Aymon Crauetta, † *conſ. 47.*

49 redemptionem permiſſam in quantitate generica, turonenſium 12. in ſex millib. ſcutis auri, ſimilib. iis, pro quib. vẽditio facta erat, nõ recte exerceri poſſe, aucto valore ſcutorũ, ſi ſumma duodecim millium turonenſium reputetur ſine augmento ſcuti, quod medio tempore contigit. Et quamuis Crauettæ reſponſum inueniatur reprehenſum: Moder. Pariſ. *de contract. vſur. q. 96. n. 729.* tamen in puncto iuris videtur ſubſiſtere, propter ſpecialem determinationem, & qualificationem: quæ præcedenti generi ſubiecta determinat illud, reſtringitque ad certam ſpeciem, & corpus ſcuti aurei, Bar. *in d. l. quæſitum. §. ſi quis fundum. de fund. inſtru. l. ſi adiuuetur, pro ſocio.* & ſecundum illud obligatio committitur, & actio ſequitur. Lauren. Calca. *d. conſ. 35. num. 18.*

Ad quorum omnium confirmationẽ illud quoq;

50 facit, † quod aucta, vel diminuta æſtimatione auri penitus, rerum quoque precia proportionabiliter augentur, vel diminuũtur, Ang. *in d. l. Paul.* Purpurat. *in d. l. cum quid.* & Mod. Pariſ. *in d. tra. q. 39. n. 713.* quod neuter contrahentium lædatur: ex quo ſpecies monetæ æque ſe habet ad diminutionem, ſicut ad augmentum, *l. ſi Pater. C. de inoffic. don.* & debitor ſpeciem conuentam præſtando, liberetur, nihilq; etiam aucto valore de ſuo addit, nec ſoluit amplius, quam debet: cum augmentum proueniat non ex re, aut impenſa debitoris, ſed ex facto principis, aut conſuetudinis: creditori vero omni caſu ſatisfit, ſi id, quod in conuentione eſt, accipiat, quæ omnia in mirabilem perturbationem, & iniquam multiplicationem reciderent, ſi in frequenti monetarum mutatione ſupputatio, deductioque fuerit defectus, vel exceſſus æſtimationis, nimiumque exceſſiua, & intolerabilis eſſet inæqualitas, & abſurditas, ſi habita augmenti ratione (vt ex parte Illuſtriſſimi Ducis prætenditur) obligatus in 7500. ſcutis aureis, liberaretur ſoluendo ſeptem millia tantum. Aym. Crauett. *d. conſil. 47.* Nam ea ratione, neque id, quod deberet, obtineret creditor, neque aliud, quod illi æquipolleat, aut cum eo ſimilitudinem habet, quod neque iuri, neque conſuetudini. nec interpretatio conuenit rationi; *Cuius*

quorum communis, clara, & indubitata eſt ſenten *opin.*

tia, atque concluſio: quod † quoties certa pecunia 51

eſt in obligatione, creditor non tenetur aliam recipere, niſi in eadem bonitate, & æſtimatione ſoluatur: ita vt nulla ſit valoris diſtantia, nec aliunde vertatur præiudicium creditoris. Bar. *in l. 1. & in l. cum aurum, de aur. & argen. leg. & in l. cum quid. & ibi quoq;* Bal. Fulg. Caſtren. & Alex. Iaſ. *ſi cer. pet. cum aliis multis citatis,* à Iero. Grat. *d. conſil. 12. nu. 44. cum ſeq. lib. 1.* Socin. Iun. *conſil. 101. in princ. volum. 3.* & Didac. Conarru. *in tract. de veter. manumiſſ. coll. 6. 7. §. vnico. n. 2.*

Quæ quidem ſententia, & concluſio maiore quadam ratione recipienda eſt in ſpecie propoſita, propter cumulum circumſtantiarum concurrentium, & ſuadentium, ſcuta aurea non ſolum in obligatione verſari: verum etiam in præciſa neceſſitate præſtan-

di. † Nam quamuis ſimplex ſcutorum auri mentio 52

abſque adiectione auri, & in auro, ſecundum conſuetudinem per ſe non excludat ſolutionem in alia pecunia, habente omnimodam ſimilitudinem, Albet. Brun. *in d. tract. in 2. præſuppoſitio. num. 3. verſ. circa tertium.* inſpecta tamen conditio, & qualitas contrahentium, ac conſuetudo eorum loquendi, & vtendi facile demonſtrabit intentionem eorum conſtituiſſe in ipſis ſcutorum corporibus, ſeu ſpeciebus, nec voluiſſe ſolutionem aliter fieri. Nam cum ipſe Dux Florentinus prærogatiuam cudendo monetam habeat, & aurea ſcuta illius auctoritate paſſim cudantur, & frequententur, non eſt credendum eius Celſ. pronunciationem, & conuentionem ſcutorum aliter intellexiſſe, quam de ſcutis ſuo iuſſu factis, & in quibus eius imago conſpicitur, iuxta illud D. Chriſoſtomi, *ſuper Matth. cap. 22.* in ſolidis Cæſar videtur, & Princeps cognoſcitur, aut quæ bonitate, & communi curſu apud omnes gentes eius imaginis ſcutis ſunt ſimilima, qualia ſunt ſcuta Veneta, & Ianuentia, de quibus ſoluendis in dubio ſenſiſſe videtur etiam ex loquendi conſuetudine, de qua euidenter conſtat ex lege illo anno 34. dum in ea expreſſis verbis ordinat, obligationes contractas in ſcutis auri, diſſoluendas eſſe in ſcutis Florentinis, vel aliis ſimilis bonitatis: quod ad declarandam intentionis voluntatem facit

plurimum. Quia † conſuetudo loquendi in omni- 53

bus præualet, *d. l. Si ſeruus plurium. §. ſi.* & ibi Bar. & Alber. *de leg. 1.* & recte deſumi poteſt ex huiuſmodi lege, etiamſi vſu populi recepta non fuiſſet. Nam & actus inutilis declarat voluntatem, ipſumque factum, & conſuetudinem loquendi, *l. ſi. de rebus cred.* & præterea ſignificatio vocabuli eſt inuariabilis.

¶ Illud quoq; non inconuenienter hic repeti poteſt, quod quamuis concedatur, legem anni 1534. vſu populi non fuiſſe receptam; nihilominus illam vigere, robur, & firmitatem habere, reſpectu Principis, à quo eſt edita: & vt demus, eam quo ad omnes, repudiatam in æſtimatione ſcuti, ad rationem ſeptem librarum, & quinque ſolidorum, non illico ſequitur, eam quoque repudiatam in alio capitulo ſeparato, in quo agitur de ordine diſſoluendarum obligationum in ſcutis auri contractarum, per ſcuta Florentiæ, vel alia ſimilis bonitatis, & ligæ: cum vtile ab inutili non vitietur, & lex vigorem ſuum retineat, niſi quatenus contraria obſeruatione proſternitur, & con-

G 3 culca-

calcatur: ſic, vt ſolutio hæc ſcutorum aureorum affieri poſſit, vel et lege adhuc obtinente, vel ex veriſimilitudine rei, & loquendi conſuetudine, ex dicta lege reſu ente: cui & ipſa vtendi ratio eſt conſentanea; Cum Illuſtriſſimus Dux penſiones dictæ locationis ſemper in aureis ſcutis, licet numero diminutos ſolui curauerit; nec ipſe, nec quiſpiam agentium ſuæ Celſitud. vnquam in libris, aut alia moneta argentea ſoluere tentauerit, prout etiam Illuſtriſſima Duciſſa dictas penſiones non recepit, niſi in ſcutis aureis, in quibus ab initio cum Illuſtriſſimo Duce contraxerat, ſic vt non vna huius, vel alterius, ſed vtriuſque pronunciatio de auro; Item loquendi, ſoluendi, recipiendi, & vtendi conſuetudo, nec ſubſ:::tis vtriuſque conditio, arguat præciſam vtriuſque cogitationem, & intentionem, non paruam, & argenteam monetam, ſed maiorem, & auream reſpexiſſe, & determinaſſe, idque eo magis, quod conſtabat, tempore contractus omnibus, Celſitud. eius Romæ, atque aliis locis, extra Florentiam habitaturam, ac futuram, vt penſiones omnes ea Florentia transferrentur ad ſuam Celſitudinem procul à Florentia exiſtentem: quod maximum argumentum eſt obligationis in indiuiduo limitatæ, ad ipſam auri ſpeciem, propter deferendæ pecuniæ argenteæ pondus, ac moleſtiã. Et quia libræ & aliæ pecuniæ argenteæ expendendæ extra Florentiã, & in aliis ditionib. etiam ad rationẽ ſcutorum computatæ, non habeant eam vtilitatem, quæ eſt ſcutorum, quæ (vt in omni bona moneta requiritur) Bal. *in d. c. quanto, in fi.* Albet. Brunus *in d. tractat. in princ.* in omnibus locis æqualiter valent, & expendũtur, per quod obligatio intenditur, adimiturque facultas ſoluendi in alia pecunia, quæ alioquin, ceſſantibus particularibus circumſtantiis, ex generali conſuetudine competeret, propter non accumulatam qualitatem, *auri, & in auro.* quæ ſuperlatiuum gradum conſtituit.

54 Et huc ſpectat, quod ſcribunt interpretes, † Ang. Imol. & alii *in d. l. Paulus.* cum multis aliis, quos refert Albet. Brunus. *in d. tractat. in 2. preſupp. in princ.* non audiendum debitorem ſcutorum Solis, ſi ituro in Galliam velit dare ducatos: cum in Gallia ducati pro minori quantitate expendantur. Vel ſi debitor ducatorum Venetorum, aut Ianuenſium, mercatorum ituro ad partes orientales, vbi tales ducati magis cognoſcuntur, aut pluris valent, velit dare ſcuta alterius generis. Quod cum ita ſit in priuatorũ contractib. abſq; aliarum circumſtantiarũ concurrentia, multo magis obſeruandũ eſt in dicta locatione inter 55 Principes habita, † quæ legis poteſtatem habet, & in bona fide, & æquitate exuberat. Bald. *in titul. de pace conſtantiæ.* Iaſ. *in l. Ciuitas. ſi cer. peta.* & eo amplius, tot peculiaribus circumſtantiis, extra aleam, & ambitum communium regularum conſtituitur.

¶ Et proinde quantumuis lex illa anni 34. non fuiſſet, & communis ſcuti æſtimatio in libris ſeptem tempore contractus conſtitiſſet: nihilominus procederet, ac bene fundata cenſeretur Illuſtriſſimæ Ducíſſæ intentio, propter obligationem ſimpliciter in ſcutis aureis conſtitutam: Ita, vt valoris, aut æſtimationis controuerſia hic prorſus ſit impertinens: cum obligatio relata ſit ad certam ſpeciem, & certum aureorum numerum: de eius diminutione, iuſta videtur Illuſtriſſ. Duciſſæ poſtulatio, propter manifeſtam conuentionem ſpeciei, & numeri, & ingens præiudicium, quod ſuſtinet ex numeri diminutione. Quæ quidẽ diminutio inde ſit probabilior, quod cum conuentio certa ſit, nec dubitationem recipiat, ipſiq; agentes Illuſtriſſ. Ducis, facto ſolutionis, fatis agnoſcant, aurũ eſſe in obligatione; nihilominus calculũ ponant, & ſupputant quaſi nõ aurũ, ſed 7. libræ eſſent in obligatione, & quod 7. librarum repræſentatio fuerit ſcutorũ aureor. ſolutio: quod multiplicẽ abſurditatẽ habet; Primo; quia neque id, quod eſt in obligatione, quamuis commode reperiatur, ſoluitur: neq; vera eius æſtimatio; Secundo, quia ſeptem librarum quantitas, quæ penitus eſt extrinſeca, & ita remota, vt nec acceſſorii vicẽ ſuſtinere poſſit, mutat inuertitque id, de quo principaliter contractum eſt: Tertio, quia ſcuti aurei, qui vere debentur, fictioni ſubſeruiunt, repræſentantq; librarum præſtationem, quaſi vere debitam, cum tamen neque in obligatione, neq; in ſolutione verſentur. Commode prædictis adiici poteſt, quod etiamſi latior eſſet poteſtas, dictæ obligat. ita vt ſoluendo liceret egredi ad æſtimationem: id tamen Illuſtriſſ. Duci Florent. non ſuffragaretur, niſi pro tẽpore, quo ſcutũ aureũ Florentiæ æſtimabatur 7. libris; quod tempus, vel nullũ, vel admodum exiguum fuiſſe oportet: quia habetur pro notorio, & conſtat ex diminuto numero ſcutorũ, propter auctum eorũ valorẽ, ad libras 7. cum dimidia, quod ſtatim poſt contract. videl. an. 1538. & deinceps, ſcuti aurei æſtimatio fuerit cõiter 7. librarũ cum dimidia: quæ pro terminis ſequentib. admetienda, præſtãdaq; fuit. Nam quod ab initio forte 7. libræ pro ſcuto ſolutæ ſunt, illud ex eo contigit, quod tunc non pluris valebat ſcutus: quilibet n. pro 7. libris poterat conſequi ſcutũ: quoniã tunc currebant monetæ argenteæ in tali bonitate, vt 7. libræ conſtituerent veram ſcuti æſtimationẽ: quod cum ſeqq. temporib. ita non permanſerit, debent ſuperaddi tot libræ, vt ſcutis æquiualeant. Nec † eſt rationabile, vt quis pro vno ſcuto aureo teneatur recipere pauciores ſolidos, aut libras, quã ei æquiualeant: Soc. Iu. in d. conſ. 101 n 8 *& ſeq.* & ordo, ſeu obſeruatio, quæ prætenditur fuiſſe tẽpore contractus, intelligitur, ſtante curſu & valore monetarum, qui tunc erat: ita vt non ſit recta conſequentia, vel illatio, ſi dicatur, quod tunc, id eſt, in initio contractus 7. libræ faciebant ſcutum: ergo, & nunc, ad rationẽ 7. librarũ debet fieri ſolutio propter mutatã æſtimationẽ, & valoris diſtantiã & differentiã, quæ nunc repetitur. Omnis n. diſpoſitio debet interpretari rebus in eodẽ ſtatu permanentib. *l. fin. qui ſatiſd. cog. c. quẽad. de arrtiar* Socin. Iun. *d. conſ.* 101. *nu. 9.* ita vt poſt mutationem aut auctum valorem, pro conſeruãda æqualitate, & propoitione ſcuti, mutanda fuerit ſupputandi ratio, adaptando, attemperandoque eam valori, & æſtimationi currenti in terminis ſequentibus. 56

Siquidem in æſtimanda ſpecie aureorum debita, inſpicimus, non valorem, qui erat tempore contractus, ſed eum, qui currit tempore ſolutionis faciendæ, & † vbicunque partes reſpexerunt, & determinarunt certam ſpeciem pecuniæ, & illa pecunia repetitur, debitor ſpeciem pecuniæ promiſſam, vel eius valorem, ſecundum tempus ſolutionis repræſentare cogitur, ex vera, & communi interpretum ſententia. Bar *in d. l. cum certum, & in d. l. Paulus in fi.* Bal. & alii *in d. l. cum quid & conſil. 113 punct. vol. 2.* Aretin. *conſ. 11. & conſ. 1*. Math. de Afflict. *in c. 1 ver. monet. in 8. q. quæ ſint regal.* Ioan Ragnau *in tractat. monetar.* Albert. Brun. *in d. tract. in 5 & in 52. ampliat. & 1. limit.* Capt. *conſ.* 29. Hier. Grat. *d. conſ. 12.* Socin. Iunior. *d. conſ.* 101. *&* Laurent. Calc. *d. conſ.* 15. quæ non ſubuertitur, nec impugnatur, ſed adiuuatur, & confirmatur, ex eo, quod ſuperius obiectum eſt. de inſpiciendo tempore contractus, vel diſpoſitionis, ſiue agatur de ſimplici, ſiue de annua, & ſucceſſiua obligatione. Nam Doct. qui de tempore contractus conſideran- 57

loquendo ſcribunt, non loquuntur, nec ſentiunt de curſu, & valore impoſito, ſed de bonitate materiali, & extrinſeca: de bonitate vero extrinſeca omnes tradunt, nõ tempus diſpoſitionis, ſed ſolutionis attẽdi, diſpoſitionem veneris, aut de qua pecunia partes ſenſerint, ſeu cuius ſit qualitatis, ſeu bonitatis res de qua agitur. Extrinſeca vero bonitas, id eſt, valor, & æſtimatio conſideratur ſecundum tempus faciendæ ſolutionis Specul. *titul. de ſolut. § nunc aliqua* Geminia. *conſil.* 138. Laurent. Calc. *dict. conſ.* 15. *num.* 41. Hieronym. Grat. *dict. conſ.* 12. Socinus Iunior *dict. conſ.* 101. *numer.* 8. Nec † quiſquam dubitat quin inſpiciendum ſit tempus ſolutionis, vel conſignationis, quoties non reperitur ea ſpecies, quæ eſt in obligatione, ſed alia quæ æſtimet, ſeu compenſet, & conſiſtat in ſola facultate ſoluendi: Pulchrè Romanus *conſil.* 123. *circa primum in princ.* quia æſtimatio non eſt propriè in obligatione, nec eſt moneta ſed intereſſe, ad quod tanquam bonum & legitimum medium compenſandi, recurritur, quando oſtenditur creditoris nullum omnino vere præiudicium; quod eſſe non poteſt, aucto valore pecuniæ debitæ. Sic ſi præſtetur valor ſeu precium præſentis temporis *l. cum certum. de aur. & argent. leg.* Vt videlic. creditor habeat tot libras ſeu ſol. dos, quod floreno. ducat. vel ſcuto debito æquiualent, & pro quib. creditor florenũ. ducatũ aut ſcut. inuenire poſſit *l. in obſcuris & l. ſemper in ſtipulat. & ibi DD. de reg. iur.*

58

§ Nec prædicta aduerſatur traditio Oldradi, *dict. conſil.* 13. & Socinus, *dict. conſ.* 6 volentium (vt videtur) generaliter, qualitatem, & æſtimationem pecuniæ referri non ad tempus ſolutionis, ſed ad tempus contractus, teſtamenti, vel diſpoſitionis etiam ſi (vt inquit Socinus) *dict. conſil. ſexto* diſpoſitio ſub nomine aureorum florenorum concepta ſit. Primo quia Oldradus *dict. Conſil. decimo tertio* non loquitur de adiectione auri alterius certæ qualitatis & propterea in facto obſcurus eſt, & variè ſentit in hoc articulo; ita vt deciſio eius ſit incerta, inutilis, & vt rectè notat Ludouicus Romanus *dict. conſil. decimo tertio* prorſus erronea: ex quo etiam vacillat id quod à Socino reſponſum eſt. *dict. conſil. ſexto* qui auctorem Oldradum habet, & eum citat, recitat, & extollit. Secundo, quia vterque loquitur in diuerſis terminis, videlicet quando legatum factum eſt in genere in quantitate, aut de florenis vſualibus, qui in voce, & imaginatione tantum conſiſtunt, nec reperiuntur, nec excluduntur, ſed conſuetudine quadam loquendi recepti ſunt in abſtracto nulli corpori pecuniæ applicati ſic vt quamuis obligatio concepta ſit ſub nomine florenorum, intelligatur tamen de alia quantitate generica, vt expreſsè præſupponit Socinus, aſſertionis ſuæ præualidum fundamentum in eo conſtituens, quod in loco teſtamenti ſa H. de quo diſputat, aurei non cudebantur, & prorſus ſeparata eſt à terminis propoſitæ quæſt.

59

Cũ conſtet Illuſtriſſimum Ducẽ Florentinum aureos cudere, † & Rempublicam Florentinam opibus, potentia, & Dominatu celebrem, ab antiquo ius eſſe cudendorum aureorum obtinuiſſe Ioann. Villan. Florentinus antiq. hiſtoricus *libro ſexto capit.* 54. Antonius Gomes. *in regul. de valore exprimend. quæſtion. nona. ver. autem etiam.* & inde vſum cudendi aureos, ad alias prouincias emanaſſe, ac hodierno tempore in Republica Florentina vſum cudendi, vndique ſeu in aureis, & monetis vigere, ſicut ſimplex ſcuti expreſſio: cum adiectione auri (quæ generaliter ſuffi. it ad obligandum præci e in ſpeciebus aureorum) Guido Pap. *quæſt.* 491. *ver. de eadem videtur in quæſt. ſeq. ſolutio* 20. Gomez. *loco ſupra citato,* Mod. *de contractib. vſur. quæſt.* 39. *numer.* 718. hic maximè ſuam potentiam exercere debeat, propter prædicta, & quia non niſi vnius generis ſcutum Florentiæ excudi dicitur, & proinde expreſſio ſcuti aurei, ad illud vel ſimilia, quæ in eadem ſunt bonitate, & omnimodam ſimilitudinem, atq; æquiualentiam habent, vbi frequentantur, referenda eſt maximè; quia obſeruãtia prouenięs ex leg. ann. 31. non implicat conſuetudinẽ ſcuti alicuius vſualis, aut imaginarii, ſed refertur ad iuſtã veri ſcuti æſtimationẽ, lege publica ann. 31. inductã, & morib. populi aliquandiu obſeruatã, quæ obſeruatio non eſt vlterius accipienda, quã pro tẽpore quo veri ſcuti æſtimatio 7. lib. nõ exceſſit, & quãdiu pro 7. libris ſcutũ haberi potuit; de quo, cum ſuperius multa dicta ſint operę pretium non videtur, prolixiorem tractationem inſtituere.

Illud ſubticendum non eſt, quod etiamſi præter veri ſcuti aurei appellationem, Florentiæ inueniretur alia vſualis intellectiua, & imaginaria (quod non creditur) ea tamen ad præſentem controuerſiam nihil faceret, propter plurimarum circumſtantiarum rationem, & veriſimilitudinem: quæ demonſtratur, Primo ex conditione Illuſtriſſimi Ducis Florentini, † qui exprimendo ſcutum, cum adiectione *auri*, de veris, propriis, ac ſuis ſcutis, & non de fictis, & à plebe excogitatis ſenſiſſe creditur. Secundò ex conſuetudine loquendi, quæ deprehenditur ex legibus anni 31. & 34. Tertio, quia ſi vſuale ſcutum perpetua quadam populi conſuetudine frequentatum fuiſſet, ſuperuacanea fuiſſet, diligens legiſlatio ſuper valore ſcuti aurei ſæpe repetita & variata. Quartò quia Illuſtriſſimus Dux, ſoluendo, & Illuſtriſſima Duciſſa, recipiendo in ſcutis aureis, intentionem ſuam ſatis declaraſſe videntur. Quintò, accedit qualitas perſonarum clariſſimarum, & affinium: & præterea conſideratio locorum, ad quæ penſio transferri debuit, & in quibus non idem eſt valor, & bonitas alterius monetæ, quæ eſt ſcutorum. 60

Denique ſuffragatur ipſarum rerum locatarum magnitudo, & æſtimatio, quæ computationem ad rationem librarum 7. longè excedit (vt dicitur) & aureorum ſcutorum penſationi eſt propinquior quamobrem id amplecti conuenit. Albert. Brun. *in dict. tractat. parte* 1. *num. ſexto in fine.* Nam quoties plurium diuerſarum monetarum vſus incidit & dubitatur de qua actum ſit, ante omnia veriſimilitudinem inſpicimus, quæ ex dignitate rei colligitur: vt pulchre ſcribit Accurſius. *in dict. leg. in obſcuris.* quem alii ſequuntur, Alexander *conſil. trigeſ. tertio conſideratis lib. ſext. cum multis aliis adductis* per Andr. Tiraquellum *de retract. conſang. § Gloſſ.* 18 *numer.* 78. ſi (inquit) res vendita digna erat, quæ venderetur decem libris imperialibus, aut maiori precio, non eſt veriſimile contrahentes de vili moneta egiſſe, nec è contrario; quod rationi admodum conueniat non ſolum vt res iuſto precio vendita cenſeatur, verum etiam, vt ceſſet deceptio venditoris Auguſtin. Beroius *quæſtio* 48. *num.* 2.

§ Cum itaque in conuentione, & propria ac vera vocis ſignificatione, vt prædictum eſt, nulla ſit dubitatio, & infinitæ concurrant veriſimilitudinis rationes quæ etiam data dubitatione, intentionem Illuſtriſſimæ Duciſſæ confouent, fruſtra obiicitur de vſu populi, conſiderando, aut inſpiciendo eo, quod eſt minus. Nam ea omnia conueniunt, & applicantur tantum diſpoſitionibus ambiguis & obſcuris, non etiam certis, aut iis, quæ quantumuis eſſent dubia, ex veriſimilitudinis coniecturis declarari poſſunt, quod vtrumque eſt in propoſito vt patet ex prædictis.

Succedit nunc alia Illuſtriſſimæ Duciſſæ defenſio, & propugnatio, quæ in deteriora argentea, & librarum moneta Florentina, conſtituitur. Nam cum id poſt contractum, vt nobis dicitur, accidentr merito Illuſtriſſimus Dux teneri debet, etiamſi lege, conſuetudine, aut conuentione partium obligatio, ad rationem librarum contracta fuiſſet.

61 Nam † quoties pecunia intrinſecus diminuitur & deterior fit in materia, & pondere, licet veterem retineat æſtimationem, valore ſcutorum, aut aureorum intenſo, communis eſt concluſio, ſolutionem vel compenſationem fieri debere de antiqua pecunia, æque bona, vel de noua, ad æſtimationem, & commenſurationem antiquæ, *c. olim, & c. cum Canonicis de cenſib.* DD. *in d. leg. cum quid.* Oldrad. *conſil.* 150. *factum tale* Bart. *& alii in d. l.* *Paul.* Rubeus *d. conſ.* 148. Aymon Crauet. *d. conſ.* 48. *num.* 6. Hier. Grat. *d. conſ.* 12. *num.* 5. cum aliis multis citatis per Didac. Couar. *loco alleg. num.* 2. & quanquam Moder. Pariſienſ. *De contractib. vſur. quæſt.* 100. quos ſequi videtur Didacus Couarruuias. *Loco præſtato.* à ſupra dicta concluſione diſſentiant eo caſu, quando veteris pecuniæ valor non augetur, nec aſcendit ſupra valorem nouæ pecuniæ deterioris notæ; ratio tamen diſſentiendi, controuertendique non eſt idonea ad euertendum, quod tot illuſtrium virorum calculis receptam, ac multorum temporum prudentia comprobatum eſt. Etenim docet vſus magiſter rerum optimus, veterum nummorum frequentationem purioris metalli, abrumpi, & intercidere, ſimulatque nouæ pecuniæ, magis dilutæ, commixtæque eandem æſtimationem habent cum veteri. Nam veteres ſi non augeantur in valore extrinſeco, mox ad incudem reuocantur, refigurantur; & ex paucioribus noui plures numero, ære contaminati fiunt, excuduntur: ita vt promiſcue, & communiter amplius non inueniantur, nec expendantur, ſecundum veterem curſum, & ad nouorum proportionem, in vſu promiſcuo, ob quod etiam nullo principali edicto interueniente, ſatis ſublata, vel mutata intelligitur vetus illorum indicatura, æſtimatio, valor, & curſus: licet interdum à pleriſque vel inter numiſmata, & oſtentationis gratia aſſeruentur, vel apponuntur. Nam cum id perrarum ſit, reſpectu vniuerſi in totius populi vſu. & generali legiſlatione non eſt conſiderandum; cum ad ea potius ius adaptari debeat quæ frequenter, & facilè quam quæ raro eueniunt, *l. iura l. ex iis, & l. nam ad ea, cum ſequent. de legibus* ſed perinde habendum, ac ſi veteri pecunia extincta, vel ſublata vigeret tantum noua deterioris nouæ pecuniæ, quæ ex communi ſententia, iuſtam cauſam præbet faciendæ compenſationis creditori, qui contraxit eo tempore, cum vetus pecunia adhuc eſſet in vſu promiſcuo: quod pronius hic recipiendum eſt, propter qualitatem perſonarum quibus dedecus fuiſſet, & in libris, aut quadrantibus populi vſu receptis, contrahere, vel ſoluere: Alciatus *conſil.* 100. & quia noua deterior moneta non videtur excuſa ſine facto Illuſtriſſimi Ducis, ex cuius arbitrio dependet cudendæ monetæ auctoritas quod non exiguam animaduerſionem habere videtur.

¶ Manet itaque ratũ, & firmũ, ex multiplici capite, ſcutos aureos in conuento numero deberi, vel ſaltem quod vix admittitur, iuſtam eorum æſtimationem in pecuniis communiter apud omnes gentes, functionem, & viciſſitudinem cum aureis habentibus, inſpecto ſolutionis tempore, & habita ratione bonitatis, ac conſiderata transferendi commoditate niſi per ſequentes ſolutiones, in minori numero admiſſas, quitantiasdatas cum aſſeria liberatione generali, illuſt. Duciſſa videatur donaſſe, ſeu remiſiſſe præcedentis temporis bonitatem, & id quod numero ſcutorum aureorum detractum, ſeu minus ſolutum fuit.

¶ In quo tametſi pro parte Illuſtriſſimi Ducis magnum fundamentum conſtituatur; tamen ad examen, & diſquiſitionem rectæ rationis reuocatum & penitus excuſſum, nullius eſt momenti, vel roboris. Nam enim nulla ſit incertitudo, vel ambiguitas quin plus debeatur, quam ſolutum eſt, non poſſunt ſequentes ſolutiones præiudicare promiſſioni expreſſæ Hiero. Grat. *d. conſil.* 12. *num.* 64. *volum.* 1. aut reſidui debiti remiſſionem inducere. Quietationes enim non ordinantur ad donandum, ſed potius in contrarium ad acquiſitionem, & ſatiſfactionem conſequendam. Corneus *conſil.* 181. *vol.* 2. Et † de iure conatio non præſumitur, quotieſcunque alia coniectura capi poteſt: *ſuper hoc, de renunc.* in tantum quod potius præſumatur res à lege prohibita, aut error etiam in proprio facto, quam donatio, vel rei ſuæ iactatio *l. ſed ſi me putem, in princ. de condi. indebi.* de qua re in propoſito laborandum non videtur: cum quietationes, & receptiones pro parte Illuſtriſſimi Ducis allegatæ, non ſimpliciter emiſſæ ſint, ſed in multis adiecta ſit † clauſula; *ad bonum computum*; quæ certiſſimam conſeruati iuris cautionem continet, Bart. *in leg. ſi ex toto* §. 1. *de leg.* 1. limitatque modificat & reſtringit ſolutiones factas ad recepta tantum, operaturque, ne poſſit præſtatio, quantumuis iterata, & multiplicata, afferre præiudicium, perinde ac ſi diſcretis verbis de conſeruanda petitione reſidui proteſtatio conſentienti, & acquieſcenti Illuſtriſſ. Duci facta eſſet, aut quietationes conuenerent clauſulã, *ſaluo iure reſidui*, quæ eſt reſeruatoria iuris, efficitque ne qua ratione actus, qui geritur obeſſe poſſit in petendo, ſeu conſequendo reſiduo Bart. *in d. l. ſi ex toto.* Paul. Pariſ. *conſil.* 71. *ſeſtator, num.* 13. *vol.* 3.

¶ Nec eſt verendum, ne obſint Illuſtriſſimæ Duciſſæ † dictæ clauſulæ in quibuſdam quietationibus omiſſæ: cum (vt mox dicemus) Celſ. ſua adhuc ſit intra præſcriptionum tempora & adiectio, proteſtatioque in quibuſdam quietationibus facta, in aliis repetita cenſetur, propter animi intentionem ſemel declaratam: & quæ etiam plerunque conſentiente, & acceptante Illuſtriſſ. D. quietationes non ſimplices interpoſita operatur interruptionem, & impedit coniunctionem temporis, omnemque materiam, & cauſam præſcribendi tollit è medio. Siquidem qui vult præſcribere, aut per vſum, ſeu per non vſum certi modi, acquirere, ponere, ne probare debet, quod vſus ſit iure ſuo, & quod aduerſarius patiebatur, nec verbo, nec facto contra dicebat: & ſi contradicebat, quod nihilominus iure ſuo vſus ſit Gloſſ. *in l.* 1. §. *hoc interdicto* quod illuſtriſſimus Dux non obſeruauit ꝙ contradictioni, & reluctationi illuſtriſſimæ Duciſſæ acquieſcendo, conſentiendoque ſecundum quietationes limitatas cum clauſula, *ad bonum computum; ſolutiſſe oſtenditur.*

¶ Quin etiam ſi nulla proteſtatio, aut cautio fuiſſet adhibita, æque adhuc integra eſſet reſidui petitio cum de iure clarum ſit; quod creditor petens partem debiti, etiam ab initio, ſibi non præiudicet in reſiduo, quo minus id etiam in eodem iudicio perſequi poſſit §. *ſi minus, inſtitut. de act. l. ſiquidem. Cod. de tranſact.*

Cui conſentaneum eſt, ꝙ Bartolus ſcribit, *l. ſi qui vſumfructum, quibus mod. vſusfruct. amitt.* quod is, cui anti-

antiquâ moneta debetur, recipiendo longo tempore monetam nouam deteriorem, conſeruet ſibi ius petendi antiquam vel illius augmentum, quaſi recipiendo nouam videatur recepiſſe partem antiquæ. Quod minorem difficultatem recipit in propoſito, ob id, quod in ſerie rei geſtæ non obſcurè appareat, quod difficultatem mouentibus his, qui ſolutiones erogabant, Illuſtriſſima Duciſſa in minori numero eas admiſerit, ex ciuilitate, vel affectu præſentis ſolutionis, & ne per dilationes ſolutio nimium differretur; quod nec præſcriptionem, nec præſumptionem arguit, ſed meram facti contingentiam, quæ nihil nocere poteſt.

§ Nec parum facit ad confirmationem prædictorum, quod reſiduum, ſeu defectus numeri, de quo agitur, principaliter debeatur, & in obligatione ſit: quoniam licet plerunque receptio ſortis vel alterius rei, ſecum trahat remiſſionem eius, quod eſt acceſſorium: *l. fin. de eo quod certo loco.* nunquam tamen vim ſuam exercet in eo, quod eſt in obligatione, mediante ſtipulatione. Iaſon poſt alios, *in d. l. fin.* Socin. Iun. *conſ. 23. num. 8. vol. 2.* Quia in noſtro caſu Illuſtriſsimũ Ducem teneri, tenor ipſius locationis reddit perſpicuum, remouetque omnem contrariæ obſeruantiæ & ſolutionis conſiderationem; quia apparet illas indebitè factas eſſe Bald. *in l. ſi certis annis. C. de pactis.* & hac ratione ſi aliquis probet ſolutionem ex cauſa quæ poſtea apparet falſa, talis ſolutio in nullo parti ſuffragatur Hoſtienſ. & alii *in c. peruenit, de conſi.* Ioan. Maria de Riminaldis, *conſ. 363. num. 18. volum. 2.*

62 Accedit † quod à tempore dictarum ſolutionum triginta anni nondum excurrerint, ſine quibus præſcriptionem, nec præiudicium huiuſmodi ſolutiones, & receptiones inducere manifeſtum eſt; etiam ex generali iuris regula, ſecundum quam celebre conſilium Papienſis Impreſſum in libro tract. poſt Alb. Brun. *de aug. mon.* collegit (licet pro aduerſa parte multa moliatur) determinat, ſolutiones non nocere, niſi per 30. vel 40. ann. continuatæ ſint cum bona fide: quæ ipſa quoque hic deficit, propter apertam legem locationis. Et quia ex quietationibus, & propriis literis ſatis deprehenditur, Illuſtriſsimum Ducem conſcium fuiſſe teſtantis, nec per ſoluti reſidui, & quod Illuſtriſsima Duciſſa illud nequaquã neglexerit, quod præſcriptioni & remiſsioni eſt contrarium, potiſsimum in Principe & conductore; aduerſus quem non implentem promiſſa, nec reſtituentem ea, ad quæ tenetur, vel ſeſe ex præſcriptione adiuuantem, lex agit ſeuerius *l. ſi quis conduct. C. locati l. male agitur. C. de praſcript.*

Nec eſt vt hic quis obiiciat, præſentis articuli diſquiſitionem non pendere ex præſcriptione, ſed ex interpretandi declarandique ratione, quæ non exicipit tam longa temporũ ſpacia, aut aliarum cauſarum concurſum ſed minori negotio & ex pluribus ſeu multiplicatis actibus inducitur: quia cum caſus
63 iſte ſit clarus, nullus eſt interpretationi locus † Declaratio enim, ſeu interpretatio verborum non dubiorum, quæ ſcilicet illis non congruit, non cenſetur eſſe declaratio, ſed noua, atque alia quadam diſpoſitio Anch. *conſil. 598. præmitto pro clariori*, Decius *in l. in ambiguis, de regul. iur.* quæ per ſolutionum receptiones non inducitur, etiamſi ſæpius ſint iteratæ, & & multiplicatæ Aretinus *conſil. centeſ. vndecim.* Hieronymus Grat. *dict. conſil. duodecim. numer. ſexageſ. octau.*

64 Nam † vt ſolutiones, & earum receptiones operentur, neceſſe eſt caſum dubium concurrere, & præter dubitationem caſus, ſolutionem factam eſſe bona fide, & per tempus ad præſcriptionem requiſitum Aretinus *dict. conſil. 111.* Hieron. Grat. *dict. con. 12. numer. ſexageſ. octau.* Vnde eleganter ſcribit Ioanne Maria. de Riminaldis *loco præcitato*, quod ſequens conſuetudo & ſolutio poſtea facta, ita demum operari, ſi verba ſtipulationis ſint ambigua

§ Quæ cum ita ſe habeant, nihil timendum eſt, ne factæ ſolutiones Illuſtriſſimæ Duciſſæ de damno vitando præiudicent: cum & bona fides, & præſcriptio deficiant: eo quod amplius ipſæ ſolutiones, non ſimpliciter, nec eodem modo. ſed variè, per quod diſturbatur, & conſuetudo, & præſcriptio, proceſſerint; agaturq; non de declaranda qualitate ſed immutanda ſubſtantia obligationis: quia ſecundum patris aduerſæ intentionem, vbi in obligatione ſunt 7500. ſcuta ſoluerentur tantum ſeptem millia: quod contingit ſubſtantiam, & id quod eſt principaliter dedoctum in obligationem.

§ Per quæ omnia etiam ea diluuntur, quæ de ſolutione facta ad bancum de Puccinis, & generali liberatione obiiciuntur, cum annotatione Ioannis de Orthega theſaurarii: quia omnia ſunt eiuſdem habitudinis & rationis; mutuam completionem, & dependentiam habentia: & quod ad ſolutionem banchi de Puccinis attinet, ea non tam prodeſt, quod aduerſatur Illuſtriſſimi Ducis ſententiæ quoniam claris verbis demonſtrat, integra 7500. ſcuta annumerata eſſe pro affictu vnius anni, abſque vlla probatione aſſertæ repetitionis vel reſtitutionis, cum priuatæ atteſtationi ab Illuſtriſſimo Duce exhibitæ, fides attribui nequeat in præiudicium Sereniſſimæ Dominæ Duciſſæ: Sed & annotatio Ioan. de Orthega hic omnino eſt impertinens, non ſolum quia de auctoritate, ſeu poteſtate eius iuſta de cauſa controuertitur, verum etiam, quia annotatio illa eſt extra quietationem Illuſtriſſimæ Duciſſæ concepta non ad probationem ſolutionum tanquam debitè factarum, ſed ad priuatam cautionem, ſecuritatem, & indemnitatem ipſius Orteghæ, ne cogeretur in rationibus reſpondere de ſpeciebus 7500. ſcutorum, quæ maiorem habent numerum, maioremque quantitatem conſtituunt, & ex Cambio, ſeu allagio poſſunt creſceſe, Andreas Alciatus *conſil. centeſimo numer. tertio.*

Rurſus liberatio illa, licet ab Illuſtriſſimo Duci dicatur generalis, referaturque ad omnia tempora præterita, rectè tamen inſpecta, non niſi vnius anni affictum aſpicit, quod ex oratione de affictu ſingulari numero, cum determinatione certi temporis, ante finem locationis, & ea adhuc ſtante elapſi, intelligitur: ideoque ad vnum illum annum coarctanda eſt, nec vltra progredi debet.

Libratio † enim eſt ſtricti iuris, nec in ea ve- 65
niunt: niſi expreſſa Calderic. *conſil. quinto, titul. de praben.* Socinus *conſil. nonageſimo ſexto viſo proceſſu in fin. libro primo.* Et † idcirco libratio facta pro vna 66
quantitate, affictu, ſeu tempore, non eſt extendenda ad alia. Paulus Pariſ. *conſil. 109. numer. decim. ſeptimo volum. tertio.*

§ Præterea ne quærentes exitum rei, latiſsimè ſe ſpargentis, † diutius immoremur his particularibus 67
circumſtantiis, manifeſti iuris eſt, librationem, quantumuis generaliter acceptam, cum aliis quæ illi coniunguntur, euertere, apparente vitio, vel defectu ſolutionum, in quarum conſequentiam proceſſerunt omnia, idque vel ratione acceſsionis, vel ratione deficientis, aut nõ ſubſiſtẽtis cauſæ, & ex capite erroris, vel enormis læſionis ac lucri, quod indebitæ penes Illuſtriſsimum Ducem remaneret, cum iactura Illuſtriſsimæ Duciſſæ. Nam generali regulâ

receptum

Pecunia, ſub §.4.& Rub. *conſil.*148.*num.*1. Et ſic inter partes ſemper tacitè cenſetur actum, vt ſecundum conſuetudinem loci ſoluatur pecunia: vt per Afflict. *in titul quæ ſint regalia, in verſ. Moneta, num.* 21. *in vſi. feud.* & per Ioach. Mynſ. *in obſeruatione* 15. *ſi de precio contro*. 4. vbi refert ita deciſum fuiſſe in conſiſtorio Imperiali; & iſtorum opinio communis eſt: teſte Curtio, *in memorato conſil.*24.*num.*5.& Couarruuias *in ſua practica in fin. tit. de numiſmate. c.* 7.§. *vnico, num.*1. & vera teſte Socin. Iun. *conſ.* 44. *illuſtriſsime ac excellentiſsime Dux, ſub num.*5.*volum.*4.

Com. opin.

OPINIO DXVIII.

SVMMARIA.

1 *Princeps an ſolus poſsit mutare valorem monetæ abſque populi conſenſu.*

2 *Moneta an tantum valere debeant quantū in maſſa & pondere re vera continent, an vero amplius propter expenſas in cudendo erogatas.*

1 MONETARVM † valorem ſolus princeps abſq; populi conſenſu mutare poteſt: ſecundum Io. Factic. *in authent. hoc niſi debitor. C. de ſolutio, & inſtit. quibus mod. tolli oblig. in princ.* & Boer. *cum aliis congeſtis per eum, deciſ.* 327. *num.* 6. *& ſeq.* vbi deducit iſtam opinionem eſſe communem.

Com. opin.

¶ In contrariam verò ſententiam, videlicet quod Princeps circa monetam non poſſit aliquid ſtatuere ſine conſenſu populi cum circa hoc non ſolum Principis, ſed & populi detrimentum afferatur, inclinarunt aliqui Doctores variis in locis iuris noſtri, & præſertim Angelus de Clauaſio *in ſua ſumma Angelica in verb. Falſarius ſub* §. 6. Franciſcus Marci. *q.* 15. *in* 1. *parte*, & igneus *in repet. l. ne effartes.* §. *non alias par.* 2. *num.* 99. *& num.* 108. *C. ad ſenatus conſul. Syllani* quo in loco affirmat iſtam eſſe communem opinionem: Tamen obſeruatur prior opinio ſimiliter communis.

Com. opin.

2 Et ipſa moneta debet tantum valere in maſſa, quantum formata; & ſic tantum in pondere, quantum in valore eſſe debet: & expenſa debet fieri de publico ſecundum Bart. *in l. qui falſam ff. de falſis, & in l.* 2. §. *mutui datio ff ſi cert. petat.* Imol. *in l Paulus ff de ſol.* Fabian. de Monte *in tract. de emptione & vendit. in* 3. *q. princ. ſub num* 2. *& ſequente.* Socin. *in l. cum quib. ff. ſi cert.* Brun. *in tract. de mutatio. monet. in princ.* Affl. *deciſ.* 90. *num.*4. & Gloſ. *in l* 1 *ff de contrahen. empt.*

¶ In contrariam vero opinionem inclinarunt quod videlicet de iure debeat detrahi expenſa cudendi, & quod minus ponderis ſit in ea, quam valeat Innocent. & Abbas *in capit. quanto de iureiurand.* S. Antonin. Archiepiſcopus Florent. *in ſua ſumma in* 2. *part. cap.* 18. *de falſificatione, ſub verſ. de falſificatione moneta,* Curt. & Zaſius *in dict.* §. *mutui datio,* & Cagnolus *in leg.* 2. *C. de pract. inter empt. & vendit. quaſt.* 74. *numer.* 213. *&* 214. & Angel. de Clauaſio *in ſua ſumma in verſic. Falſarius* §. 6. vbi ait iſtorum opinionem communiter approbari: ſed prima opinio Gloſſ. Bar. Sequaciumque obſeruatur vbique.

Com. opin.

¶ Vnde ad bonitatem monetæ plura neceſſario terequiruntur, videlicet, iuſtitia ponderis & materiæ, & authnticas formæ ita Bart. *in dict. l. qui falſam* & Bal. *in rub. Cod. de contrah. end. empt. in prima quaſtione.*

OPINIO DXIX.

SVMMARIA.

1 *Monetam Imperatoris vel alterius ſuperioris falſificans, aut falſam cudens qua pœna afficiendus ſit. & num.* 2.

3 *Ex conſtitut. Neapolitana qua ſit pœna.*

4 *Statutum puniens falſificantem monetam, non procedit in falſificante monetam reprobatam in loco ſtatuentium.*

5 *Aurum factum per Alchimiſtas an vendi poſsit pro vero auro.*

6 *An Alchimiſta aurum conficiens, puniatur de falſo. & peccet num.* 7. *Et an alchimia ſit ars licita, an vero fallax num.* 8.

MONETAM † falſam Imperatoris efficiens, aut cudens, igne comburendus eſt, tanquam vere reus criminis læſæ maieſtatis *l.* 2. *C. de falſa moneta* ſecundum iſtius text. communem interpretationem quam ibi tradiderunt Gloſſ. Cyn. & omnes, Bonifacius *in tract. maleſic. in rub. de pœn. falſificantis monetam* Abbas *in c. quanto, num.* 7. *de iureiur.* Raphæ. Cuma. poſt Salyc. *conſil.* 138. *in fin.* Marſil. *in l. qui falſam monetam, numero* 103. *Cod. ad legem Cornel. de falſ.* Fabian. de Monte *in tract. de emption. & vendit. in* 5. *quaſtion. princ. num.* 7. Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus *in ſecund. parte ſua ſumma capit. decim. octa. de falſificatione verſicul. de falſificatione moneta,* & Iacobus Nouellus *in ſua pract. in rub. contra monetarios, num.* 2. & omnia eius bona publicantur. Vide etiam in hac materia per plures diſtinctiones Iacob Beluiſ. *in pract. iud. crim. in tit. de monetar. nu.* 13. *& ſeq. fol.*10. 1

Com. opin.

¶ Sed ſi quis crimen hoc commiſerit circa monetam Pincipis inferioris, qui non ſit Imperator, puniendus erit pœna capitali. *l.* 1. *C. de falſa moneta,* & ibi omnes Doct. communiter *in dict. leg.* 2. & Gloſ. Scribenteſque omnes *in cap. quanto, de iureiurand.* & Fabianus *in dict. quaſt.* 5. *ſub numer. ſeptim.* & Sanctus Antoninus *loco de quo ſupra.* & ſic falſificans monetam Regis Baronis, vel Ciuitatis, punitur pœna capitis ciuili non autem naturali, id eſt deportatione: ita Salyb. *in d. l. ſecund.* & ibi Baldus *per legem final. C. de veter. num. poteſ. lib.* 11. Alex. *in l. eloganter.* §. *qui reprobos ff. de pignor. actio. & in conſil.* 1 *in* 4. *ſtatutum loquens, ſub numer.* 2. *volumin.* 1. & Ioannes Andreas *in dict. capit. quanto*, vbi ait hoc idem firmaſſe Ioan. Cremonenſem, qui alias in facti contingentia, in Ciuitate Bononiæ, falſificantem monetam ab amputatione capitis liberauit.

Com. opin.

Nec quicquā refert † in punitione iſtius criminis quod ſit moneta aurea, ærea, vel argentea ſecundum Sal. *in memorat. l.* 2. & Afflict. *in conſtit. Neap. lib.* 3. *tit.* 40. *col.* 2. Sed pœna vtiquenon debet eſſe par, æqualiſq; in omnibus iſtis caſibus. Nam monetam auream corrumpens deterioremque faciens, pœna mortis mulctandus eſt. *l. qui falſam ff. de falſis & l.* 1. *C. de falſ. monet.* & Marſil. *conſil.* 71. *num.* 11. *volum.* 1. Cæterum monetam argenteam corrumpens, vel deteriorem reddens, pœna mortis plectendus non foret ſecundum Marſil. *in loco præcitato, num.* 13. 2

Hæc tamen † pœna capitalis, de qua *in d. l.* 1. *nota, ſeu digna deportationis eſt.* Glo. *in l. fin. C. de veter. numiſ. poſter.* 11. *lib.* 11. nota: Salyt. *in d. c.* 2. & Marſil. *in l. qui falſam monetam num.* 32. *ff. ad l. Corn. de falſ.* & iſta videtur verior communiorque opinio Doct. Conſtitutione vero Neapol. incip *adulterinam monetam*, adulterans monetam principis, punitur pœna capitis, & publicatione bonorum. 3

Com. opin.

Cæterum † ſi ſtaret ſtatutum, puniens falſificantem monetam, non procederet in falſificante monetam reprobatam in loco ſtatuentium. Quoniam ſtatutum loquens de moneta, procedit in moneta vſuali, currentiq; in loco ſtatuti: vt voluit Alex. *in l. elegantur.* §. *qui reprob ff. de pig. actio & in d. con.* 1 *in* 4. Mar. *in d. con.* 71 *n.* 10. *& ſeq.* Iul. Scarlatin. *in con.* 11. 5. *in q. propoſita* 4

ditaria, ita tradidit Bart. eleganter *per text. ibi in l. lege Cornelia. ff. de falſis.* & Abb. *in cap. 5. col. 3. de iureiur.* & ſequitur etiam Ioan. Anton. de Nigris cum alijs aggregatis per eum, *ſuper capitulis Regni, in cap. vt qui ab excellentia. 31. nu. 14. fol.* 88. Fabian. de Monte, *in tract. de emptio. & vendit. quaeſt. 5. princ. ſub num. 9.* & Sanct. Anton. Archiepiſ. opus Florentinus, *in ſua ſumma in 2. parte, cap. 8. de falſificatione, verſi. quo ad vſum falſa monetae.* Caeterum Salyc. *in l. 2. C. de falſa moneta,* tenet indiſtincte, ordinariam poenam falſi eſſe in caſu iſto infligendam, quem ſequitur Marſil. *in l. qui falſam, nu. 64. ff. de falſis* aſſerens opinionem iſtam ſeruari in practica, & eandem ſententiam ſequi videtur *conſil. 47. nu. 2.*

2 Sed † ſi quis doloſe pluribus vicibus expenderet falſam monetam, & ſic aſſuetus foret hoc facinus patrare, puniendus eſſet poena capitis, ſeu ignis: ſecundum Bonifacium *in tract. maleſic. in tit. de poena falſantis monetam, nu. 4.* vbi refert multos Doctores Paduae in iſtam partem inclinaſſe.

3 Conſtitutiones † autem Regni Neapolitani, *tenebantes, adulterinam monetam,* & monetam adulterinam cudentes, accipientes, & vtentes ſcienter, puniuntur poena capitis, & bonorum publicatione, vbi Affl. *&c. in pr.* teſtatur, ſe vidiſſe magnam Curiam Vicariae extraordinarie puniuiſſe expendentes monetam falſam.

4 Et † his congruenter adiungitur, quod is praeſumatur reus falſae monetae, ſi non indicauerit illum, à quo eam monetam adulterinam habuerit, ſicuti voluerunt Petr. & Cyn. *in l. maiorem. C. de falſis.* notat Aret. *in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigneratitia actione,* Barbatius *conſil. 51. col. 4.* & Marſil. *ind. l. qui falſam n. 97.* Vnde conſtat etiam ignorantiam falſi eius praeſumi, qui expenderit adulterinos nummos, ſi eum indicauerit, à quo eos habuerit.

5 Et † de monetarum materiam vide ample per Afflict. *in praefat. conſtitutionum Regni, in q. aſſ. 4.* Albertum Brunum, *in tract. de monetis.* Fabianum *in d. q. 5. in tract. de empt. & vendit. num. 2. cum alijs ſequent.* & Gaſparum Se... *in tract. monetarum,* Aegid. B... *in tract. de crimine in tit. de falſa moneta fol. 157.* & Ioan. Ant. de Nigris, *in d. c. vt qui ab excellentia, & in c. iam ſaepe 130.*

OPINIO DXXII.

SVMMARIA.

1 *Mora purgatio debet fieri celeriter, idq́; iudicis arbitrio.*

2 *Mora parua, non dicitur mora.*

3 *Fideiuſſor, qui ſub poena promiſit aliquem in iudicio repraeſentare, certa die ſi poſt moram repraeſentauerit an teneatur ad poenam: an vero poſſit moram purgare: etiam ubi iuramentum interuenit, & nu. 5.*

4 *Iudaeus etiam admittitur ad purgandum moram.*

6 *Mora purgatio excluditur per iuramentum.*

7 *Mora committitur ſine interpellatione aliqua, cum in contractu interuenit iuramentum: quia iuramentum habet vim interpellationis.*

8 *Mora duplicata, ſeu geminata per lapſum termini purgationis excludit facultatem purgandi.*

9 *Mora purgatio an in omni caſu admittatur de aequitate canonica. Etiam caſu interuenit iuramentum, & nu. 10. & 11.*

12 *Mora purgatio non admittitur, ſi ex pacto, poſt moram contractam, facta eſſet reſolutio contractus.*

13 *Mora geminata purgari non poteſt etiam de aequitate canonica.*

14 *Mora in omni caſu purgatur de aequitate canonica in terris eccleſiae duntaxat, & inter perſonas eccleſiaſticas, nu. 16.*

15 *Mora purgari non poteſt ſecundum aequitatem canonicam, cum ei renunciatum eſt. Et dicitur mora renunciatum, cum in contractu quis omni legum auxilio renunciauit.*

17 *Contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti, agens ad intereſſe ex eo capite quod mora ſit commiſſa in ſiſtendo, quid probare debeat.*

18 *Mora purgatio ex ritu magnae Curiae Vicariae ſemper admittitur, etiamſi dies, iuramentum, & poena adiecta ſit. Etiam poſt ſententiam in cauſa appellationis.*

19 *Quod procedit, ſiue tempus à iure, ſiue ab homine appoſitum ſit. Non autem ſi executio ſit facta à iure, vel ab homine.*

20 *In contractibus bonae fidei mora purgatio admittitur, etiamſi dies, & poena adiecta ſit.*

21 *Renunciationes in contractibus appoſitae, an impediant mora purgationem.*

22 *Mulier renuncians, non certiorata, ſibi non praeiudicat. Et an idem ſit in ruſtico, & minore, nu. 23.*

24 *Mora an contrahatur, ſi aduerſarius à ſua parte non impleat promiſſa.*

MORA † purgatio debet eſſe celer, vel fieri celeriter intra paucos dies, ad arbitrium iudicis, 1
vt per Deci. *conſ. 452. nu. 25.* Iaſ. *conſ. 82. vol. 1.* & Affli. *deciſ. 17.* & eſt text. & ibi Bart. *in l. ſi in lege §. colonus ff. loc.* & ibi in eo, an quis per celerem ſatisfactionem cenſeatur purgaſſe moram, ſtatur iudicis arbitrio: ſecundum magis communem opinionem; quam tenet Deci. *conſ. 38. & diligenter, ſub n. 8.* & Ripa *in l. ſi inſula n. 35. ff. de ver. oblig.* Bertr. *conſ. 146. quamuis bona emphyteotica permutata, ſub nu. 2. vol. 8.* & Dec. *conſ. 138. poſt nu. 7.* Quia cum nulla ſit lege expreſſe diffinitum, intra quod tempus mora purgari poſſit, iudicis arbitrio id committitur *l. 1. §. 1. ff. de iur. delib. & l. 1. §. effractores. ff. de eff. ad.* Card. & Imol. *col. 15. & ſeq. in c. potuit. eiſt. loc.* Iaſ. *conſ. 82. vol. 1.* Quod quidem iudex tenetur 2
hoc caſu prudenter animaduertere, quod parua mora non dicitur mora. ita Ab. de Roſa *in l. 2. C. de verb. ſig.* Lu. de Fano, *in l. quorum col. 38. ff. de pign.* Barba. *in conſ. 58. commemoratum, col. 15. vol. 4.* & Tiraq. *in tra. de ind. in rub. exig. ſecundi, ſub q. 68. & d. l. ſi in leg. § colonus ff. locati.*

Et hinc eſt, † quod fideiuſſor, qui ſub poena promiſit aliquem in iudicio repraeſentare certa die, ſi poſt moram repraeſentauerit, non tenetur ad poenā: quia potuit morā purgare. & hoc etiā, iuramento interueniente: vt per Iaſ. *in l. ſi ex legati cauſa, n. 14. ff. de ver. obli.* & ita iudicaui in facti contingentia, cum eſſem iudex criminalis in Ciuitate Theiami, anno Domini 1561. 3

Imo † etiam Iudaeus admittitur ad purgandum moram; & ſic purgatio morae habet locum quoq; in Iudaeis: vt voluit Fely. *in c. 2. de Iudae.* Licet contrarium velit Iaſ. *in l. & ſi poſt tres, nu. 4. ff. ſi quis cautio.* 4

Sed † hoc limitatur non procedere in fideiuſſore de repraeſentando aliquem ſub poena certa; & cum iuramento: ſecundum Affl. *in deciſ. 174. col. fin.* & Granett. *in d. conſ. 95.* Et tunc profecto, ſtante appoſitione diei, & poenae in promiſſione, incurritur ſeu contrahitur mora abſq; vlla interpellatione, elapſa die, textus eſt, *in l. magnam. 12. 1. C. de contrahen. & cōmitt. ſtip.* Bar. *in l. ſi ſtipulatus. ff. de ver. obl. l. 2. & ibi Doct. C. de iur. emphyt. & in c. potuit de loca & in l. quod te. ff. ſi cer. pet.* Et † de hoc non eſt adeo mirandum: quia iuramentum excludit facultatem purgandi moram: & ſic iuramentum obſtat praedictae purgationi, ſecundum cōmunem opinionem Bar. & omnium Doct. *in l. ſi quis maior C. de tranſact. & in l. ſi inſulam ff. de ver. obl.* quam ſequuntur, & cōmunem atteſtantur ibi Moder. Rom. *ſing. 444.* Alciat. *conſ. 104. n. 10.* & Ripa *in l. ſi inſulam nu. 90. & ſeq. ff. de ver. obli. & in repet. l. fin. n. 110. C. de reuocan. donat.* 5 6 Com. op. n. Com. opin.

7 Et tunc equidem, † ſtante iuramento, mora cõmittitur ſine aliqua interpellatione, quæ eo caſu neceſſaria non eſt, ita Doc. *in l. quod te. ff. ſi cer. pet.* Curt. Iun. *conſ.* 74 Gozad. *conſ.* 27. *col.* 3. *& conſ.* 31. *col.* 1. & Rubeus Alexand. *conſ.* 152. Siquidem iuramentum habet vim interpellationis: ſtimulat enim illud quotidie iurantem, vt promiſſa obſeruet, *c.* 1 *de forma fidel.* & tradunt Alex. & alij omnes, *in d. l. quod te.*

8 Falliitq; † non habere locum ſimiliter in mora duplicata: quia exploratum eſt, geminationem moræ per lapſum diei, ac termini purgationis, facultatem excludere, *l. traiectitia.* § *de illo. ff. de act. & oblig.* per quem text. ita firmat Ang. ibi. Rom. *conſ.* 352. *n.* 8. & ingenioſiſſimus D. Horat. Mandoſ. cum aliis citatis ibi per eum, *in addit. in litera G.* Gozad. *conſ.* 57. *ſub n.* 18. & Berous *conſ.* 120 *concludo in præſenti cauſa. n.* 21. *vol.* 1. Licet, & male Coraſ. *in miſcellaneis iuris ciuilis, lib.* 2. *c.* 6. *ſub n.* 10. *cum aliis ſeq.* contrarium ſentiat. Imo mora geminata, id eſt, contracta per geminatam interpellationem non purgatur, etiam ante litis conteſtationem: ita Rom. & Alex. *in d. l. ſi inſulam. de verb. oblig.*

9 Sed † iſtius moræ purgatio admittitur abſque dubio; de æquitate canonica. Nam ſemper, & in omni caſu regulariter, de æquitate canonica, purgari poteſt mora: ita Canoniſtæ *in c. tua. Extra de pœnis.* Bald. *in l. qui crimen q.* 11. *C. qui accuſ. non poſſ. & in l. ſi pacto. C. de pact.* & Doct. præſertim Imol. *in c. dilecti. de arbr.* Gozad. *conſ.* 66. *decreuerant, ſub n.* 13. Gratus *conſ.* 79 *punctum præſentis conſultationis, n.* 11. *vol.* 1. & Berous *in conſ.* 120. *concludo in præſenti cauſa, ſub num.* 20. *vol.* 1. & ita conſuluit Dec. in terminis *in d. conſ.* 138. *ſub nu.* 8.

10 Imo † in tantum hoc procedit, vt mora etiam iuramento non obſtante, ſecundum æquitatem canonicam, purgari poſſit *d. c. tua* & firmant Doct. *in c. apud miſericordem.* 22. *q.* 1. Bal. *in l. qui crimen q.* 11. *C. qui accuſ. non poſſ.* Ant. de Butr. *in d. c. dilecti* Dec. *con.* 138. *col.* 3 Gozad. *in d. conſ.* 66. *ſub n.* 13. & Gratus *conſ.* 93. *viſo inſtrumento donationis, nu.* 48 *vol.* 1.

11 Sed † de hoc plano procedit, vendicatq; ſibi locum, vt videl. mora ſecundum æquitatẽ canonicam purgari queat, non obſtante iuramẽto, cumq; mora aduerſario nullum damnum, nullũq; detrimentum attulit, alias enim ſecus eſſet: ita Bal. *in l. ſi pacto quo pœnam. col. pen. C. de pact.* Ant. de But. & Imol. *in c. dilecti de*
Com. opin. *reſtitut.* Iaſ. in terminis, *conſ.* 9. *nu.* 8. *& conſ.* 82. *vol.* 1. & Gratus *con.* 49 *in cauſa magnifici, & nobilis Scipionis, n.* 22. *vol.* 1. *& in d. conſ.* 93 *ſub n.* 56. vbi ait iſtã opin. eſſe cõm.

12 Et † quamuis mora de æquitate canonica purgari poſſit; tamen hoc clauditur, ſi eſſet appoſitũ pactum reſolutiuum, ſecundum Bal. *in c.* 1. *in prin. quo temp. mil.* Ang. *in d. l. ſi inſulam. col.* 13. Gratus *in d. conſ.* 93. *n.* 61. & Puteus *deciſ.* 11. *de tranſact.*

13 Fallitq; † ſimiliter eadẽ concl. in mora duplicata, & geminata, ea enim purgari nõ poteſt, etiã de æquitate canonica, vt vult Berous *in d. conſ.* 120. *ſub n.* 21. *vol.* 1.

14 Limitatur tertio etiam, † vt hæc concluſio locum tantum ſortiatur in terris eccleſiæ, non autem in aliis locis, ſecundum Gozad *conſ.* 57. *multa fuerunt adducta, ſub n.* 18 *& in d. conſ.* 66 *nu.* 13.

15 Limitatur † quarto eadem concluſio, vt locum non obtineat, cum purgationi moræ eſt renunciatũ: vt explicat Saly. *in l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtip.* Et dicitur renunciatum moræ, quotieſcunq; quis in contractu, ſeu promiſſione ſua renunciauit omni legum auxilio, vt concedit Gozad. *in d. conſ.* 57 *nu.* 19. poſt Io. de Monte Ferrato *in d. l. ſi inſulam. in fin.*

16 Quinto † limitatur itidem hæc eadem concluſio, vt procedat tantum in perſonis eccleſiaſticis, vt firmat doctiſſime Dec. *in d. conſ.* 138. *ſub n.* 8. cui aſſentitur Gozad. *in d. conſ.* 57. *ſub n.* 18.

Et † his accedit ſimiliter, quod ſi quis ageret contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti, ex eo capite, quod 17 mora fuerat commiſſa in ſiſtendo, eſto quod in caſu hoc peteretur intereſſe, debet conſtare de quantitate ipſius, & debet probari verum debitum principalis, ad quod ille tenebatur, ſecundum communem ſententiam Doct. quam ſequitur, citatq; Alex. *in l.* 2. § *fin. nu* 6. *ff. qui ſatiſda. cogan.*

Et † quamuis dies, iuramentum, & pœna, iure com- 18 muni inſpecto, moræ purgationem impediant. vt per Doct. vniuerſaliter omnes, *in l. ſi inſulam, C. de ver. oblig.* attamen ex ritu magnæ Curiæ vicariæ 173. & ſtilo ſacri conſilii æquitatem canonicam ſectantis, purgatio ſemper admittitur, vt Carauita ibi tradit. Quinimo, etiam poſt ſententiam, in cauſa appellationis, fuiſſe admiſſam in ſacro conſilio, die, iuramento, & pœna non obſtantib. refert Vrſillus *in add. Afflict. deciſ.* 174. *n.* 2 *& ſeq.* contra ibi firmata per Afflict. & tradita ſupra, *n.* 5. *& ſeq.* prout ita quoq; non ſemel tantum iudicatum fuit, atq; obſeruatum in ſacra regia audientia prouinciæ Terræ Bari, in anno 1589. & ſequentibus, me aſſidente in ea tunc auditore, in cauſis in ea occurſis, atq; deciſis. Et licet his temporibus per fiſcum fuerint allegati non pauci Doct. contrarium ſententes, citati per Io. Vince. de Anna in ſing. 350. ſimul cum deciſione regiæ cameræ ſummariæ: tamen replicatum fuit per me, tanquam commiſſarium aliquarum iſtarum cauſarum, ſtylum prædictum ſacri conſilii neceſſario obſeruandum eſſe, cum is, vtpote vim legis habens, iuxta notata per Afflict. *deciſ.* 135. ſit ab omnibus ſeruandus, replicatumq; ſimiliter fuit, moram ſemper purgari poſſe de æquitate canonica, præſertim quãdo pars nullum paſſa eſt damnum, vt per Dec *conſ.* 138. *n.* 7. *& conſ.* 151. *n.* 22. & Iaſ. *conſ.* 9. *n.* 8 *vol.* 1.

Quod † etiam ampliatur, proceditq; ſine ſcrupu- 19 lo, ſiue terminus à iure, ſiue ab homine apponatur, vt per Ant. Gabriel. *commu. opin lib.* 3. *tit. de ſolut. concluſ.* 9. eſto nihilominus bene verum, quod mora non poſſit vllatenus purgari, cũ executio reperiatur facta à iure, vel ab homine, ſecundum Bat. *in l. ſi inſulam, n.* 19. & Alex. *nu.* 32 & alios vnanimi voto omnes *ff. de ver. oblig.* & ita fuit iudicatum in Rota Romana, atteſtante Caputaquenſe *deciſ.* 234 *in* 2. *part.* & eſt textus *in l. ſi is cui ff. de leg.* 2 & concedit etiam Iaſ. *in d. l. ſi inſulam, col.* 17.

Accedat inſuper, contractum etiam, de quo agitur, ſiue eum innominatum dicamus, ſiue locationis & conductionis, ſiue emptionis, & venditionis ſemper eſſe bonæ fidei, § *actionum, Inſt. de actionib.* & † ideo moram purgari poſſe, etiam die interueniente, & 20 pœna, vt tradit Bal. *in l. cum allegas, n.* 12. *C. de vſur.* relatus per Carauit. *Ritu* 173. *nu.* 2.

Nec † obſtant renunciationes apponi conſuetæ 21 in contractibus: quæ etiamſi adſint, cenſentur tamen de Stylo notariorum appoſitæ, & quãuis lectæ præſumantur inter partes, non tamen apparet declaratum contrahentibus, quæ ſit earum vis, & effectus, & conſequenter renunciantis voluntatio, vel imperitio minime obſtãt, prout in clauſula codicillari pulchre tradit Soc. *conſ.* 93. *n.* 27. *vol.* 4 & ſic clauſula codicillaris in teſtamento appoſita nihil operari ſolet, cum re ipſa illa ex notariis ſtilo cerebro apponatur, non quod fuerit de eius effectu taliter cogitatũ, ita Bar. *in l.* 1 *ff. de iur. cod* Barb. *con.* 52. *& con* 58. *col.* 6 *vol.* 4. Marin Freccia *in tra. de repræſentatione inſtrumentorũ, ſecundũ formã ritus magnæ curiæ vicar.* 9 *par. q.* 15. *n.* 10. Imo iuramentũ tunc non poteſt operari, cum de eius effectu non fuit cogitatum, vt per Barbat. *conſ.* 43. *& conſ.* 60. *col.* 1. *vol.* 2. Curt. *conſ.* 50. *col.* 10.

Nec

22 Necnon † mulier renuntiando, ſibi neutiquam præiudicat, niſi de renuntiatione fuerit certiorata, vt per Dec. *conſ.* 180. Quod procedit, iuramento etiam interueniente, ſecundum vnam opinionem; quam communem aſſerit Ant. Gabriel *cōmu. opin. lib. 2. tit. de iureiur. concl. 3.* quamuis contrariam magis communiter teneri ibidem teſtetur.

23 Sed † ruſticus, & mulier regulariter æquiparantur, *l. 2. in prin. ff. de iur. fiſc. & l. 1. in fin. ff. de eden.* Iaſ. *in l. iuris ignorantia, n. 3. C. qui admitti.* & Alex. *in l. quicunq;, eod. tit.* ergo ruſtico, atq; imperito, nec certiorato, huiuſmodi renuntiationes obeſſe non poſſunt. Et ratio ea eſt, quia in ruſtico ſimplicitas præſumitur, & ideo iuramentum, vti captioſum, ipſum non afficit, vt per Bal. *in rub. C. de rerum permutat. nu. 4.*

24 Nec poſtremo dici poteſt, † moram contractam eſſe cum ſtetit per aduerſarium ipſius moroſi, ea ſui parte non adimplentem promiſſionem, arg. textus, cum Glo. *in l. pecuniæ, §. fin. ff. de vſur.* quam in propoſito citat D. Vincent. de Franchis, *deciſ. 16. n. 2.* & ita in propriis terminis iudicauit Rota Roman. atteſtante Caputaquenſe *deciſ. 233 in 2. part.* quod moroſus non teneatur ad pœnam, aduerſario ſimiliter exiſtente ex ſua parte moroſo. Vbi itidem eius deciſionis hanc aſſignat rationem, fidem frangenti, fidem non eſſe ſeruandam, *c. peruenit, el 2. de iureiuran. c. infideles 28. q. 1. l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio, & l. cum proponas, C. de pactis,* vbi Dec. hoc ponit pro regula. Idq; adhuc alia etiã comprobatur ratione, quia non dicitur eſſe in mora, qui poteſt legitima exceptione ſe tueri, *reg. non eſt in mora, de reg. iur. in 6.* & ſic mora purgari ſine omni dubio poteſt per eum, cui iudex terminũ aſſignauit, vt inſtrumentum producat, ſi ille in mora producendi ſit, ita Cyn. *in l. 1. §. edenda. ff. de edendo.* & Ang. *in l. inſulam ff. de ver. oblig.* Nec dicitur moram committere, qui iuſtam cauſam habet litigandi, vt per Gloſſ. & Doct. *in l. qui ſine dolo, ff. de reg. iur.* Gloſſ. *in l. qui ſolutioni. ff. de vſu. & l. ſecundum, eod. tit.* taliter quod non ſit in mora, qui ad iudicium prouocat, & ſic quælibet cauſa excuſat etiam à mora, ita Curt. Iun. *conſ. 28. n. 14.* & Ancha. Iun. *in familiarib. quæſt. q. 64. ſub n. 4. in 1. part.* Ita vt vbicunque foret incurſa mora, ea ex vltima mora aduerſarii in non adimplendo ex ſui parte conuenta, & promiſſa cenſeatur ſublata, *l. ſemel mora. ff. ſolut. matrim. & l. ſi & per emptorem. in princ. ff. de actio. empt.* Quia pœna non committitur quotieſcunque ſtat per creditorem ne recipiat, vt per Iaſ. *in l. qui Roma. §. cohæredes, nu. 13. ff. de ver. oblig.* & Dec. *conſ. 138. n. 8.* vbi firmat ex iuſta cauſa moram purgari poſſe.

OPINIO DXXIII.

SVMMARIA.

1 *Mora inducitur ex vnica interpellatione. Et an interpellatio extraiudicialis ſufficiat per verba enunciatiua, & incitatoria, n. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Debitor obligatus per iuramentum, ad ſoluendum certa die, adueniente tempore ſolutionis ſine monitione, & interpellatione vigore iuramenti in mora irregulari conſtituerentur.*

1 INTERPELLATIO requiritur, † & neceſſaria videtur ad conſtituendum debitorem in mora; & ſic interpellatio ipſa inducitur, & cauſatur mora, ſecundum Glo. & Bar. *col. 7.* & omnes *in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat.* Scribentes omnes *in l. quod te. ff. ſi cer. peta.* præſertim Bolognet. *num. 58.* qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Aret. *conſil. 72. præſupponitur in facto, col. fin.* ſiquidem non cenſetur per aliquem ſtare, niſi interpelletur, vt per Oldr. *conſ. 232. nota præſentem, q. col. 2.* & per Cagnol. cum aliis adductis per eum, *in d. l. quod te, n. 86. & ſeq.*

2 Vbi † hoc etiam ampliat procedere vtiliter, ſtante quod quis reperiretur obligatus, mediante publico liquido inſtrumento; Declarat etiam, quod ſufficiat in caſu hoc vna duntaxat interpellatio, & extraiudicialis quidem, & per verba enunciatiua: & hoc concludit ibi quoq; Bolognet. *ſub n. 58.* 3 Et † addit etiam quod ſufficiat fieri huiuſmodi interpellationem per verba incitatoria, poſt alios illuſtres Doctores, relatos per eum; & quod fieri debeat congruo loco, & tempore, & verbis aptis, ad inducendum ipſam moram: & quod fieri poſſit ſimiliter in iudicio per conteſtationem litis.

4 Et † quod dicta mora committatur, ſeu inducatur ex vna ſola interpellatione extraiudiciali: & per conſequens quod expreſſa iudicialis interpellatio debitorem in mora conſtituat, voluerunt vltra præcitatos Doctores Gloſſ. & Bart. *in l. mora, in princ. de vſuris,* idem Bart. *n. 2.* Aret. *in 1. not.* Iaſ. *n. 9.* & Alciat. *n. 21. in l. qui Roma. §. cohæredes, & in §. Seio. de verb. oblig.* Bauer. *in tract. de mora in 1. part. ſub n. 21. & ſeq.* & iſta eſt communis opinio, vt per aliquos ex allegatis Doct. Fely. *in c. ex literis, n. 8 de conſtit.* Moder. *in d. l. quod te,* præſertimq; Camillum Plautium *in præfat. n. 22.* & Tiraq. *in tract. de retract. conſang. §. 9. Glo. 3. nu. 23.* Cõis opin.

5 Et † iſta mora ita per appellationem incurſa, intelligitur de illa, in qua debitor conſtituitur per interpellationem hominis expreſſam, non autem de interpellatione tacita per appoſitionem diei in inſtrumento, quæ interpellat pro homine, ſtatim elapſa illa die, vt per Iaſ. cum aliis ſignatis per eum, *in l. ſi ta ligati cauſa, col. 3. ff. de ver. oblig.* & Cagnol. *in d. l. quod te, nu. 89.* vbi dicit iſtam eſſe communem concluſionem. Cõis opin.

6 Ideo † prædicta declarantur, ſeu limitantur non procedere in mora irregulari, quæ abſq; interpellatione incurritur, videlic. cum debitor per iuramentum, ad ſoluendum obligatus eſt, ita q; creditorem re promiſſa indigere, tum virtute iuramenti, quod ſine mẽtione interpellationeue obligat, in mora conſtituitur, & moroſus efficitur, ſecundum Dec. cum aliis glomeratis per eum, *in d. l. quod te, in 1. lect. n. 12. & in 2. lect. n. 43.* Gozad. *conſ. 57. n. 7.* Crauet. *conſ. 64. nu. 2.* & Rolan. à Valle, *conſ. 57. n. 45. vol. 1.* Iaſ. *col. 8.* & Cagnol. *nu. 94. in d. l. quod te,* qui oſtendunt ſimul cum aliis omnibus Moder. ibi, iſtam eſſe communem opinionem: cui licet contradicant ibi Camillus Plautinus *lib. 4. nu. 24. & ſeq. cum aliis citatis per eum,* & Bolognet. *nu. 61.* nihilominus aduerte in practica, quod durum ſit tenere contra communem. Cõis opin.

¶ Alterum vero caſum, in quo quis in mora conſtituitur, ſcil. vbi promiſit ſe facturum, & curaturum: poſuimus infra in *Opin. 670. Promittens ſe facturum, poſt medium.*

OPINIO DXXIV.

SVMMARIA.

1 *Moram irregularem quando pater, vel mater qui dotem promiſerunt, incurrant. Et quando extraneus, nu. 2.*

3 *Mora regularis, vel irregularis non committitur, cum dos non fuit promiſſa viro, ſed mulieri tantum.*

4 *Maritus, & vxor ſuſtinentes onera matrimonii quibus caſibus poſſint agere ad intereſſe dotis, remiſſiue.*

1 MORA † irregularis committitur in obligatione dotis, ſecundum Doct. communiter, ſi mulier, vel eius pater, qui marito dotem promiſit abſq; vlla dilatione ſoluere, non ſoluit, cum vir onera matrimonii incipit ſuſtinere, ſtatim committitur mora ipſa irregularis: iuxta *l. curabit, C. de act. emp.* 2 Si † autem

extraneus dotem promiſit, poſt lapſum biennii, à die quo vir cœpit onera matrimonii portare, incidit in moram irregularem, *l. fin. §. præterea. C. de iur. dot.* ita declarat Paul. Caſtren. *conſ. 2. viſo dicto libello, col. 4. in antiq.* Alex. *conſ. 147. perceptis, vol. 5.* Plotus *in repet. l. ſi quando, nu. 455. C. vnde vi,* & Chaſſa. *in conſuet. Burgun. in rubr. 4. §. 23.* vbi meminit de communi, & Io. Lupi *int. per veſtras, in 3. not. §. 1. de don. inter vir. & vxor.* Glo. & Bar. *in l. de diuiſione. ff. ſol. matrim,* & Ruin. *conſ.*
3 *221. circa, volum. 1.* Vbi † etiam notabiliter conſuluit, quod ſi dos non fuit promiſſa viro, ſed mulieri, nunquam committi poteſt aliqua mora regularis, vel irregularis, vt fructus vel vſuras dotis maritus petere, & conſequi valeat.

4 Et alios quamplures caſus communes, & vtiles, in quibus maritus, & vxor ſuſtinentes onera matrimonii poſſint agere ad intereſſe dotis, ponit ad ſaturitatem vſque Plotus *in d. l. ſi quando, n. 449. cum aliis ſeq.*

OPINIO DXXV.

SVMMARIVM.

1 *Mors ficta, ſiue ciuilis, an naturali morti æquiparetur.*

1 MORS † ficta, ſeu ciuilis, naturali morti nunquam æquiparatur, niſi in caſibus à iure expreſſis, ſecundum Glo. *in c. ſuſceptum. de reſcript. lib. 6. & in c. placuit. 17. q. 1.* Alex. *n. 5. & ſeq.* & Coſtam. *par. 2. in prin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu.* Vinc. Hercul. *col. 1. nu. 11. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell.* Felyn. *in c. in præſentia, nu. 55. de prob.* Soc. *in l. cum auus, nu. 103. cum aliis ſequent. ff. de condit. & demonſt.* & Boer. *deciſ. 323. ſub num. 6.* vbi exiſtimat iſtorum opi- Co͞is opin. nionem eſſe communem, & Ioan. Baptiſt. Bouius, *in tract. de ſtatutaria vrbis præſcriptione, tit. de eodem habente apodiſſas, c. 102. Glo. 12. nu. 2. & ſeq. fol. par. 19.*

OPINIO DXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri agenti hypothecaria, conſtante matrimonio, ad bona mariti hypothecata pro dote ſua, marito vergente ad inopiam, an creditores mariti, dotem mulieri in pecunia offerre, & bona mariti ad ſe auocare poſſint.*

1 MVLIERI † poſſidenti ſeu agenti hypothecaria, conſtante matrimonio, ad bona mariti hypothecata pro dote ſua, an maritus vergit ad inopiam, creditores mariti ei poſſunt offerre dotem ſuam in pecunia, ac petere relaxationem mariti bonorum occupatorum cum ceſſione iurium dotalium; & ſic creditores mariti habent ius offerendi aduerſus vxorem, poſſidentem, vel petentem bona mariti in ſolutione dotis ſuæ, cum maritus vergit ad inopiam, ſecundum Paul. Caſtr. *col. 2.* & Alex. cum aliis relatis per eum, *in l. ſi conſtante, num. 31. ff. ſolut. matrim.* Lupum *in repetit. c. per veſtras. §. 21. col. fin. de donat. inter vir. & vxor.*

¶ In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod creditores non habeant tale ius offerendi, inclinarunt Bart. *in d. l. ſi conſtante, in 7. q. num. 88.* Cyn. Bar. Bal. Salyc. & Fulgo. *in l. cum tibi. C. qui potio. in pignor. habean.* & Paul. Caſtren. ſibi contrarius *in l. 2. col. 1. ff. ſolut. matrimon.* Capicius *deciſ. 41. nu. 13. & 15.* & iſto- Co͞is opin. rum opinio magis vera, magisque communis apparet, vt deducit Socin. *conſil. 3. volum. 3.* fateturque temerarium eſſe ab huiusmodi opinione recedere in iudicando. Idem concludit Corn. *conſil. 85. num. 5. & num. 15. volum. 4.* Bal. Nouellus *in tract. de dote, in 7. par. in priuileg. 47. quod eſt pen.* Neguſan. *in tract. de pignorib. in 1. membro 5. partis, num. 31. & ſequen.* & Cepha. *conſil. 298. Magnificus Dominus Petrus Burrus, vol. 2.* vbi ita conſuluit, & Octauianus Cacheranus, cum aliis aggregatis per eum, *in deciſ. Senatus Pedemontani, 135. Quæſtio difficilis, num. 9. cum aliis ſeq.* vbi ſimiliter dicit, iſtam opinionem magis veram, ac etiam magis communem eſſe; & ſequitur etiam opinionem iſtorum Cæſar Vrſillus *in add. Afflict. in deciſ. 199. num. 1. & ſeq.* Vbi etiam docet practicam Regni, & modum tutiſſimũ obtinendi in fauorem ipſius mulieris, petentis aſſecurationem dotis ſuæ in bonis mariti, vergentis ad inopiam, ad impediendum executionem creditorum mariti, etiam non probata in promptu inopia mariti.

OPINIO DXXVII.

SVMMARIA.

1 *Mulier ſecundo viro non poteſt plus relinquere, vel donare de bonis ſuis, quã vni ex liberis primi matrimonii.*

2 *Maritus ſecũdi matrimonii mortua vxore abſque liberis communibus non poteſt amplius ex bonis vxoris percipere, quam percipit vnus ex filiis primi matrimonii. Et an liberi iſti legitimam præcipuam habere vel eam in partem ſuam computare debeat ſi vltra legitimam filiis relictum ſit. nu. 3.*

4 *Mulier non poteſt amplius relinquere, aut legare ſecundo viro, quam cuilibet ex filiis primi matrimonii. Et quid ſi filiis iſtis minus legitima reliquerit, iiq; ad ſupplementum agant an maritus amplius, quam filiis relictum eſt, conſequi poſſit. & nu. 5.*

6 *Mulier ſecũdo nubens, plus relinquit ſecundo viro, quam liberis primi matrimonii, diuidẽdum ſit inter liberos, & ſecundum coniugem, vt vnuſquiſq; habeat æqualẽ portionem.*

7 *Maritus ſecundus tenetur non ſolum ad reſtitutionem ſortis principalis pluris ſibi relicti, aut legati, quã filiis primi matrimonii, ſed etiam ad reſtitutionem fructuum à morte vxoris perceptorum.*

8 *Maritus conſequitur plus quam vnus ex filiis prioris matrimonii, cum donationi ſecundo viro factæ acceſſit fideiuſſor, qui principaliter ſe obligauit pro obſeruatione conuentorum, & euictione.*

9 *Filiis incapacibus bonorum, non conceditur beneficium* d. l. hac edictali.

10 *Marito ſecundo accipiente, ac ſtipulante promiſſa, pro filiis ex ſe, & vxore ſua naſcituris, filii prioris matrimonii ea auocare non poſſunt.*

11 *Filiis erga matrem ingratis denegatur beneficium* l. hac edictali, *& maritus totum conſequi poteſt.*

12 *Maritus filiis ex primo matrimonio genitis agentibus ex d. l. hac edictali poteſt dare portiones ſuas in pecunia, etiam in corporibus iuſto pretio in dotem datis.*

MVLIER † non poteſt ſecundo viro ſuo relinquere, vel donare de bonis ſuis vltra quam relinquat, aut donet vni ex liberis ex primo matrimonio genitis, *l. hac edictali, & ibi Doct. C. de ſecund. nupt. &* Co͞is opin. *§. optime,* & ibi Bar. Ang. & reliqui omnes, *in auth. de nuptiis.* & Bertr. *conſ. 84. viſis dubiis ex parte honeſtæ mulieris Laurentiæ, num. 1. volum. 2.* & Ioan. de Amicis, *conſ. 3. num. 25.* vbi inquit hoc totum mundum tenere. 1

Imo † ampliatur hoc in tantum procedere, quod 2 etiamſi mulier ipſa moreretur in matrimonio abſq; liberis communib. maritus tamen ex ſecũdo matrimonio ſimiliter poſſet percipere duntaxat tantum, quãtũ percipit vnus ex filiis primi matrimonii, ſecũdum Bal. & Paul. Caſtren. *in authen. præterea. C. vnde vir & vx.* Cyn. Bart. & alios, *in d. l. hac edictali,* & Alex. *conſ. 144. circa primum dubium, in prin. vol. 5.*

Et † hinc vtiliter infertur, quod ſi ipſis filiis primi matrimonii relictum ſit vltra legitimam: tunc 3

debent

debent percipere legitimam ſuam præcipuam, & abſque vllo onere: quia ipſa legitima, qua ad hoc, vt tantundem relinqui debeat ſecundo marito, non eſſet in conſideratione; verum duntaxat conſideraretur illud, quod vltra legitimam filii conſequerentur, vt tantundem poſſet ſecundus maritus conſequi. Et ſic ſi legitima filiorum eſſet centum, & relictum ei eſſet centum & decem, tunc non poſſet ſecundo viro centum relinqui, ſed ſolummodo decem vltra legitimam: vt voluerunt Gloſſ. *in d. §. oportet, in verb. quippe*, & ibi Iacob. de Belui. & Ang. Ancha. *conſ. 101. ex themate.* Bald. *conſ. 22. quædam domina Nicolina colum. fin. volum.* 5 Bertran. *in d. conſil.* 84. *ſub num.* 1. *& ſequent.* Grauett. *conſil.* 142. *num.* 4. Bart. Bald. & Caſtren. in *l.* 1. *C. de inoff. dot.* Cuma. *conſ.* 109. *Domina Ioanna. colum.* 2. *& ſequent.* vbi ait iſtam opinionem communem eſſe, & magis communem oſtendit, eam ſequendo, cumulatiſſime Hippoly. Riminal. *conſil.* 166. *Magnifica Domina Ioanna Tarupha, num.* 3. *poſito inter conſ. vltimarum voluntatum. volum.* 1. Et ita quoque iudicatum fuit in Rota Romana teſte Creſcentio *deciſ.* 4. *tit. de teſtam.* quod videlicet filius vel filia deducere debeat, & poſſit legitimam, tanquam propriam, & poſtea cætera bona æqualiter cum nouerca diuidere.

Cōis opin.

¶ In contrariam vero partem, & male, videlicet, quod illud, quod auocant filii primi matrimonii ex diſpoſitione *d. l. hac edictali*, debeat eis computari in legitimam; & conſequenter ipſi filii non poſſint facere duas deductiones, inclinauit conſulendo Alex. cum cæteris aggregatis per eum, *conſil.* 168. *circa primum dubium. ſub num.* 7 *cum aliis ſequent. vol.* 5. *& ibi apoſtilla in litera* C.

4 Sed † reiecta antedicta communi ſententia, tanquam ſacroſancta, atque veriſſima, interpretatur ea non habere locum, quando non eſſet relicta integra legitima filiis primi matrimonii, ſed expreſſim filii limitati reperirentur, ad certam minorem partem legitimæ, ex eo quod poterant ipſi filii ſupplementum petere; tunc enim ſecundus vir non plus percipere poſſet, quam fuit vni ex dictis filiis primi matrimonii taxatum & relictum; eſto quod non conſideraretur quod portio antedicti filii aliunde augeretur, & ſic per ſupplementum legitimæ, ſecundum Saly. *quæſt.* 7. Iacob. de Sancto Georg. & Bertran. *in d. conſil.* 84. *ſub num.* 1. & ibi add. Alex. *in d. conſil.* 168. *in litera* C.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod mulier poſſit tantum relinquere, aut legare ſecundo viro, quantum aſcendit legitima cuiuslibet ex dictis filiis ſecundi matrimonii, firmauere Bald. *in d. l. hac edictali.* Bertran. titubanter *in conſil.* 166. *ex caſu, colum.* 2. *volum.* 1. Grauett. cum aliis ſignatis per eum, *conſil.* 40. *num.* 9. Rubeus *conſil.* 115. vbi ita conſuluit, & aſſeruit iſtam eſſe communem opinionem, & Hippolyt. Rimin. etiam *in d. conſil.* 166. *ſub nu.* 5.

Cōis opin.

5 Vbi † vtiliter recenſuit duos caſus vnanimiter ab omnibus approbatos, in quibus ſecundus vir conſequi valeat duntaxat tantundem, quantum filiis ex primo matrimonio relictum, legatumque foret, nulla conſideratione habita ſupplementi, quod ipſi filii petere poſſent. Et ita fuit quoque iudicatum in Rota Romana, quod videlicet nouerca, vel coniunx ſecundi matrimonii, debeat habere tantum, quantum valet, & importat legitima cuiuslibet filii ex primo matrimonio, ſiue filius egerit ad ſupplementum legitimæ, ſiue non, atteſtante Mohedano, *deciſ.* 1. *alias* 231. *tit. de teſtament.*

6 Sed † cum mulier ſecundo nubens plus relinquit ſeu legat ſecundo viro, quam liberis primi matrimonii: tunc illud plus diuidendum eſt inter filios, & ſecundum coniugem, ita vt vnuſquiſque æqualem habeat portionem, vt voluerunt Gloſſ. *in verb. dimidi.* Cyn. *quæſt.* 4. Bald. *colum.* 6. & Salycet. *colum.* 2. *in d. l. hac edictali.* Ioan. de Ana. *conſil.* 67. *in fin.* Dec. *conſil.* 246. *colum.* 2. & Corn. *conſil.* 83. *num.* 7. *volum.* 3. vbi dicit iſtam eſſe magis communem opinionem. Contrariam vero partem, videlicet, quod illud plus totum ſpectet ad prædictos filios, abſque aliqua participatione ſecundi viri, vel diuiſione illius pluris, ac ſi ſcriptum, relictum, datum, vel donatum non eſſet, firmauere conſulendo Bertran. *in d. conſil.* 84. *num.* 4. & Hippolyt. Riminal. cum infinita caterua Doctorum illuſtrium, relata per eum, *in d. conſil.* 166. *ſub nu.* 6. *cum aliis ſequent.* vbi euacuat omnia obſtacula, & præſupponit iſtam eſſe magis communem opinionem, prout realiter verior, & communior apparet: & periculoſum foret in foro fori, & conſcientiæ etiam ab ea recedere in deciſiuis. Imo † idem Riminal. *ibidem num.* 12. *cum aliis ſequent.* ſimiliter optime, & doctiſſime conſuluit ſecundum virum teneri, etiam dictis filiis primi matrimonii ad reſtitutionem fructuum à tempore mortis ſuæ vxoris perceptorum, de prædictis bonis ſuperfluis ſibi relictis. 7

¶ Sed aduerte, quod maritus de bonis mulieris in aliquibus caſibus, infra ponendis, poſſet plus aſſequi, quam aliquis filiorum primi matrimonii aduerſus *d. l. hac edictali.*

Primus † igitur caſus, ſeu limitatio *ad d. l. hac edictali* eſt, ſi eiuſmodi donationi ſecundo viro factæ, accederet fideiuſſor, qui principaliter ſe obligaret pro obſeruatione contentorum, & euictione dictorum: vt determinat Dec. *in auth. præterea, num.* 7. *C. vnde vir & vxor. & conſil.* 246. vbi allegat hoc velle Abb. *conſ* 43. 8

Secundus † vero limitationis caſus eſt, ſi filii bonorum capaces non eſſent: tunc enim maritus in effectu plus poſſet conſequi, quam ipſi incapaces, de bonis mulieris, ſecundum Ruin. *conſil.* 64. *in fin. vol.* 2. & Soc. poſt Bal. *conſ.* 35. *primum, in* 2. *dubio, vol.* 4. Vbi refert monacho ordinis Minorum non competere remedium, ſeu beneficium, *d. l. hac edictali*, eumque illud intentare nullatenus poſſe. 9

Tertio † affertur tertius caſus, quotieſcunque maritus acciperet, & ſtipularetur promiſſa, pro filiis ex ſe, & ex ea muliere naſcituris, tunc profecto filii prioris matrimonii ea non auocarent: quia *d. l. hac edictali* non prohibet alienare in communes filios: vt voluit Bald. *conſil.* 11. *caſus talis, volum.* 3. & Dec. *conſil.* 246. 10

¶ In contrariam vero ſententiam inclinauit conſulendo Ruin. *conſil.* 112. *quæſt. volum.* 1. vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem contra Dec. & Corn. eam etiam ſequitur *conſil.* 82. *imminet. num.* 2. *volum.* 3. & Franc. de Albet. & Ioan. de Ligna. & Richard. de Saly. inter conſ. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 262. *mihi videtur, quod dictum, & in conſil.* 264. *vnum eſt ſupponendum, & in conſil. ſeq.* & Boer. *deciſ.* 201. & Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rubr.* 6. §. 1. *num.* 7. vbi allegat ita Bert. conſuluiſſe, *conſ.* 63 *& conſ.* 166. *vol.* 1.

Quartus † eſt caſus, ac limitatio ad *l. hac edictali*, ſi filii primi matrimonii ingrati erga matrem reperientur: tunc enim eis beneficium *d. l. hac edictali*, penitus denegaretur, & maritus totum lucrari poſſet, ſecundum Corn. *in d. conſil.* 82. & Bald. *conſil.* 22. *quædam Domina. verſ. item in quantitate debiti. vol.* 5. 11

Quintus † denique caſus, & limitatio, ſeu potius declaratio dari poſſet ad remedium, *d. l. hac edictali*, 12

Digitized by Google

quod maritus poteſt filiis dare portiones ſuas in pecunia, & pro ſe retinere corpora, ſecundum Bal. *conſ. 276. verba, vol. 3.* Alias vero duas limitationes ad *d. l. hac edictali*, tradit Ioan. de Amicis *in d. conſ. 3. nu. 22. cum aliis ſeq.*

OPINIO DXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Haredes mariti intra quod tempus tenentur reſtituere vxori bona mobilia dotis ſua. Etſi haredes ſint in mora reſtituendi, an mulier poßit ab iis aliquid accipere, vel petere pro alimentis, nu. 2.*

1 MVLIER † mortuo marito, infra annum ab hæredibus mariti non poteſt petere bona mobilia dotis ſuæ ſibi reſtitui debere: vt iuribus clariſſimis apud nos receptum eſt.

2 Si † poſt annum hæredes ipſi eſſent in mora; adhuc mulier nequiret aliquid accipere, ſeu petere pro alimentis ab hæredibus mariti; quoniam præſumeretur vſura: vt conſuluit Anchar. *conſil. 150. in quaſtione, qua vertitur, colum. 2.* quem ſequitur Alex. *in l. diuortio. colum. 11. ff. ſolut. matrim. & conſil. 61 colum penult. volum. 2.* Corn. *conſil 44. colum. 1. volum. 2.* Grauet. *conſil. 89. num. 3.* Dec. *conſil. 39. colum. 3. & conſil. 74. col. penult. & ſequent. & conſil. 141. colum. 1. & ſequent. volum. 5.* vbi aſſerit eam eſſe communem opinionem: & Iaſ. quoque *in §. fuerat, num. 26. Inſtit. de action.* & Cæſar Vrſillus copioſe *in addit. Afflict. in deciſ. 284. nu. 6.* vbi concludit etiam cum aliis ſignatis per eum, hoc procedere ſimiliter in vidua inope, & paupere. Et de hac re aliquid diximus infra in Opinione 1056. *Vxori haredes mariti defuncti.*

OPINIO DXXIX.

SVMMARIA.

1 *Mulieres pro alio fideiubentes, regulariter non obligantur. Et an obligentur ſi iuramentum interceſſerit, num. 2.*

3 *Mulier in regno Neapolitano, etiam certiorata per Notarium de beneficio Velleiani, & ei renuntians cum iuramento, non obligatur.*

1 MVLIERES, † quæ pro alio fideiubent, licet regulariter non obligentur: vt *toto titu. ff. & C. Ad Velleian.* nihilominus obligantur mediante iuramento; & ſi e iuramento firmatur fideiuſſio mulieris, ſecundum Bar. *in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend.* & ibi Caſtren. & Angel. Abb. Imol. & Felyn. *colum. 4. in c. ex reſcripto, Extra de iureiur.* & alios congeſtus per Tiraq. *in l. ſi vnquam, in princ. num. 135. C. de reuocan. donatio.* Francum *colum. 2.* & Natta. *col. 3. in c. quamuis pactum, de pact.* Felyn. *in c. ſi diligenti, de foro competen.* Alex. & Iaſ. *in l. in repudianda ff. de acquir. hared.* Roman. & Alex. *num. 30. in l. ſciendum. ff. de ver. oblig.* Alex. *conſil. 27. colum. 3. volum 1.* Curt. Iun. *conſil. 47. col fin.* & Ant. de Burgen. *in c. penult. num. 36. de empt. & vendit.* ſecundum quem iſta eſt communis opinio, & ſecundum Hannibalem Troyſium Canenſem *in pragmatica. Don. Petrus de Toledo, col. 5.* *Cōis opin.*

In contrariam vero partem, videlicet, quod dictus contractus fideiuſſionis mediante iuramento non firmetur, inclinarunt Imol. *in d. c. pen. de empt. & vendit.* Bald. *conſil. 47. lib. 1.* qui aſſerit hanc eſſe communem opinionem, Ioan. And. *in addit. ad ſpecul. in tit. de renunt. & concluſio. colum. 3.* Imol. & Arec. *colum. 11. in d. l. ſciendum*, & Bart. *ibi quoq; col 2.* dicens ita conſuluiſſe, Iaſ. *in d. authen. ſacramenta puberum. 56.* Alex. *conſ. 3. vol. 1. col. 3.* Maſil. *in rubr. de fideiuſſ. n. 38.* Grammat. *deciſ. 76. n. 20.* & Couarr. *in d. c. quamuis pactum, part. 2. § 3. nu. 5. in fin.* *Cōis opin*

2 Sed † prior ſententia affirmatiua, quod is contractus fideiuſſionis per interuentum iuramenti valeat, & firmetur; verior, receptior, & fere indubitata redditur, prout etiam Doct. tenentes contrarium, hoc non inficiantur, cum qua, tanquam tutiſſima, & indubitata, tranſeundum eſt in iudicando, & conſulendo de iure communi.

3 Sed † hic mirabilis interpretum conflictus, & miſerabilis controuerſi iuris perturbatio, exploſis interpretum opinionibus, in Regno Neapolitano ſublata eſt, per præmemoratā pragmaticam, exordientem, *Don Petrus de Toledo*, vbi diſponitur apertiſſime, quod ſi mulier, etiā certiorata per Notarium de hoc iure, ac beneficio Velleiani, ei cum iuramēto renunciauerit, tale iuramentum, ac renunciatio non valeat, tanquā meticuloſa, nulla, & penitus inualida, & cōtra bonos mores ciuiles, & naturales facta & emanata.

OPINIO DXXX.

SVMMARIA.

1 *Mulieres ſe mutuo, vt viri ſubagitantes, & actum venereum, ſeu libidinem exercentes, qua pæna afficienda.*

2 *Vxor virum ſupergrediens in coeundo, an peccet mortaliter, & nu 3.*

4 *Vxor pregnans cum marito coiens, non mortaliter, ſed venialiter peccat.*

1 MVLIERES duæ, † ſe mutuo, vt viri ſubagitantes, ac actum venereum, ſeu libidinē exercentes, & inſimul corrumpentes, pœna vltimi ſupplicii puniri debent, *l. fœdiſſimam, in prin.* ſecundum vnam lecturam Gloſſæ, quam ſequitur ibi Saly. *C. de adulter.* Cyn. Alb. & Saly *in l. cum vir. eod. tit.* Ang. *in tra. maleſi. in verſ. Che hai adulterata la mia donna. verſ. Quaero, qua ſit pœna ſtupri, nu. 53.* & Carrer. *in pract. crim. in §. circa, verſ. Circa quartū itaq; quib ex cauſis excuſetur homicid. n. 303.* & opinio iſtorum nullam habet dubitationem, & eſt communis opinio, ſecundum Criminaliſtas variis in locis. & ita deciſum fuit in Curia Burdegalenſi in facti contingentia, teſte Boer. *deciſ. 316. nu. 14.* Et huius ratio eſt, quia iſtæ mulieres, ſupergredientes fœminas, ac eis abutentes, & inuicē ſe corrumpentes, committunt ſodomiticum facinus, vt per omnes Doct. præcitatos. & per venerandum Doct. Fratrem Ioannem, conciuem meum, *in ſermonib. quadrageſimalib. nuncupatis, lima vitiorum, ſerm. 31. Domine da mihi hanc aquam. q. 2. poſt prime q. 1. col. 2.* & per Bart. Fumum *in in ſua ſumma Armilla in ver. Luxuria. §. 5.* *Cōis opin.*

2 Sed † vbicunque fœmina ſupergrederetur virum ſuum, & prætermitteret debitū modum à natura inſtitutum, ſeu inſitum in coeundo, non incideret in peccatum mortale, & conſequenter in hoc caſu per coniuges non contrahitur, nec cōmittitur peccatum mortale, & eo magis cum in præſenti modo coeundi generatio, atq; proles ſequi poſſet. vt voluit S. Tho. *in 4. ſenten. diſt. 31. in expoſitione litera,* & ibi Caieta. & Albert. M. quoq; concludit, quod iſto modo poſſit ſequi generatio; quia matrix non ſolum eſt retentiua, ſed attractiua etiam. Et huic opinioni inhærent quoq; Io. Tab. *in ſumma Tabiena in ver Matrim. 2. 3 nu. 11.* Fumus *in d. ſumma Armilla in ver Luxuria ſub §. 5. & in ver. Matrimon. ſub §. 68.* & copioſe Sylueſter *in ſua ſumma, in ver. Debitū coniugale. §. 4* vbi congerit Doct. contrarium ſentientes, reſpondet contrariis, admonetq; quod tales ſint grauiter reprehendendi, imo omnino prohibendi ſint ab huiuſmodi actibus illicitis, & modis periculoſis coeundi Et vbi eſt periculum de mortali peccato, videlicet, quod generatio ſequi nequeat, vel immineat periculum, de effuſione ſeminis extra vas, non debent abſolui, qui nolunt abſtinere.

Vide

Digitized by Google

Vide † infra in opinione 716. nu. 16. vbi tam fœmina,
5 quam vir hoc modo coeuntes, peccatum mortale admittit; Sed ſi præpoſtera libidine in naturali vaſe quis vtatur, ex quo generatio ſequi poſſit mortaliter quidem non peccat, ſed tamen graue veniale peccatum & admodum repræhendendum, committit ſecundum Nauar. *in ſumma in cap. 16. de ſexto præcepto decalogi, non mæchaberis, ver. de coniugum luxuria peccatis, poſt num. 42. verſ. 18 fol. 179.*

4 Adde † etiam, quod vxor prægnans coniugali officio vtens peccat non mortaliter, ſed venialiter tantum, ita Dom. Soto *in 4. ſententiarum diſtinction. 32. quæſt. 1. art. 3. colum. 6. verſ. & idem de prægnantibus eſt dicendum, quarum coniugale officium, Hieronym. atque Auguſt. contemnunt.*

OPINIO DXXXI.

SVMMARIA.

Mulier ſecundo iubente Velleiano, renunciare poteſt ſed prius debet certiorari per notarium dummodo Notarius ſciat quid ſit velleianum; & quid ſeruetur in Regno Neapolitano.

2 *Mulier cum iuramento renuncians, non debet certiorari de Velleiano.*

MVLIER fide iubens regulariter iuuatur beneficio Velleiani *l. 1. & toto tit. ad Velleia.* quod ponit pro regula cum quamplurimis limitationibus
1 Bertach. *in ſuo repertor. in verb. mulier contrahens* † Et ipſi beneficio renonciare poteſt. *l. pen. C. de pactis* Sed aduerte quod prius, & antequam ipſa mulier renunciet, debeat certiorari de beneficio Senatuſconſult. Velleiani per notarium, & eo caſu ſtabitur tali inſtrumento, ſecundum Gloſſam *in l. fin. C. quando mulier offi: tutel. fung. poteſt.* quam Gloſ. ſequitur Hoſtien. *in ſua ſumma §. & quis, verſ. idem eſt.* Archidiacon. & Dominicus *in capit. placuit 38. diſtin.* Felyo *in cap. ſi diligenti col. 4. de foro competen.* Doct. omnes *in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* & iſta eſt communis opinio, de qua fecit mentionem Alciatus *in tract. de præſumpt. 13. num. 4.* & late Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam num. 98. in vlt. impreſſione. C. de reuocand. donatio.* Hoc tamen non procedit, ſi notarius neſciret quid ſit Velleianum. Nam ſicut teſtibus interrogationes fieri poſſunt, vt per Bar. *l. 1. ff. ſi cert. pet.* quem ibi omnes ſequuntur, ita quoque Notario certiorans eſt, fieri poſſe huiuſmodi interrogationem, quid ſit Velleianum: & ſi forte dixerit ſe neſcire talis renunciatio nihil operabitur ſecundum Alberi. *in l. ſi mulier ff. ad Velleianum. & in l. 2. C. de hæret. in princ.* Dec. *in 3. lectu. num. 53.* & Nigrum, *num. 31. in d. l. ff. ſi cert. pet.* Marſil. *ſingul. 661. in rub. ff. ſideiuſ. num. 39.* & Cæpol. licet hoc non firmet, *in cau. 196.* Fulgoſ & Alex. *in d. §. mulier.*

Com. opin.

Com. opin.

¶ Et quamuis hoc pluribus rationibus aliqui Doctores impugnent: tamen hodie in Regno Neapolitano eſt ſublata hæc ambiguitas per pragmaticam, exordientem, *Don Petrus de Toledo* in qua expreſſè diſponitur mulieres non poſſe renunciare Velleiano, etiam ſi certioratæ eſſent per Notarium de dicto Velleiano, Imo fortius diſponitur ibi, mulieres ipſas non poſſe renunciare etiam cum interpoſitione iuramenti, & renunciatio facta dicitur ipſo iure nulla.

2 Sed † de iure communi mulier cum iuramento renuncians non debet certiorari de beneficio Velleiani ita Doct. *in l. fin. C. ad Velleian. & in capit. 2.* & præſertim Archid. & Ioan. Andr. *in nouella de pact. in 6.* Bar. & Alex. *in l. ſi duo patroni. §. 1. ff de iureiu.* & in Mar. *in verb. Mulier. verſ. 2. & in l. 1. C. ad Velleian.*

OPINIO DXXXII.

SVMMARIA.

1. *Mulier quæ renunciauit omni iuri quod habet in bonis paternis cum iuramento, poterit (abſoluta prius à iuramento) contrauenire ex capite enormiſſimæ læſionis. niſi in inſtrumento adiecta ſit clauſula, mulier ſcientem hæreditatis æſtimationem, ſponte, & ex certa ſcientia ceſſiſſe num. 8. vel niſi ſubeſſent veriſimiles coniecturæ eam ſponte voluiſſe donare num. 9.*
2 *Tranſactio etiam iurata reſcinditur ratione enormiſſimæ læſionis.*
3 *Tranſactio non iurata non poteſt reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretii.*
4 *Minori enormiter læſo ſuccurrendum eſt per relaxationem iuramenti. non autem ſi ſciens euidentem læſionem ſponte, ex certa ſcientia, & bene conſultus tuſſerit, &c. num. 5.*
6 *Minori non conceditur reſtitutio in integrum aduerſus venditionem per eum factam de rebus ſuis, etiamſi non eſſet certioratus de beneficio.*
7 *Ruſtico enormiter læſo ſuccurritur, non obſtante iuramento.*

MVLIER † omni iuri, quod habet in bonis paternis renuncians cum iuramento poterit prius abſoluta à iuramento contrauenire ex capite enormiſſimæ læſionis: vt voluit Corn. ita conſulendo, *conſ. 146. vol. 1. conſ. 139. colum. 4. & 214. volum. 3.* Dec. *conſ. 170. colum. 3.* & Rubeus *conſil. 101.* Et abſolutio iſta debet de iure, & æquitate concedi: quæ quippe indulgenda eſt, ne iuramentum ſit iniquitatis vinculum *l. & ſi Chriſtus, & c. quanto de iureiur.* Gloſ. *in auth. quod eu. C. de nupt.* Doct. *in c. cum contingat, de iureiur.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 175. contra ſuperius, libro 1. cum aliis citatis* per Alex. *conſil. 213. viſis vol. 7.* & per Curtium *conſ. 44. ſuper contingenti, circa fin.* Nam ex euidenti & enormi læſione præſumitur dolus, etiamſi ceſſio eſſet facta patri. *l. ſi ſuperſtes. C. de dol.* cum relatis per Soc. *conſ. 263. colum. 1. & ſequen. capio primum.* & iſtorum opinionem dicit communem Dec. *conſ. 203. nu. 5.* & Gramma. *dec. 102. quo vero ad cauſam notam, n. 103.* Com. opin.

Et † concluſio hæc ampliatur etiam habere locum in tranſactione iurata, quæ certa reſcinditur 2
ratione enormiſſimæ læſionis, ſecundum Dec. *conſ. 170. col. 3.* Vnde mulieribus enormiter læſis neceſſe eſt ſuccurri non obſtante iuramento. Quia iuramentum non tollit remedium *l. 2. C. de reſcin. vend.* & notant omnes Doct. *ubi* Ripa *in 3. lib. reſponſorum, tit. de donatio. reuocand. c. 15. col. 15. colum. 4.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & Crauet. *conſ. 192. num. 2.* & Gram. *in d. deciſ. 102. num 54. & 104.* Tranſactio etiam propter euidentem calumniam facta eſt ipſo iure nulla *l. in ſumma ff. de condict. indeb.* ibi: *ſin autem euidens calumnia detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, repetitio dabitur.* Com. opin.

Sed † vbicunque, aduerte in tranſactione iſta non 3
interueniſſet iuramentum: tunc non poteſt reſcindi, prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretii vt voluit Cyn. Bald. Saly. & alii Doct. *in d. l. 2. C. de reſcin. vend. in l. ſi quis cum aliter ff. de verb. oblig. in c. cum cauſam de empt. & vend.* & Afflict. *deciſ. 220. num. 2.* vbi refert cum iſta opinione ferè omnes Doct. communiter tranſire, & Gram. *deciſ. 66. num 63.* & Ioan. Cæphal. cum aliis aggregatis per eum *conſ. 110. Vgonis ſtatuto diſpenatur, num 70. volum. 2.*

Ampliatur † etiam præmiſſa concluſio in mino- 4
re enormiter læſo, cui profecto ſuccurrẽdum eſt per relaxationem iuramenti: & hoc non habet dubitationem aliquam. Com. opin.

Sed quando minor † ſciens euidentem læſionem, non excedentem dimidiam partem iuſti prætii, ſpôtè ex certa ſcientia, & bene conſultus, ceſſit, &c. tunc per relaxationem iuramenti minori ſuccurri non eſt permiſſum prout communiter teneri per omnes

Cōis opin. Doctores dicit Curt. *conſ.* 44 *col. pen.* & Bert. *conſ.* 155. *vide caſum mihi exhibitum, num.* 3. *& ſequent. volum.* 8. Vbi conſuluit etiam, quod minori non concederetur reſtitutio in integrum aduerſus venditionem factam de rebus ſuis, etiamſi non fuiſſet de huiuſmodi beneficio certioratus.

7 Ampliatur † quoque dicta communis habere locum ſimiliter, in ruſticis enormiter læſis; quibus neceſſe eſt ſuccurri, non obſtante iuramento, vt per Grauet. *conſil* 192. *num.* 2. & per Doctores præcitatos,

8 Et † iſta regula ſeu concluſio ita ampliata, limitatur, quotieſcunque in inſtrumento reperitetur ſcriptum; *mulier ſciens hæreditatis æſtimationem ſponte, & ex certa ſcientia ceſſit, &c.* tunc mulier contra pacta, quaſi decepta, venire non poterit: Nam ſcienti, & conſentiēti non fit iniuria, neq; dolus *l. cum donationis. C. de tranſact.* ita tenet Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta colum.* 3. *ff. de verb. oblig.* per nota. per Bart. *in d. l.* 2. præcipuè ſi iuraſſet, non contrauenire ratione enormiſſimæ læſionis; ſecundum D. Antonium *in d. c. cum cōtingat*, & Alex. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.*

9 Prædicta etiam † ſequenda non foret, quando ſubeſſent veriſimiles coniecturæ, quod mulier ſpontè donare voluerit ſecundum communem aſſertio-

Cōis opin. nem omnium Doctorum, vt patet ex dictis, relatiſque per Dec. *conſil.* 379. *requiſitus in fine.*

OPINIO DXXXIII.

SVMMARIA.

1. *Mulier an & quando ad dotis repetitionem conſtante matrimonio agere poſſit.*
2. *Mulier conſtante matrimonio an poſſit dotem à marito repetere maritum ſaciens eam abſque cauſa à ſe repellat.*
3. *Mulier poteſt petere dotem à viro conſtante matrimonio cum maritus vel alius ad dotem reſtitutionem, obligatus, vergit ad inopiam vel maritus incipit malè vti ſubſtantia ſua.*
4. *Mulier, videns maritum bona diſſipantem poteſt petere dotem ſuam ſequeſtrari.*
5. *Adulterium non diſſoluit vinculum matrimonii conſummati, ſed thorum duntaxat ſeparat.*
6. *Maritus quamdiu viuit vxor ſua adultera, non poteſt alteram vxorem ducere In Iudæo ſecus eſt num. 7.*
8. *Maritus criminaliter poteſt accuſare vxorem de adulterio ſed non è conuerſo vxor virum. Ciuiliter autem ſicut maritus, poteſt accuſare vxorem ſuam, vt ſeparato thoro dotem recipiat, Ita etiam vxor, virum adulterum, vt lucretur donationem propter nuptias. num 9.*

1 MVLIER non poteſt agere ad dotis repetitionem conſtante matrimonio, *l. final. in principio ff de dolo exce. & l.* 1. *ff ſolut. matrim.* niſi in caſu neceſſitatis, honeſtatis, vel vtilitatis; vt per Ancharanum *conſil.* 138. *regulariter*, & Gloſ. in §. *dotes autem, in authent. de nuptiis*, vbi enumerantur cauſæ in iure expreſſim conceſſæ de quibus nunc agendum non eſt.

2 Et † regula iſta interpretatur primo non procedere, ſi maritus ſæuiens in vxorem, eam abſq; cauſa à ſe repellat; tunc certè tenetur vxori ſuæ vir conſtante matrimonio reddere dotem; ſecundum Bal. *in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* Sed contrarium tenent Alexand. cæterique omnes communiter *in d. l.* 1. & Alex. *conſil.* 78. *volumin.* 2. Cōis opin.

Declaratur † ſecundo loco non habere locum in caſu emergentis inopiæ mariti vel alterius, obligati ad dotis reſtitutionem: quia tūc actio dotis oritur conſtante matrimonio, ſecundum cōmunem opinionem: quam late diſputando ſequitur, atteſtaturque Alex. *in l. ſi conſtante.* §. 1. *colum. fin ff. ſolut. matrim.* & Neguſan. de Fano *in tract. de pig. & hypothe. in* 3. *membro.* 8. *par. num.* 1. Et iſta communis probatur *in d. l.* 2. & ita concludit Gloſ. communiter approbata, *in l. ſed ſi alia ff de bonis damnat. & in l. ſi rem* §. *omnes* §. *de pig. actio & in l. cum dotem* § *mulier ff ſolut. matrim.* 3 Cōis opin. Cōis opin.

§ Et limitationem iſtam, quod mulier poſſit conſtante matrimonio dotem à marito repetere quando maritus vergeret ad inopiam, & euidentiſſimè appareret, eius facultates deducto ære alieno ad dotis exactionem non ſufficere *dict. leg. ſi conſtante* dic procedere de iure ffcrum; ſed de iure Codicis ſatis habuit, ſi conſtaret maritum ad inopiam perueniſſe & facultates eſſent idoneæ ad ſatiſfaciendum vxori, & creditoribus ſuis *l. vbi adhuc C. de iure dot.* Amplius lex nouiſſima Iuſtiniana conſtituit, vt ſtatim cum maritus cœpit vti malè ſubſtantia ſua, ad dotem mulier liberè agere poſſit §. *illud. auth. de qualit. dotium* & ita firmat Bart. *in d. leg ſi conſtante in princ.* & Panor. *in cap. per veſtras, volum.* 3. *de donat. inter vir & vxor.*

Et † vlterius ſciendum eſt qualiter alia cautela ſeu remedio conſultum, proniſumque ſit mulieri contra maritum bona diſſipantem, videlicet vt poſtulet dotem ſequæſtrari, *l. ſi cum dotem.* §. *ſi vero dotem ff. ſolut. matr.* Quocirca Doct. *in d. l. ſi conſtante*, cōmuniter interpretantur *d.* § *ſi vero.* loqui in marito conſumente, dotem *& l. ſi conſtante* loqui in viro conſumente bona ſua. 4 Cōis opin.

Declaratur † vlterius regula promiſſa, vbi ſeparatus thorus matrimonii culpa viri accuſati, & de adulterio conuicti ab vxore *c.* 1. *velit non conteſta.* Exploratum eſt itaque, propter adulterium, matrimonii conſummati vinculum non diſſolui, ſed thorum duntaxat ſeparari, *c. tua de procura & c. ex literis de donatio* Et hoc verificatur iuxta illud; *Quos Deus coniunxit homo non ſeparare debet, c. ex literis de donatio.* Et hoc verificatur iuxta illud, *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet c. quos Deus* 33. *quæſt.* 2. 6

Vnde † non licet viro, adultera vxore rēpudiata aliam ducere; vt omnes Canoniſtæ, & Theologi ſentiunt variis in locis, Frater Ioan. noſter, non vulgaris eruditionis Theologus, *in ſermonibus quadrageſimal. in ſerm.* 22. *de adulter. q.* 2. *colum* 1. Coraſius *in miſcellan. iuris ciuil. lib.* 5. *colum* 10 *num.* 7. Antoninus Archiepiſcop. Florent. *in ſua ſumma ad ſecundum* Ioan. de Neuiz. *in ſua Sylua nuptiali lib.* 1. *num.* 106. *vſque ad nu.* 145. *fol. par.* 71. & Couarruuias latè & expreſsè in *epit. de contract. coniugalis effectu in* 1 *part. cap.* 7. §. 6. *num.* 15. *fol. par.* 138. vbi reſpondet contrarium aſſeuerantibus & Bartholomeus Fumus *in ſua ſumma Armilla. in verb. Matrimonium, n.* 71. *fol. par.* 174. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem: & Io. Antonius Delphinus *in tract. de matrimonio in titul. poſſit ne coniunx, coniugem propter adulterium commiſſum dimittere, atque denuò matrimonium contrahere, lib.* 1 *fol.* 18. Cōis opin. Cōis opin.

§ Et licet quæſtio hæc agitata ſit in vtramque partem, per grauiſſimos & ſanctiſſimos viros ſuperioribus temporibus: tandem tamen Concilium Tridentinum, volens in præſentiarum huic malo mederi tale dubium penitus clara, atque aperta determinatione, ſub excommunicationis cenſura ſuſtulit, *in ſeſſio.* 24. *d. canone* 7. *ſi quis dixerit*, vt ibi clarius col-

ligitur

ligitur, & hoc idem alias ſtatutum, & prouiſum reperio in Concilio Triburienſi *in c. 46.* vbi text. dicit & prohibet quod maritus, quandiu viuat vxor ſua conſtuprata, & adultera, nullo modo poſſit alteram ducere.

7 Et aduerte quod opinio hęc procedit in Chriſtianis, non autem in Iudæis † qui dimiſſa prima vxore poſſent aliam ducere: vt conſuluit Bert. *con. 131. etiam prout ex verbis veritatis colligitur. vol. 6.*

8 Et quantum † ad facultaté criminaliter accuſandi, diſpar eſt cauſa mariti, & vxoris: Siquidem maritus accuſat vxorem, ſed non è contra vxor virum. *l. 1. C. ad l. Iuliam. de adult. c. apud miſericordem* §. *fin. 32. q. 1.*

9 Quantum † vero ad accuſationem ciuilem, eorum cauſa par videtur, & æqualis; Vnde ſicut maritus accuſat ciuiliter vxorem ſuam de adulterio, vt thoro ſeparato dotem lucretur §. *plerumque de donatio. inter vir. & vxor. &* §. *de adulterio, auth. vt liceat matri, & auiæ*, ita viciſſim mulier accuſat virum ſuum, vt ſeparato thoro, dotem recipiat, & donationem propter nuptias, quam fecit maritus, ipſa lucretur: ſecundum Rom. *conſ. 167.*

OPINIO DXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota ſimpliciter nulla ſpecificata ſumma dotis: intelligitur dare tantam dotem ſecundo marito, quantam dederat primo Etiamſi primum matrimonium fuiſſet inualidum nu. 2.*

3 *Muliere expreſſim promittente dotem ſecundo viro, ceſſat tacita dotis conſtitutio: ſecus eſt, ſi pater vel alius dotem promittat, tunc enim maritus vltra dotem tacitam poteſt conſequi etiam expreſſe promiſſam.*

4 *Dos matrimonii immediatè præcedentis, repetita cenſetur in ſequenti matrimonio, ſi plura matrimonia cum diuerſis dotibus præceſſerunt.*

5 *Dotem primo viro datam eſſe, vt cenſeatur ſecundo viro repetita plenè probandum eſt.*

6 *Confeſſio; & legatum dotis receptæ, non probat dotem datam, præſertim ſi fiat abſente patre.*

7 *Dos data primo viro intelligitur ſecundo viro tacitè repetita ita vt ſi in quantitate data fuerit, in quantitate repetita cenſeatur etiamſi vxori pro quantitate prædia reſtituta fuerint.*

8 *Mulier, quæ dotem non exegit, non videtur ſecundo viro nomen dotis dare, ſed promittere quantum primo viro dedit.*

9 *Conducens domum pro certo pretio ſi illam poſtea reconducat tacitè vel expreſſè, ſine expreſſione pretii cenſetur eodem pretio quo antea conduxerat reconduxiſſe.*

10 *Locatio, ſeu potius relocatio facta tacite ex perſeuerantia conductoris, finito tempore, cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, quæ erant in priori locatione.*

11 *Inſtrumentum locationis guarentigiatum, pro tacita reconductione exequi non poteſt quo ad penam. Nec etiam tanquam illiquidum præſentari poteſt, ſecundum formam ritus. num. 13. niſi duobus caſibus num. 24. & 26.*

12 *Conducens famulum vno anno pro certo ſalario, ſi poſtea illum reconducat, nulla facta mentione de ſalario, cenſetur reconduxiſſe ſub eodem ſalario.*

14 *Contra inſtrumentum, etiam vallatum iuramento, opponi poteſt, quod actor à ſua parte non impleuerit percuſſa, Et quod rem non tradiderit. num. 15. Et ſemper opponi poteſt, etiam extante ſtatuto, quo excluderentur omnes exceptiones num. 17. Imo Iudex etiam parte non opponente, ſupplere poteſt, num. 18. Et tali exceptioni nulla poteſt obiici præſcriptio. num. 20. & impedit litis ingreſſum. num. 21. opponi quoque poteſt in executione num. 22.*

16 *Regula l. Iulianus* §. *offerri. ff. de actione Empt. locum habet in omnis contract. tam nominat. quã innominato.*

19 *Reus non poteſt conſtitui in mora, ſi actor à ſua parte non impleuerit.*

23 *Iuramentum non ligant iurantem, ſiue, qui ex aduerſo iurauit à ſua parte non impleuerit.*

25 *Conditione purificata ac liquidata, relaxatur executio.*

MVLIER † recipiens centum in dotem in primo 1
matrimonio, & tranſiens poſtea ad ſecunda vota ſimpliciter & promittens doté, cuius quantitaté non expreſſit præciſe, vt expreſſerat in primo matrimonio, intelligitur dare tantam dotem ſecundo marito quantam dederat primo. Et ſic dos data primo viro cenſetur data ſecundo, vt voluit Bart. *in l. penult.* §. *ſi vxor. ff. ſolut. matrim. in l. cum de in rem verſo. ſub num 8. ff de vſuris & in diſputat. ſua Mulier colum. 3. &* 6. Gloſſ. *in verſic fortuita, in l ſi mulier diuertit, colum. 1. ff. ſolut. matrim.* Cyn. & Saly. *col. fin. in authent. ſed quãuis. C de rei vxor. act.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 283. ſecundum impreſſionem, & in d. l. ſi mulier, colum.* Cuman. *conſ. 109. colum. 2.* Abb. *conſ. 46. vol. 1.* Alex. *conſ. 144 colum. 2. vol. 5. & con. 122. col. 1. vol. 7.* Bertran. *conſil. 160. col. fin. vol. 2.* Corn. *conſil. 154.* Soc. *conſ. 80. præſenti num 1. & num. 18. volum. 4.* Curt. *in auth. præterea, num. 12. C. vnde vir. & vxor.* Ruin. *conſ. 53. colum. pen. vol. 3. conſ. 61. in prin. vol. 3. & conſil. 137. colum. 3 vol. 4.* Soc. Iun. *conſ. 29. colum. fin. volum. 1.* & Petiſ. *conſ. 34 colum. 1. volum. 3.* vbi iſtam eſſe communem opinionem & Saly. *in d. auth. ſed quamuis, col. fin.* & illuſtriſſimus Dominus meus Ranaldus Ridolphius, primarius lector in ciuitate Perũſii, dum eum audiebam ſuperioribus annis publicè in Gymnaſio Peruſino legentem. Cõia opin.

Et † iſtam communem ſententiam amplia procedere etiamſi primum matrimonium inualidum 2
atq; nullum fuiſſet in quo ille dos fuit conſtituta, tamen in ſecundo matrimonio repetita videbitur ſecundum Ruin. *conſ. 224. proſequendo, num. 5. vol. 1.* Quia ex actu nullo etiam voluntas declaratur. *l. ſi. ff de reb. cor & ibi not.* & id firmat quoq; Rolan. à Valle *in trac. de lucro dotis, quæſt. 77.*

Sed † prælibatam communem ita ampliatam, limita vtiliter atque declara primo, quod ſi expreſ- 3
ſim promiſit mulier dotem ſecundo viro, ceſſat illa tacita dotis conſtitutio; tum quia veriſimile non eſt eam duplicem dotem dare voluiſſe; tum etiam, quia expreſſum facit ceſſare tacitum *l. fin. C. de pact. conuen.* & ita determinat Corn. *conſ 157. licet. vol. 1.* Et hoc verum eſt, cum mulier ipſa promittit ſecundo viro; ſecus ſi eius pater, vel alius: quia tunc vltra dotem prędictam, poteſt & iſtã promiſſam conſequi: prout in facti cõtingentia reſponderunt Corn. *conſ. 111. viſis in cauſa, vol. 2.* & Soc. *con. 100. ſuper controuerſ vol. 3.* ad fauoré mariti, q vtrunq; debeatur tanquam vna dos aucta, excluſa ratione compenſandi militantib. contra eã pluribus præſumptionibus, & coniecturis, de quibus ibi per eos, & de iſta quæſt. loquitur copioſiſſime Signor. de Homod. *con. 150. ſuper dotis nu. 26.* Boer. *deciſ. 137.* & Guid. Papæ *in quæſt. 375.*

Secundo limite etiã atq; declara quod dos matri- 4
monii immediatè præcedentis repetita videatur in ſequenti matrimonio, ſi plura matrimonia non variis & diuerſis dotib. præceſſerunt, vt tenuit Bald. Nouel. *in trac. de dot. in 6. par. prin. 71.* vbi ait ita de fact. iudicatũ fuiſſe & comprobat hoc, tum quia relatio fit ad proxima, tum etiam quia vltimus ſtatus rei inſpicitur; vt per multa, quæ ibidem deducit & ſequitur Ruinus *conſil. 137. colum. 3. vol. 4. & conſil. 50. num.*

9. vol.

7.*volum.*5. & Pariſ. *conſ.*34. *ſtatutum in princip. vol.*3.

5 Tertio † limita, & aduerte quod opus ſit plenè probari dotem primo viro datam fuiſſe, vt ſecundus vir obtineat ex iſta tacita dotis conſtitutione. Nec enim ſufficit probare & verificare, quod primus in ſuo teſtamento legauerit vxori dotes ſuas, quas confitetur ſe recepiſſe, & quod mulier poſtea aduerſus illius hæredes mandauerit ei actiones ad ipſas dotes exigendum: vt in terminis conſuluit Alex. *conſ.*122 *col.*1.*vol.*7.

6 Vbi † dicit, quod legatum, & confeſſio dotis receptæ, non probet dotem datam, præſertim ſi fiat parte abſente: & ideo opus eſt aliter conſtare de debito. Nec releuat etiam fuiſſe expreſſam certam quantitatem in quo caſu valet legatum, etiam conſtito, quod nihil deberetur: vt per Corn. *conſ.* 153. *viſo proceſſu. colum.*3. *num.* 6. *volum.* 3. quia id quidem facit vt iure legati relictum valeat, non vt inde probetur dotem primo viro datam fuiſſe; & non legatum inducit iſtam tacitam dotis conſtitutionem, ſed veritas facti, quod primo viro certa dos verè fuerit data, & ita procedant leges in hac materia ſuperius allegatæ.

7 Quartò † & vltimo, declara prælibatam communem intelligi, vt eodem modo, quo erat dos data primo viro, intelligatur ſecundo marito tacita repetita ita vt ſi in quantitate data fuerat, in quantitate repetita videatur: tametſi ab hæredibus primi viri prædia loco quantitatis in reſtitutione dotis habuerit, niſi tamen eadem prædia ſecundo viro dediſſet, vt voluit Corn. *conſil.* 172. *circa in quarto dubio. volum.*1.

Ad † quod cõſidera verſa vice, quod ſi mulier nõdum dotem exegit ab hæredibus primi viri, videatur ſecundo nubens dare tacitè dotem, non illud nomen contra hæredes mentionatos, et competens ſed quantitatem eandem, ſecundum Corn. *conſ.* 157. *num.*8. & *conſ.*254. *vol.*1. *num.*18 & Bal. Nouel. *in tract. de dote* 11. *par. priuileg* 71.

9 Et † aduerte, quod quemadmodum dos promiſſa, ſeu ſoluta in primo matrimonio, videtur tacite repetita in ſecundo: ita conducens domum certo pretio, ſi reconducat illam ſine expreſſione pretii intelligitur conducere eodem pretio, quo antea conduxerat: ſecundum Bald. *in l. cum quidam in fine C. de iure dot.*

10 Et † hoc procedit non ſolum in conductione expreſſa, ſed etiam in tacita, quæ per lapſum temporis fit: & non tantum quoad penſionem, verum etiam quo ad alias conductiones & pœnam; & conſequenter relocatio ipſa facta tacitè, ex perſeuerantia conductoris finito tempore, cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, quæ erant in priori locatione *l. itē quæritur* §. *qui impleto ff. locat. leg. C. eod. titul.* Bart. & omnes alii, & præſertim Iaſ. *in* l. 1. §. *& poſt ff. de oper. non. nunc.* Bal. *in d. l. legem, & in l.* 1. *quæſt.* 10. *C. de his qui pæn. nomi.* & Alciat. *in tractat. de præſumpt. reg.* 2. *præſumptio.*17. *num.*13.

Et Hieron. Magonius *dec.*47. *in cauſa ſpectabilium num.*3. vbi fatetur relocationem tacitam quoad ſub-

Cõis opin. ſtantialia non differre ab expreſſa; nihilominus concludit ex communi opinione recitata per eum ibi, ipſam relocationem tacitam nullatenus habere eandem vim executiuam primi inſtrumenti, ſicut expreſſam cum de his quæ appoſita, & expreſſa non reperiuntur in inſtrumento guarentigiato, vigore illius, executio concedi nequeat vllo modo, & ſequitur Franciſcus Ant. de iudice in *practica ſuper liquidationibus & executionibus inſtrumentorum ſecundum formam ritus, conſideratio.*2. *ſub num.* 14. vbi concludit, inſtrumentum locationis, ex tacita reconductione ſecundum formam ritus, pro penſione decurſa, tempore tacitæ reconductionis repræſentari, & accuſari non poſſe.

Sicut † etiam ad pœnam aliud ſentire videntur 11 Dyn. Bald. & Imol. *in l. cum pater* §. *patri certam. ff. de leg.* 2, Iaſ. *conſ.*49. *volum.*3. & Afflict. *deciſ.*365. *per inſtrumentum publicum, ſub num. ſequent.* vbi concludit, quod inſtrumentum locationis liquidum, & guarentigiatum præſentari, ac exequi nequeat iuxta formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ pro penſione debita ex tacita reconductione pro pœna occaſione contrauentionis. Et ita in facti contingentia me patrocinante obtinuit Vniuerſitas oppidi Prætorii, comitatus Aquilæ ſuperioribus annis contra ſuum Baronem, quia accuſauerat obligationem penes acta Curiæ eiuſdem caſtri, pro affictu baiulationis, ſperando pro tacita relocatione conſequi vltra penſionem, etiam pœnam: tamen excluſus fuit à deſiderio ſuo, addas etiam, quod tale inſtumentum habeat renunciationem patientiæ non præſtitæ, per ea quæ refert d. Franciſcus Ant. de indice Roberto *ſuper pract. de liquidat. inſtrumenti ſecund. form. ritus mag. Cur. Vicar. conſiderat* 2. *num.* 14. *per tot.* & in fine, vltra alios, refert Alex. *conſ.*17 & 28. *volum.* 4

Similiter † quoque conducens famulum pro vno 12 anno certo ſalario, ſi poſtea conducat pro alio anno nulla facta mentione de ſalario, videtur conduxiſſe ſub eodem ſalario, vt determinat Bald. *in d. l. cum quidam, circa finem* Cremenſis *in ſingul.*13. *ſi conduxi domum* & Alex. *in addit. ad Bar. in d. l. itē quæritur* §. *qui impleto.*

Et ſic inſtrumentũ † locationis, tanquam illiqui- 13 dum regulariter non poteſt præſentari ſecundum formam Ritus, vt per Franciſ. Ant. de Iudice Roberto *in loco præællegato*, & per Marinum Frecciam magiſtraliter *in tractat. de præſentatione inſtrumentorum ſecundum formam ritus magnæ curiæ vicariæ, in* 7. *par. q.* 9. vbi teſtatur ſe ita bis obtinuiſſe, prout ita indicatum fuit & obſeruatum, in ſacra regia Audientia Barenſi, & in regia audientia Capitinatæ Aquilæ Comitatuſq; Moliſii, in cauſis omnibus, in his tribunalibus occurſis annis ſuperioribus, Et ita vidimus diuerſis vicibus indicatum, etiam in magna Curia vicariæ.

Et nihil mirum, nam contra huiuſmodi inſtru- 14 mentum, etiam vallatum iuramẽto, opponi poteſt, quod actor non ſeruauerit à ſua parte promiſſa, cum non teneatur quis ad obſeruantiã contractus, quando per alteram partẽ non obſeruatur. imo licet hoc caſu fidem fallere. etiamſi interceſſerit iuramentum *l. Iulianus.* §. *offerri, ff. de action. emp. & l. cum proponas, l.* 2. *C. de pact.* cum cumulatis eo in loco à Iaſ. *in* 3. & 4 *not.*

Sicque opponi poteſt, de re non tradita per actorem, † vt affluentiſſimè ſcriptum eſt à Corn *con.*297. 15 *per totum, & conſ.* 291. *colum. fin. volum.* 3. & in terminis deciduut Canarius *in tract. de execut. inſtrument. quæſt.* 27. Dec. *conſ.*119 *in princ.* Ant. Maſſa *in tract. de oblig. tamer. quæſt.* 1 *particul.* 4. *poſt num.* 7 *fol. paruo* 103.

Nã † regula *d. l. Iulianus*, §. *offerri.* locum obtinet in 16 omni contractu, tam nominato, quam innominato ſecundum Gos. *conſ.* 245. *num.*2. *vol.* 45. & Tiber Decius *in conſ.*25. *vol.*1.

Imo † ſemper opponi poteſt, quamuis extaret 17 ſtatutum, quo excluderentur omnes exceptiones, ita Bar. *in l.* 1 §. *parui, ff. quod vi, aut clam*, Roman. *conſ.* 30. *num.*4. cum aliis cumulatis à Crauet. *conſ.*151. *n.*4. Cephal. *conſ.*407. *nu.* 19. *vol.*3. Rolan. *conſ.*33. *num.*32. *vol.*1. & *conſ.*69. *num.*13. *volum.* 4. Menoch. *conſ.*55. *nu.*3. *vol.*1. & *conſ.*1. *nu.*366. *eod. vol.* & à Boc. *con.* 45. *n.*13. *vol.*1.

18 Imo † in huius generis exceptione Iudex, etiam parte non opponente ſupplere poteſt. ita Romanus *in allegato conſil.* 244 *poſt num* 5. & Cæphal. *in dict. conſ.* 407. *numer.* 20. *& conſil.* 148. *num.* 144.

19 Necnon habet locũ etiã talis exceptio, vt nõ poſſit quis cõſtitui in mora, ab eo, qui deſiit adimplere pro parte ſua, *c. nõ eſt in mora, de reg. iur. in ſext. l. ſocia, verſ. nõ in mora, ff. ſi cert. pet. & l. nulla intelligi. ff. de reg. iur.* Ceph. *conſ.* 307. *n.* 16 *vol.* 3. Dec. *con.* 102. *n.* 9. *vol.* 3 & Burſat. *conſ.* 101. *num. decimoſexto volum.* 1.

20 Neque † ſimili exceptioni obijci poteſt temporis præſcriptio, vtpote quia in exceptionibus non ſolet præſcribi, cum non ſit in poteſtate rei, quando velit excipere, *l. licet C. de except. & leg. pure, § fin ff. de oblig. except.* Bar *in l.* 2. *ff. de except.* Bal. *in l. ſicut colum. penult.* poſt Gloſ. & ſcribentes *eo in loco*, *C. de præſcript.* 30. *annorum*, & Natta *conſil.* 160. *num.* 12 *volum.* 3.

21 Imo † huiuſmodi exceptio impedit litis ingreſſum, vt per Paul. de Caſtr. *in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.* Crauet. *conſ* 127 *num.* 14. Menoch *conſ.* 1. *nu.* 365 *&* 369. *& conſ.* 55 *num* 2. *vol.* 1.

22 Et † ſimiliter eiuſmodi exceptio in executione quoq; opponi poteſt, veluti per Crauet. *con.* 79. *nu.* 5. & Menoch. *con.* 55. *n.* 4 *& con.* 1 *n.* 367. *vol.* 1. etiã ſtante iuramento, quia prima mora nocet, ita Alex. *con.* 101. *ſub num.* 6 *vol.* 2. Crauet. *con.* 1. *n* 10 *con* 148. *col. pen. & conſil.* 192. *num.* 15. & Beccius *conſil* 45 *num.* 18 *volum* 1,

23 Et † ratio ea eſt, quia iuramentũ non ligat iurantẽ cũ adimplere debens, etiam iurauit, & nõ adimplenit ex parte ſua vt notat Menoch *conſ* *nu.* 10. *vol.* 1.

24 Sed † iſta concluſio ita, & taliter explanata, limitatur duobus modis locum non obtinere, primo itaque non procedit, vbicunq; locator oſtenderet, non ſolum per inſtrumentum locationis, ſed etiam in continenti per aliud ſimiliter inſtrumentum publicum, vel per ſcripturam iudicialem, præſtitam fuiſſe patientiam conductori, tunc enim inſtrumentum hoc locationis, & conductionis poſſet præſentari via executiua, iuxta formam Ritus magnæ curiæ vicariæ pro penſione rei locatæ. ita Franciſcus Ant. de Iudice Roberto, *in practica ſuper liquidat. inſtrum. ſecun formã Ritus magnæ curiæ vicariæ in 2 conſid. ſub n.* 14.

25 Et † de hoc mirandũ vtiq, non eſt, nam facta purificatione cõditionis, ſi qua ſubeſt, ac liquidatione, relaxatur executio, vt per Doct. vnanimi conſenſu omnes *in l.* 1. *C de edend.* Corn. *con.* 129 *n.* 4 *&* 5. *vol* 2. Couar. *reſolut lib.* 2. *c.* 11 *per tot.* Carauit. *ſuper ritu magnæ curiæ* 166. *n* 5 Martin. Frecciam *in tract. de præſentat. inſt.* 8 *part. q.* 1. Alciat. *con.* 130. *n* 5. Burſ. *conſil* 182. *poſt n.* 33. *vol.* 2. qui poſt alios relatos per eũ, annectit quoque quod in executione huiuſmodi inſtrumenti, nullus libellus, ſeu ordo iudiciarius requiratur, & quod inſtrumentũ de proximo liquidandũ habeatur pro liquido quoniã inſtrumẽti liquidi præſentatio habet vim libelli, & ſic cõfeſſio debiti per debitorẽ in iudicio, inducit litis cõteſtationẽ, vt p Affl. *dec.* 191. *ſub n.* 5 *& ſ.*

26 Secundò † iſſdeſo limitatur eadem concluſio, cũ in inſtrumento locationis, & conductionis per conductorem exceptioni patientiæ non præſtitæ, cum iuramento, eſt renunciatum: tunc enim ob talem renunciationem iuratam, inſtrumentum redditur liquidum & poteſt præſentari, ſecundum formam ritus, vt per Franciſ. Ant. de Iudic. Roberto *in pract. ſuper liquidationibus inſtrumentorum ſecundum formam ritus magnæ curiæ vicariæ, in* 2. *conſideratione, ſub nu.* 14 *verſ. cautela igitur eſt*, & ita vidimus obſeruari ſemper ſine vlla difficultate, innumerabilibus vicibus in magna curia vicariæ, & in pleriſque ex regiis Audientiis Regni, & in quamplurimis tribunalibus Regni, ſuperioribus temporibus, in caſibus, & cauſis in illis occurſis, prout ita ſe vidiſſe liquidari inſtrumenta locationũ in magna curia vicariæ, in quibus reperiebatur ſpecialiter facta renunciatio, patientiæ non præſtitæ, cum iuramento per cõductores, teſtatur Vrſillus *in addition Affl. ad dec.* 283. *ſub n.* 4. *& ſeq.*

OPINIO DXXXV.

SVMMARIA.

1 *Mulier ad ſecundas nuptias tranſiens perdit dominium rerũ, quas ex liberalitate primi viri conſecuta eſt, & ſolo vſufructu retento illaſque filiis primo matrimonio reſtituere cogitur, niſi vir ei licentiam dediſſet contrahendi ſecundas nuptias, num.* 22. *vel niſi de conſenſu filiorum contraxiſſet. nu.* 23 *Item non priuatur proprietate, ſi filii non contquerantur num* 23.

2 *Pœna ſecundo nubentium inductæ fauore liberorum, non ſunt ſublatæ. Et pœna impoſita viduæ ſecundo nubenti militat etiam in viro.*

3 *Cur melius ſit in viduitate permanere quam ſecundo nubere.*

4 *Mulier ad ſecunda vota tranſiens tria negligere videtur, Dei, defuncti memoriam, & filiorum charitatem.*

5 *Maritum hæres inſtitutus ab vxore amittet proprietatẽ bonorum vxoris per tranſitum ad ſecundas nuptias retento ſolum vſufructu.*

6 *Idem eſt in auo, & auia, proauo, & proauia, & cæteris aſcendentibus ad ſecunda vota tranſeuntibus.*

7 *Mulier ſiue mater relicta à marito defuncto tutrix filiorum, per tranſitum ad ſecunda vota perdit tutelam: & geſta ab ea, tanquam tutrice, ſunt nulla.*

8 *Pater tranſiens ad ſecunda vota, non remouetur à tutela filiorum ſuorum.*

9 *Mater præ cæteris volens tutelam filiorum ſuſcipere an ſecundis nuptiis Velleiano, & omni legũ auxilio renunciare debeat.*

10 *Mater an & quando habeat annum integrum ad petendum tutorem filiis ſi ipſa tutelam ſuſcipere nolit. & num.* 11.

12 *Mater minor* 25. *annis non poteſt eſſe tutrix filiorum, niſi extaret conſuetudo in contrarium.*

13 *Mater minor* 25 *annis non priuatur ſucceſſione filii, licet non petierit tutorẽ dari filio, etiam poſtquam effecta eſt maior.*

14 *Mulier minor* 25. *annis exiſtens tranſiens, quæ ex teſtamento mariti ſibi delatum ſubire recuſans legatum poſtea à marito ſibi relictum conſequi poteſt.*

15 *Mater negligens petere tutorem filiis ſuis impuberibus intra annum priuatur eorum ſucceſſione: & quid hoc caſu contra mulierem probandum ſit nu.* 16.

17 *Mater tranſacto anno, petens tutorem dare filiis non auditur, nec recuperat ius ſuccedendi, nec poteſt purgare moram. Et ſi opponat filium ſeu filiam intra annum deceſſiſſe, id probare debet nu.* 18.

19 *Mater an non ſolum tranſeundo ad ſecunda vota ſed etiam contrahendo ſaltem ſponſalia de futuro priuetur tutela.*

20 *Cautela pro mulierib. volentibus conolare ad ſecũdas nuptias.*

21 *Matre excluſa à ſucceſſione filiorum ob non petitum tutorem filiis, non cenſetur excluſa auia, nec alius proximior.*

24 *Mater tranſiens ad ſecũdas nuptias priuatur dumtaxat proprietate ſubſtantiæ paternæ quæ peruenerat ad filium, non autem ſubſtantia auita.*

26 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, non amittet proprietatẽ legati ſibi facti à primo viro ex cauſa oneroſa. Et donatio remuneratoria facta à viro vxori in recompenſa. nobilitatis ſuæ non amittitur ob tranſitũ ad* 2. *vota.*

27 *Mulierib. ac viris iure diuino licitũ ac permiſſũ eſt tranſire ad ſecundas, tertias, quartas, quintas & deinceps nuptias Et contrarium aſſerens, pro hæretico habendus eſt. nu* 28.

29 *Viduæ, quæ perpetuã caſtitatem Domino vouerunt, ſunt damnandæ, ſi ad ſecunda vota tranſierint.*

MVLIER ad ſecõdas nuptias trãſiens perdit dominiũ rerũ, quas ex liberalitate primi viri cõſecuta eſt, & ſolã poteſtatẽ fruendi retinebit, eaſq; filiis ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur. *l. fœmina C. de ſecun. nup.* vbi Doct *& in auth ex teſtam. tectis* & Soc. Sen. *con.* 56. *circa teſtam. lib.* 3. Et † ratio eſt, quoniã pœnæ ſecundo nubentiũ ad fauorẽ liberorũ inductæ ſublatæ non ſunt, per dictũ illud Apoſtoli, Mortuo marito mulier nubat in Domino, *c. pen. in fi. de ſecun. nup.* vbi hoc tenet Abb. Cor. *cõſ.* 21 *videtur. col.* 3. *vol.* 1. Bar. & Dec. *col.* 1. *C. de ſecun. nup.* & iſtorũ opinio eſt cõis, ſecund. Dec. *con.* 87 *pro reſolut. col.* 2. *& cõ.* 150. *propoſitur, & in d. l.* 1. & Coraſ. *in miſc. iur. ciuil. lib.* 4 *n* 6. 1 2

3 Confirmantur † quoque præmiſſa alia ratione, Nam melius eſt, ſecundo non nubere, quam ad ſecundas nuptias tranſire; tum quia mulier non tranſiens ad ſecunda vota, ſed in viduitate permanens, in maiore libertate cōſtituitur: eſt enim domina ſui ipſius, familiæ, & domus, quæ redeundo ad ſecundas nuptias ſub viri poteſtate cōſtituitur, nec poſtea poteſt ad libitum diſponere, ſiue de ſe, ſiue de bonis ſuis, niſi de paraphernalibus: tum quia hoc eſt ſignum maioris continentiæ. Vnde Hieron. *in 1. par. epiſtolarum, in epiſtola 5 c.27.* refert de quadam muliere, quæ Porcia vocabatur, apud quam cum laudaretur quædam honeſta mulier, quæ ſecundo nupſerat, reſpondiſſe fertur, fœlix, & pudica matrona nunquam niſi ſemel nupſit: tum quia hoc eſt maioris meriti, eo quod viduitati debetur fructus ſexageſimus, vbi matrimonialiter coniunctis debetur tantum triceſimus, ſecundum Hieron. *in eadem epiſtola.* Vnde in huius ſignum meminit Valerius, *lib 2. de inſtit. antiquis*, quod olim apud Romanas mulieres, quæ vno contentæ fuerant matrimonio, corona pudicitiæ honorabantur: credebant enim ſignum eſſe intemperantiæ multis matrimoniis vti. Et hoc idem notat etiam Coraſ. *in miſcel. iuris ciuilis, lib. 3. capit. 1. num. 1.* vbi refert alias complures continentiæ, ac viduitatis laudes, & pariter *ſub num. 3.* profert magnum & vtile verbum, quod ſecundum eius conſilium, viduæ, mortuis viris, in viduitate permanentes beatiores forent, & vberius etiam Tiraquel. *in l. boues. §. hoc ſermon. num. 141. cum aliis ſequent. ff. de verb ſign.*

4 Et † mulier ad ſecunda vota tranſiens, tria negligere videtur Deum, defuncti memoriam, & filiorū charitatem vt dicit text. *in § ſin autem tutelam, in auth. de nuptiis, & in § quia vero nunc ſequitur to tit* vbi dicitur quod per ſecundas nuptias contriſtetur anima mariti defuncti. & notat Roman. *in ſing. 151. tit. ſ. ut, quod mulier, num. 2. & conſ. 219. ex themate conſultationis præmiſſæ, num 2.* Et propter huiuſmodi iniuriam, mortuo marito illatam, multas leges ſtatuerūt contra viduas ad ſecundas nuptias tranſeuntes, de quibus abundè habetur per Doct *in d. auth. ex teſtamento.*

¶ Et pœna iſta eſt poſita viduæ ſecundò nubenti, militat etiam in vito, ex identitate rationis, ſecundum Gloſ. *in l. fœminæ §. illud. C. de ſecund. nupt.* quam approbat ibi Bar. Bertr. *conſ. 27. exhibito mihi caſu. num. 2. vol. 5.* Boer. *deciſ. 187. num 1.* Tiraq. *in d. l. boues. § hoc ſermone, num. 156.* & Roman. *conſil. 182. nu. 1. & ſeq.* & ibi doctiſſimus D. Horatius Mand. *in addit. in litera A. cum infinita prope caterua Doct. relata per eos in memoratis locis* qui omnes prædicant iſtam eſſe communem opinionem: quam interpretatur, & vtiliter limitat Tiraquel. *in d. §. hoc ſermone num 159.* & ſequitur etiam, & citat Bertrao. *conſ. multa ſunt, de quibus quæritur, num. 1. vol. 8.* Imo prælibata concluſio in principio poſita non ſolum procedit de iure ciuili ſed etiam de iure Canonico ſecundum Canoniſt. omnes *in c. fin. de ſecun. nuptiis* vbi Abb. clamat iſtā eſſe communem opinionem, & Ripa etiam, cum aliis relatis per eum, *in l. fin. ſub nu. 98. C. de reuocandis donationib.* *Cōis opin.* *Cōis opin.*

5 Et † ſic ex communi opinione præmiſſa, maritus hæres vniuerſalis inſtitutus per vxorem, cadit à proprietate bonorum vxoris per tranſitum ad ſecunda vota poſt eius mortem: & remanet duntaxat vſufructuarius huiuſmodi bonorum.

6 Et † præmiſſa ampliantur primo non ſolum procedere in matre & patre, ſed etiam in aliis aſcendentibus, tam maribus, quam fœminis, vtputa ſunt aui, & auiæ, proaui, & proauiæ, & cæteri deinceps aſcendentes ſecundum Doct. *in l. generaliter, per illum text. C. de ſecun. nupt.* Baſ. *in l. humanitatis, col. 7. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* Aretin. *in § præferuntur, column. 4. inſtitut. de S. C. Tertul.* Alexand. *in authent. ex teſtam. in addit. ad Bald. in verbo conſuetudo.*

Ampliantur † etiam ſecundo prædicta quod mulier non modo perdat dominium reiū ſibi per matrimonium relictarum, ob tranſitum ad ſecunda vota, ſed etiam tutelam. Vnde mulier, relicta à marito defuncto in teſtamento tutrix filiorum, per tranſitum ad ſecundas nuptias perdit tutelam; & geſta ab ea, tanquam tutrice, videntur ipſo iure nulla: ſecundum Saly. & alios *in authentica matri, & auia C quando mul. off. tut. fung. poſſ.* Cyn, Fab. *in l omnem, per illum text. C. ad Tertul.* & Alber. ibi, vbi aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, Boer. *deciſ. 124. num. 12.* & Ang Berous *in cap dilecti filii, numer 37. de arbitriis.* 7 *Cōis opin.*

Sed † hoc limitatur vtiliter non ſortiri locum in patre; Nam licet mater, tranſiens ad ſecunda vota remoueatur à tutela filiorum, pater tamen tranſiens ad ſecundas nuptias, non amittit vllo modo tutelam filiorum, ita Fulg. *num. 6.* & Corn. *num. 4. in l. Lambertum. C. ad Trebell.* Ioan. de Imol. *in l. ex facto, num. 16. ff de vulg. & pupil. ſubſtit.* & Anton. Gomel. *in l. 40. Taurinum. 15.* & quamuis Ang. *in §. quia vero, num. 16 in authent. de non eligen. ſecun. nuben.* aſſeruit contrarium, cui aſſentitur Ripa *in l. fin. num. 97. C. de reuocan. donat.* tamen diabolicum foret recedere à prima opinione Fulgoſii & ſequacium, tanquam ſacroſancta, & magis communi. Et ratio ad rem noſtram redeundo videtur iſta, quare mater tutrix tranſeunda ad ſecunda vota priuetur tutela. 8 *Cōis opin.*

Quia mater & auia poſſunt eſſe tutrices, ſi velint quamuis non † cogantur *d. auth. matri, & auia.* Imo ante alios filiorum tutelam poſſunt ſuſcipere & ad eam admitti, ſi ſecundis nuptiis, Velleiano, & omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto, renunciauerint: alioquin iſtis non concurrentibus, tutela ſuſcepta eſſet ipſo iure nulla, vt probatur *in authentica matri, & auia*, vbi Bart. Angel. & Salyce. notant. Natta *conſ. 143. 2. volum.* & alii quamplures Doct. congeſti per Boer. *in d. deciſ. 124. num. 9.* vbi ait iſtam eſſe veriorem opinionem. Et prædicta renunciatio abſque iuramento fieri debet, ita de communi ſtylo ſeruatur; imo in ipſo decreto eius mentio fieri debet prout alias ſeruaui, & ſeruari vidi, videlicet, quod mulieres abſque iuramento renuncient. Et hoc aſſerit Ang. Aret. *in prin. l. inſtit. de legit. patron. tutel. nu 5.* & Capitina *deciſ. 50. n. 6 & ſequent.* Tamen Petrus de Bellaper. Cyn. & Alb. *in d. auth. matri, & auia.* tenuerunt expreſſè contrariū & eorū opinio ſeruatur de conſuetudine, videlicet quod mater tutrix, vel auia teſtamentaria, nō teneatur renunciare ſecūdis nuptiis, & omnibus in fauorem mulierum introducto: & de iſta conſuetudine mentionem fecit Guid. Papæ *dec. 539.* Fab. *in d. auth. matri & auia*, & Boer. *in d. deciſ. 124. nu. 13.* 9

Hiſq; † occurrit cōgruenter in loco, quod mater habeat actionem integrum, ad petendū tutorem dari filiis niſi velit ipſa tutelā ſuſcipere; ſecund. Bal. Saly. & omnes per tex. ibi *in l. ſciant. C. de leg. hered.* Bal. *in l. prec. col. 6. C. de imp & aliis ſubſt.* Abb. *in c. ex par. de appel.* Cor. *conſ. 101. n. 9 & con. 125. n. 8. vol. 3.* Aret. *in § fin. in princ. inſt. ad Tertul.* vbi dicit iſtam eſſe cōem opin. Dec. *in c. ex par. n. 33. ſuperius citat.* & copioſè Iac. Phil. Port. ſeu potius Anton. Gabriel. *in concluſ. 4. in 14. ampliatione. lib. 5.* & magis communem Cornel. Benincaſ. *in tract. de paupertate q. 4. num. 20.* & Bal. *conſ. 432 iſte caſus rariſſime de facto contingit, volum. 2.* 10 *Cōis opin.*

11 Vbi † hoc limitat ob procedere, vt mulier habeat annum integrum ad petendum tutorem filio, quoties nunq; ipſe filius tempore mortis patris habebat 13. annum, & vnum menſem, & decederet penultima die pupillaris ætatis: tunc enim mater non excuſaretur, imo priuaretur ſucceſſione filii: ex quo non purgauerit moram, neque purgari poſſit.

12 Sed † iſta communis ita interpretata vendicat ſibi locum in muliere maiore viginti quinque annis, ſecus in minore, quæ non poteſt de iure eſſe tutrix *l. fin. C. de legit. tut.* & tenet Bald. *in d. l. omnem, & in authen. niſi ſeu parte.* quem ſequitur ibi Iacob. de Sancto Georgio, & Mode. *C. de ſecundis nuptiis*, & Dec. *in d. c. ex parte num.* 4 niſi extaret conſuetud. in contrarium, quod mater minor poſſit habere tutelam, ſecundum Bald. *conſ.* 101. *vol.* 1. Et dictam ſententiam, quod mulier minor, non poſtulans, ſeu non requirens infra annum tutorem pupillo, excuſetur, amplectitur etiam, ampliat, veriſiter & declarat Ant. Gabriel. cum magna caterua Doct. relata per eum, *in d. conc.* 4. *in* 6. *limitatione.* & Io. de Neuiz *in ſylua nupt. lib.* 2. *num.* 53. *in* 9. *limitatione.*

13 ¶ Et † licet mulier ſi minor ſit viginti quinque annis, non priuetur ſucceſſione filii, ſi ei tutorem infra annum non petierit: tamē ſi tempore mortis mariti eadem mulier erat minor, & poſtmodum maior effecta, non petierit tutorem, ſimiliter ob hoc nō priuabitur [illegible] ſucceſſione filiorum, ita Spec. *in tit. de in integr. reſt.* § 1. Bal. *in auth. ſi rogatus. col.* 11. *C. de epiſc. & cler. &* *conſ.* 101. *quæritur vtrum domina. col.* 11. *vol.* 2 vbi ita conſuluit in proprius terminis, & Rom. quoque *conſ.* 279. *viſo thematis narratione.* Ang. Aret. *in* § *ſed quēadmodum col.* 11. *Inſtit. de S. C. Tertul.* Paul. de Caſt. Alex. Iaſ. ibi et & Soc. *in l. ſecundum.* § *ſi ff. qui ſatiſd. cog.* Soc. Iun. *conſ.* 8. *ex præſenti. vol.* 1. Grat. *conſ.* 83. *præviſa,* num. 7. *vol.* 2. Alex. Corn. Iaſ. & alii omnes *in l. minoribus. C. de his quib. vt indig.* vbi Iaſ. *in fi.* aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, ac etiam D. Horat. Mandoſ. *in ad. Rom. in d. conſ.* 279 vbi reprehendit Neuiz. *in d. ſylua nuptiali. lib.* 2. *ſub nu.* 34. inutili. et hanc communem limitantem.

14 Imo † ipſa mulier minor 25. annis ea ſtans, tranſiens ad ſecunda vota, & tutelam filiorum ſibi ex teſtamēto mariti delatam ſubire recuſans legatum perſonaliter ſibi relictum, conſequi poteſt: vt conſuluit Grat. *conſ.* 84. *arbitror legatum centum ducatorum de ſuper præſtandum: ſic, per tot. vol.* 2.

15 Sed † mater negligens petere tutorem filiis ſuis impuberibus intra dictum annum, fore vtrique priuanda eorum ſucceſſione caſus eſt *in l.* 2. § *ſi mater ff. ad Tertul. & in d.* § *ſi autem. C. cod. tit.* & ponit pro regula cum ampliationibus & limitationibus Io. de Neuiz. *in ſua ſylua nupt. lib.* 1 *num.* 1. *& ſeq.* & Ant. Gabriel. *in d. conclu.* 4. *per totam,* & Cornel. Benincaſius *in tract. de paupertate, qu.* 4. *ſub* n. 20 Michael Ciſuentes *ſuper leges Tauri, in l.* 6. *n.* 1. *& ſeq.*

16 Ad † excludendum autem matrem hoc caſu à ſucceſſione, neceſſario deducendū, probandumque eſſet eam in mora fuiſſe petendi tutores dari filiis intra annum, à die mortis mariti, ſecundum Bar. *in l.* 2. *col.* 6 *C. qui petant tutores,* Bald. Ang. Flo. & Saly. *in l. ſciant. C. de leg. hered.* & Alex *conſ.* 185. *col. fin. vol.* 6 alias quælibet iuſta cauſa excuſaret matrē à priuatione ſucceſſionis filii, vt voluit Soc. *conſ.* 163. *col. fin. vol.* 1. & Rubeus *conſ.* 81. *nu.* 1. Quinetiam ſi mater diligenter adminiſtrauerit ei ſuccurritur, ita Paul. de Caſt. *in l. venia edicti C. de in ius voc. & in l. Clodius ff. de acq. hered.* Alex. *in l. iuris ignorantia. ff. de iur. & fact. ignor.* & Claud. Seyſeil. *in d. l. venia. nu.* 8.

17 Sed † caue ne erres, quia mater ipſa in huiuſmodi caſu, tranſacto anno, petens tutorem dari filiis, non audiretur aliquo modo, nec recuperaret ius ſuccedendi eis in pupillari ætate morientibus, nec poſſet purgare moram, ſecundum Bartholom. de Salyc. *in tract. de mora. q.* 2. *num.* 16. vbi reſpondet *l.* 3. § *confeſtim, verſ. ſed ſi forte. ff. ad Tertul.* diſponenti matrem admitti ad purgandum moram, niſi præuenta fuiſſet, procedere vſque ad annum, non autem vltra. Et hoc idem firmat D. Bartholomæus de Salyce. *in eod. tract. quæſt.* 2. *ſub nu.* 3. *& ſeq.* Bal. *in auth. ſacramentum, in fin. C. quando mulier tutelæ offic. fungi poſſ.* Salyc. *in l. ſciant. C. de legit. hered.* Ang. & Alex. *col.* 12. *in l. ſi unſtalam. ff. de verb. oblig.* & Aret. *in* § *fin. inſtit. ad Tertul.* An autem mater iſto caſu perdat tutelam, vide Bart. *ad l.* 3. § *ſed ſi hac. nu.* 1. *ff. de legit. tut.* Soc. Iun. *in repet. l. ſi ita datum num.* 144. vbi de ratione. *ff. de legat.* 1. Et de reſolutione vide *in deciſ. noſtra* 46 a. *dubium in quo verſamur. nu.* 2 *& ſeq. lib.* 3.

Item aduerte. † quod licet mulier non petens tutorem intra annum filiis, cadat à beneficio ſucceſſionis: tamē qui vult opponere, ſeu obiicere, quod filii deceſſerunt illo anno, ipſe tenetur probare: vt voluit Natta *conſ.* 656 *tria propoſita ſunt, nu* 3 *vol.* 4. 18

Et † quod ſuperius poſuimus, matrem per tranſitum ad ſecunda vota, tutela filiorum priuari deberet amplia procedere quoque, ſi mulier ipſa contraheret ſponſalia de futuro: quia tunc ſtatim, ipſis ſponſalibus contractis, per matrem, perderet tutelam, ſecundum Bar. *in auth. ſacramentum. C. quando mul. offi. tut. fung. poteſt.* Bal. *conſ.* 58. *vol.* 2. & Cæſarem Vrſilium *in addit. Afflict. in deciſ.* 357. *n.* 3. vbi refert iſtam eſſe magis communem opinionem: & alios eiuſdem ſententiæ citat Boet. *deciſ.* 266. *ſub nu.* 5. 19 Com. op.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quod mater, contrahendo ſponſalia, ſed pœnitēdo poſtea, & perſeuerando in viduitate, tutelam filiorum ſuſceptam non amittat, inclinatur Specul. *in tit. de tutor.* § *nunc dicendum, ver. quid ſi tutelam.* Bald. Ang. & Alber. *in l. ſolut. per illum text. ff. de his, qui notan. infa.* Roma. *ſing.* 221. *Tu habes quod mater.* Guzad. *conſ.* 8 *videtur. col.* 1. Faber. Saly. Bologn. & cæteri *in d. auth. ſacramentum,* Affl. *in d. deciſ.* 357. vbi ait ita fuiſſe in ſacro Regio Concilio Neap. iudicatum, Io. de Neuiz *in d. ſylua nupt. lib.* 2. *ſub nu.* 50. *& ſeq.* vbi fatetur ſe vidiſſe ita de facto obſeruari Mediolani: & æquiorem, verioremque ſcribit Affl. *in conſt. honorem, lib* 3 *rub.* 20 *nu.* 8. & Boet. *in d. deciſ.* 266. *ſub n.* 5. & ſic ex relatis authoritatib. facile apparet iſtam eſſe magis æquam, magis veram, magiſque cōmunem ſententiam, & ita in deciſiuis conſulendū, iudicandumque tutiſſime ſuademus.

¶ Quæ communis, ita amplexa, abſque ſcrupulo procederet, niſi copula ante traductionem in domū vxoris fuiſſet ſubſequuta vt voluit Io. de Imol. *in l. ſi ſocer* § *Lucius, col.* 3. *ff. ſolut. matri.* & Boet. *in d. deciſ.* 266. *ſub nu.* 5.

Ideo † iſtæ viduæ tutrices determinantes conuolare ad ſecundas nuptias poſſunt, ne ſibi præiudicium afferant, vti cautelis, & remediis traditis per Io. Neuiz. *vbi ſupra.* 20 Et † dato caſu, quod mater foret excluſa à ſucceſſione filiorum: tamen non excluſa cenſeretur auia, nec alius proximior, ſecūdum Glo. Ang. & Salyc. *in l. minoribus. C. qui petant tutores* Soc. *in d. conſ.* 153 *col. fin.* & iſtorum opinionem dicit eſſe communē Rub. *in d. conſ.* 81. *nu.* 2. vbi ita conſuluit. 21 Com. op.

Et † præmiſſa ita ampliata, & declarata, interpretantur non procedere, quando vir licentiam daret vxori ad ſecundas nuptias conuolandi: tunc enim nō perderet per iſtum tranſitum dominiū rei ſibi legatæ, ac à marito relictæ: Et ratio eſt quia pœna ſecūdarum nuptiarum eſt impoſita ex eo quod videatur inferri iniuria primo 22

viro per ſecundas nuptias, §. *quia vero, in auth. de nupt.* Nulla autem iniuria fit volenti. *l.* 1 §. *vſq; adeo. ff. de iniur.* ſecundum Bal. *in l.* 1. *C. de ſecun. nupt.* & per Roma. *conſ* 119. *ex themate conſultationis, num.* 5. & *in ſing.* 251. *tu ſcis quod mulier* & ibi Nic. Pig. *in addit.* Dec. *conſ.* 620. *caſus, de quo quæritur, col.* 2. & Corſal. *in d. c.* 1. *num.* 11. & *ſeq.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & declarat per quandam diſtinctionem, traditam per eum.

Cõis opi.

23 Limitatur † etiã ſecundo, ſi filii ſecundis nuptiis conſenſum accommodarent: tunc enim mulier non perdit ea, quę habuit ex liberalitate primi viri, ſecundum Glo *in authen. de non eligen. ſecun. nub. in ver. Copulatur.* & ibi Ang. & Bertran. *conſ.* 82. *num.* 3. *vol.* 8. vbi tradit cautelam aduocatis ad inſtruendam mulierem, pro euitãda huiuſmodi pœna, quoniam iniuria, quæ fit filiis primi viri, ſi mater conuolaret ad ſecũdas nuptias, tollitur eorum conſenſu. §. *ſoluto. in auth. de ſecun. nupt. l. cum donationis. C. de tranſact.* Et hoc comprobatur ex latius dictis per Iaſ. *in l. ambiguitates. C. de indic. vidu. tollen.* & *in l. filium, quem habentem. C. famil. erciſc. col. fin.* & *conſ.* 53. *in quæſtione, vol.* 1. & per Dec. *conſ.* 206. *quæritur,* & Corſal. *in d. c.* 1. *num.* 14. vbi vocat iſtorum ſententiam communem, & eam vtiliter interpretatur etiam, quod non ſufficiat in hoc caſu præſtatio cõſenſus maioris partis filiorum, ſed omnium conſenſus neceſſario requiritur.

Cõis opi.

24 Limitatur † tertio, quod mater tranſiens ad ſecũda vota, dumtaxat debeat proprietate ſubſtantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem ſubſtantiæ auitæ priuari, ſecundum Bart. & alios communiter, *in d. auth. ex teſtamento.* & ſequitur iſtam communem, & citat Boer. *deciſ.* 192. *num.* 5. licet Bal. & Ang. & male *in d. auth. ex teſtamento.* aſſeruerint cõtrarium. In-

Cõis opi.

25 terpretanturq; † præmiſſa in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, ſuperſtite filio, vel filiis de hoc non cõquerentibus. His igitur ſtatutibus, ſi filius decedat, nõ priuatur eius hæreditate; quia filius non conquerendo de matre, videtur ei remiſiſſe iniuriam ſibi factam per eam, per dictum tranſitum, argum. *l. fin. C. de reuocan. donat.* & ita per illum text. tradit, & firmat Bald. *in auth. ex teſtamento ſupra cit. col.* 2. Dec. *conſ.* 206. *col.* 1. & *in rub. C. de ſecun. nupt. col. fin.* Ripa. *in l. fin. C. de reuoc. don. in q.* 61. *col.* 2. & Soc. Iun. *conſ.* 61. *nu.* 2. & 11. *vol.* 2.

26 Limitatur † etiam, vt ipſa pœna mulieri ſecundo nubẽti impoſita non vendicet ſibi locum, in acquiſitis per mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota à viro ſuo, titulo oneroſo, ſecundum Roma *conſil.* 119. *ex themate nu.* 4. & D. Horat. Mendoſ. cum aliis relatis per eum, ibi, *in addit. in litera D* Et ſic donatio remuneratoria, vel compenſatoria, facta per virum vxori ſuę, in recompenſationem cõditionis, nobilitatis, pulchritudinis, & iuuentutis ſuæ, & quaſi deperditæ nobilitatis, non amittitur ob tranſitum ad ſecunda vota ipſius mulieris: quia cum ſit remuneratoria, prælibatã donatio, non habet eam mulier ex titulo lucratiuo à marito, ſed ob nobilitatis meritum: quo caſu tranſitus ad ſecundas nuptias nõ operatur donationis antedictæ perditionem, ita Bal. *in auth. in donatione. C. de ſec. nup.* & *in repet. l. per veſtras, de donat. inter vir.* & *vx.* & eſt de intentione Rom. *in d. conſ.* 119. *nu.* 4. ita firmat in individuo Io. de Neuiz. *in ſua ſyl. nuptiali, lib.* 2. *à nu.* 22. *vſq; ad nu.* 40. & Io. Lupi. *in repet. rub. de donat. fol.* 16. Et conſequẽter *l. fœmina,* & *l. generaliter C. de ſecun. nupt.* non habent locum in acquiſitis titulo oneroſo, ſecũdum omnes præallegatos Doct. Ideo recipiens propter remunerationem, non dicitur hoc ex titulo lucratiuo, ſed ex debito recepiſſe: vt concludit Bart. *in proœmio ff. rum.* quia iſta non dicitur proprie donatio, ſed eſt quædam permutatio, vel compenſatio: vt firmat Curt. Sen. *conſ.* 54. *col.* 4. & Bal. *in l. ſed & ſi lege.* §. *conſuluit. ff. de petit. hæred.* Barbat. *conſ.* 26. *col. fin.* & Aret. *cõſ.* 19. *col.* 6. ¶ Et quod diſpoſitio *d. l. fœminæ,* non ſortiatur locum, niſi in quæſitis ex facultatibus viri titulo lucratiuo, probat text. *in d. l. fœminæ, ibi, vel cum ſibi ex liberalitate præmio.*

¶ Et licet Affl. *deciſ.* 61. videatur ſentire *in fin.* quod diſpoſitio *d. l. fœminæ,* procedat in donatione prædicta, tamen ſine lege & ratione loquitur, & contra iura, & rationes prædictas; & contradicit authoritati tantorum patrum, à quorum opinione tanquam cõmuni, & ſacroſancta non erit aliquo modo recedendum in iudicando Et ita iudicatum fuit in Curia noſtra Aquilana in factis contingentis, de menſe Septẽbris 1545. per Dominum Lactantium de Vrſo tunc iudicem ipſius Curiæ, in fauorem Magnificæ D. Portiæ de Manenis, vxorem Ioannis Dominici Viuii, patris mei bonę memorię, ſummi practici, noſtrorumque temporum maximi ornamenti, contra Ioannem Marinum de Gigio, filium ſuſceptum ex primo matrimonio, & hęredem Ioannis Baptiſtæ ſui patris, donatoris; qui vti hęres condemnatus fuit, ad ſoluendũ ducatos ducentos, donatos eidem D. Portiæ per antedictum Ioannem Baptiſtam ſuum primum virum; in recompenſationem conditionis, & nobilitatis, nõ obſtante quod ipſa D. Portia tranſitum feciſſet ad ſecũda vota. Et poſtmodum introducta cauſa hac, per remedium appellationis in Sacro Regio Cõcilio Neapo. fuit ibi confirmata præcitata ſententia, & prouiſum, quod *d. l. fœminæ.* non habeat locum in donatione remuneratoria, & oneroſa: referente Illuſtri D. cauſæ commiſſario, Ioanne Andrea de Curtis meritiſſimo preſidente, & protonotario, & ſydere fulgẽtiſſimo Sacri Concilii, & integerrimo, conſũmatiſſimo, & vndecunq; doctiſſimo, & ſupremo viro, & interueniente etiam pro actuario Palumba.

¶ Imo fortius, quando non conſtaret ob hãc cauſam donatum fuiſſe vxori, data inæqualitate ipſius vxoris, & viri, debet præſumi, animo remunerandi factam donationem & traditionem prædictam: nec requireretur tunc alia probatio de ſupra dictis qualitatibus; vt firmant Bar. Bal, & Ang. *in l. ſi voluntate. C. de dot. promiſ.* Iaſ. *col.* 4 *verſ ſed certe,* & Alex. & Moderni Papienſes *in l. ſi diuortio ff. de verb. oblig.* & Bal. Nouellus *in tract. de dote in* 2 *par.* & ſcribit Bal. *in l. multum intereſt. C. de dona. ante nupt.* vbi in dubio concludit, data inæqualitate, ob nobilitatis meritum, præſumendam eſſe factam donationem, & ſoluto matrimonio poſſe repeti per vxorem ſuperſtitem.

Sed † ego, qui aliqua vidi, audiui, & legi, in præiudicium honoris, & conſcientiæ fieri per ipſas viduas, præſertim iuuenes, & pulchras, quæ ſilentio ſupprimuntur, ſuadeo, non obſtantibus antedictis, melius atq; tutius eſſe aliquibus, tam viris, quam mulieribus ad ſecundas nuptias tranſire, quam in viduitate permanere; & hoc propter periculum incontinentiæ: ob quod conſuluit Apoſtolus. *Tim.* 5. Iunioribus viduis vt nubant, eo quod melius eſt nubere, quam vri, ſcilicet ardoribus libidinis, aut igne infernali, ob malũ incontinentiæ. Cum nullum vituperium ſit de per ſe mulieri, pluries nubere, nec ſimiliter viro: vt patet ex ſcriptis Beati Hierony. *in* 1. *par. epiſtolarum, in epiſt.* 8. dicentis, Non damno bigamos nec trigamos, nec octogamos. Vnde idem Hierony. *in* 3. *par. doctarum epiſtolarum, epiſtola* 16. ſcribens ad Geruntiã, de Monogamia, refert ſe vidiſſe Romæ duos, virũ ſcilicet, & mulierẽ de infimã plebe, q vir q dã ſepelierat 20. vxores, vxor vero 22. maritos habuerat. Hi ergo poſtremo ſibi, vt ipſi putabant, matrim. copulati ſunt, ſũma omniũ, tã 27

viro-

virorum, quam mulierum expectatione, quis quem prius ſepulturæ efferret, vicit tamẽ maritus, ob quod populo totius Ciuitatis confluente, coronatus, & palmam tenens in manu, talem comitatum habuit, hilariter præcedentem feretrum vxoris multionbus, ipſe vero feretrum ſequebatur tanquam victor glorioſus. quod etiam refert Boer. *deciſ.* 186. *in fin.* & Menochius *conſ.* 4. *nu.* 40. *vol.* 1. Præterea multi ſancti homines, quorum nomina ſunt deſcripta in libro vitæ, ſecundas nuptias cõtraxerunt, & inter cæteros Abraham poſt mortem Saræ, primæ vxoris, duxit ſecundã vxorem, quandam Cethuram. Rũth, mulier ſcripturæ teſtimonio, ſancta, mortuo primo viro, filio Noemi, nupſit ſecũdo viro, qui dictus eſt Booz. Sara vxor Tobiæ Iunioris, mulier etiam ſcripturæ teſtimonio probata, poſt ſeptẽ viros, quos habuerat, & quos dæmon occiderat, nupſit Tobiæ Iuniori, in quo matrimonio permanſerunt, Domino famulãtes ita, vt accepti eſſent tam Deo, quam hominibus, & cunctis habitantibus in terra. Mulier Samaritana, quæ quinque viros habuerat, non ob hoc reprehenſa eſt à Domino, ſed quia ille, quem tunc habebat non erat eius vir. Nam ex eo, quod illos quinque appellauit viros eius, videtur approbaſſe eorum matrimonium, cum ſecũdo, tertio, quarto, ſeu quinto, alio‑q; nullus illorum fuiſſet vir eius, quoniam per matrimonium fit, vt vir dominetur corpore muliebri, & mulier dominetur corpore viri. Si ergo quinque viros habuit, ergo quinquies verum matrimonium contraxit: & ex his ſecũdas, tertias, quartas, quintas nuptias, & deinceps fore permiſſas. *c. aperiant* 31. *q.* 1.

18 Imo † aduerte, quod ſi quis pertinaciter aſſereret huiuſmodi nuptias non eſſe licitas, & permiſſas, incideret profecto in crimen hæreſis, & hæreticus eſſet, vt late oſtendit Hieronymus Tochieoliſta *confeſſione Auguſtana lib.* 9. *cap.* 12. *de ſacramento matrimonii c.* 1. *& ſeq.* & aduerſus hanc hæreſim extat concilii Niceni definitio, quæ habetur *c.* 8. *decretorum eiuſdem concilii.* Ibi enim concilium præcipit, vt qui ex Nouatianis ad Eccleſiam catholicam redire voluerit, nõ recipiatur, niſi prius per ſcripturam fateatur ſe communicaturũ cum iis, qui ſecundas nuptias forte experti fuerint. Ex demum extat ſimiliter Concilium Tridentinum ſub Eugenio Quarto, huius nominis Pontifice, pro vnione Græcorum celebratum, quod de hac re, per ſequẽtia verba definit: *Quoniam nõnullos aſſeritur quartas nuptias, tanquam condemnatas reſpuere, ne peccatum vbi nõ eſt, eſſe putetur, cum ſecundum Apoſtolum mortuo viro, mulier ſit ab eius lege ſoluta, vt nubendi cui vult in Domino habeat facultatem: nec diſtinguat mortuo ſecundo, vel tertio: declaram' non ſolum ſecundas, ſed & tertias, & quartas, atq; vlteriores, ſi aliquod impedimẽtum canonicum non obſtet, licite contrahi poſſe: commendatiores tamen dicimus, ſi vlterius à coniugio abſtinentes in caſtitate permanſerint.* Ideo Carolus Quintus, piæ & fœlicis memoriæ merito radicitus extirpauit illam inhoneſtam, & prauam conſuetudinem, & fatuam corruptelam, vigentem in Regno Neapol. nuncupatam (ciambellariam) introductam contra mulieres, tranſeuntes ad ſecundas nuptias, vel vlteriores, in qua ciambellaria proferebantur innumera fere opprobria, & contumelioſa, impudica, & inhoneſta verba, præſertim à victinis, cõtra ipſas mulieres, cum maxima ignominia, & cum timpanis, & cornib. & cæteris improperoſis clamoribus. in tantum quod mulier ipſa, & nouus maritus tædio affecti, cogebantur ſe cõponere, & pecunia à memoratis iniuriis eximere, & liberare: propterea mediante regia pragmatica, emanata de anno 1540. & poſita in libro pragmaticarum *in tit. de iniuriis, pragmatica.* 1. ciambellaria fieri prohibetur tempore maritagii quarũuis perſonarum, pœna vnciarum auri centum contra facientibus imminente.

Sed † hoc non procederet ſi vidua, poſt mortem viri, emitteret votum de ſeruãda virginitate: quia tũc ei non liceret aliquo pacto ad ſecundas nuptias conuolare; vt probatur apertiſſime ex Beati Pauli teſtimonio, qui *in priore ad Timoth. epiſtola.* 5. ſic ait, Adoleſcẽtiores viduas deuita; cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quæ quidem verba Apoſtoli ita ſunt interpretanda, quod votum, quod in viduitate emiſerant, de continentia ſeruanda, violauerant: cum poſt huiuſmodi votũ emiſſum nupſerunt, vt teſtatur concilium quartum Carthaginenſe, quod in capite vltimo ſuorum decretorum ita ait: *Sicut bonum caſtitatis præmium, ita & maiori obſeruantia, & præceptione cuſtodiendum eſt, vt ſi quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſita, & matura ætate à viro relicta ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta ſub teſtimonio Epiſcopi, religioſo habitu apparuerunt, poſtea vero ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundum Apoſtolum, damnationem habebũt: quoniam fidem caſtitatis, quam domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant: quæ etiam nec in conuiuiis cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ religioſitatem mutauerunt, crimine adulterii notabuntur, ſi deuotionem, quam Deo ſponte obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate, atq; ad ſecundas nuptias tranſitum fecerint? quæ & ſi violentia irruente, ab aliquo præreptæ fuerint, ac poſtea delectatione libidinis permanere in coniugium raptori, vel violenti viro conſenſerint, damnatione ſuperius comprehenſa teneantur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus, Cum luxuriatæ fuerint nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Et Concilium Toletanum quartum, *cap.* 55. ſic inquit. *Duo ſunt genera viduarum, ſeculares viduæ ſunt, quæ adhuc diſponentes nubere, laicalem habitum nõ depoſuerunt: Sanctimoniales ſunt, quæ iam mutato habitu ſeculari, ſub religioſo cultu in cõſpectu ſacerdotis, & Eccleſiæ apparuerunt: hæ ſi ad nuptias tranſierint, iuxta Apoſtolum, non ſine damnatione erunt: quia ſe primum Deo vouentes, poſtea caſtitatis propoſitum abiecerunt.* Et Concilium Arauſicẽſe *cap.* 27. ſic definit. *Ex viduitatis ſeruandæ profeſſione, coram Epiſcopo in ſecretario habita, impoſitam à presbytero veſtem vidualem, non eſſe violandam, eius vero vendicatorem, vel ipſam talis profeſſionis deſertricem, merito eſſe damnandã.* Ex quorum conciliorum verbis apparet iſtam eſſe Pauli Apoſtoli ſententiam: viduas, quæ perpetuam caſtitatem domino vouerunt eſſe damnandas, ſi ad ſecunda vota tranſierint.

OPINIO DXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam mercatori expreſſe, ſpecialiter, & nominatim ad certas merces emendas, an aliquod ius in iis mercibus habeat, vt aliis creditoribus anterioribus præferatur.*

MVTVANS † alicui pecuniã expreſſe, ſpecialiter, & nominatim ad emendum certas merces, iis emptis ex huiuſmodi pecunia; nõ habet aliquod ius ſeu hypothecam in eis mercibus, ſed ei nihilominus præferuntur priores creditores, ſpecialem hypothecam habentes: ſecundum Barto. & Salycet. *in l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab.* Gloſſ. *in l. quod quis. ff. de priuileg. cred.* Bald. *in l. licet. C. qui potiores in pign. hab.* & Neguſan. *in tractatu de pignoribus in* 5. *part.* 2. 1

membri, nu. 3. *&* 9. vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem contra Glo. *in auth. quo iure. C. qui pot. in pign. hab.* contrarium firmantem. Com. opi.

OPINIO DXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam in ſacco, vt tantundem reddatur, abſque numeratione, an mutuum contrahat, vel contractum innominatum.*

1 MVTVVM non contrahitur, ſed contractus innominatus, cum do tibi pecuniam in crumena, vel ſacculo, vt tantumdem reddas, ex quo enim nõ interceſſit numerationis actus, mutuum non contrahitur, ſed contractus innominatus do, vt des: ſecundum Glo. Bar *ſub nu.* 14. Bal. *col.* 2. Alber. *ſub nu.* 13. & cæteros cõmuniter *in l.* 2. §. 1. *ff. quib. mod. re contrah. obl.* Bolognettum, *ſub nu.* 40. ac alios omnes *in l.* 2. §. *mutui datio. ff. ſi cer. pet.* Ozerium, *ſub nu.* 13. Bellonom *nu.* 13. & Tobiam Noninm, *ſub nu.* 27. *in rub. ſub principio, Inſtit. quib. mod. re contrah. obl.* vbi perhibent iſtam eſſe communem opinionem, limitant & approbant. Com. opi.

OPINIO DXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Negatiua cum eſt fundamentum intentionis alicuius per eũ probanda eſt, ſiue agat, ſiue excipiat. Et quidem plane. nu.* 2.

3 *Negatiua triplex eſt. & nu.* 16. *&* 17.

4 *Negatiua loco, & tempore coarctato probatur cumque teſtis aſſerit ſe fuiſſe præſentem, & vidiſſe quod non potuerit fieri quin vidiſſet.*

5 *Negatiua quomodo caute articulanda.*

6 *Negatiua limitata loco & tempore probatur, cum probatur reum inquiſitum tempore quo prætenditur patratum delictum fuiſſe in alio loco.*

7 *Negatiua coarctatio fieri debet de toto loco, de toto tempore, & de perſona identitate.*

8 *Negatiua coarctata loco, & tempore tanto eſt potentia, & virtutis quanta eſt probatio affirmatiua.*

9 *Negatiua cadens in ſenſum, & cognitionem teſtis, quæ ſit.*

10 *Teſtes ſuper negatiua non limitata loco, & tempore, deponentes non probant.*

11 *Teſtes deponentes ſuper negatiua, loco, & tempore non coarctata ſunt ſuſpecti de falſo, non tamen poteſt carcerari, vel puniri aliqua pœna. nu* 14.

12 *Negatiua non moderato loco, & tempore, non cadit in notitiam teſtis, & eſt improbabilis. Eius q; ratio nu.* 13.

15 *Suſpicio falſi, an & quando habeatur pro falſo.*

18 *Per negatiuam coarctatam loco & tempore, probatam, tollitur omnis præſumptio, non ſolum capitalis inimicitiæ, ſed etiam minoris.*

19 *Teſtes domeſtici, conſanguinei & affines inquiſiti, deponentes inquiſitum fuiſſe domi tempore cõmiſſi delicti probant eius innocentiam. Etiamſi teſtes ſint fœminæ. nu.* 20. *maxime ſi ſint pro fiſco producti nu.* 23.

21 *In caſu probandæ negatiuæ, etiam ſemiplena probatio ſufficit, & admittuntur quoq; teſtes non gaudentes, & de credulitate deponentes in probanda innocentia.*

24 *Teſtes domeſtici admittuntur in ſubſidium, ad probandũ ea quæ in ſecreto fiunt.*

25 *Innocentia probatur etiam per patrem, & fratrem inquiſiti.*

1 NEGATIVA † cum eſt fundamentum intentionis alicuius per illum probanda eſt, ſiue ageret, ſiue exciperet, Bart. *in l. in illa ſtipulatione, n.* 5. quam legit cũ *l. hoc iure*, & ibi poſt Alex. Iaſ. *n.* 14. lat iſſime, qui etiã fatetur opinionem Bar. communiter teneri. *ff. de verb. oblig.* Bar. *in l. ſuper alium.* § *duorum, nu.* 2. *ff. ut quis cum, qui in ius voc.* 1. & ibi not. Gemio. *de conf. ſ. lib.* 6. Iono. & Ioan. And. *in c. ſuper his, de accuſ.* & Coro. *conſ.* 340 *vol.* 1. *nu.* 3. Iaſ. *in l. qui ſe obtulit.* § *condemnatum. num* 7 *ff. de re iud.* & copioſiſſime Iacob. Philipp. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. *in concl.* 26 *lib.* 5. vbi ſimiliter teſtatur de communi, & ponit eam pro regula, cum ampliationibus & limitationibus: & pleniori manu etiam Franc. Hercul. *in tract. quis teneatur probare negatiuam, in princ. n.* 2. *cum aliis ſeq.* Com. opi.

Imo † negatiua ipſa non ſolum cum eſt negantis fundamentum, probanda eſt, ſed etiam per eum; qui eidem negatiuæ innititur plene probanda eſt, *l. doct. ff. de ver. obl.* Doct. *in l. hoc iure. & in l. in illa. ff. de verb. oblig.* Bar. & alii omnes *in l.* 1. *C. de iur. emphy.* Ang *conſ.* 161. *in fin. & conſ.* 258 *in princ.* Alex. *conſ.* 42. *col.* 2. *vol.* 6. *& conſ.* 136. *eod. vol.* Iaſ. *conſ.* 34. *n.* 6. *vol* 1. Canoniſtæ *in c. bona. de electio* Inno *in d. c. ſuper his*, Dec. *in c.* 2. *col.* 6. *de reſc. & in c. inter cauſam. col.* 17. *de probat. & conſ.* 177. Alciat. *conſ.* 444. *nu.* 11. & Crauet. *conſ.* 112 *in cauſa magiſtri Iordani nu.* 6. 2

Sed † ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, aduertendum eſt opportune hoc in loco, negatiuam triplicem eſſe, ut deſcribi à noſtratibus Prima itaque negatiua ea eſt, quæ cadit in plenam teſtis notitiam; ſicut eſt negatiua facti inſtantanei, id eſt, quod ego non ſum in tali loco, quia teſtis videt locum vacuum: & ſic tunc negatiua debet coarctari loco, & tempore: quæ ita limitata poteſt probari per viſum ita Bar. *in l.* 1. *C. de cano fru. vr. ro.* & notatur *in l. in illa, & in l. hoc iure C. de verb. oblig* per Bar. & alios omnes concorditer, & per Ang. *in* §. *hinc nobis, in fin. in auth. de hæred. & Falcid.* Bald *in Marg. in verb Iuramentum. & in l.* 1. *C. de bon. poſſ. ſecundum tab.* Bar. & Bald. fuſiſſime *in l. actor. C. de probat.* & Bertrao. *conſ.* 154. *etiam præſuppoſito ſ.* 2. *vol* 6. *& conſ* 45 *multa ſunt, ſub nu.* 1 *vol* 7. 3

12

Quod † probatur eo ipſo, quod teſtis aſſerit ſe fuiſſe præſentem, & vidiſſe, & quod non potuerit fieri quin vidiſſet, vt ibi per Ang. & alios, & Alexan. *conſ.* 42. *vol.* 4 *& in l.* 1. *col.* 7. *ff. ſi cert. pet.* Deci *conſ.* 94. *in caſu ad me tranſmiſſo, num* 5 *& conſ.* 173 *viſo proceſſu agitato, ſub n.* 3. Bertran *eod. conſ.* 45 *num.* 1. *cum* 4. *aliis ſeq.* & Gloſſ. & Bar *in l.* 1. §. *hoc interdicto, d. 1 ff de itin. actuq; priua* & Hugonem Celſum *conſ.* 82 *indubitati iuris eſt, ſub nu.* 3 & Tiber. Decian. *in criminis conſ.* 104. *nu.* 37. *& ſeq. vol.* 3. 4

Et † hinc cauti aduocati articulare conſueuere ad defenſionem cauſarum, & veritatis, quod Titius tali die, menſe & anno commorabatur in tali loco, & quod ab eo diſcedere non potuiſſet, quin teſtes cum eo cõmorantes illum vidiſſent: cum ſemper eodem tempore, & loco ſimul commorati fuerint: & ita ego frequentiſſime in defenſionibus clientulorum articulaui, & reperi veritatem, & liberaui ipſos miſeros, & innocentes clientes falſo imputatos, à variis, diuerſiſque inquinationibus, & contaminationibus. 5

Et † ſic negatiua coarctata loco, & tempore, probatur vbicunque oſtenderetur reum inquiſitum eodem tempore quo maleficium patratum fuit, fuiſſe in alio loco, ſecundum Glo. & Bart. *in l. Pamonium.* § 1. *ff de acqui. hære.* Floriã *in l.* 2 *ff de probat.* Doct. omnes *in c quoniam contra. de probat.* Bald. *in d. l. actor*, & Franciſc. Hercula. cum aliis aggregatis per eum, *in d. tract. quis teneatur probare negatiuam, num.* 260. *& ſeq.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem. 6 Com. opi.

Et † ampliat poſt alios congeſtos per eum, quod coarctatio ipſius negatiuæ requiratur de toto loco, de toto tẽpore, & de perſonæ identitate. Et ſic teſtes tenentur coarctare, non dum locum, & tẽpus, verum etiam totum locum, totumque tempus, & identitatem perſonarum: & conſequenter deponentes, 7

tales

tales talem rem egiſſe tali hora, & loco. & hoc idem
videtur ante eum firmaſſe Horat. Lucius. *conſ. 168. in*
cauſa Petri, ſub nu 30. inter conſ. crimi. diuerſorum, lib. 2. in
folio, D. Folleri cum aliis copioſe relatis per eum, *in*
pract. crimi. in verb. recipiantur defenſiones reorum, ſub num.
34. dum ibi concludit, quod teſtis deponere debeat,
inquiſitum tota die prætenſi criminis fuiſſe alibi, &
inde non receſſiſſe, nec diſcedere potuiſſe, quin viſus
fuiſſet. & hoc idẽ concedit Gram. *deciſ. 56. Aadr. ſub n 4.*
& eſt tex. *in l. vlt. C. vnde leg. & in c in præſentia de probat.*
8 Et † ratio præmiſſorum poſſet aſſignari hæc, quo-
niam negatiua ipſa tantæ potentiæ, & virtutis eſſe vi-
detur, quantæ probatio affirmatiuæ: quia talis proba-
tio concludit, ad not. *in l. 3. loco. de probatio.* & ad not. per
Ab. *in c. bona de electio.* & ſic ſi negatiua eſſet certo loco,
& tempore deſignata, ita quod caderet in ſenſum te-
ſtis, p̃te vtique tunc eſſet virtus teſtis, deponentis af-
firmatiuam, ſicut negatiuam, & ẽ contra. ita Bal. *in l.*
diuus profeſſore. §. ſi plures. ff. de arb. & Saly. *in l. 2 col. 18. verſ.*
9 *Sed nunc quæro. C. de reſc. ven.* Vbi † affirmauit conſtan-
ter, quod negatiua cadens in cognitionem, & ſenſum
teſtis eſt, quando negatiua ipſa finita eſt: quia coar-
ctata loco, & tempore, rebus, vel perſonis, probatur
melius per duos teſtes deponẽtes negatiuam, quam
per vnum teſtem de affirmatiua: ſecus vero, quando
non eſſet finita: ſecundum Saly. *ibi.*
10 Teſtes † vero ſuper negatiua, non regulata loco,
& tempore, deponentes, non probant, *c. tam Eccleſia*
S. ... de cau poſſ & proprie vbi Inn & Moder. omnes,
Bar. *in l. 1. §. hoc autem licito*, Bal. *in l. cum his §. 1 ff. de tranſ-*
act. Alex *conſ. 36 in fin. vol 4 & conſ. 114. col fin. vol 5* &
11 B[illegible] *conſ. ... Communis* Lucig ... Imo † ipſi
teſtes ſunt de falſo ſuſpecti, & eis nulla ſi fes adhibe-
tur, ita Bart Ang & Alex *in l. pen §. doctrina in fi. ff ne quis*
eum. Corn. *conſ. 105. col pen. vol 3.* & Grauet *conſ. 9. nu 7.*
vbi hoc ſortiri locum aſſerit etiam ſi temporis obli-
uio, atque verborum difficilis recordatio interueni-
12 ret. Et † ratio eſt: quia negatiua non moderata loco,
& tempore non cadit in notitiam hominis, ex teſti-
monio Cornei *conſ. 199 videtur, vol. 3.* & tunc, cum ea
non cadat in ſenſum teſtis eſt improbabilis: ſecundũ
Bal. *in l. 1. in fi. C. de bon poſſ contra tab.*
Quia † negatiua, cum non ens ſit, ſequitur neceſ-
13 ſario quod non cadit ſub ſenſu, non autem non en-
tium: ſecundum Philoſophum, *ſcdo de anima*, & Bal.
in l. 2. in fi. C. de erro aduoc.
14 Et † quamuis teſtis deponens ſuper negatiua non
aliter limitata loco, & tempore, ſit de falſo ſuſpectus,
nihilominus tamen is teſtis non poteſt puniri pœna
aliqua, quantumuis minima. nec poſſet carcerari ita
Iaſ. *in l. 1 nu. 13 ff ſi quis ius dicen. non obtemp.* & Franciſc.
Hercul. *in d. tract. qui teneatur probare negatiuam. ſ b nu.*
15 *129. cum duobus aliis ſeq.* Vbi † corroborat iſtam o-
pinionem, & colligit omnia contraria, & oſtendit ex cõ-
muni ſchola Doctorum, ſuſpicionem falſi non habe-
ri pro falſo: & ita infinitis prope viribus obtinui, in
variis cauſis, in tantum, quod nullo vnquam tempo-
re aliquis ex meis clientibus, qui depoſuit ſuper nega-
tiua non regulata loco, & tempore, fuerit in carceri-
bus detruſus: Hanc ob cauſam nimirum, quia ſi in
hac re reperitur aliquid reprehenſione dignum, aſ-
ſcribitur potius iudici, quam teſti: cum præſenti in-
conuenienti obuiare potuit reiiciendo tales articu-
los, de iure non admittendos, & penitus impertinen-
tes. & anſam facile falſitatibus præbentes, & noluit,
ductus ex dolo, & lata culpa: taliter quod ex mera
culpa iudicis teſtis adducitur ad delinquendum, ſi in
hoc delictum conſiderari poſſet: & ſic teſtis venit ex-
cuſandus, & non culpandus: & tanto magis cum cre-

dat ſe deponere veritatem ſuper articulis, in quibus
deponit, & non aliter, nec alio modo.
Et hoc quod ſuſpitio falſi non habeatur pro falſo,
potiſſimum procedit in re modica: cum in ipſa ceſſet
ſuſpitio falſitatis, vt per Crauet. *conſ. 56. n. 14. li. 1.* Alex.
conſ. 74. col. 2. vol. 1. & Dec. *in c. 1. ſuper his, col. 3. ext. de reſcr.*
Et quando ſuſpitio falſi habeatur pro falſo, poſt *c. in*
memoriam, 19. diſt. vide Iul. Clar. *in lib. 5 ſententiarum, §.*
falſum, verſ. ſtata eſt concluſio; fol. 11. & pro declaratione
Neuizan. *conſ. 68. nu. 34. & deciſionem noſtram 81. ſuſpitio*
ſola falſi. nu. 2. 6. & 8. lib. 1.
Alia † vero negatiua ea eſt, quæ cadit in præſum- 16
ptam notitiam teſtis, vt negatiua facti continui, vt
quia negat teſtis Sempronium nullatenus poſſediſſe,
ex quo viderit Titium ſolum intrare, & exire, & fru-
ctus percipere ex tali fundo; & ſic præſumitur Sem-
pronium ipſum non eſſe poſſeſſorem prædicti fundi.
Alia † denique etiam negatiua eſt, vt ſupra docui- 17
mus, quæ non cadit in ſenſum teſtis, ſicut illa, quæ nõ
habet concomitantiam loci, & temporis: ſecundum
Inno. & alios omnes, *in d. c. cum eccleſia. de cau. poſſ & pro-*
priet. Bal. *in Margar. in ver. Negatiua ver. 6.* & Lanfran. *in*
c. quoniam contra. col. 1. de probatio.
In tantum, † quod ob negatiuam coarctatam lo- 18
co, & tempore, atque probatam, dicatur eliſa omnis
præſumptio, non ſolum capitalis inimicitiæ, verum
etiam ex minis, ſi quæ fuerint, reſultans, vt concludit
Bron. *in tract. de indic. & tortura, q. 5. prima parte, poſt n. 4.*
Prout † etiam teſtes domeſtici, & ſic [illegible] 19
xores, nepotes, & alii affines, & conſanguinei, ac fa-
muli inquiſiti, deponentes reum fuiſſe, domi, tem-
pore, & hora commiſſi delicti, probent optime eius
innocentiam, per id quod voluit Iaſ *in rub. ff. de iureiura-*
ran. vbi poſt Goff ed. citat Specul. *in tit. de inquiſ. §. 1.*
verſ. ſed numquid, & ſequitur Io. de Anan. *conſ. inquiſi-*
tione, col. 1. & dixit Roman. ſe hoc habuiſſe à Baldo
præceptore ſuo *in l in illa, col. fin. ff. de verb. oblig.*
Imo † eatenus hoc ſuper negatiua verificanda lo- 20
cum obtinet, in coniunctis, vt teſtis ipſe coniunctus,
etiam ſi fœmina ſit, eo caſu probet, ita Paul. Caſtren.
conſ. 273. in fin. Alex. *conſ. 119. col. 2. vol. 2.* Dec. *conſ 459.*
col. 2. & Crauet. aſſeuerat, *conſ 119. nu. 9.* Follerius *in*
pract. crim. in ver. recipiantur defenſiones reorum, nu. 13.
Imo † etiam iſto caſu negatiuæ probandæ, nedum 21
concludens probatio, ſed etiã ſemiplena ſufficeret,
vt poſt Anchar. *conſ. 288, iure ſtricto, col. 2.* voluit Natta
conſ. 412 nu. 21. vol. 2. Nec † non in probanda innocen- 22
tia, ac negatiua ipſa admittuntur quoque teſtes alio-
quin non concludentes, & deponentes de creduli-
tate, ſecundum Decium poſt Alex. & Bar. quos refert
conſ. 459. viſo eleganti conſilio, poſt nu. 7.
Quibus † quidem teſtibus domeſticis ita produ- 23
ctis pro reum ſuper negatiua, licet plena fides præſtã-
da ſit, nihilominus ipſis teſtib. tanto magis credendũ
foret, ſi eſſent ex proprio fiſco inducti, & informatius, qui
tunc vtiq. pbarent, & teneretur fiſcus eorum dictis
ſtare abſq; ſcrupulo aliquo, vt per Ro. *conſ. 104. in fin.*
Pariſ. *conſ. 50. n. 160. vol 1* Cep. *conſ 4. n. 16. & conſ. 82.*
n. 43. vol. 1. Ant Gab *com l. 1. n 14 de teſt.* vbi poſt Mariã.
Pariſ Crauet & alios quos adducit, hanc partem di-
cit eſſe veram, & cõmunem, & hanc quoq; partẽ ſeq-
tor etiam Thob Non. *conſ. 99. n. 10 & 18.* Iaſ. *conſ. 57.*
col. 4 vol. 2. Burſat *conſ. 20 n. 33 vol 1.* Crauet. *conſ. 202. n.*
2. Gozad *conſ 42 n 9* & Maranta *in tract de iud part 6.*
in ſexto actu, n. 16. Et † potiſſimum in ſubſidium, ad p-
bandum illa, quæ in locis ſecretis fiunt, admittuntur 24
etiam teſtes domeſtici, *l. 1. & conſu. C. de repud.* Bar. *in l. quo-*
ties n 2. C. de naufrag lib. 11. & late Crauet. *in tract. de an-*
tiquit. temporis, 11. parte, prima parte, nu. 13. & ſeq.

I 5 Et

25 Et † quod innocentia probetur etiã per patrem, vel fratrem inquiſiti, poſt Florian. Aret. Bal Saly. & alios, reſpondit elegantiſſime Decius *conſ.* 112 *poſt nu.* 29 *lib.* 1 *inter conſilia criminalia diuerſorum, collecta per Io. Bapt. Zilettum*, vbi conſuluit ad fauorem Magnificorũ Dominorum de Plotis de Nouaria.

OPINIO DXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Nepos natus ex primogenito patre prædefuncto an excludat filium ſecundogenitum, patruum ſuum à ſucceſſione regni, & primogenitura.*

1 NEPOS † natus ex primogenito, patre prædefuncto, excludit filium ſecundogenitum, patruum ſuũ, à ſucceſſione regni, & primogenitura, ſecundum Bal. *in authen. ceſſante C. de leg. hæred. & conſ.* 389. *conſuetudo, vol.* 2. & hoc idem firmant nonnulli Doct. quos refert & ſequitur Soci. rationibus per eum relatis, *conſ.* 152. *viſis inſtrumentis*. Et opinionem iſtam ſcribit expreſſe eſſe communem Barbat. *conſ.* 10. *li.* 1. Couarru. *in tract. var. reſolut. iuris ciuilis c.* 5 *lib.* 3 *nu.* 8 *fol.* 785 & Grammat. *deciſ.* 1. vbi refert in facti contingentia ita in Sacro Regio Concilio Neapolitano fuiſſe deciſum: & ita determinauit quoque Rota Romana, teſte Horatio Mandoſo *in add. Rom. conſ.* 29 *ſuper litera A de anno* 1545. & ita fuiſſe iudicatum in regno Caſtellæ, & in regno Franciæ, refert Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi in* 5 *par. conſider.* 44 *fol.* 134.

Com. opi.

§ In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod nepos ex primogenito, non præferatur filio ſecundo genito in ſucceſſione regni, inclinauit Ioan. And. *in add. Specul. in tit. de feudis*, Bart. *in authen. poſt fratres. C. de legit. hæred. cum aliis concordantia* relatis per Rubeum, *conſ.* 149 *nu.* 6 10 *& ſeq.* vbi conſuluit pro hac parte. Et omnium illorum videtur opinio, ſi primogenitus mortuus ſit viuo patre, & ſic nondum el iure quæſito, ſecundum veriorem, & magis communem opinionẽ, quam ſequitur, & audacter veram atteſtatur Alex. *conſ.* 40. *ponderatis, col.* 3. *vol.* 4. & Deci. *conſ.* 445 *in caſu ad me tranſmiſſo, in fin.* & ſententiam hanc approbat *in d. auth. poſt fratres*, & confirmat Ant. de Roſ. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in verb. De legitimatis*, & Couarru. *in lo. c. ſuperius citato.*

Com. opi.

1 § Sed quid concludendum in hoc opinionum cõflictu, & in tanta Doctorum ambiguitate? dic quod Bal. *in l. cum antiquitatibus C. de iure deliberan. & in l. fi. C. de ſuis & legi.* arguit, in vtranque partem, & tandem dicit, ſoluat Apollo. & Ioan. de Syllua, *in tract. de primogenitura q.* 15 *lib.* 1. locupletiſſime ſcribit omnia, quæ in vtranque partem poſſunt allegari, & demum recitat ſententiam Othonis Imperatoris, qui aiebat, quæſtionem iſtam eſſe gladiatorio iudicio dirimendam, & ipſe Ioan. in hoc opinionum conflictu diffinite nõ fuit auſus. Remanet ergo res dubia, & ob hoc mihi ſequendam eſſe decreui optimam, & tutiſſimam diſtinctionem ſuper hoc articulo, traditam nouiſſime per Auguſt. Beroum *in c. dilecti filii, nu.* 51. *cum aliis ſeq. de arbitris*, vbi affabre & docte iſtam arduam, & confuſam quæſtionem diſtinguendo reſoluit: & Chaſſan. *in d. catalogo, in d.* 5. *par.* 44 *conſid.* vbi etiam congerit Doct. pro vtraque parte.

OPINIO DXL.

SVMMARIA.

1 *Nomina propria imponuntur ad beneplacitum.*

2 *Mutatio nominum, liberis hominibus impune eſt permiſſa, dum tamen fiat ſine fraude.*

3 *Mutans nomen ſuum proprium, pronomen, & agnomen doloſe, quomodo, & quando puniatur remiſſiue.*

4 *Notarius non poteſt mutare nomen ſuum.*

5 *Cognomina mutari & aſſumi ſolent ex aliquo fœlici euentu, vt late hic diſcurritur variis & diuerſis exemplis.*

6 *Nomen bonum habere bonum eſt.*

7 *Nomen bonum inducit bonam præſumptionem, & econtra turpe ſiniſtram.*

8 *Nomina pulchra, præſertim Sanctorum, & Apoſtolorum imponi debent filiis, & cauendum à turpibus.*

9 *Tortura incipi debet ab habente turpe nomen.*

10 *Deponens res ſuas penes turpe nomen habentem, eaq; perdens, ſibi imputare debet, quod de illo confidere auſus ſit.*

11 *Iudæus effectus Chriſtianus, retinens nomen iudaicum, poſt baptiſmum, videtur approbare iudaiſmum.*

12 *Inquiſitio iudicis formata contra aliquem, debet continere nomen, cognomen, & agnomen delinquentis, & rei inquiſiti, non continens inquiſitio, citationes, & bona in eis prouenientia.*

13 *Nominis proprii, cognominis, & patriæ expreſſio requiritur in libello, & inſtrumento publico, ac in quolibet actu priuato.*

14 *Inſignia & arma quilibet poteſt aſſumere ad beneplacitũ, & imponere rebus ſuis.*

15 *Inſignibus, & armis alienis, an liceat vti.*

NOMINA † propria imponũtur ad beneplacitum. *l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de leg.* 1. 1

Et † mutari poſſunt quandocunque: Cum nomẽ ſuum mutare cuilibet liberum ſit. *l. vnica. C. de mu. no.* Nihil enim mali eſt, honeſti hominis nomẽ aſſumere, *l. falſa, §. ſi in danda. ff. ad Trebell.* ceſſante tamen fraude & ſic iſta nominum mutatio, liberis hominibus impune cenſetur permiſſa, dumtamen fiat ſine fraude, vt ſupra *l.* 1. *cum ibi not. C. de mut. nom.* & firmat Bal. *in l.* 1 *C. quæ res ven. non poſ.* Sebaſtianus Brant. *in expoſitione iuris ciuil. & canoni. ſuper tit. de mu. nom.* Fely. poſt alios, *in procemio Gregoriano, nume* 35. *& in procemio ſexti*, Franciſcus Marc. *deciſ.* 281. *nu.* 3. *1. par.* Boſſius *in practica crim. in tit. de mutat. nominis*, Ripa *in l. ſi quis in fundi, nu.* 16. *ff. de leg.* 1. Gloſſ. *in l.* 2. *C. de conſtit. pecun. & in d. l. ſi quis*, vbi eam ſequuntur omnes Doct. & ſequitur quoque Alex. & dicit eſſe communem *in rub. nu.* 7 *ff. ſolut. mat.* & Bonifacius de Vitel. *in tract. malefic. in rub. de pœnis mutantis ſibi nomen, nu.* 1. *cum aliis ſeq. fol.* 25. 2

Com. opi.

Vbi † declarat, quando liceat mutare ſibi nomen, & quando, & quomodo puniatur, nomen propriũ, pronomen, & agnomen ſuum, mutans doloſe vel in fraudem, & notant etiam Doct. *per text. ibi in l.* 1. *C. de muta. nom.* Bal. *in* 1. *conſtit. Cod.* Bar. *in* 1. *conſtit. ſſorum. §. nos vero. & in l. falſi nominis. ff. de falſ.* & ibi etiam Alex. *& in d. §. nos vero.* 3

Attamen † hoc limitatur non procedere in Notario, qui non poteſt mutare nomen ſuum, vt Bald. & Fran. de Padua *in prima conſtit. Cod. col.* 11. & per Fely. *in c. ea quæ de ſimo.* 4

Sed † aliquando mutatur cognomen, ſeu potius aſſumitur illud ex aliquo fœlici euentu: vt refert Valerius Maximus *li.* 7. de Publio Valerio, quod adeo plebem dilexerit, vt merito Publicola nominatus ſit. Et narrat idem Valerius *lib.* 3. de Scipione Africano, cum accuſatum de pecunia, apud Senatum, reſponſum hoc ad ſui defenſionem dediſſe: Cum totam Africam poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex ea, quod meum diceretur, præter cognomen retinui, non me inquit Africani, neque fratrem meum Aſiatici auaros reddiderunt: nam vterque noſtrum magis inuidia nominis, quam pecunia locuples eſt. Et pro hac ſpe- 5

apertum teſtimonium eſt id, quod Dominus dicit Petro *Math.* 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, &c. hic mutato nomine Simeonis, eum nomine Petri vocauit: quæ res ſine magno myſterio contingere non potuit: Nunquã enim Deus nomen nouum alicui homini impoſuit, quem non magnis donaſſet beneficiis, & ad altam quandam extuliſſet dignitatem. Sic enim in veteri Teſtamento, *Gen.* 17. Abrahæ, & Sarræ quos facturus erat in gentẽ magnam, & ex quibus Chriſtus, ſecundum carnem, propagandus erat, nomen à Deo tribuitur nouum. Sic etiam Iacob. *Gen.* 32. quod tam fortis fuerat contra Deum mutato nomine Iacob, vocatus eſt Iſrael. Et vt ad nouum Teſtamentum accedamus, *Marci.* 3. Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius; vocauit Chriſtus Boanerges, hoc eſt, filios tonitrui. hos autẽ duos fratres, quantum præ cæteris Apoſtolis, poſt Petrum, extulerit, ipſa euangelica hiſtoria apertiſſime docet. Nam *Matthæi* 17. hos duos ſimul cum Petro aſſumpſit in teſtes ſuæ glorioſæ transfigurationis. hos *Luca* 8. ſolos permiſit intrare domum Archiſynagogi, cum illius filiam ſuſcitaret è mortuis. Et quia *Math.* 26. paſſione ſua inſtante, oraret, hos etiam aſſumpſit ſecum, vt vel inde cognoſcere poſſimus, eum non ſine cauſa iſtis noua tribuiſſe nomina.

6 Ideoque † bonum eſt habere bonum nomen. *C. de ſumma Trini. & fide cath. l.* 2 *§ hanc autem legem*, & notat Nicolaus in *Sylua nuptiali. lib.* 4. *ſub nu.* 126. & vide Gloſſ. *in prœm. Cle.* & *Prouerb.* 22. hinc Accur. Gloſſator extollebat nomen ſuum, ex eo, quod occurrerit contra tenebras iuris ciuilis, vt ipſe inquit in *l. facta.* § *ſi ea danda ff. ad Trebel.*

7 Et † hinc quoque eſt, quod ex bono nomine oritur bona præſumptio, & econuerſo ex turpi nomine oritur ſiniſtra ſuſpicio ſecundum Cardin. & alios, *in c. grauis. ext. de depoſi.* Cagnolum *in prœmio ff. orum in §. nos vero. ſub num.* 180. Fabium Monteleonem *in præclo. ſuper quatuor libris arbitralibus in tit. malum nomen habẽtis, an mereatur declarari incapax imperium, nume.* 2. & *ſeq. fol.* 50. & Clariſſimum D. Thobiam Nonium Pezolianum, virum nuſquam ſatis laudatum, *Inſtit. in tit. quib. mod. re contrah. oblig. nu.* 41. quia nonnulli modicæ fidei, credunt illud fuiſſe impoſitum ex inſpiratione diuina, & ſic ſæpe euitant tales, ſicut experientia docuit.

8 Et † hinc refert Ioan. And *in c. cum ſecundum Apoſtolum, de præben.* vxorem ſuam Milanſiam dixiſſe, quod etiam in nomine debẽtẽ eam, deberẽt capi pulchra, & bona: & inter pulchra nomina, poſt nomina Apoſtolorum, poſſent poni illa, de quibus *in cap. j. & in c. ſatis de ſimo.* & per Fely *in prœmio decretalium, in ver. Gregorius, col.* 8. & per Ang. Aret. *in tract. maleſi. verſ. Fama publica col.* 26. & *ſimilia. Quale reuta Fra. Sabba, nel li ſui ricordi, nel ricordo* 114. *oue admoniſce gli padri, & madri, di porre à lor figliuoli nomi de Santi, & Sante, acciò nelle calamità poſſano ricorrer à loro per ſoccorſo: & biaſma quelli padri, che pongono nomi di gentili, & pagani, di beſtie; & altri nomi corrotti, & ſtroppiati à lor figliuoli. il qual capitolo mai ſi douerebbe leuare di mano de padri, & madri, à fine, che con la lettione de ſi bello, & vtile diſcorſo, non ſoſſino ſcarſi de porre nomi di Santi à loro figliuoli. id eſt. quæ recitat Frater Sabba, in memorabilib. ſuis in memorabili.* 114. *Vbi adhortatur patres & matres, ad imponenda filiis ſuis nomina ſanctorum, & ſanctarum, vt in calamitatibus ad eos pro auxilio poſſent recurrere: & reprehendit patres qui nomina gentilium, & paganorum, beſtiarum, & alia nomina corrupta, & mutilata filiis ſuis imponunt, quod caput nunquam deberent excuti è manibus patrum, & matrum, vt legentes tam egregium & vtilem diſcurſum, parci non eſſent in indicendis nominibus ſanctorum filiis ſuis.* Et ideo Card. *in c. cum ſecundum, de præben.* inuehitur contra illos, qui turpia progenitorum nomina reperiunt. & quod cauere debeamus à nomine turpi tenet Glo. *in l. aut facta §. danda. ff. ad Trebel.* Iaſ. *in d. rub ff. ſolu. mat. col.* 4. Deci. *in c.* 1. *col.* 12. *de iudic.* & Fabius Monteleo, *in d. tit. malum nomen. nu.* 9.

Imo, † quod peius eſt, ſecundum Franc. Brun. *in tract. maleſic. de indi. & tort. fol.* 15. *col.* 3. poſt Ioan. And. relatum ibi per eum, quando inter torquendos reperiretur vnus, habens turpe nomen, vt puta *Spezzacreſte, Scalabrino, Falamiſchia, Battaglino Garbuglio, Pericolo, Fracaſſo, Cane, Maſtino, Tranaglino*, & ſimilia nomina, tunc incipi deberet ab eo, qui eſſet huiuſmodi nominis. & hoc refert, approbat, & ſequitur Marſil. *in pract. crimi. in § expedita, num.* 52. Cagnolus *in d. §. nos vero, ſub num.* 180. & Catterius, poſt alios quamplures congeſtos per eum, *in ſua pract. crim. in l. obſeruare curabit, num.* 185 Bar. *in l.* 1. *in prin. ff. de quæſt.* Canoniſtæ *in c. grauis, de depoſ.* & Abbas *in d. c. cum ſecundũ, col.* 2. Afflict. *in conſtitu. Si dominus clandeſtina, num.* 76. *libr.* 1. *rub.* 27. 9

Aliũ † etiam effectum magnum impia nomina ſecum ferunt, vt ſi quis deponeret res ſuas penes turpe nomen habentem, & eas perderet; ſibi imputare deberet, quod de illo confidere eluſus ſit, vt voluerunt Ioan. And Cardin. & Imol. *in d. c. grauis.* 10

Et † nomen turpe eſt demum tantæ infamiæ, vt ſi Iudæus, effectus Chriſtianus, retineret nomen iudaicum, ac eo vteretur poſt baptiſmum aſſumptum, argueret abſque dubio, retentionem aſſectus, & ipſe iudaiſmum approbare cenſeretur: vt voluit ita conſulendo Grauet. *conſ.* 73 *nu.* 13 & *ſeq.* 11

Et † aduerte hic vltimo loco, quod cum fit inquiſitio contra aliquem, debet poni nomen, agnomen & cognomen delinquentis, & rei inquiſiti, ne corruant inquiſitio ipſa, citationes, & banna ex ea prouenientia: ſecũdum Aug. Aret. *in d. tract. maleſic. in verſ. Cauete Sempronii. in princ. n.* 1. *cum aliis ſeq.* vbi hoc limitat, & optime declarat. 12

§ Sed ſi forte ignoraretur nomen occiſi, tũc abſque dubio inquiſitio formata contra homicidam valeret, atque teneret, ita Glo *in c. libellorum.* 2. *q.* 8. Bal. Aug. Imol. & alii omnes *in l. quoties.* § *ſi quis nomen. de hered. inſtit.* Ang. Aret. *inſtit. de actio. in §. quadrupli, verſ. Quarto indicitur, & l. ſi cum exceptione. §. in hac. Quod met. cau.*

Vnde † tam in libello, quam in inſtrumento celebrando per notarium, & in aliis rebus publicis, atque priuatis requiritur expreſſio nominis proprii, cognominis, & patriæ, vt *Gregorius Martini de Aquila*, vt voluerunt Bal. *col.* 1. Caſtren. Alex. *col.* 1. Iaſ. *col. fin.* & cæteri omnes communiter, *in l. has conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſſ.* Bal. *in l. demonſtratio falſa. q.* 7 *ff de cond. & demon.* & Cagnolus cum aliis aggregatis per eum, *in d. §. nos vero, n.* 182 *cum tribus ſeq.* vbi affirmat iſtam eſſe communem ſententiam. 13 Cui opi.

Et † quatenus ſuperius docuimus, quod nomina aſſumuntur ad placitum, dic etiam, quod ſicut nomen, ita & inſignia, vel arma quis aſſumere poteſt, & imponere rebus ſuis, ſecundum Panorm. & alios communiter, *in c. dilecta de exceſſ. prælat.* & Alex. *in l.* 1. *ſub nu.* 2. *C. vt nemo priuatus*, vbi meminit de hac communi, & Frater Ang. de Clauaſio, etiam, *in ſua ſumma Angelica in ver. Inſignia. in prin.* Syluester, *in ſua ſumma in ver Inſignia, poſt princ.* & ſumma Tabiena *in verſic. Inſignia in princ.* 14 Cui ope.

Et quod licitum ſit vti inſigniis, & armis alienis, dummodo non tẽdat in alterius præiudicium, tenet etiam Bart. *in tract. de inſig. & armis*, & Bal. *in l.* 1. *quæ res vend. poſſunt*, Ang. de Clauaſio, Syluester & Tabienſis,

in locis prællegatis. Sed inſignia dignitatis non habens, illam dignitatem aſſumere non poteſt; alias eſſet falſarius, *l. eos, & quod ibi not. ff. de falſ.* facit *c. 1. de cleric. non ordina. miniſt.* Imo vtens inſignibus, veſtibus, & ornamentis Papæ, tenetur capitali pœna. Nam ſecundum Hoſtien. *in c. antiq. de priuileg.* panni rubei, & frena, atq; calcaria deaurata, & ornamenta ſimilia, ſunt inſignia Papæ, & eius legati, cum vltra mare proficiſcitur. Vnde laicis licitum non eſt aliquo modo deferre huiuſmodi deaurata, nec pro perſona, nec pro equis, quia talia ſunt Principis ornamenta, quibus priuati vti nõ debent ſub pœna capitis. *l. 2. C. de veſtib. holo. & deaur. libr. 11.* & hanc rationem ſequitur text. *in l. temperent, cod. tit.*

OPINIO DXLI.

SVMMARIA.

1 *Notarii quotidie aliis ſtipulantur ſine iudicis authoritate, ac mandato.*

2 *Notarii poſſunt ſtipulari non ſolum præſentibus, acceptantibus, & recipientibus, ſed abſentibus etiam, & ignorantibus.*

3 *Abſenti ignoranti per Notarii ſtipulationem non acquiritur actio vtilis, ſine ratificatione.*

4 *Actio vtilis domino ſine ceſſione quæritur, & transfertur vigore iuramenti præſtiti, tam in iudicio, quam extra, in inſtrumento.*

5 *Teſtis, Notarii, aut iudicis facto, cum eſt ius quæſitum parti nõ eſt in facultate eorum dicendi aliquid, propter quod ius quæſitum tollatur.*

1 NOTARIVS † paſſim pro alio ſtipulatur. *§. ſi quis alii, Inſt. de inutil. ſtipul.* & ibi Docto. Bar. Alex. & Iaſ. *nu. 14. in l. ſtipulatio iſta. § ſi ſtipuler ff. de verb. oblig.* Bal. *in l. certi condictio. § quoniam ff. ſi cert. pet.* Bart. Bal. Paul. de Caſt. & alii *in l. 1. § huius ſtudii ff. de iuſt. & iure.* & de hoc late diſputat Tiraquel. *in tract. de conſt. poſſ. 3. par. limita. 30. nu. 16. cum multis ſeq.* Et † hoc non ſolum 2 habet locum in præſente, & acceptante, & recipiente, ſed etiam in abſente, ſecundum Glo. *in l. 2 ff rem pupil. ſaluam fore.* quam ſequitur ibi Bart. Alex. *in addi. ipſius,* cum infinitis aliis congeſtis per Tiraquel. *in d. tract. in 3. par. 30 limit. nu. 23.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opi.

3 Et † hinc notant Bar. & Doct. *in d. § ſi ſtipuler,* quod per ſtipulationem notarii, quæratur vtilis actio abſenti, ſine ceſſione, ſed tamen ſecuta prius ratificatione abſentis, & opinionem iſtam fatetur eſſe communẽ Alex. *in d. § ſi ſtipuler nu. 2.* & Iaſ. *nu. 15.* quod etiam firmat Soci. *conſ. 125. in fi. vol. 1.* Pariſ. *conſ. 88 n 90. lib. 3. & conſ. 69. nu. 136. eod. lib.* & Couarru. *in ſuo libro variarum reſolut. in 1. lib. c. 14. nu. 11. & ſeq* poſt alios ibi relatos per eum, vbi pulchre declarat iſtam concluſionem, ſequitur, & ponit eſſe communem. Cõis opi.

4 Imo † ipſa actio vtilis ſine ceſſione transfertur, etiam vigore iuramenti præſtiti, ſiue in iudicio ſiue extra. Et conſequenter illud, quod dicitur *in l. nam & poſtea. § in iuſiurandum. ff. de iureiur.* quod ex iuramento iudiciali acquiratur vtilis actio domino ſine ceſſione, habet locum in omni iuramento: quia iuramentum omne habet vim litis conteſtationis *d. l. nam, & poſtea. § ſi qui,* & in iudicio vtilis actio ſine ceſſione quæritur, vt ibi dicebat Gloſſ. & dicit etiam ibi Paul. Caſtr. quod illum text. intelligat tam in iuramentũ iudiciali, quam extraiudiciali: quia vtrumq; habet vim iudicii: & ita tenent communiter Doctores, vt Alex. ibi teſtatur, & ſequitur quoq; Iaſ. vbi latius hoc deducit: & Rumanus loquens in iuramento appoſito in inſtrumẽtu, *conſ. 76 in cauſa nobilis viri Salomonis poſt princ. nu. 1.* & ibi diligentiſſimus Dominus Horatius Mandoſius *in addit. in litera C.* Cõis opi.

5 Et aduerte † quod quando compertum eſt, ius quæſitum eſſe parti ex facto notarii, vel iudicis, vel teſtis: tunc non eſt in facultate eorum dicendi aliquid, per quod ius quæſitum tollatur: ſecundum Doctrinam Bart. communiter approbatam, *in l. ſi quis in graui. § ſi quis moriens. ff. ad Sylla.* Cõis opi.

OPINIO DXLII.

SVMMARIA.

1 *Notarius omittens debitas ſolẽnitates in inſtrumento, præſumitur falſarius, & puniri poteſt de falſo.*

2 *Notarius potius errare præſumitur, quam falſum committere.*

3 *Notarius præſumitur erraſſe, niſi probetur contrarium.*

4 *Notarius probato errore, poteſt illum propria authoritate corrigere.*

5 *Notarius, cum eſt inſtrumentum parti conſignatum, ſi protocollo ſuo inſpecto, ſe erraſſe animaduertat, errorem ſuum corrigere poteſt.*

6 *Notarius integer, & bonus vir eſſe præſumitur.*

7 *Notarius omittens indictionem in inſtrumento, tenetur parti ad intereſſe.*

8 *Notarius errans in annis Domini, præſumitur eſſe in dolo ſicut ſi erret in indictione.*

9 *Indictio quomodo inueniatur vim ſine.*

10 *Inſtrumentum non probat, ſi in eo deſit dies, vel annus: niſi probetur annum, ſeu diem ipſum in protocollo adeſſe.*

NOTARIVS † omittens debitas ſolennitates, & capitula ponere in inſtrumento, præſumitur falſarius, teneturq; de falſo: & ſic poteſt hoc caſu puniri pœna falſi, vt voluerunt Cyn. Alber. Angel. Caſtren. & alii omnes *in l. iubemus C. de teſt. per illum text.* Bar. *in l. presbyteri. C. de epiſc. & cleric.* Curt. Sen. *conſ. 56. col. 3.* Crauet. *conſ. 78. ſub num. 6.* Alcia. *in tract. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 13. nu. 8.* Berous *in cap. literis de reſcript.* & Conpariter, *in d. l. iubemus,* & Dominus Tobias Nonius *in inſt. de teſtam. in fin. princip.* qui affirmãt iſtam eſſe communem opinionem. 1 Cõis opi.

§ In contrariam vero ſententiam inclinauit Anchara. *conſ. 285. Tria principaliter, n. 1. cum aliis ſeq.* vbi doctiſſime concluſit, notarium conficientem inſtrumentum de actu aliquo, & non ſecundum formam conſuetam, non apponendo clauſulas conſuetas, nõ ob hoc incidere in pœnam falſi, cui rationabiliter aſſentitur etiam Iaſo. *in l. fin. col 9. verſ. An autem notarius. C. de iure emphyt.* Et quamuis difficile ſit extorquere clauam de manu Herculis, & conſequenter obtinere contra communam: tamen contra receptam opinionem iſtam ſemper obtinui in deciſionis, in variis cauſis, & tribunalibus: & præſertim in cauſa notarii Galioti, de Caſtro Sancti & Demetrii, comitatus Aquilæ, qui annis ſuperioribus in paris terminis præſentis ſpeculationis in Regia Aprutina Audiencia fuit mediante meo patrocinio abſolutus, non obſtante querela de falſo contra eum propoſita, exiſtente præſentis cauſæ tunc commiſſario, auditore D. Alphonſo de Hoyo, viro omni laude, & veneratione digno.

Et † opinio hæc Anc̃harani, & Iaſonis comprobari poteſt icali ratione: Nam notarius præſumitur potius errare, quam falſum committere, ita Bal. *in l. errores. C. de errore aduo.* & per Bar. *in l. quoties. § ſed hoc ff. de verb. oblig.* & Alexan. *in l. ſi quis obrepſerit. de falſis.* vbi inquit hoc verum eſſe, niſi ex cõiecturis conſtet dolus, & per eundem Alex. *in l. iubemus. C. de teſt.* Bal. *in l. 2. ff. de legi.* & Ang. *in l. iuriſgentium. §. quod fere de pac.* 2

Et † ſic præſumunt notarium erraſſe, niſi probetur 3

tus contrarium, ſecundum Caſt. *in l. error. C. de iuſ.* ...

4 Secundo † fulcitur etiam eadem opinio: Nam eſto, quod teneretur notarius docere de errore ſuo, nihilominus tamen hoc poſſet probare mediante proprio iuramento, cum tractetur de dependentibus ab animo: & tunc ita, vel aliter probato errore per notarium, eum ſua authoritate poſſet indubitanter corrigere, ſecundum communem opinionem Spec. & Io. Cõ. opi. And. *in tit. de inſtr. editio. §. inſtru. ver. Sed nunquid confecto,* Bar. & omnium aliorum *in l. imperator. ff. de ſta. ho.* Bar. Dec. Cagnol. & cæterorum omnium, *in l. ſi librarius. ff. de reg. iur.* & Iaſ. *conſ. 28. vol. 1.*

5 Imo † notarius etiam poſtquam parti exemplum eſt conſignatum, ſi exemplari ſuo inſpecto ſe errasse animaduertat, errorem ſuum corrigere poteſt, ita Bar. Dec. Cagnol. & alii *in d. l. ſi librarius,* & Iaſ. *in dicto conſ. 28.*

6 Tertio † comprobetur quoque opinio prælibata, quia notarius integer, & bonus vir eſſe præſumitur, *l. cum probab. C. de prob. & l. merito ff. pro ſocio,* Dec. *conſ. 173. n. 5. & 7.* Corn. *conſ. 281. col. 4. vol. 4.* & Pariſ. *conſ. 28. nu. 49 vol. 2.*

7 Et † bene verum, quod ſi notarius omitteret indictionem in inſtrumento, & illud productum foret in iudicio, tunc abſq; ſcrupulo aliquo teneretur parti ad intereſſe, ita Bal. *in l. ſi tut. C. de magiſt. conuen. & in l. ſi. eo. tit.* & ita ex hac doctrina vidi alias in facti contingentia, condemnari ad intereſſe quendam imperitiſſimum notarium, qui in inſtrumento, reaſſumpto per eum, parti conſignato, & reſtituto, & producto in proceſſu adiecerat quidẽ indictionem, ſed ridiculoſam, nam in eo aſſerebat, tertia indictione plus, vel minus, & tamen veritas aliter ſe habebat.

8 Sed † Bar. *in d. l. ſi librarius, & in l. nominatim. de cond. & demon. & in prima conſt. C. §. ſumma.* videtur concludere, quod notarius errans in annis Domini præſumatur eſſe in dolo; ſecus ſi erraret in indictione. Vnde Bar. in locis præcitatis videtur conſtanter firmare, quod ob appoſitionem falſam in inſtrumento, factã per notarium, non vitietur inſtrumentum ipſum aliquo modo, cui innititur etiam Lanfran. *in c. quoniã* Cõ. opi. *contra in c. 9. de inſtrumentorum productione, co. 18.* vbi refert iſtam eſſe communem opinionem.

9 Itaque † notarii neceſſario deberent quotidie habere præ manibus Doct. ponentes, & docentes modum, qualiter indictio inueniatur, & præſertim Fely. *in c. inter dilectos. col. 7. in Glo. in ver. Indictionis. extra de fid. instru.*

10 Et † licet Bar. in locis anteſignatis concludat notarium errantem in annis Domini cenſeri eſſe in dolo: Tamen hoc vtiliter limitatur locum ſibi non vendicare, vbi annus quo dies, ſeu annus omiſſus in inſtrumento, appareret in originali protocollo, & id tunc certo probaret, non obſtante errore commiſſo in inſtrumento tranſumpto, ita Spec. *in tit. de inſtru. edit. §. inſtrumentorum, verſ. Quid ergo ſi in notula, num 8* Glo. *in §. ſi. in ver. Proto. allum, in auth. de tabel.* Rom. *in ſing. 238. in ſ(in). quod inſtrum. nitum non probet,* Bar. *in auth. at ſi contractus, col. 1. C. de fide inſtru. & in repet. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initiaui. col. 2.* vbi Alex. etiam *ff. de eden.* & iſta eſt cõ- Cõ. opi. cõs, & communis opinio; vt facile conſtat ex allegatis per Alex. Dec. & alios *in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.* & per Canoniſtas, & præſertim per Fely. & Deci. *in c. cum cauſam. de prob.* & Marſil. *in rub. col. 48. C. de prob.* & ita in anno ſuperiori iudicaui ad fauorem Illuſtriſſimi D. Hieronymi Materni Romani, in cauſa mihi commiſſa, & tunc vertente inter eum, & reuerendos clericos oppidi Picæli comitatus Aquilæ.

OPINIO DXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius quis non præſumitur etiam ſi conficiat inſtrumenta, niſi probetur verus titulus tabellionatus, exceptis inſtrumentis antiquis centum annorum; & non minus.*

NOTARIVS † quis non præſumitur, etiam ſi conficiat inſtrumenta, niſi probetur verus titulus tabellionatus, ſecundum Inno *in c. veniens, de ver. ſignif.* Bal. *in repet. rub. de fide inſtr. col. 40. B 1.* & Alex. *col. penult.* Cõ. opi. *ſtiendum ff. de verb. oblig.* & opinionem hanc ſequitur etiam, & communem eſſe perhibent Alcia. *in tract. de præſ. reg. 3. præſ. 13. n. 15.* Dec. *in c. 1. nu. 55. de fide inſtru.* Boer. *deciſ. 36. num. 7. & ſeq.* & copioſe Crauet. *in tract. de antiqui. temp. in 3. parte. n. 18.*

¶ Sed hoc limitatur non procedere in inſtrumentis antiquis, ſeu antiquiſſimis: In eis enim opus non eſt probare, quod notarius, qui ſcripſit, fuerit tabellio: cæterum propter antiquitatem temporis ille præſumitur, ſecundum Innoc. *in d. cap. veniens.* Anchara. *conſ. 213. colum. 2.* Bald. *in l. comparationes. C. de fide inſtrumentorum, & in authen. quas actiones, in fin. C. de ſacroſan. eccleſ.* Anto. de Butr. Abb. Deci. *num. 44 cum aliis ſeq.* & cæteros *in d. c. 1. de fide inſtrumen.* Alex. *conſ. 101. col. 3. vol. 7.* Boer. cum aliis relatis per eum *in d. deciſio 36. nu. 10.* & late etiam Crauet. *in memorato tract. de antiquit. tẽp. in 1. parte num. 316 & latius in 3. parte num. 18. cum aliis ſeq.* vbi præſupponit iſtorum opinionem eſſe magis cõmunem. Cõ. opi.

¶ Sacrum vero Concilium Neapolitanum teſte Affl. *in deciſ. 245. per tot.* contrarium determinauit, videlicet, quod inſtrumentum confectum præteritis annis circiter octuaginta, requirat notariatus probationem, aliter non probet: Sed ſi tempus centum annorum tranſactum eſſet, tunc producens inſtrumentum ex huiuſmodi ſpatio decurſo centum annorum, non teneretur probare notariatum [illegible] docte declarat, & reſoluit Crauet. *in d. 3. par. nu. 1[illegible] alii ſeq.*

OPINIO DXLIV.

SVMMARIA.

1 *Notario aſſerente in teſtamento, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, an per hoc probetur eius ſana mens & nu. 2.*

3 *Mentis ſanitas à teſte probari non poteſt, quia non cadit directe in eius ſenſum.*

4 *Teſtatorem fuiſſe furioſum, vel inſanum, vel ebrium, vel mente captum tempore conditi teſtamenti, aſſerens, id probare debet.*

5 *Notario in teſtamento nullam mentionem faciente de ſana mente teſtatoris, an valeat teſtamentum.*

6 *Teſtamentum furioſi valet, & tenet, ſi ſit recte, rationabiliter, prudenterq; factum.*

7 *Teſtamentum furioſi, habentis dilucida internalla factum ad pias cauſas, an valeat.*

8 *Furioſus habens dilucida interualla, an teſtamentum, vel contractum tempore furoris feciſſe cenſeatur.*

9 *Teſtibus de ſana mente teſtatoris deponentibus magis creditur, quam contrarium aſſeuerantibus.*

NOTARIO † faciente mentionem in teſtamento, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, &c. propter huiuſmodi teſtimonium non probaretur mentis ſanitas, ſecundum Bal. Ang. & Rapha. *in l. 2. C. de teſtam.* Nam Notario non adhibetur fides in his, circa quæ verſatur eius lus, vel opprobrium, vt de proxeneta dici-

dicitur in §. *penul. in authen. de teſtib.* & per Alex. *conſil. 53. col. 5.* hi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, *& conſil. 141. ponderatis, col. 4. vol. 1.* & Iaſ. *in l. ſenium. nu. 3. C. qui teſt. facere poſſ.* Ioan. Bapt. Plotus *conſ. 168. Ieſus Rex æternæ gloriæ, n. 7. poſito inter conſilia vltimarum voluntatū, vol. 1.* & Vaſquius cum aliis ſignatis per eum, *in tract. de ſucceſſ. proreſſ. lib. 1. §. 1. nu. 54. & ſeq.* niſi qualitas, & conditio perſonæ aliud ſuaderet: vt per Abb. *in c. dilecto rel. de teſt. cog.* & quia etiam hoc ſola legis præſumptione, non autem per teſtimonium notarii probatur. Quo-

Com. opi.

2 niam † ſecundō Scribentes *in l. ſanum mente. C. de trāſact.* Mentis ſanitas eſt quid inuiſibile, & proprie non percipitur viſu, vel auditu, ſed potius rationis iudicio.

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod notarius, ſcribens, aſſerenſq; in inſtrumento teſtamenti, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, probet ſanam mentem, inclinauit Imo. *in l. in eo. ff. de teſtib.* & Corneus cōſulendo *conſ. 53. nu. 7. vol. 3.*

3 Sed † retenta, ac amplexa dicta ſententia Bal. tanquam veriſſima, ampliatur vtiliter iſthæc concluſio, quod mētis ſanitas, vel quod aliquis fuerit ſanæ mentis, nec à teſte probari poſſit, vt per Bal. *in d. l. 2.* cum nō cadit directe hoc in ſenſum teſtis, ſecundum Doctores communiter *in d. l. ſanum mente*: quam vt communem ſequitur, & citat Boerius *deciſ. 33. nu. 73. & ſeq.*

Com. opi.

4 Bene † vetum eſt, quod ſi in præſenti caſu quis opponeret aliquem fuiſſe furioſum, vel inſanum, vel ebrium, vel mente captum tempore conditi teſtamenti, ſeu codicilli, teneretur hoc probare, alias ſuccumberet, vt conſuluit Io. Bapt. Plot. *in d. conſ. 168. n. 7. cum aliis ſeq.* & Alex. *in d. conſ. 141. ſub nu. 6.*

5 Fallit † dicta concluſio ita declarata, quando notarius in teſtamento nullum verbum faceret de homine ſanæ mentis: Si teſtator enim relicta omnia recte diſpoſuerit, valebit teſtamētum, vt conditum ab homine ſanæ mentis: Nam qualia quiſque facit, operatur, gerit, & loquitur, talis eſſe præſumitur, *argumento l. pen. ff. de co[...] inſtit. & in l. Titia ff. de inoffic. teſta.*

6 Ideo † ſi t[...]mentum ſit recte, rationabiliter, prudenterque factum, teſtator prudens & ſanæ mentis, feciſſe creditur, Valerio Maximo teſte, qui ait, teſtamentum cuiuſdam furioſi fuiſſe olim à Senatoribus approbatum, quia in eo recte diſpoſita legebantur, quod refert etiam Bal. *in c. 1. per quos fiat inueſt. in vſib. feu.* & Alex. *in l. furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ.* & hodie profecto iudicaretur validum tale teſtamentum, vt per Io. And. & Abba. *in c. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſt.* Caſtrē. Corn. Iaſ. & alios *in d. l. furioſum*, Phi. F. *a oc. in rub. col. 5. de t. ſi in 6.* Dec. *in l. in negotiis ff. de reg. iu.* cum aliis relatis per Corſet. *in ſing. in ver. Teſtamentum*, & Marſil. *ſing. 180 furioſus poſt prin.* vbi expreſſe hanc eſſe communē [opi]nionem ait, & rationabilem, & eā ſibi plurimum [pla]cere. & iſtam ſententiam ſequitur etiam Io. de Neuizza. *in Sylua nuptiali, cum aliis coaceruatis per eum, lib. 4. ſub nu. 31.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 1. Vmbriæ. num. 9. cum aliis ſeq. in 1. part.* vbi ait etiam iſtam opinionem magis veram magiſque communem eſſe. & Barb. *in c. qui ingredimtibus, col. 7. de teſt.* Vbi tenēt, teſtamentum furioſi valere, factum ad pias cauſas, dummodo non probetur, quod tempore teſtamenti fureret. Quod procedit in furioſo, qui habet dilucida interualla; alias teſtamentum furioſi, vt ab homine non ſanæ mentis non valet, etiam ad pias cauſas, *argu. c. ſicut*, vbi Abb. cum aliis allegatis per Iaſ. *conſ. 141. viſa longa, col. 6. vol. 2.* Et quod furioſus teſtari nequeat, etiam ad pias cauſas, voluit Bar. quoq; *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. n. 16.* & iſta eſt communis opinio, teſte Grato *conſ. 30. nu. 33. vol. 2.*

Com. opi.

8 Sed † aduerte quod regulariter furioſus habens dilucida interualla, quicq;d agit teſtando, codicillando, vel quocunq; alio modo contrahendo, præſumitur tempore furoris feciſſe: quia probato ſemel furore ſemper durare præſumitur, ſecundum Glo. *in c. indicans. 3. q. 9.* communiter approbatam ab omnibus, vt patet ex congeſtis per Cardi. *in Clem. 1. qu. 1. de homicid.* & per Alex. & Iaſ. *nu. 3. in l. furioſum. C. qui teſt. facere poſſ.* per Alex. *in d. conſ. 141. nu. 4. & 7.* & per Mod. *ibi in addit. in littera E.* & per Io. Bapt. Ferret. *conſ. 207. num. 1. vol. 1.* & hoc, niſi ex qualitate actus, diſpoſitioniſue arguetetur mentis ſanitas, vt ſi quis feciſſet actum, conuenientem homini ſanæ mentis, vt per Iaſ. *vbi ſupra*, & Ferretum *in d. conſ. 207. nu. 1.*

Com. opi.

Et † præmiſſis accedit vtiliter, quod teſtib. de ſana teſtatoris mente deponentibus, maior fides adhibetur, quam cæteris teſtibus contrarium aſſeuerantib. quia reſpondent, ac deponunt, ſecūdum iuris diſpoſitionem: vt eleganter per Ionno. *in c. audiuī, de præſump.* cum quo ſentiunt omnes communiter ibi, *& in c. cum Eccleſia Vulterana. de electio.* atteſtando audacter de iſta communi, & Iaſ. *conſ. 2. nu. 8. & conſ. 178. num. 1. vol. 2.* & Vrſillus *in addi. Affl. & in deci. 365. ſub nu. 4* vbi fatetur ita ſe obtinuiſſe in Sacro Regio Cōcilio Neap. & ſequitur etiam Ferretus *in d. conſ. 207. nu. 8. & ſeq.* 9

Com. opi.

OPINIO DXLV.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, cui eſt commiſſa examinatio teſtium, ſiue receptio iuratum, non poteſt ipſemet rogari ad talem commiſſionem ſcribendam nec ei creditur ſuper hoc deponenti, ſed talis commiſſio debet per alium notarium ſcribi.*

NOTARIVS, † cui eſt facta commiſſio examinationis teſtium, vel receptionis iuratium, non poteſt ipſemet eſſe rogatus de tali cōmiſſione ſibi facta per iudices, nec ei creditur ſuper hoc deponenti: & ſic illa commiſſio debet per alium notarium ſcribi, & non per ipſum: ſecundum Hoſt. *in c. quoniam contra. de prob.* & alios cōmuniter ibi, Io. And. *in reg. cum quid vna via. de reg. iur. li. 6. in mercur. in prin.* Bal. *in l. iuriſiurandi. col. fi. C. de teſtib. in d. l. iudices. C. de fid. inſt. & in l. fi. §. 1. de iure delib.* Abb. *in c. fraternitatis, in fi. de cler. non reſident. & in d. c. quoniam contra, col. 17.* Ang. & Mod. *in l. ſtipulatum, in prin. ff. de verb. obl.* Ioan. Ana. *conſ. 49.* Alex. *conſ. 212. vol. 1. & conſ. 104. vol. 5.* Iaſ. *conſ. 155. nu. 5. vol. 4.* Fran. Aret. *conſ. 135.* Dec. *conſ. 42. nu. 4.* Nattam. *conſ. 143. nu. 4.* & Roinū *conſ. 105. nu. 1. vol. 4.* & iſta eſt magis communis opinio contra Bar. contrarium aſſerentem, *in l. ex ſententia. ff. de teſta. tute.* vt patet ex congeſtis per Boer. *deciſ. 258. nu. 4.* quam communem ipſe ibi *nu. 5.* limitat & declarat. 1

Com. opi.

§ Saly vero *in d. authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtr.* conatur opinionem Bar. & communem ad optimam conſonantiam, & concordiam reducere, quē omnino videbis. Soc. Iun. *in d. l. ſtipulatum, nu. 16.* vbi concordantes refert pro diſtinctione, & concordantia, quod in vno tantum capitulo Notario credatur pro rogatione, ac commiſſione ſibi facta à iudice, videlicet pro examinandis teſtibus, exiſtens magiſter actorum, alias ſecus, vt ibi, Afflict. *in conſtit. in pecuniariis, n. 5. in 2. par.* & Vrſillus *in add. Affl. in deciſ. 317.*

§ Comprobatur vltra allegata per præcitatos Doct. prædicta communis hac ratione: Nam teſtis deponēs de mandato ſibi facto, nihil probat, vt videtur eſſe tex. *in l. 1. C. de mand. princ.* qui vult, quod non ſtetur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunque dignitate cōſtituti, de mandato ſibi facto à principe: & iſtam cōmunem, videlicet, quod non credatur notario, vel

Digitized by Google

examinatori, aſſerenti ſibi fuiſſe commiſſam receptionem teſtium, ſequitur etiam Guid. Papæ *deciſ.* 126. Deci. *in c. quoniam contra, nu.* 198 & Curt. iunior. *conſ.* 166, *num.* 13. in quibus locis atteſtantur de dicta communi, & ita fuit deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo. teſte Afflict. *in deciſ.* 307.

OPINIO DXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus ad ſcribendum teſtamentum, an in eo poſſit inter teſtes computari.* & *nu.* 2.

1 NOTARIVS † rogatus ad ſcribendum teſtamentum, in eo computatur; & inſeritur in numero teſtium, & ſi eſt idoneus teſtis, vbicunq; citatus, & productus eſſet in iudicio, ad probandum per viuam vocem ipſum teſtamentum; tunc enim examinatus per iudicem probat teſtamentum, ſecundum Bart. *in rub. col.* 7. *C. de fid. inſt.* & Alex. *conſ.* 47. *vol.* 2. aſſerentes, quod ſi in teſtamento interueniſſent ſex teſtes, & notarius, qui ſi deponerent vt teſtes, notarius tunc computaretur in numero teſtium; & ſic cum notario forent ſeptem teſtes.

2 Sed † vbicunque ageretur, ſeu quæreretur de probatione actus, facienda per inſtrumentum à notario ipſo ſumptum; tunc non cõnumeraretur inter dictos teſtes aliquo modo, ſecundum Glo. & omnes Doct. antiquos, *in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſ.* Bart. *in l.* Com. op. *Domitius nu.* 3. *ff. de teſta.* & iſta eſt communis opinio omnium Doctorum teſte Afflic. *in deciſ.* 25. *in cauſa petitionis hæreditatis, nu.* 4. Bertran. *conſ.* 325. *viſo quodam prætenſo publico inſtrumento, nu.* 2. *vol.* 8. Alex. *conſ.* 152. *col. fi. conſ.* 146. *col.* 2. & *conſ.* 133. *in fi. vol.* 2. vbi declarat iſtam communem ſententiam late, & abunde, & Franciſcus Marc. quoque *dec. ſ.* 144. *in* 1. *par.*

OPINIO DXLVII.

SVMMARIA.

1 *Notarius acta inter priuatos recipiens poteſt eſſe infamis excepto notario Principis: quia ipſe habet dignitatem, retinetq; primum locum inter notarios.*
2 *Notariatus officium dicitur vile.*
3 *Clerici an officium tabellionatus exercere poſſint.*
4 *Clericus victum, & veſtitum ſibi procurare debet, vel artificiolo, vel agricultura, ſine officii ſui detrimento.*
5 *Clerici, qui ad operandum validi ſunt, artificiola, & literas diſcere tenentur.*
6 *Nobilis exercens officium tabellionatus, perdit priuilegia nobilitatis ſuæ.*
7 *Clericus exercens officium tabellionatus perdit beneficium, & aduocatus perdit nobilitatem: & decuriones etiam tenentur penitus abſtinere ab ipſo tabellionatus officio.*

1 INFAMIS † poteſt eſſe notarius, excepto notario principis. Bar. *in l.* 1. *C. de mand. princ.* Ang. *conſ.* 284. & Afflict. *in conſtit. mores diſſoluere volentium ſub nu.* 15. *lib.* 3. *nu.* 33 quia notarius Principis habet dignitatem, & retinet primum locum, ſeu honorem inter notarios, vt late deducit, & probat Boer. *deciſ.* 212. *nu.* 13. Sed notarii regulariter acta inter priuatos recipientes poſſunt eſſe infames, ſecundum Glo. *in l. Pedius. ff. de arb.* Iaſ. *in* Com. *rub. C. de procuratori. nu.* 6. & Bar. *vbi ſupra,* quorum opi-op. nionem ſequitur, & aſſerit crebriori calculo receptam per Doct. Boer. *in d. deciſ.* 212. *nu.* 7 & 9. & veriorem ꝑ dicto ſimiliter amplectendo Afflict. *in d. conſtit. mores*
2 *diſſoluere volentium, ſub n.* 15. Et † hoc non mirum. Nam officium notariatus dicitur vile, Oldr. *conſ.* 75. & Boer. *in præallegata deciſ.* 212. *nu.* 8.
3 Et † ideo clerici officium tabellionatus exercere nequeunt, *c. ſicut. ne clerici, vel mon.* & *Concilio Carthag.* 3. *c.* 15. quoniam eſt vile, & ſeculare, ſecundum Abb. *ibi*, & hoc plene explicat, & declarat Ioan. Bernard. Diaz. *in pract. crim. can. in c.* 53. & Paulus Apoſtolus. 2. *Timoth.* 2. ad Timotheum ſcribens, qui tam erat infirmus, & valetudinarius, vt manibus laborare nõ poſſet, eum ſic hortatur, monet, & conſolatur: Labora, inquit, ſicut bonus miles Chriſti Ieſu: & ne exiſtimaret quod per alias negociationes ſeculares poſſet ſibi victum acquirere, addidit: Nemo militans Deo implicat ſe negociis ſecularib. vt ei placeat, cui ſe ꝓbauit: Nem qui in agone contendit, non coronatur, niſi legitime certauerit. Et idem Paulus ait 1. *Theſ.* 2. Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis, nocte, & die operantes, ne quemquam veſtrũ grauaremus, prædicauimus vobis Euangelium, ſimiliterq; ipſe D. Paulus 2. *Theſ.* 3. inquit, Denunciamus aũt vobis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre, ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis: ipſi enim ſcitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione, nocte, & die operantes, ne quẽ veſtrum grauaremus: non quaſi nõ habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos: Nam, & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quod ſi quis nollet operari, non manducet. audiuimus enim quoſdam ambulantes inter vos inordinate, nihil operãtes; ſed curioſe agentes, his autem qui huiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes ſuum panem manducent: & idem Paulus *Act.* 20. dicit. Et nunc commendo vos Deo; & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus, argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ: omnia oſtendi vobis: quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu: quoniam ipſe dixit, beatius eſt dare, quã accipere. Et Auguſtinus ſimiliter ait *lib. de op. mona. c.* 17. *tom.* 3. Quid enim agunt, qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacant, ſcire deſidero, orationib. inquit, & pſalmis, & lectioni, & verbo Dei: Sancta ſane vita, & in Chriſti ſuauitate laudabilis, ſed ſi ab his auocandi non ſumus, nec manducãdum eſt, nec ipſæ eſcæ quotidie præparandæ, vt poſſint apponi, & aſſumi: Si autem ad iſta vacare ſeruos Dei, certis interuallis temporum, & ipſius infirmitatis neceſſitas cogit, cur non, & apoſtolicis præceptis obſeruandis, aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur vna obediẽtis oratio, quam decem millia contemptoris: cantica vero diuina cantare, etiam manibus operantes, facile poſſunt, & ipſum laborem tanquam diuino celeumate cõſolari, & poſt pauca. Quid ergo impedit ſeruum Dei, manibus operantem, in lege Domini meditari, & pſallere nomen Domini altiſſimi, ita ſane, vt ad ea diſcenda, quæ memoriter recolat, habeat ſepoſita tempora? ad hoc enim, & illæ bona opera fidelium ſubſidio ſupplendorum neceſſariorum deeſſe non debent, vt horum, quibus ad erudiendum animum ita vocatur, vt illa opera corporalia, geri non poſſint, non opprimant egeſtate: Qui autem ſe dicunt vacare lectioni, nonne illic inueniũt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt iſta ergo peruerſitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, vt quod bonum eſt diutius legatur, ideo facere nolle, quod legitur. Et

Com

Concilium Colonienſe diſponit: quod quibus non ſuppetit ex ſacerdotio, honeſto artificiolo victū quæritant, ſequuti D. Pauli exemplum, ſic tamen ne ſordidam aliquam artem ſacerdotio ignominioſam, exerceant. & habetur in c. 30. de vita clericorum. Et Hieronymus Ruſtico monacho ait, den. quc facito aliquid operis, vt te ſemper diabolus inueniat occupatum. Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio viuere, laborabant manibus ſuis, ne quem grauent; & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia: cur tu in vſus tuos ceſſura non præpares? vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus: ſeratur humus, areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iacta fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas:

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: ſcatebrisq; arentia temperat arua.

Inſerantur infructuoſæ arbores, vel gēmis, vel ſurculis: vt paruo poſt tempore laboris tui poma decerpas, apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, Eccle. 11. & monaſteriorum ordinē, ac regiam diſciplinā in paruis diſce corporibus. Texantur, & lina capiendis piſcibus, ſcribantur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione ſaturetur: in deſideriis eſt omnis ocioſus. Et † Concilium Cartaginenſe quartum c. 5a. ſtatuit quod clericus victum & veſtitum ſibi vel artificiolo, vel agricultura abſque officii ſui duntaxat detrimento præparet. & c. ſeq. Iterum † ait omnes clerici qui ad operandū validi ſunt, & artificiola, & literas diſcant.

Imo, † quod peius eſt, nobilis exercēs tabellionatus officium, perdit priuilegia nobilitatis ſuæ, ſecundum Guid. Papæ in quæſt. 90. & ita voluit conſulendo Crauet conſ. 163. per totum, & Chaſſ. in conſ. 64. n. 34.

Et † clericus pariter in ſacris ordinibus conſtitutus, exercendo officium hoc, perdit beneficium. Et ſimiliter decuriones tenētur ab officio tabellionatus penitus abſtinere, nec aduocati poſſunt officium tabellionatus exercere vllo pacto, ne ita agendo officium aduocationis ſordent, & nobilitatem amittant l. generali. & ibi Glo. C. de tabul. lib. 10. & ita firmauit etiā Ang. conſ. 182. primo vt ad in. decimum, vbi ait hoc non obſeruari Mediolani.

OPINIO DXLVIII.

SVMMARIA.

1. *Notorium releuat ab onere probandi, & inducit plenam probationem.*
2. *Notorium æquiparatur ſententiæ.*
3. *Notorium eſt probatio probata, vel de facili probabile.*
4. *Notorium debet allegari, & præponi, ſi debens allegare eſſet præſens in iudicio, ſecus ſi abſens, licet citatum citatione, habente vitium notorium.*
5. *Citatio notorie nulla non obligat citatum ad comparendū. Notorietas tamen debet præponi. nu. 10. Et aduoca opponens, ea ita videtur renunciare. nu. 11.*
6. *Notorium quod conſtat ex actis, iudex ſupplet, etiam nemine petente.*
7. *Iudex poteſt ſe informare, ac ſumere informationem, an aliquid ſit notorium, etiam parte non citata,*
8. *Notorium ex ſtetere non iuratur de calumnia.*
9. *Notorium probatur per duos teſtes.*
12. *Exemptus ipſo iure non tenetur comparere, ſecus in exemptione ope exceptionis.*
13. *Citatus à iudice non ſuo, citanti non tenetur comparere. Item citatus inutiliter à iudice ordinario nu. 14.*
15. *Citatus in termino debet comparere, alias molitatur.*
16. *Citatio cauſam veram continens, arctat ad comparendū.*

NOTORIVM † quamuis releuet ab onere probandi, & inducat plenam probationem, ſecundum Hoſtien. in ſumma de probatio. § fin. & eſt text. in l. cum proponas in prin. ff. de act. emp. 1

Vbi dicitur, † quod notorium æquiparetur ſententiæ, de quo vide Bal. in l. 1. C. de curat. ſ. eio. & † dixit idē Bal. in l. 2. C. de reuoc. his quæ in fr. aud. alien. ſunt, quod notorium ſit probatio probata, vel ſaltem de facili probabile. 2 3

Tamen † iſtud notorium debet allegari, & proponi, ſecundum Gloſſ. in Clemen. appellanti de appellat. in verb. iudica notat Cato Saccus, in l. ſi vero. § qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſd. cogan. idem tenet Bart. in l. cum que ita § qui ita col. 3. ff. de verb. oblig. & in l. certo quid. ff. ſi certū pet. col. fin. Ant. in c. peruenit, de cenſib. col. 17. & Fe y. iſtos referens in c. cum ordinem 9. 10. & 11 col. de reſ. & Barb. conſ. 57 viſis, & accurate vol. 5. & idem Bar. in l 1. col. pen. ff. de except. 4

§ Et hoc, quod notorium debeat allegari, intelligitur, quando debens allegare eſſet præſens in iudicio: ſecus ſi abſens, licet citatus citatione habente vitium notorium, ſecundum Panor. & Præpoſi. in c. ex parte tua. ext. de appel. Quia † citatio notorie nulla non attingit citatum ad comparendum, ſecundum Glo. in c. placita. 15. q. 4. idem dicit Glo. in c. venerabilis, ext. de accuſ. in Glo. ſi & Innoc. in c. ex parte, el 1. de verb. ſignif. quod citatus ad ſynodum ſi eſt notorie exemptus, non tenetur comparere. Ex citatio nulla nō arctat citatum ad comparendum. c. bona. in fin. el. 1. Ext. de elect. & ibi glo. in verb. nec prædicta. not. in c. ſi Epiſcopus. 3. q. 2. & in c. dilectus. Ext. de dolo & contum. Et quicquid fit contra nulliter citatum, maxime abſentem, eſt inualidum. l. vir bonus. ff. iud. ſol. & l. ſi pater. C. ne de ſtat. defunctor. 5

Item † ſecus, quando de eo conſtat ex actis: tunc enim iudex poteſt, pro parte allegare, ſecundum Inno. & Deci. cumulatiſſime in fin. & Canoniſtas omnes communiter in c. ex infor. atione, ext. de appellat. Ang. in l. ſi vnus. § pactum ne peteret col. fin. ff. de pactis, Ant. de Butr. in c. ex tenore colum. 1. de reſcript. Specul. in tit. de off. iud. § impend. 2, circa princ. Rom. conſ. 227 ſpectabilis Domine, in ſi quam opinionem communem eſſe dignoſcitur ex aliis authoritatibus, relatis per Alex. in l. 1. col. 2 vt qui deſ. aduoc. & in conſ. 186. viſis ſubtiliſſimis dubitationib. circa fin. vol. 2. 6

Imo † iudex poteſt ſumere informationem, etiam parte non citata, an aliquid ſit notorium, ſecundum Bal. ex mente Archid. in c. cum inter vos, extra. de conſuet. & tenet Cato, in d. § qui pro rei qualitate. 7

Sed † Bald. ibi dicit quod vbi aliquid eſt notoriū, non iuretur de calumnia, per l. at qui natura. § cum me abſente, iuncta Glo. in verb. commutit, circa fin. de neg. geſt. 8

Et aduerte, † quod notorium probetur per duos teſtes, ſecundum Glo. in § pa. 2. q. 1. & Glo. & Archid. in c. item ſepe 4. q. 3. Bar. in l. heredes palam ff. de teſt. Specu. in tit. de not. crimine. in § qualiter. Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. & Fely. in c. 2 viſo lu. a. col. 3. de præſumpt. & eruditiſſimus D. Follerius in pract. crimin. in verb. itam quod eſt notorium delinquens num. 16. 17. & 18. vbi hoc optime declarat quomodo & qualiter procedat. Adde, quod notorium tria inducant, inſtrumentum, rē iudicata, & euidentia facti ita Bart. in l. 1. num. 8. vbi Iaſ. nume. 10. ff. de no. oper. nunc. & Gail. lib. 1. obſer. camer. imp obſ. 16. nu. 7. 9

Et

Et † quamuis ſupra oſtenſum ſit, quod citatio notorie nulla non obliget citatum ad comparendum, tamen ne remaneat in præſentiarum hic vlla obſcuritas, animaduertendum eſt,

10 † quod in omnem euentum iſta notorietas debeat proponi, atque allegari, ita Gloſſ. *in clem. appellanti, de appell.* Abb. & alii Canoniſtæ omnes, poſt Gloſſ. *in c. ſi duobus, eod. tit.* & Fely. *in c. cum ordinem, col. 8. de reſcript.* vbi ponit etiam ſeptem declarationes ad hoc vulgare dictum, quod notorium non releuet ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi, & facit textus quoque in *l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem Pollioni, ff. de adult.*

11 Imo † non opponens notorium hoc tempore citationis, videtur ei tacite renunciare, vt affabre conſideras Iaſ. *in l. 2. ſub nu. 16. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit*, vbi hic ſimiliter explicat procedere dictum Innocentii ſupra allegatum.

12 Et † hinc rationabiliter concedit Bal. *in l. generaliter, C. de epiſcop. & cleric.* quod exceptus ipſo iure, non teneatur comparere, ſecus vero in exempto ope exceptionis.

13 Et † ad hunc finem citatus à iudice non ſuo, tenetur coram eo comparere, vt ſciatur, an eius ſit iudex, vel non, ac denique allegaturus ſua priuilegia. *l. ſi quis ex aliena iuriſdict. ant. ff. de iudicib.* Abb. *in c. ſuper literis. Extra de reſcripto.* & Bar. *in l. cum quærebatur, & l. vir bonus. ff. iudic. ſol.*

14 Cæterum † ſi quis non citaretur coram iudice incompetenti, ſed coram iudice ſuo ordinario, tunc, etiamſi conſtaret ipſum iniuſte eſſe citatum teneretur tamen comparere, vt per Iaſ. *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, ſub nu. 9. & ſeqq.* vbi concludit, quod citatus tunc excuſari nequeat à vera contumacia, quin mulctari poſſit, imo eo in loco, *nu.* 13. annectit etiam hanc eſſe omnium in iure Scribentium communem opinionem, quod etiam citatus coram iudice incompetenti, ſi non compareat, poſſit mulctari.

Et etiam textus clarus *in d. l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit*, extricans, determinansque caſum noſtrum ibi, ex quacunque cauſa ad Prætorem, vel alios Præſides, qui iuriſdictioni præſunt in ius vocatus venire debet, vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit,

15 vbi Bar. & alii vniuerſaliter notant, † quod citatus in termino debeat comparere, alias molctabitur, niſi ex cauſa legitima excuſetur, vel non interfuerit actoris in termino comparere, prout hoc idem approbat etiam Callus de Tuſcia *in conſtit. regni, edictorum.* Vnde cum contra Berlingerium, & Stephanum de Ventrella de Terra Molæ fuerint accuſatæ omnes contumaciæ in vltimo peremptorio, in banco iuris, per Angelum de Stephano, pro ducatis triginta ſex, & productum inſtrumentum, & ſecuta pariter ſit condemnatio, ſtantibus eorum contumaciis, ipſi condemnati habentur pro confeſſis, atque res petita debet exequi cum expenſis, ita Io. Faber, *in repet. l. conſentaneum, C. quomodo, & quando iudex*, & Ant. Cioſius, qui ſic conſuluit in terminis *conſ. 3. vol. 1.* imo in regno habemus textum expreſſum, *in conſtitut. penam totam*, diſponentem, quod non comparens habeatur pro confeſſo.

Et tanto magis, cum contumaces effecti, reputatique fuerint prædicti Berlingerius, & Stephanus rite & recte, & iuris regni ordine ſeruato, qui nihil hodie prætendere poſſunt ad ſuum fauorem, imo ob non comparitionem iudicem magis contempſiſſe videntur, ita vt citatio

16 † ipſa, dum continebat cauſam, quæ vera erat, ob inſtrumentum crediti in ea mentionatum, arctabat citatos ad comparendum, ita Bar. *in l. 2. col. 1. in vtraq. lectura. ff. ſi quis in ius vocatus ierit*, Mantan. Soc. *col. 4.* & Fely. *nu. 3. in c. ſi clericus laicum. de foro competen.* Imo etſi citatio iſta foret illegitima, tamen cum conſtet ex proceſſu eam peruenisse ad notitiam citatorum, ſufficit, & valet, atque tenet, vt per Tiber. Decian. *conſ. 18 nu 98 & ſeq. vol. 1.* & quod citatus minus legitime in dubio teneatur ire ad iudicium, eſt textus *in c. cum parati, de appell. & in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic.* & firmat in terminis Quintilian. Mandoſ. *in tract. de inhibitionibus, quæſt. 80. nu. 5. 11.* vbi ait quoque hoc verius eſſe. Vnde decretum vltimo loco interpoſitum per Curiam Molæ, vt prædicti contumaces audiantur, refectis, reſarcitiſque expenſis, de iuris cenſura, ac diſpoſitione ſuſtinendum eſt, ac exequendum, tanquam iuſtum, cum contumax, iure ipſo ſuadente, non audiatur vllo modo, niſi refectis expenſis, *l. ſancimus*, & ibi Bar. & alii Scribentes vniuerſaliter omnes, *C. de iudic.*

OPINIO DXLIX.

SVMMARIA.

1 *Notorium licet releuat ab onere probandi, allegari tamen debet.*

2 *Notorium licet non exigat probationem, tamen debet conſtare iudici, vt iudici ex actis eſſet notorium.*

3 *Appellatio ab interlocutoria exigit, ac requirit expreſſionem cauſæ nominatim pro forma, nec ſufficit in genere cauſas proponere, facta relatione ad acta proceſſus.*

4 *Notorium requirit ſententiam declaratoriam, & citationem præcedentem, nu. 5.*

6 *Notorium quod dicatur, & quotuplex ſit, remiſſiue.*

NOTORIVM † allegandum, & opponendum eſt, 1 ſed non probandum; & ſic notoria releuant à probando, non autem à proponendo, ſecundum Glo. *in Clem. appellanti, de appell.* quam dicit ſingularem Abb. *ibi*, Fran. *in cap. 1. de appell. in 6.* Barbat. *in c. 1. col. 12. de offic. ordin.* Natta *conſil. 275. viſis monitis ſormatis, n. 7. vol. 2.* Iaſ. *in l. ſi vero. §. qui pro rei, n. 12. ff. qui ſatiſd. cogan.* & commendat Rocchus de Curt. *in c. fin. de conſuet. q. 4. in ſin. rei electionis*, & Marſil. *in repet. rub. C. de probat. n. 6.* & ſequuntur eam Doct. communiter, teſte eodem Marſil. *in l. 1. §. ſi quis. n. 24. ff. de quæſt.* & ſequitur etiam Bert. *conſ. 102. ex proceſſu cauſa capta, n. 1. & ſeq. fol. 8.* In contrariam vero partem inclinauit Glo. *1. in c. 2. vt lite non conteſt.* quam ibi communiter approbarunt omnes Scriben. vt refert Iaſ. *in d. §. qui pro rei, nu. 12.*

Cōis opin.

Cōis opin.

Et † licet notorium probatione aliqua non egeat, 2 nihilominus, vbi ex actis apparet aliquid eſſe notorium, opus eſt, vt iudici neceſſario conſtet, vt iudici notorium eſſe, nec ſufficit, quod oppoſitum eſſet notorium, ſecundum Bal. *in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, col. 1. & ſeq.* Dyn. & Bal. *in l. ea quidem. C. de acc.* & Ang. *in l. 2. C. qui, & aduerſus quos.* Nattam *in d. cons. 275.* & iſtorum ſententiam ſcribit eſſe communem, Iaſ. *in d. §. qui pro rei, nu. 13.* cui videtur contradicere Felyn. *in c. cum ordinem, n. 2. de reſcript.* & Iaſ. *in l. ait prætor. §. ſi damnetur, col. 1. ff. de iureiur.* Aſſerendo † notorium, 3 quod conſtat ex actis, non eſſe neceſſario allegandum. Cæterum hoc non eſt concedendum, neque admittendum, tanquam falſum. Nam in appellatione ab interlocutoria, expreſſio cauſæ nominatim requiritur pro forma, & ideo non ſufficit appellantem in genere cauſas proponere, facta relatione ad acta proceſſus: & ita in ſpecie hæc interpretantur Ang. & Alex. *in l. vbi autem. §. illud ff. de ver. oblig.* Franc. & Dec. *in c. conſuluit, il 2. de appellat.* Rota Rom. *deciſ. 7. in nouis*, Brun. *in tract. de forma impleme nto, fol. 25.* & Dec. *in c. vt debitus, n. 10. cum tribus ſeq. de app.* & iſta eſt communis opinio, vt conſtat ex congeſtis per Mainut. *in tract. iudiciorum, in 6. part. 3. par. in 2. actu. nu. 141.* Quod autem acta iudicii inducant notorium, tradit Rom. *conſ. 227. ſpectabilis antenumi. 4.* & ſic iudex ſupplet de facto, parte non opponente, vt idem *4. & conſ. 51 attentis his, quæ narrantur*

Cōis opin.

uantur.ff. l. 3 n. 3 Glo. fin. *in c. ex inſinuatione. de appellat. &* *in l. non videtur ceſſiſſe*, & ibi etiam Doct. omnes, *ff. de reg. iur.* Alex. *conſ.* 180. *viſis ante finem, vol.* 2. & Aret. *conſ.* 48. *reuocatur in dubium, nu.* 6.

4 Et † aduerte hic, quod ſuper notorio ſententia ſit ferenda; & ſic notorium neceſſario requirit ſententiam declaratoriam, ſecundum Bart. *in l. emptorem ff. de act. empt.* Bal. *in l. cum fratrem. C. de his, quib. vt indign.* Angel. *in l. libertas §. fin. ff. de ſtatu homin.* & omnes Scribentes, *in d. §. qui pro rei*, Coraſius *in miſcellaneis iuris ciuil. lib.* 1. *c.* 16. *nu.* 4. & Natta *in d. conſ.* 175 *n.* 1. & Gio. *in c. cum dene. de accuſ.* quam dixit communiter approbari Marſil. *in d. rub. C. de probat. n.* 244. *in fin. d. n.* Ideo inoleuit cautela, vt iudex pronunciet factum, de quo agitur, eſſe notorium: vt not. Abb. *in c. ad noſtram, de iureiur.* & Card. *in Clem. paſtoralis, de re iud.* 17 *not.* Et † 10 huiuſmodi ſententia declaratoria requiritur quoque citatio partis: vt accumulatiſſime diſcuſſit Aret. *conſ.* 165. *ſicut Ioannes, col.* 5.

5 Et quod dicatur notorium, † & quotuplex ſit, late 6 declarat Iaſ. *in d. §. qui pro rei.* Dec. *conſ.* 192. *in cauſa, col.* 5. & Soc. *conſ.* 83. *col.* 3. *vol.* 4. & quamplura alia notabilia memoratu digna circa materiam notorii ponit Marſil. *in d. rub. de probat. nu.* 216. *vſq. ad nu.* 248.

OPINIO DL.

SVMMARIA.

1 *Nouatio hodie non inducitur, niſi expreſſe dicatur.*

2 *Nouatio hodie an per temporis adiectionem ipſo iure, vel ope exceptionis fiat. & ſic ſit ex tacita mente contrahentium, & ex manifeſtis coniecturis.*

NOVATIO † hodie non inducitur, niſi expreſſe 1 dicatur, quod fiat animo nouandi præcedentem obligationem, *l. fin. C. de nouat.* & notant Doctores ibi, & Soc. ſun. *conſ.* 41. *n.* 18 *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 135. *nu.* 18. *vol.* 1. Iacob. Machellus *in conſ. ſenga* ... 15. *num.* 3. Bellonus *conſ.* 44. *ſub n.* 3. ... & vide Gabriel. copioſe tractantem hanc materiam *lib.* 3. *com. concl. ſub tit. de Nouat. concl.* 1. *fol.* 156.

Quod adeo procedit, † vt etiam propter temporis 2 adiectionem nulla fiat hodie nouatio, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, & conſequenter, ipſa nouatio non fit ex tacita mente contrahentium, & ex manifeſtis coniecturis, vt voluerunt Guil. de Cun. & Bal. *in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact.* Cyn. Iacob. Butrig. Saly. & Fulg. *in d. l. fin.* Caſtren. & Imol. *in l. Valerianum. ff. de praeſc. ſtip.* Alex. *conſ.* 9. *col.* 3. *conſ.* 12. *col.* 3. *vol.* 2. & *conſ.* 58. & *conſ.* 22. *col. fin. vol.* 6. Iaſ. & Dec. *in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet.* Soc. *conſ.* 11. *col.* 2. *vol.* 1. & *conſ.* 89. *col.* 3. *vol.* 3. Alex. *in l. qui vſumfructum. ff. de verb. oblig. col. pen.* Dec. *n.* 12. & Curt. Iun. *n.* 9. *in l. delta ff. ſi cert. pet.* Imol. *in l. delegare. ff. de nouat.* Soc. Iun. *conſ.* 41. *n.* 19. *vol.* 3. Dec. *in l. pecuniam quam, in fin. ff. ſi cert. pet.* Gratus *conſ.* 89. *col.* 2. *vol.* 1. & Ripa *in l.* 2. *§. ex conuentione, n.* 8. *ff. de eo quod certo loco*, vbi dicit iſtorum opinionem magis eſſe communem.

3 *Contra opin.* § In contrariam vero partem, videlicet, quod hodie fiat nouatio ope exceptionis, inclinauit Bart. *in d. l. Valerianum*, & Dec. conſulendo cum aliquibus alliis ſignatis; et eum, *conſ.* 400. *nu.* 1. & *in fin.* vbi ait iſtam eſſe communem ſententiam, ſimiliterque Bart. *conſ.* 138.

Com. opin. *cum iam diu vidi ſtem proceſſum, n.* 2. *cum aliis ſeq. vol.* 3. *vltima impreſſionis*, & dicunt priuates, D. meus Vincentius de Franchis *in deciſ.* 15. *ſub nu.* 1. vbi ait in facti contingentia ita fuiſſe decretum in ſacro Conſilio Neapolit. ſiquidem nouatio ipſa inducitur etiam ex coniecturis, vbi vtrumque ex eis appareret de voluntate, vt explicat idem D. Vincentius aſſabre, more ſuo *in d. deciſ.* 15. *ſub nu.* 2. allegans ibi deciſionem Afflicti 44.

OPINIO DLI.

SVMMARIA.

1 *Nullitas ſententiæ perpetuo opponi poteſt vſq. ad* 30. *annos, licet appellatum non ſit, aut appellatio deſerta.*

2 *Nullitate oppoſita in iudicio an impediatur executio.*

3 *Attentata, pendente lite ſuper nullitate an ante omnia ſint reuocanda.*

4 *Nullitas quando incidenter dicatur tractata. Et quando principaliter. nu.* 5.

6 *Nullitate cum appellatione principaliter propoſita, ſi deſeratur appellatio, an adhuc ſit locus proſequendi nullitatem.*

7 *Tam iudex appellationis, quam iudex à quo, ſi ad eum recurratur, deſerta appellatione, ſuper nullitate pronunciare poteſt, ſi ſententia ſit ipſo iure nulla. Si vero nullitas foret de iure non conſiderabilis inſtante parte, poſſet declarare appellationem deſertam, vel ſine tali declaratione, ad executionem procedere. nu.* 8.

9 *Iudex ad quem, videns nullitatem ſententiæ, à qua appellatum eſt, non eſſe alicuius momenti, poteſt deſerta appellatione reſcribere iudici à quo, vt iam executioni. Idem eſt, ſi inueniat ſententiam quoad in iure aut iuſtam, poteſt enim eam tunc confirmare, & ad iudicem à quo reſcribere, vt eam exequatur, non obſtante vlla nullitate, nu.* 10. *Eiuſq. ratio. nu.* 11.

12 *Tres præcipue nullitates recenſentur, videlicet ex defectu iuriſdictionis, in certitudine ſententiæ, & non dato termino reo qui confeſſus eſt delictum, ad ſe defendendum contra ſuam confeſſionem, & nu.* 18 *&* 19.

13 *Aſſeſſor an ſententiam ferre poſſit tanquam iudicans, & abſente Gubernatore, vel iudice, aliaq. facere. Item an iudex ſine Aſſeſſore facere poſſit, & num.* 14. 15. *&* 16.

NVLLITAS † ſententiæ perpetuo opponi poteſt vſque ad triginta annos, licet ab ea appellatum non fuerit, aut appellatio ipſa deſerta ſit, ſecundum Glo. *in c. vnde quæritur.* 35. *q.* 9. Bal. *in l.* 2. *ſcire oportet. §. fin. ff. de excuſat. tut.* ... *in l. data opera. colum.* 26. *C. qui accuſ. non poſſ. & in c. ſæpe col. penult. de appell.* Angel. *in l. ſicut. C. de praeſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Alex. *conſ.* 59. *col.* 4. *vol.* 4. Soc. *conſ.* 10. *col. fin. vol.* 4. Iaſ. *in l.* 1. *in fin. princ. ff. de ſeruit.* & *conſ.* 11. *col.* 2. *vol.* 1. Corn. *conſ.* 30. 2. *col.* 2. *vol.* 1. Et hoc quod nullitas vſque ad triginta annos poſſit proponi, & allegari & non vltra, procedit, quotieſcunque non vertitur periculum animæ, alias poſſet perpetuo agi, vt declarat Specul. *in tit. de ſent. §. iuxta, in fin.* Bal. *in d. l. data opera. col.* 14. Sali. *in l. ſi præſes. C. quomodo, & quando iud.* Card. *in Clem.* 1. *q.* 14. *de re iudic.* & Philip. *in c. dilecto, colum.* 5. *de appellat.* Et † hinc colliguntur, proueniuntque complures vtiliſſimi effectus, qui cum practicis non paruæ vtilitatis quotidie eſſe poſſint, eos ponere conſtituimus.

Primus igitur effectus hic adducitur iſte, quod nullitate oppoſita in iudicio incidenter, per modum exceptionis ſummariæ non requirentis altiorem indaginem, ad impediendam executionem ſententiæ, executio ipſa impediatur, vt voluerunt Bar. Alex. Iaſ. & Ripa poſt alios *in l.* 3. *§. condemnatum. ff. de re iudic.* Bal. *in l. ab executore, num.* 7. *C. quorum appella. non recip.* Afflict. *deciſ.* 283. *dic eſt.* & Sebaſt. Vantius cum cæteris citatis per eum *in tract. de nullitatibus in c. quot, & quibus mod. nullit. proponi poſſ. nu.* 30. vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.

Secundus † effectus non minoris vtilitatis primo 3 eſt iſte, quod ea, quæ fuerunt attentata, pendente lite ſuper nullitate, ſunt reuocanda ante omnia, ſecundum Bart. *in l.* 1. *num.* 8. *Cod. quando prouo. non eſt neceſ.*

neceſſ. quem ſecuti ſunt Paul. Caſtren. & Alex. *in d. §. condemnatum.* Salycet. *in l. 1. C. ne liceat tertio prouoc.* & Iaſ. *in l. 1. num. 1. C. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Contrarium vero aſſeruerunt Innocen. & Bal. *in c. cum in iure, de offic. dele.* videlicet attentata, pendente nullitate, non eſſe ante omnia reuocanda, licet nihil debeat nouari pendente nullitate: idemque voluit Ang. & Imol. *in d. §. condemnatum.* Rota. *in deciſ. 280. in nouis.* Vitalis *in tractat. clauſularum, cap. nullitate pendente.* & Francus *in d. c. dilecto, q. 10.* vbi ait opinionem iſtam eſſe veram: tametſi prior ſententia Bar. mihi videatur communis, ac frequentiori ſuffragio interpretum probata, idcirco eam exiſtimo tutiorem eſſe, & ſeruandam.

Et licet nimis audax, citando hunc locum, Robert. Lancellot. *in tract. de attentatis, in 2. part. c. 18. num. 24. cum alijs ſeqq.* aſſeruerit, hanc à me, & ab illuſtri D. Couarru. *in pract. quaeſt. nu. 24. nu. 6.* amplexam opinionem, periculoſam eſſe, quae tamen intelligentiſſimi iuris, altiſſimis defixa radicibus videtur: miror tamen non mediocriter, & res ſane admiratione digna eſt, quod D. Lancellott. quem ſemper modeſtiſſimum noui, Couarruuiae laus tam terribiliter fremuerit aduerſus D. Couarru. fontem legum vberrimum, & indeficientem, aſſerueritque, nimis praecipitanter, & hoſtiliter, Doct. citatos per eum, eo in loco, contrarium ſentire: cum tamen euidenter appareat, D. Lancellott. ibi praeſuppoſuiſſe caſum valde diuerſum à caſu reſoluto per me, & D. Couarru. & fere omnes Doct. & teſtes per eum citatos, recte intuenti, intentioni eius incongruos, & repugnantes reperiri, & praeſertim Alex. *conſ. 2. n. 14. vol. 5.* quem neſcio, ad quem finem allegauerit, cum ibi nullum verbum, ne minimum quidem, ad propoſitam quaeſtionem faciens protulerit.

Adducitur modo etiam tertius effectus. Verum pro eius reſolutione annotandum eſt, quomodo nullitas principaliter, aut incidenter in iudicio tractetur: ſiquidem hoc paſſim practicis cõtingo. Nul-
4 litas igitur, † vt iſte tertius effectus demonſtretur, dicitur incidenter tractata, cum condemnatus ſimpliciter appellauit; tunc etenim deſerta appellatione poterit iterum cauſa nullitatis, non obſtante deſertione, proponi, ſecundum Bar. *num. 10.* & Imol. *num. 16. in l. ſi expreſſim. ff. de appell.* & Panor. *nu. 9.* & Francum. *q. 55. in d. c. dilecto,* & Soci. *in d. conſ. 10. col. fin.*
Cõis opin. Idque omnes fatentur, nec de hoc quiſquam hactenus dubitauit. Principaliter † vero nullitas propo-
5 ſita cenſetur, cum dico, ſententiam nullam eſſe, & ſi qua eſt, appello: tunc enim nullitatem principaliter non incidenter deductam eſſe voluerunt Bart. *nu. 5.* & Imol. *col. 6. in d. l. ſi expreſſim.* Iacob. Butrig. *in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ.* Anchar. *in Clem. 1. col. 4. de appell.* Iaſ. *in l. 2. ff. de iuſt. & iure, col. 3. & in l. Titia tutores. §. 2. ff. de leg. 1.* & Franc. *in d. c. dilecto, quaeſt. 48. &*
Cõis opin. *58.* quorum opinio communis eſt, teſte Dec. *ibi col. ult. fin.* Alex. *conſ. 5. vol. 3. num. 14.* & Sebaſt. Vantio. *in d. c. quot modis nullitas proponi poſſit, num. 12.* vbi explicat alios modos, quibus nullitatis cauſa principaliter in
6 iudicium deducatur. Habetq; † hoc effectum iſtum maximi momenti, quod quando nullitas ſimul cum appellatione principaliter proponitur, & deſeritur appellatio; tunc appellatione deſerta, non eſt vlterius locus proſequendi nullitatem, quaſi ſit vna, ac eadem inſtantia nullitatis, & appellationis, ſecundum Innoc. *in d. c. ſaepe,* Bal. *in l. qui teſtamento ff. de excuſat. tuto.* Cuma. *in d. l. ſi expreſſim, col. 3.* Saly. *in d. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ.* & ita in cauſa ſua propria conſuluit Io. de Amicis, *conſil. 6. num. 29. cum alijs ſequent.* vbi *num. 25.* praeſupponit, iam eſſe commu- Cõis opin.
nem opinionem, cui accedit etiam Guido Papae *in tractat. de Appellat. quaeſt. 82.* concludens ibi, quod Appellatione deſerta, Iudex ad quem, vlterius de nullitate cognoſcere non poſſit.

§ Contrariam vero ſententiam, quod in caſu hoc non ſit praecluſa via, nullitatem probandi, & proſequendi, tenuere Bar. *in l. ſi expreſſim, num. 10.* & ibi Imol. *num. 16.* & Abb. *num. 9.* & Franc. *q. 58. in d. c. dilecto.* Alber. Brun. *conſil. 50. num. 8. vltimae impreſſionis.* Soc. *in d. conſil. 10. col. fin.* & Grammat. *conſ. ciuili. 164.* vbi profert hoc magnum, & vtile verbum, ita obtinuiſſe in ſacro Regio Concilio Neapolitano, & iſtam opinionem ſequitur quoque Natta *conſil. 217. num. 3. cum alijs ſeq.* & Couarru. *in ſua pract. c. 24. circa fin. fol. paru. 177.* vbi loquit communem ſibi apparere, & ita his diebus in facto obtinui; ideo huic vltimae ſententiae, tanquam communi, inhaereo, prout inhaeret quoque cum ſuo neceſſario apparatu magiſtraliter Cagnolus, faciens expreſſam mentionem de hac communi *in l. 2. num. 279. C. de pact. inter empt. & vendit.* & de magis communi affluentiſſime etiam Crauett. *conſ. 273. nobilis domine, col. 1. & ſeq. lib. 2.*

Adeò vt tam iudex appellationis, cum ſentẽtia ſit 7
ipſo iure nulla, † poſſit pronunciare ſententiam eſſe nullam, etiamſi ſit deſerta appellatio, vt eſt textus in Regno *in conſtitut. Appellationum tempora. in fine, lib. 2. de appellat.* & ibi Afflict. *in 7. notab. num. 1. & 38.* quam etiam iudex à quo, ſi appellans ad eum recurreret, de nullitatibus propoſitis cognoſcere poſſet, non obſtante appellationis deſertione, vt per Guid. Pap. *conſ. 10. nu. 3. & 4.*

Sed † ſi nullitates propoſitae forent inutiles, & de 8
iure non conſiderabiles, tunc ſi aditus non eſſet vllo modo iudex ad quem, iudex à quo, apparente appellatione deſerta, & parte inſtante pro huiuſmodi deſertionis declaratione, poſſet declarare appellationem deſertam, atque condemnare appellantem in expenſas, vel potius, ſi vellet, procedere ad executionem ſententiae, abſque aliqua alia pronunciatione ſuper tali deſertione appellationis, ad tollendam praeſertim, & penitus remouendam occaſionem appellandi, vt per Marant. *in tract. iudiciorum in 6. parte, tit. de appellatione in 2. actu, num. 100. & ſeq.* & ita ſemper obſeruauimus ſuperioribus temporibus in ſacra regia Audientia Barenſi, & in regia Audientia Apuliae in omnibus cauſis, in illis, tunc occurſis.

Si † vero appellatio ipſa ſit introducta coram iu- 9
dice ad quem, & nullitates ſimiliter non militarent, ſed eſſent fruſtratoriae, tunc parte inſtante pro executione, ſtante appellationis deſertione, praetermiſſa declaratione deſertionis, poteſt reſcribere iudici à quo pro executione ſuae ſententiae; ſecundum And. de Iſer. Afflict. & alios omnes, *in allegat. conſtit. Appellationum tempora,* & Marant. *in loco praememorato,* vbi adiungit etiam, iſtam eſſe communem practicam in Regno, quam ſemper obſeruatam vidimus in ipſis regiis Audientiis, & in alijs ſupremis Regni tribunalibus.

Imo, † licet iudex appellationis cognoſcat cau-
ſam nullitatis, ſi de ea in appellatione fiat mentio, vt 10
per Inno. *in c. dilecto filio. Extra de appell.* & per alios Canoniſtas omnes, *in c. cordi, de Appell. in 6.* & Lallum de Tuſcia, *in d. conſtit. Appellationum tempora, in fine*: tamen ſi ſententia nulla per ipſum iudicem appellationis, & nullitatis inueniretur iuſta, poſſet eam, quoad cauſae merita, & iuſtitiam confirmare: & ſic reperta ſententia iuſta, poſſet illam confirmare, non obſtante quacunque nullitate, etiam ſcaturiente ex defectu iu-

riſdictionis, vt ex communi omnium Doctorum opinione planum facit Vantius *in tractat. de nullitatib. prope finem ſub tract. in vltimo tit. quib. mod. ſententia nulla defendatur, num.* 132. & Hierony. Laurent. *deciſ.* 68. *Abſeta, num.* 4. vbi aſſignat et rationem, quod cauſa nullitatis, quæ eſt in prima ſententia, ceſſet in ſecunda, & tradit quoque varia per commoda exempla; taliter quod, reperta ipſa ſententia iuſta, & ea confirmata, ſtante deſertione appellationis, poſſet iudex ſuperior reſcribere iudici à quo, pro executione ſuæ ſententiæ.

11 Et eo magis, † cum ſententia nulla, per ſecundam ſententiam confirmata, non poſſit vlterius allegari nulla, ſecundum deciſionem Rotæ Romanæ 1. *in rubric. de ſententia, & re iudicata, in antiquis, fol.* 126. *à tergo*, quam declarat Creſcentius *deciſ.* 1. *de arbitris. fol. para.* 49. locum obtinere, ac de plano procedere, quando coram ſecundo iudice fuiſſet allegata nullitas primæ ſententiæ.

12 Et † licet ſint fere innumerabiles nullitates, quæ à Doctoribus variis in locis iuris noſtri pertractantur, tamen hoc loco quaſdam ex eis tractari non incongruum erit.

Prima igitur nullitas principalis inter omnes alias, ea dicitur, quæ ex defectu iuriſdictionis reſultat, vnde nihil mirum ſi ſententia lata per Aſſeſſorem prætoris ipſo iure nulla reddatur, vt conſuluit in terminis Beroûs *conſ.* 163. *in cauſa Caroli, nu.* 1. *& ſeq. vol.* 3. quia Aſſeſſor ipſe nullam habet iuriſdictionem, vt per Bal. *in auth. ad hoc, C. de nulli.* Bar. *in l. præcipimus, §. quod ſi duce, C. de appellat.* Specul. *in titul. de aſſeſſore, §. officium, verſicul. penult.* & ibi Ioan. And. & Bald. *in add.* Cagnol. *in l. diem functo, nu.* 12. *& ſequent. ff. de offic. Aſſeſſor.* Io. de Amicis *conſil.* 109. *nu.* 13. *& ſeq.*

13 Aſſeſſor † autem ſolum videre & conſulere debet, quid iuris ſit in cauſis, quæ fiunt coram ſuo ſuperiore; & ſic de iure non debet aſſeſſor nominari in ſententia, tanquam iudicans: quia iudex non eſt iudex in ſententiis, quæ feruntur per Poteſtatem, vel Prætorem, ſed tanquam conſulens, vel deliberans, & ita ſeruatur, *l.* 1. & ibi Bart. *ff. de offic. Aſſeſſorum.* Ita vt Aſſeſſor Prætori, vel Poteſtati aſſiſtat, eumque inſtruat ad rite procedendum, & recte iudicandum, *l.* 1. *Codic. de Aſſeſſor. & d. l.* 1. *ff. de offi. Aſſeſſorum.*

14 Et hinc eſt, † quod Aſſeſſor ex officio ſuo poſſit repellere libellos male conceptos, & dentibus lacerare, vt not. *in eadem l.* 1. & dicuntur libelli ipſi male concepti, quando notorie continent illicitum, *l.* 1. *C. vt nemo priua.*

Poteſtque aſſeſſor ipſe ſcula etiam expedire, ſine iudice, vel prætore, vt per Alex. *in rubric. ff. de offic. Aſſeſſorum.* Bal. *in authentic. ad hoc. C. de iudic.* & Barthol. & alios vnanimes omnes *in l.* 1. *ff. de offic. Aſſeſſorum*, & Beroum *conſil.* 163. *ſub numer.* 1. *volum.* 3.

15 In † cauſis autem criminalibus Aſſeſſor ſententiam proferre non poteſt abſente Gubernatore, ſeu Prætore, etiamſi ſit vicarius ab eo electus, vt per Folleriũ poſt Ang. *in pract. crim. in ver. pœnis debitis feriantur, nu.* 87. Afflict. *in conſtit. cum noua. ſub nu.* 3. licet Carauit. contrarium, ſed male ſentiat *in nu.* 64. Vnde Gubernatore, vel Prætore ipſo non interueniente in cauſa, ex eius defectu iudicium redditur inualidum, cum non poſſit dici iudicium ſine interuentu prætoris, *c. forus. de ver. ſignif.* & hinc eſt, quod nullitas ex incompetentia iudicis, dicatur reuera maior, quæ poſſit reperiri in mundo, Grammatico teſte, *conſil. crim.* 71. *ſub nu.* 47.

Itaque † cum defectus iuriſdictionis maximus ſit, iudicatum certe dici nullatenus poteſt ab Aſſeſſore, qui ius dicendi non habet, *l.* 1. *§. fin. ff. ad Tertul.* & Vantius *in tractat. de nullitatib. in tit. de nullitate ex defect. iuriſdict. nu.* 1. *& ſeq.* vbi hoc etiam vtiliter amplificat. 16

Et † licet Aſſeſſores nullam habeant iuriſdictionem, vt ſupra oſtenſum eſt, tamen cum illi in Regno dari conſueuere à Principe Iuſtitiariis, vel Capitaneis, vel Gubernatoribus, Prætoribus, vel aliis Officialibus, nihil poſſunt illi Iuſtitiarii, Capitanei, vel Gubernatores agere, ſeu à ſemetipſis exequi, tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus, abſque voto, & conſilio ſuorum Aſſeſſorum, & iudicum, prout hoc ſtatutum, ſancitumque reperitur, *in cap. regni* 45. *Item quod in cognitionibus*, vbi habetur clara determinatio legis, quod in cognitionibus omnium cauſarum, tam criminalium, quam ciuilium Iuſtitiarii ipſi, ad condemnationes, & tormenta, ſine conſilio iudicum, datorum eis per Curiam, non procedant: & ſi contrafecerint, noſtro arbitrio puniantur. 17

Extat quoque in Regno altera legis determinatio circa hoc *in alio capite* 43. *Item caueant Iuſtitiarii*, vbi ita diſponitur, caueant Iuſtitiarii, ne aliquos paratos dare fideiuſſores, ſine conſilio iudicum capiant de perſonis, niſi de mandato noſtro, & in aliis caſibus, regni conſtitutionibus comprehenſis, & ſi contrafecerint, amittant medietatem gagiorum ſuorum vnius anni, & nihilominus maiori, vel minori pœna, ad noſtrum arbitrium, teneantur.

Et ſi iudices in caſibus prohibitis, conſilium contra Iuſtitiarium dederint, ſimili pœna ſimiliter teneantur, in quo caſu, videlicet, vbi de conſilio Iudicum, ad capiendum proceſſerint Iuſtitiarii, eximantur pœna iudicis; Et niſi iuſtitiariis excedentibus prædictum modum, pertinaciter reſtiterint, teneantur pœna prædicta; Et ſi eis reſiſtentibus Iuſtitiarii nihilominus contra faciant, ipſi Iudices, ſub eadem pœna, teneantur nobis celeriter nunciare.

Et licet hæc omnia ſtabilita reperiantur his duabus legibus in regno, tamen hoc idem determinatum etiam eſt de iure communi, vt per Barthol. de Capua, & per Ioannem Antonium de Nigris, *illis in locis*, videlicet iuſte capi non poſſe aliquem de perſona, ſine conſilio iudicum, paratum dare fideiuſſores, item officialem aliquid illicite, iniuſteque facientem de conſilio iudicis, ipſum ſoldm teneri, debereque ei reſiſtere, necnon iudicem teneri pertinaciter reſiſtere officiali iniuſtum facienti, & non reſiſtendo, teneri eadem pœna, qua teneretur, ſi faceret.

Similiterque iudicem teneri renunciare Principi enormia commiſſa per Iuſtitiarium, alias incidere in pœnam medietatis gagiorum ſuorum.

Imo authoritas Aſſeſſorum Regiorum in Regno eſt re ipſa abundatiſſima, ac potentiſſima, cum confeſſio reorum tormentis ſuppoſitorum debeat fieri coram eis, & magiſtris Actorum duntaxat, vt habetur *in cap. Regni* 145. *habebitur quæſtio in publico*,

blico coram Aſſeſſoribus, vbi ita demum virtualiter diſponitur, habebitur quæſtio in publico coram Aſſeſſoribus, Actorum Notario, & aduocatis, niſi nota, & rationabilis cauſa ſubeſſet, & tortura deberet fieri in occulto, & maxime in criminibus læſæ maieſtatis, vbi iudicem, Aſſeſſorem, & Actorũ Notarium volumus eſſe præſentes, confeſſio vero tormentis expreſſa coram aſſeſſore, & actorum notario tantum fiet, niſi cauſa rationabilis officialem mouerit, vt videat alior ſimul cum ſuo iudice, & actorum notario intereſſe debere, iudiciorum, argumentorum, & ſuſpitionum, propter quæ ad tormenta proceditur, copia detur ei, qui quæſtionibus exponetur, ſuper quibus habeat copiam reclamandi, alioquin nullus ſit, ſequente tortura, proceſſus, habitus contra ipſum, nullum ei præiudicium afferat confeſſio forſitan ex tormentis talibus ſubſecuta.

18 Secunda † vero nullitas, ſimiliter maxima, ea dicitur, reſultans, ſcaturienſque ex incertitudine: nam ſententia prolata propter incertitudinem, non valet, & nulla eſt, vt per Specul. *in tit. de ſent.* §. *qualiter & qu. av.* do, Alex. *conſ.* 187 *vol.* 1. Fabium de Monte Leone, cum aliis aggregatis per eum, *in ſua pract. ſuper quatuor ſeruis arbitralibus, in* 1 *part. poſt principium, in* 2 *quaſt. actus qui tanquam incerti vitiantur, n.* 7. & Marantam *in tract. iudiciorum, in* 4. *part.* 16 *diſtinct. in diuerſorum, nu.* 3 *& ſeq. fol.* 72 *& ſequen.* vbi reddit rationem efficaciſſimam. Vnde ſententia, non continens certum per ſe, vel per relationem ad aliud, eſt ipſo iure nulla *l.* 3. *C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* & faciunt notata per Fely. *in c. illa, Extr. de accuſatio. & in c. cum venerabilis. de except.* & per Pariſ. *conſil.* 49 *in fin. vol.* 3. *& conſ.* 133. *vol.* 4.

19 Tertia † nullitas adduci etiam poſſet, ſi confeſſo ſponte, ſeu in tormentis delictum, non foret datus terminus ad apponendum, & ſe defendendum aduerſus confeſſionem ſuam, nam ſponte confeſſo, ſeu in tortura, & ratificanti confeſſionem, conceditur, concedique debet breuis terminus, ſaltem duorum dierum, per iudicem, etiamſi is non petatur, ad faciendum ſuas defenſiones, intra quem ſi vellet confeſſionem ſuam, tanquam erroneam, reuocare, & de errore dicere, id facere poſſet, ſecundum doctrinam Salycet. *in l.* 1. *C. de cuſtodia reorum*, quam ait obſeruate quotidie in practica magnam Curiam vicariæ, & cætera regni tribunalia, Grammatico teſte, *conſ. crim.* 69. *ſub nu.* 1. *& ſeq.* & vidimus quoque nos eam ſimiliter obſeruari per 40. annos continuos in variis tribunalibus ipſius regni maioribus, & minoribus, cui aſſentitur quoque Maranta *in tract. iudiciorum, in* 6. *par. in* 10. *& vltimo membro primæ partis, in* 14. *actu, ſub num.* 14. Follerius *in pract. crim. in* 3. *part. tertiæ partis, in verb. Si confitebuntur, num.* 87. *&* 98. Paris de Puteo, *in tract. de Syndicatu, in ver. ſequitur quæſtio quotidiana, quidam inquiſitus de crimine fuit confeſſus crimen ſine tortura, num.* 12 *fol. parvo.* 343. Affl. *&c. in conſtitutio. ſuper inquiſitionibus, num.* 17 & hæc doctrina eſt adeo vera, vt nullum habeat contradictorem, quem viderim, ita vt ex defectu huiuſmodi termini præfixionis, ſententia, quæ ſequeretur contra reum tortum, atque confeſſum, redderetur ipſo iure nulla, prout varias ſententias vidimus ex hoc defectu annullatas ſuperioribus annis in ſacra regia audientia Barenſi, & in regia audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Moliſii, ſicuti ſententia prolata in Curia Aquilana, per D. iudicem Ioannem de Thofrido, de menſe Nouembris 1597. contra Franciſcum Antonium Thinaſium ad triremes per quinquennium fuit ſimiliter annullata ſub die 5. Iunii 1599. illeque pariter abſolutus, religioſe more ſuo, per D. Eliſeum Geruaſium, iudicem eiuſdem Curiæ Aquilanæ meritiſſimum, expertiſſimum, atque integerrimum, me tunc in cauſa hac pauperrimi, ac innocentiſſimi patrocinante. Et ratio eſt euidens; nam ratificatio ipſa, etiamſi aſſeratur in actis per Iudicem, & Notarium, facta ſponte per reum, & extra locum torturæ, & ſoluto reo à vinculis, & cathenis, tamen præſumitur facta formidine tormentorum, vt per Franciſcum Brunum *in tract. de indiciis, & tortura, quæſt.* 6. *ſecundæ partis, num.* 16. *cum aliis omnibus ſequent.* & Ioan. Ant. de Nigris, *in cap. regni,* 146 *ſi iuſte quis appellauerit, num.* 28. vbi reatus ante finem vocat iſtam præſumptionem iuris. vbi ita virtualiter, formaliterque diſponitur: adhoc ſi per proceſſum, habitum contra tormentis expoſitum liqueat, tormenta fuiſſe adhibita contra prædictam formam, & modum iuridicum: quamuis idem proceſſus per eundem factus, qui tormenta inflixit, contineat, totum ipſum, poſtmodum die, ſeu vice alia, ſponte confeſſum fuiſſe de crimine, & abſque formidine tormentorum, præſumimus, & volumus, vt ſit iuris præſumptio, quod illud tormentorum formidine ſit confeſſus, quantumcumque in proceſſu contineatur, quod ſponte: niſi de tali ſpontaneitate, ſeu voluntate ſpontanea conſtet iudici appellationum, & ei, ad quem ea res pertinet, aliter quam per acta, & proceſſum prædictum.

OPINIO DLII.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio noui operis, an fieri poſſit aduerſus abſentes, inuitos, & ignorantes, eoſque ligat.*

NVNTIATIO † noui operis fieri poteſt aduerſus abſentes, etiam inuitos, & ignorantes, textus eſt in *l.* 1. §. *nunciatio. in fi. ff. de nou. oper. nunti.* Et ipſa nunciatio facta contra abſentes, ſeu ignorantes, valet, & ligat eos, quo ad effectum patientiæ præſtandæ per eos, in demolitione facienda; nihilominus ratione ignorantiæ, & abſentiæ, eis in hoc ſubuenitur, vt demoliri facere expenſis ſuis propriis non teneantur, ſed expenſis ipſius nunciantis, ſi vellet opus demoliri, vt ſentiunt Glo. Bart. Ang. Paul. Caſtren. Raph. Imol. Roma. Alex. & reliqui omnes, &, vt ita dixerim, totus mundus, *in d.* §. *nunciatio.* Cōis opin.

OPINIO DLIII.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio facta in loco, vbi nemo penitus reperitur, valet: ſed dominus non teneatur ad aliquid, niſi poſt eius ſcientiam.*

NVNCIATIO, † ſi fieret in loco, vbi nemo penitus reperiatur, valet & tenet abſque dubio: ſed dominus non teneretur ad aliquid, niſi poſt eius ſcientiam, ſecundum Gloſſ. communiter ab omnibus approbatam, *in verb. factum, in l. de pupillo,* §. *nunciationem. ff. de nou. oper. nunc.* cum qua concurrunt ibi Paul. Caſtren. & Roman. *in lectura, & etiam in add. ſuis nouis.* Paul. Caſtren. *in l.* 1. §. *nunciatio, eodem tit.* Et quamuis Alex. *in d.* §. *nunciationem.* ſatis dubitet de veritate memoratæ Gloſſ. aſſerens paſſum eſſe dubium; nihilominus communis opinio eſt cum ipſa Gloſſ. à qua in actu practico ſecundum eum, tutum non foret recedere: & ſic effectualiter cum ea reſidet. Cōis opin. Cōis opin.

OPINIO DLIV.

SVMMARIA.

1 *Nunciatio noui operis iniuſta, facta authore prætore, an & quatenus noceat, & liget ædificantes, & nu. 2.*

3 *Nunciatione noui operis facta ſimplici verbo, an nuncians amittat facultatem demoliendi opus propria authoritate ſibi à iure conceſſa.*

4 *Nunciatio noui operis an tollatur per ſatiſdationem præſtitam de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, vt nunciatus poſſit perſeuerare in opere.*

5 *In nunciatione noui operis cauſa eſt exprimenda, alias poſſet ſperni.*

6 *Nunciato offerente iudicium, hodie conſtat, hodie agatur, & veniente ad iudicium, ſi nuncians ſpernat venire ad iudicium, nunciatio habetur pro remiſſa.*

7 *Nunciatio noui operis euidenter iniqua, ſperni poteſt.*

8 *Nunciatio noui operis fieri poteſt à non poſſidente.*

1 NVNCIATIO † noui operis facta authore prætore, vt non ædificet Titius, etiam ſi eſſet iniuſte facta, nocet, & ligat ædificantes, vt teneantur deſiſtere ab opere iuſte cœpto, etiam in ſuo: & ſi obtemperat nunciationi, debeat poſtea ædificatum demoliri, & deſtrui ſumptibus ædificantis, ſecundum Iaſ. *in l. 1. num. 1.* vbi etiam Bart. Paul. Caſtren. & alii Doctor. communiter *ff. de nou. oper. nunc.* & eſt text. *in l. prætor ait, in princ. eod. titu. & in c. 1. & 2. ext. de nou. oper. nunc.* vbi text. Glo. Abb. Sycul. Herman. Detus 2 *in d. l. 1. nu. 14.* Quæ † communis ampliatur quoque procedere, ſi nunciatio, ac prohibitio prætoris eſſet alternatiue facta, vt, non ædifices, vel venias reſponſurus, ſecundum Bart. *in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. oper. nunc.* cum quo ſentiunt omnes ibi communiter, vt atteſtatur expreſſe Ripa *ibidem, num. 19.* & Ioan. de Amicis *conſil. 35. num. 1. & ſequen.* vbi ita conſuluit.

Com. opin.

3 Sed † communis præmiſſa ita ampliata fallit, quotieſcunque eſſet nunciatum nouum opus ſimplici verbo: quia tunc nuncians nouum opus amittit facultatem demoliendi opus propria authoritate ſibi à iure conceſſa, vt concludunt Bart. & alii *in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunc.* quod ibi Bar. intelligit cum grano ſalis, non habere locum, quando in continenti nuncians recuperauit poſſeſſionem propria authoritate, quam amiſerat per nunciationem verbalem: ſecus vero foret, ſi diuerteret ad extraneos actus, & cum limitatione hac tranſeunt omnes Doctores communiter ibi, teſte Ripa *in memorata §. meminiſſe, nu. 36. & ſeq.*

Com. opin.

4 Fallit † etiam ſecundo loco, quando ille, cui fuit nunciatum nouum opus, ne faciat etiam in ſuo, ſeu ſolo à ſe poſſeſſo, offert ſe paratum ſatiſdare de opere demoliendo in caſu ſuccumbentiæ: tunc certe per ipſam ſatiſdationem præſtitam tollitur nunciatio; & ille, cui nunciatum eſt, poterit perſeuerare in opere; text. eſt *in l. prætor. §. deinde, & §. ſequitur, & in l. de pupillo. §. ſi cui,* vbi text. Bar. & Doct. *ff. de nou. oper. nunc.* 5 tamen ille, qui nunciat, poterit replicare. Sed † hodie inoleuit practica, quod ſuperſedeatur per tres menſes, non obſtante ipſa fideiuſſione oblata, vel data, verum non acceptata per nunciantem, etiamſi nuncians interim nullum ius ſic prohibendi doceat, donec de iuribus partium cognoſcatur, ſeu infra quos nuncians poſſit iura ſua probare; quibus elapſis, præſtita fideiuſſione poteſt in opere perſeuerare, ſi nuncians nihil probauerit, vt per Bar. & Doct. *in d. l. prætor. §. ſi quis paratus,* Glo. Saly. & Subten. communiter *in l. 1. C. de nou. oper. nunc. per illum text. & in §. penult. & fin. de nou. oper. nunc.* vbi text. Abb. & omnes & iſtam opinionem demonſtrat eſſe communem Iaſ. *in d. l. 1. num. 19. ff. de nou. oper. nunc.* Ferrarien. *in ſua pract.* Papien. *in forma libell. in act. nou. oper. §. ante aliquam remiſſionem, num. 3.* Roinus *in repet. d. l. 1. num. 124.* & German. Detus Florent. *ibidem, num. 23. & ſequent.*

Com. opin.

¶ Contrarium vero doctiſſime conſuluit Grammat. *conſ. ciuili 73. ſuper dubio pridie tranſmiſſa, per totum,* videlicet, quod mandatum ſuper nunciatione noui operis, reo comparente, reſoluatur, & reſolui debeat in vim ſimplicis citationis, demonſtrauitque ibidem, cum opinione hac omnes Doct. communiter tranſire, & obſeruari in Curia Romana, & ita ego ſæpiſſime iudicaui, & vidimus iudicari in factis contingentia à diuerſis, & variis iudicibus, me patrocinante, per iam dicta, & alia complura, quæ breuitati ſtudendo, omitto. Licet Ioan. de Amicis, & male *in d. conſ. 35. nu. 11. & ſeq.* contrarium aſſeueret.

Com. opin.

6 Tertio † claudicat quoque antedicta communis, quod in nunciatione noui operis neceſſario ſit cauſa exprimenda, ſi petatur à parte, alias nunciatio, tanquam illegitima, poſſet ſperni, & procedi in opere, ſiue ædificio, vt firmat Specul. *in tit. de procur. §. fin. verſ. ſed nunquid ſufficit,* Practicus Papienſis *in 2. libello de ſuſpe. iud. vltimo verſ. in fin.* & Bar. *in 2. quæſt.* Iaſ. *num. 9.* & Soc. Iun. *nu. 150. in d. l. 1. ff. de oper. nou. nunc.* vbi aſſerit omnes fere vnanimiter ita tenere, referens ſolum Comenſem in contrariam ſententiam inclinare, & ita ſecundum communem hanc opinionem ſæpe obtinui in praxi, & vidi iudicari in quampluri- mis cauſis.

Com. opin.

7 Quarto † claudicat ſimiliter eadem communis opinio in principio poſita, ſi nunciatus efferret iudicium per *hodie conſtat, hodie agatur,* & verſa vice nuncians recuſaret, ſperneretque venire ad iudicium, tunc quippe remitteretur nunciatio, & poſſet nunciatus ædificare, ac ſi ſatiſdationem obtuliſſet: vt concludunt Bar. *in l. prætor ait. §. ſi quis paratus.* & Paul. Caſtren. & Iaſ. *ſub n. 4. & ſeq. in Glo. in ver. ſatiſdare, in §. ſunt autem, in d. l. prætor ait. ff. de oper. nou. nunc.*

Quinto coarctatur communis præmemorata, quod vbicunque nunciatio foret euidenter iniqua, vt tunc abſque dubio aliquo ſperni poſſet, id eſt, quando conſtaret, appareretque de non iure nunciantis, ſecundum Specul. *in tit. de oper. nou. nunc. §. ſed nunquid. in fin.* & Abb. Sicul. *in c. 1. de nou. oper. nunc.* & Bart. *in prin.* & omnes alios communiter *per textum ibi, in d. l. 1. ff. de oper. nou. nunc.* & in §. *nunciatio eiuſdem legis, & in l. de pupillo. §. ſi quis riuos, eod. tit.*

Com. opin.

8 Poteſt † quoque nunciatio noui operis fieri à non poſſidente, vt concedunt Gloſſ. Bar. Alex. & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer *in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. oper. nunc.* & Roman. Ioan. Imol. Alex. & alii *in d. l. 1. §. 1. eod. tit.*

OPINIO DLV.

SVMMARIA.

1 *Nuncio publico plene creditur in ſpectantibus ad eius officium, ſecus extra officium.*

2 *Nuncio publico referenti, ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicati, plene creditur.*

3 *Iudex ſi mandet aliquem mitti in poſſeſſionem, vel capi per nuncium, mandatum non expirat morte mandantis: & conſequenter nuncius tenetur mandatum exequi, non obſtante morte iudicis, & num. 4.*

3 Iurabit

iurati ſe nunquam fuiſſe citatum à nuncio an ei potius quam nuncio credatur.

6 *Nuncio publico, & iurato an credatur in denunciando crimina.*

7 *Nuncii de conſuetudine admittuntur viles, & viliſſimi licet de iure nuncius debeat eſſe idoneus, & fidelis.*

8 *Nuncio referenti ſe citaſſe non creditur, niſi conſtet de commiſſione facta ad citand.*

1 NVNCIO † publico duntaxat creditur in ſpectantibus ad eius officium, puta ſi referat ſe perſonaliter citaſſe Titium. cum autẽ deponit in his, quę ſunt extra eius officium non probat; ſecundum Io. Andr. *in tit. de cit.* §. 1. *in princ.* quem ſequitur Abbas *in c. cum parati de appell.* Dec. *in c. poſt ceſſionem de prob.* Doctores omnes *in* §. *quadrupli*. *Inſt. de act. & in l.* 1. §. *cura carnis. ff. de offi. præfect. vrb.* Ruin. *conſ.* 66. *col.* 1. *vol.* 5. Tiraq. qui latiſſimè multa congerit, *in tract. de retract. in tit. Du retric. linager.* §. 8. *Gloſ.* 11. & iſtam eſſe communem opinionem Alciat. *in tract. de præſumpt. in* 3. *reg. præſumpt.* 4. *num.* 10. & Iaſ. *in l. properandum.* §. *& ſi quidem num.* 8. *C. de iud.* Com. opin.

2 Quæ † procedit ex quadam conſuetudine ſecundum Guid. Papæ *deciſ.* 628 *num* 1. Hocque ampliatur in tantum procedere, vt nuncio credatur etiam, & fides adhibeatur, referenti ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicari, vt voluerunt Bar. & Doct. *in l. à Diuo Pio.* §. *in venditione ff. de re iudic.* Guid. Papæ *in d. deciſ.* 628. Alciat. *in memorata præſumpt.* 14. *num.* 3. cum aliis quam plurimis concor. traditis per Iaſon *in leg. in illa* §. *penult. ff. de verbor. obligatio.*

3 Ampliatur † etiam habere locum in geſtis per ipſum nuncium poſt mortem mandantis. Vnde ſi iudex ſi mandauerit aliquem mitti in poſſeſſionem per nuncium, tunc profecto morte mandantis mandatum hoc non expirat: & ſic nuncius tenetur, & debet mandatum exequi non obſtante morte iudicis mandantis, vt firmauere Bar *in* §. *fundi venditor in fin.* & ibi Alex. *col.* 11. *ff. de acquirend. poſ.* Abb. & alii omnes *in c. relatum, de offic. deleg.* Bal. *in leg. ſi de interpretatione ff. de leg.* Bal. *col.* 3 & Iaſ. *in l. more, col.* 12. *ff. de iuriſ. omn. iud.* vbi iſtam communem opinionem. Ita etiam verſa vice, nuncius habens commiſſionem citandi, ſi moreretur re integra poſſet dubio procul eius ſucceſſor exequi, & citare ſine noua cõmiſſione ſecundum Ang *in authen. vt nulli iudicum iud.* §. *ad hoc col.* 8. & Franc. Aret. *in d. l. fundi. col.* 13. Com. opin.

4 Quæ † quidẽ communis ita interpretatur & ampliatur quoque habere locum ſimiliter in licentia de capiendo data nuncio à iudice, vt exequi poſſet poſt mortem ipſius iudicis mandantis, vt concludunt Ang. *in d. l. fundi*, & Purpuratus *in d. l. more, num.* 136. vbi limitat mentionatam opinionem Bar. communem in tribus caſibus.

5 Sed iſta cõmunis † ita declarata limitatur primo limitatur primo ſi citatus per nuncium eſſet perſona circumſpecta, & fide digna, & iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe à nuncio, tunc enim ex tali coniectura ei potius, quam nuncio credaretur; ſecundum Abb. & Moder. *in d. c. cum parati* Iaſ. *in d.* §. *ſi quidem, in* 6. *not.* Guid. Papæ *in d. deciſ.* 618 *num.* 1 *poſt medium.* & Maran *in loco ſupra citato*, & per Afflict. *in conſtit. edictorum in fin.*

6 Limitatur † ſecundo etiam ante dictam communem non obtinere in denunciando crimine: quia tunc non creditur nuncio, etiam publico, & iurato, vt voluit Speculat *in tit. de citatione.* §. *ſequitur videre* & hoc procedit, & intelligitur verum eſſe, quo ad condemnandum, non autem quo ad inquirendum quia quo ad relationem nuncii, poteſt inquiſitio formari, ſecundum Bar. *in d. l.* 1. §. *cura carnis.*

Limitatur † tertio, quod ipſe nuncius debeat eſſe idoneus, & fidelis §. *hac autem, in auth. de iud.* Nam nuncius, ſecundum legem, debet eſſe perſona diues & approbata. ita Felyn. *in cap. prudentiam poſt prin. de offic. deleg.* Vnde ſi admitteretur nuncius vilis: tunc reputaretur res male geſta, & ei non adhiberetur fides aliqua; ſecundum Barbatium *in c. quoniam contra nu.* 31. *de probat.* Tamen de facto obſeruatur contrarium videlicet quod admittantur, aſſumunturque nuncii, nõ ſolum viles, ſed etiam viliſſimi, & infamoſiſſimi, teſte Bal. *in l. fin. col. pen. quæſt.* 8. *C. de edict. Diui Adr. tollen.* Et de hoc vtique mirandum non eſt: quoniam nuncii officium viliſſimis perſonis congruit, ſecundum Bald. *in l. ſi vt proponis. C. de execut. rei iud. per l. final. ff. de iudiciis*, Fede Senenſ. *conſ.* 129. *colum fin.* & Afflict. *in conſtit. ſequentes colum.* 4. adeo vt infamis etiam poſſit eſſe, nuncius Ioan. Andr. Bald. Felyn. & alii omnes *in d. c. prudentiam*, & Tiraquel. cum aliis aggregatis per eum *in tract. de vtroque retract. de retractu conſanguineorum.* §. 8. *duos teſtes, num.* 3. 7

Quarto † & vltimo limitatur, quod nuncio, referenti ſe citaſſe, nulla adhibeatur fides, nec ei credatur niſi appareat de commiſſione ei data ad citandum: ſecundum communem ſcholam omnium Doct. cum pro ipſa commiſſione nullatenus præſumatur vt ſentiunt Bar. & Ioan. de Plat. *in l.* 2. *C. de decur. lib.* 10. Ant. de But. & alii omnes *in c.* 1. *de iud.* Doct. *in l. ſecundum ff. de verb. oblig.* Bald. *conſ.* 63. *volum.* 5. Aret. *conſ.* 33. *volum* 4. Marſil. *ſingul.* 235. Bar. *in extrauag. ad reprimendum in verb. per nuncium*, Dec. *in c. quoniam contra num.* 22. *de probat.* 8 Com. opin.

OPINIO DLVI.

SVMMARIA.

1 *Nuncio publico plenè creditur, eiuſque relationi ſtatur quo ad citationem. Et an credatur referenti citatum dixiſſe, ſe nolle venire ita vt ob talem relationem citatus efficiatur contumax. num.* 3.

4 *Nuncii relatione in Regno Neapolitano quando credatur.*

5 *An contrarium relatione nuncii, in iis, quæ ad eius officium ſpectant à parte probari poſſit, ſi videlicet non fuiſſe à nuncio citatum.*

6 *Nuncio contra dicenti primæ relationi à ſe factæ, an tali contradictioni, vel primæ relationi credatur. Et ad quid tunc tenetur nuncius.*

1 NVNCIO publico bene creditur, † eiuſque relationi ſtatur, quo ad citationem *c. cum parati* vbi Gloſ. & omnes generaliter, *de appellat.* Ioan. Andreas *in add. Specul. in titul. de citatione* §. *ſequitur verſ. ſed numquid creditur ſoli nuncio*, Bar. *in tract. de citatione, in* 9. *quæſt.* & Gratus *conſil.* 85. *inuocato diuino ſuffragio, in præſenti cauſa, ad quam nunc accerſitus ſum num.* 3. *vol.* 2. Bald. *in l. vt perfectum, colum fin. C. de anna. excep.* vbi aſſerit ita obſeruare generalem conſuetudinem, & Tiraquel. *in tract. de vtroque retractu, de retractu conſanguineorum.* § 8. *duo teſtes Gloſ.* 9. *num.* 6. 2

Sed † hoc non procederet, ſi nuncius aſſereret, citatum dixiſſe, Nolo venire ad iudicium, nec ad iudicem accedere: tunc enim iſte citatus, ob huiuſmodi verba prolata & ob relationem per nuncium factam cenſeretur verus & manifeſtus contumax *capitul. venerabilibus.* §. *ſin. de ſentent. excommunicatione in ſext.* & notant. Cardinal. & alii *in clement. vnica, de dolo, & contumac. quæſt.* 8. & Abb. 3

dicitur in §.pænul. in authen. de teſtib. & per Alex. conſil.
Com. op. 83.col.5. bi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & conſil. 141 ponderatis,col. 4. vol. 2. & Iaſ. in l.ſanam, nu. 3. C. qui teſt. facere poſſ. Ioan. Bapt. Plotus conſ. 168 Ieſus Rex æternæ gloriæ, n. 7 poſito inter conſilia vltimarum voluntatũ, vol. 1. & Vaſquius cum aliis ſignatis per eum, in tract. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 1. nu. 54. & ſeq. niſi qualitas, & conditio perſonæ aliud ſuaderet: vt per Abb. in c. dilecto 2. de teſt. cog. & quia etiam hoc ſola legis præſumptione, non autem per teſtimonium notarii probatur. Quo-
2 niam † ſecundũ Scribentes in l. ſanum mente. C. de tráſact. Mentis ſanitas eſt quid inuiſibile, & proprie non percipitur viſu, vel auditu, ſed potius rationis iudicio.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod notarius, ſcribens, aſſerensq; in inſtrumento teſtamenti, teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, probet ſanam mentem, inclinauit Imo. in l. in 20. ff. de teſtib. & Corneus cõſulendo conſ. 53. nu. 7. vol. 3.

3 Sed † retenta, ac amplexa dicta ſententia Bal. tanquam veriſſima, ampliatur vtiliter iſthæc concluſio, quod mẽtis ſanitas, vel quod aliquis fuerit ſanæ mẽtis, nec à teſte probari poſſit, vt per Bal. in d. l. 2. dum nõ cadit directe hoc in ſenſum teſtis, ſecundum Docto. communiter in d. l. ſanum mente: quam vt communem
Com. op. ſequitur, & citat Boerius deciſ. 33. nu. 73. & ſeq.

4 Bene † verum eſt, quod ſi in præſenti caſu quis opponeret aliquem fuiſſe furioſum, vel inſanum, vel ebrium, vel mente captum tempore conditi teſtamẽti, ſeu codicilli, teneretur hoc probare, alias ſuccumberet, vt conſuluit Io. Bapt. Plot. in d. conſ. 168. n. 7. cum aliis ſeq. & Alex. in d. conſ. 141. ſub nu. 6.

5 Fallit † dicta concluſio ita declarata, quando notarius in teſtamento nullum verbum faceret de homine ſanæ mentis: Si teſtator enim relicta omnia recte diſpoſuerit, valebit teſtamẽtum, vt conditum ab homine ſanæ mentis: Nam qualia quiſque facit, operatur, gerit, & loquitur, talis eſſe præſumitur, argumẽto l. pen. ff. de co[...] inſtit. & in l. Titia ff. de inoffic. teſta.

6 Ideo † ſi [...]mentum ſit recte, rationabiliter, prudenterque factum, teſtator prudens & ſanæ mentis, feciſſe creditur, Valerio Maximo teſte, qui ait, teſtamentum cuiuſdam furioſi fuiſſe olim à Senatoribus approbatum, quia in eo recte diſpoſita legebantur, quod refert etiam Bal. in c. 1. per quos fiat inueſt. in vſib. feu. & Alex. in l. furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ. & hodie profecto iudicaretur validum tale teſtamentum, vt per Io. And. & Abba. in c. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſt. Caſtrẽ. Corn. Iaſ. & alios in d. l. furioſum, Phi. Franc. in rub. col. 5. de i. ſi in 6. Dec. in l. in negotiis ff. de reg. iu. cum aliis relatis per Corſet. in ſing. in ver. Teſtamentum, & Marſil. ſing.
Com. op. 180 furioſus poſt prin. vbi expreſſe hanc eſſe communẽ opinionem ait, & rationabilem, & eã ſibi plurimum placere. & iſtam ſententiam ſequitur etiam Io. de Neuiza. in Sylua nuptiali, cum aliis concernatis per eum, lib. 4. ſub nu. 31. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 1. Vmbriæ. num. 9. cum aliis ſeq. in 1 part. vbi ait etiam iſtam opinionem magis veram magiſque communem eſſe. & Barb. in c. qui ingredientibus, col. 7. de teſt. Vbi tenet, teſtamentum furioſi valere, factum ad pias cauſas, dummodo non probetur, quod tempore teſtamenti fureret. Quod procedit in furioſo, qui habet dilucida interualla; alias teſtamentum furioſi, vt ab homine non ſanæ mentis
7 non valet, etiam ad pias cauſas, argu. c. ſicut, vbi Abb. cum aliis allegatis per Iaſ. conſ. 141. viſa longa, col. 6. vol. 2. Et quod furioſus teſtari nequeat, etiam ad pias cauſas, voluit Bar. quoq; in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. n. 16. & iſta
Com. op. eſt communis opinio, teſte Grato. conſ. 30. nu. 33. vol. 2.
8 Sed † aduerte quod regulariter furioſus habens dilucida interualla, quicquid agit teſtando, codicillando, vel quocunq; alio modo contrahendo, præſumitur tempore furoris feciſſe: quia probato ſemel furore: ſemper durare præſumitur, ſecundum Glo. in c. in-
Com. op. dicans. 3. q. 9. communiter approbatam ab omnibus, vt patet ex congeſtis per Cardi. in Clem. 1. qu. 1. de homicid. & per Alex. & Iaſ. nu. 3. in l. furioſum. C. qui teſt. facere poſſ. per Alex. in d. conſ. 141. nu. 4. & 7. & per Mod. ubi in addit. in littera E. & per Io. Bapt. Ferret. conſ. 107. num. 1. vol. 1. & hoc, niſi ex qualitate actus, diſpoſitioniſue arguereretur mentis ſanitas, vt ſi quis feciſſet actum, conuenientem homini ſanæ mentis, vt per Iaſ. vbi ſupra, & Ferrettum in d. conſ. 107. nu. 1.

Et † præmiſſis accedit vtiliter, quod teſtib. de ſana 9
teſtatoris mente deponentibus, maior fides adhibetur, quam ceteris teſtibus contrarium aſſeuerantib. quia reſpondent, ac deponunt, ſecũdum ioris diſpoſitionem: vt eleganter per Inno. in c. audita, de præſump. cum quo ſentiunt omnes communiter ibi, & in c. cũ
Com. op. Eccleſia Vulterana. de electio. atteſtando audacter de iſta communi, & Iaſ. conſ. 2. nu. 8. & conſ. 178 num. 1. vol. 2. & Vrſillus in addi. Affl. d. in deci. 365. ſub nu. 3 vbi fatetur ita ſe obtinuiſſe in Sacro Regio Cõcilio Neap. & ſequitur etiam Ferrettus in d. conſ. 107. nu. 8. & ſeq.

OPINIO DXLV.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, cui eſt commiſſa examinatio teſtium, vel receptio iuratum, non poteſt ipſemet rogari ad talem commiſſionem ſcribendam nec ei creditur ſuper hoc deponenti, ſed talis commiſſio debet per alium notarium ſcribi.*

NOTARIVS, † cui eſt facta commiſſio examinationis teſtium, vel receptionis iuratum, non poteſt 1
ipſemet eſſe rogatus de tali cõmiſſione ſibi facta per iudices, nec ei creditur ſuper hoc deponenti: & ſic illa commiſſio debet per alium notarium ſcribi, & non per ipſum: ſecundum Hoſt. in c. quoniam contra. de prob. & alios cõmuniter ões ibi, Io. And. in reg. cum quid vna
Com. op. via, de reg. iur. li. 6. in mercur. in prin. Bal. in l. iuriſiurandi, col. fi. C. de teſtib. in d. l. iudices. C. de fid. inſt. & in l. fi. §. 1. de iure delib. Abb. in c. fraternitatis, in fi. de cler. non reſident. & in d. c. quoniam contra, col. 17. Ang. & Mod. in l. ſecundum, in prin. ff. de verb. obl. Ioan. Ana. conſ. 49. Alex. conſ. 212. vol. 1. & conſ. 104. vol. 3. Iaſ. conſ. 155. nu. 5. vol. 4. Fran. Aret. conſ. 133. Dec. conſ. 42 nu 4. Nattam. conſ. 143. nu. 4. & Ruinũ conſ. 105. nu. 1. vol. 4. & iſta eſt magis communis opinio contra Bar. contrarium aſſerentem, in l. ex ſententia ff. de teſta. tute. vt patet ex congeſtis per Boer. deciſ. 158. nu. 4. quam communem ipſe ibi. nu. 5. limitat & declarat.

¶ Saly vero in d. authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtr. conatur opinionem Bar. & communem ad optimam conſonantiam, & concordiam redocere, quẽ omnino videbis, Soc. Iun. in d. l. ſecundum, nu. 26 vbi cõcordantes refert pro diſtinctione, & concordantia, quod in vno tantum capitulo Notario credatur pro rogatione, ac commiſſione ſibi facta à iudice, videlicet pro examinandis teſtibus, exiſtens magiſter actorum, alias ſecus, vt ibi, Afflict. in conſtit. in pecuniariis, n. 5. in 2. par. & Vrſillus in add. Affl. in deciſ. 317.

¶ Comprobatur vltra allegata per præclaratos Doct. prędicta communis hac ratione: Nam teſtis deponẽs de mandato ſibi facto, nihil probat, vt videtur eſſe tex. in l. 1. C. de mand. princ. qui vult, quod non ſtetur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunque dignitate cõſtituti, de mandato ſibi facto à principe: & iſtam cõmunem, videlicet, quod non credatur notario, vel

examinatori, aſſerenti ſibi fuiſſe commiſſam receptionem teſtium, ſequitur etiam Guid. Papæ *deciſ.* 126. Deci. *in d. quoniam contra, nu.* 198 & Curt. Iunior. *conſ.* 166. *num.* 13. in quibus locis atteſtantur de dicta communi, & ita fuit deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo teſte Afflict. *in deciſ.* 517.

OPINIO DXLVI.

SVMMARIVM.

1 *Notarius rogatus ad ſcribendum teſtamentum, an in eo poſſit inter teſtes computari. & nu. 2.*

1 NOTARIVS † rogatus ad ſcribendum teſtamentum, in eo computatur; & inſeritur in numero teſtium, & ſic eſt idoneus teſtis, vbicunq; citatus, & productus eſſet in iudicio, ad probandum per viuam vocem ipſum teſtamentum; tunc enim examinatus per iudicem probat teſtamentum, ſecundum Bart. *in rub. col.* 7. *C. de fid. inſt.* & Alex. *conſ.* 47. *vol.* 2. aſſerentes, quod ſi in teſtamento interueniſſent ſex teſtes, & notarius, qui ſi deponerent vt teſtes, notarius nempe tunc computaretur in numero teſtium; & ſic cum notario forent ſeptem teſtes.

2 Sed † vbicunque ageretur, ſeu quæreretur de probatione actus, facienda per inſtrumentum à notario ipſo ſumptum; tunc non connumeraretur inter dictos teſtes aliquo modo, ſecundum Gl. & omnes Doct. antiquos, *in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſ.* Bart. *in l. Domitius nu.* 3. *ff. de teſta.* & iſta eſt communis opinio omnium Doctorum teſte Afflic. *in deciſ.* 25. *in cauſa petitionis hereditatis, nu.* 4. Bertran. *conſ.* 325. *viſo quodam prætenſo publico inſtrumento, nu.* 2. *vol.* 8. Alex. *conſ.* 152. *col. fi. conſ.* 146. *col.* 2. *& conſ.* 153. *in fi. vol.* 2. vbi declarat iſtam communem ſententiam late, & abunde, & Franciſcus Marc. quoque *deciſ.* 144. *in* 1. *par.*

OPINIO DXLVII.

SVMMARIA.

1 *Notarius acta inter priuatos recipiens poteſt eſſe infamis excepto notario Principis: quia ipſe habet dignitatem, retinetq; primum locum inter notarios.*

2 *Notariatus officium dicitur vile.*

3 *Clerici an officium tabellionatus exercere poſſint.*

4 *Clericus victum, & veſtitum ſibi procurare debet, vel artificiolo, vel agricultura, ſine officii ſui detrimento.*

5 *Clerici, qui ad operandum validi ſunt, artificiola, & literas diſcere tenentur.*

6 *Nobilis exercens officium tabellionatus, perdit priuilegia nobilitatis ſuæ.*

7 *Clericus exercens officium tabellionatus perdit beneficium, & aduocatus perdit nobilitatem: & decuriones etiam tenentur penitus abſtinere ab ipſo tabellionatus officio.*

1 INFAMIS † poteſt eſſe notarius, excepto notario principis. Bar. *in l.* 1. *C. de mand. princ.* Ang. *conſ.* 284. & Afflict. *in conſtit. mores diſſolute viuentium ſub nu.* 15. *lib.* 3. *nu.* 53 quia notarius Principis habet dignitatem, & retinet primum locum, ſeu honorem inter notarios, vt late deducit, & probat Boer. *deciſ.* 222. *nu.* 13. Sed notarii regulariter acta inter priuatos recipientes poſſunt eſſe infames, ſecundum Gl. *in l. Vedum. ff. de arb.* Iaſ. *in rub. C. de procurato. nu.* 6. & Bar. *vbi ſupra,* quorum opinionem ſequitur, & aſſerit crebriori calculo receptam per Doct. Boer. *in d. deciſ.* 222. *nu.* 7 *&* 9. & veriorem pro dicit ſimiliter amplectendo Afflict. *in d. conſti. mores diſſolute viuentium, ſub n.* 15.

2 Et † hoc non mirum. Nam officium notariatus dicitur vile, Oldr. *conſ.* 75. & Boer. *in præallegata deciſ.* 222. *nu.* 8.

3 Et † ideo clerici officium tabellionatus exercere nequeunt, *c. ſicut. ne clerici, vel mon. & Concilio Carthag.* 3. *c.* 15. quoniam eſt vile, & ſeculare, ſecundum Abb. *ibi,* & hoc plene explicat, & declarat Ioan. Bernard. Diaz *in pract. crim. can. in c.* 53. & Paulus Apoſtolus. 2. *Timoth.* 2. ad Timotheum ſcribens, qui tam erat infirmus, & valetudinarius, vt manibus laborare nõ poſſet, eum ſic hortatur, monet, & conſolatur: Labora, inquit, ſicut bonus miles Chriſti Ieſu: & ne exiſtimaret quod per alias negociationes ſeculares poſſet ſibi victum acquirere, addidit: Nemo militans Deo implicat ſe negociis ſecularib. vt ei placeat, cui ſe probauit: Nam qui in agone contendit, non coronatur, niſi legitime certauerit. Et idem Paulus ait 1. *Theſ.* 2. Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis, nocte, & die operantes, ne quemquam veſtrũ grauaremus, prædicauimus vobis Euangelium, ſimiliterq; ipſe D. Paulus 2. *Theſ.* 3. inquit, Denunciamus aũt vobis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre, ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis: ipſi enim ſcitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione, nocte, & die operantes, ne quẽ veſtrum grauaremus: non quaſi nõ habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos: Nam, & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quod ſi quis nolit operari, non manducet. audiuimus enim quoſdam ambulantes inter vos inordinate, nihil operãtes, ſed curioſe agentes, his autem qui huiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes ſuum panem manducent: & idem Paulus *Act.* 20. dicit. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus, argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ: omnia oſtendi vobis: quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu: quoniam ipſe dixit, beatius eſt dare, quã accipere. Et Auguſtinus ſimiliter ait *lib. de ope. mona. c.* 17. *tom.* 3. Quid enim agunt, qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent, ſcire deſidero, orationib. inquit, & pſalmis, & lectioni, & verbo Dei: Sancta ſane vita, & in Chriſti ſuauitate laudabilis, ſed ſi ab his auocandi non ſumus, nec manducandum eſt, nec ipſæ eſcæ quotidie præparandæ, vt poſſint apponi, & aſſumi: Si autem ad iſta vacare ſeruos Dei, certis interuallis temporum, & ipſius infirmitatis neceſſitas cogit, cur non, & apoſtolicis præceptis obſeruandis, aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur vna obedientis oratio, quam decem millia contemptoris: cantica vero diuina cantare, etiam manibus operantes, facile poſſunt, & ipſum laborem tanquam diuino celeumate cõſolari, & poſt pauca. Quid ergo impedit ſeruum Dei, manibus operantem, in lege Domini meditari, & pſallere nomen Domini altiſſimi, ita ſane, vt ad ea diſcenda, quæ memoriter recolat, habeat ſepoſita tempora? ad hoc enim, & illa bona opera fidelium ſubſidio ſupplendorum neceſſariorum deeſſe non debent, vt horum, quibus ad erudiendum animum ita vacatur, vt illa opera corporalia, geri non poſſint, non opprimant egeſtate: Qui autem ſe dicunt vacare lectioni, nonne illic inueniũt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt iſta ergo peruerſitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, vt quod bonum eſt diutius legatur, ideo facere nolle, quod legitur. Et

Com-

Concilium Colonienſe diſponit: quod quibus non ſuppetit ea ſacerdotio, honeſto artificiolo victū quęrant, ſequuti D. Pauli exemplum, ſic tamen ne ſordidam aliquam ac eam ſacerdotio ignominioſam, exerceant. & habetur in c. 30. de vita clericorum. Et Hieronymus Ruſtico monacho, ait, den que facias aliquid operis, vt te ſemper diabolus inueniat occupatum. Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio viuere, laborabant manibus ſuis, ne quem grauarent; & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia: cur tu in vſus tuos ceſſura non præpares? vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus: ſeratur humus, areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iacta fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas:

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet; ſcatebrisq; arentia temperat arua.

Inſerantur infructuoſæ arbores, vel gēmis, vel ſurculis: vt paruo poſt tempore laboris tui poma decerpas, apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, Eccle. 11 & monaſteriorum ordiné, ac regiam diſciplinā in paruis diſce corporibus. Texantur, & lina capiendis piſcibus, ſcribantur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione ſaturetur. In deſideriis eſt omnis otioſus. Et † Concilii Car-
4 taginenſe quartum c. 52. ſtatuit quod clericus victum & veſtitum ſibi vel artificiolo, vel agricultura abſque officii ſui duntaxat detrimento præparet, & c. ſeq. Ite-
5 rum † ait omnes clerici qui ad operandū validi ſunt, & artificiola, & literas diſcant.
6 Imo, † quod peius eſt, nobilis exercēs tabellionatus officium, perdit priuilegia nobilitatis ſuæ, ſecundum Guid Papæ in queſt. 90. & ita voluit conſulendo Cranet conſ. 163. per totum, & Chaſſan. conſ 64. n 34.
7 Et † clericus pariter in ſacris ordinibus conſtitutus, exercendo officium hoc, perdit beneficium. Et ſimiliter decuriones tenentur ab officio tabellionatus penitus abſtinere. nec aduocati poſſunt officium tabellionatus exercere vllo pacto, ne ita agendo officium aduocationis ſordent, & nobilitatem amittant l. generali, & ibi Glo. C. de tabellibus. & ita firmant communiter Ang. conſ. 184 promotio ad eccleſiaſticam, vbi ait hoc non obſeruari Mediolani.

OPINIO DXLVIII.

SVMMARIA.

1 Notorium releuat ab onere probandi, & inducit plenam probationem.
2 Notorium æquiparatur ſententiæ.
3 Notorium eſt probatio probata, vel de facili probabile.
4 Notorium debet allegari, & propterea, ſi debens allegare eſſet præſens in iudicio, ſecus ſi abſens, licet citatus citatione habente vitium notorium.
5 Citatio notorie nulla non obligat citatum ad comparendū. Notorietas tamen debet proponi, nu. 10. Et ad non opponentes ita ſe videtur renunciare. nu. 11.
6 Notorium quod conſtat ex actis, iudex ſupplet, etiam nemine petente.
7 Iudex poteſt ſe informare, ac ſumere informationem, an aliquid ſit notorium, etiam parte non citata.
8 Notoria ex ſtetere non iuratur de calumnia.
9 Notorium probatur per duos teſtes.
12 Exemptus ipſo iure non tenetur comparere, ſecus in exemptione per exceptionem.
13 Citatus à iudice non ſuo, etiam eo non ſedente comparere. Item citatus inualide à iudice ordinario. nu. 14.
15 Citatus in termino debet comparere, alias moleſtatur.
16 Citatio cauſam veram continens, arctat ad comparendū.

NOTORIVM † quamuis releuet ab onere probandi, & inducat plenam probationem, ſecundum Hoſtien. in ſumma de probatio. § fin. & eſt text. in l. ea propter eam in prin. ff. de act. emp. 1

Vbi dicitur, † quod notorium æquiparetur ſententiæ, de quo vide Bal. in l. 1. C. de curator. ſurio. & † dixit idē Bal. in l. 1. C. de reuoc. his quæ in fraud. alien. ſunt, quod notorium ſit probatio probata, vel ſaltem de facili probabile. 2 3

Tamen † iſtud notorium debet allegari, & proponi, ſecundum Gloſſ. in Clemen. appellanti de appellat. in verb. iudicio notat Caro Saccus, in l. ſi vero. § qui pro rei qualitate ff qui ſatiſd. cogan idem tenet Bart. in l cum qui ita § qui ita col. 3. ff. de verb oblig & in l. cum quid. ff ſi certū pet col ſin Ant. in c. peruenit, de conſtit. col 17. & Felyn. iſtos referens in c. cum ordinem 9. 10. & 11 col de reſcript. & Barb. conſ. 57. viſis, & accurate vol. 5. & idem Bart. in l 1. col. pen. ff. de except. 4

¶ Et hoc, quod notorium debeat allegari, intelligitur, quando debens allegare eſſet præſens in iudicio: ſecus ſi abſens, licet citatus citatione habente vitium notorium, ſecundum Panor. & Præpoſi. in c. ex parte tua, ext. de appel. Quia † citatio notorie nulla non aſtringit citatum ad comparendum, ſecundum Glo. in c. placita. 15. q. 4. idem dicit Glo. in c. veniens, ext. de accuſ. in Glo ſi & Inno. in c. ex parte, il 1. de verb ſignif. quod citatus ad ſynodum ſi eſt notorie exemptus, non teneatur comparere. Et citatio nulla nō arctat citatum ad comparendum c. bona. in ſin. il. 1. Ext de elect. & ibi glo in verb. nec prædicta. not. in c ſi Epiſcopus. 3. q 2. & in c. dilectus. Ext. de dolo & contum. Et quicquid ſit contra nulliter citatum, maxime abſentem, eſt inualidum l. vir bonus. ff. iud ſol. & l. ſi pater. C. ut de ſtat. defunct. 5

Item † ſecus, quando de eo conſtat ex actis: tunc enim iudex poteſt, pro parte allegare, ſecundum Inno. & Deci. cumulatiſſime in ſin. & Canoniſtas omnes communiter in c. ex inſinuatione, ext. de appellat. Ang. in l. ſi vnus. § pactus ne peteret col ſin. ff. de pactis, Ant. de Butr. in c. ex tenore colum. 1. de reſcript. Specul. in tit. de off iud. §. impend. 3, circa princ. Rom. conſ. 227 ſpectabilis Domine, in ſi quam opinionem communem eſſe dignoſcitur ex aliis authoritatibus, relatis per Alex. in l 1. col. 2 vt qua de ſ. aduoc. & in conſ. 186. viſis ſubtiliſſimis dubitationib. circa ſin. vol 2. 6

Imo † iudex poteſt ſumere informationem, etiam parte non citata, an aliquid ſit notorium, ſecundum Bal. ea mente Archid in c. cum inter vos, extra. de conſuet. & tenet Cato, in d. § qui pro rei qualitate. 7

Sed † Bald. ibi dicit quod vbi aliquid eſt notoriū, non iuretur de calumnia, per l. at qui natura. §. cum me abſente, iuncta Glo in verb. commeatus, circa ſin. de neg. geſt. 8

Et aduerte, † quod notorium probetur per duos teſtes, ſecundum Glo in § pa. 2 q 1. & Glo. & Archid. in c. tam ſæpe 4 q. 3 Bar. in l. heredes palam ff de teſt Specu. in tit. de not. criminū in § qualiter, Bal. in l. data opera. C. qui accuſa non poſſ & Felyn. in c. 2. vtro loco, col 3. de præſumpt. & eruditiſſimus D. Fulgentio in pract. crimin. in verb. item quod eſt notorium doſequens num. 16. 17. & 18. vbi hoc optime declarat quomodo & qualiter procedat. Adde, quod notorium tria inducant, inſtrumentum rei iudicata, & euidentia facti ita Bart. in l. 1. num. 8 vbi Iaſ. nume. 10. ff de no. oper. nunc. & Gail. lib. 2. obſer. camer. imp. obſ. 16. nu. 7. 9

Et

Et † quamuis ſupra oſtenſum ſit, quod citatio notorie nulla non obliget citatum ad comparendum, tamen ne remaneat in præſentiarum hic vlla obſcu-
10 ritas, animaduertendum eſt, † quod in omnem euentum iſta notorietas debeat proponi, atque allegari, ita Gloſſ. *in clem. appellanti, de appell.* Abb. & alii Canoniſtæ omnes, poſt Gloſſ. *in c. ſi duobus, eod. tit.* & Fely. *in c. cum ordinem, col. 8. de reſcript.* vbi ponit etiam ſeptem declarationes ad hoc vulgare dictum, quod notorium non releuet ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi, & facit textus quoque in *l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem Pollions, ff. de adult.*
11 Imo † non opponens notorium hoc tempore citationis, videtur ei tacite renunciare, vt affabre conſiderat Iaſ. *in l. 2. ſub nu. 26. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit,* vbi hic ſimiliter explicat procedere dictum Inno-
12 centii ſupra allegatum. Et † hinc rationabiliter concedit Bal. *in l. generaliter, C. de epiſcop. & cleric.* quod exemptus ipſo iure, non teneatur comparere, ſecus vero
13 in exempto ope exceptionis. Et † ad huoc finem citatur à iudice non ſuo, tenetur coram eo comparere, vt ſciatur, an eius ſit iudex, vel non, ac deniq; allegaturus ſua priuilegia, *l. ſi quis ex aliena iuriſdictione, ff. de iudiciis,* Abb. *in c. ſuper literis. Extra de reſcriptis,* & Bar. *in l. cum quærebatur, & l. vt bonum. ff. iudic. ſol.*
14 Cæterum † ſi quis non citaretur coram iudice incompetenti, ſed coram iudice ſuo ordinario, tunc, etiamſi conſtaret ipſum iniuſte aſſe citatum teneretur tamen comparere, vt per Iaſ. *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, ſub nu. 9. & ſeqq.* vbi concludit, quod citatus tunc excuſari nequeat à vera contumacia, quin mulctari poſſit, imo eo in loco, *nu* 13. annotat etiam hanc eſſe omnium in iure Scribentium communem opinionem, quod etiam citatus coram iudice incompetenti, ſi non compareat, poſſit mulctari.

Et etiam textus clarus *in d. l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit,* expticans, determinansq; caſum noſtrum ibi, ex quacunque cauſa ad Prætorem, vel alios Præſides, qui iuriſdictioni præſunt in ius vocatus venire debet, vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit,
15 vbi Bar. & alii vniuerſaliter notant; † quod citatus in termino debeat comparere, alias mulctabitur, niſi ex cauſa legitima excuſetur, vel non interfuerit actoris in termino comparere, prout hoc idem approbat etiam Callus de Tuſcia *in conſtit. regni, edictorum.* Vnde cum contra Berlingerium, & Stephanum de Venſtella de Terra Molæ fuerint accuſatæ omnes contumaciæ in vltimo peremptorio, in banco iuris, per Angelum de Stephano, pro ducatis triginta ſex, & productum inſtrumentum, & ſecuta pariter ſit condemnatio, ſtantibus eorum contumaciis, ipſi condemnati habentur pro confeſſis, atque res petita debet exequi cum expenſis, ita Io. Faber, *in repet. l. conſentaneum, C. quomodo, & quando iudex,* & Ant. Cioſius, qui ſic conſuluit in terminis *conſ. 3. vol. 2.* imo in regno habemus textum expreſſum, *in conſtitut. venam ternam,* diſponentem, quod non comparens habeatur pro confeſſo.

Et tanto magis, cum contumaces effecti, reputatiq; fuerint prędicti Berlingerius, & Stephanus rite & recte, & iuris regni ordine ſeruato, qui nihil hodie prætendere poſſunt ad ſuum fauorem, Imo ob con
dictionem iniciatam indicem magis contempſiſſe videntur, ita vt citatio † ipſa, dum continebat cauſam, quæ
16 vera erat, ob inſtrumentum crediti in ea mentionatum, arctabat citatos ad comparendum, ita Bar. *in l. 4. col. 1. in vtraq; lectura. ff. ſi quis in ius vocatus ierit,* Marian. Soc. *col. 4.* & Fely. *nu. 3. in c. ſi clericus laicum. de foro competen.* Imo etſi citatio iſta foret illegitima, tamen cum conſtet ex proceſſu eam perueniſſe ad notitiam citatorum, ſufficit, & valet, atque tenet, vt per Tiber. Decian. *conſ. 18. nu. 98 & ſeq. vol. 1.* & quod citatus minus legitime in dubio teneatur ire ad iudicium, eſt textus *in c. cum parati, de appell. & in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic.* & firmat in terminis Quintilian Mandoſ. *in tract. de inhibitionibus, quæſt. 80. nu. 9. 11.* vbi ait quoque hoc verius eſſe. Vnde decretum vltimo loco interpoſitum per Curiam Molæ, vt prædicti contumaces audiantur, refectis, reſarcitiſque expenſis, de iuris cenſura, ac diſpoſitione ſuſtinẽdum eſt, ac exequendum, tanquam iuſtum, cum contumax, iure ipſo ſuadente, non audiatur vllo modo, niſi refectis expenſis, *l. ſancimus,* & ibi Bar. & alii Scribentes vniuerſaliter omnes, *C. de iudic.*

OPINIO DXLIX.

SVMMARIA.

1 *Notorium licet releuet ab onere probandi, allegari tamen debet.*
2 *Notorium licet non exigat probationẽ, tamen debet conſtare iudici, vt iudex ex actis ſciat notorium.*
3 *Appellatio ab interlocutoria exigit, ac requirit expreſſionem cauſæ nominatim pro forma, nec ſufficit in genere cauſas proponere, facta relatione ad acta proceſſus.*
4 *Notorium requirit ſententiam declaratoriam, & citationem prætoris, nu. 5.*
6 *Notorium quod dicatur, & quotuplex ſit, remiſſiue.*

NOTORIVM † allegandum, & opponendum eſt, 1 ſed non probandum; & ſic notoria releuant à probando, non autem à proponendo, ſecundum Glo. *in Clem. appellanti, de appell.* quam dixit ſingularem Abb. ibi, Fran. *in cap. 1. de appell. in 6.* Barbat. *in c. 1. col. 22. de offic. ordin.* Natta *conſil. 275. viſis notoriis formatis, n. 1. vol. 2.* Iaſ. *in l. ſi vero. §. qui pro rei, n. 12. ff. qui ſatiſd. cogan.* & commendat Rocchus de Curt. *in c. fin. de conſuet. q. 4. circa fin. relectione,* & Marſil. *in repet. rub. C. de probat. n. 10.* & ſequuntur eam Doct. communiter, teſte eodem Marſil. *in l. 1. §. ſi quis. n. 24. ff. de quæſt.* & ſequitur etiam Bertr. *conſ. 102. ex proceſſu cauſa capta, n. 1. & ſeq. fol. 8.* In contrariam vero partem inclinauit Glo. *in c. 2. vt lite non conteſt.* quam ibi communiter approbarunt omnes Scribent. vt refert Iaſ. *in d. §. qui pro rei, nu. 12.* Com. opin.

Et † licet notorium probatione aliqua non egeat, 2 nihilominus, vbi ex actis apparet aliquid eſſe notorium, opus eſt, vt iudici neceſſario conſtet, vt iudici notorium eſſe, nec ſufficit, quod oppoſitum eſſet notorium, ſecundum Bal. *in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, col. 2. & ſeq.* Dyn. & Bal. *in l. ea quidem. C. de acc.* & Ang. *in l. 1. C. qui, & aduerſus quos.* Nattam *in d. conſ. 275.* & iſtorum ſententiam ſcribit eſſe communem, Com. opin. Iaſ. *in d. §. qui pro rei, nu. 13.* cui videtur contradicere Felyn. *in c. cum ordinem, n. 2. de reſcript.* & Iaſ. *in l. a prætor. §. ſi damnetur, col. 1. ff. de iniur.* Aſſerendo † notorium, 3 quod conſtat ex actis, nõ eſſe neceſſario allegandum. Cæterũ hoc non eſt concedendum, neq; admittendum, tanquam falſum. Nam in appellatione ab interlocutoria, expreſſio cauſæ nominatim requiritur pro forma, & ideo non ſufficit appellantem in genere cauſas proponere, facta relatione ad acta proceſſus: & ita in ſpecie hæc interpretatur Ang. & Alex. *in l. vbi autem §. illud ff. de verb. oblig.* Franc. & Dec. *in c. conſuluit, il 2. de appellat.* Rota Rom. *deciſ. 7. in nouis,* Brun. *in tract. de forma ſupplemento, fol. 25.* & Dec. *in c. vt debitus; n. 10. cum tribus ſeq. de app.* & iſta eſt communis opinio, Com. opin. vt conſtat ex congeſtis per Mainat. *in tract. iudiciorum, in 6 part. 3. par. in 2. actu. nu. 141.* Quod autem acta iudicii inducant notorium, tradit Rom. *conſ. 227. ſpectabilis ante num. 4.* & ſic iudex ſupplet de facto, parte non opponente, vt illi *n. 4. & conſ. 11 attentis his, quæ narrantur*

uantur. ſ. b n 3 Glo. fin. *in c. ex inſinuatione. de appellat. & in l. non videtur ceſſiſſe*, & ibi etiam Doct. omnes, *ff. de reg. iur.* Alex. *conſ. 186. verſ. ante finem, vol. 2.* & Aret. *conſ. 48. reuocatur in dubium, nu. 6.*

4 Et † aduerte hic, quod ſuper notorio ſententia ſit ferenda; & ſic notorium neceſſario requirit ſententiam declaratoriam, ſecundum Bart. *in l. emptorem ff. de act. empt.* Bal. *in l. cum fratrem. C. de his, quib. vt indign.* Angel. *in l. libertas §. fin. ff. de ſtatu homin.* & omnes Scribentes, *in d. §. qui pro rei*, Coraſius *in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 1. c. 16. nu. 4.* & Natta *in d. conſ. 275 n. 3.* & Glo. *in c. cum ſent. de accuſ.* quam dixit cōmuniter approbari Marſil. *in d. rub. C. de probat. n. 244 in fin.* & n. 1 ideo inolevit cautela, vt iudex pronunciet factum, de quo agitur, eſſe notorium: vt not. Abb. *in c. ad noſtram, de iureiur.* & Card. *in Clem. paſtoralis, de re iud. 17 not.*

5 Et † in huiuſmodi ſententia declaratoria requiritur quoq; citatio partis: vt cumulatiſſime diſcurrit Aret. *conſ. 165. ſicut Ioannes, col. 5.*

Et quod dicatur notorium, † & quotuplex ſit, late

6 declarat Iaſ. *in d. §. qui pro rei* Dec. *conſ. 191. in cauſa, col. 5.* & Soc. *conſ. 83 col. 3. vol. 4.* & quamplura alia notabilia memoratu digna circa materiam notorii ponit Marſil. *in d. rub. de probat. nu. 216. vſq. ad nu. 248.*

OPINIO DL.

SVMMARIA.

1. *Nouatio hodie non inducitur, niſi expreſſe dicatur.*
2. *Nouatio hodie an per temporis adiectionem, ipſo iure, vel ope exceptionis fiat, & ſic ſit ex tacita mente contrahentium, & ex manifeſtis coniecturis.*

NOVATIO † hodie non inducitur, niſi expreſſe dicatur, quod fiat animo nouandi precedentem obligationem, *l. fin. C. de nouat.* & notant Doct. *ibi*, & Soc. Iun. *conſ. 41. n. 18 vol. 1.* Menoch. *conſ. 135. n. 18. vol. 1.* Iacob. Mochellus *in conſ. ſexageſimo. 15. num 3.* Bellonus *conſ. 44 ſub n. 5.* ad 26. & vide Gabriel. copioſe tractantem hanc materiam *lib. 3. com. concl. ſub tit. de Nouat. concl. 1. fol. 256.*

Quod adeo procedit, † vt etiā propter temporis

2 adiectionem nulla fiat hodie nouatio, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, & conſequenter, ipſa nouatio non fit ex tacita mente contrahentium, & ex manifeſtis coniecturis, vt voluerunt Guil. de Cun. & Bal. *in l. reſcriptum. §. ſi pactis. ff. de pact.* Cyn. Iacob. Butrig. Saly. & Fulg. *in d. l. fin.* Caſtren. & Imol. *in l. Valerianum. ff. de preca. ſtipul.* Alex. *conſ. 9. vol. 3 conſ. 12. col. 3. vol. 11.* & *conſ. 58.* & *conſ. 7 3. col. fin. vol.* ſola: & Dec. *in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet.* Soc. *conſ. 21. col. 2 vol. 1.* & *conſ. 89 col. 3 vol. 4.* Alex. *in l. quotiens uſumfructum. ff. de verb. oblig. col. pen.* Dec. *n. 12.* & Curt. Iun. *n. 9. in l. cella ff. ſi cer. pet.* Imol. *in l. delegare. ff. de nouat.* Soc. Iun. *conſ. 41 n. 29. vol 3.* Dec. *in l. pecuniam quam, in fin. ff. ſi cert. pet.* Grat. *conſ. 89 col. 2. vol. 2.* & Ripa *in l. 2. § ex conuentione, n 8 ff. de re iudic.* vbi dicit iſtorum opinionem magis eſſe communem.

Com. opin. ¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod hodie fiat nouatio ope exceptionis, inclinauit Bart. *in d. l. Valerianum*, & Dec. concludendo cum aliquibus alliſignatis; et eum, *conſ. 400. nu. 1.* & *in fin.* ubi ait iſtam eſſe cōmunem ſententiam, ſimiliterq; Bart. *conſ. 338. cum iam diu vid. ſtem proceſſum, n. 1. cum aliis ſeq. vol. 5. vltima impreſſionis*, & diuinis ætates, D. meus Vincentius de Franchis *in deciſ. 15. ſub nu. 1.* ubi ait ſo facti contingentia ita fuiſſe decretum in ſacro Concilio Neapolit. ſiquidem nouatio ipſa inducitur etiam ex coniecturis, vbi vtique ex eis appareret de voluntate, vt explicat idem D. Vincentius affabre, more ſuo *in d. deciſ. 15. ſub nu. 2.* allegans ibi deciſionem Afflict. 44. Com. opin.

OPINIO DLI.

SVMMARIA.

1. *Nullitas ſententiæ perpetuo opponi poteſt vſq; ad 30. annos, licet appellatum non ſit, aut appellatio deſerta.*
2. *Nullitate oppoſita in iudicio an impediatur executio.*
3. *Attentata, pendente lite ſuper nullitate an ante omnia ſint reuocanda.*
4. *Nullitas quando incidenter dicatur tractata. Et quando principaliter. nu. 5.*
6. *Nullitate cum appellatione principaliter propoſita, ſi deſeratur appellatio, an adhuc ſit locus proſequendi nullitatem.*
7. *Tam iudex appellationis, quam iudex à quo, ſi ad eum recurratur, deſerta appellatione, ſuper nullitate pronunciare poteſt, ſi ſententia ſit ipſo iure nulla. Si vero nullitas foret de iure non conſiderabilis inſtantia parte, poſſit declarare appellationem deſertam, vel ſine tali declaratione, ad executionem procedere. nu. 8.*
9. *Iudex ad quem, videns nullitatem ſententiæ à qua appellatum eſt, non eſſe alicuius momenti poteſt deſerta appellatione reſcribere iudici à quo, vt eam exequatur. Idem eſt, ſi inueniat ſententiam quoad iuſtitiam iuſtam, poteſt enim eam tunc confirmare, & ad iudicem à quo reſcribere, vt iam exequatur, non obſtante vlla nullitate, nu. 10 Eiuſq; ratio. nu. 11.*
12. *Tres præcipue nullitates recenſentur, videlicet ex defectu iuriſdictionis, ex iniquitudine ſententiæ, Et non dato termino reo qui confeſſus eſt delictum, ad ſe defendendum contra ſuam confeſſionem, & nu. 18 & 19.*
13. *Aſſeſſor an ſententiam ferre poſſit tanquam iudicans, & abſente Gubernatore, vel Iudice, aliaq; facere. Item, an Iudex ea ſine Aſſeſſore facere poſſit, & num. 14. 15. & 16.*

NVLLITAS † ſententiæ perpetuo opponi poteſt vſque ad triginta annos, licet ab ea appellatum non fuerit, aut appellatio ipſa deſerta ſit, ſecundum Glo. *in c. vnde quæritur. 35. q. 9.* Bal. *in l. ſcire oportet. §. fin. ff. de excuſat. tut. in l. data opera: colum. 26. C. qui accuſ. non poſſ.* & *in c. ſæpe col. penult. de appell.* Angel. *in l. ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Alex. *conſ. 59. col. 4 vol 4.* Soc. *conſ. 10 col. fin. vol. 4* Iaſ. *in l. 1. in fin. princ. ff. de ſeruit.* & *conſ. 21. col. 2. vol. 1.* Corn. *conſ. 302. col. 2. vol. 1.* Et hoc quod nullitas vſque ad triginta annos poſſit proponi, & allegari & non vltra, procedit, quotieſcunque non vertitur periculum animæ, aliàs poſſet perpetuo agi, vt declarat Specul. *in tit. de ſent. §. iuxta, in fin.* Bal. *in d. l. data opera col 14.* Sali. *in l. ſi præſes. C. quomodo, & quando iud.* Card. *in Clem. 1. q. 14. de re iudic.* & Philip. *in c. dilecto, colum. 5. de appellat.* Et † hinc colliguntur, proueniuntq; complures vtiliſſimi effectus, qui cum practicis non paruæ vtilitatis quotidie eſſe poſſint, eos ponere conſtituimus.

Primus igitur effectus hic deducitur iſte, quod nullitate oppoſita in iudicio incidenter, per modum exceptionis ſummariæ non requirentis altiorem indaginem, ad impediendam executionem ſententiæ, executio ipſa impeditur, vt voluerunt Bar. Alex. Iaſ. & Ripa poſt alios *in l. 3 § condemnatum. ff. de re iudic.* Bal. *in l. ab executore, num. 7. C. quorum appella. non recip.* Afflict. *deciſ. 283. dia eſt* & Sebaſt. Vantius cum cæteris citatis per eum *in tract. de nullitatibus in c. quot, & quibus mod. nullit. propon. poſſ. nu 30* vbi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

Secundus † effectus non minoris vtilitatis primo eſt iſte, quod ea, quæ fuerunt attentata, pendente lite ſuper nullitate, ſunt reuocanda ante omnia, ſecundum Bart. *in l. 1. autem. Cod. quando prouo. non eſt neceſ.*

neceſſ. quem ſecuti ſunt Paul. Caſtren. & Alex. *in d. §. condemnatum.* Salycet. *in l. 1. C. ne liceat tertio prouoc.* & Iaſ. *in l. 1. num. 1. C. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Contrarium vero aſſeruerunt Innocen. & Bal. *in c. cum in iure, de offic. dele.* videlicet attentata, pendente nullitate, non eſſe ante omnia reuocanda, licet nihil debeat nouari pendente nullitate: idemque voluit Ang. & Imol. *in d. §. condemnatum.* Rota. *in deciſ. 280. in nouis.* Vitalis *in tractat. clauſularum, cap. nullitate pendente.* & Francus *in d. c. dilecto, q. 11.* vbi ait opinionem iſtam eſſe veram: tametſi prior ſententia Bar. mihi videatur communis, ac frequentiori ſuffragio interpretum probata, idcirco eam exiſtimo tutiorem eſſe, & ſeruandam.

Et licet nimis audax, citando hunc locum, Robert. Lancellot. *in tract. de attentatis, in 2. part. c. 18. num. 24. cum aliis ſeqq.* aſſeruerit, hanc à me, & ab illuſtri D. Couarru. *in pract. quaſt. nu. 24. nu. 6.* amplexam opinionem, periculoſam eſſe, quæ tamen intelligentiſſimi iuris, altiſſimis defixa radicibus videtur: miror tamen non mediocriter, & res ſane admiratione digna eſt, quod D. Lancellott. quem ſemper modeſtiſſimum noui, Couarruuiæ laus tam terribiliter fremuerit aduerſus D. Couarru. fontem legum vberrimum, & indeficientem, aſſerueritque, nimis præcipitanter, & hoſtiliter, Doct. citatos per eum, eo in loco, contrarium ſentire: cum tamen euidenter appareat, D. Lancellott. ibi præſuppoſuiſſe caſum valde diuerſum à caſu reſoluto per me, & D. Couarru. & fere omnes Doct. & teſtes per eum citatos, recte intuenti, intentioni eius incongruos, & repugnantes reperiri, & præſertim Alex. *conſ. 2. n. 14. vol. 3.* quem neſcio, ad quem finem allegauerit, cum ibi nullum verbum, ne minimum quidem, ad propoſitam quæſtionem faciens protulerit.

Adducitur modo etiam tertius effectus. Verum pro eius reſolutione annotandum eſt, quomodo nullitas principaliter, aut incidenter in iudicio tractetur: ſiquidem hoc paſſim practicis cōtingit. Nul-
4 litas igitur, † vt iſte tertius effectus demonſtretur, dicitur incidenter tractata, cum condemnatus ſimpliciter appellauit; tunc etenim deſerta appellatione poterit iterum cauſa nullitatis, non obſtante deſertione, proponi, ſecundum Bar. *num. 10.* & Imol. *num. 16. in l. ſi expreſſim. ff. de appell.* & Panor. *nu. 9.* & Francum. *q. 55. in d. c. dilecto,* & Soci. *in d. conſ. 10. col. fin.* Idque omnes fatentur, nec de hoc quiſquam hacte- (Cōis opin.)
5 nus dubitauit. Principaliter † vero nullitas propoſita cenſetur, cum dico, ſententiam nullam eſſe, & ſi qua eſt, appello: tunc enim nullitatem principaliter non incidenter deductam eſſe voluerunt Bart. *nu. 3.* & Imol. *col. 6. in d. l. ſi expreſſim.* Iacob. Butrig. *in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ.* Anchar. *in Clem. 1. col. 4. de appell.* Iaſ. *in l. 2. ff. de iuſt. & iure, col. 3. & in l. Titia tentatis. §. 1. ff. de leg. 1.* & Franc. *in d. c. dilecto, quaſt. 48. &* 58. quorum opinio communis eſt, teſte Dec. *ibi colum. fin.* Alex. *conſ. 2. vol. 3. num. 14.* & Sebaſt. Vantio. *in d. c. quot modis nullitas proponi poſſit, num. 12.* vbi explicat alios modos, quibus nullitatis cauſa principaliter in (Cōis opin.)
6 iudicium deducatur. Habetq; † hoc effectum iſtum maximi momenti, quod quando nullitas ſimul cum appellatione principaliter proponitur, & deſeritur appellatio; tunc appellatione deſerta, non eſt vlterius locus proſequendi nullitatem, quaſi ſit vna, ac eadem inſtantia nullitatis, & appellationis, ſecundum Innoc. *in d. c. ſæpe,* Bal. *in l. qui teſtamento. ff. de excuſat. tuto.* Cuma. *in d. l. ſi expreſſim, col. 3.* Saly. *in d. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ.* & ita in cauſa ſua propria conſuluit Io. de Amicis, *conſil. 6. num. 29. cum aliis ſequent.* vbi *num. 25.* præſupponit, iam eſſe communem opinionem, cui accedit etiam Guido Papæ *in tractat. de Appellat. quæſt. 82.* concludens ibi, quod Appellatione deſerta, Iudex ad quem, vlterius de nullitate cognoſcere non poſſit. (Cōis opin.)

¶ Contrariam vero ſententiam, quod in caſu hoc non ſit præcluſa via, nullitatem probandi, & proſequendi, tenuere Bar. *in l. ſi expreſſim, num. 10.* & ibi Imol. *num. 16.* & Abb. *num. 9.* & Franc. *q. 58. in d. c. dilecto.* Alber. Brun. *conſil. 50. num. 8. vltima impreſſionis.* Soc. *in d. conſil. 10. col. fin.* & Grammat. *conſ. ciuil. 164.* vbi profert hoc magnum, & vtile verbum, ita obtinuiſſe in ſacro Regio Concilio Neapolitano, & iſtam opinionem ſequitur quoque Natta *conſil. 217. num. 3. cum aliis ſeq.* & Couarru. *in ſua pract. c. 24. circa fin. fol. paru. 177.* vbi inquit communem ſibi apparere, & ita his diebus in facto obtinui; ideo huic vltimæ ſententiæ, tanquam communi, inhæreo, prout inhæret quoque cum ſuo neceſſario apparatu magiſtraliter Cagnolus, faciens expreſſam mentionem de hac communi *in l. 2. num. 279. C. de pact. inter empt. & vendit.* & de magis communi affluentiſſime etiam Crauett. *conſ. 273. nobilis domine, col. 1. & ſeq. lib. 2.*

Adeo vt tam iudex appellationis, cum ſententia eſt ipſo iure nulla, † poſſit pronunciare ſententiam eſſe 7
nullam, etiamſi ſit deſerta appellatio, vt eſt textus in Regno *in conſtitut. Appellationum tempora. in fine, lib. 2. de appellat.* & ibi Afflict. *in 7. notab. num. 1. & 38.* quam etiam iudex à quo, ſi appellans ad eum recurreret, de nullitatibus propoſitis cognoſcere poſſet, non obſtante appellationis deſertione, vt per Guid. Pap. *conſ. 10. nu. 3. & 4.*

Sed † ſi nullitates propoſitæ forent inutiles, & de 8
iure non conſiderabiles, tunc ſi aditus non eſſet vllo modo iudex ad quem, iudex à quo, apparente appellatione deſerta, & parte inſtante pro huiuſmodi deſertionis declaratione, poſſet declarare appellationem deſertam, atque condemnare appellantem in expenſas; vel potius, ſi vellet, procedere ad executionem ſententiæ, abſque aliqua alia pronunciatione ſuper tali deſertione appellationis, ad tollendam præſertim, & penitus remouendam occaſionem appellandi, vt per Marant. *in tract. iudiciorum in 6. parte, tit. de appellatione in 2. actu, num. 200. & ſeq.* & ita ſemper obſeruauimus ſuperioribus temporibus in ſacra regia Audientia Barenſi, & in regia Audientia Apuliæ in omnibus cauſis, in illis, tunc occurſis.

Si † vero appellatio ipſa ſit introducta coram iu- 9
dice ad quem, & nullitates ſimiliter non militarent, ſed eſſent fruſtratoriæ, tunc parte inſtante pro executione, ſtante appellationis deſertione, prætermiſſa declaratione deſertionis, poteſt reſcribere iudici à quo pro executione ſuæ ſententiæ; ſecundum And. de Iſer. Afflict. & alios omnes, *in allegat. conſtit. Appellationum tempora,* & Marant. *in loco præmemorato,* vbi adiungit etiam, iſtam eſſe communem practicam in Regno, quam ſemper obſeruatam vidimus in ipſis regiis Audientiis, & in aliis ſupremis Regni tribunalibus.

Imo, † licet iudex appellationis cognoſcat cau-
ſam nullitatis, ſi de ea in appellatione fiat mentio, vt 10
per Inno. *in c. dilecto filio. Extra de appell.* & per alios Canoniſtas omnes, *in c. cordi, de Appell. in 6.* & Lallum de Tuſcia, *in d. conſtit. Appellationum tempora, in fine:* tamen ſi ſententia nulla per ipſum iudicem appellationis, & nullitatis inueniretur iuſta, poſſet eam, quoad cauſæ merita, & iuſtitiam confirmare: & ſic reperta ſententia iuſta, poſſet illam confirmare, non obſtante quacunque nullitate, etiam ſcaturiente ex defectu iu-

riſdictionis, vt ex communi omnium Doctorum opinione planum facit Vantius *in tractat. de nullitatib. prope finem ſui tract. in vltimo tit. quib. mod. ſentent. nulla defendatur, num.* 132. & Hierony. Laurent. *deciſ.* 68. *Abſiſta, num.* 4. vbi aſſignat etiam rationem, quod cauſa nullitatis, quæ eſt in prima ſententia, ceſſet in ſecunda, & tradit quoque varia per commoda exempla; taliter quod, reperta ipſa ſententia iuſta, & ea confirmata, ſtante deſertione appellationis, poſſet iudex ſuperior reſcribere iudici à quo, pro executione ſuæ ſententiæ.

11 Et eo magis, † cum ſententia nulla, per ſecundam ſententiam confirmata, non poſſit vlterius allegari nulla, ſecundum deciſionem Rotæ Romanæ 1. *in rubric. de ſententia, & re iudicata, in antiquis, fol.* 126. *à tergo*, quam declarat Creſcentius *deciſ.* 1. *de arbitris. ſol. paru.* 39. locum obtinere, ac de plano procedere, quando coram ſecundo iudice fuiſſet allegata nullitas primæ ſententiæ.

12 Et † licet ſint fere innumerabiles nullitates, quæ à Doctoribus variis in locis iuris noſtri pertractantur, tamen hoc loco quaſdam ex eis tractari non incongruum erit.

Prima igitur nullitas principalis inter omnes alias, ea dicitur, quæ ex defectu iuriſdictionis reſultat, vnde nihil mirum ſi ſententia lata per Aſſeſſorem prætoris ipſo iure nulla reddatur, vt conſuluit in terminis Berous *conſ* 163. *in cauſa Caroli, nu.* 1. *& ſeq. vol.* 3. quia Aſſeſſor ipſe nullam habet iuriſdictionem, vt per Bal. *in auth. ad hoc, C. de iudi.* Bar. *in l. præcipimus, §. quod ſi duce, C. de appellat.* Specul. *in titul. de aſſeſſore, §. officium, verſicul. penult.* & ibi Ioan. And. & Bald. *in add.* Cagnol. *in l. diem functo, nu.* 12. *& ſequent. ff. de offic. Aſſeſſor.* Io. de Amicis *conſil.* 109. *nu.* 13. *& ſeq.*

13 Aſſeſſor † autem ſolum videre & conſulere debet, quid iuris ſit in cauſis, quæ fiunt coram ſuo ſuperiore; & ſic de iure non debet aſſeſſor nominari in ſententia, tanquam iudicans: quia iudex non eſt iudex in ſententiis, quæ feruntur per Poteſtatem, vel Prætorem, ſed tanquam conſulens, vel deliberans, & ita ſeruatur, *l.* 1. & ibi Bart. *ff. de offic. Aſſeſſorum.* Ita vt Aſſeſſor Prætori, vel Poteſtati aſſiſtat, eumque inſtruat ad rite procedendum, & recte iudicandum, *l.* 1. *Codic. de Aſſeſſor. & d. l.* 1. *ff. de offi. Aſſeſſorum.*

14 Et hinc eſt, † quod Aſſeſſor ex officio ſuo poſſit repellere libellos male conceptos, & dentibus lacerare, vt not. *in eadem l.* 1. & dicuntur libelli ipſi male concepti, quando notorie continent illicitum, *l.* 1. *C. vt nemo priua.*

Poteſtque aſſeſſor ipſe leuia etiam expedire, ſine iudice, vel prætore, vt per Alex. *in rubric. ff. de offic. Aſſeſſorum.* Bal. *in authentic. ad hoc. C. de iudic.* & Barthol. & alios vnanimes omnes *in l.* 1. *ff. de offic. Aſſeſſorum*, & Beroum *conſil.* 163. *ſub numer.* 1. *volum.* 3.

15 In † cauſis autem criminalibus Aſſeſſor ſententiam proferre non poteſt abſente Gubernatore, ſeu Prætore, etiamſi ſit vicarius ab eo electus, vt per Follerium poſt Ang. *in pract. crim. in ver. pænis debitis feriantur, nu.* 87. Afflict. *in conſtit. cum noua. ſub nu.* 3. licet Carauit. contrarium, ſed male ſentiat *in nu.* 64. Vnde Gubernatore, vel Prætore ipſo non interueniente in cauſa, ex eius defectu iudicium redditur inualidum, cum non poſſit dici iudicium ſine interuentu prætoris, *c. forus, de ver. ſignif.* & hinc eſt, quod nullitas ex incompetentia iudicis, dicatur reuera maior, quæ poſſit reperiri in mundo, Grammatico teſte, *conſil. crim.* 71. *ſub nu.* 47.

Itaque † cum defectus iuriſdictionis maximus ſit, 16
iudicatum certe dici nullatenus poteſt ab Aſſeſſore, qui ius dicendi non habet, *l.* 1. *§. fin. ff. ad Tertul.* & Vantius *in tractat. de nullitatib. in tit. de nullitate ex defect. iuriſdict. nu.* 1. *& ſeq.* vbi hoc etiam viliter amplificat.

Et † licet Aſſeſſores nullam habeant iuriſdictio- 17
nem, vt ſupra oſtenſum eſt, tamen cum illi in Regno dari conſueuere à Principe Iuſtitiariis, vel Capitaneis, vel Gubernatoribus, Prætoribus, vel aliis Officialibus, nihil poſſunt illi Iuſtitiarii, Capitanei, vel Gubernatores agere, ſeu à ſemetipſis exequi, tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus, abſque voto, & conſilio ſuorum Aſſeſſorum, & iudicum, prout hoc ſtatutum, ſancitumque reperitur, *in cap. regni* 45. *Item quod in cognitionibus*, vbi habetur clara determinatio legis, quod in cognitionibus omnium cauſarum, tam criminalium, quam ciuilium Iuſtitiarii ipſi, ad condemnationes, & tormenta, ſine conſilio iudicum, datorum eis per Curiam, non procedant: & ſi contrafecerint, noſtro arbitrio puniantur.

Extat quoque in Regno altera legis determinatio circa hoc *in alio capite* 43. *Item caueant Iuſtitiarii*, vbi ita diſponitur, caueant Iuſtitiarii, ne aliquos paratos dare fideiuſſores, ſine conſilio iudicum capiant de perſonis, niſi de mandato noſtro, & in aliis caſibus, regni conſtitutionibus comprehenſis; & ſi contrafecerint, amittant medietatem gagiorum ſuorum vnius anni, & nihilominus maiori, vel minori pœna, ad noſtrum arbitrium, teneantur.

Et ſi iudices in caſibus prohibitis, conſilium contra Iuſtitiarium dederint, ſimili pœna ſimiliter teneantur, in quo caſu, videlicet, vbi de conſilio Iudicum, ad capiendum proceſſerint Iuſtitiarii, eximantur pœna iudicis; Et niſi iuſtitiariis excedentibus prædictum modum, pertinaciter reſtiterint, teneantur pœna prædicta; Et ſi eis reſiſtentibus Iuſtitiarii nihilominus contra faciant, ipſi Iudices, ſub eadem pœna, teneantur nobis celeriter nunciare.

Et licet hæc omnia ſtabilita reperiantur his duabus legibus in regno, tamen hoc idem determinatum etiam eſt de iure communi, vt per Barthol. de Capua, & per Ioannem Antonium de Nigris, *illis in locis*, videlicet iuſte capi non poſſe aliquem de perſona, ſine conſilio iudicum, paratum dare fideiuſſores, item officialem aliquid illicite, iniuſteque facientem de conſilio iudicis, ipſum ſolum teneri, debereque ei reſiſtere, necnon iudicem teneri pertinaciter reſiſtere officiali iniuſtum facienti, & non reſiſtendo, teneri eadem pœna, qua teneretur, ſi faceret.

Similiterque iudicem teneri renunciare Principi enormia commiſſa per Iuſtitiarium, alias incidere in pœnam medietatis gagiorum ſuorum.

Imo authoritas Aſſeſſorum Regiorum in Regno eſt re ipſa abundantiſſima, ac potentiſſima, cum confeſſio reorum tormentis ſuppoſitorum debeat fieri coram eis, & magiſtris Actorum duntaxat, vt habetur *in cap. Regni* 145. *habebitur quæſtio in publico.*

blico coram aſſeſſoribus, vbi ita demum virtualiter diſponitur, habebitur quæſtio in publico coram Aſſeſſoribus, Actorum Notario, & aduocatis, niſi nota, & rationabilis cauſa ſubeſſet, & tortura deberet fieri in occulto, & maxime in criminibus læſæ maieſtatis, vbi iudicem, Aſſeſſorem, & Actorũ Notarium volumus eſſe preſentes, confeſſio vero tormentis expreſſa coram aſſeſſore, & actorum notario tantum fiet, niſi cauſa rationabilis officialem mouerit, vt videat alios ſimul cum ſuo iudice, & actorum notario intereſſe debere, iudiciorum, argumentorum, & ſuſpicionum, propter quæ ad tormenta proceditur, copia detur ei, qui quæſtionibus exponetur, ſuper quibus habeat copiam reclamandi, alioquin nullus ſit, ſequente tortura, proceſſus, habitus contra ipſum, nullum ei præiudicium afferat confeſſio forſitan ex tormentis talibus ſubſecuta.

18 Secunda † vero nullitas, ſimiliter maxima, ea dicitur, reſultans, ſcaturienſq; ex incertitudine: nam ſententia prolata propter incertitudinem, non valet, & nulla eſt, vt per Specul. *in tit. de ſent. §. qualiter & qu. a.* *do*, Alex. *conſ.* 187 *vol.* 1. Fabium de Monte Leone, cum aliis aggregatis per eum, *in ſua pract. ſuper quatuor libris arbitralibus, in 1 part. poſt principium, in 2. quæſt. actus qui tanquam incerti vitiantur*, *n.* 7. & Marantam *in tract. iudiciorum, in 4. part. 16 diſtinct. iudiciorum, nu.* 3. *& ſeq. fol.* 72 *& ſequen* vbi reddit rationem efficaciſſimam. Vnde ſententia, non continens certum per ſe, vel per relationem ad aliud, eſt ipſo iure nulla *l.* 3. *C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* & faciunt notata per Fely. *in c. illa, Extr. de accuſatio. & in c. cum venerabilis. de except.* & per Pariſ. *conſil.* 49 *in fin. vol.* 3. *& conſ.* 133. *vol.* 4.

19 Tertia † nullitas adduci etiam poſſet, ſi confeſſo ſponte, ſeu in tormentis delictum, non foret datus terminus ad apponendum, & ſe defendendum aduerſus confeſſionem ſuam, nam ſponte confeſſo, ſeu in tortura, & ratificanti confeſſionem, conceditur, concedique debet breuis terminus, ſaltem duorum dierum, per iudicem, etiamſi is non petatur, ad faciendum ſuas defenſiones, intra quem ſi vellet confeſſionem ſuam, tanquam erroneam, reuocare, & de errore dicere, id facere poſſet, ſecundum doctrinam Salycet. *in l.* 2. *C. de cuſtodia reorum*, quam ait obſeruante quotidie in practica magnam Curiam vicariæ, & cætera regni tribunalia, Grammatico teſte, *conſ. crim.* 69. *ſub nu.* 1. *& ſeq.* & vidimus quoque nos eam ſimiliter obſeruari per 40 annos continuos in variis tribunalibus ipſius regni maioribus, & minoribus, cui aſſentiuntur quoque Maranta *in tract. iudiciorum, in* 6. *par. in* 10. *& vltimo membro primæ partis, in* 14. *actu, ſub num.* 14. Follerius *in pract. crim. in* 3. *part. tertiæ partis, in verb. Si confiſſebuntur, num.* 87. *&* 98. Paris de Puteo, *in tract. de Syndicatu, in ver. ſequitur quæſtio quotidiana, quidam inquiſitus de crimine fuit confeſſus crimen ſine tortura, num.* 12. *fol. partiu.* 343. Affl. *&. in conſtitutio. ſuper inquiſitionibus, num.* 27. & hæc doctrina eſt adeo vera, vt nullum habeat contradictorem, quem viderim, ita vt ex defectu huiuſmodi termini præfixionis, ſententia, quæ ſequeretur contra reum tortum, atque confeſſum, redderetur ipſo iure nulla, prout varias ſententias vidimus ex hoc defectu annullatas ſuperioribus annis in ſacra regia audientia Barenſi, & in regia audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatuſque Moliſii, ſicuti ſententia prolata in Curia Aquilana, per D. iudicem Ioannem de Thoſſido, de menſe Nouembris 1597. contra Franciſcum Antonium Thinarium ad triremes per quinquennium fuit ſimiliter annullata ſub die 5. Iunii 1599. illeque pariter abſolutus, religioſe more ſuo, per D. Eliſeum Geruaſium, iudicem eiuſdem Curiæ Aquilanæ meritiſſimum, expertiſſimum, atque integerrimum, me tunc in cauſa hac pauperrimi, ac innocentiſſimi patrocinante. Et ratio eſt euidens; nam ratificatio ipſa, etiamſi aſſeratur in actis per Iudicem, & Notarium, facta ſponte per reum, & extra locum torturæ, & ſoluto reo à vinculis, & cathenis, tamen præſumitur facta formidine tormentorum, vt per Franciſcum Brunum *in tract. de indiciis, & tortura, quæſt.* 6. *ſecundæ partis, num.* 16. *cum aliis omnibus ſequent.* & Ioan. Ant. de Nigris, *in cap. regni*, 146 *ſi iuſte quis appellauerit, num.* 28. vbi textus ante finem vocat iſtam præſumptionem iuris, vbi ita virtualiter, formaliterque diſponitur: ad hoc ſi per proceſſum, habitum contra tormentis expoſitum liqueat, tormenta fuiſſe adhibita contra prædictam formam, & modum iuridicum: quamuis idem proceſſus per eundem factus, qui tormenta ſuſtinuit, contineat, tortum ipſum, poſtmodum die, ſeu vice alia, ſponte confeſſum fuiſſe de crimine, & abſque formidine tormentorum, præſumimus, & volumus, vt ſit iuris præſumptio, quod illud tormentorum formidine ſit confeſſus, quantumcumque in proceſſu contineatur, quod ſponte: niſi de tali ſpontaneitate, ſeu voluntate ſpontanea conſtet iudici appellationum, & ei, ad quem ea res pertinet, aliter quam peracta, & proceſſum prædictum.

OPINIO DLII.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio noui operis, an fieri poſſit aduerſus abſentes, inuitos, & ignorantes, eoſq; liget.*

NVNTIATIO † noui operis fieri poteſt aduerſus abſentes, etiam inuitos, & ignorantes, textus eſt *in l.* 1. *§. nunciatio. in fi. ff. de nou. oper. nunti.* Et ipſa nunciatio facta contra abſentes, ſeu ignorantes, valet, & ligat eos, quo ad effectum patientiæ præſtandæ per eos, in demolitione facienda; nihilominus ratione ignorantiæ, & abſentiæ, eis in hoc ſubuenitur, vt demoliri facere expenſis ſuis propriis non teneantur, ſed expenſis ipſius nunciantis, ſi vellet opus demoliri, vt ſentiunt Glo. Bart. Ang. Paul. Caſtren. Rap. ha. Imol. Roma. Alex. & reliqui omnes, &, vt ita dixerim, totus mundus, *in d. §. nunciatio.* 1 Cõis opin.

OPINIO DLIII.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio facta in loco, vbi nemo penitus reperitur, valet: ſed dominus non teneatur ad aliquid, niſi poſt eius ſcientiam.*

NVNCIATIO, † ſi fieret in loco, vbi nemo penitus reperiatur, valet & tenet abſque dubio: ſed dominus non teneretur ad aliquid, niſi poſt eius ſcientiam, ſecundum Gloſſ. communiter ab omnibus approbatam, *in verb. factum, in l. de pupillo, §. nunciationem. ff. de nou. oper. nunc.* cum qua concurrunt ibi Paul. Caſtren. & Roman. *in lectura, & etiam in add. ſuis nouis.* Paul. Caſtren. *in l.* 1. *§. nunciatio, eodem tit.* Et quamuis Alex. *in d. §. nunciationem.* ſatis dubitet de veritate memoratæ Gloſſ. aſſerens paſſum eſſe dubium; nihilominus communis opinio eſt cum ipſa Gloſſ. à qua in actu practico ſecundum eum, tutum non foret recedere: & ſic effectualiter cum ea reſidet. 1 Cõis opin. Cõis opin.

iuraret ſe nunquam fuiſſe citatum à nuncio an ei potius quam nuncio credatur.

6 *Nuncio publico, & iurato an credatur in denunciando crimina.*

7 *Nuncii de conſuetudine admittuntur viles, & viliſſimi licet de iure nuncius debeat eſſe idoneus, & fidelis.*

8 *Nuncio referenti ſe citaſſe non creditur, niſi conſtet de commiſſione facta ad citand.*

1 NVNCIO † publico duntaxat creditur in ſpectantibus ad eius officium, puta ſi referat ſe perſonaliter citaſſe Titium. cum autẽ deponit in his, quę ſunt extra eius officium non probat; ſecundum Io. Andr. *in tit. de cit. §. 1. in princ.* quem ſequitur Abbas *in c. cum parati de appell.* Dec. *in c. poſt ceſſionem de prob.* Doctores omnes *in § quadruplici Inſt. de act. & in l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. præfect. vrb.* Ruin. *conſ. 66. col. 1. vol. 5.* Tiraq. qui lateſſime multa congerit, *in tract. de retract. in tit. Du retrac. linagier. §. 8. Gloſ. 11.* & iſtam eſſe communem opinionem Alciat. *in tract. de præſumpt. in 3. reg. præſumpt. 14. num. 10.* & Iaſ. *in l. properandum. §. & ſi quidem num. 8. C. de iud.* Com. opin.

2 Quæ † procedit ex quadam conſuetudine ſecundum Guid. Papæ *deciſ. 628 num 1.* Hocque ampliatur in tantum procedere. vt nuncio credatur etiam, & fides adhibeatur, referenti ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicati, vt voluerunt Bar. & Doct. *in l. à Diuo Pio. § in venditione ff. de re iudic.* Guid. Papæ *in d. deciſ. 628.* Alciat. *in memorata præſumpt. 14. num. 3.* cum aliis quam plurimis concor. traditis per Iaſon *in leg. in illa §. penult. ff. de verbor. obligatio.*

3 Ampliatur † etiam habere locum in geſtis per ipſum nuncium poſt mortem mandantis. Vnde iudex ſi mandauerit aliquem mitti in poſſeſſionem per nuncium, tunc profecto morte mandantis mandatum hoc non expirat: & ſic nuncius tenetur, & debet mandatum exequi non obſtante morte iudicis mandantis, vt firmauere Bar *in §. fundi venditor in fin.* & ibi Alex. *col. 11. ff. de acquirend. poſ.* Abb. & alii omnes *in c. relatum, de offic. deleg.* Bal. *in leg. ſi de interpretatione ff. de leg.* Bal. *col. 3* & Iaſ. *in l. more, col. 12. ff de iuriſ. omn. iud.* vbi iſtam communem opinionem. Ita etiam verſa vice, nuncius habens commiſſionem citandi, ſi moreretur re integra poſſet dubio procul eius ſucceſſor exequi, & citare ſine noua cõmiſſione ſecundum Ang *in authen. vt nulli atenus iud. §. ad hoc col. 8.* & Franc. Aret. *in d. l. fundi. col. 11.* Com. opin.

4 Quæ † quidẽ communis ita interpretatur & ampliatur quoque habere locum ſimiliter in licentia de capiendo data nuncio à iudice, vt exequi poſſet poſt mortem ipſius iudicis mandantis, vt concludunt Ang. *in d. l. fundi*, & Purpuratus *in d. l. more, num. 135.* vbi limitat mentionatam opinionem Bar. communem in tribus caſibus.

5 Sed iſta cõmunis † ita declarata limitatur primo limitatur primo ſi citatus per nuncium eſſet perſona circumſpecta, & fidedigna, & iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe à nuncio, tunc enim ex tali coniecturaei potius, quam nuncio crederetur; ſecundum Abb. & Moder. *in d. c. cum parati* Iaſ. *in d. §. ſi quidem, in 6. not.* Guid. Papæ *in d. deciſ. 628 num. 1 poſt medium, &* Matan. *in loco ſupra citato*, & per Afflict. *in conſil. edictorum in fin.*

6 Limitatur † ſecundo etiam ante dictam communem non obtinere in denunciando crimina: quia tunc non creditur nuncio, etiam publico, & iurato, vt voluit Speculat *in tit. de citatione. § ſequitur videre* & hoc procedit, & intelligitur verum eſſe, quoad condemnandum, non autem quoad inquirendum quia quo ad relationem nuncii, poteſt inquiſitio formari, ſecundum Bar. *in d. l. 1. §. cura carnis.*

Limitatur † tertio, quod ipſe nuncius debeat eſſe idoneus, & fidelis *§. hoc autem, in auth. de iud.* Nam nuncius, ſecundum legem, debet eſſe perſona diues & approbata. ita Felyn. *in cap. prudentiam poſt prin. de offic. deleg.* Vnde ſi admitteretur nuncius vilis: tunc reputaretur res male geſta, & ei non adhiberetur fides aliqua; ſecundum Barbatium *in c. quoniam contra num. 31. de probat.* Tamen de facto obſeruatur contrarium videlicet quod admittantur, aſſumanturque nuncii, nõ ſolum viles. ſed etiam viliſſimi, & infamoſiſſimi, teſte Bal. *in l. ſi in. col. pen quæſt. 8. C. de edict. Diui Adr. tollen.* Et de hoc vtique mirandum non eſt: quoniam nuncii officium viliſſimis perſonis congruit, ſecundum Bald. *in l. ſi vt proponis. C. de execu. rei iud. per l. final. ff. de iudiciis*, Fede Seneuſ. *conſ. 129. colum fin.* & Afflict. *in conſtit. ſequente colum. 4.* adeo vt infamis etiam poſſit eſſe, nuncius Ioan. Andr. Bald. Felyn. & alii omnes *in d. c. prudentiam*, & Tiraquel. cum aliis aggregatis per eum *in tract. de vtroque retract. de retractu conſanguineorum. §. 8. duos teſtes, num. 3.* 7

Quarto † & vltimo limitatur, quod nuncio, referenti ſe citaſſe, nulla adhibeatur fides, nec ei credatur niſi appareat de commiſſione ei data ad citandum; ſecundum communem ſcholam omnium Doct. cum pro ipſa commiſſione nullatenus præſumatur vt firmant Bar. & Ioan. de Plat. *in l. 2. C. de decur. lib. 10.* Aut de But. & alii omnes *in c. 1. de iud.* Doct. *in l. ſecundum ff. de verb oblig.* Bald. *conſ. 63. volum. 5.* Aret. *conſ. 33. volum 4.* Matth. *ſingul. 235.* Bar. *in extrauag. ad reprimendum in verb. per nuncium*, Dec. *in c. quoniam contra num. 22. de probat.* 8 Com. opin.

OPINIO DLVI.

SVMMARIA.

1 *Nuncio publico plenè creditur, eiuſque relationi ſtatur quo ad citationem. Et an credatur referenti citatum dixiſſe, ſe nolle venire ita vt ob talem relationem citatus efficiatur contumax. num. 3.*

4 *Nuncii relatione in Regno Neapolitano quando credatur.*

5 *An contrarium relatione nuncii, in iis, quæ ad eius officium ſpectant à parte probari poſſit, ſe videlicet non fuiſſe à nuncio citatum.*

6 *Nuncio contra dicenti primæ relationi à ſe factæ, an tali contradictioni, vel primæ relationi credatur. Et ad quid tunc teneatur nuncius.*

NVNCIO publico bene creditur, † eiuſque relationi ſtatur, quo ad citationem *c. cum parati* vbi Gloſ. & omnes generaliter, *de appellat.* Ioan. Andreas *in add. Specul. in titul. de citatione §. ſequitur verſ. ſed nunquid credatur ſoli nuncio*, Bar. *in tract. de citatione, in 9. quæſt.* & Gratus *conſil. 85. inuocato diuino ſuffragio, in præſenti cauſa, ad quam nunc accerſitus ſum num. 3. vol. 2.* Bald. *in l. vt perfectius, colum fin. C. de annal. excep.* vbi aſſerit ita obſeruare generalem conſuetudinem, & Tiraquel. *in tract. de vtroque retractu, de retractu conſanguineorum. § 8. duo teſtes Gloſ. 9. num. 6.* 1

Sed † hoc non procederet, ſi nuncius aſſereret, citatum dixiſſe, Nolo venire ad iudicium, nec ad iudicem accedere: tunc enim iſte citatus, ob huiuſmodi verba prolata & ob relationem per nuncium factam cenſeretur verus & manifeſtus contumax *capitul. venerabilibus. §. ſin. de ſentent. excommunicatione in ſext.* & notant. Cardinal. & alii *in clement. vnica, de dolo, & contumac. quæſt. 8.* & Abb. 2

3 *in d.c.cum parati col.pen.* Ideo † citati prædicti reſponſio debet per teſtes probari, nec ſufficit ſola nuncii relatio vt dicatur contumacia manifeſta, ſecundum Gloſſ. *in d. §. ſecus, in verb. in iudicio* quam ſequuntur ibi Domin. & Franc. Bald. & Imol. *in d.c.cum parati,* & Iaſ. *in l.properandum. §. & ſi qui lem.num.9.C.de iudic.* & iſta eſt communis opinio.

Com. opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicet quod ante dicto nuncio referenti, citatum dixiſſe, nolo venire, credendum ſit, inclinarunt Cardin. *in d. Clemen. vnica queſt.*8. Præpoſ. Abb. & Dec. *num.45 in d.c cum parati*. Felin. qui alias eiuſdem ſententiæ refert, in *cap.ad petitionem.num.* 10. *de accuſa.* Sed quicquid iſti Doct. dicant, ob hoc non eſt diſcedendum à mentionata communi, quæ veriſſima, ac tutiſſima redditur, ex relatis per Iaſ *in d. §. & ſi quidem*.

4 Et † iſta communis opinio videtur conformis conſtitutioni regni Neapol. *Citationis literæ* in qua diſponitur non eſſe ſtandum dicto nuncii iurati, niſi fiat intimatio, ſeu notificatio citationis coram duobus, vel tribus teſtibus. Vnde hoc iure vtimur in regno & ſeruamus hodie formam antedictæ conſtitutionis, vt per nuncium fieri debeat relatio, ſe citaſſe Titium talibus teſtibus præſentibus, videntibus, & audientibus, aliter ei non crederetur. & ita obſeruatur etiam in regno Franciæ, atteſtante Tiraquel. *in tract. de vtroque retractu, de retracta conſanguineorum. §. duos teſtes num.* 1. & 3.

5 Et † quamuis nuncio credatur in ſpectantibus ad eius officium; nihilominus tamen ſi relatio nuncii re ipſa foret falſa, prout plerunque in locis, in quibus tales nuncii ſine teſtibus admittuntur relationes falſæ, fallaceſque reperiuntur, ac deteguntur vt optimè nos aduocati paſſim nouimus, in reuolutione proceſſuum, & in exclamationibus miſerorum clientulorum: tunc pars poſſet probare contrarium: & ſic admitti deberet ad probandum contrarium eius, quod relatum extiterat, nuncium videlicet nullam feciſſe intimationem. ita Gloſ. *in cap.propoſuiſti.in verb. non probatum* 81.*diſt & in c.ter.ſeſt.in verb.in executorib.* 4 *q.*3. Arch. *in c.venerabilibus colum.*2. *de ſenten.excom.lib.* 6. Imol. & Alex. *colum.*1. *in l.quæ bona ff de damn.inſec.* Doct. omnes *in c. quoniam contra de prob. & in c.propoſuiſti,* & ibi Imol. & Felin. *col.*1 *extra de prob.* Guid. P. p. *deciſ.* 628. *non debet de iure* Doctor. vnanimiter omnes *in cap. cum parati. extra. de appell.* & præſertim Philip. Franc. & Card. Alex. & Bonifac. Vitel. *in tract. maleficiorum in titul.de forma citat. accuſati,num.*16.

6 ¶ Et † hinc eſt, quod nuncii interdum ex propriæ conſcientiæ morſu, contradicant ſuis relationibus iam factis & tunc ſtatur certè poſterioribus depoſitionibus & aſſertionibus, contrariis primis. *c. quoniam contra, in verb. citationes, de prob.* Gloſ. *in d.c.cum parati, & in c.suris, de præſump.* & Alex. *in l.*1. §.1. *de offic.profect. vrb.* Quo caſu nuncius ob relationem prius factam primo tenetur parti ad intereſſe paſſum, ſecundum Cyn. Bald & Saly. *in l.fin.C.de requi.re.* & Alex. *in l qui nomine ff.de falſ.* Secundo etiam idem nuncius in præſenti caſu tenetur de falſo. ita Bar. *in d.l.qui nomine,* Specul. *in tit. de executore, verſic. ſed quærit.* Et Bal. *per tex. ibi in l.*2. *C.de ſpor.* vbi concludit vtiliter, quod nuncius ob hoc poſſet ſine proceſſu, remoueri ab officio leuato velo.

OPINIO DLVII.

SVMMARIA.

1 *Oblatio verbalis non releuat offerentem, ſed debet eſſe realis.*

2 *Offerre illegitimè, & non offerre paria ſunt.*

3 *Oblatio vbi requiritur, non ſufficit verbalis ſed realis neceſſaria eſt.*

4 *Oblatio de volendo fide iubere non ſufficit, niſi fideiuſſor præſens ſit, & paratus fideiubere.*

5 *Oblatio realis non requiritur cum creditor, cui ſolo verbo offertur, recuſat ſolutionem recipere.*

6 *Oblatio verbalis ſufficit quo ad effectum retardandi venditionem pignoris, factam per creditorem, maximè ſi fiat cum proteſtatione. num.*7.

8 *Oblatio verbalis impedit pignorum alienationem faciendam, non autem iam factam.*

9 *Oblatio verbalis ſufficit ni ſi fuiſſent vendita, & tradita pignora emptori per creditorem.*

10 *Oblatio verbalis, ne creditor pignora vendat; procedit ſi facta ſit à debitore.*

11 *Oblatio ſola verbalis ſufficit in rebus immobilibus quæ afferri non poſſunt, vt fundus: vel in rebus mobilibus, quæ faciliè conſignari nequeunt vt equus.*

12 *Oblatio ſola ſufficit, & verbalis quando pecunia eſſet alibi ſoluenda.*

13 *Oblatio verbalis ſufficit ad pœnam legalem euitandam, non autem conuentionalem.*

14 *Oblatio verbalis ſufficit vbi debitum non eſſet liquidum: Et ſufficit tunc, ſi fiat ipſa oblatio etiam per tertium Et poſt litem conteſtatam.*

OBLATIO verbalis tantum, id eſt, ſine conſignatione, non releuat offerentem, *l.prætor, § ſi quis paratus,* vbi Bartol. & alii. *ff.de oper.noui nunc.* Corn. *conſil* 37. *meminit non multis diebus allegaſſe .num.* 2. *vol.*2. & Alexand. *conſil.*131. *in cauſa inter vniuerſitatem ſtrazarulorum, num.*11. *vol.*4. 1

Siquidem † offerre illegitimè, & non offerre, paria ſunt *l quoties ff de tranſ* & hanc communem publicè aſſeruit Roma *conſ.*163. *conſtitutia ſub nu.* 2. & probatur etiam hoc modo. 2

Com. opin.

Nam † vbi oblatio requiritur, verbalis certè non ſufficit, ſed realis requiritur *l. qui decem ff.de ſolut.* cum aliis concordantibus legibus adductis per Rom. *in d. conſ.*163. *ante fin.* & per D. Horat. Mandoſ. ibi. *in add. in liter.C.* & per Marſilium *in l. qui falſam monetam, nu.* 48. *ff.ad l. Corneliam de falſis.* 3

Illuſtratur † quoque regula præmemorata ex eo, quod oblatio fideiuſſoris non valeat, neque teneat, niſi fideiuſſor præſens ſit, atque promptus, paratuſque fideiubere. *l. qui decem §.idem reſponſum ff.de ſolutio,* alias *l ſi quis. §. nunc videamus.* Ioan. de Imol. *in d.l prætor §.ſi quis paratus.* Alex. *conſ.*107. *volum* 3 *& in l de pu. §. ſi is cui. ff.de oper. noui nunc.* poſt Angel. 4

Sed † hoc non habet locum, quando creditor, cui ſolo verbo offertur, ſe nolle recipere ſolutionem aſſerit, tunc enim non requiritur realis oblatio ſed verbalis ſufficeret ſecundum Alexand. *in l. ſi mora in* 5 *fallentia ff. ſolut.matrim.* & omnes communiter *in l quis Roma ff.de verb. oblig.* quam communem ſequuntur, & citant Moder. ibi, & Bertran *con.*133. *etiam ſufficiens v. legitimè appareret, num.*4. *vol.* 6. 5

Com. opin.

Limitatur † quoque non procedere concluſio præmiſſa quo ad effectum retardandi venditionem pignoris, per creditorem factam: quoniam quo ad hoc, explorati iuris eſt, ſufficere verbalem oblationem *l.pen ff.de reſcin.vend.* ſecundum communem intellectum Gloſ. Bart. & aliorum, *in l. pen. ff de diſtrac. pign. & in l.ſi reſiduum C.eod.tit.* quem ſequitur vltra allegatos Doctores, Alexand. *in dict.l.ſi mora, in* 2. *fallent.* 6

Com. opin.

Et † iſta itaque communis tanto facilius procederet, ſi oblatio verbalis fieret cum proteſtatione, ne creditor pignora venderet *l.* 2. *C.de deb.vend.pig.impe. non poſ.* 7

Sed † hoc, quod verbalis oblatio impediat pignorum diſtra- 8

diſtractionem, procedit primo de plano, vt impediat & impedire poſſit venditionem pignorum faciendam, non autem iam factam *l. ſi prius*, & ibi Bal. *C. de diſtinct. pig.*

9 Itidem † ſecundo loco, eadem communis vera apparet, & procedit, niſi forent vendita, & tradita pignora emptori per creditorem, *l. 1.* & ibi Bald. C. ſi antiq. cred.

10 Similiterq; † tertia iſta opinio vera eſt, ſi ipſa verbalis oblatio facta eſſet à debitore; *vt d. l. ſi prius.*

11 Tertio † limitatur quoque regula præmemorata in principio poſita, locum nõ obtinere, in rebus immobilibus. Nam oblatio verbalis tantum ſufficit in rebus immobilibus, quæ offerri nequeunt. Itaque ſi res talis ſit, quæ ſincerè offerri non poſſit, vt fundus & alia immobilia vel mobilis ſit non conſignabilis, vt equus: tunc vtique ſufficit ſola verbalis oblatio, *l. dos data*, & bi Bar. *C. de do. ante nupt.* Gloſ. Bar. & Bald. & alii *in l. acceptam. C. de vſur.* Bar. & cæteri concorditer *in d. l. ſi mora.*

12 Quarto † coarctatur regula prædicta, vt verbalis oblatio inutilis non reddatur, ſed ſola ſufficiat cum pecunia eſſet alibi ſoluenda, ſecundum Bald. *in dict. l. acceptam.*

13 Quinto † limitatur etiam in eo, quod verbalis oblatio tollat pœnæ commiſſionem, & conſequenter oblatio verbalis ſufficit ad pœnam euitandam, *l. Celſus ff. de arbitr. & d. l. ſi acceptam* & ibi Bald. *in 3. oppoſitio.* Gloſ. & omnes alii Doct. *in l. cum dies. § fin. ff. de arbit.* & Alciat. *conſil. 393. num. 4.* Sed hoc procedit in pœna legali, non autem in conuentionali. Vnde oblatio verbalis ſufficit ad euitandum pœnam legis vel iuris municipalis, non autem à contrahentibus in contractu appoſitam *l. ſi quis maior C. de tranſact. & d. l. acceptam*, vbi Bal *in 3. oppoſit. & in q. 21.* Iaſ. *conſ. 9. num. 14. volum. 1.* & Ang & alii *in d. l. ſi mora. in princ.*

14 Sexto † limitatur, ſi debitum non foret liquidum tunc enim non requireretur certa, liquidaque oblatio, *d. l. ſi reſiduum*, & ibi Bal. *& in d. l. acceptam in 7. oppoſition.* & Gloſ. *in l. creditor. C. de pig.* imo tunc ſufficeret ſi fieret huiuſmodi oblatio, etiam per tertium, abſq; mandato, vt efficaces teſtes ſunt Ang & Paul. Caſt. *in l. tale za2 tum. §. poſt diuiſionem. ff. de pact.* & Bald. *in d. l. acceptam & in l. obſignatione. C. de ſolut.* Imo talis oblatio verbalis ſufficit, vt fieri poſsit etiam poſt litem conteſtatam, textus eſt *in l. ſi rem. § fin. ff. de pignorib.* & ibi Doctor. notant.

OPINIO DLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio debiti, etiam ſine conſignatione, ac depoſitione facta liberat debitorem offerentem à pœna caducitatis; ſecus in canone emphyteutico.*

1 OBLATIO † debiti etiam ſine conſignatione, ac depoſitione facta, liberat debitorem offerentẽ à pœna caducitatis, ſicut regulariter obſeruatur in alia pœna, de qua in tex. *in l. acceptam. C. de vſur.* Sed ad conſequendam plenariam liberationem à Canone emphyteutico, ſecus eſt: ſiquidem ad huiuſmodi effectum requiritur, vt emphyteuta illum offerat, conſignet, atque deponat, ſecundum communem intellectum *l. 2. C. de iure emphyt. circa fin.* traditum ibi, per Doctores præſertimque per Gloſ. & Iaſ. *num. 160.* & per canoniſtas omnes *in c. potuit de locat.*

OPINIO DLIX.

SVMMARIA.

Obligatus ad factum, licet non poſſit compelli ad factum ipſum cum ſuccedat obligatio ad intereſſe, tamen interueniente iuramento, poſſet præciſè compelli ad ipſum factum. Et an id quoque in hærede iurantis locum habeat num. 2.

3 *Obligatus ex ſententia ad aliquid agendum præciſè facere tenetur, nec liberatur ſoluendo intereſſe.*

OBLIGATVS † ad factum licet compelli ad factum ipſum nequeat, cum ſuccedat obligatio ad intereſſe, *l. ſtipul. non diuiduntur §. Celſus. ff. de verborum obli. & l. ſi quis ab alio. ff. de re iudic.* nihilominus interueniente iuramento, poſſet præciſè compelli ad factum promiſſum, ſecundum Gloſ. *in l. ſi pecuniã in verſ. quia iuraſti ff. de cond. ob cauſam* & ibi Bald *& in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, & in præl ud. feud.* Innocen. Cardin. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Imol. *in c. per tuas, de arbit.* Roma. *in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. obligat. in rub. colum 19. ff. de arbitr.* Doct. *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* & Alexand. *conſil. 37. vol. 2.* vbi admonet iſtam eſſe communem ſententiam, & Iaſ. *con. 9. etiam num. 10. vol. 1.* & Scribentes omnes hoc idem aſſeuerant, *in rub. de iur. iur.* & cumulatiſſime Vrſillus *in addit. Affl. ct. in deciſ. 163. num. 1. & ſequent.* vbi ſuadet cum iſta communi opinione, in deciſiuis tranſeundum eſſe, & Bertran. *conſil. 6. inter pacta, num. 1. cum aliis ſequen. volum. 6.* Com. opin.

Sed † hoc non procederet in hærede iurantis cum ipſe non poſsit præciſè ad factum compelli, verum liberatur ſoluẽdo intereſſe quia iuramenti vinculum ex parte iurantis perſonale eſt *c. veris. de iureiur.* idcirco non ligabit hæredem; ita notat Bald. *in d. præl ud. in feud.* 2

Et † quemadmodum obligatus iureiurando ad aliquid faciendum, præciſè facere debet, vt ſupra docuimus; ita pariformiter obligatus mediante ſententia, ad aliquid agendum, præciſè facere debet, neque intereſſe ſoluens liberatur ita Gloſſa magna *in l. qui reſtituere*, & ibi Bal. & Ang. *ff. de rei vendic.* & Iaſ. *in præallegato conſil. 9. ſub num. 10. vol. 1.* 3

OPINIO DLX.

SVMMARIA.

1 *Bona rei criminis, ſeipſum occidentis, an hodie publicentur & an ipſo iure, vel mediante ſententia num. 2. Et quia præter ea pœna cadauer eius afficiatur & an eius teſtamentum valeat num. 3.*

4 *Occidere ſeipſum tentans, alicuius criminis reus, ſi non perficiat actum qua pœna afficiatur.*

5 *Fiſcus vt bona capiat ſeipſum interficientis quid probare debeat.*

6 *Vaſallus occidens ſeipſum an vna cum heredibus ſuis feudo priuetur.*

7 *Mortem ſibi conſciuiſſe 164. antiquos ob varias, & diuerſas cauſas, remiſſiue.*

8 *Occidere ſeipſum quocunque caſu licitum non eſt.*

9 *Hæreticus eſt aſſerens pertinaciter, eos, qui ſeipſos occidunt, eſſe martyres.*

10 *Occidens ſeipſum debet carere eccleſiaſtica ſepultura.*

OCCIDANS † ſeipſum, alicuius criminis, ſceleriſue reus exiſtens, punitur publicatione bonorum, niſi hæredem habeat. *l. fin. & toto titulo ff. de bonis eorum qui mortem ſibi conſci.* & tenent Iacob. de Rauen. & Petr. de Bellapert. *in leg. 1. C. qui teſtam facere poſſ.* Ioan. Igne. cum aliis relatis per eum, *in l. 1. §. ſi ſibi num. 109. ff. ad Syllanian.* In contrariam vero partem quod ſuſpectus de crimine, vel accuſatus, vel in crimine deprehenſus, ſi mortem ſibi conſciuit, hodie eius bona non ſunt publicanda; inclinarunt Gloſſa *in leg. prima §. 2. verſicul. aduerſus. ff. de iure fiſci*, 1

& Bart.

& Bartol. *in l. 1. §. fin. ff. de bonis damnat. & in l. 2. §. fin. ff. de bon. eorum, qui an. ſentent. mor. ſibi conſcu. per auth. bona damnatorum. C. de bon. damna. cum ſimil.*

2 Et † bona iſta delinquẽtis circa ſeipſum, lite ſuper eo conteſtata, non ipſo iure, ſed per ſententiam publicari poſſunt, & debent. *l. in fraudem §. eius bona, & § ſequent. ff. de iure fiſci*, Gloſ. & omnes communiter, & ibi Bolognett. *in ſecund. interpretationibus, in l. 3. C. qui teſtam fac. poſ.* & Bar. *in l. 3. § fin. ff de bonis eorum, qui mor. ſibi conſci.*

Com. opin.

3 Et † vltra pœnam publicationis bonorum imponendam delinquenti circa ſeipſum, cadauer eius furca etiam ſuſpenditur, & ſic punitur, ac ſi extraneum occidiſſet, ſecundum Roma. & Iaſ. *in d. l. 2. per textum. ibi.* Petr. à Placa. *in epitom. cauſarum crimin. lib. 1. c. 23. ſub num. 17.* & Carterium latè declarantem, *in pract. crim. in §. homicidii num. 123. cum aliis ſequent.* vbi hoc duobus modis ampliat. Sed hoc in iudicis arbitrio relinquitur, ita Bald. *in l. 2. C. qui teſtam. facere poſſ.* ſed eius teſtamentum valet, vt eſt textus *eo in loco*, vbi notant etiam Docto. omnes, & Menoch. *arb. iud. caſ. 284. lib. 2. cent. 3.* verum in aliquibus caſibus mihi occurſis in variis locis Prouinciæ noſtræ Aprutinæ, & in ſacra regia audientia Capitinatę Apuliæ, Comitatuſque Moliſii ſuperioribus temporibus contra laqueo ſe ſuſpendentes, vel alio modo ſe occidentes in carceribus, dum reperiebantur variis notati criminibus, fretus opinione allegata Bald. nolui vnquã iudicare, cadauera eorum eſſe furca ſuſpendenda ſed extra muros, abſque eccleſiaſtica ſepultura ſepelienda.

4 Et † ampliatur etiã in tentante ſibi manum inferre, quilibet non perficiat actum, tamen puniendus eſt ſecundum Bart. *in l. ſi quis aliquid. § miles ff. de pœn. & in l. transfigere. num. 17. C. de tranſactionibus.* & Thomam Grammatic. *deciſion. 44. numer. primo* & iſta eſt indubitata & communis opinio. Et iſte profectò in

Com. opin.

5 hoc caſu † eſſet puniendus eadẽ pœna, qua puniretur, ſi alterum vulneraſſet, ſecundum Alber. Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. *num. 4. in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſ.* Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de pœn.* Bald. *in proœmio decretalium*, Petr. à Placa. *in d. c. 23. lib. 1. cauſarum crim. num. 18. & ſeq.* & Gram. *in d. deciſ. 44. num. 4.* Verum ſi occiſor ſui ipſius non foret de crimine accuſatus, nec in eo deprehenſus, ſed de crimine tantum ſuſpectus tunc fiſcus, vt bona capiat, tenetur probare, eum mortem ſibi conſciuiſſe metu pœnæ, non autem impatientia doloris, ſecundum Petr. & Cyn. *in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſ.* Bart. & alios communiter, *in l. fin §. fin. ff. de bonis eorum, qui ant. ſenten.* Bald. *in l. fin. C. de iur. fiſci lib. 10.* & Ioan. Igne. *in d. § ſi tibi num. 62.* Contrarium vero reſpondendum eſt ſi non ſit accuſatus, vel in crimine deprehenſus, & poſtea mortem ſibi conſciuit; tunc enim ob hanc præſumptionem, & veluti fictam confeſſionem quæ eſt contra ipſum, onus probandi eius innocentiam reuertitur ad hæredes ipſius, vt bona mortui tueatur, ita voluit Platea *in d. l. fin. C. de iur. fiſci*, & Bart. *vbi ſupra.* Sed contrarium quod videlicet etiam hoc caſu onus probationis fiſco incumbat, firmauit Ioan. Igne. *in d. § ſi tibi, num. 61.* tamen in actu practico tutum non foret diſcedere à ſententia Plat. & Bar. tanquã tutiori, & veriori.

Com. opin.

6 Cæterum † præmiſſa limitantur non habere locum in vaſallo occidente ſeipſum, qui ob hoc feudo priuari non debet, ſecund. Bald. *in c. 1. quibus modo feu. amit.* & Iacob. Aluar. *de feud. in verſic. delictique vaſalli promeſerunt. d. 2. num. 29.* vbi ait cæteros Doctor. tranſire cum iſta opinione; quia delictum hoc non concernit Domini offenſionem, ideo non debet, nec poteſt vaſallus ob id, nec eius hæredes feudo priuari.

Com. opin.

Et † ſi ſcire cupis antiquos, qui ſibi, ob varias, & 7
diuerſas cauſas mortem ſibi conſciuerunt, vide Io. Rauiſium Textorem, *in eius officina in cap. 2.* ponentem ibi 164. qui variis modis ſibi mortem conſciuere.

Et † ſelpſum quocunque caſu occidere licitum 8
non eſſe firmat, & luculenter probat Guilielm. Pepin. *in ſermonib. de deſtructione Niniuæ in ſermon. 35. column. 6. folio paruo 285.* & Alphonſus de Caſtro *in tractat. aduerſus hæredes libr. 10. in verſic. ſeu cap. Martyrium fol.*
902. Vbi † etiã oſtendit, hæreticum eſſe, aſſerentem 9
eos, qui ſe ipſos occidunt eſſe martyres cenſendos eo quod mortem vltronei patiantur.

Et † denique occidens ſeipſum debet carere et- 10
iam eccleſiaſtica ſepultura, *c. placuit 23. quæſt. 5.* & Gloſ. *in cap. ex part. de ſepult.* Et de hac materia, vide vberrimè, Menoch. de Arbit. iud. caſ. 284. l. 2. cent. 3. & Pet. Rotzium deciſ. 1. & 2.

OPINIO DLXI.

SVMMARIA.

1 *Officialis durante tempore officii remotus ab officio, & poſtea reaſſumptus, cum eiſdem pactis reaſſumptus cenſetur.*

2 *Conductus Doctor, ſiue famulus vel alius certo ſalario annuo ſi finito anno vel interpoſitis plurib. annis reconducatur ſine repetitione ſalarii, intelligitur reconductus ſub primo ſalario. Eiuſque ratio num. 3.*

4 *Officialis aſſumptus in locum deficientis non expreſſo ſalario debet conſequi ſalarium, quod eius prædeceſſor habuit.*

OFFICIALIS † ſi durante tempore ſui officii fuit 1
remotus ab officio, & poſtea reaſſumptus, cum eiſdem pactis reaſſumptus intelligitur ſecundum Bal *in l. ſi conſt. C. de don. an. nup. & in l. etiam. col. fin. C. de iure dot.* quem ſequuntur Scribent. omnes communiter *in l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſ.* vbi Moder. audacter mentionem faciunt de iſta communi.

Com. opin.

Et † concludunt etiam quod ſi ciuitas conduxit 2
Doctorem pro certo ſalario pro vno anno, eoque finito rediit domum, & demum interpoſitis pluribus annis reconducatur ſine repetitione ſalarii, intelligitur reconductus ſub illo ſalario, quod prius perceperat, vbi ſubdunt etiam idem eſſe in famulo & ſimilibus, Et tenet Bald. *in d. l. etiam num. 12.*

Et † ratio eſt euidens, quia actus ſecundarius re- 3
gulatur à primitiuo. vide ibi Barbat. *in addit.* Corſet. *ſing. 345. dum auditem, ſub rub. ſalarium 4.* vbi pulchre limitat, & ampliat, & vide eundem Bal. ad plures quæſtiones vtiliſſimas, *in l. legem, C. locati.*

Adde † itidem in præſenti materia, ſi plures offi- 4
ciales poſiti fuiſſent cum diuerſis ſalariis, & demum ponatur vnus, nulla ſalarii habita mentione, in locum vnius iſtorum, quod debeat habere ſalarium quod habuit eius prædeceſſor vltimus, ita refert fuiſſe determinatum Bartholom. de Capua *ſing. 129.* per text. *in l. ſi mater. C. ne de ſtatu defunctorum, l. excepto, C. locati l. Mela, ff. de alimen. & cibar. leg.* vide Bar. *in d. l. & in l. 1. C. quo. & quand. Iud.* & Paul. Caſtrenſ. & Aret. *in § ex non ſcripto, in fin. inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* & ad quæſt. Bald. *in l. binas. C. de aduoc. diuerſ. iudic. num. 4.* quia ſolitum inducitur ex vno actu, vt abſoluimus *infra in opin. 729.*

OPINIO DLXII.

SVMMARIA.

1 *Omnis diſpoſitio debet intelligi rebus ſic ſtantibus. Item ſtatutum num. 2. & conſuetudo num. 3.*

4 Cra-

4 *Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum nec de perſona ad perſonam; maximè quando eſt contra ius.*

5 *Iuramentum ſemper intelligitur, rebus ſic ſtantibus.*

3 OMnis † diſpoſitio debet intelligi reb. ſic ſtantib. *l. quod Seruius ff. de cond. ob cauſ. & in Gloſſ. continuus § cum quis. ff. de verb. oblig. l. quaro. § inter locat.* & iſta eſt communis opinio. vt per Tiraquel. *in lege ſi vnquam C. de reuoc. don. in praefat. nu. 167.* Marſil. *in rub. de fideiuſ. num. 151.* Com. opin.

3 Sic † etiam ſtatutum debet intelligi rebus ſic ſtantibus, ſecundum Ripam *in tit. de conſtit. & ſtat. 5. reſpon. num. 9. & in c. cum M. Ferarienſis. de conſtit.* Bal. *in l. clari iuris. C. de fideicomm.*

Sic † in conſuetudine: Nam ſi eſt conſuetudo ab inteſtato, non habebit locum in teſtamento. Si vero eſt conſuetudo ex teſtamento, non habebit locum ab inteſtato, Ancharan. *conſil. 339. num. 8.* Ruin. *conſil. 208. volum. 2.*

4 Et † ratio eſt, quia conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, maximè quando eſt contra ius, Bar. *in l. poſt dotem. num. 30. ff. ſolut. matrim. & in authen. quirum num. 20. ff. ſolut. matrim. & in auth. quirim, C. de ſacroſan. eccleſ.* Alex. *conſ. 0. vol. 3.* Bald. *in l. ſi pupillorum ff. de rebus eo.* Tiraq. *in tract. de iure primigen. q. 16. num. 10.* Ant. Gabriel. *in ſuis concluſ. in tit. de conſuetudin. concluſ. vlt. in fin. & in tit. de praeſcript. concluſ. 2. num. 12. cum aliis ſeq.* & Rota Bononienſis *deciſion. 61. num. 7. & ſeq.*

5 Sic † etiam iuramentum ſemper intelligitur reb. ſic ſtantibus, ſecundum Tiraquel. cum magna caterua Doct. relata per eum *in d. l. ſi vnquam in praefat. num. 166.*

OPINIO DLXIII.

SVMMARIA.

1 *Ordo ſacer, aut promotio ad ſacros ordines, ante legitimam aetatem concedenda non eſt, promotus ad ſacros ordines ante legitimam aetatem non poteſt tales ordines exercere, niſi accedente legitima aetate num. 2.*

3 *Ordinatus, ac promotus ante legitimam aetatem non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed eſt ſuſpendendus. Hodie autem ordinatus ante legitimam aetatem, vel extra tempora vel abſque ſui ordinarii licentia, & abſque literis dimiſſoriis ab alieno Epiſcopo, eſt ipſo iure ſuſpenſus & celebrans interim efficitur irregularis, à ſolo Pontifice abſoluendus, & beneficio priuari poteſt. num. 4.*

5 *Irregularitas incurritur ob celebrationem factam contra determinationem Pontificum, Conciliorum.*

1 ORDINARI † promoueri, ſeu inſigniri ſacris ordinibus nemo poteſt ante legitimam aetatem Concil. Trident. *ſeſſ. 23. c. 11. & Clemen. general. de aetat. & qualit.*

2 Vbi † Gloſ. inquit *in verb. obſeruantiam* ſuſceptos ac promotos ad ſacros ordines ante aetatem legitimam non poſſe ordines iſtos exercere, niſi accedente legitima aetate: quâ quidem accedente impedimentum ceſſat; ideo poterit iſte in ordinibus ſuſceptis miniſtrare, ac eorum vſum exercere & ſequitur Archidiaconus & Praepoſ. *in c. placuit 77. diſt.* Imol. *in d. Clement. generalem. num. 8* Henric. *in c. conſultat. col. 4. de temp. ord.* & omnes Canon. communiter per illum text. *in c. vel non eſt compoſ. eod. tit.*

3 Et † ordinatus iſte, ſeu ante legitimam aetatem promotus minimè eſt ſuſpenſus ipſo iure, verum veniret, vel foret ſuſpendendus, textus eſt clarus, & rotundus *in d. c. vel non eſt compoſ.* quem ita intellexere ac interpretati ſunt Archidiac. Cardin. & Praepoſ. *in d. c. placuit,* Florent. *in 3 par. tit. 14. c. 16 § 15.* Henric. *in d. c. conſultationis col. 4.* Alber. Trotus, *de vero & perfecto clerico, lib. 2. c. 17.* quibus in opinionem dicit eſſe communem Praepoſit. *in d. c. placuit.* & Cardin. *in d. c. vel non eſt compoſ. in fine.* Com. opin.

4 Caeterum † hodie ordinatus ante legitimam aetatem, vel extra tempora vel ordinatus abſque ſui ordinarii licentia, & abſque literis dimiſſoriis ab alio Epiſcopo, eſt ipſo iure ſuſpenſus: & celebrans interim efficitur irregularis, à ſolo Pontifice abſoluendus, & beneficio iure permittente, priuari poteſt, vt habetur in extrauag. Pii 2. exordiente; *cum ad ſacrorum ordinum.* quam refert Sylu. *in ſua ſumma, in ver. Irregularitas, in §. decimo quartus,* & Rebuff. *in. in tract. de beneficiis in 2. par. tit. de clericis ad ſacros ordines male promotis. Gloſ. 4.* Et extrauag. iſtam obſeruari iuſſit Leo X. *in ſuis regulis Cancellariae, in reg. 25.*

5 Et † celebrans in hoc caſu contra determinationem Pontificum, & Conciliorum, irregularitatem incurrit ſecundum Abb. *in cap. ſi celebrat, de cleric. excommun. miniſt. column. fin.* & iſtam ponit eſſe communem opinionem Ioan. Bern. Diaz. *in pract. crim. can. c. 22. poſt medium.* Com. opin.

OPINIO DLXIV.

SVMMARIA.

1 *Tutor vel curator poſſunt facere pacem de iniuria, vel nece patris pupilli. Idem & mater tutrix ſine conſenſu propinquorum pro pupillo facere poteſt.*

2 *Minor an poſſit promittere, facere, ac ſtipulari pacem ſine tutoris vel curatoris authoritate; & an ei concedatur in integrum reſtitutio aduerſus pacem poſſit, & mater factam eam rumpere vel non.*

3 *Pax commenda, imo pro pace mala etiam toleranda ſunt.*

4 *Minor pacem faciens iuratam, promittenſque non contrauenire, vi tute iuramenti, tenaciter obligatur.*

5 *Minori competit reſtitutio in integrum, aduerſus pacem factam per eum, cum tractatur de eius intereſſe pecuniario, ſiue ex perſecutione iniuriarum debito.*

6 *Pacem haberi à minore an ſufficiat abſque decreto iudicis & num. 9.*

7 *Tutor, vel pupillus cum eius autoritate an poſſit facere pacem, cum poena adiectione in inſtrumento pacis.*

1 PAcem facere † poteſt tutor, vel curator, de iniuria, & nece patris pupilli, etiamſi mors notoria foret ſecundum Cyn. *in l. 1. C. de in integ. reſtit.* Bald. Alber. Sali. Paul. Caſtrenſ *num. 2.* & omnes communiter *in l. pactum curatoris C. de pactis,* Ang. *in l. ſi conuitii ff. de iniuriis.* Bald. *in rub. de treug. & pa. & in l. iuſiurand. ff. de iureiur.* Ant. de Butr. *in c. 1. de treug. & pa.* Abb. *conſ. 59. volum. 1.* & ita conſuluit Ioan. de amicis *conſil. 88. num. 1. cum aliis ſequent.* vbi ſententiam hanc late comprobat, & ait eſſe communem, & celebres D. Aduocati curiales Prouinciae Marchiae etiam *conſil. 150 quoniam qui in cogitationibus poſito inter conſilia criminalia diuerſorum in ſolio, num. 6. cum aliis ſequent. & num. 13. & ſequent vol. 1.* & Franciſ. Turzanus quoque *in repetition. commun. opin. 23. Tutorem & curatorem,* atque eam quotidie obſeruari admonet Boſſius *in practica criminali in tit. de pace num. 14. vbi num. 31.* ampliat procedere in muliere tutrice pupilli, quod ea etiam tutorio nomine poſſit facere pacem de nece patris pupilli abſq; conſenſu propinquorũ: & ait ita obſeruari Mediolani. & ſic ego conſului in facti cõtingentia ann. 1569. ſuper pace, facta de nece Petri Ant. Ruſſi de Caſtr. Foſſae, comitatus Aquilae, per tutricem ſuorum filiorũ, & obtinui, per rationes, & authoritates in meis conſiliis imprimendis expreſſas. Com. opin.

2 Imo † pax poteſt fieri, promitti, & ſtipulari à minore, abſque tutoris vel curatoris authoritate. nec ei cõceditur aliquo pacto in integrũ reſtitutio aduerſus pacem

pacem ſecundum Dyn. *in l. diuus. in apoſtil. ff. ad Syllan.* Ioan. de amicis, *in d. conſ 88. num. 1. & ſeq.* Nicolaum Moronum *in tract. de fide treug. & pace par. 2. q. 48. num. 4. cum ibi ſequent.* Afflict. *in conſtit. minorum iura, num. 6. lib. 2. rub. 38.* Bal. Saly. Alex. Iaſ. & cæteros, *in allegata pactum curatoris.* Cro. *in § Cato, num. 110.* Moron. *in tract. de treug. & pace, quaeſt. 48. num. 4. part. 2.* & periluſtrem D. Sfortiam de Oddis collegam meum in ſtudio florentiſſimo Peruſino ſuperioribus annis, & his temporibus primarium totius Italiæ Lectorem, in tot tantiſque principaliſſimis Academiis *in tract. de reſtit. in integ. in quaeſt. an minor reſtituatur aduerſus remiſſionem iniuriarum & pacem habitam.* Sed ſi læſio eſſet enormis impetrata, abſolutione à iuramento, poſſet petere ſe in integrum reſtitui, ita Ant. de Butr. *in c. cum contingat, num. 4. ca ſuprinc. de iureiur.* vbi Abbas *colum. 28.* quos & alios refert Carauita *ſuper ritibus magnæ Curiæ, ritu 275. num. 21. in fine.* & Paulus Caſtrenſ. *conſil. 191.* vbi ponit an pax facta per minorem rumpi poſſit per eum factum maiorem: nam læſus non dicitur ob multas rationes aſſignatas, per præcitatos Doct. & hanc potiſſimum: quia † pax adeo grande bonum eſt, vt in rebus hu-

Sfortia de Oddis laus.

3 manis nihil glorioſius, nihil delectabilius, aut vtilius audiri, concupiſci, poſſideriue ſoleat, vt inquit Aug. *in lib. 2. de ciuitate Dei,* & refert Soc. Iun. *conſil. 80. num. 41. volum. 3.* & Albert. *in l. 1. in princ. C. de ca lu. toll.* vbi alia multa ſcribit de pacis laudibus, & aliis infinitis bonis, quæ ex pace proueniunt & Bal. *in tit. de pace Conſtantiæ, colum. pen.* & omnium latiſſimè Eraſ. Roterodamus *in libello de pacis querela,* & Iacobus Nouell. *in pract. crimin. rub. fin. num. 41.* Imo pro pace mala toleranda ſunt. *c. 1. c. ecce 23. q. 4. & c. hac quippè 3. q. 6.* & hoc de plano procedit, ſi ipſe minor feciſſet pacē, & iuraſſet non contrauenire: tunc † enim per iu-

4 ramentum tenaciter obligatur, ſecundum Baldum *in c. de pace iuram. firm. ante verſ. quaerit ergo Gloſ. numquid ſi minor.* Et licet hoc abundè comprobatū ſit per præcitatos Doct. poteſt tamen etiam confirmari per Euangelium, dicens ſi dimiſeritis peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter peccata, & delicta veſtra, & è contra *c. qui emendat cum ſeq. 45. diſtin.*

5 Nihilominus † intelliguntur præmiſſa cū grano ſalis, in rancore, vel quod tranſigatur ſuper remiſſione vindictæ; ſin autem ſuper aliquo intereſſe pecuniarum minoris pax fiat, quod poſſet conſequi ex perſecutione iniuriarum: tunc quippe reſtitutio ipſa peti poſſet, & arbitror eam concedendam fore *l. 1. & 2. C. qui aduerſus trans.* & per Andream de Iſer. *in conſtitut. Obſcuritatem, de reſtit. mino.* & per Lucam de pen. *colum. 12. C. vi pub. lat. lib. 12.*

6 Sed † an ſufficiat pacem conſequi à minore abſque decreto iudicis, vide Bal. & Sal. declarantes & decidentes, *in d. l. pactum curatoris* Bal. *in l. 1. ff. de pac. & in rub. de treug. & pac.* Spec. *in tit. de homicid.* & Iacob. Nouel. *in ſua practica crimin. in rub. fin. incip. quoniam vt docet experientia, num. 48.* & Nicol. Moronum *in d. q. 48. num. 3.* Negatiuam partem vti tutiſſimam, tenet D. Octau. Simoncell. *in tract. de decret. libro. 2. tit. 6. inſp. 26. num. 137.* tu autem ſerua diſtinctionem Carauitæ *in allegato ritu 275. num. 19.*

Et quamuis † tutor vel pupillus cum authoritate

7 tutoris poſſit pacem facere, vt ſupra ex communi opinione docuimus; nihilominus eam cum obligatione pœnæ, facere nequit, & facta non tenet, & conſequenter in eadem pace pœna apponi non poteſt, & ſi forte appoſita fuerit in inſtrumento pacis quo ad ipſam pœnam non valebit, vt videntur concludere Baldus, Salicetus & Alciatus *in l. pactum curatoris. C. de pact.* Tobias Nonius *con. 15. in num. 11.* D. Ludouicus Senſius *con. 155. num. 5.* & Ranaldus Rodulphius, vir eminentis ſcientiæ, præceptor meus, *conſil. 156. num. 7. poſit. inter conſilia criminalia diuerſorum 100. volum. in fol.*

§ Sed contrarium, & tutius meo iudicio, reſponderunt præmemorati probatiſſimi Aduocati Curiales prouinciæ Marchiæ *in d. conſ. 150. num. 32. cum aliis ſeq.* vbi doctiſſimè declarant prædictam doctrinam Bal. Salic. & Sequacium, & inter alios intellectus traditos ad eandem doctrinam, dicunt Bal. & Sali. non loqui, quando minor promiſiſſet mediante iuramento & credo quod iſta ſit veritas; alias pax penitus eſſet vana, otioſa, & fruſtratoria, quod dicendum non eſt vllo modo.

Et † circa id, quod ſupra num. 2. concluſum eſt minorem poſſe promittere, facere, & ſtipulari pacem ſine tutoris, ac curatoris authoritate nec ei concedi in integrum reſtitutionem aduerſus pacem, nec factum maiorem poſſe eam rumpere, animaduertendum eſt, quod contrarium tenuit D. Octau. Simoncell. *in allegata inſpect. 16. num. 132.* & eſt communis opinio, vt per Abb. *conſ. 208. illud in effectu. num. 3. lib. 2.* Nell. *in tract. de bannitis, in 3. par. 2. tem. p. quaeſt. 23. n. 32. & ſeq.* Moron. *in tract. de treug. & pace, quaeſt. 48* Herculan. *in tract. de cautio de non offendendo, cap. 38. num. ſexto.* *Com. opin.*

Abſque † decreto tamen fieri non poteſt vt per Simoncell. *vbi ſupra num. 137.* Arnon. *comment. 188.* & perſpicaciſſimum D. Tob. Nonium collegam meum in ſtudio Peruſino annis ſuperioribus, dulcis recordationis, *conſil. 152. num. 4.* Specul. *in tit. de homicidio, in princ. num. 6.* Bal. *in l. 1. num. 7.* & Paul. Caſtr. *in l. conuentionum num. 4. ff. de pact.* Corſet. *in tract. de pace, in princ. ſub num. 15.* & Carauitam, *ſuper ritibus magnæ curiæ, ritu 275. num. 19.* vbi diſtinctè, & aptè loquitur, & dat practicam *ſub num. 22.* & ita iudicatur ſacra regia audientia Barenſis, & regia audientia Apuliæ annis ſuperioribus, in caſibus, & cauſis non paucis, his temporibus in iis occurſis.

OPINIO DLXV.

SVMMARIVM.

1 *Pacem habere cum maiori parte hæredum an ſufficiat an vero omnium conſenſus requiratur.*

PACEM habeti, impetrari, ac obtineri ſufficit ab interfectore, vel occiſore, à maiori parte hæredum, & valet, ſecundum Gloſ. *in l. per fundum. ff. de ruſtico. præd.* Ancharan. *in Clemen. 2. de iure patrona.* Cyn. *in l. 1. § fin. ff. de vend. inſpic.* Bal. *in l. 2. C. de lib.* Bart. Ang. Paul. Caſtren. Ruin. & cæteros Moder. *in l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig.* Ang. *in tract. maleficiorum, in verb. Comparent inquiſiti in termino defenſionis.* Bnet. *decis. 121. num. 3.* Franc. de Aret. *in l. pro hered. § fin. ff. de acquir. hered.* vbi affirmat iſtam eſſe communem opinionem, & Marcus Mantua etiam *in c. cum omnes, num. 50. de conſtitut.* & magis communem, & æquam conſulendo ait Ioan. de Amicis *conſ. 88. nu. 6. 7. & 8.*

§ In contrariam vero partem, videlicet quod non ſufficiat pacem haberi à maiori parte hæredum ſed quod requiratur conſenſus omnium hæredum in pace obtinenda, inclinarunt Ang. *in d. l. pro hered. §. fin.* Sali. *l. l. 2. C. de libro. no. lib.* Roma. *in d. §. Cato.* Io. de Arnono *dialog. 14.* & Marcus Mantuan. *in d. c. cum omnes ſub num. 50.* & ibi Fely. quoque *ſub numer. 16.* vbi inaduertenter ait iſtorum ſententiam communiter teneri, & Beroius etiam *conſil. 176. viſa bene Ioan. num. 10.*

n. 10. vol. 3. Et ſi ſimiles pars hæredum quomodo, & qualiter intelligatur, declarant omnes præcitati Doct. & optime Ioan. de Amicis in d. conſ. 88. nu. 6. ex communi opinione tradita per eum. Com. opin.

OPINIO DLXVI.

SVMMARIA.

1 *Pax, ex noua cauſa ſuperueniente, non cenſetur rupta. An idem ſit in treuga. nu. 2.*

3 *Pax non rumpitur, etiamſi noua cauſa ſuperueniens iniuſta ſit, & friuola.*

4 *Cauſa in dubio præſumitur noua ad effectum, ne pax dicatur rupta, dummodo conſtet de ipſa noua cauſa, & non tractetur de his, quæ ſunt per ſe mala, & de genere prohibitorum.*

5 *Pax an per adulterium in vxorem, vel filiam eius, cum quo inita eſt, commiſſum, item per adulterium, ſiue furtum rumpatur.*

6 *Conſtitutio Alexandrina quomodo intelligenda, & n. 9. & 11.*

7 *Extenſio an & quando ſit licita in exorbitantibus, limitatoriis & pœnalibus.*

8 *Ea ſemper ſumenda eſt interpretatio, vt intelligatur delictum minus.*

10 *Offenſio, & delictum, an ex cauſa præcedente, vel nouiter ſuperueniente præſumatur commiſſum.*

1 PAx † non dicitur rumpi ex noua cauſa ſuperueniente, & ſic pax ex noua occaſione, ſeu rixa rupta non cenſetur, *l. qui ſeruum. ff. de ver. oblig.* vbi Doct. notant, Bar. quoq; Ang. & Alex. *col. 1. & ſeq. in l. qui inſulam. ff. de ver. oblig.* Bal. *in c. 1. in princ. de pa. tenen.* Illuſtriſſimus D. Cardinalis Albanus *in lucubrat. ad Bar. in l. 1. §. cum arietes, nu. 3. ff. ſi quadr. pauper fec. dic.* Roma. Alex. & cæteri, *in l. ſemel mora. ff. ſolut. matri.* Rom. *conſ. 258. in caſu propoſito dicendum eſt, n. 1. & ſeq.* Ant. & Imol. *in c. cum inter P. de renun.* Abb. & Feli. *in c. 1. Ext. de treug. & pace.* Pariſ. *conſil. 164. & ſeq. vol. 4.* Nicol. Moron. *in tract. de fide, treug. & pace, in 2. par. q. 9. n. 2.* & iſtorum ſententiam dicit eſſe communem Alex. *in d. l. qui inſulam. col. 1. & ſeq.* Rom. *con. 183. in caſu proeſito dicendum eſt, ſub n. 1.* & ibi D. Horat. Mandoſ. *in addi. in litera A.* & Pet. de Benintend. *deciſ. 65. n. 2.* Secus vero in treu-
2 ga, † quæ ex noua cauſa rumpi videtur, ſecundum Vincentium, & Feli. *col. 2. in d. c. 1 de treug. & pac.* Ioan. And. *in addit. Specul. in rub. de treug. & pac. circa fin.* Archid. *in c. hi qui. 24. quæſt. 3.* Iaſ. cum aliis ſignatis per eum, *in d. l. qui ſeruum col. 2.* & iſtam opinionem inquit de conſuetudine obſeruari Imol. *in d. l. qui ſeruum.* cum aliis congeſtis per Petrum de Beninteodis *in d. deciſ. 65. n. 3.* & communem eſſe conſtat ex aſſertione Alex. *in d. l. qui inſulam. nu. 4.* & de iure ſcribit procedere Iaſ. *conſ. 70. num. 5. vol. 2.* Com. opin.

¶ Sed pro parte contraria, videlicet, quod ex noua cauſa treuga rupta non dicatur, ſicut pax, conſuluit Corne. *conſ. 175 & ſeq. vol. 1.* & Rota Bononienſis per plures rationes, & authoritates ita determinauit, teſte Petro de Benintendis, *in d. deciſ. 65. nu. 4. cum aliis ſeq.* & in effectu hæc vltima opinio; quod treuga ex noua cauſa non rumpatur, verior eſt, atteſtante Auguſt. Bero. *conſ. 200. viſo toto proceſſu cauſa, n. 10. vol. 3.* & magis cõmunis ſecundum Nicol. Moronum *in tract. de treug. & pace. par. 2. q. 12. n. 1 cum aliis ſeq.* vbi eam tuetur, affirmatq; ita iudicem impune, & abſq; ſyndicatus timore poſſe iudicare, ac refert alios complures eiuſdem ſententiæ.

3 Item † pax non rumpitur, etiamſi noua cauſa iniuſta foret, ſecundum Bal *conſ. 57. laudare. vol. 1.* Iaſ. *in l. qui ſeruum col. 2. ff. de ver. oblig.* Soci. Iuniorem, *conſ. 103. n. 10. vol. 3.* Gram. *conſ. 114. vol. 2.* D. Aduocatos curiales prouinciæ Marchiæ. *conſil. 150. n. 55. & ſeq. poſito inter conſilia criminalia diuerſorum in 1. tomo in ſ.* Iun Berount. *conſ. 85. nu. 14. vol. 3.* Alex. *conſ. 19. viſo proceſſu cauſa vertentis inter procuratorem Cameræ, n. 2 vol 1* & Roma. *in d. conſ. 183.* vbi etiam *ſub nu. 2.* concludit, quod cauſa in dubio præſumatur noua, ad effectum ne pax dicatur rupta, & Bero. *conſ. 198 n. 1. & 14. vol. 3.* Pariſ. *conſ 165. pacem, n. 4. vol 4.* & Iaſ. *in l. qui ſeruum, in 2. not. ff. de verb. oblig.* Albanus *in d § cum arietes, nu 3.* Bal. *in l ſupradum. C. de edil. act.* Coeta *in memorali. in ver Offenſio*, & Moronus cum aliis Doct. aggregatis per eum, *in tract. de fide treug & pace, in 2. part. quæſt. 44. nu. 1. cum aliis ſeq.* Sed Rota Romana hanc doctrinam cum grano ſalis declarauit procedere, teſte D. Horatio Mandoſio, *in addi. Romani in d. conſ. 183. ſub litera F.* ſi conſtet de noua cauſa, alias in dubio, ex veteri cauſa delictum patratum præſumeretur. Et † eandem doctrinam decla- 4
rauit etiam Nic. Moronus *in tract. de fide treug & pace, in 2. part. quæſt. 44. n. 9.* non habere locum in his, quæ ſunt per ſe mala, & de genere prohibitorum: tunc enim noua cauſa nullatenus præſumitur, nec excuſaret, ſed dolum argueret. Et propterea è diuerſo in viam redeundo, ego contutus in facti contingentia, quod ille, qui verberauit aliquem pro expulſione ſuorum boum, non rumpat pacem; licet cauſa videatur friuola & iniuſta, motus præcipue *ex præfato conſil.* Alex. 19.

Item pax etiam, † per adulterium commiſſum in 5
filiam, ſeu vxorem eius, cum quo pax inita eſt, aut per furtum bonorum eiuſdem, non dicitur fracta, vel rupta; cum hæc potius explendæ libidinis, & luxuriæ, & lucri captandi cauſa fieri videantur, quam occaſione vindicandi, & retractandi inimicitiam iam ſopitam, ſecundum Bar. *in l. verum. ff. de furtis.* Roma. *conſil. 258. in caſu propoſito dicendum eſt, num. 3.* Corne. *conſ. 31. num 3. vol. 2.* Alex. *conſ. 113. nu. 3. vol. 2.* Ang. *in tract. maleſic. in ver. Che m' has adulterato la mia donna. verſ. Quid autem ſi pax*, Marhl. *conſ 2. nu 4.* Nicol. Moron. *in d. tractat. de fide, treug & pace in 2. part. quæſt. 34. nu. 7. & ſeq.* Auguſt. Beroum *conſil. 185. nu. 13. & 15. vol. 3.* & conſultus hodie, 11. Menſis Ianuarii 1574. ita de facto reſpondi, ſuper prætenſo adulterio, patrato per quendam de oppido Torenpartis, comitatus Aquilæ, cum vxore ſui reconciliati inimici, prout ita conſuluit etiam Roma. *in d. conſ. 183. ſub n. 1.* vbi diligentiſſimus, & cautus D. Horatius Mandoſ. *in add. in litera B.* aduertit iſtam eſſe magis communem opinionem, & D. Aduocati curiales prouinciæ Marchiæ *in d. conſil. 150. nu. 46.* Contrarium vero, ſed male, & indigeſte tenet Apoſtilla *ad Bal. in c. 1. n. 23. tit. quibus mod. feud. amit.* Rom. *in l. locatio. §. quod illicite ff. de publican.* Auguſtin. *in add. ad Ang. de maleſic. in verb. che m' has adulterato la mia donna, verſ. quid autem ſi pax.* Quia adulterium prouocat ad vindictam, & quietem mentis tollit. Sed idem Horat. Mandoſ. *vbi ſupra* eam limitat poſt Gozad. *conſil. 31. num. 14.* non procedere cum aliquo veſtigio, ſigno, ſeu coniectura colligi poſſet, adulterium, vel furtum commiſſum eſſe, non animo explendæ luxuriæ, aut lucri cauſa, ſed principaliter offendendi, vindicandique occaſione, tunc enim pax rupta omnino cenſeretur. Com. opin.

¶ Et limitat quoque eandem communem ſententiam Nicol. Moronus *in d. quæſt. 34. 2. partis, num. 13. & ſequent.* non habere locum, ſi inimicitia ſuper qua pax eſt inita, proceſſiſſet ex actibus laſciuis libidinoſis, & impudicis, & ita refert ſe reſpondiſſe in facti contingentia.

6 Hinc etiam exiſtimo,† conſtitutionē Alexandrinam quæ vult, quod ſi quis litigans, occaſione litis, vulnerauerit,interfecerit; aut verberauerit aduerſarium,collitigantem, principalem, vel eius procuratorem, priuetur omni iure, quod habet in dicta lite, non inconuenienter, intelligi debere,de occaſione immediata. quod ſi del.delicta prædicta,ſeu aliquid eorum immediate, propter ipſam litem ſit perpetratum à litigante,aduerſus collitigantem,ſeu eius procuratorem:ſecus vero, ſi ob aliam cauſam,etiam dependentem à prima. Quia quamuis in exorbitanti-
7 bus,† limitatiuis, ſiue pœnalibus licita ſit extenſio, cum identitas rationis interuenit, vt notauere Scribentes, & præſertim Iaſ.& Ripa *in l. ſi conſtante, ff. ſolut.matrim.*& Cacheran. *deciſ.* 31.n.10.& potiſſimum ad caſum, qui ſub lata ſignificatione vocabuli comprehendi poteſt in caſu expreſſo, *l. filium habeo. ff. ad Macedon.l. ſenatuſconſulto. ff. de ritu nupt.* Glo. *in clem.* 2. *in ver. eligatur,de elect.* & Natt.*conſ.*201.n.7 *vol.*1.maxime etiam vbi agitur de fauore publico, & ſimiliter ſi eſſet promptior ratio in caſu expreſſo, quam in alio, ita Imol.*in l. ſi vero.* §. *de viro, ff. ſolut. matrim.* & Natt. *conſ.*101.n.8 *vol.*1.*& conſ.*210.*n.*5.*eod. vol.* tamen in terminis præſentis conſtitutionis Alexandrinæ, quando quis vulnerauit,interfecit, ſeu verberauit ex cauſa mediata, & dependenti à prima, cum poſſit dici hoc caſu non fuiſſe commiſſum delictum propter litem, ſed propter nouam cauſam, vtique ſatis compertum erit,tunc minime admittendam eſſe extenſionem,cum defend. facile queat, non adeſſe rationis identitatem.

Quod autem id verum ſit, vt poſſit dici delictum, imo quod debeat intelligi commiſſum hoc caſu,ex noua cauſa, quando re ipſa adeſt cauſa,dependens à
8 prima cauſa,ſcilicet à lite,patet,quia † ſemper in dubio ea capienda eſt interpretatio, vt intelligatur delictum minus, *l. hac enim*, vbi Bart. *ff. de ſuſpect. tutor.* Bal. *in l. fin. col.* 2. C. *de edil. action.* Aretin.*conſ.*31.*col.* 5. Ruin. *conſ.* 199.*nu.* 5. *vol.* 2. *& conſ.* 1. *ſub num.* 3. *vol.* 5. Alciat. *de præſumptionib. in* 3. *reg. præſumpt.* 6. & in delicto minor dolus præſumi debet, vt notat Alex. *conſil.*13 *col.* 2. *verſ. ita in propoſito,vol.* 4.

Quæ opinio etiam veriſſima eſt, quia cum ipſa conſtitutio Alexandrina poſſit operari in verberante immedia[te] occaſione litis, profecto hoc ſufficiens erit, vt tum operetur, & hoc caſu verius ſit, quod non fiat extenſio in materia pœnali, ita Gozadin. *conſ.*5. *n.*6. Beccius *conſ.* 41.*nu.* 20. & Ioan. Pet. Surdus *conſ.* 29. *num* 14.

9 Ideirco veriſſima redditur, & indubitata hæc ſententia, † quod Alexandrina habeat locum in litigante, verberante, occidente, ſeu vulnerante collitigantem, ſeu eius procuratorem, occaſione litis immediate; ſecus ſi ob aliam cauſam, etiam ab eadem lite dependentem; tunc enim illam in Alexandri-
10 nam non incidiſſe compertū eſt: quoniam † præſumendum non eſt, ipſum litigantem offendiſſe collitigantem ex cauſa litis, ſed potius ex cauſa nouiter ſuperueniente, vt in terminis pacis, quod ea minime dicatur fracta, ſcribit Roman. *conſil.*183. *poſt nu.*2. *verſ. vltimo, nec præſumendum eſt*, & tradunt Iaſ. *in l. qui ſeruum nu.*2. *not. ff. de verb. oblig.* & Pariſ. *conſil.*165. *pacem. nu.*26. *&* 28 *vol.* 4. Dictum autem illud accuratiſſime ita intelligendum eſt, quod neceſſario de dicta cauſa ſuperueniente apparere debeat: quia alias delictum ex antecedenti cauſa factum eſſe præſumeretur, velut hoc dictum Romani ita fuit in Rota Roman, declaratum, in quadam cauſa Parmen. cenſurarum, veluti etiam hanc eandem deciſionem allegando, ita declarat nouiſſime Horat. Mandoſ. *in add. ad Romanum, in allegato conſil.* 183. *in vltima addit. in ver. ſuperueniente.* Quæ opinio veriſſima quoq; eſt ſine omni dubio, etiam in terminis Alexandrinæ in quantum non apparet alia cauſa, præſumuntur vulnera, ſeu homicidium, vel percuſſiones illatæ ex cauſa litis: Sed apparente alia cauſa, id nullatenus præſumitur: verum is, qui aſſeuerat ex cauſa litis illata vulnera, id probare tenebitur, iuxta notata à Bart. *in l. ambitioſa, ff. de pen.* cum alijs etiam notatis à Scribentibus *in l. ſi quis Sociorum. eod. tit.* & à Rumano *in d. conſ.*183. & ſecundum opinionem iſtam, etiam in proprijs terminis Alexandrinæ ſæpenumero iudicauit Rota Romana, & præſertim die 28. Martii, 1541. in vna Vrbeuetana. Caſtri Caſtellionis, pro Iohanne Franciſco de Sabellis coram D. Mohedano, ſicuti teſtatur Card. Puteus *deciſ.* 102. *in* 1. *part.* Vnde non ſolum non eſt locus Alexandrinæ in caſu iſto, ſecundum deciſionē recitatam, ſed etiam, ſtante iſta noua cauſa, quāuis dependente à lite, abſq; dubio aliquo litigans percutiens tunc collitigantem, minime incideret Alexandrinam, vti etiam concluſit Rota ipſa Romana in eadem cauſa Vrbeuetana, pro eodem Ioanne Franciſco de Sabellis coram prædicto D. Mohedano, atteſtante Puteo, *deciſ.* 103. *in* 1. *parte.*

Verū tamen interim eſt, † quod Alexandrina ipſa, 11
non tantum habeat locum in verberante collitigantem principalem, verum etiam procuratorem, Iudicem, teſtes, ſeu alios Executores, occaſione litis, vel in Vrbe, & in Curia exiſtentes, vel extra Curiam proficiſcentes, ſeu deinde reuertentes ad Vrbem, & Curiam, occaſione litis, ſicuti concluſit Rota Romana, & præſertim in vna Parmen. coram D. Ptolomeo, atteſtante Puteo *deciſ.* 104. *in* 1. *parte*, quam opinionem nouiſſime ſecuta eſt Rota met in vna Spoletina coram D. Bracco.

OPINIO DLXVII.

SVMMARIA.

1 *Treuga, vel pax fracta, & rupta ab vna parte, an ea poſſit quoque rumpi ab altera parte ſine pœna incurſione.*

2 *Treugam rumpens, offendendo aliquem de comprehenſis in ea, treuga durante, punitur in pœnam amiſſionis manus: offendens autem ſub pace, punitur vltimo ſupplicio.*

PAx, † vel treuga fracta, ac rupta ab vna parte, & terminis ſic ſtantibus, alteri parti non licet illam rumpere ſine pœna, & incurſione illius, ita vt pacem, ſeu treugam rumpere non poſſit, nec debeat impune, ſecundum Archid. *in c. illi* 14. *q.* 5. Ioan. And. *in add. Specul. de treug. & pace.* Ang. Paul. Caſtre. & vterque Raph. *in l. qui ſeruum. ff. de verb. oblig.* Bald. *in rub. de treug. & pace. col. fi.* Ang. & Imol. *in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig.* Io. And. Ant. & Feli *in c. peruenit, il* 2 *de iureiur.* Matil. *conſ.* 21. *vol.* 1. & ita in terminis conſuluit Maria. Soc. *conſ.* 27. *Ianuenſium dux*, & Soc. Iun. *conſ.* 162. *vol.* 2.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Abb. *in d. c.* 1. *de treuga & pace*, quod impune ille, cui eſt fracta pax, aut treuga poſſit eandem frangere, quia illam non frangit, ſed fractam inuenit.

Et licet aliqui Doctor. congeſti per Ioach. Myn-ſing. *in obſeruat.* 7. *hac quæſtio. centuria.* 4. inhæreant Abb. ſententiæ, vt & Iul. Ferret. *conſil.* 21. Motor. *de fide treug. & pac. quæſt.* 39. & Pet. Bellus *in tract. de re milit. part.* 5. *tit.* 3. tamen quicquid iſti ſuadeant, opinio Archid. & ſequacium eſt communis, & de conſuetu-

ſuetudine potius, quam de iure obſeruatur, teſte Rapha. *in d. l. qui ſeruum*, & Deci. *conſil. 280. concluſio ſuperius firmata per clariſſimum Dominum conſultorem, num. 2.* & eam ſequendam eſſe in iudicando, & conſulendo, tanquam communem & tutam, hortamur. & ſecundum eandem partem, tanquam æquiorem, ſanioremq; iudicauit etiam Camera Imperialis, atteſtante Ioach. Mynſ *in d. obſeruat. 7. centuria. 4.* Roman. *in l. ſi cautio, §. quod ſi dictum, ff. de publica.* Auguſt. *in add. ad Ang. de maleſic. in ver. chem, hai adulterato la mia donna, verſ. quid autem ſi pax*, & magiſtraliter ita firmauit quoque D. Octauianus Vulpellus *in tract. de pace, titul. de promiſſionibus, quæſt. 103.* vbi laborioſe diſſipatis, remotisque omnibus, obſtaculis contrariis, teſtatur etiam ſe ita in deciſione cauſæ, de qua agebatur, Eugubii obtinuiſſe, aduerſus præſtantiſſimos Iuriſconſultos, pœnam fractæ pacis in contractu ſtipulatam fiſco, & parti: ſecundum fractorem pacis incurriſſe quoad Fiſcum, non autem quo ad partem, & ſic Fiſcum tunc huiuſmodi pœnam ita incurſam, ſibique promiſſam exigere poſſe contra prædictum ſecundum violatorem pacis, & ſuos fideiuſſores.

2 Et adde, † quod pacem iuramento firmatam frangens, occidendo, vel vulnerando, pœna mortis naturalis puniendus ſit, *c. 1. §. ſi quis hominem. de pace tenen. & eius violatoribus.* Item offendens aliquem de comprehenſis in treuga, treuga ipſa durante, puniri debet in pœnam amiſſionis manus. *§. coges. auth. de manda. princip. colum. 3.* ita vt puniatur in ipſo membro, cum quo deliquit. *auth. omnes peregrini C. communia de ſucceſſ. & d. §. ſi quis.* & ita tenet Bonifacius de Vitellinis, *in tract. maleficiorum. in rub. de treuga, num. 5. & ſequent. circa finem dicti tractatus.*

OPINIO DLXVIII.

SVMMARIA.

1. *Pactum nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem: & ſic non parit actionem, ſed exceptionem.*
2. *Debitor confitens, ac affirmans cum iuramento nudum pactum, non ob hoc tenetur ſoluere.*
3. *Promiſſio geminata, celebrata, ac facta nudo pacto producit actionem.*

1 PACTVM † nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem, & ſic non parit actionem, ſed bene exceptionem, *l. iurisgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pactis*, & iſta eſt communis opinio, vt per Iaſ. & Moder. *in d. §. ſed cum nulla.* Idem Iaſ. *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* Moder. *in rubr. ff. de verb. obligat.* Maranta *in tractat. de iudicia, in 6. par. 2. partis ſuper 9. actu, num. 24.* & Berengarius Ferrandus *in repet. l. pacta conuenta ff. de contrahen. empt. num. 30. cum aliis ſequent. in o. lectu.* Et ratio dictæ communis colligitur, *ex d. §. ſed cum nulla.* Nam vbi non eſt cauſa, ibi non eſt cauſatum. *l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. & iure.* ſed ratio eſt quoddam cauſatum. *l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurato.* ergo non poteſt ſine cauſa oriri. ſed pactum nudum dicitur, cui non ſubeſt cauſa, vt habetur *in d. § ſed cum nulla*, hanc rationem tradit Bal. *in rubr. Ext. de pact. colum. 3. in fin.*

Cōis opin.

2 Amplia † iſtam communem procedere, etiamſi debitor ſuo iuramento confiteretur, & affirmaret nudum, pactum, nam per hoc non teneretur ſoluere, ita dicit Bal. *in l. fin. col. 2. C. de fideicom.* referens ita tenere Innoc. *in c. 1. quod met. cau.*

3 Limitatur † iſta communis ita ampliata non habere locum in promiſſione geminata, quamuis reperiatur facta, celebrataq; pacto nudo; nihilominus producit actionem, *l. 1. §. debitum. ff. de conſti. pecun. & § conſtituta. inſtit. de act.* & per nonnullas optimas rationes comprobat dictam limitationem Iaſ. *in l. 1. nu. 21. ff. de ver. oblig.* & communiter omnes Canoniſtæ *in c. per tuas. de arbit. & in c. cum contingat. de iureiur.* & iſtam eſſe communem ſcribit Alciat. *in rub. ff de verb. obligat. nu. 14.* & declarabimus magno cum apparatu infra *in Opinione 567. nu. 3. cum aliis ſeq.*

§ Et dictam communem limitat etiam Iaſ. in ſedecim aliis caſibus, *in d. §. ſed cum nulla*, & in vno duntaxat vtiliſſimo limitat quoq; Petrus Duennas *in regula 16. actio ex pacto nudo*, quos vide. *Cōis opin.*

OPINIO DLXIX.

SVMMARIA.

1. *Pactum nudum an de iure canonico in foro contentioſo, producat actionem.*
2. *Pactum nudum iuramento firmatum, an de iure ciuili producat actionem.*
3. *Pactum nudum an fide interueniente actionem producat.*
4. *Fabius voluit potius patrimonio, quam fide inops iſſe. Et fidei interpoſitio cur actionem pariat, nu. 5.*
6. *Fidem non ſeruans quæ incommoda incurrat.*
7. *Fideiuſſor ſoluens, quod pacto nudo promiſſum erat à principali, non oppoſita exceptione nudi pacti, an id à principali repetere poſſit.*

PACTVM † nudum de iure ciuili non producit actionem, *l. iurisgentium. § igitur nuda. ff. de pact.* Angel. *conſ. 199. ſuper punctis.* & Couarru. *in c. cum in officiis, n. 10. poſt medium, de teſta. fol. paru. 278.* & Ioſſreuus *deciſ. 290.* de iure tam ciuili, quam canonico, in foro contentioſo ex pacto nudo non datur actio, & iſta eſt communis opinio. Sed alteram opinionem contrariam, quod omnis conuentio, etiam nuda, efficax ſit de iure canonico; & quod ſeruetur in terris eccleſiæ, ſcribit cōmunem eſſe conſulendo Alex. *conſ. 91. circa primum dubium quo quæritur, nu. 4. vol 4.* & veriſſima, ac ſacroſancta redditur ex rationibus, & ſ. iſpis Doct. *in l. iurisgentium § ſed cum nulla, ff. de pactis.* 1

Cōis opin.

Cōis opin.

2 Præmiſſa autem communis ita, † & taliter declarata, vtiliter limitatur, interpretaturq́; nō procedere, quando pactum nudum iuramento præſtito confirmatur, ita vt tunc etiam iure ciuili actionem producat, ſecundum cōmunem opinionem, apparentem, ex congeſtis per Iaſ. *in d. l. iurisgentium § ſed cum nulla. nu. 21.* & Mod. *in l. ſi quis maior C de tranſact.* Feli. *in c. 1. de pact.* & ibi Forton. *nu. 25* & eiuſdem ſententiæ fuerunt Ant. & Abb. *in cap. cum contingat. nu 11. de iureiur.* Matthef. *ſing 56.* Cuma. Rom. Alex. & Gallianla *ſo. 6. in rub ff de ver. oblig.* And. ab Exea, *in tract. de pact. in 3. par. n. 412. & ſeq. fol paru. 221.* & Alciat. *in d. c. cum contingat. n. 145* qui audacter aſſeuerat, iſtam eſſe communem opinionem, ſed *nu. 242.* fatetur contrariam partem, ſaltem iure ciuili magis eſſe communem: & idem teſtatur Iaſ. *in d. l. ſi quis maior. n 23.* Sali & Corn. *in auth. ſacramenta puberum, quæſt 13. C. ſi aduerſus vendit.*

Cōis opin.

Cōis opin.

3 Et dato, † citra veri præiudicium, quod ampliatio hæc vera eſſet, ampliatur vlterius, quod habeat locū, etiamſi in pacto non interueniat iuramentū, ſed ſolum fuerit data fides, *iuxta c. pen. de iureiur.* & ampliationem præmiſſam poſuit Afflict. *deciſ. 389. ſuper dubio tangente*, vbi recenſuit ita fuiſſe iudicatum in ſacro Regio Concilio in cauſa Marini Medici, & Battimi Taurellæ. Vnde ad propoſitum refert Valerius, † quod Fabius receperat captiuos Romanorū ab Hannibale, interpoſita nummorū pactione: cum autem à Senatu nihil præſtaretur, miſſo in vrbem filio, fundum quem vnicum poſſidebat, vendidit, & pretium protinus Hannibali numerauit: ſe enim potius patrimonii, quam fide voluit eſſe inopem. 4

5 Non † autem mirum eſt, ſi ipſa fides data pariat actionem, quia eſt ſanctiſſimum pectoris donum, nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo præ-
6 mio corrumpitur. Stultus ergo eſſet, † nolens fidem ſeruare: nam, & ſi iure permittente cogatur ad eam obſeruandam; nihilominus in poſterum non haberet cauſam loquendi, ſtante quod ei credi non poſſet; & amiſſa, perditaq; fide, nihil vltra perdere poſſet, quid denique profuit aliquibus Romanis? qui dum repetiebantur in captiuitate Hannibalis, iurauerunt de reditu, ſi promiſſum redemptionis pretium non darent, cumque domum rediiſſent, dixerunt, ſe fallaci reditu in caſtra iureiurando abſolutos eſſe, quod vt innotuit Emilio Emo ſenatoſconſulto ceoſuit, & rationabiliter quidem; eos comprehendendos, & cuſtodibus publicis datis, ad Hannibalem reducendos.

Et regulam, ſeu communem prædictam, in princ. poſitam, quod nudum pactum de iure ciuili non producat actionem, ampliat in quindecim caſibus, Exea, *in d. tra de pact.* & *in* 67. aliis limitat, *in tertia par. n.* 273. *cum infinitis ſeq fol* 150. *vſque ad fin. d. tractatus.*

7 Sed † aduerte hic ad vnum valde vtile, quod ſi fideiuſſor ſoluit, quod pacto nudo promiſſum erat à principali, repetere poteſt ab eo tantundem; excuſaturque licet exceptionem pacti nudi non oppoſuerit, ex quo erat verecondia, ac pudor, eam opponere, ita Sali. *in l. pla. nit. C. de indic.* Iaſ. *in* §. *ſed cum nulla, in* 3. *limit.* & *in l. fideicommiſſum. ff. de cond. indeb.* Abb. *conſ.* 6n. *col.* 1. & Grauett. *conſ.* 6. *nu.* 81.

OPINIO DLXX.

SVMMARIA.

1 *Pactum nudum in foro mercatorum, vbi ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis generalis totius Italiæ, proceditur ex æquitate, producit actionem.*

2 *Pactum nudum exequi poteſt manu regia, & ſic per habentem talem manum regiam ab Imperatore, ac Rege noſtro, ſiue q; Concilio, ſeu ab alio non recognoſcente ſuperiorem.*

3 *Pactum nudum geminatum ſuper eadem re parit actionem: quia cum ſit geminata promiſſio, arguit maturem deliberationem.*

4 *Pactum nudum quodcunque proprie geminatum, eſt conſtitutum.*

5 *Pactum nudum geminatum producit actionem, ſi ex interuallo, & diuerſis temporibus geminatio fueret, non autem in continenti.*

6 *Pactum nudum factum in iudicio, producit actionem, dummodo tendat ad iudicium iuuandum, ſeu tendat ad pertinentia, atque ſpectantia ad ipſum iudicium principaliter, vel acceſſorie.*

7 *Pactum nudum proprie eſt, quando aliquis promittit non interrogatus, & alius acceptat.*

8 *Pactum nudum fit pluribus modis, & præſertim cum tacite fit.*

1 PACTVM nudum non producit actionem, † vt deduximus ſupra, in duabus proximis opinionibus. Sed id limitatur vtiliter non procedere in Curia mercatorum, in qua, vigore ſtatuti, vel conſuetudinis generalis totius Italiæ, proceditur ex bono, & æquo: & ſic pactum nudum in foro mercatorum, vbi ex forma ſtatuti, ex æquitate iudicatur, ſeruari debet, & ex eo competit actio, ſecundum Bart. *in l. quintus, ff. mand.* Sali. & Alex. *in l. plu nit. C. de iudiciis.* Bal. *in l ſi proca. C. mandati.* Benuenut. Straccham. *in tract. de mercatura, in vltima part. in tit. quomodo procedendum ſit in cauſis mercatorum. nu.* 6. & *eodem tit. de exceptionibus, n.* 11. *fol. par.* 277. Andream ab Exea *in tract. de pactis. nu.* 297. *cum aliis ſeq. in* 3. *par.* Iacob. Menochium *de arbitrar. iudic. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 57. *nu.* 5. ſubtiliſſimum D. Pontanum, præceptorem meum, *n.* 17. Ruinum, *nu.* 11. Marcellum Berinentiam *col.* 13. *verſ. Succedit modo diffi ultas*, Ripam. *num.* 40. Camillum Plautium *lib* 3 *cap* 1 *nu* 6 & Soc. Iuniorem, *nu.* 87. *in rub. ff. de ver. oblig.* vbi oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem. Cō. opin.

Limitatur etiam ſecundo, † videlicet, quod dicti 2
pacti nudi executio, manu regia competat, & ſic hodie per habentem huiuſmodi manum regiam ab Imperatore, ſeu ab alio non recognoſcente ſuperiorem, exequi debet pactum nudum, ſecundum Anto. de But. Imol. & alios omnes *in c. qua in eccleſiarum, de conſt.* & *in d. rubr. ff. de verb. oblig.* vbi D. Pontanus, *num.* 16. ſequitur, cum cæteris ſignatis per eum, dictam opinionem, & communem vocat, & Ruinus *num* 9. *cum aliis ſeq* & Soc. Iun. *num.* 63. Iacob. Menoch. *in d. q.* 57 *num.* 6. & ſequitur quoque, & ampliat, & ponit vtilitatem in pract. ca dictæ communis, And. ab Exea *in d. tract. de pactis, ſub num* 309. *cum aliis ſeq in* 3. *part.* & Afflict. *deciſ.* 110. *nu.* 5. vbi refert ita fuiſſe deciſum in Sacro Regio Concilio Neapolit. vt D. Rex noſter, vel eius Concilium poſſit cogere aliquem ad obſeruantiam. Cō. opin.

Limitatur † quoque non procedere in pacto nu- 3
do geminato: Nam pactum nudum geminatum ſuper eadem re parit actionem, ſecundum Albert. de Rosa. *in l. iuriſgentium. §. quinimo. colum.* 8. *ff. de pact.* Ant. de But. *in c. cum contingat. de iureiur.* Roma. *in l.* 1. *ff de verb. oblig.* Caſtren. *in l.* 1 *ff. de conſtitut. pecun. in princ.* Bal. & Ang. *in l fin per text. ibi C. ad l falcid* Cuma. Alex. & reliquos communiter, *in rubr. ff de verb. oblig* Alex. & alios *in l. legem in fin. C. de pact.* & iſta eſt communis opinio, ſecundum Alex. Iaſ. *nu.* 15 Soci. Cō. opin.
Iun. *nu.* 268. *cum aliis ſeq.* & reliquos *in d. rubr. de verb. obligat.* & eundem Iaſ *in* § *in perſonam, nu.* 47. *Inſtit. de act.* & *in l. ſi pacto, quo pœnam, in* 2. *not* C. *de pact.* & oſtenſum eſt etiam ſupra *in Opinione* 565. *num.* 3. & ratio propter quam ex huiuſmodi ſecundo pacto, quamuis nudo, oriatur actio, aſſignatur per Docto. Cō. opin.
præcitatos communiter; quia cum ſit geminata promiſſio, arguit maiorem deliberationem. Et † quia 4
etiam omne pactum nudum proprie geminatum eſt conſtitutum, ſecundum communem opinionem, vt patet ex Alex. *col. fin. in fin.* & Deci. *col.* 3. *in d. l. legem,* Alex. *col. pen.* & Iaſ. *col.* 3 *in* 6. *limitat* & *in l. iuriſgentium.* § *ſed cum nulla. ff. de pactis,* & Matheſil. *in not.* 36. Quæ † quidem communis intelligitur pro- 5
cedere, ſi geminatio fieret ex interuallo, ſecundum communem opinionem, vt per Rapha. *in d. rub. ff. de verb. obligat.* Alex. & omnes Moder. *in d. l. legem,* & Cō. opin.
Matheſil. *in d. not.* 36. *nota nouam regulam, n* 1. & *ſeq.* Licet Ripa *in d. rubr. ff. de verb. oblig. nu.* 33. & *ſeq.* circa hoc dubitet; imo Dec. *in d. l. legem. col.* 3. & male quidem, concludat contra ipſam communem, quod etiam pactum nudum geminatum, in continenti factum, producat actionem, dummodo realiter diſtinctum ſit vnum ab altero: Tamen quicquid iſti fabulentur, noli diſcedere in iudiciis à dicta communi, tanquam veriſſima, quod videlicet geminatio prædicta producat effectum, ſi diuerſis temporibus facta ſit.

Poſtremo, † & vtiliter quidem, limitatur, quod 6
pactũ nudum, factum in iudicio, producat actionē, dummodo tendat ad iuuandum iudicium, ſeu tendat ad ea, quæ pertinent ad iudicium principaliter, vel acceſſorie, ſecundum Alex. *in* 1. *not.* & Iaſ. *colum.* 3. *in l. pacta nouiſſima. C. de pact.* & *in d. rub. ff. de verb. oblig.*

oblig. col. 2. vbi etiam Ripa *nu.* 37. qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Eſt bene verum, quod Claud. Aquen. Burtigella, & Alciat. ibi inclinent in contrariam partem, videlicet, quod dictum pactum nudum factum in iudicio non producat actionem, etiamſi tenderet ad iudicium iuuandum, & leui quidem fundamento: cui reſpondent Moder. ibi, & reddunt tutiſſimam dictam communem in actu practico.

¶ Sed finaliter iſtud conſidera, quod regulariter obligationes penes acta Curiæ cum nuda pactione; veſtiantur calore iudicij; & ſic in iudicio ipſo nuda pactio facta, parit actionem, ſecundum communem Cōis opin. opinionem, de qua mentionem faciunt Soc. Iaſ. Dec. Curt. & alii Moder. omnes *in d. l. pacta nouiſſima.* Caccialupus *in tract. de pactis, quæſt. fin.* Alex. *colum.* 2. Aquenſ. *col.* 1. Buticella *colum.* 3. Alciat. *col.* 4. cæterique omnes Moder. *in d. rub. ff. de verb. oblig.* Felyn. & Fortun. *in c.* 1. *de pactis,* Alex. *colum* 3. Soc *col.* 2. Iaſ. *col.* 5. Cro*t.* *col.* 6. *in* 2. *lectu.* Galliaula *colum.* 9. Buticella *col.* 5. Alciat. *col.* 3. Aquenſ. *col. pen.* & Ripa *col.* 4. *in d. l.* 1. *ff. de verb. obligat.* & Iaſ. *in d. l. iuriſgentium.* §. *ſed cum nulla fallentia* 9. *& in* §. *in perſonam, col. pen. de act.*

7 E † aduerte ad præmiſſorum intelligentiam, quod proprie pactum nudum eſt, quando aliquis promittit non interrogatus, & alius acceptat, ſecundum Scriben. communiter: vt per Iaſ. *in d.* §. *ſed cum*
8 *nulla, num.* 32. Fit † tamen & aliis modis pactum nudum, præſertim cum tacite fit: vt tradit Bar *in l. Pomponius. la.* 2. *num.* 6. *ff. de neg. geſt. & in l. iurisgentium.* §. *igitur nuda.*

OPINIO DLXXI.

SVMMARIA.

1 *Pactum, quo ſcriptor promiſit ſe ſtaturum in compedibus donec ſcripſerit librum, vel opus perfecerit, valet, niſi ſcriptor promoueretur ad aliquam dignitatem.*

1 PACTVM, † quod ſcriptor ſtet in compedibus donec ſcripſerit librum, ac opus perfecerit, valet, & tenet, ſecundum Gloſſ. *in l. ſtipulatio.* §. *opus autem factum. in ver. ſine. ff. de oper. nouo nun.* & Bolog. *ibi in ſecundis interpretationibus,* & Specul. *in tit. de renun & concluſ* §. 1. *verſ. item eſt beneficium.* & d. Glo. inquit communiter approbatam Imol. *in c.* 2. *de pig* & Alex. *in l.*
Cōis opin. *ſtipulationes non diuiduntur, num.* 19. *in fin. ff. de ver. oblig.* licet eam reprobet ibi. Et ſic ſecundum iſtos Doct. vbicunque ſcriptor ipſe promiſiſſet in certo loco commorari, & librum præciſe ſcribere: tunc certe pactum valebit, & poſſet cogi præciſe ad ſcribendum, & poni in compedibus, nec liberaretur præſtando intereſſe; quia videtur electa induſtria perſonæ: Tamen quicquid glo. ſuadeat; contrarium explicat teneri communiter Alex. *num.* 6. *in fin ff. ſolut. matrim. in l. ſtipulationes non diuiduntur, num.* 29. *poſt medium. ff. de verb oblig. cum concor. ibidem per eum ſignatis,* & Ripa *in l. ſtipulationis generalis, nu.* 9. *ff. de pignor.* & prædicta opinio gloſſæ, licet communiter, & eam ſequatur Alex. *in d. locis;* nihilominus ipſe Alex. *in d. l. ſtipulationes non diuiduntur.* dicat hanc veriorem eſſe, pro ut veriſſimam reperio, & veritate ductus eam ſequor. Sed dato, circa veri præiudicium, quod vera ſit opinio d. glo. veniret profecto limitanda, niſi ſcriptor ipſe promoueretur ad aliquam dignitatem, vt notat Bal. *in l. nec patronus, in* 4. *oppo. C. de oper. liber. & in l. vnica, col pen. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.*

OPINIO DLXXII.

SVMMARIA.

1 *Pactorum tria genera ſunt.*
2 *Pactum nudum cognoſcitur ex tribus ſcilicet quando ſecum non habet dationem, factum, vel ſtipulationem.*
3 *Pactum in dubio intelligitur de nudo.*
4 *Pactum nudum de iure canonico producit actionem, ſecundum regulam generalem, fundatam in iure canonico.*
5 *Canoniſtarum ſubiectum dignius eſt ſubiecto Legiſtarum: & ideo vbi eſt concurrentia canonum, & legum, à canonibus inchoandum eſt.*
6 *Ius canonum dicitur diuinum.*
7 *Pactum nudum cur de iure canonico actionem producat.*
8 *Pactum nudum producit actionem non tantum in foro canonico, ſed etiam in foro ſeculari, in omnibus terris ſubiectis Eccleſiæ. Quinetiam in terris Imperii. nu.* 9.
10 *Pollicitatio de iure canonico an inducat actionem.*
11 *Pactum nudum parit actionem in Curia mercatorum, & vbicunque proceditur ſecundum æquitatem de bono, & æquo.*
12 *Pactum nudum etiam de iure canonico non parit actionem, cum eſt vitiatum dolo, & metu.*

PACTORVM † genera tria reperiuntur, ſecundum Gloſſ. *in l. pacta conuenta. C. de pact.* 1

Inter † quæ connumeratur pactum nudum; & 2 iſtud pactum dicitur nudum à cauſa, & quando ſecum nō habet dationem, factum, vel ſtipulationem, & per hæc tria cognoſcitur pactum nudum, hanc expoſitionem tradit Glo. *in l. iurisgentium.* §. *ſed cum nulla. ff. de pactis, & in l. diuiſionis. eod. tit. in l. ſolent, & in l. ſi dominus. ff. de præſcript. verbis.*

Et nota, † quod pactum in dubio intelligatur de 3 nudo, *l. legem,* vbi notant Salyc. Riminal. & Dec. *C. de pactis, & in rubrica eodem titulo.*

Modo vero ex prædictis pone regulam fundatam 4 in iure canonico, quod ex iſto pacto nudo oriatur actio. Poteram etiam proponere aliam regulam negatiuam de iure Cæſareo, & forſan magis generalem. Sed vbi eſt concurrentia canonum, & legum, † à ca- 5 nonibus inchoandum eſt: quia Canoniſtarum ſubiectum dignius eſt, ita dicit Abb. *in cap. inter alia, de immun. Eccleſi.* Imo ius canonicum dicitur diuinum, † 6 *c. nemo de iuſt. & iure, & c. qualiter. il* 2. *de accuſ.* Fely. hoc late notat *in proœmio decret. in prin.*

Sed redeo vnde diuerteram, † id eſt, ad regulam 7 propoſitam, quod pactum nudum producat actionem de iure canonico. *c.* 1. *&* 3. *ext. de pact.* Glo. & Archid. *in c. quicunq; ſuffragio.* 12. *q.* 2. & ita communiter Cōis opin. tenent Canon. *in d. c.* 1. vt per Iaſ. *in l. iurisgentium.* §. *ſed cum nulla. ff. de pact. n.* 4. *& in l. ſi quis maior. C. de tranſ. & in rub. ff. de pact.* vbi etiam Moder. Et ratio dictæ concluſionis videtur hæc: quia in foro canonico proceditur de æquitate, *c. dilecti. de iud.* Facit alia ratio: quia inter ſimplicem loquelam, & aliam, ius canonicum non conſtituit differentiam, *c. iuramenti.* 22. *q.* 5.

Verum † ampliatur primo loco iſta communis ita 8 probata, quod pactum nudum producat actionem, non ſolum in foro canonico, ſed etiam in foro ſeculari, in omnibus terris ſubiectis eccleſiæ: ſecundum Imol. *in c. quam in eccleſiarum. col.* 13. *de conſtit.* & Bal. *in authen ad hæc. C. de vſur.* vbi ait, quod iſtud procedat non ſolum in clericis, verum etiam in laicis, ſubiectis eccleſiæ quoad temporalem iuriſdictionem.

Secundo extende iſtam concluſionem, † quod 9 pactum nudum producat, pariatque actionem, non ſolum in omnibus terris eccleſiæ, ſed in terris etiam Imperii, ſecundum cōmunem opinionem omnium Cōis opin. Doct. quam allegat Fortun. Garzia *in c.* 1. *de pact. n.* 10.

Tertio loco amplia, † quod procedat non ſolum 10 in pacto nudo, ſed etiam, quod eſt fortius, in ſimplici pollicitatione, ita tenet Ant. de Buttio *in cap. ex parte,*

 & Abb.

& Abb. *in c. 3. ext. de pact.* Mouentur præfati Doct. ad hoc dicendum, quia ſicut ex voto quis obligatur, & compellitur per eccleſiam, ita per ſimplicem pollicitationem, ad ſimilitudinem voti. Sed contrariam partem tenuit expreſſe Iaſ. *in d. §. ſed cum nulla nu. 5.*

11 Quarto † amplia iſtam concluſionem iuris canonici in curia mercatorum, vbi proceditur de bono, & æquo, vt per Bar. notabiliter *in l. qui notus, per illum tex. & in l. fideiuſſor. §. quidam. ff. mand.* Sali. & Bal. *in l. ſi pro ea. C. mand. & in l. 2. de conſtit. & in c. 1. col. pen. ext. de pact.* vbi ait, quod ex pacto nudo agant mercatores, & nummularii inter ſe, & concludit denique id notari *in §. pen. in auth. de fideiuſſ.* Et hæc ampliatio poſſet extendi ad omnes caſus, vbi proceditur ſecundum æquitatem, vt per Alex. *conſil. 41. vol. 2. viſo puncto. col. 2. lib. 3.* Et ſic habes, quod vbicunque proceditur de bono, & æquo, pactum nudum pariat actionem.

12 Limita † iſtam concluſionem iuris canonici, niſi pactum nudum fuiſſet initum dolo, vel metu; quoniam tunc non produceret actionem, etiam de iure canonico: nec eo caſu haberet locum dictum *c. 1. ext. de pact.* hoc late probat Iaſ. *in d. §. ſed cum nulla nu. 10.* Tradit & aliam limitationem dictæ communi opinioni, *in d. cap. 1. de pact.* Præpoſitus Senenſis, *in ſuis diſputationibus, in ſerm. 4. caſu. 3. quæſtionis.*

OPINIO DLXXIII.

SVMMARIA.

1 *Pactum ſeu conuentio, quod debitor de damnis, expenſis, & intereſſe occaſione retardatæ ſolutionis ſtabit nudæ aſſertioni creditoris ſine iuramento, an, & quatenus valeat.*

2 *Si quis promittat ſtari dicto alicuius, vel iuramento, tunc pars non debet eſſe præſens tempore declarationis faciendæ, eiusq; ratio.*

1 PACTVM, † ſeu conuentio facta inter partes, de ſtando ſimplici dicto creditoris, abſq; iuramento, de damnis, intereſſe, & expenſis: quas peteret creditor, occaſione retardatæ ſolutionis, valet, & tenet, *l. iuſiurandum quod ex conuentione,* & ibi Iac. Butrig. Bal. & alii *ff. de iureiu. l. fin. C. de fidei com.* & hoc expreſſe firmant Ant. de Butri. *in c. finem litibus. col. pen. de dolo & contum. & in c. 1. de fide inſtr.* Dyn. Bar. Ang. Cuma. Caſtren. & Imol. *in l. fin. ff. de præto. ſtipul.* & Bal. *in auth. iubemus, col. fin. C. de iud.* & conſummatiſſimus D. Card. Albanus *in lucubrationibus in Bar. in d. l. fi. ff. de præt. ſtip.* Et licet poſt aliquos antiquos Cyn. *in l. ſi quis in conſcribendo, q. vltima. C. de epiſc. & cler.* Spec. *in tit. de probat. §. videndum. ver. quid ſi tibi.* & Bal. *in l. 1. col. 3. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profe.* inclinauerunt in contrariam partem, videlicet tale pactum non valere; nihilominus eorum opinio communiter improbatur, vt per Moder. *in d. l. fin. ff. de præt. ſtip.* Sed hæc ſententia Cyn. poſt Petr. *in d. l. ſi quis in conſcribendo,* ſaluari poſſet, vt procedat in mutuo: quia licet Albe. Papien. *ſuper l. 2. ff. de in lit. iuran.* teneat, quod pactum factum à debitore creditori, de ſtando nudo eius verbo ſuper damnis, intereſſe, & expenſis, valeat: ſubdit tamen, quod in mutuo hoc pactum videatur maxime appoſitum in fraudem vſurarum. *l. Iulianum, verſicu. idemq; Papinianus. ff. de actio. empt. l. cum allegas. C. de vſur.* & hoc dictum refert Io. And. *in addit. Specul. in tit. de prob. in d. §. videndum.* Bene verum eſt, quod Ioan. Andr. ibi dicit hoc procedere in eo, qui ſolitus eſt fœnerari. *per text. in cap. illo nos. de pignor.* ſed in hoc meo iudicio redditur falſa eius opinio: quia text. ibi non probat eius intentionem, imo potius facit in oppoſitum; vt ponte quia oſtendit non eſſe neceſſariam conſuetudinem fœnerandi.

Cõis opin.

Retenta igitur prima opinione Dyn. Bart. Ang. & ſequacium cõmuni, aduerte, quod ſtetur dicto eius, cui declaratio cõmittitur, ſi æquum ſit dictum eius; alias ſi iniquum foret, non ſtaretur aliquo modo ſed reduceretur ad boni viri arbitrium: videtur enim ſic eſſe commiſſum propter ſuſpitionem proprii commodi, *l. libertus. ff. de ope. lib. cum aliis ibi contor.* & hoc firmant Dyn. Bart. & alii omnes in mentionatis locis, Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de probat. in dict. §. videndum, verſ. quid ſi tibi,* & Bart. *conſ. 168. in fin.*

Aduerte etiam, † quod ſi quis promittat ſtare dicto alicuius, vel eius iuramento: tunc pars nõ debeat eſſe præſens tempore declarationis faciendæ: quia non poſſet reuocare illam promiſſionem de ſtando iuramento aduerſarii, vt voluerunt Ang. & Imol. *in d. l. fin. ff. de præt. ſtipul.* Bald. & Iaſ. *col. 2. in d. l. iuſiurandum, quod ex conuentione,* & Alex. *conſ. 130. difficul. as huius negocii conſiſtere videtur n. 6. vol. 7.* vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, & D. Cardinalis Albanus *in lucub. in Bart. in d. l. fi. nu. 2.* contra Bar. ibi contrarium aſſeuerantem. 2

Cõis opin.

OPINIO DLXXIV.

SVMMARIA.

1 *Pactum, quod ab arbitri ſententia appellari poſſit, valet.*

2 *Pactum in pace appoſitum, quod delinquens reconciliatus, ad patriam intra certum tempus redire nequeat, abſq; pacificantis vel alterius licentia, an valeat, maxime ſi iuramentum in inſtrumento pacis ſit appoſitum, & nu. 3.*

4 *Pactum, nullam partem contrahentium vtilitatem, non valet: præſertim cum conſiſtit in faciendo, ſecus ſi conſiſteret in iure transferendo.*

5 *Pactum de ponendo ſe in manibus inimici eſt nullum.*

6 *Pactum contra ius diuinum, eſt penitus nullum, atq; inualidum.*

PACTVM, † quod ab arbitri ſententia appellari poſſit, valet, & tenet, vt voluerunt Io. And. & cæteri omnes *in c. cum dilectum, de arbitr.* Ant. & Imol. *in c. Quintauallis, de iureiur.* Dyn. Bart. Bal. Ang. & Alex. cum aliis ſignatis per eum, *n. 20.* & Ripa *n. 86. in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.* vbi profitentur iſtam opinionem eſſe communem. Et quamuis valeat pactum hoc, ex communi opinione præmemorata; nihilominus tamen vbicunq; † appoſitum foret pactum in pace, ex cõmuni partium conſenſu & voluntate, quod delinquens ad patriã redire nequiret intra certũ tempus, vel abſq; offenſi, vel alterius extranei licentia, tunc illud nequaquã valeret, neq; teneret, quod ſuaderi poteſt aliquib. rationib. efficaciſſimis. Et primo quia pactum hoc dicitur initum, & inductum contra bonos mores, tum quia id appoſitũ eſt apertiſſime contra voluntatẽ, libertatemq; priuatã ipſius delinquentis, tum etiã, contra libertatẽ publ. in priuando Principem habitatione, & incolatu ſuorũ vaſallorum, in propriis domibus. Vnde pactum hoc contra bonos mores initum, cenſetur ipſo iure nullum, ita Franc. de Aretio, *in l. maritum. § eleganter. ff ſolut. matri.* & eſt text. expreſſus *in l. nulli quis. C. de ſent. & interloc. omn. ind.* in qua diſponitur, quod qui nõ poteſt ſtatuere, non poteſt relegare: & conſequenter, quod nec cuiquam interdicere patria permittatur. Et ita ob iſtum text. vidi alias iudicatum in magna Curia Vicariæ, & in regia Audientia Apuliæ, anno 1584. in cauſa vertente tũc inter aliquos nobiles, de Ciuitate Luceriæ, me aſſidente eo tempore auditore, & exiſtente pariter eiuſdem cauſæ Commiſſario.

Cõis opin.

Imo

Imo iuramentum in inſtrumento pacis ante dictæ appoſitum cum videatur contra bonos mores, non eſt obligatorium vt in *reg. non eſt obligatorium de reg. iur. lib. 6.* & firmat Bar. *in l. ſi quis pro eo ſub num. 5. ff. de fideiuſſ. & mandatoribus.* Idem tenet Pet. Ancharan. *conſil. 75. poſt num. 4. per c. ſi diligenti de for. compe. Et l. non dubium C. de leg.* Et quod prælibatum pactum contra bonos mores eſſe videatur, planè colligitur ex Bald. exemplisque ſuis traditis *in l. pactum. quæſt. 19. de collat.* Diciturq; etiam pactum contra bonos mores, quando id non poſſet ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, ſecundum Corn. *conſil. 212. placet vol. 2.*

4 Secundo † præſens pactum nullam parit contrahentibus vtilitatem, ne tantulam quidem. & cum illud pactum non valet, neque tenet: & potiſſimum quando conſiſteret in faciendo, prout colligitur in præſenti caſu ità Bald. *in l. fin. C. de pact. inter empt. & vend.* vbi lepide concludit, ſecus eſſe quando conſiſteret in iure transferendo.

5 Tertio † cum ipſe delinquens poſuerit ſe in manibus inimici: & ſic totam ſpem ſui regreſſus ad patriam, in aduerſario inimicoque locatam habere decreuerit; non mirandum ergo erit ſi pactum hoc deponendo ſe in manibus inimici irritum, vanum, & fruſtratorium ſit, ſecundum Bart. Alex. & alios omnes vniuerſaliter *in l. 1. §. vſque ff. de iniur.*

Co. op.

6 Quarto † pactum præmemoratum tanquam contra ius diuinum emanatum ſuſtineri nequiret vllo modo: Nam dicitur *Matthæi 5.* Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: ſuper quo Chriſoſtomus ſcribit: qualem vis erga te Deum eſſe: cum delictorum tuorum veniam poſcis: talem te exhibere debes in corde tuo: ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper eum peccatum, non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum ſed diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Imo pactum hoc ex diametro aduerſari videtur textus ſacræ Scripturæ *Lucæ 12. in fin.* diſponenti, quod accedens cum aduerſario ſuo ad Principem, in via dare operam debeat ab eo liberari: prout hoc idem diſponitur *Matthæi c. 5.* Vnde cum ipſe offenſus recuſet impediatque expreſſè, & pertinaciter aduerſarium ſuum redire ad patriam debere; ſequitur neceſſario ſe eum proſequi odio & rancore ob iniuriam ſibi illatam; & conſequenter peccare: vt oſtendit, & concedit conſummatiſſimus in legali ſcientia, & in theologia D. Nauarrus *in ſua Manuali confeſſorum. c. 14. §. 6. num. 19.* & Abb. *in c. 2. de male in fin.* & eſt textus etiam *in c. ſi quis contriſtatus 90. diſt.* proinde parum aut nihil eſt curandum de pertinacia ipſius offenſi, qui cum reperiatur in peccato mortali differens conſueta beneficia conferre, & pietatis opera exhibere ſuo aduerſario, exemplo Chriſti, qui Iudæis illum perſequentibus prædicationis, curationiſque beneficia non ſubtraxit, ſed delinquens ipſe ex gratia per Principem ſibi conceſſa, poſſet vtique ad patriam reduci, non obſtante huiuſmodi atrociſſimo pacto omnibus legibus exoſo, firma tamen remanente pace. Quoniam cum præſens pactum ſit contra naturam contractus ipſius pacis, etiamſi iuramento vallatum ſit minimè valet, neque tenet, ita Bal. *in l. etiam C. ad Vell.* & Bar. *in l. 2. col. 2. C. de iure emphyt.* Et ſic contractus antedictus pacis cum ad fauorem delinquentis celebratus ſit, non poteſt, ob tale diabolicum pactum, in eius odium redundare *l. quod fauore C. de leg.* & Bartol. *in l. quamuis ff. de pig. actio.* Quare tale peccatum, ſeu conuentio de facto appoſita, tanquam inhoneſta nullam obligationem inducit: ſecundum Abb. *in c. fin. de pac.* Et conſequenter huiuſmodi pactum tanquam turpe, & vergens in perniciem animarum, non eſt obligatorium. Et id etiam turpe dicitur, licet res ſuper qua interponit, non ſit turpis & denique hæc pactio cum contra ius ſit, turpis dicitur, vt *in c. faciat homo 22. quæſt. 2.* Et ita in propriis terminis conſuluit Ancharano. *in conſ. 75. viſo diligenter & inſtrumento procurationis*, & Alciat. *conſ. 134. reſpo 2. lib. 5.* & ſequitur etiam, cum quodam moderamine, & temperamento, Octauianus Vulpellus *in tract. de pac. q. 55.* quod talis conuentio, tanquam laborans contra publicam vtilitatem, non valeat, nec poſſit iuramento firmari. teſte etiam Bar. *in d. l. ſi quis pro eo in prin. ff. de fideiuſ. & in l. ius gentium. §. ſi paciſ. de pac. in l. Seius, ad leg. Falcid. & in l. ius publicum, de pac.* & ita deciſum vidi ſuperioribus annis in ſacro Conſilio Neapo. & in ducali audientia Sereniſſimæ D. Margaritæ de Auſtria, me patrocinante, in cauſa Hiſpani, Sa[l]loni, & Fratrum de villa Maſſonis, comitatus Terræ Montis Regalis aſſidente ibi tunc Auditore meritiſſimo, integerrimoque, & vndiquaq; eruditiſſimo D. Alphonſo de Hoyo, Hyſpano. & ſic etiam alias vidi conſultum in propriis terminis, per excellentem D. Paſchalem Turcanicum, conciuem meum, & ſecundum eius conſ. fuit obtentum in dicto Sacro Regio Concil. in cauſa cuiuſdam ſimiliter de Monte Regali.

Tu † in hac materia vide optimum text. *in l. Titio centum §. Titio centum el. 2. ff. de cond. & demonſtrat:* vbi hæc formalia verba habentur; *poteſt dici non eſſe locum cautioni per quam ius libertatis infringitur* & *l. nulli, qui ſtatuendi C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic.* ibi *nulli, qui ſtatuendi non habet facultatem, interdicere patria cuiquam permittitur.* Nam natura pacis & concordiæ eſt deponere omnem animi rancorem, alias eſſet indignationem pœnæ non irrogatæ, & duritiem in animo retinere. *l. ſeruus, ff. de ſerui. export. & Inſtit. de iniur. in fine*, & Pet. Ancharan. terminis, *in allegat. con 75.* 7

OPINIO DLXXV.

SVMMARIA.

PACTVM † initum inter partes, quod ſolutio probari non poſſit, niſi mediante inſtrumento, valet, & tenet ſecundum Bald. *conſ. 33. col. 1. vol. 1.* Albericus poſt alios quam plures, *in l. ſi quis in conſcribendo num. 11. C. de epiſ. & cleric.* & Fulgoſ. *conſ. 120. colum. 2. & conſil. 208* & Aug Beroum. *in c. ſicut, num. 80. de probationibus.*

¶ In contrariam vero partem, videlicet quod pactum hoc, quod ſolutio probari nequeat niſi per ſcripturam, non valeat, inclinarunt Gloſ. & ibi Ang. *in §. propterea, in authent. vt ſi ne prohib. ma. debit* Specul. *in tit. de probat. §. videndum. verſ. ſed pone* Hoſtienſ. *in ſumma de renunc. §. quæ poſſunt, verſ. quid de pacto* Io. And. Imol. *colum. 3.* & Abb. *colum. 5. in c. ſi diligenti, de foro compet ſuper Gloſ. r.* Bar. & Ang. *in auth. ſubemus C. de iud.* Cyn. *in l. penult. C. de pact.* & Afflict. *in proœm. conſtit. q. 12. col. 5.* & iſta eſt communis opinio teſte Anton. de Canar. *in tract. de exec. inſtrum. quæſt 36. numer. 75.* Imol. *in d. c. ſi diligenti.* Marſil. *in repet. rub. C. de prob. num. 44. cum aliis ſeq.* & D. Follerio *in pragmatica de cenſibus in verb. quæ quidem executio nullo falſitatis. nu. 57. & ſequent. folio 265.* in quibus locis congerunt alios Doctores eiuſdem ſententiæ, & ego eam tanquam veriorem, & communiorem ſequor. Com. opin.

OPINIO DLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum ab ingrediente monaſterium, in profeſſione regula monachalis quod liceat ſibi retinere proprietatem aliquorum bonorum an valeat, & viuat in totum religionis ingreſſum.*

1 PACTVM † expreſſum factum ab ingrediente monaſterium, in profeſſione regulæ monachalis quod liceat ſibi retinere proprietatem aliquorum bonorum, viuat in totum actus ſecundum Gloſ. *in c. cum ad monaſterium de ſtat. mona.* & alios congeſtos per Iaſ. *in auth. ingreſſ. nu. 33. Cod de ſacroſan. eccleſ.* quorum opin. ſequitur Dec. *in c. cum M Ferra n. 68 de conſt.* & Alciat. *in l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilum n. 19. ff. de ver. obli.* vbi pariter ait iſtam eſſe communem ſententiã; & totum mundum ita tenere fatetur Ant. de Butr. *in d. c. cũ M. col. 18.* & magis communem præſupponit Barba. *conſ. 3. vol. 1.* & eandem amplectitur, tuetur, fulciturque, & ſcribit communem And. ab Exea *in tract. de pact. in 3 par. num. 150. fol. par. 306.* Com. opin.

¶Contrariam vero opinionem, videlicet, quod pactum ob quod monachus t. ſeruaret tempore ingreſſus ſibi bona non valeat; ſed tamen ingreſſus & profeſſio valida remaneat, tenuerũt Gloſ. *in a. auth. ingreſſi.* & alii innumeri relati per Iaſ. *ibi num. 30. & 37.* vbi tranſit cum iſtorũ opinione, & ait eam communem eſſe, & ſequitur quoque Ripa *in d. c. cum M. col. 47.* Tamen quicquid Doct. iſti ſuadeant, & teneant, ob hoc difficile foret obtinere in actu practica contra primam opinionem relatam: quam tanquam communiorem, & ſuſtentabiliorem ſequendam eſſe in iudicando, conſulendoque ſuadeo. Com. opin.

OPINIO DLXXVII.

SVMMARIA.

1 *Pactum, conuentio vel promiſſio facta ſub futuro ac dubio fortuna vel conditionis euentu, quales ſunt* le ſcomeſſe *id eſt* die Wettungen/ *an valeant*

2 *Ludis prohibitis aſſiſtentes ſe committendo inter ſe ac obligando ſe mutuo ad aliquam pecuniam, ſi Titius vel Mæuius lucrabitur, an faciant pecuniam ſuam, nec teneantur ad eius reſtitutionem.*

1 PACTVM, conuentio, ſeu promiſſio facta ſub futuro fortunæ, vel conditionis euentu, videlicet, ſi nauis ex Aſia venerit, Martinus creatus fuerit Pontifex hoc anno, vel ſi Gregorius non moriatur intra menſem, promitto dare centum, ſiue aliæ ſimiles conuentiones, quas nos Ital. appellamus *Scomeſſa* & Galli Gagie teſt. Stracca, *in trac. de mercat. in ſi. 1. par. in tit. de ſponſion. in princ. n. 1 & ſeq.* & Neuiz *in ſilva nuptia. lib. 4. ſub num. 174.* & Hiſ. ant vocant *Apueſtas*, ſunt validæ. *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit ff. de verb. oblig.* Adde Iul. Clarũ *lib. 5. ſent. §. ludus. ver. quæro etiam fol. 38 à tergo.* Nam dob. [illegible] euentus non facit cont. act. in illicitũ [illegible] & ibi Paul. de Caſt. *in l. [illegible] ff. eod.* & Alex. & Iaſ. *in l. à Titio. ff. de verb. oblig.* vbi ſcripſerunt, tales conuentiones à futuro fortunæ euentu pendentes omnino eſſe licitas, & validas: & ſequitur Io. de [illegible] *naugantes, de vſu.* Mar. [illegible] *q 6.* [illegible] & F[illegible] *ſub* [illegible] *6.* [illegible] & ita deciſum, ac determinat [illegible] fuit Florentiæ [illegible] contingentia, ſecundum Paul. de Caſt. *in d.* [illegible] conſuluit quoque D[illegible] *conſ. 119. num. 2. & ſeq.* vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem & idem fatetur, ſequiturque Pariſ. de puteo *in tract.* [illegible] *de ſ* [illegible] *nu. 19. & ſeq.* Q[illegible] Paul. Caſtren. *in l. ſi quis cum debitore ff. de iuriur.* aſſeuerauerit, quod euenerit Com. opin.

Florentiæ quæſtio de vno, qui decem promiſerat, ſi die ſequenti plueret, & ob hoc requiſitus in ea quæſtione, cõſulere noluit, & penitus recuſauit & Caccial. *in tract. de ludo q. 4. nu. 23. cum aliis ſeq.* minime auſus fuit dictam quæſtionem terminare, aſſerendo ibi, quod in hoc intelligere cuperet opinionem prudentium laicorum; quia intellexit in ſcholis publicis à quodam clariſſimo iureconſulto, quod opiniones illæ tenendæ ſint, quas prudentes commendarunt.

¶Sanctus vero Thom. de Aquino *in 2. 2. q. 32. art. 7.* ſecutus eſt communem prædictam, vbi, concludit, quod poſſim promittere centum, ſi plura puncta ad fortuna habueris, quam ego. & dictum hoc referunt, & amplectuntur Imol. & omnes Canoniſt. communiter, *in cap. penul. de vita, & honeſt. Cleric.* Bar. *conſ. 65. lib. 3* & Afflict. *deciſ. 389. ſuper dubio nu. 3. & ſeq.* Licet male Stracca, *in d. tit. de ſponſion. in verb. quæritur an ex ſponſione, num. 1. & ſeq.* ſenſerit contrarium. caſus enim incertus ac dubius licitum reddit, & facit, quod alias reprobatur. *d. c. nauiganti*, & facit quod notat Cyn. Bal. & alii *in l. ſi ab altiore. C. de vſur.* & iſta eſt vera & communis opinio Legiſt. Theolog. & Canoniſt. & ab ea in iudicando, & conſulendo recedendum non eſt, ſecundum Dec. *in d. conſil. 115 num. 4.* & obligati ſecundum tenorem dictarum conuentionum tenaciter ſoluere tenentur abſq; dubio vt firmarunt omnes Doctores præcitati.

¶Imo in foro conſcientiæ, quæſita ex pacto, & contractu prædicto, neceſſario non ſunt reſtituenda ſecundum omnes Theologos communiter tractantes caſum iſtum, quos recenſuimus ſupra in *ver. ludum inter alia crimina poſt medium.* & Sanct. Antonin. Archiepiſ. Floren. *in 2. par. ſua ſumma 2. tit. 1. c. 23. de turpi lucro §. 9.* Com. opin.

Imo aſſiſtentes ludo alearum, aut taxillorũ, aliiſue ludis prohibitis ſi mutuo ſe obligarent ad aliquam pecuniam, ſe committerent inter ſe aſſerendo vnus ex his quod Titius lucratus ſit in huiuſmodi ludo, alter vero altercando contrarium, quod Plato lucratus ſit, tunc vincens faceret iſtam pecuniam ſuam, nec aliqua lege, tam ciuili, & canonica, quam diuina teneretur ad eius pecuniæ reſtitutionem: ſed abſq; dubio peccaret mortaliter ſecundum Guil. Pepin. *in opuſculo ſuo ſuper Confiteor in 2. tract. 3. part. 6. 6. de manuluſoria, in litera R.*

OPINIO DLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda non valet ſine conſenſu eius, de cuius ſucceſſione agitur. Eiuſque ratio num. 1.*

2 *Pactum quod vltra dotem, mulier poſt mortem parentum habitura ſit hereditatem, non valet nec firmatur iuramento etiamſi fieret de quota hereditatis.*

4 *Pactum de futura ſucceſſione viuentis non valet, etiamſi iuramento fuerit firmatum quod ampliatur & limitatur caſibus remiſſiue num 11.*

5 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet quando is de cuius ſucceſſione agitur, conſentit, & in tali cõſenſu perſeuerat vſque ad mortem.*

6 *Conſenſus ſuperueniens ex poſt facto, ſufficit.*

7 *Pactum de futura ſucceſſione in certis bonis ſingulariter expreſſis, vel ſub nomine quota bonorum, non autem ſub nomine quota hereditatis valet, dummodo non fiat de omnibus bonis præſentibus & futuris.*

8 *Pactum de futura ſucceſſione incerti hominis in genere valet.*

9 Pactum

9 *Pactum de futura ſucceſſione veniens ex neceſſitate contractus præambuli valet.*

10 *Pactum de futura ſucceſſione, reciprocum, valet.*

1 PACTVM † per alios conditum de futura ſucceſſione quærenda non valet, ſine conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur, *l. pactum quod dotali C. de collat. & l. ex eo C. de inut. ſtip. & l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obli.* & iſtud tenent ibi Bar. Bal. Saly. cæteriſque communiter, *& in l. priuatos C. de pactis* Canoniſ. omnes *in c. cum contingat, extr. de iureiur. & in c. quamuis, de pactis in 6.* Cyn. & alii *in leg. fin. & in d. l. pactum quod dotali.* Alex. *conſil. 38. vol. 3.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, Iaſ. *conſil. 8. nu. 34. poſito inter conſilia feudalia Alberti Bruni, & in conſil. 9. numer. 10.* Bertr. *conſ. 175 appellatione bonorum mobilium, nu. 3. & ſequent. volum. 8 & conſil. 165 viſo, ac conſiderato caſu mihi exhibito exordiente, matrimonium num 1. vol. 6.* Curt. Iun. *conſ. 15. num. 2* Ruin. *conſ. 26 num. 16. volum. 2.* & Hugo Celſus *conſil. 100. ex eo alio dubio, num 5* Et ratio dictæ cõmunis approbatæ ab omnibus Doct. vtriuſque cenſuræ, videtur iſta; quia turpe eſt, ac moribus contrarium, pactum fieri ſuper viuentis hæreditate, abſque eius conſenſu: nam hæc pactio turpis cenſetur *d. l. fin. & d. l. pactum quod dotali.* Nec tamen ea ſola ratio turpem efficit hanc conuentionem, quod detur votum captandæ mortis, quamuis hæc *in d. l. fi.* expreſſa ſit, ſiquidem ob hanc ſolam rationem non efficitur pactũ turpe; quod patet: quia ex conſenſu eius de cuius hæreditate agitur hæc pactio licita eſt, & tamen occaſio captandæ mortis non tollitur per conſenſum iſtum;

2 atque ita intelligendus eſt text. *in d. l. fin.* Aliaq; † ratio ad hoc corroborandum allegari poteſt quia hæreditas ſolo teſtamento per hominem datur, *l. hæreditas C. de pact. conuen. l. pactum*, vbi Doctor. *C. de pact.*

3 Vbi inter † cætera dicunt, decipi eos, qui filias diuitum in vxorem accipiunt cum pacto, quod vltra dotem poſt mortem parentum ipſæ mulieres habituræ ſint etiam hæreditatem: non enim valet hoc pactum, nec firmatur iuramento; & ſi fieret pactum de quota hæreditatis, ſecundum Gloſ. *in l. ſi quando §. illud in verſ. grauari. C. de inoffic. teſtam.* cum allegatis per Iaſ. *in d. l. ſi pactum*, & per Doct. *in d. l. fin. & in prææallegata l. pactum, quod dotali.*

4 Et † amplia iſtam communem procedere, etiamſi appareat dictum pactum fuiſſe cum iuramento firmatum ſecundum Gloſ. *in l. ſi quando C. de inoff. teſt.* Legiſtæ omnes indifferenter, *in locis præallegatis*, & Canoniſ. *in d. c. cum contingat, & in d. c. quamuis*, Bar. *conſil. 165. quidam nomine Thobaldutius*, Corn. *conſ. 275. num. 4.* Alex. *in d. conſ. 28. & in d. l. pactum num. 2.* in quibus locis aſſerit hanc eſſe communem opinionem & Curt. Iun. *conſ. 15. num. 3 & conſ. 25. num. 7. & conſ. 98. num. 5.* & Hugo Celſus *in d. conſ. 100. ſub num. 5 & 7.* & ita conſuluit Bertran. *in d. conſ. 165. num. 2. & ſequent.* Et ratio cur iuramentũ iſto caſu nõ liget, eſt, quia eſt cõtra bonos mores; vt *in c. non eſt obligatoriũ, de reg. iur. lib. 6.* & ita in termi. tenet Bar. & alii *in d. l. pact. quod dotali.*

Cõis opin. (margin, beside the first and fourth paragraphs)

5 Sed † limitatur primo loco dicta communis, quod dictum pactum de futura ſucceſſione quærenda valeat, & teneat, quando ille de cuius ſucceſſione agitur, conſenſerit; & in huiuſmodi conſenſu perſeueret vſque ad mortem, *d. l. fin.* vbi Doctor. hoc tenent, & Iaſ. *ibi num. 7. in 7. limitation.* Suc. Iun. *conſ. 50. num. 4. lib. 2.* & Curt. Iunior. *conſ. 98. num. 5. & ſeq.*

6 Qui † conſenſus etiã ex poſt facto ſuperueniens videtur ſufficere ſecundum Bal. *in d. l. fin. circa fin.* quẽ ſequitur Dec. *conſ. 31. num. 3.* & Grauett. *conſ. 19. nu. 3.*

7 Limitatur † ſecundo, quod dictum pactum, & conuentio de ſuccedendo valeat, & ſit efficax, quando fit de ſuccedendo in certis bonis, ſingulariter expreſſis, vel ſub nomine quotæ bonorum, non autem ſub nomine quotæ hæreditatis, *l. ſi quis argum. §. ſed & ſi quis, C. de donat.* Gloſ. *in l. fin. in verſic. accommodanterit*, quam ibi communiter ſequuntur Bar. & Doct. *C. de pact.* & idem Bar. *conſ. 72. ex facti propoſitione* O. dr. *conſ. 159.* cum aliis allegatis per Dec. *conſ. 235. & in d. l. pactum. C. de pact.* Grauett. *conſ. 19. num. 7.* & Curt. Iun. *conſil. 1. num. 4. & 26. & conſ. 81. num. 2.* vbi ſupponit iſtam eſſe communem opinionẽ, *& con. 15. nu. 1.* vbi etiam *nu. 4.* latiſſimè declarat, qualiter differant pactũ de futura ſucceſſione, & promiſſio bonorum poſt mortem. Limitatio autem hæc procedit, & habet locum dummodo non fiat pactum de omnibus bonis, præſentibus, & futuris; quia tunc iſta verba vniuerſalia, tanquam Scylla, ſunt fugienda, vt per Soc. *con. 136. viſis ſuis. col. ſi. lib. 3.* & per Dec. *in d. l. fi. col. 6.* Curt. Iun. *in d. con. 15. nu. 1.* & Grau. *conſ. 19. nu. 7.*

Limitatur † 3. quando alii paciſcerentur de hæreditate certi hominis in ſpecie, ſecus incerti in genere *l. 2. § de illo ff. pro ſocio*, & tenet Glo. Bar. & Iaſ. *n. 7. in 5. limit. in d. l. fi.* & Capic. *deciſ. Neap. 159. num. 10.* 8

Limitatur † quarto quando talis pactio, ſiue conuentio veniret ex neceſſitate contractus præambuli 9 nam tunc ratione iſtius contractus præambuli valet, & tenet, vt *in l. cum ſi dotem §. ſi ver.* qui legitur cum *§ ſine autem ff. ſolut. matrim.* & ibi ita tenet Alex. Gloſ. & Iaſ. *num. 7. in 6. limitatio. in d. l. fi.* Raphael. Fulgoſ. *conſ. 59. in propoſita quæſtione, nu. 21. poſito inter conſ. vltimarum voluntatum diuerſorum, vol. 1.* & Boet *con. 50. n. 8.*

Limitatur † quinto, quando pactum de futura ſucceſſione eſſet reciprocum, ſeu viciſſitudinarium, 10 veluti ſi aliqui paciſcuntur, non de hæreditate tertii quærenda, ſed inter ſe, hoc modo, quod altero eorum præmoriente ſine liberis, bona eius ad ſuperſtitem, vel eius liberos deferentur, tunc valet talis pactio, ſeu conuentio, & non cenſetur improbata, ſecundum Io. Andr. *in add. ad Spec. in tit. de inſtr. edi. § per. ro col. fin* Ang. *in l. hæreditas ff. de bonis auth. iud. poſ. in l. ſancimus C. de donat. & conſ. 179* Oldr. *conſ. 159 ad habendum aliquam notitiam*, Iaſ. *in d. l. fin. num. 7. in 4. limitation. & conſ. 9. poſito inter conſ. feuda. Al. Brun. aſtenſis num. 10. circa med. num*, & Matth. *in ſing. 331.* poſt alios quam plures ibi per eum relatos. & per iſtas allegationes, & authoritates conſtat iſtam eſſe communẽ opinionem; licet aliqui, quos refert Matth. ibi, & malè tenuerint contrarium.

Cõis opin. (margin)

Et † dicta regula communis, quod pactio de futura ſucceſſione viuentis quærẽda, non valeat: quia 11 eſt plena triſtiſſimi euentus, ampliatur in ſeptẽ caſib. & in 7. aliis limitatur per Iaſ. *in l. fin. C. de pact. n. 5. & 7.*

OPINIO DLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Pactum de retrouendendo infra certum tempus, vel abſque aliqua temporis præfinitione; & ſic quandocunque ſeu in perpetuum, 30. annorum ſpatio terminatur & elapſis 30. annis redimere volenti obſtat præſcriptio etiam ſi pactum eſſet iuratum ſiue adiectum non obſtante quacunque præſcriptione.*

2 *Pactum de retrouendendo an poſſit exerceri contra tertium poſſeſſorem & ab eo reuocari res vendita.*

PACTVM, † de retrouendendo intra certum tempus, vel abſque aliqua temporis præfinitione, & 1 in infinitum, triginta annorum ſpatio, terminatur & venditor rem venditam reſtituto precio venditionis, poteſt intra prædictum tempus redimere, vt voluit Ang. *conſil. quinquageſimoquinto* Sign. *conſil. 136.* Fab. *in l. cum notiſſimi n. 14. per illum tex. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* Alex. *cõ. 228. col. fi. vol. 6.* Zab. *con. 12. n. 75.*

Affl. ct.

Digitized by Google

Affl. ꝯ. *in tract. de iure protomiſeos, in verb. licet autem ſupra dictum, num 20. & ſequens. fol. par. 64.* Ruin. *conſil. 84. num 14 vol. 1.* Balb. *in tract. præſcript. in 3. quæſt. 4. par. 5. part. princip.* & Boet. *deciſ. 182. num. 1. 2. & 3.* inquiens
Cõm opin. ibi, opinionem iſtam eſſe veriorem, & communiter obſeruari, & ſequitur etiam *in deciſion. 351. num. 6.* & commemorat quoque communem Purpur. *in l. petens num. 40 C. de pact.* ſimul cum aliis Scribentibus ibi Couarru. *in libro variarum reſolut. lib. 1. c. 9. num. 1.* poſt alios multos relatos ibi per eum, & Follerius *in pragm. de cenſibus, in ver. inſtrumento gratiæ pro conſimili precio, num. 16. & ſequent. fol 392.* & copioſè etiam Cephal. *conſ. 40 num. 2. volum. 1.* Sed tranſactis 30. annis præſcriptio dicti temporis obſtaret agenti ex pacto allegato de retrouendendo, ſecundum omnes Do-
Cõm opin. ctores præcitatos. Adde late relata, & congeſta per Ant. Gabriel. *in concluſion. tit. de præſcript. concluſ. 7. vbi limitat*, & Alphan. *collect. 165.*

§ Et opinio hæc procedit etiam ſi huiuſmodi pactum redimendi eſſet iuratum, ac dictum expreſſe vt venditor ſemper, & non obſtante quacunque præſcriptione, &c. quia facultati præſcribendi renũciari non poteſt, quin præſcribi poſſit 30. annorum curriculo, vt in ſpecie voluit Ang. *in d. conſ 55.* quem ſequitur Felyn. *in c. cum acceſſiſſent nu. 27. extra. de conſt.* Iaſ *num. 10* Dec. *nu. 7.* Iacobinus *col. 2.* Claod. Aquen. *num. 5.* & Corn. Inn. *num. 13. in d. l. petens*, & Dec. *coſ. 164. non fuiſſet propoſiti mei col. fin.* & Boet. *in d. deciſ. 182. nu 7.* vbi aſſerit iſtam opinionem eſſe magis communem,
Cõm opin. & Tiraquel. etiam *in libro x de retractu* §. 1. *Gloſ 2. nu. 1. & 7. fol. 353.* vbi congerit alios quam plures eiuſdem ſententiæ, & Couar. ſimiliter *in d. c. 9. num. 7.* & Cephalus, *conſil. 43. ſub num. 19. vol. 1.* In contrariam vero partem inclinauere Crauet. *conſil. 71. in contract. num. 2. vol 1.* Et Cagnol. *in l. 2. num. 88. verſ pactum ergo C. de pact. int. empt. & vend.*

2 Et † hinc deducitur ex præmiſſis quod pactum de retrouendendo tribuat ius actori, agendi, & vendicandi rem venditam à tertio poſſeſſore *l. ſi cum venderet*, vbi Paol. Caſtrenſ. *ff. de pign. act.* vbi etiam Raph. Cuman. & idem Paul. Caſtrenſ. *in l. 1. ff. de donat.* Bal. *in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ.* Ioan. Ann. *in c. ſi quæſtus col. 3. de vſur.* Corn. *conſ. 90. col 2. vol. 3* Iaſ. *conſ. 1. 8. col. 5. vol. 4.* Dec. *conſ. 88. col. fin. & conſ. 614. col. 2.* Bertran. *conſ. 89. ponitur in facto, vol. 1.* Crauet. *conſ. 201. num. 1.* Boer. *deciſ. 182. colum. 2.* Ant. Rub. Alexandrin. *conſ. 166. col. 1.* & Apoſtilla ad Alex. *in conſ. 10. vol. 1. in litera B.* & iſta
Cõm opin. eſt concors, communiſque opinio, vt facile colligitur ex pleriſque ex memoratis Doct.

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod pactum de retrouendendo exerceri nequeat contra ſingularem ſucceſſorem, inclinarunt titubanter, idẽ Paul. Caſtrenſ. *con. 339. col 3. vol. 1.* Alex. *conſil. 10 videtur fortaſſe vol. 1* Dec. *in l. traditionibus colum. 3. C. de pact.* Iaſ. *in l. 1. §. ſi heres ff. ad Trebell & conſ. 149. col. fin. vol. 4.* & ita conſuluit Franc. Curt. *conſ. 12.* Lucius Tuius, & Hugo Celſus *conſil. 58 ſuper nuptialibus capitulis, ſub numer. 11.* vbi poſt Alexand. *in d. conſ 10.* commemo-
Cõm opin. rat iſtam eſſe communem opinionem contra Paul. Caſtr. & ſequaces, quod venditor primus à ſecũdo emptore, ſeu ſingulari ſucceſſore rem venditã reuocare nequeat, videtur vera, & ſacroſancta, vt lex ipſa; pro qua ita in facti cõtingẽtia religioſè iudicari vidimus anno 1577 per D. Ioſue Scorpionem de ciuitate Pinnarum præclaræ ſcientiæ iuriſconſultum, & meritiſſimum tunc iudicem, aſſidentem in curia noſtra Aquilana, ad fauorem Nicolai Sanutii, contra magnificum Ioannem Baptiſtam Viuium, in cauſa ibi inter eos vertente. Vide Cagnol. *ad l. 2. num. 91. C. de pact. inter empt. & vend.* Petr. Ioan Anchara *quæſt. 13. lib. 1.* Andr. Gail. *lib. 2. pract. obſeruat. imper. cameræ, obſeruat. 16.* & Affl. ꝯ. *in conſtitut. conſtitut. onim diuæ memoriæ num. 17.*

OPINIO DLXXX.

SVMMARIA.

1 *Papa an ſuper matrimonio copula carnali nondum conſummato diſpenſare, & tranſitum ad alia vota permittere poſſit.*

2 *Papa nõ poteſt diſpenſare ſuper matrimonio cõſummato.*

3 *Papa poteſt ſeparare ſtatum monachalem, & diſpenſare cum monacho, vt vxorem ducere, & ad vitam ſecularem redire poſſit.*

4 *Papa quoque poteſt diſpenſare cum presbytero, aut monacho ad tempus ſuper matrimonio contrahendo, donec procreet filios.*

PAPA † poteſt diſpenſare ſuper matrimonio rato, non cõſummato; & diſpenſati tunc poſſunt tranſire ad ſecundas nuptias ex iuſta, rationabilique 1
cauſa, ad petitionem amborum coniugum, ſecundum Archid. *in cap. quapropter 27. q. 2.* Gloſ. Inno. Aod. Vincen. Hoſtienſ. Abb. Benedict. & alios *in c. ex pub. de conuer. coniug.* Bald. *in l. Deo nobis. C. de Epiſ. & cle.* & Anch. *conſ. 140.* & iſta eſt communis opinio Canoniſtarum, quam luculenter approbat, citat, tueturque Decius *in conſil 112. in præſenti conſultatione, ſub nu. 2 & ſeq.* Cõm opin.
Præp. *in c. fi. extra de deſponſa. duorum*, Ioan. de Imol. *in c fin. Extra de tranſact.* Natta *conſil. 290. quidam nobilis non admodum acutis ingenii. num. 1. & ſequent vol. 5* Et Domin. Nanus *in polyanthea. in verb. papa poteſt diſpenſare in matrimonio ſaltẽ non conſummato.* & ſequitur etiam Caietan. *in quodlibet. tomo 1. q. 13 & tomo 2. q. 23.* Frater Ang. de Clauaſ. *in ſua ſumma Angelica in ver. Matrimonium II 2. §. 3, in 15. impedimento* Frater Hieronym. *de obligatione Papali. 2 q. fol. pen.* Maleterus *in tract. de elect. fol. 34. col. 4.* Bartholomeus Fomus *in ſua ſumma Armilla. in verb. Diſpenſatio. §. 8.* & S. Antoninus *in ſua ſumma. 3 part. tit. 1. c. 22.* vbi ait ſe legiſſe bullas Martini Quinti, & Eugenii Quarti, in quibus diſpenſatum erat circa hoc.

§ In contrariam vero partem inclinauit Pet. de Palud. *in 4 ſentent. diſtinct. 27 quæſt. 1. art. 2.* S. Thom. *in 4. ſentent. diſtinct. 33. quæſtion. 11. articul. 11. quod 1. ad. 3.* Frater Ioann. Tabienſ. *in ſua ſumma Tabiena in verb. Diſpenſatio* §. 4. vbi admonet iſtam eſſe communem Cõm opin.
Theologorum, & reſpondet omnibus fundamentis contrariis Canoniſtarum Eaque communis opinio ſuſtineri poteſt non leuibus rationibus. Nam Paul. inquit *1. Corinth. 7.* his autem qui matrimonio coniuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non recedere. & *Matthæi 19.* quos Deus coniunxit homo ne ſeparet. & cum Chriſtus dixerit ibid. quod non liceat vxorem dimittere, niſi propter fornicationem, iam inuenietur alia exceptio ſcilicet diſpenſatio Papæ. Vnde non vulgari anchora innititur hæc vltima opinio Theologorum: ſed interim vides pernitioſam, miſerandamque Doctorum varietatem; ideo gratia Sancti ſpiritus deuotè inuocata; in hoc tenebroſo diſputabiliq; articulo, mihi videtur in pũcto iuris prima pars verior, tutior, & ſuſtentabilior: nec volo, quod admiremini, ſi in hac iuris Philoſophia ſint controuerſiæ, & opiniones, quia veriſſimum eſt illud, quod in publicum aſſeruit Ang. *in lib. 2. alias 3. C. de vſucap pro empt.* quod nunquam fuit aliquis perfectus in iſta ſcientia. & mouetur ex eo, quod fecerunt iureconſulti, quia vnus reprehendit alterum, & de hoc vtique mirandum non eſt; ſiquidem natura comparatum eſt, vt homi-

homines propter infitum ſibi celerem mentis agilitatem, faciles, pronloneſunt ad diſſentiendum. *l. item ſi vnus principaliter. ff. de arbitris.* & ideo meritò ſolus Deus eſt verax, & omnem habet perfectionem, & Dominus eſt ſcientiarum. *1. Reg. c. 11.*

2 Sed † retenta mentionata prima opinione Canoniſtarum, pro qua etiam religioſiſſimè atque doctiſſimè conſolui, tollendo omnia obſtacula contraria, Oldradus in facti contingentia, *in conſ. 1. poſito inter conſilia matrimonialia diuerſorum in 1. vol.* per text. expreſſum *in c. ex publico. §. ſanè de conuerſ. coniug.* & Celſus Hugo *in conſil. 105. Iuuencula quadam, ſub nu. 11. & ſeq.* eam amplia. quod Papa ex vrgentiſſima cauſa poſſit etiam de plenitudine poteſtatis diſpenſare ſuper matrimonio iam conſummato, vt firmat Marſil. cum aliis coaceruatis per eum *in ſingul. 165. ſcriptum eſt,* & Io. de Neuiz. *in ſua ſylua nuptia. lib. 1. ſub num. 152. cum aliis ſequent.* ¶ Sed in hoc Canoniſt. communiter *in c. ex parte el. 2. de conuerſ. coniug.* Panor. & alii *in c. propoſuit de conceſſ. preben.* & Tabieoſis *in d. ver. Diſpenſatio ſub §. 4. in fin. §.* Præpoſ. *in c. fin. de ſponſ. duorum* & Bal. *in l. Deo nobis colum. 3. C. de epiſ. & cleric.* concludunt contrarium videlicet quod Papa in matrimonio conſummato diſpenſare nequeat vllo modo.

Cōis op.

3 Et † quemadmodum Papa poteſt ſine dubio diſpenſare in præſenti caſu, ita etiam idem Papa pariformiter ea cauſa poſſet cum monacho diſpenſare vt contra votum ſolenne vxorem ducere poſſet atq; ſic laicus effi. iito Innocent. Ioan. And. Henr. Boich. Abb. & cæteri omnes vniuerſaliter *in c. cum ad monaſterium de ſtat. monach.* Bal. *in l. ſi filium. ff. de adoptio.* Præp. *in c. ſicut ex literis de ſponſal.* Anchara. *in c. 1. de conſt.* Soc. *conſil. 13. vol. 1.* Paril. *conſ. 68. dubium exoritur, nu. 148. vol. 4.* Natta *conſ. 33. maximi ponderis, num. 4. vol. 1.* & Iaſ. *in l. fin. C. de tranſact. & in l. ſi arrogator. ff. de adopt.* vbi addit iſtam eſſe communem opinionem, & Feli. *in c. ſi quando Extra de reſcript.* & Ang. de Clauaſio *in ſua ſumma. in ver. Impedimentum* 18. cui conſtanter inhærent etiam Caietanus ſuper S. Thom. de Aquin. *in 2. ſecundæ quæſt. 88. art. 11.* Papam poſſe ſtatum monachalem ſeparare ab homine faciendo de monacho non monachum, mentionemque faciens Cæleſtinum Tertiū in hoc diſpenſaſſe, & huic eidē cōi ſententiæ accedunt ſimiliter Pet. de Pal. *in 4. ſententiarum diſt. 38. quæſt. 4. concluſ. 11.* & Ric. & alii omnes concorditer Et vide Murig. *in tract. relig. c. 43.*

Cōis opin.

4 Adde † inſuper quod Papa poteſt diſpenſare cum presbytero aut monacho ad tempus, ſuper matrimonio contrahendo, veluti, donec procreauerit filios, ſecundum Bal *in l. ſi tibi in fin. ff. de adop.* Iaſ. *in l. arrogator, colum. 11. eod. tit.* quos refert Ripa *in c. cum M. Ferrarienſis. nu. 76. extr. de conſtit.* vbi dicit Papa ſolet diſpēſare cum filio Regis presbytero, aut monacho: quia magis peccat filius Regis, ſi ſit vnicus, intrare religionē, quam viuere in ſeculo, propter regni periculum, vt poſt Iaſ. *in d. l. arrogator,* refert Ripa *in dict. num. 76. in fin.*

OPINIO DLXXXI.

SVMMARIA.

1 *Papa in beneficialibus obtinet pleniſſimam poteſtatem tam in conferendo, quam in auferendo cum contulit.*
2 *Papa an poſſit priuare clericum beneficio eccleſiaſtico ſine iuſta cauſa.*
3 *Papa poteſt priuare clericum beneficio; ratione imminentis ſcandali.*
4 *Electio rite facta irrita fit, & reuocatur, ad euitandum ſcandalum.*
5 *Iuſta cauſa quæ ſit ob quam mouetur Papa ad priuandum clericum beneficio eccleſiaſtico.*
6 *Papa priuans clericum beneficio eccleſiaſtico cum cauſa vel ſine cauſa, cuius titulum canonicum habet, tenetur eidem prouidere de alio æque bono, vel compenſare damnum paſſum.*
7 *Papa non poteſt clericum priuare bonis patrimonialibus.*
8 *Nec epiſcopum ſuo epiſcopatu ſine cauſa.*
9 *Papa Penſionem minuere imo penitus tollere poteſt de plenitudine poteſtatis, etiam ſine cauſa.*

PAPA † in beneficialibus obtinet pleniſſimam poteſtatem *Clem. 1. vt lite penden. c. 1. de preb. lib. 6.* & notat. Marſil. *ſin. 634. Credo te ſcire in princ.* & Mantua. *in c. quæ in eccleſiarum. nu. 53. de conſt.* & Hier. Gabriel. *con. 186. hac tranſlatio penſionis. nu. 1. vol. 1.* & hoc non ſolum procedit in conferendo, ſed etiam in auferendo poſtquam contulit. 1

Vnde † Pontifex ad libitum poteſt priuare clericum beneficio, etiam ſine cauſa, ſecundum Gemin. *in c. ſi gratioſè, col. 3. poſt Glo. ibi de reſcript. lib. 6.* idem voluit Gemin. *conſ. 8. col. 2. in conſ. 88. col. 1. con. 99. col. 1. & con. 141. col. 1.* Feder. de Senis *con. 2 no col. 1* Paul. de Caſt. *con. 253. col. 2 & c. 287. col. 1 & ſeq. & con. 414. lib. 1 per tex. in 1. per principalē q. 9. fin.* Roma. *con. 359. in 5. dubio,* vbi dicit Papam poſſe in totum tollere ius quæſitum vni eccleſiæ, etiam ex contractu, aduerſus aliam eccleſiam. Soc. *con. 13. col. 6 & ſeq. lib. 1.* Alex. *conſ. 2. col. fin. vol. 1.* Corn. *conſ. 90. col. fin. vol. 4.* Calcan. *conſ. 7.* Dec. *in c. quæ in eccleſiarum, col. 11 de conſtit. in c. fin. col. 3. de confirm. vti. vel inut. conſ. 141. circa fin. conſ. 157. col. 2.* Iaſ. *in l. Barbarius, col. 8. ff. de officio prat. in l. quoties col. 5. C. de rei vendic. conſ. 16. col. 4. vol. 3.* quamuis *in d. l. quoties,* dicat ſe non ponere pro conſtanti *& in l. fin. colum. fin. ff. de pact.* vbi examinat quæſtionē iſtam ab vtraque parte, nec aliter determinat. Cæterum Ripa *in 2. lib. reſponſorum, de reſcrip. in c. 19. col. 5.* affirmat, Papam poſſe abſoluta poteſtate priuare aliquem beneficio abſque cauſa & Ioannes de Sylua *in tract. de beneficiis, in 3. part. q. 8.* & Marſil. *in d. ſingulari 634. poſt principium,* & Mantuan. *in d. c. quæ in eccleſiarū nu. 53.* & ita conſuluit Socin. *con. 196. pro fundamento deciſionis & conſil. 164. viſa bulla Bonifacii volum. 2.* & Hieron. Gigas, *in tract. de penſionib. quæſt. 10. num. 4. cum aliis ſeq.* 2

¶ In contrariam vero ſententiam inclinauit Rom. ſibi contrarius, videlicet Pontificem, non poſſe clericum, ſeu prælatum priuare beneficio abſque iuſta & probabili cauſa. *conſ. 345. num. 5. conſ. 467. num. 1. & ſequent. & conſ. 369. num. 2. 3. 4. & 27.* per text. *in cap. conquerente, de reſtit. ſpol. & in c. quamuis 7. quæſt. 1.* Bar. *in c. quod tranſactionem, num. 111. de offi. io deleg. & conſ. 13. colum. 5. volum. 3.* Iaſ. titubanter, & ibi parum conſtans, *in d. l. fin. ff. de pact. colum. 2. conſil. 145. colum. 2. & ſeq. conſ. 113. colum. 5. libro 7. & conſ. 46. colum. 4. lib. 3.* Fel. *in d. c. quæ in eccleſiarum num. 40. cum tribus aliis ſequent.* Ripa *in primo libro reſponſ. de legibus. c. 14. colum. penult.* Ioan. de Sylua. *in memorato tract. de beneficiis, in 3. par. quæſt. 60.* Rebuffus, *in tract. de beneficiis in 21. quæſt. princip. num. 55.* Franciſcus Marci latiſſimè *deciſ. ſeu q. 1220. per totam,* & Abb. *in c. quæſitum, de rerum permut.*

Vbi † expreſſe voluit clericum poſſe priuari beneficio à Pontifice ratione imminentis ſcandali. & iſta eſt communis opinio, vt aſſerit Dec. *in c. cum teneamur numer. 13. de prabend. & dignit.* & Marſil. *ſing. 683. alias poſt prin.* 3 *Cōis opin.*

Facit † optimè Glo. *in c. 2. 62. diſtinct.* quæ probat 4 electionem

electionem alioqui iuſtè factam, irritam fieri, & reuocari ob euitandum ſcandalum, notat Abb. *in c. 1. colum. 2. de elect.* & Fely. *in c. nihil cum ſcandalo de praeſcrip. colum. 2.* quibus ſtipulatur tex. ſing. *in c. niſi cum pridem §. pro grani quoque ſcandalo, de renunciat & in d. 2. quaeſtum, vbi* Panor. Maior enim expedit reipublicæ, vt quis re propria priuetur, quam vt ſcandalum oriatur: ſi id aliter vitari nequeat, nec ex malitia procedat: Ideo gratia Sancti Spiritus deuotè inuocata, videtur mihi in puncto iuris, quod hæc pars vltima ſit verior & tutior, tam in foro fori, quam poli rationibus & iuribus ſupra allegatis; imò eſt communis: teſte Felyn *in d. cap. quia in eccleſiarum ſub num. 43.* Bene tamen verum eſt, quod Berous *ibi num. 167. cum aliis ſeq.* videatur prædictas opiniones ad optimam concordiam & conſonantiam reducere.

5 Et † iuſta cauſa ob quā mouetur Papa ad priuandū clericum beneficio, eſt bonum pacis & concordiæ, vt per Anton Corſet. *in tract. de priuil. pac. verſ. 49 & in ſingul. in verb. Pax, ver propter pacem habendam.* Cōis opin.

6 Etſi †, Papa de plenitudine poteſtatis cum cauſa, vel ſine cauſa priuet aliquem beneficio eccleſiaſtico cuius titulum canonicum habuit, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono beneficio, & idoneo, vel de compenſatione totius læſionis, & damni paſſi, vt tradunt Marſil. copioſiſſimè *in d. ſing. 634. poſt prin. verſ. an autem prædictæ ſine diſtinctè vera* Gloſ. *in cap. epiſcopus de loco 7. quaeſt. 1.* & ibi Archid. ex Ionocentio *in c. niſi cum pridem, de renunc.* Cardin. *in clement. prima quaeſt. 4. de rerum permut.* & Federicus *de permut. benefic. quaeſt. 23.*

7 Et † daro etiam, quod Papa poſſit clericum priuare ſine cauſa de plenitudine poteſtatis; nihilominus hoc non procedit in bonis patrimonialib. ipſius clerici: ſecundum Anton. de Bur. & Abb. *in c. cum dilecti in 3. not per illum tex. Ext de iure pat* & Doct. omnes *in d. c. quia in eccleſiarum,* & præſertim ibi Mantuam *nu. 54.* qui demonſtrat iſtam eſſe communem opinionem. & circa hoc vide aliam concluſionem ſimilem poſitam infra *in verb. Princeps.*

8 Item † præmemorata opinio meo iudicio non procedit in epiſcopo, qui ſine cauſa epiſcopatu ſuo per Papam priuari nequit ſecundum Domin. *in d. c. ſi gratioſè,* Paul. de Leazar. & Imol. *in d. Clement. 1. vt lit. penden.* Butrium *in c. conſtitutus. de relig. dom.* & Hier. Gigantem, cum aliis aggregatis per eum, *in tract. de penſionibus, quaeſt. 6. ſub num. 10.* vbi reiecta opinione Abb. contraria, ait hanc tutiorem, & veriorem eſſe. Cōis opin.

9 Et † quemadmodum Papa poteſt tollere in beneficialibus ius quæſitum: ita etiam poteſt minuere, & ex toto tollere penſionem, etiam ſine cauſa, vt *in c. prohibemus, de cenſibus.* & ibi per Doctores. Sed intellige de plenitudine poteſtatis, & abſolutè, qua vti videtur, cum dicit, *ex certa ſcientia* &c. vel ſpecificè exprimit, vt tradit Caccialupus *in tractat. de penſion. quaeſt. 24.*

OPINIO DLXXXII.

SVMMARIVM.

1 PAPA, cum mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium, quod vacabat tempore datæ ſeu mandati ſecundum Gloſſ. *in Clementin. 1. de conceſ. prabe. in ver. Notitia.* Nam beneficium quod tempore datæ vacabat, vacauit quoque in futurum, antequam eſſet alteri collatum & hoc verum eſt abſque diſtinctione aliqua; & per conſequens, ſiue Pontifex ſciuerit beneficium vacare, ſiue non. & cum d. Gloſ. ſentiunt ſimpliciter, & indiſtinctè Canoniſtæ omnes, & idem voluit Gloſſ. *in c. ſi poſtquam, de electio. lib. 6* communiter approbata cum qua etiam tranſit Imol. *in l. ſi ita legatum eſſet de cond. & demonſt & in l. hoc articulo. de hared. inſtit.* Lap. & Dominic. *in c. ſi propter de reſcript. lib. 6.* & Socin. *in l. hac conditio §. fina. de condit. & demonſtr.* vbi commemorat iſtam communem opinionem quamuis aliqui aliter ſentiant, de quibus ibi per eum, & Alex. *in l. Titium. §. Lucius. id alib & poſt ibi.* Cōis opin.

OPINIO DLXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Papa in terris Regis non habet iuriſdictionem quo ad temporalia.*

2 *Papa in terris Imperii legitimare non poteſt, Vt nec Imperator in terris Pontificis num. 3.*

PAPA in terris Regis non habet iuriſdictionem, quo ad temporalia; vt *in c. per venerabilem, § rationibus,* & ibi Innocent. & cæteri, qui filii ſint legit. & Hoſtien. Ioan. And. & alii *in c. cauſam. el. 2 eodem tit.* 1

Et † hinc eſt quod Pontifex in terris imperii quò ad prophana legitimare non poſſit. 2

Nec imperator in terris eccleſiæ: ſecundum præcitatos Doctores & Alex. *conſil. 67. conſiderato hu, quae in primo themate narrantur, num 8. col. 1.* & Michaelem Ciſuentes *ſuper leges Tauri in l. 12. num. 9.* Ideo ad hoc, vt teneat legitimatio hæc neceſſario requiritur perſonam, bonaque eſſe in territorio legitimantis, ſecundum opinionem Bald. *in l. tam quam C. de iure aureorum annul.* Abb. *col. 6.* & omnium communiter, *in d. c. per venerabilem,* Aneharan. *in c. 1. de ſponſal. b. & conſ. 310.* quam ſequitur, & limitat Ægidius Boſſius *in pract. crimi. in tit. de Principe, & priuil. gi. in eius, num. 184.* Caſtro. *conſ. 31. num. 15. & ſeq.* & Corn. cum ſignatis per eum, *conſ. 9. num 4. volum. 4. & conſ 1. num 9. vol. 3.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem ſententiam. & Aegidius pariter *vbi ſupra,* & copioſius cum aliis congeſtis per eum. Couarruuias *in epitom. de teſtamen in 2. dat. c. 8. §. 8. num. 14. & ſeq.* vbi refert alios Doct. omnes in contrariam partem inclinantes, & magis communem conſulendo ait Alex. *in d. conſ. 68. num. 8.* & ibi Natta *in addit num. 5.* Aleiat. *conſil 17. num. 1. & ſequent. tomo 1. lib. 4 fol. 63.* & Rolan. à Valle copioſiſſimè etiam *conſ. 88. in cauſa magnifici domini Antonii de Burgo num. 12. cum omnibus aliis ſequent. vol. 1.* vbi reſpondet doctiſſimè omnibus contrariis, & concordat opiniones inter ſe fœdere diſtinctionis. 3 Cōis opin.

OPINIO DLXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Papa an poſſit de vllo crimine accuſari, conuinci, ac damnari etiamſi delictum eſſet notorium, & ſcandaloſum & ipſe incorrigibilis eſſet excepto crimine hæreſis vera, & propria, vel eſſet dubius in fide, vel in vno articulo fidei erraret.*

PAPA † non poteſt de aliquo crimine accuſari, conuinci ac damnari etiamſi delictum eſſet notorium & ſcandaloſum & ipſe eſſet incorrigibilis niſi de crimine hæreſis veræ & propriæ; & vbicunque dubius eſſet in fide, vel in vno ſaltem articulo fidei erraret, iuxta *c. 1. de haret. cum l. 2. C. eotit.* & hoc tenuerunt Gloſ. *in c. ſi quis pecun. a 78. diſtinct. & in c. non nos 40. diſtin.* aſſerens hanc eſſe communem opinionem omnium Theologorum. & idem profitentur Moder. *in c. at ſi clerici de iudi.* & Ioan. Nicolaus Arelatanus, *in tract. de hareticu, in duodecimo nu. 1. & ſeq* Contrarium verò voluit audacter, & expreſſe Gloſ *in d. c. ſi Papa* ſi Pontifex in crimine notorio, & ſcandaloſo 1 Cōis opin.

eſſet

eſſet conſtituunt quam inquit ſingularem Barbac. *in d.c. & ſi clerici nu.151.* & ſequitur Panor. *in tract. de concilio Baſilien.* Rom. *conſ.523.* & Bellame *in d.c. ſi Papa.* Zaba. *in tract. de ſciſmate, ver. quintum modus, in ſi* & Panor. *in ſua diſputa. excudente: Epiſcopus col.14.* vbi ait quod totus mundus approbet dictam Gloſſam.

¶ Sed quæſtionem illam definire, ac determinare, ob varietatem Doct. non auſus fuit Io. Nicolaus Arelatanus, in loco præcitato. ipſe vero, ne permaneam, vt pecus ante tonſorem, ſequor primam opinionem omnium Theologorum communem, omiſſo omni multiloquio, & eam comprobarem veriſſimis rationibus: ſed certe antiquorum ingenia ita fuerunt illuſtria, vt nullus nobis relictus ſit locus dicendi noua. Vnde curioſi poterunt videre rationes, & fundamenta vrgentiſſima veriſſimaque citata per dictos Doct. hanc partem amplectentes.

OPINIO DLXXXV.

SVMMARIA.

1 *Papa non cenſetur, in dubio præiudicare iuri patronatus laicorum, niſi illi expreſſe derogauerit.*

2 *Papa in dubio non præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſſe conſtet.*

3 *Papa in dubio præſumitur vti voluiſſe clauſula*, de plenitudine poteſtatis.

1 PAPA iuri patronatus laicorum in dubio non cenſetur, nec præſumitur præiudicare, niſi expreſſe ei derogauerit, vt notat Glo. *in Clementina 2. de praben.* q̃ ſequitur Abbas *in c. dilectus. de officio deleg.* vbi aſſerit cũ hac Gl. omnes Doct. communiter ſentire *in c. dilectus. de iure pat. & in c. quoniam, eod. tit.* Et communis hæc ꝓbatur, ex eo, quod voluit Innoc. *in c. ſuncorum, de electio.*
2 quod † in dubio Papa non præſumatur velle vti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſſe conſtet, ſiquidẽ ipſe magis ſibi cauere debet ab iniuſtitia, quam alius, argumento *c. ex ore de priuileg.* & hoc idem notat Alex. *conſ.87. vol.1.* & ſic explorati iuris eſt, conſtare debere de voluntate Papæ, quod vti velit plenitudine poteſtatis: nam in dubio non præſumitur, ſed potius cenſetur circumuentus, vt per Soc *conſ.260. col.16. vol.2.*
3 Et † in dubio quoq; non præſumitur Papa vti voluiſſe clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, ſecundum Paul. Caſtren. & Moder. *in l. in teſtamento. C. de teſtamen. milit. & conſ.317. col.1. lib.2.* & Iaſ. *conſ.1. col. pen. vol.1.*

OPINIO DLXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Participium an de ſui natura denotet, vel importet neceſſitatem.*

2 *Notarius ſcribens in inſtrumento aliquem fuiſſe confeſſum ſe recepiſſe centum, dando & numerando, an poſſit puniri de falſo, ſi non numerauerit.*

1 PARTICIPIVM † de ſui natura, non importat, ſeu denotat neceſſitatem, ſecundum Glo. Bal. & Ang. *in rub. ff. de lib. & poſth.* & Glo. *in rub. Inſtit. de hered. inſtit.* cum qua aſſerit ibi Ozerius *ſub n.3.* omnes Doct. communiter tranſire. quod verum eſt, niſi ratione ſubiectæ materiæ: vt per Ozerium *vbi ſupra* poſt Alex. *in d. rub. ff. de lib. & poſth.* vel vbi appoſitum fuit verbum, *eſt*, aut *ſunt*, vt per Riminal. Aqu. & Ripam *ſub n. 6. in rub. C. de eden.* Et hoc reducit ad practicam, ponendo vnã vtilem & communem quæſtionem, ſeu opinionem
2 Cagnolus ibi *nu.53.* de notario, † ſcribente in inſtrumento aliquem fuiſſe confeſſum ſe habuiſſe 100. dando, & numerando, quod licet cenſeatur atteſtari de reali numeratione, non tamen poſſit puniri de falſo, ſi non numerauerit: ſecus ſi diceret, dante, & numerante: quia participia iſta non tantum important: De gerundio vero diximus ſupra, in opinione 348. *Gerundia.*

OPINIO DLXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Pater an teneatur dotem dare, & alimenta præſtare filia, at filiis diuitibus.*

2 *Pater ſicut filiam nuptam, ita etiam monaſterium, ac religionem ingreſſam dotare tenetur.*

PATER † non tenetur dotem, aut alimenta dare filiæ, filii ſae diuitibus, & qui habent vnde ſe alere, aut dotare poſſint, ſecundum Bart. *in l. ſi quis liberis. ff. de liber. agnoſcen. & in l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* Dec. Cagn. & alios *in l. iura ſanguinis ff de reg. iur.* Bar. Caſtren. & reliquos, *in l. Tutia centum. §. Titio genero ff. de condit. & demon.* Soc. *in l.1. ff ſol. ma.* Iaſ. *in § fuerat, nu.108. inſtit. de act.* Corasi. *in repet. l. qui liberos. nu.53. ff de rit. nupt.* Io. Lupi *in c. per veſtram. 3 no. §.14. de don. inter vir. & vxo.* & Alciat. *in tract. de præſum. reg. 1 præſump 26. n.3.* 1

¶ In contrariam vero partem quod pater teneatur aſſignare dotem filiæ, etiam diuiti, inclinarunt Gl. & communiter omnes *in l.1. C. de dotis promiſſ. & in d. l.1 ff. ſolu. matr.* vbi Rui *nu.48 cum aliis ſeq.* Herculanus *n.51.* & Ripa *n.54* tuentur & ſequuntur iſtam opinionem, & aiunt eam communem eſſe aduerſus Bar. & in effectu cum ipſa communi, tanquam veriſſima, ſentiendum eſt, & in actu practico ab ea diſcedere fatuum, & periculoſum eſt.

Et aduerte, † quod ſicut pater filiam nuptam dotare tenetur: ita etiam filiam monaſterium, & religionem ingreſſam, ſecundum Bart. *in l.1. § ſi parens. ff ſi quis à paren. fuer. manumiſſ.* & Alex. cum aliis relatis per eum *conſ.139. vol.2. nu. 7.* 2

OPINIO DLXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Pater an iure actionis vel officio Iudicis teneatur dotare filiam.*

2 *Dotis non facta mentione, vxorem ductus, poteſt petere dotem.*

3 *Maritus qui vxorem duxit ſine dote, mortuo patre vxoris, non poteſt eam compellere ad dotem conſtituendam.*

4 *Filia negligens petere ſe dotari, non præiudicat filiis ſuis, & quo minus id petere non poſſint.*

PATER † cogitur iure actionis dotare filiam, ſecundum magis communem opinionem, quam ſequuntur, & citant Curt. *in auth. res quæ nu 25. C communia de leg.* Iaſ. *in auth. preterea, n 8 C. vnde vir, & vxor.* Soc. *tract. fallentiarum in reg. 282. in 4 fallen.* Ripa. *in l.1. n. 55. ff. ſol. matrimo.* & Couarru. *in epit. de ma. in 4. par. 2 partis c.3. §.8. n.7 fol. par. 60.* 1

¶ Contrariam vero opinionem, videlicet, quod pater iudicis officio teneatur dotare filiam, ſequuti fuere Glo. *in l. ſi ſocer. ff ſol ma.* & Paul. Caſtren. & Alex. *ibi.* Alberic. *in l. fin. C. de dotis promiſ.* & Illuſtriſ. D. Affl. *in conſtit. in aliquibus, nu 75. lib.3. rub.23.* & iſta eſt communis ſententia, ſecundum Benedic. *in c. Raynutius. in ver. dotem quam ei dederat nu.24. de teſta.* & Coraſi. *in repet. l. qui liberos. nu.95 ff. de ritu nupt.* & in effectu iſta eſt veritas.

Quæ quidẽ ampliatur etiã, vt filia ipſa licet nupta ſit 2

ſine

ſine dote, poſſit tamen implorare officium iudicis, vt à patre congrue dotetur, ſecundum Glo. *in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & oblig. & in c. ex rapto ribus. 36. quaeſt. 1.* Bal. Imol. Raph. Roma. & alios omnes *in d. l. 1. ff. ſolut. matr.* & Soc. *conſ. 57. in cauſa reſtitutionis. col. 2. vol. 4.* vbi docet iſtam eſſe communem opinionem. & ſequitur etiam Alex. *conſ. 56. nu. 5. vol. 4.* Soc. *conſ. 80. praeſens col. fin. vol. 4.* & Ioan. Lupi *in c. per veſtras. nu. 3. not. §. 11. de donat. inter virum. & vx.* quoniam pater non liberatur ex eo, quod maritata eſt filia, non promiſſa dote, ab illa obligatione dandi dotem, de qua per *l. qui liberos ff. de rit. nupt. & d. l. obligamur*: vt per Alex. *conſ. 169. viſis inſtrumentis. nu. 3. vol. 7.* Iaſ. *in §. fuerat. nu. 97. Inſt. de act. & in add. ad deciſ. Tholoſan. 289.*

3 Et † quamuis praelibata communis opinio habeat locum, & procedat quando mulier maritata fuit viuente patre, nulla habita mentione dotis: nihilominus hoc ampliat etiam Soc. *in d. conſ. 80.* & Io. Lupi *vbi ſupra*, procedere quoque in marito, vxorem ducente abſq; dote mortuo patre eius, tamen talis opinio mihi non placet, praeſertim in muliere, quae patrem non habet, à quo ei dos debeatur. Nam etiam, quod ſit decens, & honeſtum matrimonium habere dotem, non competit actio, vel ius dotem petendi, nec tacite videtur ſenſum de dote inter partes: quin imo videtur placuiſſe contrarium, ex quo matrimonium contraxerunt ſine dote, & quae certe conueniſſent, ſi cum dote matrimonium eſſe voluiſſent, & poſſibile eſt, quod maritus libenter eam duxerit abſque vllius dotis ſpe: Et conſtitutio dotis eſt conditio extrinſeca matrimonii, & conditiones extrinſecae non intelliguntur, niſi exprimantur. *l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus ff. de verb. oblig.* adeo teneo contra Soc. *in d. conſ. 80.* quod maritus non poſſit vxorem compellere ad conſtituendam dotem.

4 Ampliatur † etiam ſecundo praelibata communis in principio poſita, quod ſi filia quae poterat petere ſe dotari, & hoc non fecit, nihilominus heres ipſius filiae poterit hoc petere, ſecundum Alex. *conſ. 169. nu. 4. vol. 7.* & allegat Bal. *in d. auth. res quae*, qui pro hoc allegat Glo. & licet Ruin. videatur determinare contrarium: tamen in deciſiuis nolim aliter recedere ab ipſa opinione Alex. tanquam tutiſſima, & in iure veriſſima.

OPINIO DLXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Patre ſtipulante, paciſcente, vel emente rem pro ſe, ſuiſq; filiis, & heredibus filii non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo, & conſequenter poſt mortem patris admittuntur.*

2 *Tamen non procedit ſi pater emphyteoſim pro ſe & filiis ſuis acquirat.*

1 PATER paciſcens, ſtipulans, acquirens, ſeu emens rem pro ſe, ſuiſq; filiis, & haeredibus, videtur non ſimul acquirere, ſed ordine ſucceſſiuo: & ſic ſucceſſiue poſt mortem patris filii admittuntur, praeſertim filii in poteſtate: quia ſemper in dubio pater paciſcendo ſibi & filiis, cenſetur illis vt haeredibus paciſci: ſecundum Glo. *in l. ſi tibi. §. ſi paciſcar ff. de pactis.* Bar. *in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 8. ff. de liber. & poſthu.* quorum opinio communis eſt, vt per Galiau. *nu. 24.* & Fortun. *nu. 48. & 55 ibi.* & Berous *in c. Raynutius de teſta. nu. 106. cum aliis ſeq.* vbi iſtam tenent & copioſe declarat.

2 Et † licet pater ſemper videatur ſtipulari filiis, vt haeredibus nihilominus hoc non procedit ſi pater emphyteoſim pro ſe & filiis ſuis acquirat, tunc enim non tanquam haeredibus, ſed vt filiis acquiſiuiſſe cenſetur: & ſic pro virilibus, non autem pro haereditariis portionib. admitterentur, ſecundum Bar. *in d. l. cum quidam. n. 9.* cuius opinionem communem praeſupponunt ibi Galiaul. *n. 24.* & Fortun. *n. 55.* cum aliis relatis per eos. & eam ſequitur & declarat Berous *in d. c. Raynutius nu. 107. & ſeq.*

OPINIO DXC.

SVMMARIA.

1 *Pater condito teſtamento filio impuberi non poteſt poſtea in codicillis directam pupillarem ſubſtitutionem, ſed ſaltem fideicommiſſariam facere poteſt.*

2 *Legitima non poteſt per fideicommiſſarium deduci haeredibus pupilli quando non ſi filius, ſed eius ſucceſſor rogatus eſt haereditatem reſtituere.*

3 *Legitima non debetur iis, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt.*

4 *Fideicommiſſum in re, caſuque dubio, non filio, ſed eius haeredi iniunctum praeſumitur.*

PATER † condito prius teſtamento filio impuberi, non poteſt deinde in codicillis directam pupillarem ſubſtitutionem facere, ſed per fideicommiſſum ſubſtituere poteſt. *l. haereditatem. C. de codicill.* & illo caſo poterunt haeredes eius legitimam deducere. *l. ex tribus. C. de inoffi. teſtam.* 1

Caeterum † hoc limitatur, ac interpretatur eleganter non habere locum, quando per teſtatorem, non filius, ſed eius ſucceſſores rogantur haereditatem reſtituere, tunc enim fideicommiſſi ius haeredibus pupilli legitimam deducere nequit, tex. eſt *in l. ſi filius. §. ſi ff. de leg. 1.* & ibi late Iaſ. poſt Bart. & per Bal. *conſ. 59. teſtator relinquit, lib. 1.* Caſt. *conſ. 187. in ca. praeſenti.* & per Corn. *conſ. 138. nullis dubium lib. 4. & conſ. ſupraſcripto col. pen. vol. 3.* & Berous *in c. Raynutius nu. 244 de teſta.* & iſta eſt communis opinio, vt per Iaſ. *in d. l. ex tribus.* 2

Et ratio huius communis opinionis videtur haec eſſe; quia legitima non debetur eis, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt, ſecundum Bal. *conſ. 329. circa primum dubium lib. 3. & conſ. 49. ſtatuto cauetur, quod mater lib. 5.* cuius opinionem audacter aſſeuerat eſſe communem Cinus *conſ. 2. n. 11.* 3

Tamen † praemiſſa communis ita firmata, ampliatur non ſolum procedere in caſu claro, verum etiam in caſu dubio. Vnde Socinus & explicite concludit, quod in re dubia intelligatur fideicommiſſum iniunctum non filio, ſed eius haeredi, arg. *l. quoties ff. de reb. dub.* & per Pau. Caſt. & Iaſ. *in d. l. ex tribus*, & Alex. *conſ. 67. conſiderata col. 2. & ſeq. lib. 3.* & Iaſ. *in l. cohaeredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. & conſ. 99. Dominus vol. 2.* vbi ſcribit, affirmatque iſtam eſſe communem opin. contra Bar. contrarium concludentem *in d. §. cum filio.* & de communi praedicta facit mentionem etiam Berous *in d. c. Raynutius nu. 244 circa medium*, vbi dicit iſtam eſſe veriorem, & magis communem ſententiam. 4 Com. opi.

OPINIO DXCI.

SVMMARIVM.

1 *Pater an filiae ſuae, nubenti impari, & indigno ſine eius conſenſu, teneatur dare dotem ſeu legitimam.*

PATER † non tenetur dare dotem filiae ſuae, nubenti indigno ſine eius conſenſu: quia haec iuſta cauſa eſt exhaeredationis. *l. 3. §. ſi emancipatus ff. de bon. poſſ. contra tabul.* & debet dici quoque iuſta cauſa denegandi dotem: & ſic filiae indigno nubenti, & ſine conſenſu patris, non eſt danda dos: vt voluerunt Glo. *in c. raptoribus 36. q. 1.* Bar. *in l. libertum. per text. ibi. C. de nupt.* Bal. Claud. & Rui. *in l. 16. col. 1. ff. ſol. matr.* Ant. de But. *in c. accedens de procur.* Alexan. cum caeteris ſignatis per eum, *conſ. 97. col. 6. vol. 1.* Iaſ. *in l. 2. §. quod ſi in patris col. 6. ff. ſol.* 1

ff. ſol.matr. Soc.in tract. fallen.in reg. 28. in 4.limit. Curt. Sen.conſ. 27. ſub nu. 54. & ſeq. & Natta conſ. 290. quidam nobilis non admodum acuti ingenii, ſub nu. 2. & ſeq. vol. 1. & Cōis opi. iſta eſt communis opinio. & veriſſima. ¶ Et licet Alex. titubantes in d. l. 1. ff. ſol. matr. & conſ. 209. ponderatis his, quæ in themate narrantur, vol. 6. & Iaſ. in auth. ſed ſi poſteſt, in fin. C. de inof. teſtam. Imol. in d. c. accedens de procur. Soc. conſ. 57. vol. 4. Dec. conſ. 231. nu. 5. & in l. nuptias. ff. de reg. iur. & Lancen. Syluanus cum aliquibus alijs relatis per eum, conſ. 2. nu. 24. & ſeq. & nu. 71. Neuiz. in ſylua nuptiali, lib. 2. nu. 36. aſſerant contrariū, videlicet, quod filiæ nubenti ex ſemetipſa viro impari, reſpectu natalium, debeatur dos, ſeu legitima; nihilominus in deciſiui nolui recedere à dicta communi, quę veriſſima, & tutiſſima redditur ex rationib. præcitatorum Scriben. pro qua conſuluit etiam Pariſ. conſ. 29. Eſto quod de iure ciuili filiafamilias n. 60. cum alijs ſeq. vol. 3. vbi lepide Cōis opi. deducit iſtam eſſe magis communem opinionē, tolliq; omnia obſtacula. & ſuadet eam in practica amplecti debere, & denique aſſignat ibi nu. 33. & ſeq efficaciſſimam rationem, patrem acerbiſſima affici iniuria, cum filia nubit indigno.

OPINIO DXCII.

SVMMARIVM.

1 *Patre in teſtamento ſuo diuidente omnia bona, vel maiorē partem inter filios, an tunc appellatione hæreditatis veniant etiam prælegata.*

1 PATRE † ſi diuidat in teſtamento ſuo omnia bona, vel maiorem partem inter filios, tunc appellatione hæreditatis veniūt etiam prælegata, quia huiuſmodi prælegata vtique ſuccedunt in locum portionis hæreditariæ, ſecundum Bart. in l. quod ergo per illū tex. ff. de lega. 1. in l. ex parte. § inteſtato. ff. famil. ercif. & in l. Marcellus. § quidā liberis. ff. ad Trebel. & ibi Alex. in 4. fallen. & idem ſequitur Bal. in l. cum verum, in 4. oppoſit. C. de fideicom. & iſta eſt communis opinio, vt per Dec. conſil. 254.

OPINIO DXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater procuratorem poteſt conſtituere abſq; conſenſu filij in aduentitiis, ante litem conteſtatam.*

1 PATER † poteſt procuratorem conſtituere ſine filij conſenſu in aduentitiis, ante litem conteſtatā: & ſic ipſe pater non prohibetur, etiam citra filij conſenſum, procuratorem conſtituere, etiam quo ad proprietatem aduentitiorum, ante tamen litem conteſtatam, ſecundum Cyn. Albe. Bar. Bal. Ang. Saly. Fulgo. Caſtren. Corn. & cæteros omnes in l. 1. C. de bonis mater. Ang. in § ſin autem. inſt. de ſatiſd. Bal. in l. ſi § vbi autem. C. de bon. quæ liber. Alex. nu. 16. & Iaſ. in l. neque. nu. 4. C. de procur. Curt. in l. præſes num. 4. & ibi alij. C. de tranſact. Rom. conſ. 241. ſpectabiles domini collaterales ſub n. 10. & Tiraq. in l. ſi vnquam, in prin. nu. 29. C. de reuocan. don. & Cōis opi. iſta eſt communis opinio, prout referunt Doct. in d. l. 1. & Rom. in d. conſ. 241.

OPINIO DXCIIII.

SVMMARIA.

1 *Pater an in bonis maternis, ſeu aduentitiis filij, quo ad proprietatem agere poſſit ſine filij conſenſu. & n. 2.*

3 *Pater tanquam legitimus adminiſtrator poteſt agere, & defendere filium ſine conſenſu ipſius filij quo ad vſumfructum bonorum aduentitiorum: In alijs autē bonis, in quibus non habet vſumfructum pater ipſe, non eſt legitimus adminiſtrator.*

4 *Pater agens ad aduentitia ſine filio tenetur cauere de rato reſpectu proprietatis.*

1 PATER † in bonis maternis, non poteſt agere abſq; filij conſenſu requiſito: & per conſequens citra ipſius filij conſenſū agere nequiret, quo ad proprietatem bonorum aduentitiorum, dummodo nō ſit infirmus, vel abſens, vt voluerunt Cyn. Ang. Saly. Caſtrē. Fulgo. nu. 4. Corn. & alij omnes communiter, in l fi. § vbi autem. C. de bonis, quæ liber. per tex. ibi. Inno. in c. accedens. col. 1. de procur. Alber. in l ſi longius. § ſi ſi im. n. 4. ff. de iud. Ang in § actiones autem n. 4. Inſtit. de act. Rom. conſ. 241. ſub nu. 10. Capella Tholoſ. in deciſ. 105 & Pinel. de bonis mat. l. 1. 2. par. n. 66. vbi oſtendit iſtam eſſe cōmunem opinionem. Cōis opi.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod pater habeat iura agendi, & defendendi abſq; filij conſenſu in aduentitiis, & quod ei competat exercitium dictarum actionum, abſque conſenſu filij: inchoarūt Mar. in d. § vbi autem. idem Bar. col. 1. Bal. nu. 8. & Caſt. col. 1. in d. l. 1. C. de bonis mat. Aret. nu. 5. & Imol. col. 2. in l. fi. § pupillus. ff. de verb. oblig. vbi fatetur iſtam eſſe communem opinionem Leg. ſt. Tamen re vera prior ſententia communior, & verior apparet: vt deducunt Scribe. in d. § vbi autem, & Cagnol. etiam, eam amplectēdo in l. frater à fratre nu. 164. ff. de cond. indeb. Cōis opi.

Sed † retenta dicta priori ſententia, tanquam cōmuniori, ſi filius requiſitus in huiuſmodi caſu, conſenſū patri præbere nollet: tunc quippe pater agere poſſet non aliter quam ſi filius conſenſiſſet, ſi non iuſta ſit cauſa contradicendi, ſecundum Ang. Caſtren. Fulgo. & alios in d. § vbi autem, & Pinel. vbi ſupra. 2

Cæterum † quo ad vſumfructum, pater agere, & defendere non prohibetur, tanquam legitimus adminiſtrator, vt tradunt Ang. Fulgo. l. n. 4. Corn. col. 3. & cæteri omnes in l. 1. C. de bonis quæ lib. Aufrer. in add. ad Cap. Tholoſ. q. 105 & Pinel. vbi ſupra. & iſta eſt communis opinio, vt oſtendunt apertiſſime Doct. præcitati, & Cagnol in d. l. frater à fratre. nu. 160 cum alijs ſeq. vbi meminit de communi, & ea late declarat. Sed in alijs bonis, in quibus pater non habet vſumfructum, non eſt legitimus adminiſtrator, ita Doct. omnes in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & in d. l. 1. C. de bon. mat. Capicius deciſ. 56. nu. 4. & deciſ. 73. nu. 10. & Pariſ. conſ. 157. num. 15. 32. & 244. vol. 4. 3 Cōis opi.

Et † eſto quod pater agere queat, vt ſupra docuimus, ſine filio conſenſu, etiam quo ad proprietatem aduentitiorum, tamen aduerte, quod vbicunque pater ageret ad ipſa aduentitia ſine filio, teneretur cauere de rato, reſpectu proprietatis, quæ eſt ipſius filij, ita Iaſ. in l. ſoluto matrimonio. § voluntatem num. 11. ff. ſolu. matr. vbi nu. 14 hoc lepide interpretatur & limitat. 4

OPINIO DXCV.

SVMMARIA.

1 *Pater & filius confitentes in eodem inſtrumento ſe recepiſſe dotem, an quilibet pro dimidia teneatur.*

2 *Marito autem, & vxore confitentib. ſe recepiſſe pretium rei dotalis vendita, vxori talis confeſſio non præiudicat, ſed totum pretium ad manus ipſius mariti perueniſſe præſumitur.*

PATER, † & filius confitentes in eodem inſtrumēto ſe recepiſſe dotem; vnuſquiſq; tenetur pro dimidia: & ſic ad quemlibet pro dimidia dos intelligitur perueniſſe, & quilibet ipſorū pro rata tenetur, ſecund. Dyn. Bar. Bal. Imol. & Alex. in l. ſi cum dotem § ſin autem in fauiſſimo ff. ſol. mat. Bal. in prin. Imol. col. 2. in l. ſi conſtante, eod. tit. Rom. Imol. & Alex. in l. reos. § cum in tabulis, per text. ibi. ff. de duobus reis. & iſtorū opin. ait eſſe cōem, idē Alex. in add. ad Bar. in l. duob. § 1. eod. tit. & approbat, & cōem inquit quoq; Boer. deciſ. 23. n. 10. & ſequitur Rui. conſ. 53. n. 17 poſt mediū, vol. 2. & ita ſuperiorib. annis iudicari vidimus in facti contingentia, me patrocinante 1

in curia noſtra Aquilana, per D. Iulium Furnium, tūc iudicem meritiſſimum ipſius curiæ, ad fauorem Magnifici Ioannis Marini de Don Lupo, mei clientis, contra Antonium Franciſcum eius fratrem, in cauſa tunc inter eos vertente.

2 Sed † ſi maritus, & vxor confiterentur ſe habuiſſe pretium rei dotalis venditæ, tunc totum pretium ad manus mariti perueniſſe præſumeretur, vt per Bal. *in auth ſi qua mulier. C ad Velleian.* Bal Nouel. *in tract. de dote, in 7. par. priuileg.* 1. & Crauet. *conſ.* 91. *num.* 11. in quib. locis iſtam opinionem communem eſſe perhibent.

OPINIO DXCVI.

SVMMARIA.

1 *Pater poteſt vendere filium, vel pignori dare, etiam inuitū, propter neceſſitatem, & oppreſſionem famis. Et an idē obtineat, ſi filius ſit presbyter. nu.* 2.

3 *Pater filium venditum ex neceſſitate famis, peruenientem ad pinguiorem fortunam, denuo redimere tenetur.*

4 *Pater captiuus non poteſt ſuo loco dare filium obſidem.*

5 *Filius tempore famis habens patrem & filium, fame morientes, cui potius ſubuenire debeat.*

6 *An propter parentum neceſſitatem omitti poſſit ingreſſus religionis, & filius habens patrem in neceſſitate conſtitutum, poſſit ad ſacros ordines promoueri nu.* 7.

8 *Filius patris alendi cauſa poteſt exire de monaſterio. Quin & pater tali caſu eum à religione reuocare, & coram ſuperiore repetere poteſt non autem violenter extrahere. Et quid ſi filius patre ignorante monaſterium, vel religionem ingreſſus ſit, an eum extrahere poſſit remiſſiue. n.* 9.

10 *Filius patre criminoſo, potius quam aliis pauperibus non criminoſis ſubuenire tenetur.*

11 *Filius à patre etiam caſtigari poteſt, ſi ei alimēta non præſtet, pater q; petere, vt ob id carceri mancipetur.*

12 *Pater filio ex cauſa maledicere, vel benedicere poteſt.*

13 *Pater de filii ſalute ſemper debet eſſe ſolicitus.*

1 PATER † poteſt vendere filium, vel pignori dare, etiam inuitum propter neceſſitatem, & oppreſſionem famis *l.* 2. & ibi Glo. Bal. & omnes. *C de patribus qui fil. diſtr.* & voluit quoque Gl. *in c.* 3. *alias ſi qua ext de furtis*, Inno. & Abb. *col. fin. in c. nouit. de præſumpt.* Bar. *in l. qui filios. C. quæ res pign. oblig poſſ* Bal. *n.* 4. & Abb. *n.* 7. *in c. ex reſcripto. ext de iurem.* Io. de Amic. *conſ.* 105 *n.* 3. Imo. *in l.* 1. *nu.* 6 *ff. de vulg.* Card. Albanus *in lucubr ad* Bar. *in l. item in poteſtate. nu* 2 *ff de his, qui ſunt ſui, vel alien iur.* Bal. *in l in ſuis ff. de lib. & poſth* vbi inquit Gl. *in d. l.* 2. eſſe ſingularem & communiter approbatam, & receptam aſſeuerat Couarru *in lib.* 3. *variarum reſolut c.* 14 *nu.* 4. *in* 2. *not.* & Ripa. *in l. obligatione. ff. de pign. nu.* 15 & ſic hoc caſu duntaxat patri licitum, permiſſumq; eſt proprium filium vendere ſeu pignori dare, ne mēdicitatis prætextu fame pereat: quoniam legitur Nehemiæ c. 5. q. populus fame oppreſſus, ait: Filii noſtri, & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus & viuamus, vt refert Tira. *de retract. conſang.* §. 26. Gl. 1. *nu.* 15. *&* 26.

Cōis opi.

2 Sed † hoc non procedit in filio presbytero: quia eum pater ob famem vendere non poteſt, ſecundum Hoſtien. & Io. Andr. *in c. Iudæorum de ætat. & qualitat.* quos ſequuntur omnes communiter ibi, Io. de Ana. *in d. c.* 3. *col* 2 Marſil *ſing.* 101 Gerar. *ſing. vltimo. nu.* 16. & Rimin. *in rub inſtit. quibus alien non licet, nu.* 158. & Couarru. *in d c.* 14. *n.* 4. *in* 5 *nota.* vbi ponit iſtam eſſe communem opinionem, & Marſil. *in repet. rub. C. de fideiuſſ. num.* 143.

Cōis opi.

Et † filius ſic venditus à patre, poteſt agere contra patrem, vt eum redimat, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit: & per conſequens ceſſante paupertate, ſecundum Bal. *in d c. ex reſcripto, in fin*, quem ſequitur Fely. *in c. cum dilecta. col.* 27 *de reſcript.* Dec. *in l. quæ propter. ff de reg. iu* Mar. *in d. ſing* 101. *in fi. in l. vnica, n* 32. *C. de rap. virg.* Gerar. *in ſing.* 100. *n.* 16. Cagn. *in l. non debet, n.* 4. *ff de reg. iur.* & Tira. *in d.* §. 26. *Gl.* 1. *n.* 17. quā is qui emit filiū, illū reſtituere tunc tenetur, oblato ſibi pretio, vel æque bono mancipio *d. l.* 2. vbi Bar. Bal. & cæteri ōnes, Gl. *in d. c ſi quis*, & Ab *in c. ex literis, n.* 7. *extra de deſponſ.* 3

Item † limitatur non habere locum præmiſſa communis ſententia in patre captiuo, cui ſuo loco permiſſum non eſt filios obſides dare, ſecundum Cyn Saly. & cæteros communiter, *in d. l.* 2 & Ripam *in d. l. obligatione, n.* 14. *& ſeq.* vbi ait opinionem iſtam eſſe cōmunem, & ſequitur, & declarat. Fely. etiam *in c. ex reſcripto, ſub nu.* 4. *de iureiur.* Sed † ſi filius, (aduerte hic valiter) haberet vnum ſolum panem, tēpore oppreſſionis famis, haberetq; filium & patrem, vtroſq; morientes ob neceſſitatem, tunc debet prius, & potius ſubuenire patri, quam filio: & ſic illum panē dare tenetur patri, vt fame prius filius, quā pater pereat, ſecūdum Cyn. Albec. & Saly. & Ang. *in l.* 2. *C. de patr qui fil. diſtr.* Illuſtriſſ. D. Card. Alban. *in d l. item in poteſtate n.* 4. vbi reddit rationem, & Io de Amicis, *in d. conſ.* 105. *nu.* 1 *& ſeq.* vbi refert iſtam eſſe communem opinionem, & ita circa hoc ſemel interrogatum fuiſſe. 4 5

An † autem propter parentū neceſſitatem omittendus ſit ingreſſus religionis? dic, quod ſi poteſt in ſeculo ſecure manere ſine detrimento ſalutis, & tunc non debet filius ingredi religionem, ſed patri neceſſaria miniſtrare, aut quando ſpiritu Dei filius agitur, non tenetur miniſtrare neceſſaria patri in ſeculo, ſed debet ingredi religionem: & ſi habet temporalia bona, poteſt patri ea relinquere ad ſui ſuſtentationem, & ſi non habet, non tenetur, ſed ingrediēs debet Deo curam patris commendare, ex *Matth.* 7. vt refert & diſcurrit Clemens Monil. Card. de Ara Cæli, *in compend. Theologic. inſtit* 1 *a tit de præceptis diuinis. c.* 33. 6

Taliter † quod filius habens patrem in neceſſitate conſtitutum, non debeat cum bona conſcientia, ad ſacros ordines promoueri, vt pater eius perſona mediante alii non poſſit, vt per S. Thom *in* 2. *ſecunda q.* 189. *art.* 6 & per conſummatiſſimum D Cornelium Benincaſium *in tract de paupertate, quæſt.* 8 *ſpeciali* 5 *nu.* 30. Quia tunc, ſi filiusfamilias efficeretur ſacerdos, liberaretur vtiq; à patria poteſtate, vt per Bar. *in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien iur.* Guid. Papæ *in ſing.* 564. *in fine per text. in c. in quorum, extr de ætate & qualit.* & habetur *in l. ſi qua pœna ff de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* & per Bar. in *l. patri ff de adult.* 7

Imo † filio cauſa alendi patrem licitum eſt exire de monaſterio, ita Nellus *in tract bannitorum, in* 1. *par. ſecundi temporis qu.* 48. *in fi.* Raynet. de Forliu. *in l. qui cum vno.* § *fi. ff de re milit. per text. ibi*, Marſil. *ſing.* 149. *voluntas in fine.* & Acantus Clemen. quiſtes recenſuit, *in tract. de patria poteſtate c* 6 *eff ctu* 7. *nu.* 4. *in* 4. *amplitat* Et ratio hæc eſt, quia ſic præcepto filius ad tria tenetur erga patrem, primo, quod eum diligat, non ſolum corde, ſed etiam opere. Secundo tenetur quoq; ei obedire in rebus familiarib. & ſpectantibus ad ſalutem. Tertio tenetur denique in neceſſitatibus ſubuenire, alias peccat mortaliter, vt concludit Summa Tabiena *in ver. filius* §. 17. poſt Alex. de Ales. imo pluſquā mortaliter peccat, atteſtante Iacob. de Graffiis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, lib.* 2. *cap.* 55 *ſub nu.* 22. 8

Et † adeo hæc vera ſunt, vt filius etiam tenetur 10

magis

magis ſubuenire parenti impio, & criminoſo, quam cæteris pauperibus, *c. ceterum, & ibi Glo 86. diſt. & l. mutus, § manente. ff. de iure dot.* ibi, *vt in exilium, vel in inſulam relegato parenti, propter alter alimoniam, aut egentem virum. ſ. a-trem, ſororemue ſuſtentet.* Et ſic eſt expedita concluſio, quod filius habens patrem, teneatur eum præponere extraneo, etiam ſancto, in ſpectantibus ad miſericordiæ opus, prouidendo ei in neceſſariis, ita Ant. Corſet. per textum *in c. non ſatis, 86. diſt. in ſuo repertorio in ver. filius habens patrem hæreticum*, & Berous, *in rub. de iure patronat. nu* 74. vbi aſſignat rationes.

11 Ita † quod filius etiam à patre caſtigari poſſit ſi ei alimenta non præſtet, *l. 3. C de patria poteſt.* ibi, *quem ſi pietatem debitam patri non agnoſcit, caſtigare iure patriæ poteſtatis non prohiberis.* imo filius ipſe poteſt quoq; duriori pœna puniri per Præſidem, ad nutum voluntatemq; patris; & conſequēter videtur, quod pater poſtulare poſſit eum carceri mancipari, quod iudex etiã tenetur facere & exequi ad patris poſtulationem, *d. l.*
12 *3 & ibi Glo. in ver. ſententiam* Quin † & iuſte poteſt pater filio maledicere ex cauſa, ſicut & benedicere, obq; profecto, magnus viſus eſt plerunq; effectus, ex vna maledictione, vel benedictione paterna, præſertim in filiis Patriarcharum, atteſtante Abb. *in c licet, de voto, in princ.* Et nihil mirum, quia erubeſcit lex filios caſtigatores eſſe parentum, *§. ſed quod ſan ctum, auth. de nupt.* & notauere Doct. omnes *in l. eum oportet, § non autē. C. de bonis quæ liber* Io. And. *in c cum inferior, de maior. & obed.* Glo. *in ver. poſſ.* & Bar. *in l dedi tibi pecuniam, §. ſi quis quaſi ſtatu liber. ff. de condict. cauſa data cauſa nõ ſecut.* & ſic indecorum eſt patrem à filio regi, *l. ex quibus ea, ff. de tutor. & curator. dat. ab his.*

13 Cæterum † pater de ſalute filii ſemper debet eſſe ſollicitus, *l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ. & l cum pater, §. mando. ff de leg.* 1. vnde nõ immerito ita religioſe, more ſuo, diſcurrit Chryſoſt. *hom. 9. in prior. ep ſt. ad Tim.* audite hæc patres, veſtroſq; filios in diſciplina & correptione Domini erudite ſumma cum diligētia. Eſt n. iuuentus fera, pluri mi ſq; indiget inſtitutionib. magiſtris, pedagogis, aſſeclis, atq; nutritur b. Vtriq; res eſt poſt adeo exactam diligentiam eam continere poſſe, non ſecus, quã equus quidam indomitus, veluti fera belua: huiuſmodi quippe iuuētus eſt. Si igitur illi, ab ipſis ſtatim initiis, atque à prima ætate leges optimas imponamus, minimum poſthac laborabimus, verũ conſuetudo ipſa virtutis in legem tranſiet. nihil eos agere permittamus, ex his quę noxie iucũda ſunt, neque illis, vt pueris indulgeamus: atque ante omnia illos in pudore, & ſobrietate ſeruemus, quippe huic inimica libido, omnium maxime huiuſmodi turbat ætatem. Filii quoque à deo verē ii ſint præ motũ honeſtate, & ſingulari pudicitię laude, vt ab hominib. & à Deo laudes mereantur, diſcant continere ventrem, abſtineant à ſuperfluis ſumptibus, & omni magnificentia apparatus: diſpenſare ſua probe nouerint, pii in parentes ſint: ſubiici, & dicto obtemperantes eſſe diſcant: ita n. & parentib. ipſis ingentes præmiorum adiicient cumulos: atque ita omnia in Dei gloriam laudemque noſtram fient.

OPINIO DXCVII.

SVMMARIA.

1 *Pater legãs quid filia, an dotis nomine legare cenſeatur, etiã eo non expreſſo.*

2 *Pater, qui filiæ prius legauit, ſi antequam moriatur, filiæ dotem det, in diminutionem legati dediſſe præſumitur. Idemq; eſt ſi non pater ipſe, ſed eius filius dotem ſorori dediſſet. nu. 3.*

1 PATER † legans filiæ aliquid, etiam non expreſſo dotis nomine, intelligitur pro dote legaſſe: ſecundum Bal. *in l quod autem in ſtipulatione, per illum text & l. tali. § fin. ff. de iur. dot.* Alex. *in l huiuſmodi § cum pater. n. 3 ff. de leg.* 1. Ruin *conſ. 3. quæritur. vol. 3.* vbi dicit id verũ eſſe, cum pater dotare ipſam filiam tenetur *l. qui liberos. ff. de rit nup.* & ſequitur etiam Iaſ. *in l filia legat. n. 3. C. de leg.* & Pepus *in auth. præterea. col. 43. C. vnde vir & vx.* ideoq; præſumitur in eam dotis cauſam neceſſariam legare, ſecundum Doct. communiter *in d § cum pater.* Cõis opi. 2
Vnde † ſi pater legaret prius, & deinde antequã moriatur, ipſi filiæ tradat dotem: in dubio certe cenſetur ad computũ legati dediſſe: ita vt illud legatũ amplius nõ debeatur, vt firmauere Cot. *conſ. 230. viſo puncto. n. 2. vol. 4* Ruin. *conſ. 38. proponitur. vol. 4.* Soc. Iun. *conſ. 79. n 18. vol. 3.* & probatur hoc *in l Lucius. §. 1. ff de leg 2.* & iſta eſt comm. opin. õium Do. *in d. l. filia legato. C. de leg.* Cõis opi.
3 Et † prælibata opin. in principio poſita, ampliatur vtiliter etiam, quando nõ pater ipſe dotem dediſſet, vel promiſiſſet pro filia, ſed eius filius: nihilominus n. legatum ſolutũ cenſebitur: q᷑ factũ filii ſoluentis promittentiſue, reputatur patris, q ad eã dotandã tenebatur, & cenſetur pro filium à patre profecta, & cõſtituta, vt determinat copioſiſſime Rui *conſ. 38 ſuperius citato. n. 4.* ¶ Sed iſtã opinionē ita ampliatam limitat in duobus caſibus Soc. Iun. *in d. conſ 79. n. 48 & 112.*

OPINIO DXCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater dotans filiam, ac ſtipulans ei dotem profectitiam reddi, an filiæ ſine filiis decedenti ſolus ſuccedat, etiam in aliis bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiaq; paterna prouenientib. Mater autē & parētes ex linea materna in bonis maternis & à linea materna prouenientib.*

PATER † dotans filiam, ac ſtipulans ſibi dotem profectitiã reddi, ſi abſq; filiis deceſſerit, relicto dicto patre, matre, fratrib. & ſororibus: ſolus pater ſuccedit excluſa matre, fratribus, & ſororib. & ſic ſolus pater admittitur in dote prædicta ſimul ac in aliis bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiaq; paterna prouenientib. *ſecundum Bar. n. 36* Io. de Imo. *in h.* Ro. & Iaſ. *n. 105 cũ aliis ſeq.* & Here. *in ſi. in l. poſt dotē ff ſol. mat.* Bar. *in auth itaq. n. 2. C. cõia de ſucceſſ. & cõſ. 18. in fi.* Bal. & Ang. *in l. quid ſitu. § fin aũt. C. de bonis quæ lib* Rõ. *cõſ. 40.* Abb. *conſ 75. in fi. vol 2.* Ancha. *conſ 349.* Guid. Papæ *conſ 50.* Bal. *conſ. 36. & 106. vol. 2.* Alex. *conſ. 150. col 2. vol 2.* vbi explicat hanc eſſe cõm. opin. & Crauet. *conſ 176. nu. 1. cũ aliis ſeq.* idēq; firmat Boer *deciſ. 192. ſub n. 5.* Rub. *conſ. 79.* qui pro iſta parte cõſuluit, & Tiraq. *in tract. de retra. conſang. §. 14 n. 12 fol. 170.* dixit opin. præmiſſam receptã eſſe apud Gallos: Et ratio aſſignatur iſtæc: Nam in bonis à linea paterna quæſitis, pater ipſe præferēdus eſt omnibus in ſucceſſione ab inteſtato, vt eſt tex. ſecundũ vnã lecturã, ſeu intellectum *in d. § fin aũt.* quē approbat ibi Glo. Bar. Ang. Paſt Caſt Alex. *in add* Bal. & Pariſ. *in add.* Bar. vbi ait eã magis eſſe cõmunē idēque aſſeuerat Alex *in d. conſ. 150. col. 1.* Sed quando bona proueniunt à matre, vel latere materno, tunc mater ipſa, ſeu parentes ex parte matris in bonis filii præferuntur: vt Doct. omnes voluerunt. ¶ In contrariã verò ſententiã, ſcilicet, quod pater, & mater debeant æqualiter ſuccedere, inclinauerunt Cyn. Rayn Bal. ſibi contrarius, Sali. Fulgoſ. & Cor. *per tex. ibi, in auth. defuncto. C. ad Tertul.* Dyn. *in d. auth itaq.* Cuma. *conſ 121. conſulēdo.* Capra etiã *conſ. 34.* & Cor *conſ. 94 vol 1 & cõſ. 165. vol. 4.* einſdēq; opinionis fuerunt Nic. de Vbal. *in tract. de ſucceſſ ab inteſt in 2 par. col. 3.* & alii congeſti per Tiraq *in d. § 14. n. 13.* & Couarr. *in epit. in 4. lib. decretaliũ. in tit. de ſucceſſ ab inteſt. n. 2 fol. par. 397. poſito poſt tit. de teſt.* partem hãc fatetur ex ſe ipſo, iudicio meo, cõem eſſe Bal. *in d. conſ. 31. vel 36. vol. 1.* & retulit Couarr. *vbi ſupra.*

Digitized by Google

¶ Tamen quicquid iſti Doct. ſuadeant, fatuum foret in actu practico recedere ab opinione præmiſſa Bar. & ſequacium, quæ vera, rationabilis, & æqua apparet ex ſupra relatis, ac eam limitat Couarr. *in d. tit. de ſucceſſ. ab inteſt nu. 2. in fi.*

OPINIO DIC.

SVMMARIVM.

1 *Pater & filius hodie in aduentitiis inter ſe efficaciter obligantur.*

1 PATER † hodie in aduentitiis filio ſuo efficaciter obligatur: & ſimiliter filius poteſt patri obligari: cum materna, & aduentitia quærere valeat, & ſic inter ſe tenaciter, atque efficaciter obligantur: ſecundũ Bal. Saly. Pau. Caſt. & Corn. *in l. iubemus. §. in ſupradictis. C. ad Treb.* & Glo. Bar. Caccialup. *nu. 39.* & Iaſ. *nu. 37. in 1. lect. in l. fratre ff. de condict. indeb.* vbi oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & ei inhæret quoque Alex. *conſ. 186. nu. 6. lib. 6.* & Crotus, *in l. ſi conſtante, in 2. repet. nu. 120 ff. ſolu. matrim.* Cōis opi.

OPINIO DC.

SVMMARIVM.

1 *Pater habens filios, ſi ingrediatur religionem, an perdat vſumfructum aduentitiorum, & maternorum, an vero eum acquirat monaſterio pro toto tempore vitæ ſuæ.*

1 PATER † habens filios, ingrediensque religionem, non perdit vſumfructum aduentitiorum, & maternorum: ſed vſusfructus acquiritur monaſterio per totum tempus vitæ patris: ſecundum Glo. Cyn. Bar. *n. 42.* Alber. & Roſel. *in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ.* Glo. Bal. Fulgo. Paul. Caſt. & Corn *in auth. idem eſt. C. de bonis qualib.* Inno. Dec. *nu 256. & ſeq.* & Auguſt. Berouin, *nu. 129. & ſeq in c. in præſentia, de prob.* Spec. *in tit. de ſta. mo. §. 1. qu 47.* Imol. *in l. cum filio ff. de leg. 1.* Cæpol. *conſ 22. nu. 4.* & cum opinione hac pariter concurriũt profitendo eam communem eſſe, Alex. *conſ. 129. vol. 2. nu. 5.* Soc. *conſ 10. vol. 1. nu. 20* Gomeſ. *in l. 48. Taur. n. 8.* Pinel. *in l. 1. par 1. nu. 49. C. de bo. mater* & Crotus *in l. Gallus §. & quid ſi tantum. nu. 30. ff. de lib. & poſthu.* & ita iudicatum fuit in curia parl. Delp. teſte Guid. Papę *deciſ. 595. ſi vſufructuarius.* Cōis opi.

¶ Cum contraria vero opinione, videlicet vſumfructum ipſum ſtatim conſolidari cum proprietate, reuertique ad filium, atq; in totum extingui, tranſiuere Martinus Silimanus, Cyn. & Dyn. *in d. auth. idem eſt.* & ibi etiam Saly. & Iaſ. *nu. 48 in d. auth. ingreſſi* Marſil. *ſing. 668.* Rimin. *in §. 1. num. 128. inſtit. per quas perſ. nob. acquir.* & Couarru. *in c. 2. nu 8. de teſt* vbi, cum aliis relatis per eum, oſtendit iſtam eſſe communem opinioné, quam, tanquam æquam, atque optimis rationibus vallatam, per memoratos Doct. ſequi non erubeſco. Cōis opi.

OPINIO DCI.

SVMMARIVM.

1 *Pater vſumfructum, quem in filii ſui bonis habet, non perdit per monachiſmum, vel clericatum filii.*

1 PATER † vſumfructum, quem in filii ſui bonis habet, non perdit aliquo pacto per monachiſmum, vel clericatum ipſius filii. & ſic vſusfructus bonorum, quæ filiofamilias clerico, ſeu monacho effecto, acquirũtur, ipſi patri competit; ſecundum Spec. *in tit. de ſta. mo. §. 1. verſ quæritur,* Abb. *in c. conſtitutus, de in integ. reſt.* Sali. Fab. & Iaſ. *nu. 48. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.* Imol. *in c. quia ingredientibus. col. 6. de teſt.* Dec. *nu. 246. & ſeq* & Berouin, *num. 525. cum aliis ſeqq. in c. in præſentia, de prob.* & iſtorum opinionem ſequuntur etiam cũ aliis ſignatis per eos, atque communem eſſe perhibent Couarru. *in c. quia nos, nu. 2. de teſt.* & Vaſq *in tract. de ſucceſ. progreſſ. tit. qui teſtari non poſſ lib. 1. §. 1. n. 41.* Cōis opi.

OPINIO DCII.

SVMMARIVM.

1 *Pater iure hodierno eſt legitimus adminiſtrator in dote profectitia filiæ, licet cum ea nullam communionem habeat, & ipſi patri in huiuſmodi dote quæritur vſuſfructus.*

PATER † eſt legitimus adminiſtrator iure hodierno in dote filiæ profectitia, licet cum ea nullam communionem habeat, & quæritur in huiuſmodi dote patri vſusfructus, & ſic dicitur vſufructuarius, 1
ſecundum Glo. communiter receptam ab omnibus Doct. *in l cum dos ff. de pact. dot.* Soc. & Moder. *in l. 2. § quod ſi in patris. ff. ſol. mat.* & iſta eſt communis & vera concluſio, ſecundum Cur. Iun. *conſ 152. nu 3.* Cōis opi.

¶ Sed hoc limitatur ſupra in Opinio. *Filiusfamilias, 302. ſub 2. limitatione.*

OPINIO DCIII.

SVMMARIA.

1 *Pater habens duodecim filios, excuſatur tam à muneribus perſonalibus, ſeu collectis quibuſcunque, quam etiam à patrimonialib. nec perdit immunitatem, etiam ſi poſt aliquis ex duodecim moriatur.*

2 *Non tamen excuſatur à contribuendo in refectionem murorum. Et tenetur contribuere in ſubſidiis regiis nu 3.*

4 *Numerus duodecim filiorum non præſtat immunitatem ab oneribus, & penſionibus feudorũ, vel emphyteuſeos: quia non ſunt publica munera, ſed priuata.*

5 *An nepotes, ſeu filii filiorum in numero 12. liberorum computari poſſint, ad gaudendo dicto priuilegio.*

PATER † habens duodecim filios excuſatur tam à 1
muneribus perſonalibus, ſeu à collectis quibuſcuoque, quam etiam à patrimonialibus, *l. ſi quis decurio. C de decur. lib. 10.* vbi hoc tenet Glo. Bar. And. de Barul. & Io. de Plat. & Bar. *in l. ſemper §. demonſtratur. de iure immu.* Et hæc eſt magis communis opinio omnium Doct in præcitatis locis, vt meminit Aoa. *conſ. fin. col. 1. & ſeq.* & Bologninus. *in add. ibi.* Couarruuias *in epito. de teſta. in 2. par. c. 8. num. 1. fol. par. 146.* & Rolan. à Valle *conſ. 52. requiſitus vt dicam quod ſentiam, nu 3. cum aliis ſeq. vol. 2.* vbi dictam communem ampliat, citat, & ſequitur conſulendo in propriis terminis, & Natta. *in add.* Alex. *conſ. 123. nu. 2 vol. 5.* Cōis opi.

¶ Et ampliatur hoc in tantum procedere, quod pater qui habuit dictos duodecim filios, & conſequutus fuit immunitatem, ſi poſtmodum moriatur aliqs ex iſtis filiis durat priuilegium, ſecundum Io. And. *in c. decet indultum, in mercu. de reg. iuris in 6.* quem ſequitur Alberi. *in l. 2. §. 1. ff. de excuſ. tut.* dicens ſe ibi ita de facto obtinuiſſe, *& in l. decet. ff de reg. iur.* Fulg. *conſ. 52.* Paul. Caſtren. *in l ſi cum dotem. §. ſi maritus ff. ſol. mat.* Dec. *cõſ. 34. col. 2. in l. in omnibus cauſis. col. fin ff. de reg. iur. in auth. præterea. in fi C. vnde vir & vxor. & in c. cum ceſſante, col. 1. de appell.* & ita conſuluit Imol. *conſ. 77. in 3. dubio.* & ita tenet Iaſ. *in l ſciendum. §. ſi ff. qui ſatiſd. cog.*

¶ Et licet contrarium ſentiat Alex. *in d. §. ſi maritus,* tamen iſtam præcedentem opinionem dicit eſſe cõmunem Alciat. *in tract. de præſ. in 1. reg. præſ 36. n. 2.* à qua dicit non eſſe recedẽdum propter phantaſiam Alex. in iudicando, & conſulendo Barthol. Soc. *in d. l ſciendum. §. fin.* & ſequitur, tuetur, & citat, cum aliis aggregatis per eum, Rolan à Valle *conſ. 52. requiſitus vt dicam quod ſentiam, ſub n. 38. cum aliis ſeq. vol. 2.* & Vrſillus *in add. Afflict. in deciſ. 172. num. 2.* Cōis opi.

Sed † limitatur primum memorata communis o- 2
pinio

pinio ita ampliata, vtiliter non procedere, cum agitur de refectione murorum: tunc enim habens 12. filios non excuſatur à contribuendo ad ipſam refectionē, ſecundum Bal. *conſ. 312. vol. 3.* & tangit articulum iſtū Io. de Ana. *d. conſ. vltimo.*

3 Secundo † limitatur non habere locum in ſubſidiis regiis, in quibus tenentur contribuere etiam habentes 12. filios; ſecūdum Guid. Papæ *qu. 401. ſed quod de homine, habente 12. liberos.* vbi docet ita obſeruari de conſuetudine.

4 Tertio limitatur, † quod licet numerus 12. filiorū excuſet à muneribus, & aliis ſupra in principio narratis, nihilominus non præbet immunitatem ab oneribus, & penſionibus feudorum, vel emphyteoſis; quia non ſunt munera publica, ſed priuata, vt conſuluit Alex. *in d. conſil. 123. num. 5. cum aliis ſeq. vol. 5.*

5 Sed † an nepotes, videlicet filii filiorum suppleāt numerum, & eorum perſonis mediantibus, vnitis ſimul cum filiis, pater priuilegio immunitatis poſſit gaudere: dic quod non, vt per D. Vincent. de Franchis cum neceſſario apparatu, & reſolutione maturiſſima, *in deciſ. 259. pater duodecim liberorum, nu. 14. cum omnibus aliis ſeq. in 2. part.*

OPINIO DCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater habet vſumfructum in omnibus filii aduentitiis, eo viuente, & an id etiam locum habeat in acquiſitis per filium poſt emancipationem.*

1 PAter † habet vſumfructum in omnibus bonis aduentitiis filii, eo viuente. *l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. & §. hoc quoque. Inſti. per quas perſ. nob. acq.* Quod eſt intelligendum cum grano aliquo ſalis, videlicet, in quæſitis per filium tempore emancipationis, ſecus vero in poſtea quærēdis, in quibus nullum vſumfructum habet. *l. 1.* & ibi Paul. de Caſt. *C. de bonis quæ lib.* & idem Pau. de Caſt. *in d. l. cum oportet.* & iſtam opinionē ſcribit eſſe communem Aldobran. *in practicis. §. hoc quoque.* Cōis opi.

¶ Imo plus dic, quod nec expreſſe pater ſibi reſeruare poſſit vſumfructum in bonis poſtea quærendis per emancipatum, ſecundum Io. And. *in add. Spec. in tit. de nat. ex lib. ven. in fi.* motus ea potiſſimum ratione: qa in acquiſitis poſt emancipationem per filium, pater nullum ius habet, *l. ſi filius. ff. de verb. oblig. & in l. fi. ff. de ſtip. ſeruorum.* Itaque huiuſcemodi retentio nihil operatur, & hoc idem ante Io. Andr. *in loco ſuperius citato,* poſuit Oldra. *conſ. 14.* vt not. Iaſ. idem tenens, *in l. fin. n. 28. C. de pact.* & Gerat. *in ſing. 76. circa fin.*

OPINIO DCV.

SVMMARIA.

1 *Pater naturalis, an filiam non ſolum alere, ſed etiam dotare teneatur. & nu. 2.*

3 *Clericus de iure canonico, & ciuili poteſt filiam dotare.*

1 PAter † naturalis tenetur dumtaxat alere filiam, non autem dotare, ſecundum Bar. *in rub. ff. ſol. mat.* & Doct. omnes communiter *in c. cum haberet, de eo qui duxit in vx. quam poll. per adult.* quorum opinionem, tāquam communem, ſequitur & citat Alex. *in l. 1. ff. ſol. mat.* Alc. *in rub. ff. de verbor. obliga.* Ripa. & Ruin. *nume. 60. in rub. ff. ſol. matrim.* Paleot. *in tract. de nothis, & ſpuriis. qu. 54.* & Boer. *deciſ. 127. nu. 13. cum multis ſeq.* Affl. *in cōſt. quamplurium, ſub nu. 23. & ſeq lib. 3. rub. 17.* & Petrus de Benintendis *deciſ. 12. nu. 1. & ſeq.* vbi refert copioſe caſum notabilem de hac re deciſum in Rota Bononienſi. Cōis opi.

2 Et † licet pater naturalis filiam tantum naturalem dotare cogatur, poteſt tamen id facere ſi velit. *l. rxorem. § pater naturalis. ff. de leg. 3.* & notat Ang. *conſ. 109.* Petr. de Saona, *in prin.* Et communis iſta procedit de iure canonico, & non de iure ciuili; & iſtud ius ſeruatur hoc caſu vbique, ſecundum Dec. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.* & Affl. *in d. conſt. quamplurium. n. 24.* vbi ait eam etiam ſeruari in Regno, & ſe ita cōſuluiſſe. & ſequitur etiam Petrus Duennas *in reg. 367. Filius ſpurius, in prima ampl.* vbi cū aliis Doct. aggregatis per eum, dicit iſtam eſſe communem opinionem.

¶ Et † hoc quod pater de iure canonico teneatur præſtare alimenta ſpuriis, ponit pro regula cum nonnullis limitationibus, & ampliationibus Petrus Duennas, *in præmentionata reg. 367. Filius ſpurius*, & declarat taliter Petrus de Benintendis, *in d. deciſ. 22.* vt ibi circa hoc nihil intactum relinquat, & Michael Ciſuentes *in commentariis ſuper leges Tauri, in l. 9. num. 1. cum aliis omnibus ſeq.* vbi etiam *nu. 9.* firmat ex communi opinione omnium Scribentium, clericum poſſe tam de iure canonico, quam ciuili filiam dotare, & præſertim de obuentionibus, & redditibus beneficiorum ſi careret bonis patrimonialibus, vt cōcludit Guliel. Redoan. *in tract. de ſpoliis eccleſiaſt. q. 3 ſub num. 12. cum aliis ſeq.* 3

OPINIO DCVI.

SVMMARIVM.

1 *Pater interueniens, ſeu promittens quocunq; modo pro filio, non poteſt petere prius excuti filium, ſed ipſe pater tenetur ſoluere vti principalis.*

PAter † interueniens, ſeu promittens quocunq; modo pro filio, non poteſt petere prius excuti filium principalem, ſed ipſe pater tenetur ſoluere, vti principalis, & per conſequēs non poteſt gaudere beneficio & fauore *auth. præſente. C. de fideiuſſ.* quod pater ante principalem conueniri non poſſit, vt eſt tex. ſingularis *in l. 3. §. ſed vtrum,* & ibi Bal. *ff. de minoribus.* & ita per illum text. tenet Barbac. *in c. peruenit. de fideiuſſ. nu. 7. & in l. ſtipulationum, la. 2. §. ſatis acceptio. col. 5. ff. de verb. oblig.* Steſa Aufre. *in add. ad deciſiones Capellæ Tholoſanæ, in deciſ. 196.* Boer. *deciſ. 221. n. 6. & 14.* & opinionem hanc firmat etiam & aſſerit eſſe communem, poſt alios iā relatos Doct. Pirrhus Englebermeus *in l. 2. C. de decurionib. lib. 10.* 1

OPINIO DCVII.

SVMMARIA.

1 *Pater poteſt remittere iniuriam factam filio, etiam ex leg. Cornelia deſcendentem, eo inuito, nec filius amplius agere poteſt niſi iniuria fuiſſet allata à perſona communi filii, & patris: tunc enim pater iniuriam illam remittere nequit. nu. 4. vel niſi pater eſſet inhoneſta vel vilis perſona, vel furioſus. nu. 5.*

3 *An mater pace, ſeu remiſſione facta per patrem de iniuria, ſeu nece communis filii, nihilominus accuſare ſeu querelare poſſit.*

3 *Pax, ſeu remiſſio, hodie in Regno debet neceſſario obtineri ab omnibus offenſis, qui accuſare poſſunt.*

6 *Pater inhoneſta vita non habet filium in poteſtate.*

PAter † poteſt remittere iniuriam factam filio, ex l. Cornelia deſcendentem, eo inuito; & ſic patri competit actio iniuriarum, & remiſſa per eum iniuria filio facta, non datur amplius actio eidem filio: imo ea remiſſio ei præiudicat, & fratribus, qui pro tali offenſa amplius agere nequeunt, vt voluerunt Gl. 1

Iacob.de Aret.Bat.Ang.& Albety *in l.ſed & ſi vniuſ. §.*
filiofamilias. ff. de iniurijs. per illum teat. & Cardinalis
Albanus,vir præclaris animi dotibus mirifice orna-
tus,*in lucubrat.ad* Bar.*in l.item in poteſtate ſub n. 2.ff.de his*
qui ſunt ſui,vel alie. iur. & Veſillus *in addit Afflict. in deciſ.*
180.*ſub num.*7.vbi inquit ita fuiſſe iudicatum in ſacro
Regio Concilio Neap. Et iſtorum opinionem ap-
probat,& dicit eſſe communẽ, & limitat in quatuot
caſibus Boer.*deciſ.*120.*nu.*1.2.3.*&* 6. Paris de Puteo,*in*
tract ſyndicatus,in ver.Compoſitio c.fin.nu.6. & ſeq.fol.par.
113.Io de Amicis,*conſ.* 88. Hieronymus Gabriell *conſ.*
172.*ex facto propoſito plures quæſtiones oriuntur.num.*44.*&*
*ſeq. vol.*1.& Pet.Placa *in epit.confar.criminal.lib.*1.*c.*6 *nu.*
19.*cum alijs ſeq.*& Marant. *in tract. iudiciorum in* 6. *par.*
prin.in tit.de inquiſit nu 67.adeo quod pax, & concor-
dia facta per patrem, cum iniuriantibus filium, rite
dicatur facta,& noceat filio,ac alijs conſanguineis, à
quibus omnibus rata haberi debet,pro quo facit tex.
in c. Quintanallus,ibi *pro eſſ.nſa,quam filia ipſius.*& inquit
ibi Bal.*in prin.de iureiuran.*& Iaſ.*in l.in perſona. ff de pact.*
& facit optime *deciſio Capella Tholoſa.* 241.*cum ibi conge-*
ſtis.

2 Sed † aduerte,quod ſi pater remiſiſſet iniuriam fa-
ctam filio; mater tamen poſſet accuſare abſq; dubio
aliquo:ſecundum Saly. *in l.vxor. C.qui accuſ.non poſſ* &
Affl.*in conſtit. Neap. exordiente, Summo periculo,in 9.not.*
& D.Follerium iuris peritiſſimum, & ſummo inge-
nio præditum,*in pract.crim.in 2.par. 2.partis, in verſ.au-*
*diantur exceptiones proponendæ per eos. nu.*10.vbi aſſerit ſe
ita vidiſſe iudicari.

¶ In contrariam vero partem,videlicet, quod ma-
ter,etiam vidua,ſtãte remiſſione antedicta facta per
patrem,de nece.ſeu iniuria filii communis, accuſare
nequeat,inclinauit Veſillus *in add Affl.d.in d.deciſ.*180.
*nu.*9.vbi memorat ita deciſum fuiſſe in Sacro Conci-
lio Neap.

3 Sed † monet ibidem hodie, ad tollendam hanc
difficultatem, omneq; dubium, promulgatam eſſe
regiam pragmaticam in Regno Neap. ſuper hoc: q
videlicet pax,& remiſſio obtineri debeat ab omnib.
offenſis,qui accuſare poſſunt.

Cæterum † hæc opinio ita elucidata limitatur pri-
4 Cõis opi. mo locum non obtinere,ſi iniuria fuiſſet filio illata,à
perſona coniuncta filii,& patris: tunc enim illam in-
iuriam pater remittere non poſſet, *l Lucius.ff ſolut.ma-*
*trim.*ſecundum intellectum Bar.ibi, & communiter
ab Alex.& ab aliis communi concurſu receptam: &
hoc idem affirmant Ang. *in tract. maleficiorum, in ver.*
*comparuit in termino,nu.*5.Rom *ſing.*93 *tu habes quod filio*
*iniuriam illatam,*Marſil.*ſing.*573 *grauior,& in l.Diuus,n.*
2.*ff.de Sicar.*Alex.ad Bar.*in l filiusfamilias ff de iniur.* Iaſ.
in l.contra.§.pen ff de pact. Innoc. Vitalis *in ſuo ſingulari*
*conſ.crim.nu.*14.*circa finem,*Io.de Arnono.*dialogo* 48.*ad*
*materiam conſtitutionis,*Boer.*deciſ.*120.*ſub nu.*6.&Bero'
in quæſt familiari 75.*quæſitum,nu.*2.

5 Limitaturque † etiam eadem opinio ſecundo lo-
co,quod procedat tantum, ſi pater ſit boneſtæ vitæ,
alias ſecus,caſus eſt *in l ſi vnius,§.1.ff de iniur.* adeo vt,ſi
pater ſit vilis,vel furioſus, perſona autẽ filii honeſta,
iniuriam illatam filio remittere nequeat vllo modo,
vt per Boerium,cum aliis aggregatis per eum, *in alle-*
*gata deciſ.*120 *ſub nu.*6.&per Beroum *in d.quæſt.*75.

6 Et † ratio ea eſt,quia pater inhoneſtæ vitæ, nõ ha-
bet filium in poteſtate,*l.ſi lenones.C.de epiſcopal. audiẽt.*
vbi Saly &alii vniuerſaliter omnes determinauere,
patrem imponendo neceſſitatem peccandi filiabus,
priuari earum poteſtate.

OPINIO DCVIII.

SVMMARIA.

1 *Patroni dicuntur non ſolum qui fundant, conſtruunt, vel dotant,ſed etiam qui præſcripſerunt ius patronatus.*
2 *Ius patronatus poteſt præſcribi etiam per laicum contra alium laicum ſpatio 40.annorum.*
3 *Præſcribens ius patronatus debet eſſe in bona fide.*
4 *Patronus etiam dici poteſt, qui reperitur in quaſi poſſeſſione præſentationis,etiam ex vnica præſentatione vltima.*
5 *Iuris patronatus titulus qualis eſſe debeat.*
6 *Poſſeſſio,vel quaſi præſentandi acquiritur ex tribus.*
7 *Ius præſentandi & ſuccedendi in iure patronatus, eſt commune inter mares,& fœminas, & in eo tantum vocis habens fœmina,quantum maſculi. Et nullum inter eos eſt diſcrimen.nu.8.*
9 *Ius patronatus an etiam in filium patroni tranſeat, ſi non ſit eius hæres, vel hæreditatem repudiauerit aut ei renunciauerit.*
10 *Pater poteſt ius patronatus uni ex filiis aſſignare reliquis excluſis.*
11 *Fœmina à ſucceſſione per ſtatutum excluſa extantibus maſculis, an etiam à iure patronatus cenſeatur excluſa.*
12 *Præſentatus & inſtitutus lite, vel appellatione pendente, capiens poſſeſſionem an cenſeatur attentare, & in eo Regula l. cum habeat,quod attentata ſunt ante omnia reuocanda.nu.19.*
13 *Diſpoſitio c.1.vt lit.pẽdeat.in 6.an etiam in præſẽtationib. locum habeat.& nu.14.*
14 *Lite pendente regularum eſt prohibita præſentatio, inſtitutio, ac poſſeſſionis apprehenſio, & quare dicatur lis pendere & nu.15 17 &18.*
16 *An per edicti propoſitionem hoc caſu inducatur litis pendentia.*

PATRONI † dicuntur, nedum qui fundant, con- 1
ſtruunt,vel dotant eccleſiam,vel altare,vel capel-
lam,vel alium pium locum,*c. piæ mentis* 16.*q.*7.& per
Doct.*in rub & in c.1.eo.tit.*ſed etiam illi qui præſcripſe-
runt ius patronatus,quod præſcribi poteſt,vt firmant
Ioan.And.*in c.quod alicui de reg. iur. in* 6. Feder.de Se-
nis *conſ.*234.Cardin.*in Clemen* 2.*de iure pat.conſ* 79. A-
lex.*conſ* 74.*nu.*25 *vol.*4. Abb.& omnes alii Canoniſtę.
in c.querelam de elect.& *in conſ.*124.*& conſ.*126.vbi admo-
net iſtam opinionem eſſe communem, & Dec.quo- Cõis opi.
que *conſ.*134.*nu.*2 *& ſeq.*

Vbi † etiã adiicit, quod laici quoque poſſint pre- 2
ſcribere huiuſcemodi ius,præſcriptione 40.annorũ,
contra alios laicos.& ſequitur etiam Cæſar Lamber-
tinus *de iure patronat.in* 11.*principali quæſtione, & vltima*
ſecunda partis 1.*libri*, vt admittit iſtam eſſe communẽ
opinionem, & monet ab ea non eſſe vllo modo re- Cõis opi.
cedendum in praxi.

Sed aduerte, † quod præſcribens antedictum ius 3
patronatus debeat eſſe in bona fide,vt late tenet, &
probat Lambertinus *in d. tract. de iure pat.in* 3.*artic.* 2.
quæſt.principal.ſecundæ partis 1 *libri.*

Poteſt † etiam dici patronus is,qui eſt in quaſi poſ- 4
ſeſſione præſentandi, & ex vnica præſentatione vlti-
ma.*c.conſultationibus*,& ibi Doct *de iure pat.in d.c.quere-*
lam,& Dec. *in d.conſ.*184.*conſ.*126.*& conſ.*127.

Cæterum † Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25.*c.* 9.
*poſt prin.*diſponit, quod titulus iuris patronatus de- 5
beat eſſe ex fundatione,vel dotatione, qui ex authẽ-
tico documento, & aliis iure requiſitis oſtendatur,
ſiue ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſ-
ſimum temporis curſum,qui hominum memoriam
excedat,aliaſue ſecundum iuris diſpoſitionem.

Vnde

6 Vnde † ex his aduerte, ſecundū Calde *in conſ. 12. tita de iur. pat.* quod acquiratur prædicta quaſi poſſeſſio ex trib. primo quod præſentatio fuerit facta bona fide. Secundo quod fuerit admiſſa. Tertio quod per eam fuerit ſecuta inſtitutio, vt voluit etiam Dec. *conſ. 119.*

7 Cæterum † aduerte hic vtiliter, & neceſſario; quod fœminæ tantum vocis habere videantur in præſentādo clericum in eccleſia, ſeu cappella patronata, quantum maſculi; & ſic matres, & fœminæ æquale ius habere cenſentur ſuccedendi in iure patronatus pro rata vocis ita Barbac. *in c. quanto extra de iud.* qui ibi aſſirmat, quod tantum habet vocis in præſentando pater, vel vidua, quantum magnus Rex.

8 ¶ Et † conſequenter in præſenti caſu iuris patronatus nullum ne minimum quidem diſcrimen eſt inter mares, & fœminas *c. fin. de conceſ. præben.* & not. *in c. 1. de iure pat.* & cumulatiſſime per Roch. Curt. *in tract. de iure pat. quæſ. 1.* Calder. *conſ. 4. de iure pat.* Clemen. 1. *eod. tit.* & refert. ſequiturque Iohan Bapt. Ferrett *conſ. 131. vol. 1.*

¶ Nam ſi ius patronatus competeret alicui Vniuerſitati, tunc in præſentando deberent profecto vocari virgines, maritatæ, & viduæ, ita Anchara. *conſi. 81.*

9 ¶ † Sed Gaiet. & Capra *in cap. ſi. de elect.* firmant, ſi fundator iuris patronatus velit ius patronatus tranſire in hæredes, & ſucceſſores ſanguinis, quod tū tranſibit ad eos, etiamſi non ſint hæredes: & ſi repudiaverit filius, vel filia hæreditatem patris; habebit tamen nihilominus ius patronatus, & hoc tangit Gloſſ. *in c. conſiderandum 16. q. 7.* inquiens, quod quamuis filius, vel filia renunciaret hæreditati, haberet tamen & conſequi poſſet ius patronatus patris, vel matris, allegat. *l. ſi. ff. de iur. pat.* quod firmat, & ſtrenue tuetur Salyc. *in l. 1. C. de iure emphyt.* & iſta eſt communis opinio, teſte ibi Iaſ. *nu. 188.*

Cōis opi.

¶ Et eo magis, cum ius patronatus hoc ſit quoddam ius per ſe, & non dicatur modo aliquo eſſe in bonis, & non veniat appellatione iurium, & reguletur vt ius eccleſiaſticum, ita Abb. *in c. quia in fin. de iure pat.* Bal. *conſ. 185. quæ iam mulier. vol. 3.* & ſit alterius naturæ, quam alia iura.

Et licet Couarru *lib. 2. variarū reſoluti. cap. 18 nu. 7.* poſt Abb. *in c. 1. de iure patronat.* Card. *in clem. 1. eod. titul.* Dec. *conſ. 149.* & Lambertin. *in tract. de iure patronat.* inclinauerit in contrariam partem, videlicet, quod ius patronatus eccleſiaſticum non tranſeat in filium patroni, qui eius hæres non ſit, vel paternam repudiauerit hæreditatem, aſſeruerit q; iſtorum opinionem communem eſſe, contra Gloſſ. *in d. cap. conſiderandum.* tamen quicquid aſſerat Couarru. eo in loco, non recedo modo ab opinione Gloſſæ *in d. c. conſiderandum.* & tanto magis, cum Doct. ipſi allegati per Couarru. in loco prænotato, non loquantur in præſenti caſu, ſed potius in altero diuerſo; num videlicet ius patronatus tranſeat ſolummodo ad hæredes ſanguinis, vel ad extraneos, ita vt, Couarruuias inaduertenter, & immature protulerit, communem opinionem eſſe contra Gloſſam *in allegato c. conſiderandum.* Et cum de præſenti menſe Martii 1601 relatum mihi ſit, articulum hunc ventilari in Curia Epiſcopali noſtra Aquilana, reſponſum tunc dedimus expeditum, iudicandum eſſe ſecundum opinionem Gloſſæ prædictæ, & communem, non obſtante teſtimonio Couarru. immaturo, atque periculoſo.

Cōis opi.

Et hæc communis Gloſſæ ſententia corroboratur etiam mediante altera communi ſcribentium opinione, relata per Salicet *in l. 2. quæſt. 18. nu. 27. C. de iure emphyteut.* quod filii hæreditatem paternam repudiantes, poſſint rem emphyteoticam retinere; quoniam pater non quæſiuit tunc filiis, vt hæredibus, ſed potius vt filiis. & huic eidē opinioni, acquieuiſſe teſtatur eo in loco ſimiliter Cy. *in l. libertis. ff. de oper. liber.* & Iacob. Buttrig. *in l. ſi non ſortem § libertus ff. de condict. indebit.* Et alii Doctores communiter omnes. Et nihil mirum quia argumentum ab æqui parat s, validum eſt in iure iuxta notata *in l. Marcellus. §. 1 ff. ad Trebell. in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. 2. C. communia de leg. cum ſimilibus* & quæcunque habent eandem diffinitionem, ſunt eadem in ſubſtantia, *vt in regula ſine poſſeſſione, lib. 6.* imo quod magis ſtringit, argumentum hoc ab æquiparatis procedit, vt in caſu noſtro, cum eſt ſimilitudo in eo, in quo ſit æquiparatio: etſi ſimilitudo non procedat aliter per omnia, ſed ſufficit ſi in eo obtineat ſolummodo, in quo ſit æquiparatio, ita Abb. Imol. Felyn. & alii *in c. conſtitutus, in 3. not. de appell. & in c. tranſlato, de conſtit.* Archid. Gemin. & Præpoſ. *in c. relatū, diſt. 37.* Imol. in d. l. Imol. hoc etiam diſputat affluentiſſime *in l. quod dicitur ff. de verb. oblig.* quod etiamſi filius non ſit hæres, vel ſit hæres in re certa, competat ei ius quæſitum ex contractu paterno. Subleuatur q; itidem eadem communis ipſius Gloſſæ ſententia, ex doctrina Soc. Sen. *conſ. 25. Dominum Franciſcum Syndicum, col. 4. verſ. Tertio, † facit etiam, quod dicimus vol. 1.* quod ius patronatus patris, licet in eo filii veniant, vt filii; non autē vt hæredes, pater tamen poſſit illud vni ſoli aſſignare, & cæteris præiudicare, eos excludendo. 10

¶ Et Canoniſtæ in d. *c. quanto, arg. c. ſedes de reſcript.* & Grani. *conſ. civil. 62. num. 8.* diſcutiunt, quis ſit præferendus, præſentatus à patre, vel præſentatus à fœmina, & idem Gram. concludit, quod cæteris paribus præfertur præſentatus à mare.

¶ Eſt bene verum, quod ius patronatus tranſeat in fœminam hæredem ita Abb. *in c. cum ſecularem. de iure pat.* & Dec. *conſ. 127. col. fin.*

¶ Vnde ius patronatus patris, in quo licet filii veniant vt filii, non vt hęredes, pater poſſet vni ſoli aſſignare & omnibus aliis præiudicare, alios excludendo ita Mar. Soc. *in conſ. 25 D. Franc. vol. 1.*

¶ Imo etiam ius patronatus tranſit ad hęredes fœmineas, & tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, ſecundum Glo. & Card *in Clemen. fin. de iure pat.* & ſic doctiſſime, atque faſtiſſime vidi c niuiſtrum per notas, & tantas rationes per noſtræ Ciuitatis Aquilanæ fulgentiſſimum lumen & ornamētum. D. Terentium Turcanicum, mihi vt fratrem colendiſſimum, in cauſa non leuis momenti, quæ in præſentiarum agitatur.

¶ Denique ius patronatus tranſit quoque ad hæredes extraneos. ita Glo. *in l. ſi operarum ff. de oper. lib.* Gl. & Arch. *d. in c. conſiderandum. 16 q. 7.* Glo. & Card. *in d. Clemen. fin. de iure pat.* Bal. *in c. decedens qui feud. da. poſ. & in l. vnica C. de in ius vocan.* & Inno. *in c. 1. de iure patronat.*

Præterea, adde ſimiliter prædictis non inconuenientem, quod ſtante ſtatuto, † quod exiſtentibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedant (prout eſt in Regno *conſtitutio in aliquibus tutor. de ſucc. ff. ſilior. in comitum, vel baronum;*) tales fœminæ cenſeantur etiam excluſæ à iure patronatus, vt per Cur. Iun. *in l. precibus n. 73 C. de impuber.* Abb. *conſ. 59 caſus vol. 1* Pari. *conſ. 48 n. 16. vol. 4.* licet de iure contrarium ſuſtineri poſſit, vt verius. 11

Sed proſequendo materiam propoſitam iuris patronatus, his temporib. animaduertēdum eſt, † quod præſentatus appellatione pendente, & inſtitutus, ſi cœperit poſſeſſionem beneficii, talis poſſeſſio non cenſetur bona. ſed potius attentata appellatione pēdente, quæ iuxta regulam communem attentatorū, ſit in primis & ante omnia reuocanda, quia ſcilicet, 12

talis

talis præſentatus inſtitutus, qui cepit poſſeſſionem beneficii, pendente appellatione, dicitur attentaſſe, ita vt huiuſmodi apprehenſio poſſeſſionis ſit attentata, & ex conſequenti ſit inprimis, & ante omnia reuocanda. nam quidquid ſcripſerit Lambertin. *in tract. de iure pat. art 5. qu. 11. principal. in 2. par. lib. 2. verſ. bene verum*, claras in hoc habemus reſolutiones, quod videlicet, ſi in fauorem vnius ex præſentatis, feratur ſententia à qua per alterũ ſit appellatum, & ille pendẽte hac appellatione, capiat poſſeſſionem, talis poſſeſſio cẽſeatur attentata, ſicuti nouiſſime & affluẽter explicauit D. Robert. Lancellottus *in tract. de attentatis, cap. 4. de attentatis lite pendente, in 5 illat. regula, ibi poſita, num. 532. & ſeqq.*

Quæ opinio veriſſima eſt, attenta diſpoſitione *c. 1. vt lit. pend. in 6.*
23 † admiſſo quod illius diſpoſitio, ſecũdum receptiorem opinionem Scribentium, etiam in præſentationib. locum habeat, cum omnes, excepto Lambertino, *in tract. de iure patronat. lib. 2. in 1. part. qu. 6. art. 12.* admittant hoc veriſſimum eſſe, vt per Doct. *in d. c. 1.* vbi Geminian. *col. 4. verſ. nec obſtat ſi dicatur*, vbi inquit, quod aliter ſentire eſſet iudaizare, ſtãdo ſolũmodo verbis illius text. qui tantum loquitur de electione, ſubditq; poſt Lapum ita quoque in practica eſſe ſeruandum, & commendat quoque opinionem iſtam Calderinus *conſ. 1 vt lit. penden.* & Rota Romana, vt eſt *deciſ. in recollect. Sarnen. 31. incip. capitulum primum, & altera deciſ. in recollectis Guidobon. 104. incip. dixerunt, ſub rub. vt lit. penden.* & eſſe receptiſſimam teſtificatur D. Lancellottus *in d. c. 4. n. 514. & 537.*

24 Idcirco, † præſuppoſita litis pendentia, regulariter eſt prohibita præſentatio, inſtitutio, ac poſſeſſionis adeptio. vnde tota difficultas hoc caſu eo recidit, an poſſit dici, quod lis tunc penderit: inficiari autem nequit, quin tunc temporis lis penderit inter patronos diſcordantes in præſentatione, reſpectu perſonæ præſentati, ac in poſſeſſorio, ſeu quaſi iuris præſentãdi, cũ fuerit ſuper hoc lis conteſtata. quia petitio præſentatorum, inſtãtium pro inſtitutione, & productio ſuarum præſentationum coram ordinario facta, non facit poſſeſſionem interim ab alio captam eſſe attentatam, niſi fuiſſet alias litem conteſtati, vt concluſit Rota Romana in vna callaguritana beneficii, 25. Ianuarii 1554. coram D. Auguſtino. Et quod requiratur litis conteſtatio ad hoc, vt patronus præſentare nequeat, videtur in terminis *deciſ. Rota Rom. prima*, alias 140. *poſſeſſor. de iure patronat. in nouis.*

25 Imo † etiam per edicti propoſitionem, de qua in *c. fin. de elect. in 6.* ad effectum, de quo agitur, inducitur litis pendentia, vt ſenſit Rota Rom. in vna Aſtoricẽ. Sanctæ Chriſtinæ, coram D Grato, 9. Maii 1569. quæ quidem edicti propoſitio, cum ſit vocatio eorũ, qui intendunt opponere, vt textus eo in loco exprimit, comparentes tunc opponendo, inducunt litis pendẽtiam, vere litem conteſtando: Et iſta fuit vera ratio, propter quam hunc modum litis pendentiæ ad effectum prædictum conſiderauit rationabiliter Rota, in præfata cauſa Aſtoricen. quicquid fragiliter, & mẽte ipſius Rotæ minime percepta, impugnando ſcripſerit Robert. Lancellottus *in d. c. 4. de attentatis lit. pẽden. n. 540.*
26 Idcirco † hoc pro cõperto habeatur, quod iuxta regulam generalem, patronus lite pendente pręſentari non poſſit, prout tenet Calderin. *conſ. 1 ſub rub. vt lit. penden per totum*, & Geminian. *in c. 1. in vltimo not. vt lit. penden. in 6.* & ibi Philip. Francus, & Lapus, quãuis ſibi inconſtans, *allegat. 22. & in d. c. 1.* quem referunt & ſequuntur Geminian. *eo in loco*, & Lambert. *in tract. de iure patronat. in 1. par. lib. 2. in 12. articul. 6. qu. num. 9.* & poſt Calderinum, & Lapum ſenſit Md. *in ſuo repertorio, in ver. patronus etiam laicus*, & Paris. *conſ. 47. nu. 13. lib. 4.* & eſſe communiorem opinionem aſſerit Sarnen. *de Cõſ. ſubrogat. colleg. q. 13.* imo eſſe crebriorem teſtatur quoque Rocch. de Curte *in tra. de iure patronat. in ver. honorificum, n 53. quæſt. 23. in fine.* veluti etiam communiter receptam eſſe affirmauit Quintilian. Mandoſ. *in add. ad Lapum in præmemorata allegat. 22. in ver. renunciantẽ.* Et licet Lambertinus pręcipitanter quidem auſus fuerit hanc communem ſubuertere, tamen ea ſine dubio ſequenda erit in iudicando & conſulendo, cum ſecundum eam, non ſolum tempore Sarnen. ſed etiã antiquitus, tempore Sixti, & Alexãdri, ſicuti ipſe Sarnenſis prodidit *loco iam proxime citato*, concluſerit Rota ipſa Rom. ita fuiſſe determinatum *deciſ. 31. in vna* Barchinon beneficii S. Chriſtophori, 27. Nouemb. 1538. coram D Marcello Creſcentio, & nouiſſime ita ſimiliter concluſit ipſa Rota Rom. in vna compoſtellana de Barone 16. Febr. 1554. coram D. Achille de Graſſis, Epiſcopo Montisflaſcon. vt per Guidonem bon. *deciſ. 104. ſub rub. vt lit. penden.*

Et huiuſmodi opinio ſubleuatur etiam in vnica tantum ratione: primo quia *c. 1 vt lit. penden. in 6.* quo, lite pendente, prohibita expreſſe reperitur electio, vt ſupra explicatum eſt. † obtinet etiam locum in pręſentationib. vt concludunt Scribentes eo in loco, quam opinionem receptiorem eſſe inſtructius ſupra cõtra Lambertinum manifeſtaui, & veriſſimum id eſſe puto, vt conſtitutio *d. c. 1.* non comprehendat pręſentationem per modum extenſionis, ſed eam potius ob identitatem rationis includat, ſicuti extricauit Calderin. *conſ. 1. ſub rub. vt lit. penden.* Secundo illuminatur quoque eadem opinio, quia ſicut poſſe, quod habebãt olim electores poſt mortem primi, hodie impeditur per litis pendentiam, ita & poſſe patronorum alium pręſentandi intra quadrimeſtre tempus, erit impeditum ob litis pendentiam ex identitate rationis, ſicuti expreſſit Calderin. *eo in loco*, & Geminian. *in vltimo not.* Tertio fortificatur etiã talis opin. quoniam per pręſentationẽ ſecundi, faciliter inferri colligitur pręiudicium ſuperſtiti, quia vltimo pręſentatus poſſet eſſe potentior primo, & ſic ſuperſtiti daretur durior aduerſarius, quod abſurdiſſimum videtur, ad notata *in Rub. & toto titulo C. ne liceat potent.* ita vt ex hoc colligi poſſit aliud pręiudicium ſuperſtitis collitigantis, quia cum potentiore colligitando, lõge grauiorib. premeretur expenſis. Nec aduerſari videtur, quod huic obiectioni reſpondet poſt Calderin. quẽ refert Lambertin. in *allegato tract. de iure patronat. in 2. part. lib. 2. in 12. articul. 6. quæſt. 10. verſ. quis etiam moueatur*, quod ſcilicet huiuſmodi expenſarum pręiudicium non ſit attendendum, ex quo debuit, & potuit ſuperſtes hanc accumulationem & pręſentationem per patronum faciendam pręuidere, & ideo ſi quas expenſas fecit, illas videtur voluntarie feciſſe, nec eſt vt de patrono conqueratur, cum ille pręſentando ſit vſus iure ſuo. Qua reſponderetur, negatur que pręſentatum debuiſſe id pręuidere, cum ipſe habeat regulam pro ſe, quod lite pendente nihil debeat innouari, etſi dubium non dicatur id, de quo eſt regula, vt per Bar. *in l. quoties ff ſi quis cautior.*

Quæ † cũcta ſint, regula eſt generalis: quod patronus lite pendente præſentare nequeat, ſicuti ſat probatum eſt, & concluſit Rota Rom. in vna Aſtoricen. S. Chriſtinæ coram D. Grato, 9. Maii 1569. in qua cauſa, quia partes omnia confundebant, Domini illo tẽpore fecerunt duas concluſiones, prima itaque fuit, *c. 1. vt lit. penden. in 6.* locum obtinere in duob. pręſentatis in diſcordia à patronis litigantibus ſuper pręſentatione. Secunda vero, quod litigantibus duob. pręſen- 28

ſentatis in diſcordia, patroni nequeant accumulare.

16 Hoc † itaque præmiſſo, ad propoſitum noſtrum redeũdo, clare liquet, quod ordinarius prohibeatur lite pendente præſentatum inſtituere, prout affluentius, ac maturius declarauit Robert. Lãcellot. *in tract. de attentatis, c. 4. in præfat. 1. par. nu. 92.* & ex conſequenti concludẽdum ſit, quod poſſeſſio beneficii, ad quod ſuit per patronum præſentatus facta, lite pendente per præſentatum, regulariter cenſeatur attentata, quam opinionem multoties etiam approbauit Rota Rõ. atteſtante Guidonebono *deciſ. 104. ſub Rub. vt lit. pendẽ.* Et ita etiam concluſum fuit per eandem Rotam Rõ. de menſe Decemb. 1562. in vna Neapolitana Capellaniæ, coram D. Oradino, vbi Domini aſſeruere, quod ſi lis inter duos præſentatos ſit inſtructa, & proferatur ſententia pro vno, & ille inſtituatur, & poſſeſſionem capiat, talis poſſeſſio videatur attentata, quam opin. nouiſſime etiam in terminis ſæpenumero ſecuta eſt eadẽmet Rota Rom. & potiſſimum die 9. Iulii 1567. in vna Tholetana capellaniæ, coram eodem D. Oradino; & 16. Februarii. 1554. in alia Compoſtellan. coram D. Chiſſianen. & in eiſdem terminis pro attentatis iudicauit Rota ipſa Rom. nuperrime, in vna Lucana Parochial. coram D. Binarino, 8. Iunii 1571. & in alia calagurirana beneficii Sanctorum Iacob., & Andreæ, 7. Maii 1574. coram D. de Blanchettis. Quæ cũ ita ſint lite pendente, multo † magis indubitatum erit,

19 pendente appellatione, vt ſi in fauorem vnius ex præſentatis feratur ſententia, à qua per alterum ſit appellatum, & ille pendente hac appellatione capiat poſſeſſionem, talis poſſeſſio intelligatur attentata, ſicuti [illegible] conſuluit Rota in mentionata cauſa Lucana parochiali, 8. Iunii 1571. coram R. P. D. Binarino. quam ſententiam commẽdauit etiam nouiſſime D. Robert. Lancellott. *de attentatis, c. 12. limitat. 49. n. 3. ver. de attent. appell. pendente.* Qua opinione retenta, vti veriſſima, atque receptiſſima, ſupereſt in his fluctibus reſpondere authoritati Lambertini, qui ex aduerſo allegatur *in tract. de iure patronat. de tit. l. 5. qu. 11 princip. 2. par. lib. 3. nu. 2 verſ. bene verum.* vbi determinare videtur, quod remedium attentatorum non procedat in appellatione interpoſita ab inſtitutione de aliquo præſentato per Ordinarium facta: quia ſi præſentatus, & inſtitutus, hac appellatione pendente, capiat poſſeſſionem beneficii, poſſeſſio dicatur bona, ſed in propoſito, pro Lambertini opinione ad rẽ nihil facit illud, quod Scribentes *in c. conſtitutus, il. 2. de Appellat.* concedunt præſentatum pẽdente appellatione poſſe capere poſſeſſionem: quia loquuntur de appellatione extraiudiciali, veluti percipitur, tam ex ſcriptis à Lambertino in loco præmemorato, quàm à Francho *in d. c. conſtitutus.* vbi textus expreſſe ad literam loquitur de appellatione extraiudiciali, quod etiam perſpicue probatur ex notatis à Geminiano *in c. auaritiæ, col. 5. verſ. tertio quando, de elect. in 6* & ita in terminis declarat D. Robert. Lancellott. *in d. c. 12. limitat. 49. poſt nu. 4.* Vbi memorat ita etiam, cauſa vertente in Rota Rom. die 16. Februarii 1554. fuiſſe reſponſum in vna Compoſtellan. coram D. Chiſſianen. ad doctrinam Abbatis *in d. c. conſtitutus,* quod procedat quando ordinarius extraiudicialiter, & ſummarie inſtituit, quia tunc talis ten etiã ſuper inſtitutione intelligitur interlocutoria, & ex conſequenti appellatio ab ea interpoſita, non efficit poſſeſſionem poſtea captam, eſſe attentatam: ſecus autem quando ante inſtitutionem lis vertebatur, & pendebat ſuper inſtitutione facienda, & ſuper beneficio: tunc enim ſententia cẽſetur definitiua, qua diſtinctione vtuntur etiam Scribentes *in al legato c. auaritiæ,* vt per Gemin. *in loco, col. 5.* & ſequitur D. Robert Lãcellott. *in d. limitat. 49. in fi.* vbi planum quoque facit eandem diſtinctionem approbatam fuiſſe in Rota Rom. die 10. Decembris, 1563. in vna Aſtoricen. Sancti Auguſtini, coram D. Sarmiento.

Quapropter quicquid ſcripſerit Lambertinus in loco præcitato, & alii quotquot ſint qui ſui ſe. [illegible] fuerint, exiſtimo concludendum eſſe, quod dum in fauorem aduerſarii inſtituti fuerit prolata ſententia, à qua per clientulum meum, alterũ ex patronis fuit appellatũ, quod poſſeſſio, pendente huiuſmodi appellatione capta, cenſeatur attentata; vt merito ſit per iudicem delegatum, remedio attentatorum, in primis & ante omnia reuocanda, prout ita quoq; in terminis determinauit Rota Rom. in mentionata cauſa Lucana coram D. Binarino, 8. Iulii 1571.

OPINIO DCIX.

SVMMARIA.

1 *Paupertas, vel diuitiæ, cum ſunt fundamenta agentium, ab eo probandæ ſunt.*

2 *Paupertas an probetur ſufficienter per duos teſtes, item per vicinos.*

4 *Paupertas an probetur per famam publicam.*

PAVPERTAS, † vel diuitiæ cum ſunt cauſæ intentionis agentis, tenetur eas agens probare: & ſic fundans ſe in paupertate ſeu diuitiis, obnoxius eſt illas verificare, ſecundum Glo. & omnes Scribentes communiter *in l. ſi vero. §. quod pro rei. ff. qui ſatiſd. cogan.* Alb. *nu. 8.* & Florianum. *col. 2. in l. ei incumbit ff. de probat.* Gl. *in ver. Quæro, in c. in præſentia. de probat.* & Bal. *& in c. fin. de præſumpt.* Bar. Albe. ic. & Iaſ. *in d. §. qui pro rei.* & Francum *in c. ſemel malus, circa medium de reg. iur. lib. 6.* 3. *in l. non prius in pr. n. C quan. lo. ſi. ne priuat.* & *conſ. 404. non ſi nouum. col. 2. vol. 1.* Caſt. Soc. & Alb. *in l. ſi creditores. ff. de priuileg. credit.* Dec. *conſ. 126. & pro tenui facultate, ſub n. 3.* & Afflict. *deciſ. 377 Prima, ſto neceſſit. col. fin. & ibi in add.* Vrſillus eum aliis aggregatis per eum. *nu. 1. cum alias ſeq.* & iſta eſt communis & indubitata opinio, atteſtante Alciat. *in tract. de præſump. in reg. 2. præſump. 27. ſub n. 4.* & Cornel Benincaſ. *in tract. de paupertate, 2. q. 6. nu. 2.* 1

Et † paupertas ipſa ſufficienter probatur per duos teſtes ad effectum, vt reſeruentur expenſæ in fine litis, ſecundum D. meum Oradinum *in deciſ. Rotæ Rom. 271.* & ita in propriis terminis, quod paupertas poſſit probari per duos teſtes, conſuluit Alex. *conſ. 37. conſultus fuit vol. 7.* Quæ quidem deciſio Rotæ de plano, & abſq; ſcrupulo aliquo procederet, meo iudicio, vbicunque paupertas probaretur per teſtes veriſimiliter de ea informatos: Vnde tũc ipſi duo teſtes deberent ſuper præſenti re inſtructi recipi & admitti: & ſic hoc caſu paupertas tute, † ſidenterque probaretur per vicinos, ita Ang. *in auth. in §. hinc nobis in 1. col. in auth. de hæred. & Falcid.* & Alex. *in l. 1. col. 9. ff. ſi cert. pet.* & *in l. ſi cõſtante. ff. ſolu. matrim.* 2

Sed † quotieſcunque paupertas non poſſet probari per teſtes de viſu, tunc ego crederem eam verificari, probarique facile poſſe per famam publicam, ſecundum Glo. *in l. 2. C. quando fiſ. vel priuat.* & Bal. *in auth. quod locum. col. fin. C. de coll.* Sed Nicol. de Neap. *in paupertas in prin. ff. de excuſ. tut.* videtur è diametro cõtrariũ affirmare. Vnde Bar. *in d. l. ſi conſtante.* tutius ſuper hoc procedendo *in 2. qu.* conſtanter conclud.it, quod vbicunque ageretur de modico præiudicio, tunc paupertatem ipſam probari poſſe per famam publicam, ſecus autem quando de magno præiudicio: tunc enim hoc reſideret, atque remitteretur arbitrio iudicis: cui accedunt ibi Imol. Alex. & alii omnes, & præſertim Iaſ. *nu. 148.* aſſerens etiam illam eſſe cõmunem opin. 4

Dec.

Dec.*in d.conſ.120.ſub nu.3* & Cornel. Benincaſ. quoq; *in d.tract.de paupertate qu.6.a. 9 & 11.& 17.*

OPINIO DCX.

SVMMARIA.

1 *Peculium quaſi caſtrenſe an dicatur quod aduocati, clerici, & magiſtri liberalium artium de publico acquirunt. & quo aduocati pro ſtipendio ſuo priuatum percipiūt, à clientulis ſuis nu. 2.*

3 *Aſſeſſores non recipiant ſalarium de publico,& tamen habent quaſi caſtrenſe peculium.*

4 *Clerici beneficia & eorum fructus non percipiunt ex publico,& tamen in eis dicuntur habere quaſi caſtrenſe peculium.*

5 *Clerici etiam in minoribus conſtituti ordinibus habent peculium quaſi caſtrenſe, & conſequenter acquiſita per eos poſt ordinem ſuſceptum , cenſentur caſtrenſia, vel quaſi.*

6 *Pater percipiens fructus beneficiorum filii clerici an ad eorum reſtitutionem teneatur.*

7 *Pater praſtans filio clerico alimenta dum percipit fructus beneficiorum filii,ea poteſt repetere , & compenſare cū fructibus beneficiorum.*

8 *Pater filio clerico, qui viuere poteſt ex fructibus beneficiorum,non tenetur praſtare alimenta.*

1 PECVLIVM † quaſi caſtrenſe dicitur proprie illud, quod aduocati,clerici, & magiſtri liberalium artium de publico acquirunt,*l.fin C.de inoff.teſt.* Vnde †
2 ſi aduocati prædicti non ex publico, ſed à priuatis perſonis, veluti clientulis ſuis aliquid recipiant pro eorum laboribus,& ſtipendio , adhuc dicitur eſſe quaſi caſtrenſe peculium,ſecundum Gl.*in §.1.Inſtit. per quas perſ.nob.acquir.* quam ſequuntur Faber , Aret.Chriſto.
&alii communiter ibi,Cyn.Bar.Bal.Ang.Saly.&cōes *in l.fort.C.de aduoc.diuerſ.iudiciorum.* hoc idē tenet Bal. &Iaſ.in *d l fi.*&Bar.*in l.fi.per illum tex.C.de ſilent.lib.12.*& D.Caitauita *in riti 201.Item ſeruat ipſa curia , quod quando venit aliquis,ſub n 3.& ſeq.* ¶ Et licet Specul. & male ſuadere conetur contrarium in § 1.a. 21*.verſ. item cum agit,in tit.de actore:* tamen quicquid ipſe fabuletur ibi, noli recedere à communi opinione in iudicando,& conſulendo. & probatur hæc communis ex deciſione tex.*in l.fort*,vbi tex.appellat quaſi caſtrenſe , nedū quod ex profeſſione,ſeu ſalariis acquiritur,ſed & quicquid eius occaſione quæritur,& ſic priuatim.Corroboraturq; † ſecundo loco per mentionatos Doct.qui
3 aſſeſſores non recipiunt ſalarium de publico,*c.ſtatutum.§ pen.de reſcript.lib 6.*& nihilominus habent quaſi caſtrenſe peculium *l.velut.C.de aſſeſſorib.*

4 Et † quatenus ſuperius docuimus,quod perceptū ex fructibus beneficiorum per clericos dicatur quaſi caſtrenſe peculium:dicquod clerici beneficia, & eorum fructus ex publico nō percipiunt,ſed procul dubio in eis dicuntur habere quaſi caſtrenſe peculium, *l.ſacroſancta C.de epiſ.& cler.* vbi Paul. & cæteri,Innoc. Hoſti.Card.Ant.Imol.Ancha.Abb.Barbat.& Coua. *nu.1.in c.quia nos,de teſtam.* Afflict. *deciſ.241.quidam no-*
5 *tarius Iacobus,nu.1.cum aliis ſeq.* Et † hoc procedit quoq; in clericis in minoribus ordinibus conſtitutis,quorū acquiſita poſt ordinem ſuſceptum cenſentur caſtrēſia,vel quaſi,ſecundum Doct. omnes, & ibi Couarr. *n.3.in d.c.quia nos,*Dec.*in c.in præſentia,de prob.nu. 64.* & Io.Lupi *in repet.c.per veſtras,ſuper rub.§.4 in nu.13.de don. inter vir & vxo.* Vnde † pater percipiendo fructus di-
6 ctorum beneficiorum tenetur ad reſtitutionem eorum,ſi extent,ſi vero non extent cogitur ad pretium eorundem,vt per Ab.& Card.Io.Zabar.*in d.c.quia nos* cum aliis plenius deducta per Afflict.*deciſ.241.col.1.*
7 Sed † ſi pater præſtitiſſet filio clerico alimenta,de ſuo,dum percipiebat fructus beneficiorū ipſius filii, poſſet vtique alimenta memorata repetere & compenſare,cum fructibus prædictis receptis beneficiorum,ſecundum Pau.Caſtren.*conſ.416.q.2.vol.2.* Ioan. Lupi *in repet.c.per veſtras.§.42.col 3 de donat. inter virum, & vxo.* Bertran.*conſ.34.vol.2.* & Alex.*conſ.110. videtur prima conſideratione dicendum alimenta,ſub nu.3.* licet additionator,*ibi in litera A.* & male aſſerat contrarium.

Et † hoe non mirum,quia pater filio clerico , qui ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum viuere poteſt,non tenetur alimenta præſtare: vt not. Deci. *conſ.576 pro reſolutione caſus propoſiti ſub n.5.* 8

OPINIO DCXI.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio , ſeu monitio quando requiratur , antequam pœnam quis incurrat,quando non.*

POENA,† vbicunque ponitur pro facto affirmatiuo,vt quia lex,ſtatutum,ſeu bannum dicit,diſponitur,quicunque intrabit talem locum , vel furtum fecerit,puniatur tali pœna,tunc ſtatim , & ipſo facto contrauenieus,ex ſua cōtrauentione,pœnam incurrit.*c.de multa,de praben.c.ſi quis ſuadente.17.q.4. & l.1.C. de ſecund.nupt.* 1

¶ Sed quando imponeretur pœna pro facto negatiuo,ſeu in non faciendo conſiſtente , vt quia diſponeretur,quod quicunque non fecerit reſidentiam in beneficio , vel collectas non ſolueret, ſit excommunicatus,vel duplū ſoluat,vel quid ſimile , ſemper intelligitur ſi monitio præceſſerit. vt voluit Innoc.*in c. extirpanda.§.qui vera.de prab.* vbi aſſignat rationem diuerſitatis, quem ſequitur ibi Io. And. Hoſtien. Ant. Ancha. Imol. & cæteri omnes , & iſta eſt communis opinio, vt dignoſcitur ex allegatis per Alex.*in l.ita ſtipulatus.la grande,n.13.cum aliis ſeq.ff.de ver. oblig.* vbi probat cumulatiſſime iſtam communem ſententiam, & ait idem fuiſſe de mente Bar.*in l.in facienda.§.infans.ff. de furt.* quāuis Doct.*in d c.extirpanda* non recte referāt. & limitat eam vtiliter etiam in aliquibus caſibus , & antedictam communem citat expreſſe Ab. in *d.§.qui vera* in *2.lect.ſub nu.2.* ac ei inhæret etiam Fely.cum cæteris aggregatis per eom, & limitat in nonnullis caſibus in *c.2.nu.4.ext.de magiſtris.* Cōis opi.

OPINIO DCXII.

SVMMARIA.

1 *Pœna in permiſſione pacis ſeruanda adiecta , an committatur ſemel tantum ſi offendens ſemel iterum offenderit.*

2 *Pœna promiſſa in cōtracta cum clauſula,toties,quoties, verificatur in bina contrafactione , vel bis tantum pœna exigatur ſi contrafiat.*

3 *Pœna adiecta in promiſſione , ſeu contractu, committitur ex ſola facti contrauentione, vel contradictione , licet contrauentio, vel contradictio non habuerit effectum.*

4 *Pœnas conuentionales , contrahentes , etiamſi clerici ſint, vltra damna,& intereſſe petere nequeunt.*

5 *Pœna legalis peti poteſt etiam in eo,quod excedit damnum, & intereſſe.*

POENA † adiecta in promiſſione ſeruandæ pacis, ſeu non faciendæ offenſæ,vel in compromiſſo,niſi aliud expreſſum ſit , ſemel tantum committitur, & ſic de prima offenſa , non autem de cæteris intelligitur,niſi expreſſe dictū fuerit , quod pœna ipſa toties committeretur, quoties contrafactum fuerit, ſecundū Io.And.*in add. ad Spec.in rub.de treug.& pace in fi.* quē ſequitur Rom.*conſ.155.col.fin.* ¶ Sed Alex.*conſ.115.num. 9.vol.4.* ait,ſe contrariæ opinioni,tanquā magis veræ, 1

ma-

magiſq; communi inhæſiſſe ſemper legendo, conſulendoque, & in effectu prædicta ſententia Ioan. And. communiter reprobatur, & videtur periculoſa nimis, ideo in actu practico nolo diſcedere à dicta communi opinione contra Io. And. tanquam tutiſ-
2 ſima, & veriſſima. Sed vbicunq; † in contractu eſſet promiſſa pœna toties, quoties contrauentum fuerit, tunc promiſſio hæc verificaretur in bina contrafactione, vbi bis duntaxat pœna ipſa exigatur, ſi contrafieret, vt voluit Cyn. & Bal. *in l. ſi duo. §. ſemel. ff. de arbi.* & Marſil. cum aliis relatis per eum, *in rubr. nu. 159. ff. de fideiuſſorib.* & Lauren. Sylu. *conſ. 34. n. 6.*

3 Et aduerte, † quod pœna hæc adiecta in promiſſione eſt tanti momenti, quod ſi pœna iſta appoſita foret in contractu, tunc committeretur abſq; dubio ex ſola facti contrauentione, ſeu contradictione, quamuis contrauentio ipſa, vel contradictio non habuiſſet effectum, ſecundum Corſet. cum relatis per eum, *in ſing. ſuo, in ver. Pœna appoſita in cõtrauentione.*

4 Sed partes, † etiamſi clerici forent, petere nequirent pœnas in inſtrumento conuentionis appoſitas, vltra damna, & intereſſe, & conſequenter in eo, quod excederent æſtimationem damni, & intereſſe. & ita iudicauit Rota Roman. ſub die 3. Martii 1570. teſte D. meo Oradino, *in dec.* 241. & Rota Neapolit. atteſtante Afflicto *deciſ.* 155.

§ In contrariã † vero partem inclinauit Bar. *in l.*
5 *Lucius Titius. in fin. ff. de act. emp.* vbi concludit, quod pœna conuentionalis, etiamſi excederet intereſſe petitum, peti nihilominus poſſet. Et hoc idem videtur firmare etiam Innoc. *in c. ſuam. in fin. de pœnis*, aſſerens ibi, quod licite petitur tota pœna, etiam ſi excedat intereſſe, cui accedit ibi Abb. *in 11. not.* & alii omnes, & ſic appoſita in conuentione pœna, non eſt ſpectandum an tanti interſit, ſed etiamſi non tanti interſit, quanti conuenerat inter partes: cum tam ciuili, quam etiam canonico iure peti poſſit, *l. 2. §. fin. iuncta l. ſeq.* vbi Glo. Bar. & alii *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig.* Glo. *in §. alteri. Inſtit. de inut. ſtip. c. dilecti.* vbi Abb. *in 5. not. de arbit.* & Iaſ. *conſ. 49. in prin. vol. 3.* Sed ego in tam tenebroſo, & diſputabili articulo inhæreo opinioni prædictæ Rotæ Rom. tanquam humaniori & æquiori, prout inhæret quoque Vrſill. *in add. Afflict. in deciſ. 135. nu. 1. cum aliis ſeq.*

6 Cæterum † vbicunque peteretur pœna legalis, in eo quod excederet damnum, & intereſſe; tunc dubio procul quis petere poſſet pœnas ipſas legales vltra damna, & intereſſe: ita Canoniſtæ omnes concorditer *in c. cum dilecti. de arbitr.* & illuſt. D. Oradinus præceptor meus *deciſ.* 283. vbi planum facit iſtam
com. opin. eſſe communem ſententiam, ac ita Rotam Rom. iudicaſſe ſub die 11. Decemb. 1570.

OPINIO DCXIII.

SVMMARIA.

1 *Pœna capitalis, ſeu capitis in dubio de exilio perpetuo, non de mortis intelligitur.*

2 *In ſententiis capitalibus vltimi ſupplicii pœna mortis neceſſario exprimenda eſt.*

1 POENA † capitis appellatione in dubio de pœna mortis non intelligitur: & ſic, ſi iudex aſſereret in ſententia definitiua condemnatoria, Titium condemnamus in pœna capitis, ſeu pœna capitali, non veniret plectendus pœna mortis iſte reus, ſed alia mitiori, ac minori pœna; & conſequenter exilii perpetui: quia pœna capitalis exilium perpetuum interpretatur, ſecundum Gloſſ. *in l. vnica. C. ita Chriſt. mancip.* poſt Azonem *ibi in ſumma*: quam Gloſſ. dicit ſingularem Imol. *in l. 2. colum. 3. ff. de pub. iudic.* Iaſ. *in l. tranſigere. C. de tranſact. num.* 9. Anan. & Felin. *in c. qualiter. il 2. §. licet. num. 52. de accuſat.* & Marſil. cum aliis ſignatis per eum, *in pract. crim. §. oportune. nu.* 40. vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur etiam, citat, & late comprobat Marcus Mantua *in d. l. tranſigere, in 2. lect. ſub num. 168. cum nonnullis numeris ſequentibus.* Alex. *conſ. 104. ſtatutum loquens, ſub num. 2. volum. 1.* & ibi Natta. *in add.* Iaſ. *in l. 3. §. hac pœna. ff. quod quiſque iur.* Alciat. *in tract. de præſumpt. circa fin. num.* 9. Et Anchar. iunior *in quæſt. familiar. quæſt. 30. num. 1. cum omnibus aliis ſequentib.* 2. vbi determinat, monialem ſtupratam, puniri pœna exilii perpetui, & deportationis.

Vnde merito practica inoleuit, † vt in ſententiis 2
capitalibus vltimi ſupplicii proferendis, dicatur, amputetur ei caput à ſpatulis, vel totaliter moriatur, ita vt anima ſeparetur à corpore, quam docet Alexand. *conſ. 121. col. 2. vol. 7.* Fulgo. *in l. præſentes. C. de his, qui ad eccle. confu.* & Marſil. *in d. §. oportune, nu.* 40.

OPINIO DCXIV.

SVMMARIA.

1 *Permutatio beneficii eccleſiaſtici, exiſtentis de iure patronatus laicorum facta abſque conſenſu patronorum, & eis non vocatis, an ſit ipſo iure nulla.*

2 *Vnio facta de beneficio patronato, ſine conſenſu patroni, non valet.*

3 *Permutatio beneficiorum ſine mentione iuris præſentandi laicis competentis facta, in Curia Romana non valet.*

4 *Epiſcopus reſtituere nequit clericum, alias depoſitum, in eccleſia patronata, ſine patroni conſenſu.*

5 *Conſenſus patroni, qui debet interuenire in permutatione beneficii patronati an poſt permutationem interuenire poſſit, & intra quod tempus, & an tacitus conſenſus ſufficiat.*

PERMVTATIO † beneficii eccleſiaſtici, exiſten 1
tis de iure patronatus laicali, facta inſciis, & non vocatis patronis, ipſo iure non redditur nulla, ſed valet, & tenet, quamuis poſtea per ſententiam caſſari, reſcindi, & annullari poſſit, agentibus patronis laicis ſuper contemptu intra quatuor menſes, ſecundum Paulum de Leaz. *in Clemen. 1. de rerum permutat.* Federic. de Senis, *in tract. permut. q.* 30. Rota Rom. *deciſ. 5. Item quod permutatio facta per ordinarium. titu de rerum permut.* Panorm. *in c. cum dilectus. circa medium. de iure patr.* Philip. Franc. *in c. 1. verſ. ex quo infertur, quod licet permutatio. de rerum permut. in 6.* Feli. *in c. cum Bertholdus. verſ. 5. in permutatione, de re iud.* Ioan. de Imol. *in c. exhibita. verſ. 3. quæritur. de rerum permut.* & Rocchum de Cur. *in tract. de iure patronat. ſuper ver. Honorificum. q. 3. verſ. tertio quæro.* & Bertran. conſulendo. *conſ. 9. viſo. & conſiderato caſu. num. 1. & ſeq.* vbi perhibet hanc eſſe magis communem opinionem, nec ab com.
ea diſcedendum eſſe refert Couarruuias etiam *in ſua opin. practica. c. 36. ſub nu.* 9.

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod huiuſmodi permutatio, facta abſque conſenſu patroni eccleſiaſtici, vel laici, ſit ipſo iure nulla; inclinauerunt Calderi. *in conſ. 2. tit. de rerum permut.* Paulus de Citadinis *in tract. de iure patr. in 6. part. art. 9. q.* 52. Bellamera *deciſ.* 181. Steph. Caietan. *in repet. c. fin. de elect. in 6.* Pet. de Vbal. *in tract. de rerum permut. benef. ver. An permutatio facta per epiſcopum.* Collec. *in c. cum olim. colum. 1. verſ. ſed nunquid de permut.* & Domin. *in c. nemo deinceps. colum. 4. de elect. in 6.* vbi concludit, quod ſi laicus patronus huiuſmodi permutationem impu-

gner ſine eius conſenſu factam; poterit etiam, illa permutatione non caſſata, vel reuocata, alium præſentare: Id tamen procedere ait, quando permutantes fuerunt in colpa, ſcientes Eccleſiam eſſe patronatam, & Lapus *allegat. 96. beneficia vacantia in Curia Romana.* & ibi conſummatiſſimus, & doctiſſimus D. Quintil. Mandoſ. *in add. in litera* N. vbi ex allegatis authoritatibus per eum, & ex aliis præcitatis, videtur
Cōis opin. quaſi hæc eſſet communis opinio, quam ſequitur etiam cum aliis ſignatis per eum Bertran. ſibi contrarius, *conſ.* 18. *multa ſunt, de quibus quæritur, ſub num.* 3. *& ſeq. vol.* 8. licet ibi inuitis dentibus fateatur primam ſententiam eſſe magis communem, & Cæſar Lambert. *in tract. de iure pat. lib.* 2. *artic* 6. *q.* 6. *part.* 2. *ſub n.* 6. *cum aliis omnibus ſequent.* vbi per diſtinctiones reſoluit præſentem quæſtionem fuſiſſime, prout dicta prima para magis vera, magis tuta, & magis communis apparet, & cum ea concurro in deciſiuis: ac eandem primam ſententiam ſequitur, & ait magis communem, reuocando iudicium in melius idem Bertran. *conſ.* 322. *ex proceſſu dudum cepto, nu.* 15. *vol.* 8.

2 Item † vnio facta de huiuſmodi beneficiis ſine conſenſo patroni non valet, vt voluit Thomas Faſtol. *in ſuis dubiis in* 2. *cauſa. in* 6 *dubio.* vbi ita ait deciſiſſe Rotam Roman. cui conſentit Feli. *in ſuo tract. quando lit. apoſt. noc. patr. eccl. in princ.* & Roch. Curt. *in d. tract. de iure pat. in verb. Honorificum q.* 3. *verſ. In quantum etiam.*

3 Nec etiam permutatio eccleſiarum, † ad quas competit ius patronatus, facta in Romana Curia, ſine mentione iuris præſentandi laicorum, valet: ſecundum Lapum *in d. alleg.* 96. *in fi.* vbi memorat ſe ita vidiſſe ſeruari, & idem firmat Bellame. *deciſ.* 179. & 181. & Calder. *conſ* 2. *in rub. de rerum permut.* Couarru. *in ſua pract. c.* 36. *ſub nu.* 9. & D. Quintil. Mand. *in add. Lapi in d. alleg* 96. *in litera* O. vbi affirmat iſtorum opinionem communem eſſe.

4 Nec deniq; † Epiſcopus clericum depoſitum ab Eccleſia patronata, reſtituere poteſt ſine conſenſu patroni, vt voluit Gemi. affirmans iſtam eſſe com-
Cōis opin. munem opinionem, *in c. quamuis de reſcrip. lib.* 6. *ſuper Gloſſa pen.* cum qua concurrunt etiam Barbatius *conſil.* 23. *ſcripſit Propheta col.* 7. *vol.* 1. & Anto. de But. Ab. & alii *in c. tranſmiſſam. in fin. de renun.*

5 Ex eo autem, † quod permutatio beneficii ſubſiſtit, nec irritatur, ac annullatur ipſo iure, ſequitur vti-
Cōis opin. liter hic effectus, quod eadem permutatio ita, & taliter facta, poſſit roborari, ac validari ſi interueniat ratificatio, aut conſenſus ex poſt facto: & ſic ipſa permutatio validatur ex ſubſequenti conſenſu patroni, vt voluit, per aliquas non ſpernendas rationes, conſulendo Ro. *conſ.* 356. *circa primum conſultationis articulum, ſub num.* 7. *cum aliis ſeq.* & ibi D. Hor. Mandoſ *in add. in litera* Q. *& ſeq.* & Cæſar Lamber. *in tract. de iure patr. lib.* 2. *artic.* 6. *q.* 6. *prin. part.* 2 *num.* 24. *&* 46. vbi hoc admittit, & de plano procedere inquit poſt Caiet. Paul. & Rotam ibi allegatos per eum, dummodo conſenſus ipſe interueniat intra tempus datum ad præſentandum, id eſt, intra ſemeſtre, ſi ſunt patroni eccleſiaſtici, ſi vero patroni ſunt ſeculares, intra quadrimeſtre, & ſiue poſt permutationem factam, interueniat conſenſus tacitus, ſiue expreſſus, id ſufficere concludit, & quidem optimis rationibus, & profecto iſta eſt veritas.

OPINIO DCXV.

SVMMARIA.

1 *Pignus prætorium, quod in contumaciam rei non comparentis capitur, intra quod tempus vendi poſſit, relinquitur iudicis arbitrio.*
2 *Pignus prætorium quod dicatur.*
3 *Pignus prætorium non conſtituitur nudo verbo iudicis, ſed requiritur immiſſio in poſſeſſionem: niſi cum caſu vel facto potentioris fieri nequit.*

PIGNVS prætorium, † quod capitur ob rei non comparentis contumaciam, cum non reperiatur tempus præfixum in iure quando vendi debeat, & poſſit, ideo relinquitur id arbitrio iudicis, ſecundum Doct. omnes, *in l. cum proponas. C. de bon. auth. iud. poſſ.* Bart. & alios *in l. ſi finita.* §. *Iulianus. ff. de dam. infec.* Alex. & Iaſ. *in l. debitoribus. num.* 4 *in fin. eod. tit.* vbi commemorat hanc eſſe communem opinionem, & Neguſ. *in tract. de pignor. & hypo in* 6. *par. primi membri, nu.* 8. 1
Cōis opin.

Et aduerte, † quod pignus prætorium illud dicatur, quod datur per iudicem in contumaciam rei, ex primo decreto, ſecuta tamen immiſſione, vt eſt text. & ibi Doc. Bar. *in l. non eſt mirum. ff. de pig. actio.* quo nempe caſu locus eſt primo, & ſecundo decreto, vt *in d. l. ſi finita* §. *Iulianus, cum ſimilibus, & l. cum vnus. ff de bonis auth. iud. poſſ* & habetur per Paul. de Caſt. *in d. l. ſi finita.* §. *ſi plures. col.* 4. *verſ. Secundo quia non ſit adiudicatio.* Sed † pignus hoc prætorium nō conſtituitur nudo, ſimpliciq; iudicis verbo, ſed requiritur immiſſio in poſſeſſionem, niſi quando per caſum, vel de facto potentioris fieri non poteſt: tunc enim miſſio habetur pro facta. ita Bar. *in l. ſi finita.* §. *illud quæritur. ff de dam. infect. & Bal in l.* 3. *in prin. C. vt in poſſ. leg.* 2
3

OPINIO DCXVI.

SVMMARIA.

1 *Pignus conuentionale creditor poteſt vendere, elapſo biennio, à tempore moræ debitoris, niſi aliud conuentum ſit inter partes.*
2 *Pignoris conuentionalis, & prætorii decem differentiæ remiſſiue.*
3 *Pignus conuentionale conſtituitur inter abſentes, & de nocte, & multis aliis modis, & contrahitur quibuſcunque verbis, & ſine ſcriptura.*

PIGNVS conuentionale, † antequam alienatur, ſi aliud non conuenerit inter partes, creditor debet expectare biennium à tempore moræ numerandum, & ſic elapſo biennio illud vendere poteſt, textus eſt *in l. fi.* §. *ſancimus. C. de iur. do. impe.* & hoc firmat Glo. & omnes communiter, *in l. debitoribus. ff. de re iud.* & iſtorum opinionem ſequuntur, fuentur, & dicunt eſſe communem ibi Alex. *n.* 6. *&* 27. & Iaſ. *nu.* 5. *& ſeq.* Et licet in aliquibus caſibus inter ſe conueniant pignus conuentionale, & prætorium, vt late explicat, & interpretatur Neguſ. *in tract. de pign. & hyp. in* 3. *part.* 2. *membri, num.* 29. *cum multis ſeq.* Tamen † ibi ponit decem differentias inter pignus conuentionale & prætorium, vtiles, veras, & neceſſarias; Et potiſſimum, ſecundum Bar. Glo. & alios *in l.* 1. *ff. de pig. act.* pignus prætorium, & conuentionale differunt in modo conſtituendi, ſiquidem conuentionale contrahitur ſolo conſenſu partium: prætorium vero actuali iuſſione, niſi in caſi. *l. vnic.* §. *fin. cum l. ſequent. ff. de bo auth. iud. poſſ.* & Alexan. *in d. l.* 1. vbi ſimiliter adijcit alteram differentiam, ſcilicet quod requiratur diſcuſſio in petitorio, quæ alias non requiritur in conuentionali hypotheca. Nec non tradit poſtremo etiam aliam differentiam: quia creditor accipiens pignus prætorium liberatur in totum, licet pignus non ſit idoneum, *l. à Diuo Pio.* § *ſi pignora. ff de re iud.* ſecus vero in conuentionali, *l. creditor, qui non idoneum. ff. ſi cer. pet. & l. ſi pro mutuo. C. eod. tit.* 1
2

Et pignus † hoc conuentionale conſtituitur inter abſentes, contrahitur quoque quibuſcunq; verbis, etiam abſque ſcriptura. Item conſtitui poteſt de 3

nocte

[illegible] multis aliis [illegible]ibus, relatis, & ſubſi[illegible] ne [illegible] per Negu[illegible] *in d. tract. de pig. & [illegible] p. [illegible] par. [illegible] membr. n. 1. cum [illegible] q. & [illegible] o. [illegible] de ſeru.*

OPI[illegible]O DC[illegible]VII.

S V M M A R I A

1 *Pollutatio de [illegible] canonico non producit actionem.*

Solutum ex pollicitatione repeti non pote[illegible] in [illegible] ca-ſum

1 PO[illegible] quæ eſt vnius pr[illegible]miſſio, abſen[illegible] [illegible] e [illegible] [illegible]polit. [illegible] [illegible] [illegible] in indicio; [illegible] iſt[illegible] [illegible] & [illegible] ex pollie[illegible] tati[illegible] [illegible] [illegible] q. [illegible] h[illegible] [illegible] b ib [illegible] q. [illegible] de [illegible]. q[illegible] late [illegible] [illegible] col. 1. & ſ[illegible] de [illegible]. Sed [illegible] [illegible] ſib [illegible] n [illegible], [illegible] *inter vn* [illegible] [illegible] ſtruit con[illegible]tum, q[illegible] [illegible] [illegible]ctione actio nõ oria-tu, cuius opin[illegible]onem [illegible] [illegible] *ſ. vel [illegible] tium.* § [illegible] *nulla ff. de ver.* [illegible] *col. 3 & ſeq.* [illegible] *fol.* [illegible] & [illegible] D. [illegible] ac [illegible] co-[illegible] *us co* [illegible] 16. [illegible] 4. po[illegible] ot [illegible] onſilia A[illegible] Bu[illegible] [illegible] ha [illegible] & ex-p[illegible] e[illegible] [illegible] munem & [illegible] ſequor, tan[illegible] quam veriſſim[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] tuc[illegible] [illegible] in O[illegible] *Pactorum genera nu.* [illegible]o.

2 S[illegible] d[illegible] [illegible] quis [illegible], quod me[illegible] [illegible] [illegible] r, epetere, tan-quam inde [illegible] d bit[illegible] nequire in ſep[illegible] diſti[illegible] & [illegible] tis, atque reſolu[illegible] Andr. ab Exea, *in trac. de pactis, ſub nu.* 110. *cum* [illegible]*q.*

OPINIO DCXVIII.

S V M M A R I A.

1 *Pollutio nocturna p[illegible] ſola an ſit peccatum mortale, vel [illegible]niale.*

2 [illegible] *ſia a* [illegible] *ata, m* [illegible] *a opus carnale commiſſum eſt, aut* [illegible] *a reconci*[illegible] [illegible] *ratione, ad hoc ut* [illegible] *m ea poſtea diuina celebrari.*

3 [illegible] *es an ob* [illegible] *nocturnam debeat abſtinere* [illegible] *celebr*[illegible]

4 *E*[illegible] *lesi*[illegible] [illegible] *ratum* [illegible] *pria vxo-r*[illegible] *cam*, [illegible]

5 [illegible] *mia.*

6 [illegible] *ſtatim* [illegible], *& menſtruo laborans,* [illegible] *a ningre* [illegible]

1 P[illegible] †[illegible] ſomnian[illegible] [illegible] um [illegible] e nec [illegible] & [illegible] ve[illegible] [illegible] un[illegible] [illegible] d [illegible] Ant. Arc[illegible] [illegible] d [illegible] b [illegible] con-[illegible] vt p[illegible] [illegible] fe[illegible] e-u[illegible] aut per [illegible] é p[illegible] & [illegible] ut [illegible] *cau c* [illegible] c. [illegible] S. [illegible] d[illegible] c-[illegible] [illegible] c. [illegible] tus, [illegible] [illegible] pec[illegible] cat[illegible] ma-[illegible] Aqu. *ind arti.* 5 S. Ant. *ind.* § 9

poſt pre[illegible] Maior. *in 4. ſent. d. ſ. 9 q. 3* & Tho. de Aqu. *ibi q.* [illegible] S. Ant[illegible] *in* [illegible] *ar. 11.* [illegible] 6 §. 10 & Theo[illegible] cõmuniter [illegible] *ſtam* [illegible] 2. [illegible] q. 154. [illegible] qu[illegible] ectum a p[illegible] [illegible] atim, cu[illegible] d [illegible] per [illegible] & [illegible] [illegible] & equ[illegible] etiam Pe[illegible] P[illegible] *epit.* [illegible] *can. crim.* [illegible] *ſub nu.* 7 vbi te-ſta[illegible] m[illegible]

E[illegible] quod [illegible] pollutionẽ [illegible] culpa [illegible] [illegible] fe[illegible] abſt[illegible] ere S[illegible] ca[illegible] eſſ[illegible] [illegible] de præc[illegible] d[illegible] [illegible] [illegible] T[illegible] o. [illegible] *par* [illegible] *art.* [illegible] *in alio loco* [illegible] Ant. *ind* §. [illegible] q. 4. [illegible] e. *in ver.* [illegible] *q.* [illegible] & [illegible] *in ver.* [illegible] *militer,* [illegible] *teſtam.* C[illegible] [illegible] d[illegible] dere[illegible] um grauẽ[illegible], [illegible] cu[illegible] [illegible]tum morta[illegible] [illegible] nis. [illegible] poſt po[illegible]tionem no[illegible] [illegible] cip[illegible]m hab[illegible] ẽ d culpam [illegible] m intra decem h[illegible] tamen [illegible] on-c[illegible] & confeſſio[illegible] dictæ culpæ [illegible] p[illegible] onem [illegible] aliud requirit S[illegible] [illegible] *pr*[illegible] & Io Ma-ior. [illegible] q. 2. Ego vero [illegible] præſ[illegible] m[illegible] e la-cerd[illegible] omnes, vt [illegible] [illegible] te-ter [illegible] com[illegible] [illegible] hum ho-n[illegible] m[illegible] aſtandu[illegible] [illegible] E[illegible] ha[illegible], [illegible] ſuad [illegible] de[illegible] *u de* [illegible] *con*[illegible] *4. lib. cap* [illegible] *& in* [illegible] *diſt* [illegible] ſit p[illegible] ter po[illegible] nocturnam & [illegible] cra[illegible] ula, ve[illegible] [illegible] ſda. [illegible] nota[illegible] Na[illegible] *de* [illegible] *&* [illegible] *ad-miniſtratione* [illegible] *3 part.* [illegible] *3* [illegible] S. cus vero eſt, [illegible] con[illegible] [illegible] v la ipſius culn[illegible] pollutus non tenetur abſtine[illegible] ab [illegible] ut per Io. de G[illegible] *in loco,* [illegible] præſertim c[illegible] remotiſ[illegible] du[illegible] vo-lu[illegible] del[illegible]atione, atque tur[illegible] m delecta-ti[illegible] [illegible] unionem, per nota ta per S[illegible] R[illegible] *in ver.* [illegible] *unt art.* 6. 5. *& in* [illegible] *pol-lutio.* vbi dete[illegible] [illegible] [illegible] o[illegible] to-ne[illegible] occuſat[illegible] [illegible] non [illegible] & [illegible] N[illegible] d[illegible] *mira*[illegible] *de ſa ram. & eorum admin*[illegible]*ratione* [illegible] bi[illegible] atq; niſi [illegible] quem [illegible] m, nihil præte[illegible] [illegible] &quando p[illegible] in peccatum, & arceat à [illegible]ptione eucha-riſtiæ.

4 E[illegible] lcet [illegible] leſa polluta non [illegible] in ea[illegible] [illegible]tum cum[illegible] ria [illegible] e, vt [illegible] eſt ſupra [illegible] *num.* 2. & probatu[illegible] tam per [illegible] [illegible] *co de co*[illegible] *vel altar*[illegible] 6 q[illegible] [illegible] ſit [illegible] pro[illegible] pollution[illegible] [illegible] ceſſat cauſa indu[illegible] [illegible] per Abb[illegible] *sod. tit. de conſe.* [illegible] *vel* [illegible]

5 N[illegible] [illegible] nerai[illegible] um voluit Nauar. *inter* [illegible] *fine ve*[illegible] *de ſex*[illegible] [illegible] *quibus eccleſia prop*[illegible] *ta habetur, & c.* [illegible] *in 2.* [illegible] *in* [illegible] *Roman* [illegible] [illegible] ibi proba-tam *ind. c. eccl*[illegible] *de conſec. diſt.* 1. Quia ipſe maritus [illegible] aret, habe[illegible] [illegible] ſacro [illegible] conſe rato, [illegible] bene [illegible] ſiue vxor[illegible] habeat, vt vo-l[illegible]ptate ſruatur ſiue vt [illegible] ationem vitet, & ſiue ad modicum tempus [illegible] in eccl[illegible] ſia ſine [illegible] tum, vt tempore belli, vt a[illegible] reprehendend[illegible] [illegible] ter-minatur N[illegible] uar. *in ſumma, can.* [illegible] *de* [illegible] *decalogi, num.* [illegible] *haberis ver. de conſ*[illegible] [illegible] *peccatu n.* 32,

[illegible] 2 *in ſine*

6 *in fiat, fol. 165* Et nihil[illegible]rum, † ex ſ finxit prope rationibus, quæ adduci [illegible] . Primo, quia Eccleſia eſt thronus Dei, ſecundum Specul. *in proœmio, in principio*. Et ſecundum Bernardum *ſuper cantica*, Eccleſia ipſa eſt ſponſa Chriſti, tabernaculum Cedar, & ſanctuarium Dei, & æternum habitaculum, & cœleſte palatium, aula Regis, & corpus mortis, & templum lucis, & diſpe[illegible] denique ſuperbis. Et ſic ſecundum Lactantium Firmianum, *diuinarum inſtitutionum, aduerſus gentes lib. 4.* Sola igitur catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet, hic eſt fons veritatis, hoc domicilium fidei, templumq; Dei; Ita vt Eccleſia, ſicut[illegible] *c. quorum vices. 68. diſt. & in c. cum clerici. de verb. ſignific.* quandoque dicatur vxor, quandoq; mater, quandoque filia. Secundo ſimiliter animaduertendum eſt, quod in eccleſiis nihil incongruum vel inhoneſtum agi debeat, *c. nullus. 62 diſt. & c. & ad hæc dixim. 16. q. 7.* quoniam, ſecundum Auguſtin. *lib. 11. de ciuitate Dei*, [illegible] populi ad Eccleſiam confluunt caſta celebritate, honeſtaque vtriuſque ſexus diſcretione, vt audiant quam bene hic viuere debeant; Nihil eis turpe, aut flagitioſum ſpectandum, imitandumque proponatur, vbi Dei viui aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dicta laudantur, aut beneficia poſtulantur.

Eſt tamen bene verum, † mulierem non fore prohibendam, eccleſiam intrare eadem hora, qua genuit, & hora qua patitur menſtruum, *c. cum enixa, & c. ad eius vero. 5. diſt.* ita vt ſecundum Gregor. ſi mulier eo tempore accederet ad Eccleſiam, non foret aliquo modo iudicanda, cum paſſio eius nullam inducat culpam: ſi autem abſtineret, laudanda vtiq; eſſet. Et hinc eſt, quod non mediocriter ſint vituperandi ſacerdotes idiotæ grauantes huius generis mulieres grauibus pœnitentiis, cum Eccleſiam tempore menſtrui ingrediuntur, & ad ſacramentum altaris accedunt, ſecundum Nicolaum Ploue *in tract. de ſacram. & eorum adminiſtrat. cap. 3 tertia partis, nu. 3. in fine*, vbi non immerito criminatur de Simonia confeſſores, imponentes pro pœnitentia[illegible] emptionem alicuius rei ipſis tradendæ. Et ratio probabilis hæc eſt; nam afflicto non eſt [illegible]enda afflictio, *c. cum percuſſio. 7. q. 1. c. at ſi clerici, in fine, de iud. c. ex parte de cleric. agrot. vel debil. l. diuus ff. de off. præſid. l. Iulian. §. fin ff. ad l. Rhod. de iact. & in l. cum deuotum, C de Epiſc. aud.* vbi traditur pulſſimum exemplum, *& in l. iure ſuccurſum, ff. de iur. dot.*

8 Sed attingendo ſcopum huius ſpeculationis, concludendum eſt, quod propter pollutionem nocturnam, vel coitum mulieris in eccleſia ſit reconciliandanda eccleſia ipſa, ita Glo. *in c.* [illegible] *de conſecrat. eccleſ. vel altar. lib. 6. & in c. eccleſiis 68. diſt.* Petrus epiſcopus [illegible] in ſuo *repertorio vtriuſque iuris, in verb. Eccleſia, verſ. an per pollutionem*, & huic opinioni aſſentitur etiam Roymundus *in ſua ſumma, tractatu 10. de ſacrilegiis. cap. 3. in fine*, vbi hoc amplificat etiam locum obtinere vt Eccleſia propter ſeminis pollutionem in ea occurſam etiam ſit reconcilianda, ac reconſecranda, etiamſi dubium foret, an fuiſſet conſecrata vel non.

OPINIO DCXIX.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio an, & quando transferatur per traditionem clauium.*
2 *Poſſeſſio probatur per traditionem clauium, ad hoc, vt ſpoliatus poſſit reſtitui.*
3 *Poſſeſſio non transfertur per ſolam clauium traditionem, titulo non præcedente, & nu.* [illegible]
4 *Claues in dubio præſumuntur traditæ cauſa cuſtodiæ, ſi titulus non præcedat.*
5 *Poſſeſſio transfertur* [illegible]
6 *Poſſeſſio beneficii acquiritur per traditionem clauium, vel annuli portæ eccleſiæ clauium.*
7 *Poſſeſſio rei emptæ tradita videtur per traditionem inſtrumentorum emptionis.*
8 *Poſſeſſio domus & horrei transfertur traditis clauibus, etiam extra conſpectum horrei.*
9 *Poſſeſſio transfertur per traditionem clauium, etiamſi illæ tradantur per alium nomine domini.*
11 *Poſſeſſionem non habens non poteſt illam alteri tradere.*
12 *Poſſeſſio non transfertur per traditionem clauium, quando non ſunt traditæ principales claues principalis portæ.*
13 *Poſſeſſio non transfertur per traditionem clauium* [illegible] *traderentur ab eo, qui non poteſt de re* [illegible] *diſponere.*
14 *Poſſeſſio non transfertur per traditionem clauium rerum in domo non vacantium.*
15 *Poſſeſſio non transfertur ex traditione rei, non contractatis rei traditæ.*
16 *Poſſeſſio beneficii non transfertur per traditionem bireti, ſiue annuli extra eccleſiam, vel beneficii conſpectum.*
17 *Poſſeſſio rei abſentis licet non transferatur per traditionem annuli, videtur tamen tradita facultas intrandi poſſeſſionem propria authoritate.*
18 *Poſſeſſio beneficii propria authoritate capi non poteſt.*
19 *Poſſeſſio actualis transfertur per traditionem bireti, vel annuli portæ eccleſiæ, in conſpectu eccleſiæ, vel beneficii, dummodo tradatur annulus ſeu biretum ab habente poteſtatem, & dummodo poſſeſſio ſit vacua.*
20 *Poſſeſſio cur non transferatur per annulum, ſicut per claues.*
21 *Poſſeſſio non transfertur per traditionem clauium, tum non ſint traditæ veræ claues.*
22 *Poſſeſſionis tranſlatio non impeditur cum erratur in corpore.*
23 *Res conſiſtentes in menſura numero, & pondere, ante menſurationem, ſeu ponderationem non cenſentur traditæ, ſi etiam res in horreo conſiſtentes, non indeterminatæ vel venditæ.*

POSSESSIO † per traditionem clauium portæ domus, vel [illegible], vel [illegible] in quo res recondita eſt, transfertur ad [illegible]mum, ſi claues traditæ, & coniunctæ ſint, in re præſenti iuxta horrea ita vt determinate ſciatur, vbi res, & merces ſint, vt voluit Bart. & cæteri omnes in l. 1 q. [illegible] *ff. de acquir. poſ.* præſertim Iaſ. C[illegible]d. [illegible] queu. & Ripa. *nu. 3 & ſeq.* qui aſſerunt hanc opinionem Bar. communem eſſe. Et quamuis Alex. ibidem, & Bartholomæus Romuleus. *au.* [illegible] *cum aliis ſeq.* diſcrepent à dicta communi; nihil omnius fatuum eſſet [illegible] deciſiuis te ederem communi præmiſſa, tanquam [illegible]cta: quam ſequitur etiam Michael Ciſue[illegible] *ſuper leg. Tauri, in l. 17, ſub num. 2.* [illegible] nonnullos alios [illegible]ius, in quibus [illegible] modo transfertur poſſeſſio, [illegible] traditione. Vnde † per traditionem clauium probatur poſſeſſio, & huiuſmodi probatio abſque dubio à quo ſpoliatus eſſet, vt ſpoliatus reſtitueretur, ſecundum [illegible] & omnes *in d. l. 1.* & præ cæteris Alex. *in d. nu. 78* & Rotam Rom. *in antiquis deciſ. 717.* Com. opin. 1 2

Cæterum hæc omnia intellige vera eſſe, [illegible] titulus præceſſerit traditionem clauium, [illegible] titulo non præcedente, per ſolam traditionem clauium poſſeſſio non transfertur, vt per Iaſ. qui [illegible] explanat, & interpretatur, *in d. l. 1. § ſi iuſſerim. nu.* [illegible] *ff. de acq. poſ.* [illegible] titulus non præceſſit † [illegible] dubio [illegible]cen[illegible]ues [illegible]tradit[illegible] [illegible] *in l. cum pater §. pater pluribus* [illegible] *leg.* [illegible] *in d. l.* & [illegible] illuſtris D. Pontanus, [illegible] *n. 68* & 3 4

Alex.

Alex. nu. 28. & 34. & Alberi. *in ead. l. §. ſi iuſſerim*, qui
diſcutiunt, & determinant caſum etiam, in quo non
erant traditæ veræ claues; prout reſoluunt quoque
alter caſus, quando traditæ non eſſent claues prin. i-
pales, per Old. *conſ.* 209 *in caſa Hoſpitalis Sancti Aegi-
dii*, & per Rot. Ro *deciſ.* 153. Nota: *pone, quod aliquis eſt
inductus*, & *deciſ.* 302. Nota *quod per traditionem annuli
porta beneficii, in antiquis.*

5 Iſta itaque communis ita illuſtrata, ampliatur pri-
mo in tantum procedere, vt transferatur poſſeſſio
etiam per contraſignum ita Afflict. *deciſ.* 199 *in fin.*
Et tunc vtique non eſt de neceſſitate, vt hoc contra-
ſignum detur iuxta Caſtrum, ſeu Fortalitium: Et ra-
tio poteſt eſſe, quia contraſignum adulterari non
poteſt, vt facile poſſunt claues.

6 Secundo † ampliatur etiam eadem communis lo-
cum obtinere in beneficialibus; tunc enim per tra-
ditionem clauium, vel annuli, vel catorſiæ ipſius ec-
cleſiæ, acquiritur poſſeſſio beneficii, vt voluit Iaſ. *in
l. clauibus, num.* 92 *ff. de contrahen. empt.* Rota Rom. *in
d. deciſ.* 153 & *deciſ.* 302 & 717. *du ſi aliquis expectans ac-
ceptat, in antiquis*, & Buſligne. *deciſ.* 8 *de reſtit. ſpol.*

7 Tertio † ampliatur ſimiliter procedere commu-
nis iſthæc in Inſtrumentis emptionis; quia eis traditis,
videtur tradita poſſeſſio rei emptæ, *l.* 1. *C. de donat.* &
non requiritur præſentia illius rei, vel ſeruorum, *in d.
l.* 1. ſicut requiritur *in d. l. clauibus.* Et ratio eſt, quia cla-
ues non afferunt ſecum totale fundamentum rei, &
poſſeſſionis, veluti Inſtrumenta. ita Alber. *in l.* 3. §.
Neratius ff. de acq. poſ.

8 Quarto † ampliatur etiam vtiliter cõmunis præ-
libata, quod traditis clauibus transferatur poſſeſſio
domus & horrei, vbicunq; hoc ageretur etiam non
apud domum & horreũ: quia ſi hoc prope ipſa hor-
rea ageretur, clauium traditio nihil operaretur: nam
ſufficeret aſpectus horreorum: *vt d. l.* 1 § *ſi iuſſerim* &
l. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acq. poſ. ergo, vt aliquid
addat traditio clauium, habet locum *d. l.* etiam non
iuxta horrea.

9 Quinto † ampliatur eadem met communis, vt lo-
cum obtineat etiam, ſi tradantur claues per alium eo
nomine, *d. l.* 1 § *ſi iuſſerim*, & *l.* 1. *C. de expil. hered.*

10 Sed † opinionem hanc ita ampliatam limita pri-
mo, quod non transferatur poſſeſſio non præceden-
te aliquo titulo, vt plane colligitur ex *d. l. clauibus*, &
in §. antepen. Inſtitut. de rer. diuiſ. & *in l.* 2 *C. de peric. &
commo. rei vend.* vt explanaui ſupra, *per d. l. cum pater. §.
pater pluribus*, vbi Bart. *ff. de legatis* 2.

11 Secundo limita etiam, † quod locum nõ habeat,
niſi in vero poſſeſſore: quia qui poſſeſſionem non
habet, non poteſt eam alteri tradere, ſeu transferre:
arg. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. & eſt text. *in l.* 1. §. *Scauo-
la. ff. ſi quis teſta lib. eſſ. iuſſ. fuer.* & Rota Rom. *in practicatũ
deciſ.* & Albet. *in d. l.* 1. §. *ſi iuſſerim*, & Oldr. *in d. con.* 209.

12 Tertio limita itidem, † quando non forent tradi-
tæ principales claues principalis portæ. ita Albet. *in
d. l.* 1. §. *ſi iuſſerim.*

13 Quarto limita ſimiliter quoque, † quando eſſent
plures poſſeſſiones, vt vnus ſolũmodo traderet cla-
ues. & ſic vbicunq; claues traderentur ab eo, qui non
poſſet de ſe ſolus diſponere; tũc quippe poſſeſſio nõ
transferretur, ita Albet. *in d. l.* 1. §. *ſi iuſſerim*, & Oldr.
in d. con. 209. & facit tex. *in l. in concedendo ff. de aq. plu. arc.*

14 Quinto limita, † vbicunq; in illa domo, cuius ſunt
traditæ claues, eſſent aliquæ res non vacantes, quia
non transfertur tunc earum poſſeſſio, & facit ad hoc
l. 3. §. *Neratius. ff. de acq. poſſ.* & poſſet vtiq; exemplifi-
cari in columbario, vbi eſſent aliquæ aues.

15 Sexto limita etiam non intempeſtiue, † minime
procedere, in traditione rei non cohærentis rei ven-
ditæ, puta ſi traderetur annulus aureus, vel biretum,
vel quid ſimile, ita Faber *in d. §. antepen. inſtit. de rer. di-
uiſ.* Guid. Papæ *deciſ.* 22. & 81. Quod † procedit in re- 16
bus ſpiritualib. etiam: Nam poſſeſſio beneficii non
transfertur vllo modo per traditionem bireti, ſeu
annuli extra rei, & ſic eccleſiæ conſpectum *c. trans-
miſſam. de elect.* & ibi Io. And. Sed † bene tunc vide- 17
tur tradita poteſtas intrandi poſſeſſionem propria
authoritate, text. eſt *in l. prædia ff. de acq. poſſ.* & ibi Bar.
& alii omnes, Innoc. *in c.* 2. *de conſue.* Roma. *ſing.* 137.
conſuetudo eſt, & *conſ.* 337. *quoad primum conſultationis ar-
ticulum, ſub nu.* 6. Alex. cum aliis aggregatis per eum,
in l. 3. *ff. de acq. poſ.* Dyn. *in c.* 1. *de reg. iur. lib.* 6 & Iaſ. *in
l. quoties, nu.* 31. *C. de rei vend.* Quamuis † in beneficia- 18
libus regulariter, quis propria authoritate appre-
hendere poſſeſſionem beneficii nequeat, *c. cum qui.
de preb. lib.* 6 & Lapus *in alleg.* 127 *Anaſtaſius canonicus,
ſub nu.* 3. & *ſeq.*

Et † quanquam poſſeſſio beneficii non transfe- 19
ratur vllo modo per traditionem annuli, vel bireti,
eccleſia & re non præſenti: tum vbicunq; traditio
bireti, vel annuli porte loci beneficialis fieret in con-
ſpectu beneficii, & fiere præſente operaretur actua-
lem poſſeſſionem, *arg. d. l. clauibus. C. de contrahen. emp.*
& ita concludi Ro *in d. conſ.* 337. *nu.* 6. & *conſ.* 481. *in
caſu propoſito, num.* 3 & *ſeq.* Alex. *in d. l.* 3. *ff. de acq. poſ.*
Abb. & Felin. *col. pen. in c. cum aliquibus, de re iud.* & Ti-
raq. *in tract. de iur. conſtit. in* 3 *par. limit.* 17. *nu.* 2. Cæ-
terum hoc intellige ſane procedere duobus modis:
Primo quidem, vbicunque traderetur annulus, ſeu
biretum ab habente poteſtatem tradendi, vt conce-
dit Ro. *in d. conſ.* 381. *ſub num.* 3. & Pet. Rebuf. *in ſua
pract. ben. ſi in tit. de miſſ. in poſ. nu.* 35. Secundo hoc in-
tellige de plano procedere, dummodo poſſeſſio fo-
ret vacua, & non reperiretur in ea impedimentum;
ita Ripa *in tract. de peſte. de priuileg. contract. tan. poſt. nu.*
188 & Abb. Feli. & alii *in d. c. cum aliquibus*; & conſe-
quenter poſſeſſio per receptionem clauium ita pro-
baretur, niſi alius poſſideat: quia duo non poſſunt in
ſolidum poſſidere, ſecundum Bart. Soc. *conſ.* 131. &
in l. poſſideri, nu. 24. *ff. de acquir. poſſ.* Cur autem annu- 20
lus, ſicut claues non transferat poſſeſſionem, dicas,
vt per Bal. *in l.* 1. *C. de dot.* quia quædam ſunt nomi-
na poſſeſſiua, vt claues, & ſimilia, & quædam ſignifi-
catiua, vt annulus, & ſimilia.

Septimo limita, † vt ſupra docuimus, ſi non eſ- 21
ſent traditæ veræ claues, vt concedit conſummatiſſi-
mus in legali ſcientia præceptor meus D. Guliel.
Pontanus *in d. l.* 1. *num.* 68 *ff. de acq. poſ.* ex mente Bal.
Nouell. & colligitur (vt ipſe ibi explicat) ex verbis
text. *in d. l. clauibus.* Ipſe tamen concludit eſſe circa
hoc diſtinguendum, quod aut hoc fit dolo factum,
& tunc nullo modo transfertur poſſeſſio: quia non
concurrit animus tradentis, & accipientis: Aut erro-
re, & eo caſu videtur translata poſſeſſio, & diſtinctio
hæc vltra eum, probatur *in l. ſi me in vacuam, in prin. ff.
de acq. poſ.* Nam † quando non erratur in corpore 22
haudquaquam impeditur translatio poſſeſſionis, ita
Glo. *in l. quæ extrinſecus. ff. de verb. obligat.* & limitatio-
nem hanc vberius declarat, atq; interpretatur Rota
Ro. *in d. deciſ.* 302. & 353. *in antiquis.* & Biſſig *in d. dec.*
8. *de re. ſpo.*

Poſtremo † limita in rebus conſiſtentib. in nume- 23
ro, pondere, vel menſura, quia ante menſurationem
& ponderationẽ non dicitur perfectus contractus;
& ſic non videtur translata tunc poſſeſſio rerum in
horreis exiſtentium, per traditionem clauium, *l.* 2. *C.
de peri. & cõm. rei ven.* vbi Caſt. & *l. quod ſæpe §. in iis. ff. de*

N 5 *contrah.*

contrah. empt. & eſt deciſ. Afflict. 280. & 399. Sed hoc non procedit, ſi venditio iſtarum rerum facta foret indeterminate, quia tunc non requireretur aliqua ponderatio, vel menſuratio, *vt in d. §. in tit.* & in his caſibus videtur ficta poſſeſſio, non autem vera, ita Glo. *in l. 3. in fi. ff. eo.*

OPINIO DCXX.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſione vnius ex pluribus fundis vel rebus hæreditariis apprehenſa an reliquorum quoque poſſeſſio apprehenſa cenſeatur.*

4 *Poſſeſſio non capitur, niſi coloni eiiciantur. Et hoc procedit etiam in inquilino: nec ſufficit illos de domo eiicere, niſi & de fundo eiiciantur.*

1 POSSESSIONA vnius, † ex pluribus fundis apprehenſa, aliorum fundorum poſſeſſio apprehenſa non cenſetur, ſecundum Glo. *in ver. quamlibet.* communiter receptam ab omnibus, *in l. 3. de acq. poſ.* quod & in rebus hæreditariis procedit, in quibus ſi apprehenſa reperiatur aliquarum rerum poſſeſſio, cæteræ res nondum apprehenſæ poſſideri non dicuntur, vt voluerunt Dyn. & Anch. *in c. 1. de reg. iu.* Alex. poſt alios *in d. l. 3.* quod & Iaſ. ibi pulchre tradidit, dicens apprehenſione poſſeſſionis vnius prædii nequaquam acquiri poſſeſſionem aliorum prædiorum, etiam concurrente animo acquirere volentis, *l. prædia. de acq. poſſ.* allegans Bal. *in l. 2. C. de ſeruit. & aq.* & Ang *in l. licet. C. de acq. poſſ.* ſubiungendo, hęc procedere non ſolum, quando plures res diſtinctæ, ſeparatæq; forent, verum etiam, ſi plures ſub vniuerſitate iuris, puta hæreditatis continerentur; nam & eo quoq; caſu, per apprehenſionē poſſeſſionis vnius rei hæreditariæ, aliarum rerum poſſeſſionem non contineri. Adde And. Gail. *lib. 2. pract. obſ. Imper. Cam. obſ.* 129.

¶ In contrariam vero ſententiam inclinarunt Doctor. antiqui, quos recitat And. de Iſer. qui tenuere, in caſu, quo plures res titulo vniuerſali quæſitæ eſſent, vnius rei apprehenſione, etiam aliarum rerum poſſeſſionem apprehenſam dici, exemplificando de rebus hæreditariis, per Glo. *in l. reſtit. ad Treb.* & ita iudicatum eſſe, ſicut A'nar. *in c. 1. ver. quaro ab extra. in tit. quid ſit inueſt.* ex d. And. de Iſer. latius tract. ſup. & opinioni huic inhæret quoq; Tiraq *in tra. de retract. conſang. §. 36. Glo. 3. n. 2. 3 & ti in tit. ſeu rub. iuriſdict. in cuius territorio bonum acquiſitum ſit.* Sed parum aut nihil obſtant ea, quæ Alua. & And. de Iſer. ſuper antiquorum opinione tradiderunt: quia ipſemet And. eam opinionem reprobat, & ait male ſecundum eam eſſe iudicatum, allegando *l qui abſenti §. fi. de acq poſſ.* quam antiquorum doctrinam, etiam Dy. & Anch. *in d. c. 1.* reprobarunt, ideoq; remoto omni dubio, tute, & libenter poſſumus ſequi cōmunem præmiſſam, quod ex apprehēſione aliquarum rerum hæreditariarum, aliæ res, quæ nō ſunt apprehenſæ, poſſideri non cenſentur. ita Alex. *con. 70 magnificus, in fine, vol. 6.* & hęres non eſt poſſeſſor hereditatis, donec eam apprehenderit, *l. cum heredes. ff. de acquir poſſ ff.* Io. Neuizan. *conſ. 80. pro Michaele de Adama, n 31* & ante prædictos hanc eandem opinionem tenuit Dyn *in c. 1 nu 22. & 23. Extr. de reg. iur.* vbi Apoſtilla poſt varia hinc inde relata, pro vltima hac opinione tanquam communi teſtatur, pro cuius confirmatione optime facit *l. non eſt mirum. ff. de pignorat. act.* vbi Bal. & Paul. de Caſtr.

2 An † autem ſingularis ſucceſſor poſſit vti remedio Canonis *reintegranda, 3. q. 1.* cum non poſſederit; dic quod ſic. ſecundum Soc. Iun. *conſ. 34. n. 10. vol. 3.* vbi multum inſiſtit, & plura refert, & facit Glo. *in §. 1. in ver. bonorum, in fine.* vbi Aret. *Inſtit. de interd. ſtu.*

Hæres † etiam poteſt agere interdicto recuperandæ poſſeſſionis, etiamſi nunquam fuerit in poſſeſſione, vt tenet Afflict. *in conſtit. circa violentiarum, poſt nu. 3. lib. 1 rub. 25.* quod hæredi intra annum licet, ita Menoch. *de recuper. poſſ. l. remed. nu.* 410. alias non. 3

Nec itidem capitur poſſeſſio, † niſi coloni eiiciantur, ita Card Put. *deciſ. 17. de cauſ. poſ* Et hoc idem procedit quoq; in inquilino, etiam finita locatione, ſecundum Ant. Aug *deciſ. 3. & 214* & Put. *deciſ 6. de cauſ. poſſ* Nec ſufficit illos de domo eiicere, niſi de fundo eiiciantur, teſte Put. *deciſ. 2 de cauſ. poſ.* 4

OPINIO DCXXI.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſionis probatio non ſufficit in deciſoriis petitorii iudicii, ſed tituli quoque probatio requiritur.*

2 *Titulus probatur per inſtrumentum. Item per teſtes, nu. 3.*

4 *Titulus non probatur per inſtrumentum, in quo conceſſum alicui ſit omne ius, quod habet concedens, niſi probetur de iure concedentis.*

5 *Bonam fidem probare non eſt neceſſe, probato titulo.*

6 *Bona fides præſumitur etiam ſine titulo, cum quis diu poſſedit.*

7 *Poſſeſſio an probetur per fructuum perceptionem.*

8 *Poſſeſſio non arguitur, nec continuatur ex prohibitione, ne vicinus ſtercora, & feces proiiciat in loco vicino.*

9 *Poſſeſſio non cenſetur probata, cum teſtis deponit laboratores poſſediſſe nomine Titii, niſi deponat de eius mandato, vel ratificatione, & nu. 10.*

11 *Poſſeſſio non probatur, neque dominium per æſtimum, ſeu cataſtrum. Neque per ſolutionem collectarum. numer. 12.*

13 *Teſtes deponentes ſe vidiſſe aliquem tenere, & poſſidere, probant poſſeſſionem.*

14 *Poſſeſſio probatur ex multis actibus remiſſiue.*

15 *Poſſeſſio, vel quaſi exigendi cenſus, poteſt probari per plures teſtes ſingulares, dummodo ſint conteſtes in generalitate, maxime cum conſtat de antiquitate temporis, tunc enim transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium, nu. 16.*

17 *Libris priuatis cenſualibus, in quibus annuæ ſolutiones deſcriptæ ſunt, an probetur poſſeſſio ſeu quaſi, exigendi cenſus, & nu. 18. 19.*

20 *Mandatum de manutenendo, ſeu conſeruatorium, non datur, cum poſſeſſio non eſt clara, ſed obfuſcata, & intricata à poſſeſſione alterius. Et ſine partis citatione conceſſum ineſſicax eſt. nu. 27.*

21 *Per deſtinationem impoſitionemq; cuſtodum, item locationem rei, de qua agitur, recte probatur poſſeſſio.*

22 *Inſtrumenta locationum poſſeſſionem eo magis probant, ſi poſt locationem etiam perceptio fructuum, & mercedis interuenerit. Item ſolum inſtrumentum tenutæ probat poſſeſſionem, ſi tenuta conceſſa ſit à Iudice. Item inſtrumenta per locatorem conductori facta, contra conductorem probant.*

23 *Poſſeſſio probatur per teſtes deponentes ſe ſemper vidiſſe Titium tenuiſſe & poſſediſſe, & adhuc tenere, & poſſidere: Et in poſſeſſorio ſummariſſimo ſufficit probare ſolam rei inſiſtentiam, & detentionem. Et per ſimplicem ingreſſum acquiritur detentio.*

24 *In poſſeſſorio retinendæ ſufficit talis qualis probatio.*

25 *Cum quis reperitur in poſſeſſione, vel quaſi, etiamſi ſit facti, & iniuſta, non debet poſſeſſione ſpoliari, ſed tueri debet, donec in poſſeſſorio iuris ſeu petitorio de rei veritate conſtet.*

28 *An detentatori, & poſſeſſori via facti, competat interdictum vti poſſidetis vel ſolum officium iudicis.*

28 *Poſſeſſor poteſt obtinere in interdicto retinendæ, & remedio turbatæ poſſeſſionis duobus extremis probatis, primum, ſe poſſediſſe tempore turbationis, ſecundum ſi fuiſſe turbatum, num. 30.*

29 *Probans ſe in præteritum poſſediſſe, an in præſenti etiã poſſidere cenſeatur.*

31 *Poſſeſſio an aſſectibus, & fructuum perceptione probatur in reb. fructuoſis: in ſterilibus autem per ſolum rei viſum. Et quando ex fructuum perceptione poſſeſſio probari non poſſit.*

32 *Actore probante ſe poſſidere, reo non item, ad quid reus ſit condemnandus.*

33 *Modus libellandi in cauſis turbationis.*

34 *Cautione de non moleſtando, in libello non petita, an nihilominus propter clauſulam libelli ſalutarem, Iudex reum ad eam condemnare poſſit.*

35 *Spoliator violentus aliquam pœnam ex conſtitutione Regni vltra reſtitutionem ſit condemnandus. Et quomodo in eiuſmodi cauſis procedendum ſit. num. 36.*

36 *Turbatores, ſeu ſpoliatores quam ſatiſdationem præſtare teneantur.*

37 *An turbatores mandato manutentionis, ſeu conſeruatorio in expenſas, damna & intereſſe condemnari poſſint, an vero via ordinaria ſuper in agendum ſit.*

38 *Poſſeſſor qui eſt in poſſeſſione recipiendi, an cogatur oſtendere titulum etiamſi ſolutionem per 30. vel 40 annos receperit. & num. 41.*

39 *An ex ſolutione 30. vel 40. annorum inducatur contra ſoluentem, vel tertium præſcriptio proprietatis vel dominii, penes illum cui ſoluitur, exiſtentis.*

40 *In præſumendo titulo vel dominii probatione ex diutina ſolutione, per præſcriptionem vel alio modo, an requiratur, vt de inueſtitura conſtet.*

41 *Diutina tribuit titulum.*

42 *Ex ſolutione 30. vel 40. annorum an titulus Emphyteuſeos, vel cenſus præſumatur. & num 48.*

43 *Contractus Emphyteuticus an neceſſario ſcripturam requirit, niſi conſuetudine aliud receptum eſſe probetur.*

44 *Reſeruatio Dominii directi in contractu Emphyteutico propriè procedit, non in aliis niſi ſit ferentis iuratè.*

45 *Cenſuarius ob non ſolutionem cenſus in commiſſum non cadit nec prædia ei auferri poſſunt, etiamſi per 5000. annos non ſoluerit.*

46 *Si in inſtrumento dicatur, concedo tibi prædium pro annuo cenſu, in Emphyteuſin non cenſetur contractus Emphyteuticus, ſed cenſualis.*

47 *Contractus Emphyteuticus non præſumitur, niſi euidentiſſimè probetur: probatur autem, cum penſio impoſita eſt pro recognitione dominii, vel ſi iuramentum interuenerit. quo caſu emphyteuſis præſumitur.*

48 *In dubio potius præſumitur cenſus quam Emphyteuſis.*

49 *Ad emtandam caducitatem in ſolutione canonis Emphyteutici an ſola oblatio & verbalis ſufficiat.*

50 *Solutione diutina cenſus facta, an ex contractu cenſuali vel Emphyteutico facta præſumatur.*

1 POSSESSIONIS probatio † non ſufficit in deciſoriis petitorii iudicii, ſed tituli quoque probatio ſequitur, vt voluerunt Pet. Cyn. Alber. & Sali. *in l. ignorat C qui accuſ. non poſſ* Bar. Cy. & Bal. *per text. ibi in l. non nudis C. de prob* & Iaſ. *in l. neque poſſeſſio C. de teſta.* & horum opinio communis eſt, licet malè Dec. *conſ. 54.* & Feli. *in c. per tuas. extra. de probat.* teneant oppoſitum.

2 Sed † titulus tunc facile probari poſſet: nam ipſe titulus probaretur dubio procul per inſtrumentum vt notat per Gloſ. & omnes alios *in §. ſunt & aliæ. Inſt. de vſucapionibus & longi temp. præſcript.*

3 Et † ſi forte tunc non appareret inſtrumentum ad hoc probandum, probaretur vtique titulus ipſe per teſtes aſſerentes, deponentesque ſe interfuiſſe contractui; cum iſtud ſit tale, quod obiiciatur ſenſui viſus. ſecundum Doct præmemoratos.

Cæterum † titulus iſte non probaretur per inſtrumentum in quo conceſſum ſit alicui omne ius, quod habuit concedens, niſi aliter probaretur de iure cõcedentis: cũ in conceſſione ſubaudiatur clauſula, *ſi quod habet.* ita Bar *in l. cũ res. C. de probat.* & Dyo. & Bal. *in l. ſi ſic §. ſi mihi in fin. ff. de leg. 2.* 4

Vnde † probato titulo non venit aliter probanda bona fides: enim ea tunc in dubio præſumatur. *l. pen. & ibi Doct. C. de euictionibus.* 5

Quod † equidem de plano procedit, ſi quis haberet titulum, & diu poſſediſſet etiam ſine titulo: quia tunc bona fides ipſa abſque dubio aliquo præſumeretur. ita Innocen. *in c. cum omiſſ. de in integ reſt.* Bar. & alii omnes *in l. Celſus C. de vſucap* & Aug. *in l. præſcrip C quibus non obſt longi temp. præſcr.* Quia bona fide dicitur poſſidere ille, qui fuit in longa poſſeſſione, ex quorum adſunt probabiles coniecturę iuſtę poſſeſſionis. ita illuſtris, & Reuer. D O adinus, præceptor meus, lumen & decus iuris ciuilis, & Canonici, *in deciſ. 305.* 6

Veruntamen † poſſeſſio non ita facile probaretur quemadmodum & titulus: nam in omnibus caſib. infraſcriptis non probatur modo aliquo poſſeſſio ipſa. Et primo reſponſio de fructibus, quæ poteſt cõtingere ex variis, diuerſiſq; cauſis non arguit neceſſario poſſeſſionis recognitionem, vt concedit Bald. *conſ 130. vol. 3.* Quia poſſeſſio non probatur ex ſola fructuum perceptione: cum poſſit ſcitè replicari, atque reſponderi, perceptorem fructuum, illos familiaritatis cauſa percepiſſe. verbi gratia, ſi vxor iuſtum titulũ habuit, & vir fructus percepit, non propterea eum poſſediſſe ſequitur *l. qui iure ff. de acquir. poſſ.* Bal. *in l. ob maritorum C. ne vxor pro marit.* Soc. *conſ. 331. vol 1.* & Alciat. *conſ. 264. num. 7.* 7

Secund. † ſimpliciter nec ex prohibitione, ne vicinus ſtercora, & feces proiiciat, nec proiicere debeat in loco vicino, arguitur poſſeſſio, nec continuat. ita Pariſ. *conſ. 99. Adriano agenti num 6. vol. 4.* 8

Tertio. † deponens laboratores poſſediſſe nomine Titii, nec probans & præcisè deponens de eius mandato, non probat poſſeſſionem, ita Gozad. *conſ. 42. in caſu num 5* & Soc. Iun. *conſ 135 non obſtantibus in nu 23. vol. 2.* Siquidem † poſſeſſio nullatenus probatur, teſtibus, deponentibus, ſe nomine meo poſſediſſe, niſi & illud addant, me id ratum habuiſſe *§. ex his itaque Inſti. per quas perſo. l. ſi ego ff. de neg. geſt & l. 1 § per procuratorem. ff de acq poſ.* Alex. *conſ. 100 vol. 1.* Cor. *conſ. 190 & conſ. 199 colum. 4. vol 1. & conſ. 49 col 3* Iaſ. *conſ. 185. col 4. vol. 1.* Goza. *in d. conſ 42. nu. 5 & ſ q.* Soc. Iun. *in d. conſ. 135. nu. 23.* & Grauet. *conſ. 5. tria ſunt nu. 16.* 9 10

Quarto, † per æſtimum, quod quis haberet in communi, non probetur poſſeſſio, neque dominium ita Bal. *in l. ſi pater C. de act. emp.* Lanfranc. *in c. quoniam contra de prob. in tit. de teſt. ſub num. 93.* Franc. Aret. *in l in illa in ſi ff. de verb. obli. & in l. decẽ, eo. tit.* Bar. Bal. & cæteri omnes *in l. ſi poteſt C. de act. empt. & vend.* 11

Quinto † p ſolutionẽ collectarũ ſeu tributi, nõ probatur et ẽ poſſeſſio *l. pater tuus* & ibi Bar. *ff de act. empt.* 12

Poſſeſſio † autẽ probatur vtiq; per teſtes, qui deponunt ſe vidiſſe Titiũ tenere, & poſſidere. ita Cor. *con. 6. vol. 3.* & Dec. *con. 252 agitur cauſ. magni ponderis, ſub num. 3 & conſ 302. & pro tenui facultate mea, nu. 17.* & Gloſ. *in l ſtipulatio iſta. § hac quoque in ver. Stipuletur ff. de ver. obl.* & iſta eſt communis opinio teſte Dec. *in d. conſ. 302. ſub nu. 17.* 13

14 Imo † probatur etiam poſſeſſio ex nonnullis aliis actibus deductis, atque poſitis per Affl. *in deciſ.* 167. Gabriel. & per Viſillum *ubi in add.* Spec. *in tit. de peti. & poſ.* §. 1. Bald. *in l. fin. colum.* 12. *C. de ed. D. Diui Adri. & in l. in ducta ad fin. C. de rei vend.* Bar. & alios omnes *in d. l. Celſus col. pen.*

15 Poſſeſſio † etiam ſeu quaſi, exigendi cenſus, poteſt probari per teſtes, etiam patientes varios ſingularitatis defectus, & conſequenter quo ad probationem poſſeſſionis, ſeu quaſi, exigendi cenſum, ſatis eſt, teſtes eſſe concordes in generalitate. ita Felin. *in c. licet ex quadam col.* 4. *& ſeq. de teſtib.* Ioan. Baptiſt. Ferretus *conſ.* 168. *num.* 14. *vol.* 1. Petr. Anton. Anguſola *con.* 66. *nu.* 5 *lib.* 6. & Ant. Gabri. *in ſuis concluſ. concluſio.* 1. *nu.* 18. *de probationib.* vbi aſſerit etiam hanc eſſe communem opinionem, & ita quoque fuit reſolutum in Rota Romana in vna Theatina cenſus die 22. Maii 1551. coram Domino Proſpero Sanctacrucio, nunc meritiſſimo S. R. C. cardinale, atteſtante Caputaquen *deciſ.* 343 *lib.* 2 Quamobrem ſi vnus teſtis deponat Titiū percepiſſe fabas, alius vero, frumentum vel vnus teſtis deponat ſe vidiſſe poſſidere Titium per vnum annum, & alter teſtis per alium annum, probant profecto omne poſſeſſionem, abſque vlla difficultate, vt per Gloſ. *in l. ob carmen*, § *fin. de teſtibus* Bald. *in l. actor, num.* 4. *C. de probatio.* & Ant. Gabriel. *in loco præcitato.*

16 Et † communis hæc magis etiam locum obtinet vbicunque conſtaret de antiquitate temporis, vt loquitur allegata *deciſio* 343 Caputaquenſis, & Ant. Gabriel *in d. concluſ.* 1. *num.* 18. tunc enim ob id transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium, Grato teſte *conſ.* 9 *num* 25. *vol.* 1. Nec eadem communis procederet quoque, ſi de huiuſmodi annuis ſolutionibus conſtaret per libros creditoris cenſuales priuatos rationum ſuarum, iis enim † libris talis poſ-
17 ſeſsio, ſeu quaſi, exigendi, bene, recteque probatur, vt conſuluit Rom. *conſil.* 127. *verſ. ad hoc tamen reſpondetur* vbi id probat per textum *in c. ad audientiam de præſcript. & in l. cenſus ff. de probatio.* & Iacob. Beretta etiam in terminis *conſ.* 89. *num.* 4.

18 Et † licet hoc non ſit indiſtinctè verum, vt per Felin. *in allegato c. ad audientiam. colum* 6. *verſ. decima & vltima concluſio.* per Iacobum Nouellum *in regul.* 79. *lib.* 2. & per Granett. *in tract. de antiquit. temp. par.* 1. *num.* 248 *& ſequent* nec obſtant, vt ipſe aſſeruit eo in loco, allegati textus *in d. c. ad audientiam, & in d. l. cenſus*; quia illæ leges loquūtur de publicis, non autem de priuatis ſcripturis, prout idem Granet. oſtendit poſt plures per eum relatos, & tradit Rom *conſ.* 62. *plum eſt videre, in fin conſ.* 165 *liber regiſtri. in princ. & conſ* 215. *duo ſunt, num.* 5.

19 Nihilominus † tamen cum interueniunt depoſitiones teſtium, & liber huiuſmodi rationum, foret ſcrupulo aloqui; probata cenſeretur poſſeſsio, ſeu quaſi exigendi, per tempus 30. vel 40. annorum: quia ſtantibus teſtibus prædictis, liber rationum hoc caſu dicitur continere veriſimilia, liber priuati etſi non probet in fauorem ſcribentis, tamen cum continet veriſimilia, fidem facit, etiam ad fauorem ſcribentis, vt per Alexan *conſ* 54 *num.* 2. *& conſ* 186. *in princ. vol.* 2 Aretin. *conſ* 160. *col.* 2. Corn. *conſ.* 81. *col. pen. vol.* 4. Spein Sen. *conſ.* 140. *col pen vol.* 1. Dec. *conſ.* 564. *num.* 9. & Vincent. Hondedeum poſt Menochium *conſil.* 91. *num* 86. *& ſeq.*

Et hinc eſt, † quod mandatum de manutenen-
20 do, & ſic conſeruatorium non datur neque conceditur cum poſſeſsio nō eſt clara, ſed potius offuſcata & intricata à poſſeſsione alterius, cuius ea eſt ratio ſecundum Rotam Romanam, atteſtante Verallo *deciſ.* 200. *in* 2. *parte*, quia partes poſſent deuenire ad arma. quo caſu deueniendum eſt ad coniecturas, vt per Bart *in l. ſi duo ff. vti poſſ.* ſcilicet, vt procedatur ad videndum de titulo ſuper petitorio, vt coram Domino meo Ordino decem natum fuiſſe planum facit idem Veralius *in allegata deciſ* 200. & tanto magis quod in contendis rixis & ſcandalis, fauor publicus verſatur, vt per Nattam, in terminis, *conſ.* 121. *num.* 10 *vol* 1.

Cæterum † cum probatur per deſtinationem, 21
impoſitionemque cuſtodum, vel etiam per locationem rei, de qua agitur, tum rectè, & explicitè videtur probata poſſeſsio, vt per Bart Alex. & alios vniuerſaliter omnes, *in l.* 1. *ff. de acquirend. poſſ. ff.* Bal. *in l. tradit. num.* 2. *C. de pact.* Afflict. *deciſ.* 175 *ſub num.* 1. & Viſillum ibi *additionib. nu.* 4. & Decianum *conſ* 15. *num.* 59. *vol.* 2.

Et † tanto magis procedit prædicta concluſio, ſi 22
poſt locationem perceptio etiam fructuum, & mercedis interuenit: tunc enim inſtrumēta, & contractus locationū probant poſſeſsionē, interueniente perceptione ipſa mercedis, & penſionis: dicitur enim poſſeſsio probata, probata fructuum perceptione. ita Bart. & alii vnanimiter omnes *in l. qui vniuerſas,* §. *qui per colonum, & in l. quamuis,* §. *ſi conductor. & in l. prædia. ff. de acquirend. poſſeſ* Felin. *in c. cum Bertoldus, de re iud.* Alex. *conſ.* 118. *num.* 13 *vol.* 2. & D. Marc. Ant. Eugenius præceptor meus *conſ.* 47. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 1. Cōs opin.
& hæc eſt reuera communis opinio, vt per Aretin. *in d. l. qui vniuerſas* §. *qui per colonum.* & Menoch *in tract. retinenda poſſeſ. remed.* 3 *num.* 567. Imo adeo hæc concluſio vera eſt, vt ſolum etiam inſtrumentum ter tiæ poſſeſsionem quoque probet, ſi talis tenuta ſit conceſſa à iudice, ita Paul Caſtrenſ *conſ.* 234. *nu.* 2. *volum.* 2. Et licet per inſtrumēta poſſeſsio probari nequeat, *d. l. prædia. cum ibi notatis. ff. de acquirend. poſſeſ. & c. inter dilectos. ff. de fide inſtrument.* nihilominus inſtrumenta ipſa probarent poſſeſsionem, ſi forent facta per locatorem conductori: tunc enim huiuſmodi inſtrumenta producta per locatorem contra conducentem abſque difficultate probant, vt habetur per Doct. *in l. ſi quis conductionis, C. locat.* & per Dec. *conſ.* 56 *col.* 2.

Probataque † ſimiliter dicitur poſſeſsio, cum teſtes deponunt ſe ſemper vidiſſe Titium tenuiſſe, & 23
poſſediſſe, & in præſentiarum tenere, & poſsidere, vt explicauimus *ſupra num.* 13. ex communi opinione. Imo ad obtinendum in poſſeſſorio ſummariſsimo, ſufficit probari, ac verificari ſolam rei inſiſtentiam, eiuſque detentionem, vt per Nattam *con.* 121. *vol.* 1. & Menoch *in tract. adipiſ. poſſeſ. remed.* 5. *nu.* 156. & per ſimplicem ingreſſum acquiritur detentio *l. Pomponius,* §. *ſi hi qui precario, ff. de acquirend. poſſ. ff. cum aliis vulgaribus.*

Et † in huiuſmodi poſſeſſorio retinendæ ſufficit 24
talis qualis probatio, ſecundum Hier. Gabriel. *conſ.* 181. *num.* 1. *vol.* 2. vbi reſpondit, quod exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi poſſeſsionem non habet neceſſe probare habilitates ſuas, aſſerens ita non ſemel tantum tenuiſſe Rotam Romanam, vt *in dec.* Caſſadori, *10 de reſcript.* Mohedani *deciſ.* 128. & Putei *deciſ.* 246. *lib.* 1.

Et hæc opinio rectè probatur, ex hac communi 25
ſcribentium ſententia, quod † cum quis reperitur in poſſeſsione, vel quaſi, etiam ſi ſic facti, & iniuſta, & contra ius commune, non debet ſua poſſeſsione ſpoliari, ſed tueri debet, vſquequo in poſſeſſorio iuris, ſeu petitorio conſtet de rei veritate, textus eſt *in c. in literis. de reſtit ſpoliat* Guid. Papa *deciſ.* 366. Socin

Sen.

[illegible] *conſ.* [illegible]

29 [illegible] via [illegible] poſſide[illegible] Par. C. [illegible] *l. A pu*[illegible] *dus*, [illegible] & tícitidem re[illegible] a [illegible] que qu[illegible] one [illegible] um quos re[illegible] iudicis [illegible] pe[illegible] ter [illegible] odicat [illegible] commor [illegible] omnes *tex. in pr*[illegible] & Bald. in *l.* [illegible] *col. 11. C. de edict.* [illegible]

27 [illegible] ſſimu[illegible] huiuſcem[illegible] manda[illegible], vel conſeruatorium repetita[illegible] um, præcia par[illegible] atione di[illegible] n[illegible] d[illegible] um tuiſſe prout alias ſide[illegible] par[illegible] fiscal[illegible] ibi o redde[illegible] ita iudi[illegible] Rota Romana die [illegible] ſeptem. [illegible] R[illegible] M[illegible] hedano [illegible] *deciſ.* [illegible] ſſit[illegible] reſolut[illegible] uiſſe quo[illegible] mandatum [illegible] poſſeſſi[illegible] deiur, niſi par[illegible] & [illegible] commiſſione [illegible] deci[illegible]: quia [illegible] ante executionem [illegible] non poſſ[illegible] prædictum de [illegible] nondo & bo[illegible] Nea[illegible] ano[illegible] Att[illegible] *deciſ. 67. num 7.* vbi d[illegible] quod cunſ[illegible] conceſſam parte non [illegible], prout eſt de [illegible] per regiam pragmaticam Regis Ferdinandi primi, nul[illegible] ius red[illegible] menti. Quare ſtante poſſeſſione Titii, me[illegible] poteſt per eum inſtari huiuſmodi mandatum manutenend[illegible] contra turbantes, cum illud ab eo [illegible] in quaſi poſſeſſione percipien di, ſeu exigendi [illegible] debeat, vt in propoſito [illegible] R[illegible] Romana, ſub die 24. Octob. [illegible] Verallo *deciſ.* [illegible] *7. in 3. par.* & [illegible] cum [illegible] oſſe[illegible] non re[illegible] ata, & [illegible] ata à poſſeſſione aduerſa[illegible] bet per onæ [illegible] potius clara, [illegible] Domino me[illegible] adioo d ter[illegible] in R[illegible] R[illegible] ao. in allegata cauſa Bo[illegible] de Pepu[illegible] & iuo[illegible] indi[illegible] orin vna R[illegible] Dominorū [illegible] coram Do[illegible] Albandri[illegible] o.

[illegible] quod no[illegible] debeat conce[illegible] manda[illegible] hi ſtant bus, & [illegible] conſer[illegible] † [illegible] ipſe poſſit ob inere

28 [illegible] & [illegible] remedi[illegible] [illegible] & [illegible] nobus ex[illegible] probatis, [illegible] poſſe[illegible] tempore [illegible] ex[illegible] *in l. 1 § fin. num.* [illegible] ac[illegible] & [illegible] allega[illegible] *remed., num 56.* [illegible] Pa[illegible] *m.* [illegible] *8. vol. 1.* Ruin. [illegible] Si[illegible] *conſ.* [illegible] & ita [illegible] udouicus de Interanc *conſ. 52.* [illegible] *ter conſilia criminalia diuer*[illegible] [illegible] us debeat obtinere, [illegible] poreturb[illegible] nis fa[illegible] ex[illegible] lnationis teſtium, [illegible] pa[illegible] [illegible] is pro[illegible] ſe in præte[illegible] ſſe[illegible], qui[illegible] igitur e[illegible] pondere, vt poſt plures cenſuit

R[illegible] ta Pedemont. atteſtante [illegible] *conſ.* Menoch. *in loco præmemorato* [illegible], ſi ex [illegible] n[illegible] obtentum poſſ[illegible] el qu[illegible] tempore [illegible] parte ad[illegible] ſſio [illegible] per eam re[illegible] po[illegible] *al- legata d.* [illegible] *Pedemontana 43 in* [illegible] do[illegible] *communiorum concluſ.* [illegible] *ſio- ne, concl.* [illegible] *poſt verſ.* [illegible] *ſat. eſt* [illegible] ta huiuſ[illegible] emerſione po[illegible] po[illegible] teſt agen[illegible] btinere, [illegible] de præſenti po[illegible] re. ſed hæc [illegible] milis d[illegible] is terminis. [illegible] b[illegible] ſui[illegible] e prob[illegible] x[illegible] tremum, ſcilicet de poſſeſſione t[illegible] bationis, in qua non a[illegible] ter qui ſubnoxius [illegible] docere de titul. ſed ſimplicite[illegible] poſſeſſione ipſa, vt inquit B[illegible] *inc. licet tan*[illegible] & [illegible] *com. loco num 93. de probationibus* M[illegible] noch. *in d. remedio 1. num* [illegible] *8.* & idem Berous *in quaſt.* [illegible]

Secundum † etiam extremum [illegible] ne pro[illegible]batum à turbatis, dum probant, q[illegible] ſolu[illegible] e[illegible]riot turbari in præteri[illegible] d[illegible] turbetur in præſenti: cum itaque ſufficien[illegible] p[illegible] baſſe nedum turbationem de præſenti verum etia[illegible] ſactam turbationem, ita Soci[illegible]. Iunior *conſ. 146. num. 6. vol. 1.* Menoch. *in allegato remedio 3. num.* [illegible] & Ioſeph. de Ludouicis *in præmemorata concluſ.* [illegible], vbi cenſet ſufficere, quod turbat[illegible] ueniat [illegible] pendente, quæ fundat paſſiue iudiciu[illegible], poſt Baldum, & Menoch. quos al egat. Quo † [illegible] ero ad primum extremū nullum vrget dubium, quin [illegible] ſit probata poſſeſſi[illegible], ex aſſi[illegible] bus, & fructuum perceptionibus in rebus non ſterili[illegible], ſecus autem in rebus ſterilibus, in quibus probatur ſ[illegible] lo vſu ipſius rei, ita Ang. de Vbaldis in l. *Celſus.* & ibi Balbus *nu. 151 ff de vſucap.* & in paſculis reſpondit Riminald. Senior *conſ. 259 num. 5. vol. 2.* & Ioſeph. de Ludoui[illegible] *in eadem concluſ.* [illegible] *verſ. & num.* [illegible], vbi poſt Claud. de S[illegible]ellis, & Contardum, quos allegat concedit quod poſſit acquiri poſſeſſio abſque fructuum perceptione, quem commemorat communem [illegible] p[illegible]nionem, intelligen- do ſemper de rebus fru[illegible] is, puta in paſcuis & in aliis [illegible] bus rebus. [illegible] & perceptio fructuum al[illegible] quando [illegible] operatur [illegible] perceptiſunt [illegible] ratis, vel quando ipſa conſtat alium poſſidere, [illegible] tertio qu[illegible] conſtat fructos non ſpectare ad illum [illegible] per [illegible], vt declarat etiam M[illegible] no[illegible] *in prænotato remed. o tertio numer. 566* [illegible] ius dictis innixus ita e[illegible] Ludouicus *eo in lo. o.*

Vnde [illegible] omnium hucuſque diſ[illegible] orum ſumma 32 tandem eſt quod quando [illegible] probat ſe p[illegible] idere, reus autem non probat, [illegible] condemnandus ſit, pro vt de[illegible] à [illegible] eſtia, ſe[illegible] du vt deſuper idoneā preſtet [illegible] ē, pr[illegible] duo prob[illegible] *tex. in l. 1. C. vti poſ. & in l. 4* [illegible] *hoc interd. ff de itin. actuque priuat.* Menochius *in tractat. de retin. po*[illegible] *in 3. remed. n. 89. & ſeq. vbi nu 118.* ſimiliter a[illegible] quod ſi ius actoris [illegible] perpetu[illegible] ſatiſdari erit perpetua, ſi o[illegible] temp[illegible].

Tertio erit etiam [illegible] condemnandus turbator ad [illegible] turbati[illegible] nis, vt pr[illegible] bat textus *in leg. ſi duo* 33 *in p.* [illegible] *vti poſſid.* & ita cenſuit Mar. Ang. de Peruſ. *conſ. 4* [illegible] *n. 4 inter conſilia criminalia diuerſorum* quem refert & ſe[illegible] Ioſeph de Ludouicis *in loco ſuperius allega- to.* Primo quod deſiſtat, & hinc practicam [illegible] quitur Angel. Aretin. *in § quadrupli autem, num. 48. vſq. a*[illegible] *num. 50.*

Vbi [illegible] ponit mod[illegible] libellā [illegible] in cauſis turbar.

& d[illegible]

dicit quod talis eſſe debeat concluſio libelli, pero [illegible] dictum T[illegible] ondenari, vt [illegible] moleſtatione [illegible] dicta deſiſtat, & ad decem pro [illegible] eſſe meo dictæ moleſtatio [illegible] vel [illegible] & [illegible] prout probabitur, & vt [illegible] veſtro [illegible] tur cauere, qu[illegible] d de cætero, & in futurum me non ſit moleſtaturus.

34 Imo † ſi in libello non fuerit pe[illegible]um, quod præſtetur huiuſmodi cautio de non moleſtando in futurum, tamen ſtantibus clauſulis ſalutaribus in libello appoſitis, ſi ſuper hoc etiam ſuper ex[illegible] & proſecutio eſſet lata ſententia, valere ſine dubio, & teneret, licet alioquin non reperiretur conformis libello ita Afflict. *decis* [illegible] *num.* 8. Ex quo iudex non ſolum ſupplet ea quæ ſunt iuris ſed etiam facti quando ex actis clare apparet de facto, vt per Mynſingerum *conſil.* 25. *num.* & Cæphalum *conſil.* 663. *num.* 12 *vol* 5. Nam prædictæ clauſulæ nu[illegible] ſinunt perimere tota partis, non deducta in libello, vel alio quouis modo ipſum libellum pert[illegible], vt firmauere Iacobus Bertetta *con* 51. *num.* 6. & [illegible]uma *in tit. in Sicilia.* c. 38 *num.* 316. & 357. & tanto magis hoc procedit in Regno, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, vigore pragm. prout locum [illegible] quoque de plano, ſtante conſuetudine, [illegible] ſola facti veritate inſpecta procedi mandatur, vt tradunt Grat. *conſ* 70. *num* 36. *vol.* 1 Al[illegible] *conſ* 7 *nu.* 2 *lib.* 8 *tom.* 3. Rota Genuæ *decis num.* [illegible] & 17

35 Quarto † in Regno [illegible] condemnandus turbator ipſe, & [illegible] ſpoliator per violentiam rei immobilis, ſeu eius vniuerſitatis ſucceſſo non ſolum poſſeſſionem reſtituere turbato, ac ſpoliato, vna cum fructibus, & obuentionibus, Sed [illegible] pro violentia commiſſa, in pœna medietatis [illegible]nationis rei ſuper qua eſt commiſſa ſpoliatio [illegible] turbatio, textus eſt clarus in conſtitutione Regni violentias ſubiectorum noſtrorum, vbi Affl. ct. *num.* 1 & *ſeq.* poſt longam diſceptationem, concludit ſincere, magiſtraliterque more ſuo, huiuſcemodi pœnam æſtimationis rei in qua facta eſt turbatio applicandam eſſe fiſco, prout ita non ſemel tantum iudicauit etiam ſuperioribus temporibus in omnibus caſibus, & cauſis tunc oc[illegible].

36 Imo † in Regno ſuper turbatione hac, & violentiis quomodocunque illatis, in [illegible] procedituretiam ſine libello, vt diſponitur *in c. ſubditorum noſtrorum, ibi & ſic de negotio ipſo non per libelli oblationem, vel delationem, ſed celeriter, & ſummarie, iuxta ipſorum [illegible] merita cognoſcatur: & [illegible] vlteriorem cau[illegible] cognitionem, delatus dubie [illegible] deſtitutioro confeſſus, vel poſtmodum ex cauſa [illegible] conuictus, ad reſtituendum deſtitutum in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, vti deſtitutionis tempore poſſidebat, & ſatiſfacien[illegible] de damnis, expenſis & intereſſe, nec non a[illegible] Regni conſtitutionibus comprehenſam, vel ſi maiorem, aut minorem de [illegible] noſtra dictauerit celſitudo, compellatur inſtanter appellatione aliqua non obſtante* p[illegible] m[illegible]tur quoque in altero capitulo Regni, *de vio*[illegible] *illatis*: ibi de viol[illegible] *quoque illatis in rebus* [illegible] *per quoſcunque a duobus annis citra, vel non de omnibus aliis violentiis, quæ committentur* [illegible] *ordinarie* [illegible] *eorum iudices competentes per* [illegible] *legitime proponentes ſummarie de plano, ſine* [illegible] *in conteſtatione, ſtrepitu, &* [illegible] *ura iudicii* [illegible] bus, vel ad inſtantiam [illegible] entium ſe violentiam paſſos reſtitutionem rerum ibi fieri poſtulantes, Iudex competens ex officio inquiret, *& inquiſitione negotium ſummarie, ſine ſtrepitu & figura iudicii terminabit. Sed reſtitutio tantum rei huiuſmodi in*[illegible] *contra violentum & habentem cauſam, poſſeſſionem, &*

Appellatio ſpoliatorum ſola turbatione non admittitur

tenutam, à violento ſequatur. C[illegible] hanc ſe[illegible] quod turbatores, [illegible] te de non moleſtando in futurum [illegible] toſue, nec eorum conductores, [illegible] nem practicam, & o[illegible] D[illegible] *poſſidetis, & in l.* 4 *§. hoc interdictum ff.* [illegible] *priuat.* [illegible] in [illegible]*remedio* 3. *num* 89. [illegible] 418 [illegible] eis *in allegata con* [illegible] 71 & ab An[illegible] *nu.* 48 *inſtit de actionib.* [illegible] ta Romana die 15. [illegible] 1547. atteſtante [illegible] *decis.* 61. *in* 3 *par.*

Sed † in præſentiarum ſolummodo ſupereſt [illegible] ficultas quo ad damna, expenſas, & intereſſe, an [illegible] dato huius generis manutentionis, & ſic conſe[illegible] totto cõdemnari queant perturbatores, [illegible] potius via ordinaria agendum ſit ſuper il[illegible] conc[illegible] dum eſt, quod licet [illegible] ſumus in propoſi[illegible] In [illegible] *vti poſſidetis* moleſtator, ſeu perturbator [illegible] dus ſit ad expenſas, damna, & int[illegible] ſecundum rea[illegible] *in l ſi* [illegible] *ff vti poſſid.* prout hoc firmauere Marc. A[illegible] de Per[illegible] *conſ.* 47. *num.* 4 *inter conſi*[illegible] ſeph. di Ludou[illegible] *concluſ* [illegible] *poſt.* [illegible] *prius quod diſſiſtat*, tamen quoties [illegible] non ſum[illegible] in [illegible] proprio ſimul interdicto [illegible] *poſſidetis* [illegible] pe[illegible]ſſionis, vt [illegible] caſu de quo agitur, in qu[illegible] Regia pragmatica Regis Ferdinandi p[illegible] & [illegible] magnæ C[illegible] vicariæ [illegible] eſt, [illegible] de poſſeſſione; aliem plenè detur mandatum de manu tenendo, [illegible] conſeruationum, & hoc vtiq; [illegible] ligitur, vt in eodem mandato manu[illegible] conſeru[illegible], non debeat, nec poſſit addi condemnatio damnorum & intereſſe, ſed p[illegible] via ordinaria agendum ſit, prout ita in terminis ſimiliter deciſum fuit in Rota Romana, atteſtante Puteo *deciſ.* 6 [illegible] 3. vbi plani [illegible] fuiſſe reſo[illegible], quod ſtante decreto [illegible] de manutenen[illegible] poſſint moleſtatores, de vlterius non moleſtando in futurũ mediante cautione, & qu[illegible] damna expe[illegible], & intereſſe, agẽdum ſit via ord[illegible] non ſit curſus, quo agitur ex p[illegible] *vti poſſidetis*, quia ex ſtylo Palatii Romani [illegible] de poſſeſſ. [illegible] de manutenẽdo de[illegible] ſed in eod[illegible] mandato [illegible] dãnorum, & intereſſe [illegible] ordi[illegible] ſuper illorũ [illegible] datum [illegible] de manutenendo [illegible] ad fauorem Domi[illegible] contra Communitatem, & h[illegible] Car[illegible], cum declaratione præſtandæ [illegible], de [illegible] in futurum non moleſtar[illegible] & quo[illegible] damna, expenſas, & intereſſe [illegible] agendum ſit [illegible] ordinaria ſecundum [illegible] reſolutionem Ro[illegible]; & ita demum [illegible] parto [illegible] fuit [illegible] iudicatum, atque deciſum in [illegible] reg[illegible] Neap. [illegible] Februarii, 15[illegible]7. exiſtent[illegible] ſuæ cauſæ Commiſſario, perilluſtri D. conſ[illegible] Ioanne Anto[illegible] Lanario.

Sed † cum ſupra [illegible] oſtenſum ſit, [illegible] titorio non ſufficere [illegible] probationem [illegible] neceſſariam [illegible] probationem [illegible] dum nunc etiam [illegible] apparet ex qua [illegible] ex quibus prædiis pen[illegible] qua ſolu[illegible] vel [illegible] debeat, an [illegible] de[illegible] ſuum, ſtante [illegible] cepta per eum, per circu[illegible] 30. vel 40. annorum & [illegible] ſuppo- 38

ſito

ſito, quod hoc caſu præſumatur titulus ipſe, an præſumatur in dubio titulus ipſe emphyteuſeos, vel potius cenſus? Arbitror itaque, quod poſſeſſor hoc caſu nullatenus teneatur, nec cogi poſſit oſtendere titulum ſuum, & cauſam huiuſmodi ſolutionis: quia cum is ſit in quaſi poſſeſſione recipiendi talem annuam præſtationem, erit in eadem tuendus; textus eſt *in c. querelam. de electio.* Imo per ſpacium temporis decem annorum præſcripſit ius emphyteuticum vel cenſuale contra ſoluentem, *l. litibus*, & ibi Bal. *C. de agricol. & cenſit. libro* 10. & ideo referri non poteſt quæſtio proprietatis, vt poſſit ad oſtendendum titulum ſuum cogi is, cui ſit huius generis ſolutio. Et ſic operatur in præſenti materia decennii lapſus, cum allegans titulum ſolemnem, vel legitimum, puta ſtipulationis, probat titulum allegatum præceſſiſſe ex præſtatione decennali; adeo vt eius virtute poſſit debitor in futurum compelli, *l. cum de in rem verſo ff. de vſur.* ſeu communem intellectum traditur per Doct. eo in loco & per Iaſ. *& in l. ſi certis annis. C. de pac.* vbi in huius regulæ corroborationem nouem deciſiones notandas adducit. Et ratio ea eſt, quia obſtat tunc longi temporis præſcriptio, ita in terminis conſulendo decidit Natta *conſ. 3. poſt numer. 5. vol. 1.* vbi etiam allegat Speculator. *in §. nunc aliqua, in tit. de emphyt. ver.* 63. quod inquit Natta potiſſimum locum obtinere in caſu ſuo, vbi tanto tempore ſoluta fuit penſio, vt quod in contrarium memoria hominum non exſtaret quod nempe tempus eſt firmiſſimum ita vt habet vim conſtituti, *l. 1. in fin. ff. de aqua pluu. arc.* nec non habet vim etiam priuilegii, atque legitimi tituli *l. hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* Alex. *conſ. 70. col. 2. verſ. ſi iudicatur, vol. 4.* Corn. *conſ.* 268. *vol. 4.* & ita fuit iudicatum in Rota Romana die 3. Iunii 1552. in vna Spoletana bonorum, coram Domino Accorambono decano, atteſtante Verallo *deciſ.* 355.

39 Et † dum in præſenti caſu liquet de ſolutione temporis annorum 40. in qua ſolutione 40. vel 30. annorum inducitur reuera contra ſoluentem, vel etiam contra tertium præſumptio proprietatis, vel dominii, penes illũ, cui ſoluitur, exiſtentis vt conſoluit Romanus *conſil.* 127. *num. 1. & ſeq.* Feli *in c. ad audientiam, colum. 5. verſic. decima & vltima concluſio de præſcript.* & tradit Boer. *deciſ.* 105. *an poſſeſſio ſub numer. de im tert.* & hanc quoque partem ſequitur etiam Horatius Mandoſius *in add. ad Romanum in allegato conſil.* 127. *in verb. præſumptionem.* quamuis eo in loco aſſerat de hoc dubitare G ānerr. *in tract. de antiquitate tempor. prima num.* 351. tamen Grauetta ipſe irregulariter, ac tepide dubitat cum hæc ſententia vera ſit, & cõmunis, prout tenet eam etiam Burſatus *conſ. 26. poſt num. 31. vol. 1.* & quod ex longa poſſeſſione præſumatur titulus, hoc itidem tanquam commune poſt *conſilium Bertrandi primum, colum. 10. volum. 1. in antiquis,* commendat Anton. Gabriel. *in titul. de præſumpt. concluſio. 1. libro 1. commun. opin.*

40 Nec vllatenus aduerſatur huic concluſioni id quod ſcribit Burſatus *in prænominato conſilio* 26. *num. 31. verſic. 3. quatenus.* vbi videtur aſſentiri, † quod in præſumendo titulo vel dominii probatione, vel per præſcriptionem, vel alio modo opus ſit, vt conſtet de inueſtitura, & ita inquit loqui Doctores, quando deliberant præſumi titulum, vel dominii præſumptionem, & in ſpecie Romanum *in allegato conſ. 127. in princip.* & Syluanum *conſil. 57. num. 43. & ſequent.* Nam reſpondeo, quod Burſatus loquatur, in præſumenda dominii, & tituli ſpeciali probatione vt eſt titulus emphyteoſis, cenſus, vel feudi. quia ita ſpecialiter dominium probaretur ex inueſtitura, prout ita loquuntur Romanus, & Syluanus *in conſiliis præmemoratis.* ſecus vero in præſumenda dominii probatione, & tituli incerti in genere quia tunc præſumitur titulus: ſed quis titulus, an cenſus, vel emphyteuſis, contrauerterunt ſcribentes, prout cenſum præſumi, & non emphyteuſim cenſet Burſatus *eo in loco.* nam quando conſtat de inueſtitura, titulus erit certus: quia eo iure quo ſit diuturna ſolutio pro aliquo fundo, fundus iſte iudicatur, & retinetur, vt ſi iure cenſus, ſit cenſualis, iure feudi, feudalis, iure emphyteuſis, emphyteuticus, vt tradit poſt Vaſquium, quem allegat idem Burſatus in *d. conſi. 26. num.* 33. qui ita loqui intelligendus eſt, alias erraret, cum ſi ad probandum diuturna ſolutione, requireretur, vt de inueſtitura conſtaret, fruſtra traderent exactores noſtri, ex longa ſolutione præſumi titulum, & fruſtra ſimiliter diſceptarent de qualitate tituli; an cenſus, vel emphyteuſis præſumeretur, de quo articulo paulo inferius tractabitur.

Puto itaque veram eſſe ſententiam quod præſcribens titulum proprietatis, & dominii, ob diuturnam ſolutionem ſibi fieri ſolitam, cum titulus præſumatur eum oſtendere, de iure minime cogi poſſit: & hæc eſt veritas, prout ad fauorem Monaſterii Montium Sanctæ Claræ de Ciuitate Neapolis fuit iudicatum in ſacro conſilio, die decima Maii 1581. contra quendam Amanellum, ſolitum ſoluere huic Monaſterio per 30. vel 40. annos, exiſtente huiuſmodi cauſæ tunc commiſſario D. Cæſare Vitellio, conſiliario ſapientiſſimo, & in legali ſcientia in Regno, hac noſtra fœlici tempeſtate, nulli ſecundo & hæc opinio eſt tenenda, tanquam efficaciſſimis fulcita rationibus, prout eam quoque præſtanter, & apparate in terminis tenet Natta *conſil. 3. num. 5. vol. 1.* & Ioan. Baptiſt. Ferrettus *conſ. 362. apparet quædam vnio, num. 9. volum. 2.* alias ſequeretur hoc abſurdum & inconueniens, ſecundum Innocent. *in c. illud de præſumpt. & in c. licet Heli. de ſimo.* quod quis compelleretur ſemper quodammodo parata habere inſtrumenta ſuorum titulorum, quod foret quaſi impoſſibile, cum ea poſſint vetuſtate conſumi, ac aliis variis, diuerſiſque infortuniis amitti: Nam ego hiſce oculis vidi quamplurima inſtrumenta clientulorum, & litigantium, in variis patrocinandi iudicandique occaſionibus vſque adeo à vermibus, & tineis corroſa & alia etiam ab aqua. & humiditate deuaſtata, vt nec ſyllaba in eis legi diſcernique poſſet imo aliqui ruſtici mihi, tanquam arbitro ab eis electo ſuperioribus annis attulerunt quoque, pro iuſtificanda annua ſolutione eis facienda, tertiam partem cuiuſdam inſtrumenti, in publicam formam reaſſumpti, & cum eos interrogarem, cur illud inſtrumentum ita foret amputatum, atque ſciſſum, mihi reſpondebant, quod eorum maiores, & antiqui, ad quos ſpectabat hæc annua ſolutio, tempore diuiſionis bonorum ſuorum, illud inſtrumẽtum inter ipſos tres hæredes, & ſucceſſores, etiam diuiſiſſent; & quod eam tertiam partem Inſtrumenti ita productam ſemper inter alias ſcripturas munite ac ſecure conſeruaſſent qua ſimplicitate ruſticali cognita indubitatam ac ſanctam ſemper habui prædictam ſententiam, quod lapſis 30. vel 40. annis præſumendus ſit turbatus, nec per me fuit admiſſa vllatenus oppoſitio defectu tituli. Et nihil mirum quia diuiſio tribuit titulum, & facit rem eius cui in diuiſione obtingit † vnde cum huiuſmodi bona obtigerint 41

litiganti-

litigantibus mediante diuiſione, eorum merito facta ſunt; cum diuiſio ſit reuera ſufficiens titulus, *l.1. C.communia vtriuſque iudic.* & Alexand *conſ.22.col.pen. vol.m.5.*

42 His igitur ita reſolutis, poſtremo dubitari quoq; cõtingit in præſenti ſpeculatione an † ſtante huiuſmodi ſolutione 30.vel 40. annorum. præſumatur titulus emphyteoſis, vel cenſus, penes Dominũ ſolitum recipere annuam hanc præſtationem breuiter concludendo; cum non appatet de aliquo contractu præcedenti, ſed tantum de penſione ſoluta per 40. annos, exiſtimo, quod contractus dicatur cenſualis, non autem emphyteuticus, & ad hoc moueor ſequentibus rationibus, primo, quia cum nõ conſtat de aliqua inueſtitura, vel ſcriptura facta de emphyteuſi, rationabiliter certe non poteſt cenſeri
43 contractus emphyteuticus † qui neceſſario ſcripturam requirit, ita Gloſ. & ibi Bal. *in 2.lect.* Iaſ.*num. 61. & ſeq.* vbi etiam de communi *in l.1 C.de iur emphyteut.* Alex.*conſ.112.in fin.vol.1.* Pileus de Medicis *quaſt.* 110. *in lib.diuerſarum quaſtionum*, & poſteos hanc eſſe magis communem, & vbiq; ſeruatam opinionem ſcribit Burſatus *conſ.26.num.16 vol.1.* vbi refert Pariſium atteſtantem de magis communi, niſi probaretur de conſuetudine contraria Beronm, Aretin. Afflict. Socin Grauet. Rolan. à Valle, & Clarum hanc opinionem ſimiliter cõmendãtes, & confirmatur quoque hæc ſententia relatis per Octanian. Cacheran. *deciſ. 53. nu.1.* potiſſimum ſtante conſuetudine loci quod ſemper fiat ſcriptura in huiuſcemodi emphyteuticis contractibus; quæ conſuetudo vbique ferè viget, vt explicat etiam Celſus Hugu *conſil.56.num.2.* & Burſat.*in allegato conſ.26.in fin.num.16.*

44 Secundò † adducor etiã ad hoc ſuſtentandũ, quia nullatenus conſtat de reſeruatione dominii directi prædicti Dominii, quæ reſeruatio ſolummodo in emphyteoſi proprie procedit, non autem in cenſu Imol.*in c.potuit, num.47.locati*, Grauett.*con.112.n.8.* Syluanus *conſ.57.num.1.* Celſus Hugo.*conſ.60.& con.311 num.3.* & Burſat.*in d.conſ.26.nu.* 14. vbi tradit ita fuiſſe deciſum in Rota Romana, atteſtante Paleoto *deciſ.344.* & Simonett.*deciſ.4.* declarante non procedere, ſi contractus foret iuratus, tunc enim intelligitur facta reſeruatio dominii directi cum igitur in terminis noſtris, reus ipſe conuentus, eiuſq; authores, aui, & Proaui, ſemper poſſederit res ſuas, & terras, tanquam liberas, & earum dominii directi, cenſuarii vtique, tam ipſe reus, quam eius anteceſſores cenſebantur, non autem emphyteuticarii; vt ſi recuſent, tenuantque ſoluere, vel non ſoluant triennio, aut biennio, non caderet à ſuo iure, vt poſt Marſilium. Decium, & Neuizanum tradit Burſat.*in eodem conſ 26 num 15.*

Vltimo hanc quoque partem in terminis conſulendo tenuit Natta *conſ.3.poſt num.1.vol.1.* vbi decidit cum non apparet de aliquo contractu præcedenti & conſtet de ſolutione penſionis per quadraginta annos, contractus dicatur cenſualis, non autẽ emphyteuticus: quia in dubio q; minimũ eſt ſequimur, & benignior tunc pro accipiente interpretatio faciẽda eſt tex.eſt *in c.inſtitutum de relig. dom.* tradit Iaſ. *in l. 2. quaſt 9.C de iur.emphyt.* Dec.*conſ.3.nu.5.& conſ.146 in princ.* Soc.Sen.*conſ.267.vol.1.* per deciſionem Alberici *in eadem l.2.* qui ait, ſe in facti contingentia conſuluiſſe, quod vaſallus non cadat ob non ſolutam penſionem, in commiſſum, ſi non appareat ex facie Inſtrumenti, an iure emphyteutico, vel cenſuali frumentum ſingulis annis pro fundo eccleſiæ ſoluerit, & ita demum Albericus eo in loco teſtatur etiã ſe in practica obtinuiſſe, & eum ſequitur Iaſ. *in auth. qui rem, C.de ſacroſan. eccleſ* Ruin.*conſil.160 nu.5.& ſeq. vol.1* Berous *conſ.49.num.7.& ſeq.vol.3.* & Natta *con.3. poſt nu.3. vol.1.* aſſerens ibi, ex hoc magnam admodũ vtilitatem ſequi † quod nunquam prædia à cenſuario poſſint auferri, etiamſi per mille annos non ſolueret ſed ſolummodo cenſus peti poſſent, idemque aſſeruere etiam *in allegato conſ.49.nu. 7.&* 8. Syluanus *conſ.42.num.2.* & Neuizanus. *conſ.* 92. *nu.42.* quos refert, & ſequitur Burſatus *in conſ.paulo antecitato*, 26. *poſt num*, 19. 45

Et confirmatur hæc ſententia ex deciſione Imolę *in cap. ad audientiam, col.2. de reb.eccleſ.non alienand.* quã non mediocriter confirmat. Natta in *pranotato conſ.3. poſt n.2.* vbi inquit, † quod ſi in inſtrumẽto diceretur, 46
concedo tibi talem rem pro annuo cenſu in emphyteuſi, quod talis contractus non ſit emphyteuticus, ſed cenſualis, & verba illa, *in emphyteuſin*, ſtarent tũc impropriè. Et affirmat denique Natta eo in loco; ſe credere, quod ſtarent largè, quia generaliter loquendo, continet ſub ſe cenſum, vt probari ait *in c.conſtitutum de relig.domibus*, in illis verbis; *quicquid iuris, &c.* & rationem eius hãc eſſe dicit, quia ob non ſolutionem res aufertur, nec poteſt ſine conſenſu Domini directi alienari, & ideo huiuſmodi contractus emphyteuticus præ ſe fert ſeruitutem, & onus, nam propter non ſolutionem res aufertur, nec poteſt ſine cõſenſu Domini directi alienari.

Et ideo † talis cõtract. emphyteuticus nõ pręſumitur niſi euidẽtiſſimè probetur, euidentiſſimè a. probari liquet, quando imponitur penſio ſoluenda pro recognitione dominii, ſecundum ea quæ à Bartolo annotantur, & ab aliis doctoribus *in l.1.C.de iur emphyt.* & tradit Imol.*in c.potuit, nu. 47.locati*, Grauett. *conſ.112.num 8.* Syluanus *conſil. 57.num.1.* Celſus Hug. *conſ.60.& conſ.311.num.3.* Rota Romana *deciſ. 344. in recollecta Paleotti, & deciſ. 4. in recollecta Simonet.* licet Rota ipſa declarauerit in eiuſmodi contractu, ſtante iuramento, intelligi factam reſeruationem dominii, vt præſumatur emphyteuſis. de quo dicto dubitandum nõ eſt vllo modo, cum magna ſit Rotæ authoritas apud omnes: ſed quia in caſu noſtro nullus extat contractus non ſolum iuratus, verum etiam nulla prorſus ſcriptura reperitur, ideo nullatenus poteſt dici emphyteuſis. 47

Quinimo † vult fortius Natta *in praallegato con.* 3 48
poſt num. 3. diſtinguendo, quod aut apparet penſio ſeu fictus ſolutus ſimpliciter pnta pro talibus prędiis nec apparet pro quo contractu, vel ad quem effectũ huiuſmodi ſolutio facta ſit, & tunc cenſebitur contractus cenſualis, & nullo modo emphyteuticus. aut apparet, quod fictus ſit ſolutus pro emphyteuſi, & nihil aliud dictum & tunc etiam contractus cenſetur cenſualis, ex quo emphyteoſis continet ſub ſe cenſum; & in dubio magis præſumitur cenſus, quam emphyteuſis.

Et † in iſtis duobus caſibus, inquit Natta, non eſt 49
facienda oblatio ſolutionis, quia nunquam prædia à cenſuario poſſent auferri, etiamſi ſtaret per mille annos quod non ſolueret, ſed ſolummodo cenſus tunc peti poſſent. aut vero cõſtat quod iſti fictus ſint ſolnti in recognitionem dominii, & hoc caſu erit ſine dubio contractus emphyteuticus, cum recognitio dominii ſit certiſſimum ſignum emphyteoſis, & tũc vt euitetur pœna caducitatis non eſt neceſſaria depoſitio aliqua, vel conſignatio, ſed ſola ſufficit oblatio, *c.ſi pro te.C.de vſur.& l.Celſus, in fin ff.de arbit.* & ita cenſuere Cy.Bal.& Ang. de Vbaldis *in l.2.* poſt Glo. & Specul. *C.de iure emphyt.* & hanc eſſe veram, com-

munem

munemque ſententiam perhibet Natta *d. conſ. 3. n. 4.* intelligendo de oblatione reali, non autem verbali, niſi forte verbali facta oblatione dictum fuiſſet à domino, ſe nolle recipere: tunc enim non requiritur vlterius oblatio realis, vt affirmarunt Bal. *in l. 1. C. ne lic. tertio prouocare*, Paul. Caſtr. & alii *in l. quis Roma, in princ. ff. de verb. oblig.*

Cum igitur in caſu noſtro, nullo modo conſtet, iſtas ſolutiones annuas factas fuiſſe domino in recognitionem dominii, vtique compertum eſt, præſumi titulum cenſus, non autem emphyteuſeos, nec officit *conſilium* Alex. de Neuo 26. vbi tradit, cōmunem
30 eſſe concluſionem Scribentium, quod cum agitur de ſolutione facta Eccleſiæ, magis pro Eccleſia iudicetur contractus emphyteuſis, quam cenſus, & hanc etiam ſententiam cōmunem eſſe teſtatur Berous *in ſuis quæſtionib. quæſt.* 14. & rem hanc in Eccleſia conſiderans, habere difficultatem, tradit Burſatus *in allegato conſil. 26. poſt n. 20. vol. 1.* ad fauorem Eccleſiæ, quando videl. reperitur facta diutina ſolutio Eccleſiæ, nec apparet de aliquo contractu, quod ſaltem, ſi non emphyteuſis, tamen feudalis conceſſio cenſenda ſit, tanquam nobilior, tam cenſu, quam etiam emphytheuſi, ad not. à Bruno *conſ. 41. in primo dub.* & maxime inquit Burſatus, ad euitandam pœnam caducitatis: quia ſi defeciſſet à ſolutione per triennium, vaſallus adhuc non cecidiſſet à re in feudum recognita, vt per Alex. *conſil. 9. nu. 3. vol. 3.* Iul. Clar. *quæſt. 51. in princ. in tract. de feud.* Marſil. *ſing.* 446. & poſt eos Burſatus *eodem in loco, num.* 22. vbi dicit eſſe communem. quoniam reſpondeo, quod in caſu noſtro non ſimus in terminis ſolutionis diutinæ, factæ Eccleſiæ, ſed priuato, vnde adhuc remanet inconcuſſa, atque firmiſſima deciſio, quod dicetur contractus cenſualis, non autem emphyteuticus, vlla ratione. Præterea reſpondetur quoque, prout tangit ipſe Burſatus, *vbi ſupra*, iſtam opinionem ad fauorem Eccleſiæ procedere exiſtente Scriptura, vel aliis adminiculis, & coniecturis ad eius fauorem: ſecus vero non exiſtente aliqua Scriptura, vel aliquib. coniecturis: quia tunc etiam, quando agitur de diutina ſolutione facta Eccleſiæ, præſumetur conceſſio potius cenſualis, quam emphyteutica.

31 Poſtremo reſpondeo, † veriorem eſſe ſententiam Doctorum contra Alex. de Neuo *in præcitato conſ.* 27. & Beroom *in d. quæſt.* 14. & hanc partem eſſe fundatiorem, ac ſecuriorem, quod videl. etiam, cum agitur de diutina ſolutione, facta Eccleſię; in dubio pręſumatur contractus cenſualis, & nō emphyteuticus, vt per ſolidiora, tutioraq; fundamenta, etiam in diutina ſolutione, facta Eccleſiæ, conſuluit ſtrenuiſſime, ac doctiſſime, more ſuo D. Natta *conſ. 3. n. 2. cum aliis omnib. ſequent. vol. 1.* vbi apparet eum conſuluiſſe in ſolutione diutina facta Eccleſiæ, & ſic ceſſare rationabiliter poteſt dubitatio ipſius Burſati exiſtimantis cenſeri conceſſionem feudalem, quod id fauorabilius Eccleſiæ indicetur moti ex conſilio, & opinione Alex. de Neuo, & Beroi, contra quos eſt contraria, robuſtiorib. fundamentis vallata ſententia. Et ideo puto verius eſſe, quod tam in priuato, quam in Eccleſia cenſeatur contractus cenſualis, & non emphyteuticus.

Ex allegatis igitur deliberate, ac firmiter concludendum eſt, quod præſuppoſita diutina ſolutione 40. annorum, facta alicui, & exiſtentia poſſeſſionis, vel quaſi, exigendi, eſſe relaxandum mandatum ad eiuſmodi poſſeſſionis manutentionem cōtra ſoluere negantem, ſecundum allegatā Rotæ Rom. *deciſ.* 167. relatam per Caputaquen. *lib. 3. ſuarum deciſionum*, & ita fuit etiam iudicatum, atq; prouiſum in ſacra regia Audientia Barenſi anno 1589. & ſequentib. in variis cauſis in ea tunc occurſis, atq; deciſis, contra aliquos de Ciuitate Bari atq; de Ciuitate Trani ſolitos ſoluere per 40. annos, & ſoluere his temporib. recuſantes, atq; actores, ſolitos exigere tanto tempore, cogi non poſſe, ad oſtendendum titulum ſuum, & cauſam huiuſmodi ſolutionis; Sed titulum, & cōtractum eſſe probatum per ipſam diutinam præſtationem præſumptiue cenſualem, non autem emphyteuticam.

OPINIO DCXXII.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus ſuos faciens, eos cum expenſis melioramentorum compenſare tenetur, etiamſi quis bonæ fidei poſſeſſor eſſet ex titulo iniuſto & nullo.*

2 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur fructus, præſertim induſtriales reſtituere, quatenus effectus eſt locupletior.*

3 *Bona fides præſumitur ex longa poſſeſſione, vel ex coniecturis probabilibus iuſtæ poſſeſſionis.*

POSSESSOR † bonæ fidei fructus ſuos faciens, 1 eos cum expenſis melioramentorum compenſare tenetur, vſq; ad quantitatem concurrentem ipſorum fructuum, *c. ad noſtram. de reb. eccle. non alie. l. ſumptus. ff. de rei vend. & l. inſulam. §. fructus. ff. ſolu. ma.* & per Glo. Bar. Ang. Bal. & alios, *in l. in fundo. ff. de rei vend.* Caſt. *conſ. 326. viſo puncto.* Ang. & Bal. *in d. §. fructus.* Io. de Imol. *conſ. 112. col. pen. & ſeq.* Bal. *in l. ſuper C. de euict.* & Cor. *conſ. 240. col. 3. vol. 2.* ideo ſi colligeret, ſeu perciperet tot fructus, qui melioramentis æquiualerent, vtique tunc rem reſtituere teneretur, abſq; aliquorum melioramentorum ſolutione: ſecundum iura memorata, & notat & limitat Berous *in c. 1. nu. 41. & ſeq. de in ints. reſt.* Quod in tantum procedit, ſecundum communem Doctorum ſententiam, Cōis opin.
vt ſi quis bonæ fidei poſſeſſor eſſet, virtute tituli iniuſti, & nulli, adhuc haberet locum diſpoſitio, *d. l. ſumptus, cum aliis l. præcitatis*, videl. quod melioramenta ipſa cum fructib. compenſarentur, ita declarat Felin. cum cæteris congeſtis per eum, *in c. cum cauſa. col. fi. extra de re iud.* & Ant. Neguſ. *in tract. de pignorib. in 4. memb. 5. part. n. 12.* & ita deciſum fuit in Sacro Concil. Neap. teſte Afflic. *in deciſ. 87. n. 5. cum aliis ſeq.* & ibi Cæſ. Vrſil. *in add. n. 8.* qui cumulatiſſime de eo diſcurrit.

Et † quamuis bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus 2 ſuos; nihilominus eos tenetur reſtituere, & pręſertim fructus induſtriales, quatenus eſt locupletior effectus, vt voluit Bar. *in l. ex diuerſo. in princ. ff. de rei vend.* Alex. *conſ. 21. repetito, in cauſa Marica. n. 10. & ſeq. vol. 4.* & Vrſillus cum aliis aggregatis per eum, *in add. Afflict. in deci. 240. n. 4. cum aliis ſeq.* vbi dicit hanc eſſe cōem opinionē, & declarat etiam vtiliter materiā in practica. Cōis opin.

Et aduerte, † quod tunc præſumitur bona fides, 3 & de ea conſtare videtur, cum interuenit longa poſſeſſio, vel adſint probabiles coniecturæ iuſtæ poſſeſſionis, ita Innoc. *in c. 2. col. 3. de reſtit. in integr.* Abb. *in c. conſultationib. de iure pat.* Rolan. à Valle. *conſ. 3. Deuenio. n. 94. vol. 1.* & hæc eſt communis opinio: vt tradit Balbus *in l. Celſus. poſt 2. part. nu. 2.* & Ripa *in c. cum eccleſia. nu. 90. cum aliis ſeq. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & ita iudicatum etiam Rota Rom. ſub die 23. Februarii. 1568 atteſtāte Illuſtri D. Oradino præceptore meo, *deciſ.* 150. Cōis opin.

OPINIO DCXXIII.

SVMMARIA.

1 *Poſſidens prior per conſtitutum, præfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem.*

3 *Conſtitutum transfert naturalem, & ciuilem poſſeſſionem, non autem actualem.*

3. *Fundans ſe in clauſula conſtituti probare tenetur conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe, niſi inſtrumentum in quo clauſula illa continetur, eſſet antiquum.*

1 POSSIDENS prior per conſtitutum, † præfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem: quia poſſeſſio eſt vera, licet modus ſit fictus, ſecundum Bart. & ceteros omnes communiter *in l. ab emptione. col. fin. de pact.* Iaſ. *in l. quoties C. de rei vendi.* Dec. *in l. contractus. ff de reg. iur.* & Iaſ. *conſ. 6. ſub nu. 2. vol. 3.* Cōis opin.

2 Et † tanto magis, cum pactum conſtituti transferat naturalem, & ciuilem, non autem actualem poſſeſſionem, ita Card. Puteus *deciſ. 2. de empt. & vendit.* vide ſupra *in Opinione 2.4. n. 6.* Nam poſſeſſio actualis non transfertur per clauſulam conſtituti, nec per clauſulam, *vendit, tradidit, ceſſit & conceſſit*, quæ eſt eiuſdem naturæ & virtutis cum clauſula præcibus conſtituti, quæ ſola licentia apprehendendi poſſeſſionem importatur, *l. prædia.* & ibi Bar. Alex. & alii *inſ. ff de acq. poſſ.* Abb. *in c. 2. de conſue.* Bald. *in c. 1. col. pen. qui dicitur. & in l. tradi- tia. col. 1. C. de rei vend.* & Alex. *conſ. 10. vol. 4.* Quod eatenus procedit, ſi res immobilis, quæ alienatur, eſſet abſens tempore contractus; ſecus vero ſi eſſet præſens, & in conſpectu: tunc enim transfertur etiam poſſeſſio realis, & actualis, ita Iacob. de Aret. *in d. l. prædia.* Cyn. Bar. & Bal. *in l. 2. eod. tit.* & idem Bal. *in l. 1. col. 1. C. d. ſupra* & Lanfran. *in cap. quoniam contra. in ver. Teſtes de probat.*

3 Sed fundans ſe in clauſula conſtituti, † tenetur probare conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe, ſecundum Ant. Auguſt. *deciſ. 3. & 549.* Glo. & alios omnes *in l. quamuis. § ſi conductor. ff. de acquir. poſſ.* Bart. Ang. & ceteros omnes *in l. quadam. ff. de rei vend.* Oldr. *conſ. 114. factum tale. ſub n. 1.* Gozad. *conſ. 42. n. 8 & 16.* Dec. *nu. 14.* & Cagnol. *in l. contractus. ff de reg. iur.* Neuiz. *conſ. 79. n. 16* Grat. *conſ. 117 n. 13. & ſeq. vol. 1.* Lanfran. *in repet. c. quoniam contra. in ver. Teſtes. de proba.* & Alex. *conſ. 10 vol. 4.* Tiraq. *in tract. conſtituti poſſ. in 3. part. in limit. n. 1.* & Bertr. *conſ. 30. lecto proceſſu. n. 10 & ſeq. vol. 1 part. 1.* Affl. *dec. 383* & Cauens. *in pragm. 28 aſſiſtentiam. ſub nu. 3. & conſ. 138 contra donationem. nu. 2. vol. 3. prima part.* & Marſil. *in ſingul. 521. ille qui.* vbi cum aliis aggregatis per eum, hoc vtiliter limitat locum non ſortiri, in antiquo inſtrumento, continente conſtitutum, in quo propter temporis antiquitatem præſumitur poſſeſſionem fuiſſe penes conſtituentem. Vnde aduerte amantiſſime lector ne decipiaris in confidendo in conſtitutione precarii, quia fruſtratoria redditur, & nullius momenti, niſi articuletur, & probetur, conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe. Et huiſce oculis vidi aliquos aduocatos nonnullis vicibus amiſiſſe cauſas, & lites, ex mera & pura eorum incuria.

OPINIO DCXXIV.

SVMMARIA.

1 *Poſitio impertinens, quæ alias reiicienda eſt, ſi cum alia coniuncta foret, efficeretur pertinens, & admitti deberet.*

2 *Poſitio pertinens quando dicatur remiſſiue.*

1 POSITIO impertinens, † quæ alias reiicienda foret, ſi cum alia ſit coniuncta, efficitur pertinens, & admitti debet. ſecundum Ioan. And. & omnes, *in c. fin. de confeſſ. in 6* Bald. *in l. 2. §. quod obſeruari. ſolum. 4. C. de iur. cal.* Alber. & Iaſ. *num 19.* & Ripa *num. 22 in l. quo minus. ff. de flumin.* vbi affirmant iſtorum opinionem communem eſſe.

2 Et † poſitio quæ dicatur pertinens, late diſcurrit Dec. *conſil. 162. in cauſa, quæ agitatur inter venerabiles fratres, nu. 2.*

OPINIO DCXXV.

SVMMARIA.

1 *Præſcribi, vel vſucapi non poſſunt res minorum.*

2 *Præſcriptio indiuidualis currit aduerſus minorem Eccleſiam, & alios: ſed conceditur eis reſtitutio in integrum.*

3 *Præſcriptio legalis, licet non currat contra minorem tamen contra eum currit præſcriptio ſtatutaria, & conſuetudinaria.*

4 *Præſcriptiones ſtatutariæ currunt ipſo iure contra minores, poſt pupillarem ætatem.*

PRÆSCRIBI ſeu vſucapi, † non poſſunt res minorum, ſecundum Goff. & Dd. communiter. 1 Cōis opin. *in l. vbi lex. ff. de vſucap. l. alienationis & ib.* Goff. *ff. de verb. ſignific. l. in bona fide* cum Goff. *ff de acquir. rer. domin.* & Laurent. Syluan. *conſil. 49. conſul* *a*toribus *noſtris, ſub num. 68.* notatur etiam *in l. etiamſi. ff. de minor. & l. 1. 2 3. & fin. C ſi quis ignor. rem min.*

2 Sed † huiuſmodi communis opinio procedit in præſcriptionibus extraordinalibus, quæ indiſtincte currunt aduerſus omnes, & præſertim Eccleſiam, & minorem, vt voluit Balbus cum aliis aggregatis per eum *in tract. de præſcript. in 1. part. 5 part. principalis quaſi 6 nume 2. & ſeq.* vbi vtiliter firmat poſt Bal. & alios, recitatos per eum, quod detur, conceditur q; in tali caſu minori, & Eccleſiæ reſtitutio in integrum.

3 Declaratur † etiam antedicta communis ſententia, quod licet præſcriptio legalis non currat contra minorem; currat tamen aduerſus eum præſcriptio ſtatutaria, & conſuetudinaria: vt firmat cum quodam temperamento cumulatiſſime Tiraq. *in tract. de præſcript. §. 1. Gl. 9. Minores, per totam.* quæ opinio redditur nunnihil dubia ex authoritatib. contrariis, ſignatis per eundem Tiraq. *ibi.*

4 Sed bene verum eſt, † quod præſcriptio ſtatutaria contra minores currat ipſo iure, poſt pupillarem ætatem, ſecundum Rom. & Claud Seyſel *in prin l naturaliter ff de vſucap* & Syluan. *in d. conſ 49. ſub num. 68.* vbi perhibet hanc eſſe communem opinionem. Cōis opin.

OPINIO DCXXVI.

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio an tolli aut tolli poſſit.*

2 *Pactum de nō præſcribendo confirmatur per iuramentū.*

3 *Præſcriptio prorogari poteſt per pactum.*

4 *Præſcriptioni pacto renunciari poteſt, cum lex, vel ſtatutum approbet pactum de non præſcribendo.*

PRÆSCRIPTIO non † poteſt per pactū tolli, nec 1 impediri, ſecundum Oldr. Cyn. & Bal. *in l. Cent. in fin. ff. de vulg. & pupill.* Bart. *col. pen.* Cuma. Aret. Alex. *n. 25.* Iaſ. *in prima lectura n 80. & in 2. lect. n 3.* Crotum. *n 45* Rip. *n 104.* & Hannib. *n. 686. in l. nemo poteſt ff de leg. 1* vbi aiunt hanc eſſe communem opinionem. Cōis opin. Et eam ſequitur quoq; Abb. *col. fin.* & Fel. *col 3 in rub. de præſcript.* Rom. *in conſ. 101. & in repet. rub. ff. de arbitris. col 20.* Bal. *in tract. de præſcript in 5. part. 5 part. princ. q 6. n 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi, & Præpoſit. *in c. 1. § præterea. de capit. Corra in vſib. feud.* Alciat. *in d. rubr. de præſcript. nu. 58* In contrariam vero partem inclinarunt Bal. Dyn. titubanter. Angel. Imol. & Florianus *in d. l. nemo poteſt.* Ant. *in d. c. cum non liceat de præſcript.* Ioan. And. *in add.* Specul. *in tit. de præſcript. ſuper rubr.* Et horum ſententiam communem eſſe inquit Bal. *in d. l. nemo poteſt.* & Barbat. *conſ. 51.* *ſubſcriptſit. lib. 1. conſ. 53 lib 2 & conſil. 22 clementiſſimum lib. 4. colum. fin.* & Ioan. Dilectus. *de arte teſtandi. tit 6 in cautela 31. ſub n. 3.* & cum ea tenuit etiam Alciat. *in d. rubr de præſcript.* Cōis opin.

præſcript. num. 58. vbi refert, quod ante tempora Bar. opinio hæc reoebatur ab omnibus; Tamen in actu practico noli recedere a prima opinione negatiua, quam ſequitur etiam, cum aliis relatis per eum, & magis communem, magiſque veram dicit Ioan. Baptiſta Bouius *in tractat. de ſtatutaria vrbis præſcriptione, Glo.* 29. *num.* 19. *cum ſeq.* vbi eam etiam ampliat.

Hæc autem cõmunis, † ita retenta, limitatur primum non procedere, cum in huiuſmodi pacto interuenit iuramentum, ſiquidem pactum de non præſcribendo per interuentum iuramenti confirmatur, ſecundum communem opinionem omnium Scriben. vt copioſe concludunt Alex. & Rip. *num.* 3. Hannib. *num.* 6 *in d. l. nemo poteſt.* Felin. *num.* 15. & Alciat. *num.* 69. *in d. rub. de præſcript.* & Bal. *in d. q.* 6. *num* 3. Et licet Bouius, *vbi ſupra*, cum aliis relatis per eum, *num.* 29. *& ſeq.* dicat contrariam opinionem veriorem eſſe, nihilominus à dicta prima ſententia communi, tanquam ſacroſancta, fatuum eſſet in deciſiua recedere.

Secundo † limitatur ſimiliter præcedens communis opinio, quod licet per pactũ præſcriptio tolli nequeat; nihilominus tamen per pactum prorogari poteſt præſcriptio, ſecundum Gloſſ. *in auth. quas actiones. C de ſacroſanct. eccleſ.* Ang. *conſil.* 54. Bal. *in rub. de conſt. colum.* 3. Felin. *num.* 12. & Alciat. *num.* 69 *in d. rub. de præſcript.* & Rip. *in d. l nemo poteſt. num.* 112. & hæc eſt communis opinio, licet, & rudiuer, Crotus ibi *num.* 45 *& ſeq.* ſenſerit contrarium.

Limitatur tertio loco dicta communis, † vt non 4 procedat in caſibus, quibus lex, vel ſtatutum approbaret pactum de non præſcribendo: Nam per ſtatutum fieri poſſet, vt præſcriptioni per pactum renunciari poſſit, ſecundum Bald. Saly. *in l.* 2. *per text. ibi. C. de conſtit. pecun.* Ant. & Imol. *in c. cum nobis. de præſcript.* quos ſequitur & refert Feli. *in d rubr de præſcript.* & hæc eſt communis opinio, ſecundum Moder. & omnes *in d. l. nemo poteſt.* Com. opin.

OPINIO DCXXVII.

SVMMARIA.

1 *Seruitus aquæ ducendæ, viæ ac aliæ ſimiles ſeruitutes continuæ, vſucapiuntur, ſeu præſcribuntur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, etiam ſine titulo.*

2 *Seruitutes diſcontinuæ quomodo & quanto tempore præſcribantur.*

3 *Præſcriptio ſeruitutis à quo tempore incipiat currere.*

4 *Licet quis ſit in poſſeſſione ſeruitutis realis, tamen ſeruitus ob id non præſumitur, niſi probetur.*

5 *Seruitutem acquirere volens per vſum, ſcientiam, & patientiam vicini probare debet, ſe eam non vi, nec clam, nec precario poßidere.*

6 *Aquam, aliamue ſeruitutem de facto inducens, non dicitur eſſe in quaſi poſſeßione ſeruitutis.*

7 *Seruitus aquæ ducendæ, ſi aqua ſit publica, & per locum publicum ducatur, præſcribitur tempore immemorialı. Etiam contra ignorantem, nu.* 9. *Et ad præſcribendam huiuſmodi ſeruitutem non requiritur titulus, nu.* 8.

10 *Quæ probanda ſint in Interdicto prohibitorio ratione huius ſeruitutis obtinendo.*

1 PRÆSCRIPTIO † ſeruitutis aquæ ducendæ, viæ, & aliarum ſimilium ſeruitutum continuarum impletur annis decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, etiam ſine titulo in ſeruitute continua; & ſic ſeruitutes ipſæ continuæ vſucapiuntur decennio inter præſentes, & 20. inter abſentes. *l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeru. vend.* & ita voluerunt Ang. Aret. *colum.* [illegible] *verſ. quæro quanto tempore.* & Io. Faber *nu* 17. *in § aquæ. Inſtit. de* [illegible] Feli. & alii *col.* 15. *inc. de quarta ixtr. de præſcr.* & [illegible] ut etiam *in l ſi aquam. C. de ſeruit. & aqua* & hæc eſt communis opinio, ſecundum Corasium *in miſ.* [illegible] *iuris ciuilis lib.* 5. *c.* 5. *nu.* 1. *cum aliis ſeq.* Com. opin.

2 Imo † ampliatur hoc, quod etiam in ſeruitute diſcontinua ſufficiat allegare titulum, cum de præiudicio agitur: & ſic allegans titulum ſeruitutis diſcontinuæ, ac probans de vſu, vel quaſi poſſeſſione ſeruitutis, decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, ſciente, & patiente aduerſario, quia tunc titulus allegatus præſumitur, etiam ſi non probetur, ſeruitus ipſa diſcontinua præſcriberetur ex articulo prædicto, ſecundum Glo. & Bar Flor. Caſt. & alios *in l. ſeruitutes C de ſeruit.* Gloſſ. Per. Bur. Bar. Bald. Fulg. & Floria. *in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur.* Salt. Alex. & Dec. *in l ſi certis annis C. de pact.* Alber. *in l* 1. *C de ſeru. & aqua*, Tiraq. cum aliis aggregatis per eum, *in tract. de præſcript §* 1. *Glo.* 4. *verſ. & hæc quidem ſatis fol. par* 24. vbi etiam refert Doct. contrariæ ſententiæ, Matt. Cattar. *conſ.* [illegible] *nu.* 9 vbi Fran. Matth. Florus *in add. ſuper litera F.* Balbus *in tract. de præſcrip. par.* 2. 4. *1 ar. prim. n* 3. & Grauet. *conſ.* 226 *nu.* 1 *cum aliis ſeq.* vbi hanc opinionem late probat, & omnes memorat. Moder. eam per h l. et eſſe communem, tam Legiſtarum, quam Canoniſtarum & obſeruari in practica, & ab ea non eſſe recedendum, aduertit Matt. Gratarrus *in d conſ* 1 *nu.* 9.

Et † aduerte, quod præſcriptio ſeruitutis incipiat 3 currere à tempore quo præſcribens incipit vti iure ſeruitutis, aduerſario ſciente; & incipit poſſidere, per primum, ac vnicum actum, ſecundum Angel. Aret. *colum.* 7. *verſ. quæro quando dicatur*, & Ioan. Fabri, *n.* 19. *in d §. aquæ.*

Et licet quis reperiatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis realis, tamen ob hoc ſeruitus non præſumitur, 4 niſi ea aliter probetur, imo non releuatur ab onere probandi ſeruitutem, quam ſe habere prætẽdit, dum de ea quæſtio agitur, ita Glo. Ang & Paul. Caſtren. *in l. ſi uir. § ſed ſi quæratur, ff ſi ſerui. vendi.*

Taliter † quod intẽdens acquirere ſeruitutem per 5 vſum, ſcientiam, & patientiam vicini, neceſſario tenetur probare contra quem vult acquirere, atque præſcribere, quod nõ vi, nec clam, nec precario poſſederit, vt per Glo. *in l ſi cui § 1. in ver. vſus ſit, ff de itinere, actuque priuato*, & Doct. [illegible] omnes *in l. fin. ff. quemadmo. ſeruit. amit.*

Vnde † inducens aquam ſeu aliam ſeruitutem de 6 facto, non dicitur vllo modo eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis; vt conſuluit in terminis Io. de Amicis *conſ.* 50. vbi *n* 8. concludit, quod determinans acquirere ſeruitutem, tenetur etiam probare aduerſarium paſſum eſſe, nec vllatenus cõtradixiſſe facto vel verbo. Et ſic ad acquirendam poſſeſſionem ſeruitutis non ſufficit probare, quod quis poſſederit, niſi etiam probet, quod poſſederit iure ſeruitutis, vt per Bal. *in l* 1 *§.* 2. *nu.* 9 *ff de itinere, actuque priuato.*

Et iſta ſeruitus aquæ ducendæ, dum aqua eſt pu- 7 blica, & ducitur per locum publicum, præſcribitur tanto tempore, cuius initii memoria non extet in contrarium, *l. vſum aquæ. C de aqua ductu, lib.* 11. vbi Bar. Balbus *in tract. de præſcript in* 4 *parte principali*, 2 *partis, quæſt.* 4. *ſub nu.* 1.

Et nihil mirum, † quoniam ad præſcribendum 8 huiuſcemodi ſeruitutem aquæ ducendæ non requiritur titulus, *l.* 2. *C de ſeruit. & aqua, & l. ſi quis diuturno, ſi ſerui. vendi.*

Et hinc eſt, † quod contra ignorantem ſeruitus 9 hęc aquæ ducendæ præſcribitur ſpatio temporis, de cuius initio non appareat, neque conſtet, *l. hoc iure, §.*

O 2 *ductus*

[illegible] *ff. de aqua quotidiana, & æſtiua & l. vſum. C. de aquæductu, lib. 11.* contra vero [illegible] præſcribitur [illegible] ſeruitus ſpatio decem, vel [illegible] annorum, *l. 2. de ſeruitat. & aqua. & in d. l. ſi quis diuturno*, & explicuimus ſupra in principio.

10 Et † licet concedatur in re hac Interdictum prohibitorium, & reſtitutorium, *l. [illegible] ff. de aqua quotidiana & æſtiua.* nihilominus in huiuſmodi Interdicto duo neceſſario probanda ſunt, [illegible] ſeruitus, & vſus, *l. 3. §. hoc autem Interdicto ff. de itinere, actuq. priuato.* vbi ita diſponitur, itaque qui Interdicto vtitur duas res debet docere, & hoc anno ſe vſum, & ei ſeruitutem competere, cæterum ſi deſit alterutrum, deficit Interdictum.

OPINIO DCXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Præſcribi non poſſunt ſpatio decennii vſuræ, quæ debentur tanquam interuſurium ob moram dotis non ſolutæ. Et an marito tacente, & non petente, ea cenſeantur remiſſæ. nu. 2.*

3 *Actio petendi interuſurium ob dotem non ſolutam tranſit ad hæredes.*

4 *Vſuræ peti non poſſunt ab his, qui non ſunt ſoliti negotiari.*

1 PRÆSCRIBI † non poteſt ſpatio decennii ius petendi alimenta, vſuras, ſeu interuſurium decurſa ob non ſolutam dotem; & ſic vſuræ dotis, quæ debentur tanquam interuſurium [illegible] ſuſtinendorum onerum matrimonii ob moram dotis non ſolutæ, non præſcribuntur decennio, quo minus peti poſſint poſt decennium, ſecundum Aret. *colum. 5* & Iaſ. *num. 10. in §. fuerat. Inſtit. de act.* Rom. *in l. in inſulam. § vſuras, colum. 5. ff. ſolut. matrimon.* & conſulendo *conſil. 517.* Alex. *colum. 5* [illegible] *num. 19 & ſequent. in l. qua dote. ff. ſolut. matrim.* & hæc eſt magis communis opinio, vt perhibet Coro, *conſil. 164. volum. 3.* & ſecundum eandem cauit Sacrum Regium Concilium Neapolitan. teſte Gram. *deciſ. 70.* & conſuluit Coro *ind. conſil 64.* Adde quæ poſui ſupra in *Opinione 479.* & Balb. *de præſcript. tertia part. princ. 10. quæſt. num. 17. in prin. & in 4. part. principal quæſt. 36.* In contrariam vero

2 ſententiam [illegible] † videlicet, quod vſuræ, ſeu alimenta prædicta, pro dote non [illegible] ſpatio decennali præſcribantur, & quod ex huiuſmodi diuturnitate temporis cenſeantur remiſſæ, inclinauit Bald. conſulendo, *[illegible] 4. poſt huiuſmodi. volum. 2 per text. in l. cum quidam. §. Diuus. ff de vſur.* cui adhæret Coro *conſ. 206. colum. pen. volum. 2.* Alex. *conſil. 74. volum. 5.* & Albat. *in tract. de præſumpt. lib. 3. reg. 1. præſumpt. 32.* & Tiraq. *in tractat. de præſcriptionibus. §. 1 Gloſſ. 4. verſ. ex quo eſt[illegible] [illegible] text fol. paru. 31* Add. Campeg. *in tract. de dote, quæſt. 6. in fine.* Sed ob authoritatem iſtorum noli aliquo modo excedere in practica à dicta communi, quæ veriſſima redditur ex ſcriptis memoratorum Scribent. atque iuriſſiue, ex deciſione Rotæ Neapolitanæ. & ex comm. Nattæ, *conſil. 495 de duobus, à num. 1. vſque ad num. 12. volum. 3.* vbi doctiſſime conſuluit pro hac parte communi, tollendo omnia contraria [illegible] text. *in d. l. cum quidam. § Diuus.* [illegible] ad [illegible] text. reſpondent præcipue Doct. & Rom. *in d. l. qua dote. colum. 4.* Alex. *conſil 56. colum. p n & conſil. 63 volum. 4. num. 16. & conſil. 108. colum [illegible] volum.* Coro. *conſ.* [illegible] *num. 13 & ſeq. volum.* [illegible] *d. conſil. 164. colum. pen.* Deci. *conſil. 571.* & Nattæ *d. conſil. 495. num 4.* & vide ad materiam, quæ poſui [illegible] ſupra, *in Opinione 479. Marito cui eſſet dos promiſſa.*

Adde pro materia intelligentia, † atque ampliatione omnium præmiſſorum, quod actio petendi interuſurium, ob dotem non ſolutam, [illegible] ad hæredes, vt per Cagnol *in l. hæredem. num. 4. ff de reg. iur.* quando ſcilicet tale interuſurium mora eſſet promiſſum, vt per Dec. ibi, et eum relatum, *conſil. 571.* vide tamen *l. vir vſuras. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & Alpha. *collectan. 947.*

Adde etiam poſtremo in materia, † quod interuſurio peti non poſſit ab his, qui non ſunt ſoliti negotiari, ſecundum Soc. Iun. *conſil. 114. num. 39. & ſequent. volum. 3* Alexand. *in l. diuortio. ff ſolut. matrim.* Ruin. *conſil. 48. num. 2. volumin. 5* & Aret. *in §. fuerat. Inſtit. de actionib.*

OPINIO DCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribens, ſi poſt completam præſcriptionem ſuperuenerit mala fides, non tenetur rem domino reſtituere, tam in foro ſeculari, quam conſcientia.*

PRÆSCRIBENS, † ſi poſt completam præſcriptionem mala fides ſuperuenerit, non tenetur rem domino reſtituere, & iſta eſt opinio magis communis, teſte S. Bernardino, protectore noſtro *in ſuis ſermonib. de Euangelio æterno in ſerm. 32. art. 2. ſub cap. 3. verſ. Sed quære poteſt, an ille, qui completa præſcriptione.* Abb. *in c. vigilanti. de præſcript.* poſt Ioan. Vinc. Tanc. Goff. Hoſt. & Ioan. And. *in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. in mercu.* & Innoc. *in c. cura, in fin. de iure pat. & in c. plerique, de immu. eccl.* ¶ Quæ communis debet etiam obſeruari in foro conſcientiæ, ſecundum præcitatos Doct. & hæc eſt pura veritas. Eſt bene verum, quod Frater Gerardus de Senis, vt idem Ioan. And. refert, *in d. reg. poſſeſſor. in 6. q.* fortè Io. Scoti æmulus, qui primam tenuit partem, *in 4. ſentent. diſt. 15.* ſentit contrarium, quod videlicet præſcribens non ſit tutus in foro conſcientiæ, quam etiam, neſcio quo ſpiritu ductus, ſecutus eſt Abb. *conſil. 3. colum. 18, volum. 2.* Sed tu in deciſiuis noli recedere à dicta communi, tanquam ſacroſancta, & tutiſſima, etiam in foro poli, quam ſequuntur, & tuetur etiam cum cæteris aggregatis per eum, S. Bernard. *vbi ſupra.*

OPINIO DCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio currit contra creditorem, habentem hypothecariam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis.*

PRÆSCRIPTIO currit contra creditorem, † habentem hypothecariam, intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis, vt per Dec. *in c. cum inter. num. 23. de except.* & Soc. iun. *conſil. 17. num. 13. & conſil. 117. per totum. volum. 1.* vbi admonet, communiter reprobari Alex. *conſil. 58. volum. 5.* [illegible] ſententem contrarium: quoniam, cum quis impedimentum remouere poteſt, & non remouet, non excuſatur aliquo modo, & cum hac opinione communi concurrit quoque Alex. ſibi contrarius, *conſil.* [illegible] *volum. 6* Nam [illegible] ipſe in [illegible] creditor [illegible] pa, cum non egent ad diſcuſſionem [illegible] optima parte multa accumulat Tiraq. *in tract. de præſcript. §* [illegible]

Ipſe [illegible] communi, tanquam [illegible] ſcribunt Soc. *in d.* [illegible] Dec. *vbi ſupra.*

OPI-

OPINIO DCXXXI.

SVMMARIA.

1 *Iuris error an impediat præſcriptionem 30 vel 40 annorum.*

2 *Error iuris non obeſt præſcribenti, cum præſcribens tractat de damno vitando, & Eccleſia minor, mulier, miles, vel ruſticus de lucro captando. Error autem iuris non excuſat fœminam à mala fide, ſed impedit præſcriptionem, nu. 3.*

4 *Error iuris non nocet, cum præſcriptio habet in ſe naturalem æquitatem, veluti cum quis præſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolenni.*

PRÆSCRIPTIONEM triginta † vel 40. annorum error iuris impedit, ſecundum Gloſſ. iunct. text. *in c. apoſtolicæ. de donat.* quam ſequitur Abb. *conſil. 34. col. 1 vol. 1. & conſil. 19. col. 11. volum. 1.* Paul. de Caſtr. *conſil. 70. colum. fin. & conſil. 429. volum. 1.* Anchar. *conſ. vltimo. colum. pen.* in quo conſilio ſubſcripſit ſe Card. vt ibi clare conſtat, & huiuſcemodi opinionem fatetur eſſe communem Felin. *in c. de quarta. colum. 8. de præſcript* quem ſequitur, refertque Cur. Inno. *conſil. vltimo. col. 3.* & eandem ſententiam tenet Alex. *conſil. 73. colum fin. vol. 2. & conſil. 46. in 2. dubio lib. 3.* Soc. *conſil. 29. colum. 7. lib. 1.* & Bellamera *conſ 6. colum. pen. & conſil. 10. colum. 9.* & Balbus *in repet. l. Celſus. in princ. num 17. ff. de vſucap.* vbi *in d. nu. 17. cum aliis ſequent.* limitat communem præmiſſam in quinque caſibus, & d. repet. poſita reperitur in fin. tract. de præſcript. eiuſdem Balbi. Cōis opin.

In contrariam vero partem, quod error iuris non impediat præſcriptionem longiſſimi temporis, inclinauit titubanter Paul. de Caſtr. *conſil. 406. colum 3. volum. 1. conſil. 3. circa finem, conſil. 44. colum. 11. & conſil. 81. col. 4. vol. 2.* & idem firmat Bal. *conſil. 221. circa fin. lib. 1. & conſil. 52. in fine lib. 5.* Roma. *conſil. 123. colum. 3.* idemque videtur velle Abb. *conſ. 37. in 3. dubio lib. 1.* idem ſentit Calca *conſil. 68. col. 2.* Rota Roman. *in deciſ. 310. nota quod ex minim. in antiquis.* Calder. *conſil. 2. vol 2 in titu. de conſtit.* Feder. de Senis *conſil. 247.* Guido Papæ *quæſt. 159.* vbi ait, quod prælati alienatio abſque Capituli conſenſu præbeat iuſtam præſcribendi cauſam. Idem concludit, & ſequitur Ripa *in l. 1. col. 3. ff quorum bonorum.* & Grauet. *conſil. 166. num. 13.* in quibus locis ambo aſſerunt, quod ſpurius hæreditatem paternam præſcribit triginta annorum curriculo, licet in iure erret, credens ſe capacem eſſe, cum non ſit, poſt Bal. *in l nullo. C. de rei vendic.* & quod iuris error non impediat longiſſimi temporis præſcriptionem, tenet Imol. *in l. nunquam. ff. de vſucap.* Soc. *conſil. 33 colum. 3. volum. 4.* nonnullique alii, relati per Felin. *in prætat. c. de quarta, col. 11.* hanc opinionem fatetur audacter eſſe communem Alexandrinus *conſil. 75. col. 2. & conſ. 154. circa finem,* quamuis præmemoratos Doct. omnes non referat. Cōis opin.

2 Retenta † itaque hac vltima opinione negatiua, tanquam frequentiori calculo approbata, & magis iuri, & æquitati conſona, dicam procedere in multis caſibus, præſertim quando præſcribens tractat de damno vitando, & Eccleſia, vel minor de lucro captando, tunc enim error iuris nullo pacto videtur obeſſe præſcribenti, *l. cum is. la 2. in fin. & l. error. C. de iur. & fact. ignor* facit text. *in l. qui teſtamento. in fin. ff de excuſat. tut.* vbi error ſententiæ inualidæ, quæ putabatur valere, excuſat à damno, & abſq; dubio iſte caſus procedere videtur in minore, muliere, milite, & ruſtico. in quibus magis toleratur error iuris, quando agitur de damno vitando, per ea quæ habentur per Moder. *in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omni. iudic. & in l. iuris ignorantia. C. qui admitti*

Sed † error iuris non excuſat fœminas à mala fide, etiam in præſcriptione longiſſima, imo impedit præſcriptionem, Ita Ant. de Burgoſ. *in tra de empt. & vend. in c. peruenit, ſub nu. 20. ind. tit.* 3

Procedit ſimiliter dicta cōmunis, † quando præſcriptio haberet in ſe naturalem æquitatē: hoc enim caſu iuris error non noceret, puta ſi quis præſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolenni: & ita in hoc caſu tenet Bald. *conſ. 179. circa finem, vol. 4.* 4

OPINIO DCXXXII.

SVMMARIA.

1 *Ius adeundi hæreditatem, & ius immiſcendi, triginta annorum ſpatio durat.*

2 *Ius adeundi, quod præſcribitur triginta annis, currit etiam ignoranti.*

3 *Reſtitutio in integrum ex clauſula competit ignoranti hæreditatem ſibi delatam aduerſus præſcriptionem triginta annorum, vltra quam non datur ius adeundi, vel ſe immiſcendi.*

4 *Reſtitutio in integrum non conceditur contra præſcriptionem 40. annorum. quia illa pleniſſimam ſecuritatem parit.*

5 *Reſtitutionis in integrum beneficium eſt vtile à principio, & non currit niſi à die ſcientiæ.*

6 *Reſtitutio in integrum contra præſcriptionem 40. annorum an concedenda ſit propter iuſtam, probabilemq; ignorantiam.*

7 *Filius ſuccedere poteſt ex capite, vnde liberi, & ex capite, vnde legitimi: & à primo excluſus præſcriptione 30. annorum, poteſt intra alios 30. annos admitti ex ſecunda.*

HÆREDITATEM adeundi ius, † ſeu poteſtas, quæ competit extraneis, ac ſe immiſcendi, quæ ſuis competit, triginta annorum ſpatio durat. *l. fi. C de edict. Diui Adr. toll* Glo. not. *in l 3. ff de acquir. hæred.* Bar. & Ang. Paul. Caſtr. *in l. filio præterito ff. de iniuſto rupt. irrit.* Glo. Alex. & Iaſ. *n. 1. & 5. in l. licet C. de iure deliber. & in l. 1. C. quando non peten. partes.* & opinio hæc communiter approbatur: vt per Alex. *in d. l. licet.* Bologne. *in d. l. 1. n. 30* vbi omnes Moder. hoc idem atteſtantur, Hippol. Riminal *in § 1. n. 210. Inſtit. de donat.* Gratn. *in deciſ. 103. n. 46.* Alex *conſ 163 viſo proceſſu. col. 2. vol. 2.* Iaſ. *conſ. 19. præſentis vol. 1* Ruin. *conſ 62. n. 8. & 19. lib. 3.* Coraſ. *in miſcell. iuris ciuilis lib. 6. c. 21. n. 1. cum aliis ſeq.* & Gozad. *conſ. 56. n. 1. & ſeq & ſub n. 13. & conſ. 80. n. 6.* vbi iſtam communem lat iſſime declarat. 1 Cōis opin.

Et hoc ampliatur † non ſolum procedere in hæredib. ſcientibus delatam ſibi eſſe hæreditatem, verum etiam in ignorantibus, qui, caſu, quo ab obitu defuncti triginta anni fluxerint, profecto ab hæreditatis petitione caderent. text. eſt *in l. hæreditas C. de pet hæred.* & ita hoc notant & firmant Doct. *in d. l licet, & in d. l. filio præterito.* & hęc eſt communis opinio: vt meminit Alex. *in d l. licet*, & Gozad. *conſ. 68. videtur prima facie dicendum. ſub nu. 13.* 2 Cōis opin.

Interpretatur vero iſtud non procedere, † quando iſti ignorantes per huiuſmodi ignorantiā ex clauſula, *ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.* aduerſus præſcriptionē in integrum reſtitutionem peterent, quæ abſque dubio concedenda eſſet, vt per Fulgoſ. *conſ. 64. in fin.* & Bertran *conſ. 1. n 6. vol 6.* per doctrinam Bart. *in l. 1. § 1. ſi quis propter. ff. de tutel. actiuq; priuat.* Et comprobatur melius hoc ex his, quæ tradit Specul. *in tit. de præſcript. § 1. verſ. pene colonum.* Fulgoſ. *conſ. 63.* Francus *circa fin.* & Alex. *conſ. 89. col. 3. vol. 2.* & ita ſe habet communis opinio, vt aſſerit Soc. *in l. cum filius. § 1. ff de ver. oblig. col. 1.* & Dec. *conſ. 305. in caſu. col. 2.* 3 Cōis opin.

4 Sed aduertendum eſt hic, † quod iſtud remedium non prodeſſet contra præſcriptionem quadraginta annorum; quoniam illa pleniſſimam ſecuritatem parit. *l. omnes C. de præſcript. 30. ann.* & hoc tenet Alex. *conſ. 172. col. 3. vol. 2.* & Soc. *in l. cum filius §. in his. ff. de verb. oblig.* & Gozad. *in d. conſ. 68. ſub nu. 14* Dec. *conſ. 29. & prætenui, & conſ. 375. viſa bulla, ante fin. & conſ. 36. ſupremo conſiderata in fin.* faciunt ſcripta per Soci. *conſil. 299. circa fin.*

5 Et ſciendum eſt, † ad præmiſſorum veriorem intelligentiam, quod beneficium hoc reſtitutionis in integrum ſit vtile à principio, & non currat, niſi à die ſcientiæ, quia tempus quadriennii datum, cōceſſumq; ad petendam reſtitutionem in integrum eſt vtile à principio. *l. fin. C. de temp. in integ. reſtit.* vt per Bald. *conſil. 216. quæſt. vol. 2.* quod putat eſſe memoriæ cōmendandum Alex. *conſ. 110. perſp. item lib. 5.* Et tempus vtile non currit ignoranti. *l. vtile. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru.*

6 Et ita remedium hoc, † ſecundum Doct. allegatos, dabitur etiam contra præſcriptionem 40. annorum, ſi is, qui petit reſtitutionem, iuſte ignorauerit hæreditatem ſibi delatam eſſe, & iſta eſt communis opinio, teſte Gozad. cum aliis relatis per eum, *in conſil. 56. nu. 11.* quam ſequuntur, & citant Balb. *in tract. de præſcript. in 4. part. 4. part. prin. q. 29. nu. 1. cum aliis ſeq.* Io. Bapt. Bouius in *tract. de ſtatutaria Vrbis præſcriptione. Glo. 19. nu. 1. cum aliis ſeq. fol. par. 45.* Horat. Mandoſ. *in add. Rom. conſ. 123. in litera N.* vbi admonet ita deciſum fuiſſe in Rota Rom. & Afflict. *deciſ. 37. n. 1. & deciſ. 329. num. 5. cum aliis ſeq.* in quibus locis refert, ſic bis votatum fuiſſe in Sacro Regio Concilio Neapolitano. Cōis opin.

¶ In contrariam vero partem inclinarunt aliqui Doct. mentionati, in locis præmiſſis, videlicet, quod reſtitutio in integrum non concedatur, etiam ex capite iuſtæ ignorantiæ, aduerſus præſcriptionem triginta vel quadraginta annorum, & ſequitur So. Iun. *conſil. 52. & 143. volum. 1. & conſil. 6. vol. 3.* vbi prędicat eam eſſe magis communem opinionem, & ita iudicauit D. Alex. Trentacinq. compatriota meus, vir ſemper honoris cauſa nominandus, de præſenti menſe April. 1573. contra aliquos meos clientulos, in cauſa vertente inter quoſdam de Oppido Cambiani, & Labateti.

Tamen aduerte, quod in deciſiuis fatuum foret diſcedere à dicta prima ſententia, tanquam realiter magis communi, & præſertim in Regno, in quo reperitur caſus deciſus per mentionatas deciſiones Afflict. quæ in caſibus dubiis ſuccedunt, & habentur loco legis; & ſic habes, quod quadriennium non currit, niſi à die ſcientiæ, ſecundum Alex. *conſil. 71. num. 7. volum. 1.* Dec. *conſil. 303.* Tholomeus *conſ. 76.* Iaſ. *in §. rurſus Inſtit. de act.* in quibus locis atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, & Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus, præceptor meus quoque, dum eum publice audirem Peruſii, qui pleniſſime, more ſuo, declarabat omnia prædicta. Cōis opin.

7 Interpretatur etiam præcitata concluſio, † quod ſui, vel extranei hæredes excludantur à ſucceſſione, lapſu triginta annorum, quando filii agnoſcunt hæreditatem ex capite *vnde legitimi.* Nam filii poſſunt ſuccedere ex capite *vnde liberi*, à quo triginta annorum præſcriptione excluſi, admitti poſſunt intra alios triginta annos, ex capite legitimorum, argum. *l. 1. §. ſed videndum. ff. de ſucceſſ. edict.* vt per Alex. aliosque Doct. *in d. l. licet.* Bart. *conſil. 128. quidam habuit.* Corn. *conſil. 70. venerunt. colum. pen. & fin. lib. 4.* cum relatis per Iaſ. *conſil. 34. volum. 2.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Alex. *conſil. 89. viſo puncto. colum. 2. vol. 2.* & Gozad. *in d. conſil. 56. num. 5. & ſub num. 13.* qui limitat ibi huiuſmodi communem, cum aliis aggregatis per eum, de plano procedere, niſi extarent alii filii, qui venirent ex dicto primo capite: quia vbicunq; haberet locum antedictum primum caput, ſemper ſecundum ceſſaret; tex. eſt *in §. admonendi. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt.* vt voluit Gloſſ. *in l. 1. §. ſed videndum. ff. de ſuc. eſſ edict.* communiter approbata à Scriben. *in d. l. licet.* Cōis opin.

OPINIO DCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Tituli allegatio non eſt neceſſaria in præſcriptione tanti temporis cuius initii memoria non extat in contrarium.*

IN præſcriptione tanti temporis † cuius initii memoria non extat in contrarium, allegatio tituli non eſt neceſſaria, ſecundum Gloſſ. *in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. in verb. non ext. de verb. ſignific.* quam ſequitur Abb. *conſil. 7. colum. 4. lib. 2.* Feder. de Senis *conſil. 254. colum. 2.* Ioan. Fab. *in §. æquo. inſtit. de act.* Calder. *conſil. 1. in tit. de libell. obl.* Gozad. *conſil. 8. colum. 8.* Soc. *conſil. 127. colum. penult. volum. 1.* quod eſt repetitum *in conſil. 181. volum. 2.* Iaſ. *in l. ſi certis annis. colum. fin. C. de pactis*, & Canoniſtæ omnes communiter *in c. 1 de præſcript. lib. 6.* de qua communi atteſtatur Moder. ibidem. Præſcriptio. Cōis opin.

¶ Sed tamen contrarium videtur tenere, & concludere expreſſe Alex. *conſil. 74. colum. 3. prope fin. volum. 4.* Felin. *in c. accedentes. colum. 3. de præſcript.* & Curt. Iun. *conſil. 158. colum. 4.* videlicet, quod tituli allegatio in huiuſmodi præſcriptione ſit neceſſaria, ſiquidem ſecundum eum, non videtur prodeſſe præſumptio tituli, niſi allegetur. *l. cum quid. ff. ſi cert. pet.*

¶ Cæterum parum obſtat authoritas Alex. Felyn. aliorumque, ſuperius relata: quia præfati Doctor. loquuntur in his, quæ non ſunt præſcriptibilia, etiam per tempus cuius initii memoria in contrarium non extat. Verbi gratia, data præſcribentis incapacitate circa beneficiorum collationem, vel circa decimas, iuxta text. *in cap. quanto de conſuetud.* ſeu quando lex præſcriptioni expreſſe reſiſtit: vt in caſu *cap. accedentes. de præſcript.* vel in materia procurationis: quibus caſibus temporis curſus nihil operari poteſt, vt capacem reddat eum, qui eſt incapax: quapropter neceſſe eſt, vt titulus exemptionis, ſeu priuilegii allegetur; & ad probationem huiuſmodi tituli, probare opus foret temporis curſum, cuius initii memoria in contrarium non extaret: ſecus vero, ſi eſſemus in materia præſcriptibili, & abſq; titulo: tunc profecto non eſſet neceſſaria allegatio tituli, & multo minus in huiuſmodi caſu neceſſe eſſet probare quid factum eſſe, tanquam ex cauſa alicuius tituli non neceſſarii, vt notat Feli. *in c. cauſam quæ, de præſcrib. col. 4.*

OPINIO DCXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas, & exemptio poſſunt præſcribi, concurrente titulo, & bona fide quadraginta annorum ſpatio, & ſic præſcripta tollitur onus teſt.*

PRÆSCRIBI poteſt immunitas, † & exemptio, concurrente titulo, & bona fide, quadraginta annorum ſpatio. Vnde ciues omnes, ſi ſoluunt gabellam, ſeu vectigal impoſitum, excepto vno, qui non ſoluit quadraginta annos, erit in huiuſmodi caſu præſcripta immunitas non ſoluendi, ſecundum Bart. Angel. Paul. Caſtren. & alios, *in l. leuitatio. §.* 1

torum

eorum. ff. de publican. Bald. *conſil.* 125. *quæſt. verten. volum.* 1. Alex. *conſil.* 30. *ponderatis. colum.* 4. *volum.* 5. & *conſil.* 126. *in cauſ. colum. pen. volum.* 1. Corn. *conſ.* 44. *in hac conſultatione. colum. pen. vol.* 2. & *conſ.* 12. *in præſenti. colum.* 5. *volum.* 3. & *conſil.* 199. *vol.* 1. & hæc eſt communis opinio, vt per Balbum *in tract. de præſcript. num.* 19. & *ſequen. fol.* 53. & Gram. *in deciſ.* 100. *num.* 25. Et talis immunitas, & exemptio præſcripta, tolli non poteſt, ſecundum Bal. *in l. quod ſemel ff. de decret. ab ord. fac.* & *in l. ſi quis. in fi. ff. de iur. immun.* & per Bertach. *in tract. de gabellis in* 9. *q.* 1. *part.* Com. opin.

OPINIO DCXXXV.

SVMMARIA.

1. *Princeps an de plenitudine poteſtatis poſſit ſine cauſa auferre ius perfecte alteri quæſitum miniſterio iuris ciuilis. Et contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, reſcribere nu.* 2.
3. *Princeps poteſt legitimare ſpurium poſt aditam hæreditatem per agnatos dummodo poſſeſſio bonorum nondum apprehenſa ſit.*
4. *Princeps poteſt tollere ius quæſitum de iure gentium ex cauſa quæ principaliter reſpiciat vtilitatē publicam.*
5. *Princeps poteſt ex cauſa remunerationis ſeruitiorum auferre dominium alterius de iure gentium quæſitum; & remuneratio ipſa eſt ſufficiens cauſa Principi ad tollendum dominium alienum.*

1 PRINCEPS † de plenitudine poteſtatis non poteſt auferre ius perfecte acquiſitū alij miniſterio iuris ciuilis, ſine cauſa veluti per ſententiam, præſcriptionem aut aditionem hæreditatis; quoniam licet modus acquirendi ſit de iure ciuili, nihilominus ipſum dominium eſt de iure gentium, ſecundum Doctores communiter *in l. Gallus* §. & *quid ſi tantum ff. de lib.* & *poſthum. in l. final. ſi contra ius, vel vtil. pub. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.* quam communem ſequitur Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore colum.* 54. & *colum.* 65. *ff. de vſucap.* & *in dicto* §. *quid ſi tantum num.* 125. & *in d. l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. in* 7. *limitatione* Feli. *in d. c. quæ in eccleſiarum. nu.* 33. Alex. Soc. G. Paul. & Mod. Hiſpani *in d.* §. & *quid ſi tantum* Iacob. Nigri. *in rub. ff. ſi certum petatur num.* 15. & Ruin. *conſ.* 95. *num.* 1. & 9 *vol.* 1. & Bellonus *conſ.* 1. *num.* 2. & *ſequent.* & iſta eſt magis communis opinio: quam ſequitur & citat Paris. *con.* 101. *num.* 70 *vol.* 1. Socin. Iunior *conſ.* 120. *num* 32. *vol* 3. Aymon. Grauett. *conſ.* 117. *num.* 3. *conſ.* 103. *volum.* 1. *con.* 135. *num.* 10. & *ſequen. conſ.* 172. *col.* 1 & *conſ.* 7. *num.* 10. Adde Menoch. *de arbit. iudic. lib.* 1. *quæſt.* 84. *num.* 7. Bald. Alex. & Iaſ. *in l. teſtamentum C. de teſtam.* & eund. Iaſ. *in l. Barbarius num.* 35. *ff. de offic. prætor.* & Grauett. *conſ.* 241. *nu.* 10. vide etiam in materia hac Aug. Aret. *in* §. *fin in princ.* Inſtit. *de offic. Iud.*

§ Contrariam vero partem quod Princeps poſſit auferre ius perfecti alteri acquiſitum ſine cauſa; tenuit Angel. *in l. Lucius ff. de euict.* Abb. *in* 2 *parte in l.* 2. *de offic. deleg.* Bertran. *conſil.* 302. *nu.* 5 *vol.* 3. & Iaſ. ſibi contrarius in conſulendo tenet hoc idem, *in conſil.* 1. *col.* 7. *lib.* 1. vbi ſequitur Bald. *in l. fin. C. quæ ſint. reſcin. non poſſ.* vbi ait

2 Quod Princeps † poſſit reſcribere contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam; dicens illud dictum Bal. eſſe ſingulare; & auferre dominium acquiſitum mediante tali ſententia. Et Angel. in leg. *item ſi verberatum ff. de rei vendicat.* dicit principem abſque cauſa poſſe auferre dominium rei meę, & quod contrarium dicens, mentiatur vel mentitur, iuxta notata per Andr. de Iſer. *in cap.* 1. §. *naturales numer.* 4. *Si de feud. defunct. milit. controuerſ. fuer.* & *melius in c.* 1. § *fin.* *numer.* 25. & *ſequent. in addit. de capit.* Conrad. *quem ref. et Vrſill ad Afflict. deciſ.* 267. *num.* 7.

Similiter idem † Iaſ. *con.* 127. *col.* 3. *lib.* 4. arguit pro opinione Pauli de Caſtr. *in leg. cum hæredes, in princip. ff. de acquirend. poſſeſ.* & *in l.* 3 *ff. de teſtam.* quod Princeps poſſit legitimare ſpurium poſt aditam hæreditatem per agnatos, dummodo poſſeſſio bonorum nondum apprehenſa ſit: Eandemque opinionem firmat idem Iaſ. *conſ.* 93. *lib.* 1. vbi voluit, quod Pontifex eximendo monaſterium à decimis, in conſequentiam præiudicet laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in cōſequentiam. Sed his non obſtantibus, prima opinio quod ius quæſitum per aditionem hæreditatis, aut per ſententiam auferri per principem nequeat ſine cauſa videtur magis cōmunis & ſequenda, vt ando dicti aſſerunt Modern. *in d. l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil publ.* Capic. *deciſ.* 296. *num.* 4. & 10. Grauett. *in d. con.* 172. *n.* 3. & alij quam plurimi ſupra relati. 3

Ea † autem communis ſententia non procedit cum Princeps tollit ius quæſitum de iure gentium, ex cauſa; & vt illud ex cauſa auferri poſſit, requiritur vt ſit huiuſmodi cauſa, quæ principaliter reſpiciat vtilitatem publicam: ſecundum Bart. *in l. quæcunq. in fin. C. de fide inſtrum.* & *iure haſt. fiſ. lib.* 10 O dra. *conſ.* 224. *iſto ſunt allegat. colum.* 7. Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 177. *conſil.* 229. *colum.* 2 *conſil.* 287. *col.* 1 *lib.* 1 Dec *con.* 461. *colum. penult.* & *conſil.* 188. *colum.* 3 *poſt.* Feli. *in d. c. quæ in eccleſiarum.* Iaſ. *in l. Barbarius. colum.* 6. *ff. de offic. prat.* & *conſil.* 233. *col.* 7 *lib.* 2. & iſtam ſcribit magis eſſe communem opinionem Alex *conſil.* 363. *num.* 10 *vol.* 2. 4 Com. opin.

Limita † ſecundo loco dictam communem opinionem non procedere, quando Princeps ex cauſa remunerationis ſeruitiorum auferret Dominium alterius, de iure gentium quæſitum: tunc enim certū eſt, Principem poſſe id auferre *l. item ſi verberatum,* vbi Bart. & Angel. *ff. de rei vend.* & alij Scribent. *in l. Antiochenſium ff. de priuileg. cred.* & quod remuneratio ſit ſufficiens cauſa Principi ad tollendum dominiū alienum, concluſit Dec *conſ.* 588. *viſo caſu propoſito col.* 7. & *conſil.* 588. *viſo puncto, col.* 5. poſt alios relatus per Giurmat. *deciſ.* 66. *num.* 3. & *ſequen.* 5

OPINIO DCXXXVI.

SVMMARIA.

1. *Princeps reuocans facultates ſub quibuſuis formis, & clauſulis non reuocat ob hoc conceſſas pro precio, & in vim pacti.*
2. *Princeps in contractibus vtitur iure priuati.*
3. *Princeps motu proprio reuocans ea, quæ tenetur obſeruare, præſumitur circumuentus, ita quod contrarium probari non poſſit quaſi hæc ſit præſumptio.*
4. *Conceſſio principis motu proprio poteſt in eum retorqueri.*
5. *Priuilegium à Principe alicui conceſſum an tolli & reuocari poſſit. & num.* 6.

PRINCEPS † reuocans facultates ſub quibuſuis formis, & clauſulis, non reuocat ob hoc conceſſas pro pretio, & in vim pacti: nam reuocaret conuentionem quod non poteſt ſecūdum Bald. *in l. quis ſe patris colum. ſeptim. C. vnde liberi.* Rom *conſil.* 252. *nu.* 5. Ancharanus *in capit primo. num.* 8. *de conſtit. lib.* 6. Abb. *in capitul. nouit. numer. vigeſimo quinto ibi, illud tranſiuit in quaſi contractum, quo etiam princeps obligatur de iud.* Felynus *in capitul. quæ in eccleſiarum numer.* 52. *de conſtit.* 1

Dec. *conſil.* 286 *num* 6 *conſ* 191. *num.* 7 *& conſ.* 689 *n.* 5. *& ſequen.* & Cort. Iun. *con* 147. *num.* 24 *&* 33. vbi commemorat iſtam opinionem eſſe communem, & Pa-
Cõis opin. ris. quoque *conſ.* 81. *num.* 48 *& ſeq. & num.* 52. *volum.* 1.

2 Et † ratio aſſignatur hæc quod princeps in contractibus videatur vti iure priuati, vt per Paul. Caſtr. *in l. digna vox C. de legibus* Roman. *conſil.* 436. *num.* 17. *& ſequens.* Iaſ. poſt alios *in l. traditionib. C de pact.* & Dec. *in d. conſ.* 286.

3 Imo † ſi Princeps ipſe motu proprio reuocat ea, quæ tenetur obſeruare, creditur circumuentus, ita & contrarium probari non poſſit, quaſi ſit præſumptio iuris, & de iure, vt per Dec. *conſ.* 388. *num.* 19.

4 Et prædictæ † communi ita comprobatæ accedit hæc altera opinio ſimiliter cõmunis videlicet, quod
Cõis opin. quæ motu proprio Principis apparent alicui conceſſa in eum retorqueri non debeant; & ſic retorſio fieri nequit. quando conceſſio facta motu proprio ſecundum Glo. communiter approbatam, *in l* 1. *in ver. decernetur ff. quod quiſque iuris* quam ſequitur, & recitat eſſe communem Iaſ. ſed. Lanſian. *in deciſ.* 368. *in his quæ motu proprio* ¶ Sed hoc limitat, & declarat Felin. *in c.* 2. *de mut. pet.* vbi ponit multos caſus, in quibus fit retorſio etiã quãdo conceſſio facta motu proprio & vnum caſum poſuit quoque Iaſ. *in l. fin. num.* 13. *C. de indic. viduit. tollead.*

5 Notandum hic etiã, † quod priuilegium à Principe conceſſum regulariter tolli poſſit; ita Gloſ. *in regul. docet.* Sed priuilegium conceſſum non ſubito, reuocari nequit vllo modo, per notata per Innocen. *in c. nouit. de iudic.* Imo priuilegium ſubito conceſſum licet tranſiuerit in contractum, poteſt nihilominus adhuc cauſa ſubſiſtente, reuocari, vt firmant Doctores *in dict. cap. nouit, & in cap. in noſtra. de iniur. & dam. dat.* Ant. de But. *in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit.* Domin. *in c.* 1 *de conſtit. in* 6 & Alex. *conſil.* 101 *vol.* 1. & ita vidimus obſeruari per ſacrum regium collateralе conſilium, ſub die 17 menſis Martii, anno 1580 cum ex cauſa vtilitateque publica per regiam pragmat. vel bannum reuocarit priuilegium militibus nouæ, neotericæque militiæ, conceſſum circa geſtationem cuiuſcunque generis, excepto archybuſio paruulo & mucrone, ita vt cultrum mucronatum & ſic acutum, ferre non poſſint, nec alia ſimilia inſtrumenta mucronata, & acuta parua, ſub pœna relegationis trium annorum, aut mille ducatorum.

6 Et † licet, vt ſupra docuimus reuocari queat priuilegium conceſſum ſubito, etiam ſi tranſiuerit in contractum: tamen hoc intelligitur cum grano ſalis, cum priuilegium habet, cauſam ſucceſſiuã, vt quod non teneatur ſoluere collectam: ſecus vero, ſi dediſſet vnam rem; quia tunc tranſiuit in ius gentium & acquiſitum ei eſt dominium, quod nõ poteſt acquirenti auferri, vt firmant ere Abb. *in cap. nouit de iudic.* Alexand. *in leg omnes populi, ff de iuſt. & iur* & Bar. *in l. ſecund in fine, ff. de iur. immu. in leg. quod ſemel, ff. de decret. ab ord. fac. in l. ciuitas ff. ſi cer. pet. in l. Cæſar. ff. de pup. & in leg. priuilegia, in fine, Cod. de ſacroſan. eccleſ.* vbi ponit ſingulare dictum.

OPINIO DCXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an Vaſallos & ſubditos ſuos, item Ciuitates oppida & caſtra alienare poſſit ipſis inuitis, in alium*

1 PRINCEPS † non poteſt alienare Vaſallos ipſis inuitis, ac reclamantibus; & ſic fieri nequit alienatio alicuius oppidi, caſtri ſeu ciuitatis in aliũ, per Principem contra voluntatem ſubditorum, vt voluerunt expreſsè Gloſ. *in l. inuitum ff. de ſideiuſſ. in ff. ib.* Specul. *in titul. de feud.* §. *quoniam verſ* 29 Hoſtienſ. & Ioann. Andr. *in capit. dilecti filii, de maiorit. & obedient.* Bald. Salic. Paul. Caſtrenſ. Roman. Iaſ. & Curt. *in leg. debitorem Cod de pact.* Oldrad *conſil.* 221. *in fine* Andr. de Iſern. *numer.* 8. & Aluar. *col* 11 *in cap.* 1 § *præter ea ducat. de prohib. feud. alienat. per Fed.* Afflict. *in præalud. conſtit.* q. 24. *in fin.* Bald. *in cap. generali ſi de feud. fuer. cont. inter dom. & agn. Vaſal.* Papienſ. *in ſua practica, for. libell. ad reuocand feud. in verſ. nec ſuperſtitibus. num.* 21. Abb. *in capit. auditis numer. vigeſ. de præſcript.* Fab. de Munte *in tract. de emption. & vendition. in* 3 *quæſt. princ. num* 27. Dec. *conſ.* 564. *num.* 9 *& conſil.* 689 *in fine*, Capitius *in inueſtitura feudali in cap. feudum dant. fol.* 156. *conclus.* 24 *quarta declaratione, & deciſ.* 162. *num.* 1. Roian. à Vall. *conſ.* 1. *num.* 34. *cum aliis ſequentib. volum. in.* 1. Boſſius *in pract. crim. in tit. de Principe, & priuilegiis eius num.* 590. & Iaſ. *in prima lect. num.* 46. Crot. *colum.* 11. & Socin. Iun. *num* 77. *in leg. filius familias* §. *diui* §. *de leg.* 1. Alex. *in leg.* 2. *num.* 29 *ff. ſolut. matrimon.* vbi etiam Fran. Rip. *numer.* 46. qui fatetur hanc eſſe communem opinionem, prout teſtatur etiam, inhærendo eidem ſententiæ Curt. Iunior *conſ.* 174. *num.* 17. Alciat *conſil.* 7. *n.* *cum aliis ſequent. incip quia caſus præſentis controuerſ. tom.* 3. *libro primo fol.* 44. qui hoc probat, & ait non habere difficultatem, D. Horatius Mandoſius *in ſchol. ad Rom. in conſil.* 19 *ſuper litera Q* & Iacob. Philip. Port. potius Ant. Gabriel. *in concluſ.* 21. *lib* 5. & Cæſar Vrſillus *in add. Afflict. in deciſ.* 165. *num.* 36. qui hoc limitat cũ aliis relatis per eum, in caſu neceſſitatis Domini. Et huic opinioni accedit etiam D. Vincentius de Franchis, ingenio, doctrina, ac probitate illuſtris, & profunda memoria, & integritate laudatiſſimus, in *deciſ.* 17. *num* 2. vbi planum facit ſe alias retinuiſſe in facti contingentia, facta alienatione per vtiles Dominos feudorum, ſeu terrarum cum Vaſallis quod vaſalli fuerint admiſſi, etiam in contradictorio iudicio, ad demanium, ſoluto pretio emptori vna cũ intereſſe, compenſatis eo fructibus ex terra perceptis pro concurrenti ſumma. refert que etiam ibi *ſub num.* 3 alias Regiam Cameram iudicaſſe in facto Regio Collaterali Concilio, vniuerſitates poſſe admitti ad redemptionem iuris ponderum, & menſurarum & cognitionis ſecundarum cauſarum, non obſtante venditione facta per Regem vniuerſitatibus prememoratis de ipſis iuribus.

¶ Sed contrarium videlicet, quod alienatio vaſallorum fieri poſſit, etiam eis renitentibus, voluit Philipp. Dec. *in d. l. debitorum* vbi audacter aſſerit ita conſuetudine ſeruari & iſtam eſſe generalem conſuetudinem aiunt Guid. Papæ *deciſ.* 485 Paril. *conſil.* 22. *nu.* 77. *vol.* 1 & Socin. Iun *conſ.* 94 *colum fin vol.* 2 *& in d.* §. *Diui ſub nu* 77. & Cæſar Vrſillus *in d. add. Afflict. in deciſ.* 265 *ſub num.* 36. & in effectu fatentur veritatem ipſam, & ita obſeruatur quotidie, ſed de facto, & de plenitudine poteſtatis potius quam de iure, vt per Boſſium *in d. tit. de Principe, & priuilegiis eius. ſub nu.* 190. Sed retenta dicta communi tanquam veriſſima, approbatur ea pluribus efficaciſſimis rationibus per Capic. *in dict. inueſtit. feud. c feudum dant. concluſ.* 24. *declaratione* 4.

Limitatur † autem communis iſta ſententia non procedere ſi alienatio vaſallorum eſſet facta cum vniuerſitate, id eſt, cũ aliis caſtris in quibus ſunt; & ſic ſi facta foret alienatio plurium rerum feudalium ac totius Curiæ: tunc enim inuitis ipſis vaſallis, valeret, & teneret de iure, ſecundum Bald. *colum fin.* & Martin. Laudenſ. *colum* 1. *in c.* 1. §. *præterea, de prohib. feu. alien. per Feder.* Abb. *in cap. auditis num.* 31. *de præſcript.* 2

ſcripſit Fabianus in d. § princ. quæſt. ſui tract. de empt. ſub num. 18 Alexand. in l. 2. num. 29. ff. ſolut. matrim. & Ant. Gabriel. in d. tan. liſ. 21. in 1. limitation. Roman. d. conſ. 26. ſub num. 11. vbi in add. in fin. doctiſſimus D. Horat. Mandoſius, cum aliis relatis per eum, qui affirmat ibi iſtam eſſe communem opinionem, & Roland. à Valle in conſ. 1. num. 88 vol. 1. & ſequitur Capitius in d. inueſtitu. in feud. dant. cancluſ. 24. in 1. ampliat. vbi tradit quinq; alias vtiliſſimas limitationes, & duas alias limitationes adducit etiam Rolan. à Valle in d. conſ. 1. num. 81. & 90.

OPINIO DCXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Iudex vſque ad triginta dies tenetur differre executionem ad mandatum, vel reſcriptum Principis, de capitando vel furca ſuſpendendo aliquē ſine proceſſu, & illegitimè.*

2 *Piſonis iracundia, & crudelitas inhumana recenſetur.*

3 *Iudex ira percitus à iudicando & condemnando ſuperſedere debet, tinſq; ratio. Et elegans exemplum cuiuſdam refertur, qui à Cæſare irato ad tranquillum ſeu pacatum appellauit, cum aliis ſententiis eam ad rem facientibus.*

4 *Deus diſſipare poteſt Iudices, & officiales, aſſentientes, ac obſecundantes principi contra veritatem.*

5 *Etiam Papæ aliquid irrationabile mandanti, non obſequendum, ſed reſcribendum.*

6 *Princeps mandans Iudici aliquem torqueri poteſtate abſoluta abſque cauſa, & non præcedentibus legitimis indiciis mortaliter peccat; & Iudex huiuſmodi reſcripto non debet aſſentiri.*

7 *Conſiliarii ſacri Regii concilii Neapol. officiales Regiæ Cameræ ſummariæ, & Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ obtinent in practica primum locum inter cæteros officiales totius orbis & conſueuere plus obedire Deo & eius iuſtitiæ, quam hominibus & Principibus.*

8 *Iudex bonus non debet timere homines, ſed Deum, cuius miniſter eſt magis, quam principis terreni, quod exempla & ſententiis confirmatur.*

9 *Principis geminatum reſcriptum, & iuſſionem vt quis vlt. ſupplicio afficiatur, Iudex abſq; mora exequi debet.*

1 PRINCEPS † reſcribens, præcipiensque aliquem decapitari puniri, vel ſuſpendi, ſi non appareat cauſa, Iudex debet ſuperſedere per triginta dies in exequendo Principis voluntatem, ad expectandum, an Princeps pœnam ſit relaxaturus, vel perſeueraturus in eadem voluntate: & ſic iudex vſque ad triginta dies debet differre executionem in huiuſmodi caſu, ac ſecundam iuſſionem expectare, text. eſt in l. ſi vindicari. C. de pœn. cui concordat c. ſi quando ext. de reſcript. & c. cum apud 11. quæſt. Et d. l. ſi vindicari pingendam eſſe auro ſcribit Iaſ. in l. debitoribus num. 15. ff. de re iudic. & vaticam dicit Matſil. in l. 1. § fin. num. 52. ff. de quæſtion. & multum eam extollit Dec. in d. c. ſi quando num. 5. vbi ſimiliter aduertit ſanctiſſimam illam legem conditam fuiſſe à Theodoſio, ad requiſitionem D. ui Ambroſii: prout late, & vtiliter etiam ponit Petrus Meſſias in vitis Imperatorum, traductis per Alfonſum Vlloam, in vita Theodoſii circa finem. quam ſimul cum not. per Barbat. in d. cap. ſi quando n. 1. cum aliis ſequent. & per Ioan. de Neuizanis in ſua ſylua nuptiali lib. 6. num. 49. cū aliis ſequent. in hoc propoſito non ſolum quotidie inſpicere, & præ manibus habere deberent omnes iudices, tam ſeculares, quā eccleſiaſtici pro animæ ſuæ ſalute, ſed memoriæ eam quoque mandare, ipſis, & toto Vniuerſo valde proficuum foret: quia diſcerent ita iudices non errare, & non peccare, nec alteri præiudicium inferre, in rebus, & vita, in exequendo iniuſta reſcripta Principis.

Et iſtorum opinionem, quod Iudex debeat ſuperſedere in exequendo mandatum Principis, de decapitando, vel furca ſuſpendendo aliquem, abſque proceſſu, & illegitimè, ſequitur etiam, & communem vocat Carterius in pract. crim. in §. circa num. 110. & Ioan. de Neuiz. cum aliis glomeratis per eum in loco præcitato num. 40. Sed Iulius Clarus in pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 60. ſub verſ. ſolet dubitari. non deguſtando, ſeu olfaciendo aliter deciſionem d. l. ſi vindicari. & referendo opinionem Cyn. contrariam, iniquam & contra caſum legis, ac denique perhorreſcendo nimium Principis indignationem, fatetur quod hoc nunquam ſuaderet, ſeu conſuleret amicis ſuis, quando Princeps ipſe reperiretur iratus, forſitan quod viderat Senecam in lib. 2. de ira ad Nouatium, ſcribentē ac referentem ibi de Piſone, † homine iracundo 2 ſupra humanum modum, dicentemq; quod in impetu animi iuſſerit quendam de ſeruis ſuis occidi, eo quod redierat foris ſine ſocio ſibi dato: imputabat enim illi quod ſocium occidiſſet, cumque plectendus eſſet morte, & lictor iam euaginatum teneret gladium, superuenit ſocius eius ſanus, quo viſu lictor dimiſit eum intactū. quo audito crudelis tyrannus Piſo iuſſit vtroſque occidi. Te (inquit ad primū) ad mortem condemnaui, ideo morieris, deinde ad ſecundum ait, te etiam iubeo mori: quia cauſa mortis ſocii tui fuiſti. poſtremo tertio ait, te ſimiliter neceſſe eſt nunc mori, quia voci meæ non paruiſti, ſed à me condemnatum morti liberare voluiſti. Ecce quomodo ob innocentiā vnius hominis tres neci traditi ſunt. Ex quo patet, quod ira valde inimicetur, & aduerſetur proximo.

Margin: Cōis opin.

Propterea † diſponitur c. illa 11. q. 3. quod cum rector eſt in ira, neminem debeat iudicare, eo quod iudicium rationis in eo eſt obſcuratū, ſed debet expectare donec mens prius per iram concitata ad trāquillitatem redierit. ad quod facit text. in c. ira 11. q. 3. vbi traditur quod homo iratus commotionis tempore iuſtum putet omne id quod facit. Vnde legitur quod cū quidā Imperator condēnaſſet in ira quendā ad mortē, reus dixerit, appello: cūq; interrogaretur ad quē appellaret, reſp. dicens: appello à Cæſare irato, ad Cæſarē tranquillū & pacatū. hunc ergo iuſſit Imperator vſq; in craſtinū reſeruari, ſed interim ſedata ira eius, ipſo reo donata eſt, ſi tamē reus dici merebatur. Ideo ſecūd. Greg. Magnū lib. 8 Epiſt. 51. ad Leontiū. Quoties ira animū inuadit, mentē edoma, vince teipſum, differ tēpus furoris: cū tranquilla mens fuerit, quod placet vindica, ira n. in vindicta malorū, ſequi debet rationē animi, nō præire, vt quaſi ancilla iuſtitiæ poſt tergū veniat, & nō laſciua ante faciē prorūpat, aliquādo vero oſtendenda eſt, & nō exhibenda, aliquādo exhibenda eſt, & nūquā ſequenda: quādo n. in executione iuſtitiæ placata mēte iraſcimur, iracudiā non ſequimur, ſed exhibemus. Ira n. quæ animū perturbat, quanta conſideratione cauenda ſit mōſtratur, de qua ſcriptū eſt Iac. 1. Sit oīs homo velox ad audiendū, tardus a. ad loquendū: & tardus ad irā. Ira n. viri, iuſtitiā Dei non operatur. Hinc rurſum ſcriptum eſt Prouerb. 18. Quis poteſt habitare cum homine cuius ſpiritus eſt facilis ad iraſcendum? melius eſt autem, ſecundum Salomonem, Prouerb. 16. qui iracundiam continet, quam qui orbem capit: quia ira etiam fortes decipit. cauere igitur debemus ſecundum Ambroſ. lib. 1. officiorum cap. 21. ne in perturbationes prius incidamus, quam animos noſtros ratio componat: examinat enim mentem plerunque ira, aut dolor, aut formido mortis, & improuiſo percellit ictu, ideo præuenire pulchrum eſt cogitatione,

quæ

litigantibus mediante diuiſione, eorum merito fa-
cta ſunt; cum diuiſio ſit reuera ſufficiens titulus, *l.1. C.communia vtriuſque iudic.* & Alexand.*conſ.22.col.pen. volum.5.*

42 His igitur ita reſolutis, poſtremo dubitari quoq;
cõtingit in præſenti ſpeculatione an † ſtante huiuſ-
iuſmodi ſolutione 30.vel 40. annorum. præſuma-
tur titulus emphyteoſis, vel cenſus, penes Dominũ
ſolitum recipere annuam hanc præſtationem breui-
ter concludendo; cum non apparet de aliquo con-
tractu præcedenti, ſed tantum de penſione ſoluta
per 40.annos, exiſtimo, quod contractus dicatur
cenſualis, non autem emphyteuticus, & ad hoc mo-
ueor ſequentibus rationibus, primo, quia cum nõ
conſtat de aliqua inueſtitura, vel ſcriptura facta de
emphyteuſi, rationabiliter certe non poteſt cenſeri
43 contractus emphyteuticus † qui neceſſario ſcriptu-
ram requirit, ita Gloſ. & ibi Bal. *in 2.lect.* Iaſ.*num. 61. & ſeq.* vbi etiam de communi *in l.2.C.de iur.emphyteut.* Alex.*conſ.112.in fin.vol.2.* Pileus de Medicis *quaſt. 110. in lib.diuerſarum quaſtionum*, & poſt eos hanc eſſe ma-
gis communem, & vbiq; ſeruatam opinionem ſcri-
bit Burſatus *conſ. 26. num.16 vol.1.* vbi refert Pariſium
atteſtantem de magis communi, niſi probaretur
de conſuetudine contraria Beroum, Aretin. Afflict.
Socin Grauet. Rolan. à Valle, & Clarum hanc opi-
nionem ſimiliter cõmendãtes, & confirmatur quo-
que hæc ſententia relatis per Octauian. Cacheran.
deciſ. 53. nu. 1. potiſſimum ſtante conſuetudine loci
quod ſemper fiat ſcriptura in huiuſcemodi emphy-
teuticis contractibus; quæ conſuetudo vbique ferè
viget, vt explicat etiam Celſus Hugo *conſil.56.num.2.* & Burſat.*in allegato conſ.26. in fin.num.16.*

44 Secundò † adducor etiã ad hoc ſuſtentandũ, quia
nullatenus conſtat de reſeruatione dominii directi
prædicti Dominii, quæ reſeruatio ſolummodo in
emphyteoſi proprie procedit, non autem in cenſu
Imol.*in c.potuit, num.47.locati*, Grauett.*con.112 n.8.* Syluanus *conſ.57.num.1.* Celſus Hugo.*conſ.60. & con. 318.num.3.* & Burſat. *in d.conſ. 26. nu.* 14. vbi tradit ita
fuiſſe deciſum in Rota Romana, atteſtante Paleot-
to *deciſ 344.* & Simonett.*deciſ.4.* declarante non pro-
cedere, ſi contractus foret iuratus, tunc enim intel-
ligitur facta reſeruatio dominii directi cum igitur in
terminis noſtris, reus ipſe conuentus, eiuſq; autho-
res, aui, & Proaui, ſemper poſſederit res ſuas, & ter-
ras, tanquam liberas, & earum dominii directi, cen-
ſuatii vtique, tam ipſe reus, quam eius anteceſſores
cenſebuntur, non autem emphyteuticarii; vt ſi re-
cuſent, renuantque ſoluere, vel non ſoluant trien-
nio, aut biennio, non caderet à ſuo iure, vt poſt
Marſilium, Decium, & Nenizanum tradit Burſat.*in eodem conſ 26 num 19.*

Vltimo hanc quoque partem in terminis conſu-
lendo tenuit Natta *conſ. 3.poſt num.1.vol.1.* vbi decidit
cum non apparet de aliquo contractu præcedenti
& conſtet de ſolutione penſionis per quadraginta
annos, contractus dicatur cenſualis, non autẽ em-
phyteuticus: quia in dubio quod minimũ eſt ſequimur,
& benignior tunc pro accipiente interpretatio faciẽ-
da eſt tex. eſt *in c.inſtitutus de relig. dom.* tradit Iaſ. *in l. 2. quaſt 9.C de Iur.emphyt.* Dec.*conſ.3.nu. 5. & conſ.146 in princ.* Soc.Sen.*conſ.267.vol.1.* per deciſionem Alberi-
ci *in eadem l. 2.* qui ait, ſe in facti contingentia conſu-
luiſſe, quod vaſallus non cadat ob non ſolutam pen-
ſionem, in commiſſum, ſi non appareat ex facie
Inſtrumenti, an iure emphyteutico, vel cenſuali
frumentum ſingulis annis pro fundo eccleſiæ ſolue-
rit, & ita demum Albericus eo in loco teſtatur etiã
ſe in practica obtinuiſſe, & eum ſequitur Iaſ. *in auth. qui rem, C.de ſacroſan. eccleſ* Ruin.*conſil.160 nu.5.& ſeq. vol.1* Berous *conſ.49.num.7.& ſeq.vol.3.* & Natta *con.3. poſt nu. 3. vol.1.* aſſerens ibi, ex hoc magnam admodũ
vtilitatem ſequi † quod nunquam prædia à cenſua- 45
tio poſſint auferri, etiamſi per mille annos non ſol-
ueret ſed ſolummodo cenſus peti poſſent, idemque
aſſeruere etiam *in allegato conſ.49. nu. 7.& 8.* Syluanus
conſ.42.num.2. & Nenizanus.*conſ. 92. nu.42.* quos re-
fert, & ſequitur Burſatus *in conſ. paulo ante citato, 26. poſt num,19.*

Et confirmatur hæc ſententia ex deciſione Imolæ
in cap. ad audientiam, col.2. de reb.eccleſ.non alienand. quæ
non mediocriter confirmat. Natta *in pranotato conſ.3. poſt n.2.* vbi inquit, † quod ſi in inſtrumẽto diceretur, 46
concedo tibi talem rem pro annuo cenſu in emphy-
teuſi, quod talis contractus non ſit emphyteuticus,
ſed cenſualis, & verba illa, *in emphyteuſin*, ſtarent tũc
impropriè. Et affirmat denique Natta eo in loco; ſe
credere, quod ſtarent largè, quia generaliter loquen-
do, continet ſub ſe cenſum, vt probari ait *in c.conſti-
ſtutus de relig.domibus*, in illis verbis; *quicquid iuris, &c.* & rationem eius hãc eſſe dicit, quia ob non ſolutio-
nem res auferatur, nec poteſt ſine conſenſu Domini
directi alienari, & ideo huiuſmodi contractus em-
phyteuticus præ ſe fert ſeruitutem, & onus, nam pro-
pter non ſolutionem res auferatur, nec poteſt ſine cõ-
ſenſu Domini directi alienari.

Et ideo † talis cõtract. emphyteuticus nõ præſumi- 47
tur niſi euidẽtiſſimè probetur, euidentiſſimè a. pro-
bari liquet, quando imponitur penſio ſoluenda pro
recognitione dominii, ſecundum ea quæ à Bartolo
annotantur, & ab aliis doctoribus *in l.1.C.de iur.em-
phyt.* & tradit Imol. *in c. potuit, nu. 47. locati*, Grauett,
conſ.112.num 8. Syluanus *conſil. 57.num.1.* Celſus Hug.
conſ.60.& conſ.118.num.3. Rota Romana *deciſ. 344. in recollectis Paleotti, & deciſ. 4. in recollectis Simonet.* licet
Rota ipſa declarauerit in eiuſmodi contractu, ſtante
iuramento, intelligi factam reſeruationem dominii,
vt præſumatur emphyteuſis. de quo dicto dubitan-
dum nõ eſt vllo modo, cum magna ſit Rotæ autho-
ritas apud omnes: ſed quia in caſu noſtro nullus ex-
tat contractus non ſolum iuratus, verum etiam nul-
la prorſus ſcriptura reperitur, ideo nullatenus poteſt
dici emphyteuſis.

Quinimo † vult fortius Natta *in præallegato con. 3* 48
poſt num. 3. diſtinguendo, quod aut apparet penſio
ſeu fictus ſolutus ſimpliciter pura pro talibus prędiis
nec apparet pro quo contractu, vel ad quem effectũ
huiuſmodi ſolutio facta ſit, & tunc cenſebitur con-
tractus cenſualis, & nullo modo emphyteuticus. aut
apparet, quod fictus ſit ſolutus pro emphyteuſi, &
nihil aliud dictum & tunc etiam contractus cenſe-
tur cenſualis, ex quo emphyteoſis continet ſub ſe
cenſum; & in dubio magis præſumitur cenſus, quam
emphyteuſis.

Et † in iſtis duobus caſibus, inquit Natta, non eſt 49
facienda oblatio ſolutionis, quia nunquam prædia
à cenſuario poſſent auferri, etiamſi ſtaret per mille
annos quod non ſolueret, ſed ſolummodo cenſus
tunc peti poſſent. aut vero cõſtat quod iſti fictus ſint
ſoluti in recognitionem dominii, & hoc caſu erit ſi-
ne dubio contractus emphyteuticus, cum recognitio
dominii ſit certiſſimum ſignum emphyteoſis, & tũc
vt euitetur pœna caducitatis non eſt neceſſaria de-
poſitio aliqua, vel conſignatio, ſed ſola ſufficit ob-
latio, *ſ.ſi pro te, C.de vſur. & l. Celſus, in fin.ff.de arbit.* & ita
cenſuere Cy. Bal. & Ang. de Vbaldis *in l.2.* poſt Glo.
& Specul. *C.de iure emphyt.* & hanc eſſe veram, com-
munem

monemque ſeotentiam perhibet Natta *d. conſ. 3. n. 4.* intelligendo de oblatione reali, non autem verbali, niſi forte verbali facta oblatione dictum fuiſſet à domino, ſe nolle recipere: tunc enim non requiritur vlterius oblatio realis, vt affirmarunt Bal. *in l. 1. C. ne lic. tertio prouocare*, Paul. Caſtr. & alii *in l. quis Romæ, in princ. ff. de verb. oblig.*

Cum igitur in caſu noſtro, nullo modo conſtet, iſtas ſolutiones annuas factas fuiſſe domino in recognitionem dominii, vtique compertum eſt, præſumi titulum cenſus, non autem emphyteoſeos, nec officit *conſilium* Alex. de Neuo 26. vbi tradit, cõmunem
50 eſſe concluſionem Scribentium, quod cum agitur de ſolutione facta Eccleſiæ, magis pro Eccleſia iudicetur contractus emphyteuſis, quam cenſus, & hanc etiam ſententiam cõmunem eſſe teſtatur Berous *in ſuis quæſtionib. quæſt.* 14. & rem hanc in Eccleſia conſiderans, habere difficultatem, tradit Burſatus *in allegato conſil. 26. poſt n. 20. vol. 1.* ad fauorem Eccleſiæ, quando videl. reperitur facta diutina ſolutio Eccleſiæ, nec apparet de aliquo contractu, quod ſaltem, ſi non emphyteuſis, tamen feudalis conceſſio cenſenda ſit, tanquam nobilior, tam cenſu, quam etiam emphytheuſi, ad not. à Bruno *conſ. 41. in primo dub.* & maxime inquit Burſatus, ad euitandam pœnam caducitatis: quia ſi defeciſſet à ſolutione per triennium, vaſallus adhuc non cecidiſſet à re in feudum recognita, vt per Alex. *conſil. 9. nu. 3. vol.* 3. Iul. Clar. *quæſt.* 51. *in princ. in tract. de feud.* Marſil. *ſing.* 446. & poſt eos Burſatus *eodem in loco, num.* 22. vbi dicit eſſe communem. quoniam reſpondeo, quod in caſu noſtro non ſimus in terminis ſolutionis diutinæ, factæ Eccleſiæ, ſed priuato, vnde adhuc remanet inconcuſſa, atque firmiſſima deciſio, quod dicetur contractus cenſualis, non autem emphyteuticus, vlla ratione. Præterea reſpondetur quoque, prout tangit ipſe Burſatus, *vbi ſupra*, iſtam opinionem ad fauorem Eccleſiæ procedere exiſtente Scriptura, vel aliis adminiculis, & coniecturis ad eius fauorem: ſecus vero non exiſtente aliqua Scriptura, vel aliquib. coniecturis: quia tunc etiam, quando agitur de diutina ſolutione facta Eccleſiæ, præſumetur conceſſio potius cenſualis, quam emphyteutica.

51 Poſtremo reſpondeo, † veriorem eſſe ſententiam Doctorum contra Alex. de Neuo *in præcitato conſ.* 27. & Berou *in d. quæſt.* 14. & hanc partem eſſe ſuodariorem, ac ſecuriorem, quod videl. etiam, cum agitur de diutina ſolutione, facta Eccleſię, in dubio pręſumatur contractus cenſualis, & nõ emphyteuticus, vt per ſolidiora, tutioraq; fundamenta, etiam in diutina ſolutione, facta Eccleſiæ, conſuluit ſtrenuiſſime, ac doctiſſime, more ſuo D. Natta *conſ. 3. n. 2. cum aliis omnib. ſequent. vol.* 1. vbi apparet eum conſuluiſſe in ſolutione diutina facta Eccleſiæ, & ſic ceſſare rationabiliter poteſt dubitatio ipſius Burſati exiſtimantis cenſeri conceſſionem feudalem, quod id fauorabilios Eccleſiæ iudicetur moti ex conſilio, & opinione Alex. de Neuo, & Beroi, contra quos eſt contraria, robuſtiorib. fundamentis vallata ſententia. Et ideo puto verius eſſe, quod tam in priuato, quam in Eccleſia cenſeatur contractus cenſualis, & non emphyteuticus.

Ex allegatis igitur deliberate, ac firmiter concludendum eſt, quod præſuppoſita diutina ſolutione 40. annorum, facta alicui, & exiſtentia poſſeſſionis, vel quaſi, exigendi, eſſe relaxandum mandatum ad eiuſmodi poſſeſſionis manutentionem cõtra ſoluere negantem, ſecundum allegatã Rotæ Rom. *deciſ.* 167. relatam per Caputaquen. *lib. 3. ſuarum deciſionum*, & ita fuit etiam iudicatum, atq; prouiſum in ſacra regia Audientia Barenſi anno 1589. & ſequentib. in variis cauſis in ea tunc occurſis, atq; deciſis, contra aliquos de Ciuitate Bari atq; de Ciuitate Trani ſolutos ſoluere per 40. annos, & ſoluere his temporib. recuſantes, atq; actores, ſolitos exigere tanto tempore, cogi non poſſe, ad oſtendendum titulum ſuum, & cauſam huiuſmodi ſolutionis; Sed titulum, & cõtractum eſſe probatum per ipſam diutinam præſtationem præſumptiue cenſualem, non autem emphyteuticam.

OPINIO DCXXII.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus ſuos faciens, eos cum expenſis melioramentorum compenſare tenetur, etiamſi quis bonæ fidei poſſeſſor eſſet ex titulo iniuſto & nullo.*

2 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur fructus, præſertim induſtriales reſtituere, quatenus effectus eſt locupletior.*

3 *Bona fides præſumitur ex longa poſſeſſione, vel ex coniecturis probabilibus iuſtæ poſſeſſionis.*

POSSESSOR † bonæ fidei fructus ſuos faciens, eos cum expenſis melioramentorum compenſare tenetur, vſq; ad quantitatem concurrentem ipſorum fructuum, *c. ad noſtram. de reb. eccle. non alie. l. ſumptus. ff. de rei vend. & l. in ſalam. §. fructus. ff. ſolu. ma.* & per Glo. Bar. Ang. Bal. & alios, *in l. in fundo. ff. de rei vend.* Caſt. *conſ. 326. viſo puncto.* Ang. & Bal. *in d. §. fructus.* Io. de Imol. *conſ. 112. col. pen. & ſeq.* Bal. *in l. ſuper C. de euict.* & Cor. *conſ. 240. col 3. vol. 2.* ideo ſi colligeret, ſeu perciperet tot fructus, qui melioramentis æquiualerent, vtique tunc rem reſtituere teneretur, abſq; aliquorum melioramentorum ſolutione: ſecundum iura memorata, & notat & limitat Berous *in c. 1. nu. 41. & ſeq. de in inte. reſt.* Quod in tantum procedit, ſecundum communem Doctorum ſentẽtiam, vt ſi quis bonæ fidei poſſeſſor eſſet, virtute tituli iniuſti, & nulli, adhuc haberet locum diſpoſitio, *d. l. ſumptus, cum aliis l. præcitatis*, videl. quod melioramenta ipſa cum fructib. compenſatentur, ita declarat Felin. cum cæteris congeſtis per eum, *in c. cum cauſa. col. fi. extra de re iud.* & Ant. Neguſ. *in tract. de pignorib. in 4. memb. 5. part. n. 12.* & ita deciſum fuit in Sacro Concil. Neap. teſte Affli. *in deciſ. 87. n. 5. cum aliis ſeq.* & ibi Cæſ. Vrſil. *in add. n.* 8. qui cumulatiſſime de eo diſcurrit. 1 Cõis opin.

Et † quamuis bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos; nihilominus eos tenetur reſtituere, & præſertim fructus induſtriales, quatenus eſt locupletior effectus, vt voluit Bar. *in l. ex diuerſo. in princ. ff. de rei vend.* Alex. *conſ. 21. repetito, in cauſa Merita. n. 10. & ſeq. vol.* 4. & Vrſillus cum aliis aggregatis per eum, *in add. Afflict. in deci. 240. n. 4. cum aliis ſeq.* vbi dicit hanc eſſe cõem opinionẽ, & declarat etiam vtiliter materiã in practica. 2 Cõis opin.

Et aduerte, † quod tunc præſumitur bona fides, & de ea conſtare videtur, cum interuenit longa poſſeſſio, vel adſint probabiles coniecturæ iuſtæ poſſeſſionis, ita Innoc. *in c. 2. col. 3. de reſtit. in integr.* Abb. *in c. conſultationib. de iure pat.* Rolan. à Valle. *conſ. 3. Deuenio, n. 94. vol. 1.* & hæc eſt communis opinio: vt tradit Balbus *in l. Celſus. poſt 2. part. nu. 2.* & Ripa *in c. cum eccleſia. nu. 90. cum aliis ſeq. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* & ita iudicauit etiam Rota Rom. ſub die 23. Februarii. 1568 atteſtãte Illuſtri D. Oradino præceptore meo, *deciſ.* 150. 3 Cõis opin.

OPINIO DCXXIII.

SVMMARIA.

1 *Poſſidens prior per conſtitutum, præfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem.*

3 *Conſtitutum transfert naturalem, & ciuilem poſſeſſionem, non autem actualem.*

O 3 *Fundans*

3 *Fundam ſe in clauſula conſtituti probare tenetur conſtituentem tempore conſt tuti poſſediſſe, niſi inſtrumentum in quo clauſula illa continetur, eſſet antiquum.*

1 POSSIDENS prior per conſtitutum, † præfertur ſecundo habenti actualem poſſeſſionem: quia poſſeſſio eſt vera, licet modus ſit fictus, ſecundum Bart. & ceteros omnes communiter *in l. ab emptione. col. fin. de pact.* Iaſ. *in l. quoties C. de rei vendi.* Dec. *in l. contractus.* Cõis opin.
2 *ff de reg. iur.* & Iaſ. *conſ. 6. ſub nu. 2. vol. 3.* Et † tanto magis, cum pactum conſtituti transferat naturalem, & ciuilem, non autem actualem poſſeſſionem, ita Cardin. Puteus *deciſ. 2. de empt. & vendit.* vide ſupra in *Opinione 214. n. 6.* Nam poſſeſſio actualis non transfertur per clauſulam conſtituti, nec per clauſulam, *vendit tradidit, ceſſit & conceſſit*, quæ eſt eiuſdem naturæ & virtutis cum clauſula præcedenti conſtituti, qua ſola licentia apprehendendi poſſeſſionem importatur, *l. prædia*, & ibi Bar. Alex. & alii *in fi. ff de acq. poſſ.* Abb. *in c. 1. de confar* Bald. *inc. 1. col. pen. qu. d ſit inueſt. & in l. iudicata. col. 1. C de rei vend.* & Alea. *conſ. 10 vol 4.* Quod eatenus procedit, ſi res immobilis, quæ alienatur, eſſet abſens tempore contractus; ſecus vero ſi eſſet præſens, & in conſpectu: tunc enim transfertur etiam poſſeſſio realis, & actualis, ita Iacob. de Aret *in d. l. prædia.* Cyn Bar. & Bal *in l. 2. eod tit.* & idem Bal. *in l 1. col 1. C d iuſſu* & Lanfian. *in cap. quoniam contra. in ver. Teſtes de probat.*

3 Sed fundans ſe in clauſula conſtituti, † tenetur probare conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe, ſecundum Ant. Auguſt *deciſ 3. & 549.* Glo. & alios omnes *in l. quamuis. § ſi conductor. ff. de acquir. poſſ.* Bar. Ang. & ceteros omnes *in l. quedam. ff. de rei vend.* Oldra. *conſ. 114. factum eſt tale. ſub n. 1.* Grand. *conſ. 42. n 8 & 16.* Dec. *nu 14.* & Cagnol *in l. contractus. ff de reg. iur.* Neuiz. *conſ. 79. n 16* Gro *conſ. 117. n 13 & ſeq. vol. 1.* Lanfian. *in repet. c. quoniam contra in ver. Teſtes de proba.* & Aleo. *conſ 10 vol. 4* Tiraq. *in tract. conſtituti poſſ in 3. part. in limitat. n. 1.* & Bertr. *conſ 30. lecto proceſſu. n. 10 & ſeq. vol. 1 part. 1.* Afflict. *deciſ 183* & Cauins *in pragm. 28 aſſiſtentiam. ſub nu. 3. & conſ 138 contra donationem. nu. 2. vol 3. prima part.* & Marſil. *in ſingul. 521. ille qui.* vbi cum aliis aggregatis per eum, hoc vtiliter limitat locum non ſortiri, in antiquo inſtrumento, continente conſtitutum, in quo propter temporis antiquitatem præſumitur poſſeſſionem fuiſſe penes conſtituentem. Vnde aduerte amantiſſime lector ne decipiaris confidendo in conſtitutione precarii, quia fruſtratoria redditur, & nullius momenti, niſi articuletur, & probetur, conſtituentem tempore conſtituti poſſediſſe. Et hiſce oculis vidi aliquos aduocatos nonnullis vicibus amiſiſſe cauſas, & lites, ex mera & pura eorum incuria.

OPINIO DCXXIV.

SVMMARIA.

1 *Poſitio impertinens, quæ alias reiicienda eſt, ſi cum alia coniuncta foret, efficeretur pertinens, & admitti deberet.*
2 *Poſitio pertinens quando dicatur remiſſiue.*

1 POSITIO impertinens, † quæ alias reiicienda foret, ſi cum alia ſit coniuncta, efficitur pertinens, & admitti debet. ſecundum Ioan. And. & omnes, *in c. fin. de conf. ſſ. in 6* Bald. *in l. 2. § quod obſeruari. colum. 4. C. de iur cal.* Alber. & Iaſ. *num 19.* & Ripa *num. 22 in l. quo minus. ff. de flumin.* vbi affirmant
2 iſtorum opinionem communem eſſe. Et † poſitio quæ dicatur pertinens, late diſcurrit Dec. *conſil. 162. in cauſa, quæ agitatur inter venerabiles fratres, nu. 2.*

OPINIO DCXXV.

SVMMARIA.

1 *Præſcribi, vel vſucapi non poſſunt res minorum.*
2 *Præſcriptio iudicialis currit aduerſus minorem Eccleſiam, & alios: ſed conceditur eis reſtitutio in integrum.*
3 *Præſcriptio legalis, licet non currat contra minorem tamen contra eum currit præſcriptio ſtatutaria, & conſuetudinaria.*
4 *Præſcriptiones ſtatutaria currunt ipſo iure contra minores, poſt pupillarem ætatem.*

PRÆSCRIBI ſeu vſucapi, † non poſſunt res mi- 1
norum, ſecundum Gloſſ. & Doct. communiter. Cõis
in l. vbi lex. ff. de vſucap. l. alienatio & *ib. Gloſſ. ff. de* opin.
verb. ſignific. l. in bona fidei. cum Gloſſ. ff. de acquir. rer. domin. & Laurent. Syluan. *conſil 49. conſui rationibus noſtris. ſub num. 68.* notatur etiam *in l. etiamſi. ff. de minor. & l 1. 2 3. & fin C ſi quis ignor. rem min.* Sed † hu- 2
iuſmodi communis opinio procedit in præſcriptionibus cattaiudicialibus, quæ indiſtincte currunt aduerſus omnes, & præſertim Eccleſiam, & minorem, vt voluit Balbus cum aliis aggregatis per eum *in tractat de praeſcript. in 1. part. 5 part. principalis quaeſt. 6 nume 2. & ſeq.* vbi vtiliter firmat poſt Bar. & alios, recitatos per eum, quod detur, conceditur que in tali caſu minori, & Eccleſiæ reſtitutio in integrum.

Declaratur † etiam antedicta communis ſenten- 3
tia, quod licet præſcriptio legalis non currat contra minorem; currat tamen aduerſus eum præſcriptio ſtatutaria, & conſuetudinaria: vt firmat cum quodam temperamento cumulatiſſime Tiraq. *in tract. de praeſcript § 1. Gloſ. 9. Minores, per totam.* quæ opinio redditur non nihil dubia ex authoritatib. contrariis, ſignatis per eundem Tiraq. *ibi.* Sed bene verum eſt, † 4
quod præſcriptio ſtatutaria contra minores currat ipſo iure, poſt pupillarem ætatem, ſecundum Rom. & Claud. Seyſel *in prin l naturaliter ff de vſucap* & Syluan. *in d. conſ 49. in num 68.* vbi perhibet hanc eſſe Cõis
communem opinionem. opin.

OPINIO DCXXVI.

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio an pacto tolli poſſit.*
2 *Pactum de nõ præſcribendo confirmatur per iuramentũ.*
3 *Præſcriptio prorogari poteſt per pactum.*
4 *Præſcriptioni pacto renunciari poteſt, cum lex, vel ſtatutum approbet pactum de non præſcribendo.*

PRÆSCRIPTIO non † poteſt per pactũ tolli, nec 1
impediri, ſecundum Old. Cyn, & Bal. *in l. Cent. in fin. ff. de vulg & pupill* Bart. *col. pen.* Cuma. Aret. Alex. *n. 25.* Iaſ. *in prima lectura. n 80. & in 2. lect. n 3.* Crotum. *n. 45.* Rip. *n 104.* & Hannib. *n. 686. in l. nemo poteſt ff de* Cõis
leg 1 vbi aiunt hanc eſſe communem opinionem. Et opin.
eam ſequitur quoq; Abb. *col. fin.* & Feli. *col. 3. in rub. de praeſcript* Roma. *in conſ. 201. & in repet. rub ff de arbitris. col 20.* Bal. *in tract. de praeſcript in 5. part. 5 part. prin. q 6. n 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi, & Præpoſit *in c 1. § præterea. de capit. Corra. in vſib. feud.* Alciat. *in d rubr. de praeſcript. nu. 58* In contrariam vero partem inclinarunt Bal Dyn titubanter. Angel. Imul. & Florianus. *in d. l. nemo poteſt* Ant. *in d. c. cum non liceat de praeſcript.* Ioan. And. *in add* Specul. *in tit de praeſcript. ſuper rubr.* Et horum ſententiam communem eſſe in- Cõis
quit Bal. *in d l nemo poteſt* & Barbat *conſ 51. ſubſcripſit.* opin.
lib. 1. conſ. 53. lib 2 & conſil. 22 clementiſſimum. lib. 4. colum. fin. & Ioan. Dilectus, *de arte teſtandi. tit. 6 in cautela 31. ſub n. 3.* & cum ea ſentit etiam Alciat. *in d rubr. de praeſcript.*

Digitized by Google

præſcript. num. 58. vbi refert, quod ante tempora Bar. opinio hæc tenebatur ab omnibus; Tamen in actu practico noli recedere à prima opinione negatiua, quam ſequitur etiam, cum aliis relatis per eum, & magis communem, magiſque veram dicit Ioan. Baptiſta Bonius *in tractat. de ſtatutaria vrbis præſcriptione, Glo.* 29. *num.* 19. *cum ſeq.* vbi eam etiam ampliat.

Hæc autem cõmunis, † ita retenta, limitatur primum non procedere, cum in huiuſmodi pacto interuenit iuramentum: ſiquidem pactum de non præſcribendo per interuentum iuramenti confirmatur, ſecundum communem opinionem omnium Scriben. vt copioſe concludunt Alex. & Rip. *num.* 3. Hannib. *num.* 760. *in d. l. nemo poteſt.* Felin. *num.* 15. & Alciat. *num.* 69. *in d. rub. de præſcript.* & Bal. *in d. q.* 6. *num.* 3. Et licet Bonius, *vbi ſupra*, cum aliis relatis per eum, *num.* 29. *& ſeq.* dicat contrariam opinionem veriorem eſſe; nihilominus à dicta prima ſententia communi, tanquam ſacroſancta, fatuum eſſet in deciſiuis recedere.

3 Secundo † limitatur ſimiliter præcedens communis opinio, quod licet per pactũ præſcriptio tolli nequeat; nihilominus tamen per pactum prorogari poteſt præſcriptio, ſecundum Gloſſ. *in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Ang. *conſil.* 54. Bal. *in rub. de conſt. colum.* 3. Felin. *num.* 12. & Alciat. *num.* 69. *in d. rub. de præſcript.* & Rip. *in d. l. nemo poteſt. num.* 112. & hæc eſt communis opinio, licet, & rudiſer, Crotus ibi *num.* 45. *& ſeq.* ſenſerit contrarium.

4 Limitatur tertio loco dicta communis, † vt non procedat in caſibus, quibus lex, vel ſtatutum approbaret pactum de non præſcribendo: Nam per ſtatutum fieri poſſet, vt præſcriptioni per pactum renonciari poſſit, ſecundum Bald. Saly. *in l.* 2. *per text. ibi. C. de conſtit. pecun.* Ant. & Imol. *in c. cum nobis. de præſcript.* quos ſequitur & refert Feli. *in d. rubr. de præſcript.* Cō. opin. & hæc eſt communis opinio, ſecundum Moder. & omnes *in d. l. nemo poteſt.*

OPINIO DCXXVII.

SVMMARIA.

1 *Seruitus aquæ ducendæ, viæ ac alia ſimiles ſeruitutes continuæ, vſucapiuntur, ſeu præſcribuntur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, etiam ſine titulo.*

2 *Seruitutes diſcontinuæ quomodo & quanto tempore præſcribantur.*

3 *Præſcriptio ſeruitutis à quo tempore incipiat currere.*

4 *Licet quis ſit in poſſeſſione ſeruitutis realis, tamen ſeruitus ob id non præſumitur, niſi probetur.*

5 *Seruitutem acquirere volens per vſum, ſcientiam, & patientiam vicini probare debet, ſe eam non vi, nec clam, nec precario poſſidere.*

6 *Aquam, aliamue ſeruitutem de facto inducens, non dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis.*

7 *Seruitus aquæ ducendæ, ſi aqua ſit publica, & per locum publicum ducatur, præſcribitur tempore immemoriali. Etiam contra ignorantem, nu.* 9. *Et ad præſcribendam huiuſmodi ſeruitutem non requiritur titulus, nu.* 8.

10 *Quæ probanda ſint in interdicto prohibitorio ratione huius ſeruitutis obtinendo.*

1 PRÆSCRIPTIO † ſeruitutis aquæ ducendæ, viæ, & aliarum ſimilium ſeruitutum continuarum impletur annis decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, etiam ſine titulo in ſeruitute continua; & ſic ſeruitutes ipſæ continuæ vſucapiuntur decennio inter præſentes, & 20. inter abſentes. *l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeru. vend.* & ita voluerunt Ang. Aret. *colum.* 7. *verſ. quæro quanto tempore.* & Io. Faber *nu.* 17. *in §. aquæ. Inſtit. de act.* Feli. & alii *col.* 15. *in c. de quarta extr. de præſcr.* & notatur etiam in *l. ſi aquam. C. de ſeruit. & aqua* & hæc eſt communis opinio, ſecundum Coralium *in miſcellaneis iuris ciuilis lib.* 5. *c.* 5. *nu.* 1. *cum aliis ſeq.* Cō. opin.

2 Imo † ampliatur hoc, quod etiam in ſeruitute diſcontinua ſufficiat allegare titulum, cum de præiudicio agitur: & ſic allegans titulum ſeruitutis diſcontinuæ, ac probans de vſu, vel quaſi poſſeſſione ſeruitutis, decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, ſciente, & patiente aduerſario, quia tunc titulus allegatus præſumitur, etiam ſi non probetur, ſeruitus ipſa diſcontinua præſcriberetur ex curriculo prędicto, ſecundum Glo. & Bar. Flor. Caſt. & alios *in l. ſeruitutes. C. de ſeruit.* Gloſſ. Pet. But. Bar. Bald. Fulg. & Floria. *in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur.* Sali. Alex. & Dec. *in l. ſi certis annis. C. de pact.* Alber. *in l.* 2. *C. de ſeru. & aqua*, Tiraq. cum aliis aggregatis per eum, *in tract. de præſcript. §.* 1. *Glo.* 4. *verſ. & hæc quidem ſatis, fol. par.* 24. vbi etiam refert Doct. contrarię ſententiæ, Mart. Cattat. *conſ.* 1. *nu.* 9 vbi Franc. Maria Plotus *in add. ſuper litera F.* Balbus *in tract. de præſcript. par.* 2. 4. 1 *ar. princ n.* 3. & Grauet. *conſ.* 226. *nu.* 1. *cum aliis ſeq.* vbi hanc opinionem late probat, & omnes memorati Moder. eam perhibent eſſe communem, tam Legiſtarum, quam Canoniſtarum & obſeruati in practica, & ab ea non eſſe recedendum, aduertit Mart. Garattus *in d. conſ.* 1 *nu.* 9.

3 Et † aduerte, quod præſcriptio ſeruitutis incipiat currere à tempore quo præſcribens incipit vti iure ſeruitutis, aduerſario ſciente; & incipit poſſidere, per primum, ac vnicum actum, ſecundum Angel. Aret. *colum.* 7. *verſ. quæro quando dicatur*, & Ioan. Fabri, *n.* 19. *in d. §. aquæ.*

4 Et † licet quis reperiatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis realis, tamen ob hoc ſeruitus non pręſumitur, niſi ex aliter probetur, imo non releuatur ab onere probandi ſeruitutem, quam ſe habere prętẽdit, dum de ea quæſtio agitur, ita Glo. Aug. & Paul. Caſtren. *in l. ſi vti. §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeru. vendi.*

5 Taliter † quod intẽdens acquirere ſeruitutem per vſum, ſcientiam, & patientiam vicini, neceſſario tenetur probare contra quem vult acquirere, atque præſcribere, quod nõ vi, nec clam, nec precario poſſederit, vt per Glo. in *l. ſicuti. §.* 1. *in ver. vſus ſit, ff. de itinere, actuque priuato*, & Doct. vnanimi voto omnes *in l. ſi a. ff. quemadmo. ſeruit. amit.*

6 Vnde † inducens aquam, ſeu aliam ſeruitutem de facto, non dicitur vllo modo eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, vt conſuluit in terminis Io. de Amicis *conſ.* 50. vbi *n.* 8. concludit, quod determinans acquirere ſeruitutem, tenetur etiam probare aduerſarium paſſum eſſe, nec vllatenus cõtradixiſſe facto vel verbo. Et ſic ad acquirendam poſſeſſionem ſeruitutis non ſufficit probare, quod quis poſſederit, niſi etiam probet, quod poſſederit iure ſeruitutis, vt per Bal. *in l.* 1 *§.* 2. *nu.* 9. *ff. de itinere, actuque priuato.*

7 Et † iſta ſeruitus aquæ ducendæ, dum aqua eſt publica, & ducitur per locum publicum, pręſcribitur tanto tempore, cuius initii memoria non extet in contrarium, *l. vſum aquæ. C. de aqua ductu, lib.* 11. vbi Bar. Balbus *in tract. de præſcript. in* 4 *parte principali*, 2 *partis, quæſt.* 4. *ſub nu.* 1.

8 Et nihil mirum, † quoniam ad præſcribendum huiuſcemodi ſeruitutem aquæ ducendæ, non requiritur titulus, *l.* 2. *C. de ſeruit. & aqua. & l. ſi quis diuturno, ſi ſeruit. vend.*

9 Et hinc eſt, † quod contra ignorantem ſeruitus hęc aquæ ducendæ pręſcribitur ſpatio temporis, de cuius initio non appareat, neque conſtet, *l. hoc iure. §.*

ductu. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua. & l. vſum. C. de aquæ ductu, lib. 11. contra vero ſ[illegible] ſcientem præſcribitur illa ſeruitus ſpatio decem, vel viginti annorum, *l. 2. C. de ſeruitut. & aqua. & in d. l. ſi quis diuturno*, & explicauimus ſupra in principio.

10 Et † licet concedatur in re hac Interdictum prohibitorium, & reſtitutorium, *l. 1. ff. de aqua quotidiana & æſtiua.* nihilominus in huiuſmodi Interdicto duo neceſſario probanda ſunt, ſcilicet ſeruitus, & vſus, *l. 3. §. hoc autem Interdicto ff. de itinere, actuq; priuato.* vbi ita diſponitur, itaque qui Interdicto vtitur duas res debet docere, & hoc anno ſe vſum, & ei ſeruitutem competere, cæterum ſi deſit alterutrum, deficit Interdictum.

OPINIO DCXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Præſcribi non poſſunt ſpatio decennii vſuræ, quæ debentur tanquam intereſſe ob moram dotis non ſolutæ. Et an marito tacente, & non petente, ea cenſeantur remiſſa. nu. 2.*

3 *Actio petendi interuſurium ob dotem non ſolutam tranſit ad hæredes.*

4 *Vſuræ peti non poſſunt ab his, qui non ſunt ſoliti negotiari.*

1 PRæſcribi † non poteſt ſpatio decennii ius petendi alimenta, vſuras, ſeu intereſſe decurſa ob non ſolutam dotem; & ſic vſuræ dotis, quæ debentur tanquam intereſſe, ratione ſuſtinendorum onerum matrimonii ob moram dotis non ſolutæ, non præſcribũtur decennio, quominus peti poſſint poſt decennium, ſecundum Aret. *col. 5.* & Iaſ. *num. 10. in § fuerat. Inſtit. de act.* & Roma. *in l. in inſulam. § vſuras, colum. 3 ff. ſolut. matrimon.* & conſulendo *conſil. 517.* Alex. *colum. 5.* & Iaſ. *num. 19 & ſequent. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim.* & hæc eſt magis communis opinio, vt perhibet [illegible] *conſil. 164. volum. 3.* & ſecundum eam iudicauit Sacrum Regium Concilium Neapolitan. teſte Gram *deciſ. 70.* & conſuluit Corn *in d. conſil. 64.* Adde quæ poſui ſupra in *Opinione 479.* & Bald. *de præſcript. tertia part. princ. 10. quæſt num. 17. in fine & in 4. part. prima quæſt. 36.* In contrariam vero

2 ſententiam, † videlicet, quod vſuræ, ſeu alimenta prædicta, pro dote non ſolutæ ſpatio decennali præſcribantur, & quod ex huiuſmodi diuturnitate temporis cenſeantur remiſſa, inclinauit Bald. conſulendo, *conſil. 474. poſt biennium. volum 2 per text. in l. cum quidam. §. Diuus. ff. de vſur.* cui inhæret Corn. *conſ. 206. colum. fin. volum. 2.* Alex. *conſil. 74. volum. 5.* & Alciat. *in tract. de præſumpt. lib. 3. reg. 1. præſumpt. 32.* & Tiraq. *in tractat. de præſcriptionibus. §. 1. Gloſſ. 4. verſ. et ideo iſtud annotandum eſt text. ſol. parte 31* Adde Campeg. *in tract. de dot. quæſt. 6. in fine.* Sed ob authoritatem illorum noli aliquo modo excedere in practica à dicta communi, quæ veriſsima redditur ex ſcriptis memoratorum Scribent. atque tutiſſima, ex deciſione Rotæ Neapolitanæ, & ex conſil. Natt. *conſil. 495. de duobus, a num. 1. vſque ad num. 12. volum. 3.* vbi doctiſſime conſuluit pro hac parte communi, tollendo omnia contraria. Nec obſtat text. *in d. l. cum quidam § Diuus.* [illegible] ad illum text. reſpondent præcitati Doct. & Roma. *in d. l. [illegible] dotis. colum. 4.* Alex. *conſil 56. colum. [illegible] & conſil. 63 volum. 4. num. 16. & conſil. 108. colum. [illegible]. volum. 7.* Corn. *conſil 250. num. 13 & ſeq. volum. 2 d. conſil. 164 colum. pen.* Deci. *conſil. 571.* & Natta *d. conſil. 495. num 4.* & vide ad materiam, quæ poſuimus ſupra, *in Opinione 479. Marito cui eſſet dos promiſſa.*

Adde pro matura intelligentia, † atque ampliatione omnium præmiſſorum, quod actio petendi interuſurium, ob dotem non ſolutam, tranſeat ad hæredes, vt per Cagnol *in l. hæredem. num. 4. ff. de reg. iur.* quando ſcilicet tale interuſurium marito eſſet promiſſum, vt per Dec. ibi per eum relatum, *conſil. 571.* vide tamen *l. vir vſuras. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & Alpha. *collectan. 947.*

Adde etiam poſtremo in materia, † quod interuſuria peti non poſſit ab his, qui non ſunt ſoliti negotiari, ſecundum Soc. Iun. *conſil. 114. num. 39. & ſequent. volum. 3* Alexand. *in l. diuortio. ff. ſolut. matrim.* Ruin. *conſil. 48. num. 2. volumin. 5* & Aret. *in §. fuerat. Inſtit. de actionib.*

OPINIO DCXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribens, ſi poſt completam præſcriptionem ſuperuenerit mala fides, non tenetur rem domino reſtituere, tam in foro ſeculari, quam conſcientia.*

PRæſcribens, † ſi poſt completam præſcriptionem mala fides ſuperuenerit, non tenetur rem domino reſtituere, & iſta eſt opinio magis communis, teſte S. Bernardino, protectore noſtro *in ſuis ſermonib. de Euangelio æterno in ſerm. 32. art. 2. ſub cap. 3. verſ. Sed quare poteſt, an ille, qui completa præſcriptione.* Abb. *in c. vigilanti. de præſcript.* poſt Ioan Vinc. Tanc. Goff. Hoſt. & Ioan. And. *in reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. in mercu.* & Innoc. *in c. cura, in fin. de iure pat. & in c. plerique, de immu. eccl.* ¶ Quæ communis debet etiam obſeruari in foro conſcientiæ, ſecundum præcitatos Doct. & hæc eſt pura veritas. Eſt bene verum, quod Frater Gerardus de Senis, vt idem Ioan. And. refert, *in d. reg. poſſeſſor. in 6. q.* forte Io. Scoti æmulus, qui primam tenuit partem, *in 4. ſentent. diſt. 15.* ſentit contrarium, quod videlicet præſcribens non ſit tutus in foro conſcientiæ. quam etiam, neſcio quo ſpiritu ductus, ſecutus eſt Abb. *conſil. 3. colum. 18, volum. 2.* Sed tu in deciſinis noli recedere à dicta communi, tanquam ſacroſancta, & tutiſſima, etiam in foro poli, quam ſequitur, & tuetur etiam cum cæteris aggregatis per eum, S. Bernard. *vbi ſupra.*

OPINIO DCXXX.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio currit contra creditorem, habentem hypothecariam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis.*

PRæſcriptio currit contra creditorem, † 1 habentem hypothecariam, intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis, vt per Dec. *in c. cum inter. num. 23, de except.* & Soc. iun. *conſil. 1[illegible]. num. 13. & conſil. 117. per totum. volum. 1.* vbi admonet, communiter reprobari Alex. *conſil. 58. volum. 5.* aſſerentem contrarium: quoniam, cum quis impedimentum remouere poteſt, & non remouet, non excuſatur aliquo modo, & cum hac opinione communi concurrit quoque Alex. ſibi contrarius, *conſil. [illegible]. volum. 6.* Nam (vt ipſe inquit) creditor eſt in culpa, cum non egerit ad diſcuſſionem principalis. [illegible] pro prima parte multa accumulauit Tira[illegible] *in tract. de præſcript. §. 1. Glo. 7*

Ipſe vetus hæreo [illegible] communi, tanquam ver[illegible] [illegible] tribuit Soc. *in d[illegible] conſilium.* & Dec. *vbi ſupra.*

OPINIO DCXXXI.

SVMMARIA.

1 *Iuris error an impediat præſcriptionem 30 vel 40 annorum.*

2 *Error iuris non obeſt præſcribenti, cum præſcribens tractat de damno vitando, & Eccleſia, minor, mulier, miles, vel ruſticus de lucro captando. Error autem iuris non excuſat fœminam à mala fide, ſed impedit præſcriptionem, nu. 3.*

4 *Error iuris non nocet, cum præſcriptio habet in ſe naturalem æquitatem, veluti cum quis præſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolenni.*

1 PRÆSCRIPTIONEM triginta † vel 40. annorum error iuris impedit, ſecundum Gloſſ. iunct. text. in c. *apoſtolicæ. de donat.* quam ſequitur Abb. *conſil.* 34. *col.* 1 *vol.* 1. & *conſil.* 19. *col.* 11. *volum.* 1. Paul. de Caſtr. *conſil.* 70. *colum. fin.* & *conſil.* 429. *volum.* 1. Anchar. *conſ. vltimo. colum. pen.* in quo conſilio ſubſcripſit ſe Card. vt ibi clare conſtat, & huiuſcemodi opinionem fatetur eſſe communem Felin. *in c. de quarta. colum.* 8 *de præſcript.* quem ſequitur, refertque Cur. Iuno *conſil. vltimo. col.* 3. & eandem ſententiam tenet Alex. *conſil* 73. *colum fin. vol.* 2. & *conſil.* 46. *in* 2. *dubio lib.* 3. Soc. *conſil.* 29. *colum.* 7. *lib.* 1. & Bellamera *conſ.* 6. *colum. pen.* & *conſil.* 10. *colum.* 9. & Balbus *in repet. l. Celſus. in princ. num* 17. *ff. de vſucap.* vbi *in d. nu.* 17. *cum aliis ſequent.* limitat communem præmiſſam in quinque caſibus, & d. repet. poſita reperiunt in fin. tract. de præſcript. eiuſdem Balbi.

Cōis opin. (margin)

In contrariam vero partem, quod error iuris non impediat præſcriptionem longiſſimi temporis, inclinauit titubanter Paul. de Caſtr. *conſil.* 406 *colum* 3. *volum* 1. *conſil.* 3. *circa finem, conſil.* 44. *colum.* 11. & *conſil.* 86. *col.* 4. *vol.* 2. & idem firmat Bal. *conſil.* 221. *circa fin. lib.* 1. & *conſil.* 52. *in fine lib.* 5. Roma. *conſil.* 113. *colum.* 3. idemque videtur velle Abb. *conſ.* 37. *in* 3. *dubio lib.* 1. idem ſentit Calca. *conſil.* 68. *col.* 1. Rota Roman. *in deciſ.* 310. *nota quod ex minim. in antiquis.* Caldet. *conſil.* 1. *vol* 2 *in titu. de conſtit.* Feder. de Senis *conſil.* 147. Guido Papæ *quæſt.* 659. vbi ait, quod prælati alienatio abſque Capituli conſenſu præbeat iuſtam præſcribendi cauſam. Idem concludit, & ſequitur Ripa *in l.* 1. *col* 3. *ff quorum bonorum.* & Grauet. *conſil.* 166. *num.* 13. in quibus locis ambo aſſerunt, quod ſpurius hæreditatem paternam præſcribit triginta annorum curriculo, licet in iure erret, credens ſe capacem eſſe, cum non ſit, poſt Bal. *in l nullo. C. de rei vendic.* & quod iuris error non impediat longiſſimi temporis præſcriptionem, tenet Imol. *in l. nunquam. ff. de vſucap.* Soc. *conſ.* 33 *colum.* 3 *volum.* 4. nonnullique alii, relati per Felin. *in præallat. c. de quarta, col.* 11. hanc opinionem fatetur audacter eſſe communem Alexandrinus *conſil.* 75. *col.* 2. & *conſ.* 154. *circa finem,* quamuis præmemoratos Doct. omnes non referat.

Cōis opin. (margin)

2 Retenta † itaque hac vltima opinione negatiua, tanquam frequentiori calculo approbata, & magis iuri, & æquitati conſona, dic eam procedere in multis caſibus, præſertim quando præſcribens tractat de damno vitando, & Eccleſia, vel minor de lucro captando, tunc enim error iuris nullo pacto videtur obeſſe præſcribenti, *l. iuris. l.* 2. *in fin.* & *l. error. C. de iur. & fact. ignor* facit text. *in l. qui teſtamento. in fin. ff. de excuſat. tut.* vbi error ſententiæ inualidæ, quæ putabatur valere, excuſat à damno, & abſq; dubio iſte caſus procedere videtur in minore, muliere, milite, & ruſtico. in quibus magis toleratur error iuris, quando agitur de damno vitando, per ea quæ habentur per Moder. *in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & *in l. iuris ignorantia. C qui admitti.*

Sed † error iuris non excuſat fœminas à mala fide, 3
etiam in præſcriptione longiſſima, imo impedit præſcriptionem, Ita Aut. de Burgoſ. *in tra de empt.* & *vend. iac. peruenit, ſub nu.* 20. *eod. tit.*

Procedit ſimiliter dicta cōmunis, † quando præ 4
ſcriptio haberet in ſe naturalem æquitatē: hoc enim caſu iuris error non noceret, puta ſi quis præſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolenni, & ita in hoc caſu tenet Bald. *conſ.* 179. *circa finem, vol.* 4.

OPINIO DCXXXII.

SVMMARIA.

1 *Ius adeundi hæreditatem, & ius immiſcendi, triginta annorum ſpatio durat.*

2 *Ius adeundi, quod præſcribitur triginta annis, currit etiam ignoranti.*

3 *Reſtitutio in integrum ex clauſula competit ignoranti hæreditatem ſibi delatam aduerſus præſcriptionem triginta annorum, vltra quos non datur ius adeundi, vel ſe immiſcendi.*

4 *Reſtitutio in integrum non conceditur contra præſcriptionem 40. annorum. quia illa pleniſſimam ſecuritatem parit.*

5 *Reſtitutionis in integrum beneficium eſt vtile à principio, & non currit niſi à die ſcientiæ.*

6 *Reſtitutio in integrum contra præſcriptionem 40. annorum an concedenda ſit propter iuſtam, probabilemq; ignorantiam.*

7 *Filius ſuccedere poteſt ex capite, vnde liberi, & ex capite, vnde legitimi: & à primo excluſus præſcriptione 30. annorum, poteſt intra alios 30. annos admitti ex ſecundo.*

HÆREDITATEM adeundi ius, † ſeu pote- 1
ſtas, quæ competit extraneis, ac ſe immiſcendi, quæ ſuis competit, triginta annorum ſpatio durat. *l. fi. C de edict. Diui Adr. toll* Glo. *not. in l* 3. *ff de acquir. hæred.* Bar. & Ang. Paul. Caſtr. *in l. filio præterito ff. de inoff. teſt. ſtam.* Glo. Alex. & Iaſ. *n.* 1. & 5. *in l. licet C. de iure delib.* & *in l.* 1. *C. quando non peten. partes.* & opinio hæc communiter approbatur: vt per Alex. *in d. l. licet.* Bolognet. *in d. l.* 1. *n.* 30 vbi omnes Moder. hoc idem atteſtantur, Hippol. Riminal *in §* 1. *n.* 260. *Inſtit. de donat.* Gram. *in deciſ.* 104. *n.* 46. Alex *conſ* 163 *viſo proceſſu. col.* 2. *vol.* 1. Iaſ. *conſ.* 19. *præſenti vol.* 1 Ruin. *conſ* 62. *n.* 8. & 19. *lib.* 3. Coraſ. *in miſcell. iuris ciuilis lib* 6. *c.* 21. *n.* 1 *cum aliis ſeq.* & Gozad. *conſ.* 56. *n.* 1. & *ſeq* & *ſub n.* 13. & *conſ.* 80. *n.* 6 vbi iſtam communem lat iſſime declarat. Et hoc 2
ampliatur † non ſolum procedere in hæredib. ſcientibus delatam ſibi eſſe hæreditatem, verum etiam in ignorantibus, qui, caſu, quo ab obitu defuncti triginta anni fluxerint, profecto ab hæreditatis petitione caderent. text. eſt *in l. hæreditas C de pet. hæred.* & ita hoc notant & firmant Doct. *in d l licet,* & *in d. l. filio præterito* & hæc eſt communis opinio: vt meminit Alex. *in d. l. licet,* & Gozad. *conſ.* 68. *videtur prima facie dicendum. ſub nu.* 13.

Cōis opin. (margin)

Interpretatur vero iſtud non procedere, † quan- 3
do iſti ignorantes per huiuſmodi ignorantiā ex clauſula, *ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.* aduerſus præſcriptionē in integrum reſtitutionem peterent, quæ abſque dubio concedenda eſſet, vt per Fulgoſ. *conſ.* 64. *in fin.* & Bertran *conſ.* 1. *n* 6. *vol* 6. per doctrinam Bart. *in l.* 1. §. 1. *ſi quis propter. ff. de itin. actuq; priuat.* Et comprobatur melius hoc ex his, quæ tradit Specul. *in tit. de præſcript.* § 1 *verſ. pone colonus.* Fulgoſ. *conſ.* 63. Franc. *circa fin.* & Alex. *conſ.* 89. *col.* 3. *vol.* 2. & ita ſe habet communis opinio, vt aſſerit Soc. *in l. cum filius.* §. 1. *ff de ver. oblig. col.* 1. & Dec. *conſ.* 303. *in caſu. col.* 2.

Cōis opin. (margin)

4 Sed aduertendum eſt hic,† quod iſtud remedium non prodeſſet contra præſcriptionem quadraginta annorum; quoniam illa pleniſſimam ſecum trahit partem *l. omnes C. de præſcript. 30. ann.* & hoc tenet Alex. *conſ. 172. col. 3. vol. 2.* & Soc. *in l. cum filius §. in his. ff. de ver oblig. in ff.* Gozad. *in d. conſ. 68. ſub nu 14* Dec. *in conſ. 29 & pra tenui, & conſ. 375. viſa bulla, ante fin. & conſ. 36. & ignorare conſideratum in fin.* faciunt ſcripta per Soci *conſ. 299. circa fin.*

5 Et ſciendum eſt,† ad præmiſſorum veram intelligentiam, quod beneficium hoc reſtitutionis in integrum ſit vtile à principio, & non currat, niſi à die ſcientiæ, quia tempus quadriennii datum, cõceſſumq; ad petendam reſtitutionem in integrum eſt vtile à principio. *l. fin. C. de temp. in integ. reſtit.* vt per Bald. *conſil. 216 quæſt. vol. 2.* quod puta eſſe memoriæ cõmendandum Alex. *conſ. 110. perſp. ſtu lib. 5* Et tempus vtile non currit ignoranti. *l. vtile. ff. quis ordo in bon. p. ff. ſeru.*

6 Et ita remedium hoc,† ſecundum Doct. allegatos, dabitur etiam contra præſcriptionem 40. annorum, ſi is, qui petit reſtitutionem, iuſte ignorauerit hæreditatem ſibi delatam eſſe, & iſta eſt communis opinio, teſte Gozad. cum aliis relatis per eum, *in conſil. 56. nu. 11.* quam ſequuntur, & citant Bald. *in tract. de præſcript. in 4. part. 4. part prin. q. 29. nu 1. cum aliis ſeq.* Io. Bapt. Bouius *in tract. de ſtatutaria Vrbis præſcriptione.* Glo 19. *nu. 1. cum aliis ſeq. fol. par. 45.* Horat. Mandoſ. *in add. Rom. conſ. 113. in litera N.* vbi admonet ita deciſum fuiſſe in Ruta Rom. & Afflict. *deciſ. 37. n. 1. & deciſ. 329. num. 5 cum aliis ſeq.* in quibus locis refert, ſic bis votatum fuiſſe in Sacro Regio Concilio Neapolitano.

Cōis opin.

¶ In contrariam vero partem inclinarunt aliqui Doct. mentionati, in locis præmiſſis, videlicet, quod reſtitutio in integrum non concedatur, etiam ex capite iuſtæ ignorantiæ, aduerſus præſcriptionem triginta vel quadraginta annorum, & ſequitur So. Iun. *conſil 52. & 143 volum. 1. & conſil. 6. vol. 4.* vbi prædicat eam eſſe magis communem opinionem, & ita iudicauit D. Alex. Trentacinq. compatriota meus, vir ſemper honoris cauſa nominandus, de præſenti menſe April. 1573. contra aliquos meos clientulos, in cauſa vertente inter quoſdam de Oppido Cambiani, & Labsteti.

Tamen aduerte, quod in deciſiuis fatuum foret diſcedere à dicta prima ſententia, tanquam realiter magis communi, & præſertim in Regno, in quo reperitur ita ſæpius deciſus per mentionatas deciſiones Afflict. quæ in caſibus dubiis ſuccedunt, & habentur loco legis; & ſic habes, quod quadriennium non currit, niſi à die ſcientiæ, ſecundum Alex *conſil. 71. num. 7 volum. 1.* Dec. *conſil. 303.* Tholomeus *conſ. 76.* Iaſ. *in §. rurſus Inſtit. de act.* in quibus locis atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, & Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus, præceptor meus quoque, dum eum publice audirem Peruſii, qui pleniſſime, more ſuo, declarabat omnia prædicta.

Cōis opin.

7 Interpretatur etiam præcitata concluſio,† quod ſui, vel extranei hæredes excludantur à ſucceſſione, lapſu triginta annorum, quando filii agnoſcunt hæreditatem ex capite *vnde legitimi.* Nam filii poſſunt ſuccedere ex capite *vnde liberi*, à quo triginta annorum præſcriptione excluſi, admitti poſſunt intra alios triginta annos, ex capite legitimorum, argum. *l. 1. §. ſed videndum. ff de ſucceſſ edict.* vt per Alex. alioſque Doct. *in d. l. licet.* Bart. *conſil. 128. quidam habuit.* Corn. *conſil. 70. venuunt colum. pen. & fin. lib. 4.* cum relatis per Iaſ. *conſil. 34. volum. 2.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Alex. *conſil. 89. viſo puncto. colum. 2. vol. 2.* & Gozad. *in d. conſil. 56. num. 5. & ſub num 13* qui limitat ibi huiuſmodi communem, cum aliis aggregatis per eum, de plano procedere, niſi extarent alii filii, qui venirent ex dicto primo capite: quia vbicunq; haberet locum antedictum primum caput, ſemper ſecundum ceſſaret; text. eſt *in §. admonendi. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt.* vt voluit Gloſſ. *in l. 1. §. ſed videndum. ff de ſucceſſ edict.* communiter approbata à Scriban. *in d. l. licet.*

Cōis opin.

OPINIO DCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Tituli allegatio non eſt neceſſaria in præſcriptione tanti temporis cuius initii memoria non extat in contrarium.*

IN præſcriptione tanti temporis,† cuius initii memoria non extat in contrarium, allegatio tituli non eſt neceſſaria, ſecundum Gloſſ. *in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. in verb. non ext. de verb ſignific.* quam ſequitur Abb. *conſil. 7. colum. 4. lib. 2.* Feder. de Senis. *conſil. 254. colum. 2.* Ioan. Fab. *in §. æque. inſtit. de act.* Caldet. *conſil. 1. in tit. de libell. obl.* Gozad. *conſil. 8. colum. 8.* Soc. *conſil. 127. colum. penult volum. 1.* quod eſt repetitum *in conſil. 181. volum. 2.* Iaſ. *in l. ſi certis annis. colum. fin. C. de pactis*, & Canoniſtæ omnes communiter in *c. 1. de præſcript. lib. 6.* de qua communi atteſtantur Moder. ibidem.

Præſump. pria.

Cōis opin.

¶ Sed tamen contrarium videtur tenere, & concludere expreſſe Alex. *conſil 74. colum. 3. prope fin. volum. 4.* Felin. *in c. accedentes. colum 3. de præſcript.* & Curt. Iun. *conſil. 158. colum. 4.* videlicet, quod tituli allegatio in huiuſmodi præſcriptione ſit neceſſaria, ſiquidem ſecundum eum, non videtur prodeſſe præſumptio tituli, niſi allegetur. *l. cum quid. ff. ſi cert. pet.*

¶ Cæterum parum obſtat authoritas Alex. Felyn. aliorumque, ſuperius relata: quia præfati Doctor. loquuntur in his, quæ non ſunt præſcriptibilia, etiam per tempus cuius initii memoria in contrarium non extat. Verbi gratia, data præſcribentis incapacitate circa beneficiorum collationem, vel circa decimas, iuxta text. *in cap. quanto de conſuetud.* ſeu quando lex præſcriptioni expreſſe reſiſtit: vt in caſu *cap. accedentes. de præſcript.* vel in materia procurationis: quibus caſibus temporis curſus nihil operari poteſt, vt capacem reddat eum, qui eſt incapax: quapropter neceſſe eſt, vt titulus exemptionis, ſeu priuilegii allegetur; & ad probationem huiuſmodi tituli, probare opus foret temporis curſum, cuius initii memoria in contrarium non extaret: ſecus vero, ſi eſſemus in materia præſcriptibili, & abſq; titulo: tunc profecto non eſſet neceſſaria allegatio tituli, & multo minus in huiuſmodi caſu neceſſe eſſet probare quid factum eſſe, tanquam ex cauſa alicuius tituli non neceſſarii, vt notat Feli. *in c. cauſam quæ, de præſcri. col. 4.*

OPINIO DCXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas, & exemptio poſſunt præſcribi, concurrente titulo, & bona fide quadraginta annorum ſpatio, & ſic præſcripta tolli non poteſt.*

PRÆSCRIBI poteſt immunitas,† & exemptio, concurrente titulo, & bona fide, quadraginta annorum ſpatio. Vnde ciues omnes, ſi ſoluunt gabellam, ſeu vectigal impoſitum, excepto vno, qui non ſoluit quadraginta annos, erit in huiuſmodi caſu præſcripta immunitas non ſoluendi, ſecundum Bart. Angel. Paul. Caſtren. & alios, *in l. licitatio. §.*

torum

torum. ff. de publican. Bald. *conſil. 125. quæſt. vertens. volum. 1.* Alex. *conſil. 30. ponderatis. colum. 4. volum. 5. & conſil. 126. in cauſ. colum. pen. volum. 2.* Corn. *conſ. 44 in hac conſultatione. colum. pen. vol. 2. & conſ. 12. in præſenti. colum. 5. volum. 3. & conſil. 199. vol. 1.* & hæc eſt communis opinio, vt per Balbum *in tract. de præſcript. num. 19. & ſequen. fol. 53.* & Gram. *in deciſ. 100. num. 15.* Et talis immunitas, & exemptio præſcripta, tolli non poteſt, ſecundum Bal. *in l. quod ſemel ff. de decret. ab ord. fac. & in l. ſi quis in ſi. ff. de iur. immun.* & per Bertach. *in tract. de gabellis in 9. q. 1. part.* Com. opin.

OPINIO DCXXXV.

SVMMARIA.

1 *Princeps an de plenitudine poteſtatis poſſit ſine cauſa auferre ius perfectè alteri quæſitum miniſterio iuris ciuilis. Et contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, reſcribere nu. 2.*

2 *Princeps poteſt legitimare ſpurium poſt aditam hæreditatem per agnatos dummodo poſſeſſio bonorum nondum apprehenſa ſit.*

4 *Princeps poteſt tollere ius quæſitum de iure gentium ex cauſa quæ principaliter reſpiciat vtilitatē publicam.*

5 *Princeps poteſt ex cauſa remunerationis ſeruitiorum auferre dominium alterius de iure gentium quæſitum; & remuneratio ipſa eſt ſufficiens cauſa Principi ad tollendum dominium alienum.*

1 PRINCEPS † de plenitudine poteſtatis non poteſt auferre ius perfectè acquiſitū alij miniſterio iuris ciuilis, ſine cauſa veluti per ſententiam, præſcriptionem aut aditionem hæreditatis; quoniam licet modus acquirendi ſit de iure ciuili, nihilominus ipſum dominium eſt de iure gentium, ſecundum Doctores communiter *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthum. in l. final. ſi contra ius, vel vtil. pub. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.* quam communem ſequitur Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore colum. 54. & colum. 65. ff. de vſucap. & in dicto §. quid ſi tantum num. 125. & in d. l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. in 7. limitatione* Feli. *in d. c. quæ in eccleſiarum. nu. 33.* Alex. Soc. Gabaul. & Mod. Hiſpani *in d. §. & quid ſi tantum* Iacob. Nigri. *in rub. ff. ſi certum petatur num. 15.* & Ruin. *conſ. 95. num. 1. & 9. vol. 1.* & Bellonus *conſ. 2. num. 1. & ſequent.* & iſta eſt magis communis opinio: quam ſequitur & citat Pariſ. *con. 161. num. 70. vol. 1.* Socin. Iunior *conſ. 120. num. 32. vol. 3.* Aymon. Grauett. *conſ. 127. num. 3. conſ. 103. volum. 1. con. 135. num. 20. & ſequent. conſ. 172. col. 1. & conſ. 7. num. 10.* Adde Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. quæſt. 84. num. 7.* Bald. Alex. & Iaſ. *in l. teſtamentum C. de teſtam.* & eund. Iaſ. *in l. Barbarius num. 35. ff. de offic. prætor.* & Crauett. *conſ. 241. nu. 10.* vide etiam in materia hac Aug. Aret. *in §. fin. suprem.* Inſtit. *de offic. iud.*

§ Contrariam vero partem quod Princeps poſſit auferre ius perfectè alteri acquiſitum ſine cauſa; tenuit Angel. *in l. Lucius ff. de euict.* Abb. *in 1. parte in l. 2. de offic. deleg.* Bertran. *conſil. 302. nu. 5. vol. 3.* & Iaſ. ſibi contrarius in conſulendo tenet hoc idem, *in conſil. 1. col. 7. lib. 1.* vbi ſequitur Bald. *in l. fin. C. quæ ſent. reſcin. non poſſ.* vbi ait

2 Quod Princeps † poſſit reſcribere contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam; dicens illud dictum Bal. eſſe ſingulare; & auferre dominium acquiſitum mediante tali ſententia. Et Angel. in leg. *item ſi verberatum ff. de rei vendicat.* dicit principem abſque cauſa poſſe auferre dominium rei meę, & quod contrarium dicens, mentiatur vt mentitur, iuxta notata per Andr. de Iſer. *in c. 1. §. naturales numer. 4. Si de feud. defuncti milit. controuerſ. fuer. & melius in c. 1. § fin.*

numer. 25. & ſequent. in addit. de capit. Conrad. quem ref. et *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 267. num. 7.*

Similiter idem † Iaſ. *con. 127. col. 3. lib. 4.* arguit pro opinione Pauli de Caſtr. *in leg. cum hæredes, in princip. ff. de acquirend. poſſeſ. & in l. 3 ff. de teſtam.* quod Princeps poſſit legitimare ſpurium poſt aditam hæreditatem per agnatos, dummodo poſſeſſio bonorum nondum apprehenſa ſit: Eandemque opinionem firmat idem Iaſ. *conſ. 93. lib. 1.* vbi voluit, quod Pontifex eximendo monaſterium à decimis, in conſequentiam præiudicet laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in cōſequentiam. Sed his non obſtantibus, prima opinio quod ius quæſitum per aditionem hæreditatis, aut per ſententiam auferri per principem nequeat ſine cauſa videtur magis cōmunis & ſequenda, vt audacter aſſerunt Moderan *d. l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Capic. *deciſ. 296. num. 4. & 10.* Crauett. *in d. con. 172. n. 3.* & alij quamplurimi ſupra relati.

Ea † autem communis ſententia non procedit cum Princeps tollit ius quæſitum de iure gentium, ex cauſa; & vt illud ex cauſa auferri poſſit, requiritur vt ſit huiuſmodi cauſa, quæ principaliter reſpiciat vtilitatem publicam: ſecundum Bart. *in l. quæcunq; in fin. C. de fide inſtrum. & iure haſt. fiſ. lib. 10.* Oldra. *conſ. 224. iſta ſunt allegat. colum. 7.* Paol. Caſtrenſ. *conſ. 177. conſil. 229. colum. 2. conſil. 187. col. 1. lib. 1.* Dec. *con. 461. colum. penult. & conſil. 188. colum. 3. poſt.* Feli. *in d. c. quæ in eccleſiarum.* Iaſ. *in l. Barbarius. colum. 6. ff. de offic. præt. & conſil. 233. col. 7. lib. 2.* & iſtam ſcribit magis eſſe communem opinionem Alex *conſil. 363. num. 10. vol. 2.* 4 Cōis opin.

Limita † ſecundo loco dictam communem opinionem non procedere, quando Princeps ex cauſa remunerationis ſeruitiorum auferret Dominium alterius, de iure gentium quæſitum: tunc enim certū eſt, Principem poſſe id auferre *l. item ſi verberatum,* vbi Bartol. & Angel. *ff de rei vend* & alij Scribent. *in l. Antiochenſium ff de priuileg. cred.* & quod remuneratio ſit ſufficiens cauſa Principi ad tollendum dominiū alienum, conſuluit Dec. *conſ 588. viſo caſu propoſito col. 7. & conſil. 588. viſo puncto. col. 5.* poſt alios relatos per Grammat. *deciſ. 66. num. 3. & ſequen.* 5

OPINIO DCXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Princeps reuocans facultates ſub quibuſuis formis, & clauſulis non reuocat ob hoc conceſſas pro precio, & in vim pacti.*

2 *Princeps in contractibus vtitur iure priuati.*

3 *Princeps motu proprio reuocans ea, quæ tenetur obſeruare, præſumitur circumuenius, ita quod contrarium probare non poſſit quaſi hæc ſit præſumptio.*

4 *Conceſſio principis motu proprio poteſt in eum retorqueri.*

5 *Priuilegium à Principe alicui conceſſum an tolli & reuocari poſſit. & num. 6.*

PRINCEPS † reuocans facultates ſub quibuſuis formis, & clauſulis, non reuocat ob hoc conceſſas pro pretio, & in vim pacti: nam reuocaret conuentionem quod non poteſt ſecūdum Bald. *in l. qui ſe patris colum. ſeptim. C. vnde liberi.* Rom. *conſil. 252. nu. 5.* Anchatanus *in capit. prima. num. 8. de conſtit. lib. 6.* Abb. *in capitul. nouit. numer. vigeſimo quinto ibi, illud tranſiuit in quaſi contractum, quo etiam princeps obligatur de iud.* Felynus *in capitul. quæ in eccleſiarum numer. 52. de conſtit.* 1

ſcripſit Fabianus in d. 3. princ. quæſt. ſui tract. de empt. ſub num. 18 Alexand. in l. 2. num. 29. ff. ſolut. matrim. & Ant. Gabriel. in d. con. luſ. 21. in 1. limitation. Roman. d. conſ. 26. ſub num. 11. vbi in add. in fin. doctiſſimus D. Horat. Mandoſius, cum aliis relatis per eum, qui affirmat ibi iſtam eſſe communem opinionem, & Roland. à Valle in conſ. 1. num. 88 vol. 1. & ſequitur Caputius in d. inuſtitu. in ſtud. dant. concluſ. 24. in 1. amphat. vbi tradit quinq; alias vtiliſſimas limitationes, & duas alias limitationes adducit etiam Rolan. à Valle in d. conſ. 1. num. 81. & 90. Cōis opin.

OPINIO DCXXXVIII.

SVMMARIA.

1 Iudex vſque ad triginta dies tenetur differre executionem ad mandatum, vel reſcriptum Principis, de capitando vel furca ſuſpendendo aliquẽ ſine proceſſu, & illegitimè.

2 Piſonis iracundia; & crudelitas immanis recenſetur.

3 Iudex ira percitus à iudicando & condemnando ſuperſedere debet, eiuſq; ratio. Et elegans exemplum cuiuſdam refertur, qui à Cæſare irato ad tranquillum ſeu pacatum appellauit, cum aliis ſententiis eam ad rem facientibus.

4 Deus diſſipare poteſt iudices, & officiales, aſſentientes, ac obſecundantes principi contra veritatem.

5 Etiam Papæ aliquid irrationabile mandanti, non obſecundandum, ſed reſcribendum.

6 Princeps mandans Iudici aliquem torqueri poteſtate abſoluta abſque cauſa, & non præcedentibus legitimis indiciis mortaliter peccat; & Iudex huiuſmodi reſcripto non debet aſſentiri.

7 Conſiliarii ſacri Regii concilii Neapol. officiales Regiæ Cameræ ſummariæ. & Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ obtinent in practica primum locum inter cæteros officiales totius orbis & conſueuere plus obedire Deo & eius iuſtitiæ, quam hominibus & Principibus.

8 Iudex bonus non debet timere homines, ſed Deum. cuius miniſter eſt magis, quam principis terreni, quod exemplo & ſententiis confirmatur.

9 Principis geminatum reſcriptum, & iuſſionem vt quis vlt. ſupplicio afficiatur, Iudex abſq; mora exequi debet.

1 PRINCEPS † reſcribens, præcipienſque aliquem decapitari, puniri, vel ſuſpendi, ſi nulla appareat cauſa. Iudex debet ſuperſedere per triginta dies in exequendo Principis voluntatem, ad expectandum, an Princeps pœnam ſit relaxaturus, vel perſeueraturus in eadem voluntate: & ſic iudex vſque ad triginta dies debet differre executionem in huiuſmodi caſu, ac ſecundam iuſſionem expectare, text. eſt in l. ſi vindicari. C de pœnis. cui concordat c. ſi quando ext. de reſcript. & c. cum apud 11. quæſt. Et d. l. ſi vindicari pingendam eſſe auro ſcribit Iaſ. in l. debitoribus num. 15. ff. de re iudic. & vnicam dicit Matth. in l. 1. §. fin. num. 52. ff. de quæſtion. & multum eam extollit Dec. in d. c. ſi quando num. 5. vbi ſimiliter aduertit ſanctiſſimam illam legem conditam fuiſſe à Theodoſio, ad requiſitionem D. ui Ambroſii: prout late, & videre etiam potes Petrus Meſſias in vitis Imperatorum, traductis per Alfonſum Vlloam in vita Theodoſii circa finem. quam ſimul cum not. per Barbat. in d. cap. ſi quando n. 1. cum aliis ſequent. & per Ioan. de Neuizanis in ſua ſylua nuptiali lib. 6. num. 49. et in aliis ſequent. In hoc propoſito non ſolum quotidie inſpicere, & præ manibus habere debent omnes iudices, tam ſeculares, quã eccleſiaſtici pro animæ ſuæ ſalute, ſed memoriæ eam quoque mandare, ipſis, & toto Vniuerſo valde proficuum foret: quia diſcerent iudices non errare, & non peccare, nec aliteri præiudicium inferre, in rebus, & vita, in exequendo iniuſta reſcripta Principis. Et iſtorum opinionem, quod Iudex debeat ſuperſedere in exequendo mandatum Principis, de decapitando, vel furca ſuſpendendo aliquem, abſque proceſſu, & illegitimè, ſequitur etiam, & communem vocat Carterius in pract. crim. in §. circa num. 110. & Ioan. de Neuiz. cum aliis glomeratis per eum in loco prætacto num. 40. Sed Iulius Clarus in pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 60. ſub verſ. ſolet dubitari. non deguſtando, ſeu olfaciendo aliter deciſionem d. l. ſi vindicari. & referendo opinionem Cyn. contrariam, iniquam & contra caſum legis, ac denique perhorreſcendo nimium Principis indignationem, fatetur quod hoc nunquam ſuaderet, ſeu conſuleret amicis ſuis, quando Princeps ipſe reperiretur iratus, forſitan quod viderat Senecam in lib. 2. de ira ad Nouacium, ſcribentẽ acreferentem ibi de Piſone, † homine iracundo 2
ſupra humanum modum, dicentemq; quod in impetu animi iuſſerit quendam de ſeruis ſuis occidi, eo quod redierat foris ſine ſocio ſibi dato: imputabat enim illi quod ſocium occidiſſet, cumque plectendus eſſet morte, & lictor iam euaginatum teneret gladium, ſuperuenit ſocius eius ſanus, quo viſo lictor dimiſit eum intactũ. quo audito crudelis tyrannus Piſo iuſſit vtroſque occidi. Te (inquit ad primũ) ad mortem condemnaui, ideo morieris, deinde ad ſecundum ait, te etiam iubeo mori: quia cauſa mortis ſocii tui tu es. poſtremo tertio ait, te ſimiliter neceſſe eſt nunc mori, quia voci meæ non paruiſti, ſed à me condemnatum morti liberare voluiſti. Ecce quomodo ob innocentiã vnius hominis tres neci traditi ſunt. Ex quo patet, quod ira valde inimicetur, & aduerſetur proximo.

Propterea † diſponitur c. illa 11. q. 3. quod cum rector eſt in ira, neminem debeat iudicare, eo quod iudicium rationis in eo eſt obſcuratũ, ſed debet expectare donec mens prius per iram concitata ad tranquillitatem redierit. ad quod facit text. in c. ira 11. q. 3. vbi traditur quod homo iratus commotionis tempore iuſtum putet omne id quod facit. Vnde legitur quod cũ quidã Imperator condẽnaſſet in ira quendã ad mortẽ, reus dixerit, appello: cũq; interrogaretur ad quẽ appellaret, reſp. dicens: appello à Cæſare irato, ad Cæſarẽ tranquillũ & pacatũ. hunc ergo iuſſit Imperator vſq; in craſtinũ reſeruari, ſed interim ſedata ira eius, ipſo reo donata eſt, ſi tamẽ reus dici merebatur. Ideo ſecũd. Greg. Magnũ lib. 8 Epiſt. 51. ad Leontiũ. Quoties ira animũ inuadit, mentẽ edoma, vince teipſum, differ tẽpus furoris: cũ tranquilla mens fuerit, q̃ placet vindica, ira n. in vindicta malorũ, ſequi debet rationẽ animi, nõ præire, vt quaſi ancilla iuſtitiæ poſt tergũ veniat, & nõ laſciua ante faciẽ prorũpat, aliquãdo vero oſtendenda eſt, & nõ exhibenda, aliquãdo exhibenda eſt, & nũquã ſequenda: quãdo n. in executione iuſtitiæ placata mẽte iraſcimur, iracũdiã non ſequimur, ſed exhibemus. Ira n. quæ animũ perturbat, quanta conſideratione cuſtodienda ſit mõſtratur, de qua ſcriptũ eſt Iac. 1. Sit oĩs homo velox ad audiendũ, tardus autẽ ad loquendũ: & tardus ad irã. Ira n. viri, iuſtitiã Dei non operatur. Hinc rurſum ſcriptum eſt Prouerb. 18. Quis poteſt habitare cum homine cuius ſpiritus eſt facilis ad iraſcendum? melius eſt autem, ſecundum Salomonem, Prouerb. 16. qui iracundiam continet, quam qui orbem capit: quia ira etiam fortes decipit. cauere igitur debemus ſecundum Ambroſ. lib. 1. officiorum cap. 21. ne in perturbationes prius incidamus, quam animos noſtros ratio componat: examinat enim mentem plerunque ira, aut dolor, aut formido mortis, & improuiſo percellit ictu, ideo præuenire pulchrum eſt cogitatione, 3
quæ

quæ voluendo mentem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus, ſed iugo quodam rationis & habitus conſtricta miteſcat, vide etiã de hac materia pulchre Coraſ. *lib. 1. Miſcel. cap 8. num. 2.* Sed contra applaudentes iniuſtis reſcriptis, mandatiſque Principum obijci poſſent omnia, quæ ſcribit Neniz. *vbi ſupra num. 49. & ſequent.* & illud etiam quod ſcribit Andreas de Iſern. *in capit. 1. de capit. qui cur. vend. in additione ſua.* videlicet, quod Deus † omnipotens diſ-
4 ſipare poſſit omnes iudices, & officiales, aſſentiẽtes, ac complacentes Principi contra veritatem & iuſtitiam.

§ Et hoc † nimium vendicat ſibi locum, non ſo-
5 lum in Principe ſeculari, ſed etiam in Papa aliquid irrationabile mandante cui iudex reſcribere debet atque tenetur de iuris cenſura. *c. ſi quando de reſcript.* Anchar. *conſ. 223. in ſi legibus & canonibus ſub num. 12.* & eſt textus *in §. deinde in authent. de manda princ.* vbi Glo. inuehit non immerito contra miſeros prælatos, qui in tantum timent literas Papæ, vt non audeant illi contradicere, & ſequitur etiam Grammat. *conſ. crim. 45. num. 39.*

Ideo retenta dicta communi, tanquam ſacroſan-
6 cta ampliatur ſimiliter † vbi Princeps reſcriberet, ſeu mandaret iudici, vt aliquem apponeret torturę, non præcedentibus legitimis indicijs; quia tunc Princeps mandare non poſſet quem torqueri, abſque indicijs, ac vti poteſtate abſoluta abſque cauſa & ſi aliter ageret, atq; mortaliter peccaret, vt voluerunt Andr. de Iſern. & Grammat. *num. 19. in conſtit. proſequentes libro ſecund.* Andreas de Iſern. & Afflict *in conſ. duram. & duram*, & profert magnum, & vtile verbum ſe videlicet ſemel reſpondiſſe Regi Federico Aragoneo interroganti, quod neque etiam de authoritate regia poſſet mandare, hominem torqueri contra quem non extarent indicia ſufficientia. quę refert & ſequitur Grammat. *in d. conſtit. proſequentes. num. 19. in conſ. crim. 45. ſub num. 32. cum alijs ſequent. & in voto 33.* in quibus locis dicit ſe idem reſpondiſſe in contingentia facti, Cardinali Columnæ tunc protegi Neapol. prout aſſiſtendo Iudex eo tempore Magnæ Curiæ Vicariæ, atque recipiendo mandatum à dicto cardinali Columnæ, vt abſque indicijs apponeret quæſtionibus, & tormentis Paulum Pudericum, habebat conſcientiam informatam, ipſum Paulum commiſiſſe homicidium, replicauit ſemel & bis audacter, hoc non poſſe fieri de iure; & oſtenſis dictis iuribus, & rationibus dicto Cardinali, acquieuit, non abſque excreſcentia amoris erga eundem Grammat, atque prædictum Paulum liberauit à carceribus in quibus detinebatur, aſſociariique fecit per ciuitatem Neapolis, per Illuſtriſſ. DD. Principem Salerni, & Marchionem Vallis Siciliana, ac reduci ad domum ſuam, tam honorificè, vt nihil ſupra. Et eandem ſententiam ſequitur cum alijs aggregatis per eum lateque probat Ioann. Ant. de Nigris
Cōis opin. *ſuper capitulis Regni, in c. ſubditorum noſtrorum num. 128. cum alijs ſequent.* vbi eam vocat, appellatque communem ac veriorem, tutioremque in foro fori, & conſcientiæ.

7 Et † ſic Illuſtres Doct. regnicolæ, id eſt Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, & conſiliarios Sacri concilij & Regiæ Cameræ Summariæ, ſi vera loqui fas eſt viros ſolertiſſimos, & integerrimos, opere, & ſermone potentiſſimos, charos & magnæ authoritatis apud Catholicum Regem noſtrum, & maximæ practicæ, & ſcientiæ toto orbi terrarum apparere, nemo eſt qui ignorat. Imo in ipſa practica primum locum obtinent inter cæteros officiales, & Iureconſultos totius vniuerſi, qui vbi agitur de vita hominis, remoto, ſpretoque omni timore, optimo zelo conſcientię & honoris proprij adducti, ſemper conſueuere plus obedire Deo, & eius iuſtitiæ, quam hominibus, ſeu Principibus, quique non faciunt, vt Pilatus, qui ob timorem Chriſtum iniuſtè damnauit & per hoc inſtruuntur, poſtponere omnem humanum timorem, vbi eſt quæſtio de honore Dei, & optimè quidem agunt, Nam vt habetur. *C. vnde vi. l. ſi quis in tantã* audacia circa illicita approbatur, quæ vero circa illicita eſt, reprobatur.

Et ad propoſitum faciunt aurea verba Greg. metu poteſtatis alicuius loqui pertimeſcimus? propter quod ſalubriter conſuluit Sapiens *Eccleſiaſt. 7.* dicens Noli quęrere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates ne forte extimeſcas faciem potentis & propter hoc detuies à recto tramite iudicũ. Debet ergo † bonus iudex non homines timere, ſed Deum, cuius miniſter eſt magis, quã Principis terreni, exẽplo illius præſidis ſupremæ Curiæ Parlamenti Pariſ. cui cum mandaſſet Rex, vt ſub pœna priuationis ab officio ſuo, ſententiam proferret ad eius voluntatem, circa aliquam materiam, cui inordinate afficiebatur, reſpondiſſe ferunt: malo officium perdere, quam ſcienter Deum offendere: ſicq; officio, & regno priuatus fuit, ſed poſtmodum reuocatus, & honoratus. Propterea legitur 2. *Paralip.* 19. quod Ioſaphat Rex Iudæ, conſtituens Iudices in cunctis Ciuitatibus Iudæ, dixit illis: videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Dei; & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit, ſit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Ad hoc autem propoſitum multum facit hoc exemplum: Legitur enim, quod cum in Francia quidam agricola foderet in agro ſuo inuenit humanam linguam viuam, & loquentem, ſuper qua nouitate ille admiratus, interrogauit quis eſſet, tunc reſpondit ſe fuiſſe linguam hominis pagani qui Iudex fuerat proximæ Ciuitatis; & quamuis mortuus fuiſſet ſine vera fide; quia tamen nunquã protulerat iniquam ſententiam; ideo Deum reſeruaſſe animam eius in lingua quouſque baptiſmum reciperet. propter quod rogauit dictum agricolam, vt hoc ſignificaret Epiſcopo Ciuitatis, rogans vt veniret ad baptizandum eum; & hoc (inquit) erit ſignum quod vera dicam, quod præcepto facto baptiſmate lingua mea in puluerem conuertetur, factum eſt ergo vt poſtulauit, & ſtatim prædicta lingua, cunctis videntibus qui aderant, in puluerem redacta eſt. 8

Et hoc † de plano procederet, & verum eſſet, niſi interuenirer ſecundum reſcriptum, & iuſſio Principis. *d. c. ſi quando.* vbi omnes Canoniſtæ, præſertim Barbat. *nume. 1. cum alijs ſequent.* Felin *colum fin.* Dec. *num. 9. & ſequen.* & Ripa. *ſub num. 17.* Capolla *in tract. cautelarum in cautela 2 num. 5.* Iaſ. *in l. pupilli in fine C. ſi contra ius, vel vtilit. pub* & ſic geminata Principis iuſſio vt quis vltimo ſupplicio afficiatur, non patitur moram in executione; & hæc eſt communis opinio, Cōis opin.
vt per Doctores *in dict. c. ſi quando* vbi Dec. *num. 9. & ſequent.* reddit rationem huius dicti communis.

Itaque curator ipſe ſemper debet ſe incolumem reddere cauteque agere; nec vllatenus ſe obligare ad ea, ad quæ leges illum non obligant: nam curator ad litem datus debet ſolummodo iurare vtilia facere & inutilia prætermittere, *§. final. in authentica vt hi qui obligatas ſe habere perhibent res minorum, & leg. de creationibus, C. de epiſcop. audient.* Bard. *in leg. legitimos, colum. 2. ff. de legit. tutor.* Angel. Aret. *in §. præterea Inſt. de exception.* & Vant. cum alijs aggregatis per eum in *tract.*

Vall. de nullitatibus in tit. de nullitate ex defectu inhabilitatis ſeu mandati comparentium, & vnde, & quibus modis regulariter procedat, num. 146.

4 Nec † non curator ad litem tenetur quoq; ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, *ita* Gloſ. & Bar. *in l. & ſi ad ſpecies, ff. rem pup. & in l. 1. ff. de curator. bon. dan.* Ang. *in l. 1. C. qui petant tutores vel curat.* & eſt text. *in l. 5. & in l. ei ſi ad ſpecies, ff. rem pupill. ſaluam fore, ibi etſi ad ſpecies curator datus ſit, rem ſaluam fore ſtipulatio interponitur.* & ſic ſecundum Bald. eo in loco Curator, etiam ad certū actum, debet ſatiſdare, & huic opinioni Gloſ. Bart. & ſequacium ita reprobatæ, acquieſcere Ang. Aret. etiam *Inſt. de curat. in fin.* & Pract. Papiens. *in forma libelli quo agitur ad reddendum rationem tutelæ, & in ſuo vlt. teſtamemento, col. 1. in 3. q. & ſeq.* & licet Rota Rom. determinauerit contrarium, curatorem videlicet ad litem ſatiſdare non eſſe obnoxium, etiam in cauſis ordinariis, per doctrinam Specul. *in tit. de curator. § vt autem, poſt princ.* atteſtaote Puteo *deciſ. 130. in cauſa Romana, lib. 3.* ego tamen, tam in patrocinando, quam etiam in iudicando obſeruaui ſemper in cauſis occurſis opinionem Gloſ. Bar. & aliorum, tanquam communem, frequentiorem, & tutiorem, curatorem videlicet ad litem datum teneri ad ſatiſdandum prout ita per quadraginta duos annos continuos, quibus verſamur in hac legali ſcientia, vidimus obſeruari etiam abſque vlla contradictione in tribunalibus Regni maioribus, & minoribus.

Com. opin.

5 Cæterum † animaduertendum eſt, quod curator ad litem datur petenti, nec dari poteſt infanti, ſed puberi, & pupillo non infanti, *l. tere. § ſi pupillus ff. de tutelis,* Specul. *in tit. de actor. ab vniuerſ. verſ. puberes, & ſequens.* & Nepos à Monte Albano, *in tractat. de exceptionibus in vtroque foro, art. 12. ſub numer. 1.* contra curatorem datum adulto, & Franciſ. de Caldas *in l. ſi curatorem haberi Cod. de in integr. reſtit. minorum, in princ. numer. 31.* vbi inſtituit poſt Neuizan. *conſil. 17. numer. final. in præſenti re actorem expectandum eſſe* per eum tempus opportunum prouectioris ætatis, quo ipſe poſſit curatorem petere.

6 Vnde † curator ad litem nominatus à minore in iudicio debet neceſſariò per iudicem confirmari, alias curatoris non confirmati à iudice datio non valet, *§. finali in princip. Inſtitut. de curat.* quia hoc caſu ceſſante confirmatione ipſa, curator ita datus, vel nominatus à minore non poteſt actis authoritatem præſtare, *l. iam vna § tutor. ff. de appel.*

7 Prout † datus à teſtatore ventri debet ſimiliter confirmari per iudicem, licet ſecus ſit in tutore, vt per Gloſ. & Ang. *in l. ſi mulier. ff. quemadmodum teſtam. aperia.*

8 Imo licet † curator in teſtamento dari nequeat, *§ ſed curator,* & ibi Ang. Aret. & alii vniuerſaliter, *Inſt. de curat.* & Franciſcus de Caldas *in d. l. leg. ſi curatorem habens in verb. ſine curatore, num. 71.* nihilominus curator datus per patrem in teſtamento abſque ſcrupulo aliquo confirmatur per iudicem per textum *in d. §. ſed curator & per leg. final. & ibi Gloſ. & Doctores C. de confirmat. tutor.* & Bertrand. *conſ. 106. numer. 3. volum. 3. ſecunda partis, & conſ. 96. num. 2. volum. 6* Sed ſi curator tunc non foret confirmatus à iudice, & adminiſtraret, vtique reputaretur potius geſtor, quam curator, vt per Socin. Iunior. *conſ. 79. numer. 21. volum. 2.* & in terminis D. Fabius de Anna conſiliarius ſacri regii conſilii Neapol. & ſupremus Doctor *conſ. 29. hac cauſa, num. 8. vol. 1.*

9 Idem † dicendum quoque eſt in curatore furioſi dato in teſtamento, qui ſimiliter eget confirmatione, *l. non furio, C. de curat. furio.* imo tunc curator ipſe ita confirmatus præfertur legitimo, *leg. fin. § ſin autem C. de curat. furio. & l. de creationibus, C. de Epiſcop. audien.*

Eſt † nihilominus bene verum quod curator datus ad litem non teneatur conficere inuentarium vt per Bart. *in l. tutor, qui repertorium ff. de adminiſt. tut.* & Vantium *in dict. tit. de nullitate ex defectu inhab. litationis, ſeu mandati comparentium, numer. 45* vbi aſſignat rationem efficacem, quod ſufficiat Inuentarium tutorum, quorum periculo tutores ipſi creantur, poteſtque aſſignari ſimiliter altera vrgentior ratio, quia curator ipſe non adminiſtrat, *l. ad protegendum, C. de in litem dando tutore.* ipſe vero vt iudex in omnibus caſibus occurſis iudicaui contrarium curatorem ad litem teneri quam primum poteſt, ad conficiendum inuentarium de omnibus, & quibuſcunque inſtrumentis, ſcripturis iuribus, & rebus pupillorum quæ peruenerunt ad eius manus, & in eius poteſt eorum occaſione, & occaſionibus lites pupillorum defendendi, & hoc per textum clarum *in l. tutores. ff. de adminiſtrat. tutorum, ibi tutores vel curatores mox atque* fuerint ordinati ſub præſentia publicarum perſonarum Inuentarium ſolenniter rerum omniū, & inſtrumentorum facere curabunt. 10

Non † autem tenetur curator ad litem de culpa leuiſſima, ita Bald. *in l. qua fortuitu, volum 7. de pig. act.* 11
Quia tunc nullum infertur cauſaturque præiudicium minoribus, quia dicet curator ſit contumax non tamen inde efficitur, vt minores veri contumaces dicantur dicique poſſint, vt per Bald. *in l. minor etiam lectura 1 ff. de minoribus* & Riminald. Iunior *con. 811 in præſent. cauſa, num. 44. & ſeqq. volum 7.* imo ſi minor repertus condemnandus tanquam contumax haberet reſtitutionem in integrum, per textum expreſſum *in dict. l. minor etiam, ibi, minor ſi quaſi contumax condemnatus ſit, in integrum reſtitutionis auxilium implorabit.* 12

An † negligentia procuratoris noceat domino dic quod ſic *leg. ſi procurator, Cod. de procur. & leg. tranſlationis placitam, C. de tranſ.* Gloſ. Sing. *in c. 1. verſ. ſin. vt lit. non conteſt. cum ſimil. alleg. in l. vnica, § ſi procurator. vbi Doctores ff. ſi quis ius dic. & in l. centum. §. ſed an, ff. de conſ. ff.* & Philip. Franc. *in cap. cum impoſitionibus, num. tertio de iureiur.* 13

Et ratio † ea eſt, quia ipſi Domino huiuſmodi negligentia imputari debet, *leg. cum mandato, in fine, ff. de minoribus Gloſ. in cap 1. & 2. in ver. reſtituimus, de in integrum reſtitut.* 14

Sed † an detur domino reſtitutio in integrum aduerſus talem negligentiam: dic quod non, quia habet ordinariū remedium, nimirum actionem mandati ad damna, & intereſſe, *leg. ſi remunerandi §. 1. & leg. ſi procuratorem, § ſi tutores ff. mand. & leg. ſi procurator, C. de procurat.* Abbas *in capit. primo numer. 22. vt lit. non conteſt.* Specul. *in titul. de procuratore. § primo numer. 15.* & Gloſſa. *in capit. qui generaliter, §. final. de procur. in 6.* Verum hoc fallit quando procurator non eſt ſoluendo, ita Gloſ. not. *in d. c. 1. in ver. negligentia, & in ver. reſtituimus, de in integrum reſt.* facit tex. *in dict. leg. ſi procuratorem, in d. leg. cum mandato, l. fin. §. plane ff. de eo per quem fact. l. & eleganter, §. pen. ff. de dolo,* Abb. *in cap. 1. num. 16. vt lit. non conteſt.* vbi Felyn. *numer. 68* Bal. in *authentica hodie, num 3. Cod. de appell.* per textum *in leg. nauta fullo ff. de furtis* ex quibus collige fallentiam, vt per Felyn. *numer. 6 in dict. cap. 1. vt lit. non conteſt.* & alteram fallentiam per Bald. *in leg. do. ancillam num. 1. C. de rei vendicat.* 15

Et quando cognoſcatur procuratorem ipſum non eſſe ſoluendo, vide Bal. reſoluentem *in authen. hodie num. 4. C. de appell.* Alex. *in rub. ff. de per. vel aditat.*

ciat.numer.42.& in leg. ſi conſtante, num.13.ff ſolut.matr. vbi Bar. & cæteri, & Franc. *in cap. ex ratione, num.40. de appell.*

OPINIO DCXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Principis litera, & aſſertio an probet delictũ, & an Principis verbis narratiuis credendum ſit, num.2. præſertim in præiudicium tertij num.3.*

4 *Narratiua verba Papæ alicuius delicti in præiudicium tertii non probant, niſi in antiquis, & cum adminiculis.*

5 *Papæ verbis aſſertiuis in materia beneficiali ſtandum non eſt, & ipſa verba nemini præiudicium inferunt.*

1 PRINCIPIS literis, †ac priuilegiis, continentibus, ſeu atteſtantibus aliquem commiſiſſe delictum, ſuper quibus ſe fundat, poſtea donando bona illius ſtandum eſt; & ſic talis aſſertio & narratio Principis eſt ſufficiens probatio delicti, ſecundum Tancred. Ioan. Andr. & Abb. *in c. cum oporteat, ext. de accuſ.* & in add. Specul. *in tit. de inquiſitione. §. tunc tractemus, ver. hoc autem notandum,* & Barbat. *conſ. 46. col. 23. vol. 1.*

2 ¶ In contrariam† vero partem, videlicet quod aſſertioni Principis non ſtetur, ſiue fides adhibeatur ſuper crimine commiſſo, inclinauit conſulendo Dec. cum aliis ſignatis per eum, *conſ. 410. ſub num. 8. cum aliis ſequent. & conſ. 544.* & Curt. Senior *conſ. 49. ſub num. 49.* Grauett. *conſ. 48.* Gigas *in tract. de crim. læſæ maieſtatis lib. 2. quæſt. 19. & lib. 3. quæſt. 14.* præclariſſimus D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus *in tract. de Imperatore. quæſt. 110. caſu 248.* & Cardin. Put. *deciſ. 130.* vbi concludit, quod narratiuæ Papæ etiamſi in ea ſe fundet, non ſtetur ad probandum crimen, & confeſſionem.

¶ Sed primam opinionem mihi ſequendam eſſe conſtitui cui inhæret quoque Boſſius *in pract. crimin. in tit. de Principe, & priuilegiis eius nu. 80. & ſeq. fol. 148.* vbi oſtendit iſtam opinionem Tancr. & aliorum, veriſſimã eſſe & communem; quoniam verbis narratiuis Principis credendum eſt, cum in eis Princeps ſe fundat, *Clement. 1. de prob.* Alex. *conſ. 25. volum. 5.* Aret. *conſ. antepen. colum. 3. & ſeq.* & Fely. *in c. cum in iure, de off. deleg. & in c. nonnullis. §. 1. de reſcript. col. 4.* & hoc caſu ſtatur verbis Imperatoris, vt Papa ita Moheda. *deciſ. 278 & deciſ. 280.* & Gomeſ. *in d. deciſ. 38.* (Cõis opin.)

Sed aduerte quod Imperatori Papæ vel principi, ſeu eorum verbis, in literis, narrantibus factum proprium, regulariter credatur, vt tradit pro regula cum ampliationibus, & limitationibus D. meus Reſtaurus *in d. quæſt. 110. caſu. 248.*

3 Attamen † præmiſſa autumarem non procedere in præiudicium tertii, vt explicat ample cum aliis congeſtis per eum, Ferretus *conſ. 249. ſub num. 8. vol. 2.* Nam narratiua rebellionis in magnum præiudicium tertii nullatenus probaret, ita Creſcen. *deciſ. 49.* & Gomeſ. *deciſ. 38.*

4 Imo tunc ipſa † narratiua minimè probaret, etiã ſi illa eſſet papæ, niſi eſſemus in antiquis, & cum adminiculis, ſecundum Creſcent. *deciſ. 89.* Moheda. *deciſ. 271. & ſequent.* Gomeſ *in d. deciſ. 38.* Ant. Auguſt, *deciſ. 410.* & Ioan. Baptiſt. Ferret. *conſ. 249. in facto n. 3. vol. 2.* vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem: tunc enim etiam in præiudicium tertii ſtatur aſſertioni principis: vt tradit quoque Grauett. *in tractat. de antiquitate temporis in 1. part. num. 33.* (Cõis opin.)

5 Poſtremo † coarctantur prædicta itidem procedere, iudicio meo, de iure ciuili; ſecus vero de iure canonico: quia vt ſupra oſtenſum fuit non ſolum verbis aſſertiuis Papæ ſuper rebellione, homicidio, vel aliquo alio delicto, ſtandũ nõ eſt: ſed in materia beneficiali etiam non ſtatur verbis narratiuis Papæ: imo eius verba in præſenti caſu nemini præiudicarent: ſed veritas narratorum per teſtes, vel aliter legitime, per publica inſtrumenta probari debent, vt deciſum fuit in concilio Baſiliens. *in c. fin. 23. ſeſſio.* licet in apoſtolicis, & in concilio nouiſsimo Lateranen. per Leonem Papam X. *in 11. ſeſ.*

OPINIO DCXL.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum alicui, deſcendentibus, tam maſculis, quam fœminis, non extenditur ad fœminas maritatas: quia mutant ſtatum, & ſequuntur forum viri.*

PRIVILEGIVM † conceſſum alicui omnibus eius deſcendẽtibus, tam maſculis, quam fœminis, non extenditur ad fœminas maritatas: & ſic filiæ poſſint gaudere huiuſmodi priuilegio ſi ſint virgines, aut viduæ; ſecus ſi ſunt maritatæ: quoniam mutant ſtatum & ſequuntur forum viri, vt tradit Bar. *in l. quoties C. de priuileg. ſcholar. lib. 12.* & latè Iaſ. *in l. 1. num. 18 ff de conſt. Princ.* Marſil. *in rub. de fideiuſ. nu. 113. & in l. 1. num. 200. C. de rapt. virg.* & Ripa *in lib. 2. reſponſorum c. 3. num. 2.* & hæc eſt communis opinio teſte Hieron. Chucalon *in add. ad Dec. in l. fœmina num. 95. in litera L. ff de regul. iur.* quamuis & Dec. malè *in c. nouit. num. 4. extra de iudiciis*, affirmauerit contrarium, quod videlicet mulier nupta retineat omnia priuilegia, & omnes prærogatiuas, quibus non diſtrahitur à ſeruitio mariti & hoc idem tenet Alex. *in l. cum quædam nu. 14 ff. de iuriſd. omn. iud.* & dicam aliquid infra *in Opinione 643. Priuilegium conceſſum patri.* 1 (Cõis opin.)

OPINIO DCXLI.

SVMMARIA.

1 *Papa per priuilegium poteſt religioſos eximere à decimarum præſtatione etiam ab aliis poſſeſſarum nu. 2.*

3 *Priuilegium ne ad decimas, tributa, ſeu collectas teneatur quis pro prædiis, extenditur etiam ad prædia futura, & ſic poſt priuilegium, & immunitatem conceſſam, quæſita.*

4 *Priuilegia illa an cenſeantur reuocata per poteſtatem conceſſam legato de latere, de collectis imponendis quibuſcunque bonis obſtantibus priuilegiis & gratiis contrariis, etiamſi de eis facta eſſet ſpecialis mentio.*

5 *Priuilegium tollitur & perditur per actum, vſum, & conſuetudinem contrariam.*

6 *Priuilegium quando actum reiterabilem continet, ei nullo pacto præiudicari poteſt, niſi ſpatio triginta, vel quadraginta annorum.*

PRIVILEGIVM † poteſt concedere pontifex, per quod religioſi à decimarum præſtatione eximantur. text. eſt *in c. ad audientiam. c. ex parte, il primo & il 2. c. ex multiplici. c. dilecti, & c. ſuper de decim.* & conſequenter ſummus Pontifex poteſt concedere aliquibus locis priuilegiũ immunitatis à decim. ita Dec. *in c. cũ ordinem in princ. de reſcr.* & Grau. *con. 21. n. 11.* & Io. Bapt. Ferret. *con. 249. in facto nu. 2. vol. 2.* Et quod papa eximere poſſit bona prædiaque Religioſorum à ſolutione decimæ, firmat etiam *Gloſ. in c. à nobis. De decim.* quam communiter approbari inquit Soc. Sen. *conſ. 297. viſo priuilegio ſub nu. 4. & ſequent.* vbi ex communi opinione concludit etiam, quod papa poſſit eximere aliquos in totũ à ſolutione decimæ & documus ſupra in opiñ. Conſuetudo non ſoluendi decimas circa fi. Et poteſt † põtifex per huiuſmodi priuilegia 2 eximere eos, liberareq; à præſtatione decimarũ, etiã

ab aliis

ab aliis poſſeſſarum, dummodo de hoc mentionem faciat, tex. eſt clarus, & apertus, *in c. dudum de priuil.* & ibi Inno. Card. Ant. Abb. & alii, & Oldrad. *conſ.* 268.

Imo priuilegium hoc, † ne quis teneatur ad decimas, tributa, vel collectas pro prædiis, extenditur etiam ad prædia futura, & ſic ad prædia poſt priuilegium, & immunitatem conceſſam quæſita, ita Bar. *in l. damni §. ſi is, qui ædes vicinas ff de dam. infect.* vbi quaſi dum allegat *c. quia circa de priuileg.* & eſt text. etiam *in c. ex parte & in c. pen. de decim.* & firmant Doct. omnes *in l. 1 ff de leg. 1.* Imol. & alii *in d. l. damni. §. ſi is, qui ædes,* Alex. *conſ.* 178. *vol.* 2. & Iaſ. *conſ.* 170. *nu.* 6. *vol* 2. *& in l. ſi ſtipulatus fuero. §. cum ſtipulamur. ff de ver. oblig.*

4 Imo † etiam priuilegium conceſſum religioſis, ne teneantur ad vllas collectas, non intelligitur reuocari per poteſtatem conceſſam legato de latere, de collectis imponendis contra quoſcunque, non obſtantibus quibuſcunq; priuilegiis, & gratiis contrariis, etiã ſi de eis eſſet facta mentio ſpecialis, ſecundũ Cyn. *in l. 1. quando imper. inter pupill.* & Alex. *conſ.* 91. *vol.* 1. *& conſ.* 103. *vol.* 4. & ita vidi iudicatum in Regia Camera Summariæ, ad fauorem Vniuerſitatis, & hominum oppidi Prætorii, olim comitatus Ciuitatis noſtræ Aquilæ, die 27. Ianuarii 1575. mediante patrocinio D. Terentii Turcanici ciuis mei, virtute, memoria, & integritate laudatiſſimi: qui homines, licet reperirẽtur immunes à ſolutione regiæ fidæ, ſeu doghanellæ, pro ouibus ſuis, ex decreto alias promulgato ad eorundẽ fauorem, per Illuſtriſſimum D. Doghanerium Regiæ Doghanæ: & dum eodem anno eſſet deſtinatus Cõmiſſarius ab Ipſomet D. Doghanerio, in prouincia noſtra Aprutina, cum authoritate, & commiſſione, vt exigeret regiam fidam, ex ouibus, etiam non accedẽtibus ad Apuleam, à quibuſuis hominibus, & perſonis, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, exẽptionibus, & decretis: & coegiſſet homines præmemoratos ad ſoluendum regiam fidam pro ſuis pecudibus: nihilominus tamen eadem Regia Camera, vigore decreti prolati, die & anno mentionatis, ordinauit, vt per prædictum Commiſſarium reſtitueretur, quicquid pro tali cauſa exactum fuerat, pro vero re ipſa illam pecuniam reſtitutam vidi.

5 Sed ſi † priuilegium hoc per 30. vel 40. annos continue pacifice, & abſque lite aliqua ſeruatum non ſit: & ſic decimæ, poſt impetrationem priuilegii huius, ſolutæ ſint in dicto tempore, & ſpatio, tunc per actũ, conſuetudinem, ac vſum contrarium perditur, & omnino extinguitur. tex. eſt *in c. accedentib. de priuileg.* & ibi Glo. quæ alias opiniones contrarias, tanquam erroneas, reprobat, & Glo. ipſam ſequuntur Inn. Card. Ant. & alii communiter ibi, *in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.* vbi Fely. *col.* 15. multa congerit. Et alii coaceruati infra *in opin.* 831. *Statutum, ſeu conſtitutio, ſancimus. nu.* 8. Et

6 huc † idẽ voluit Alex. *conſ.* 33. *in princ. vol.* 5. qui ex mẽte And. de Barulo. *in l.* 2. *C. de his qui nu. ſpon. ſub. lib.* 10. determinat, quod cum priuilegium actum reiterabilem continet, ei nullo pacto præiudicari poſſit, niſi ſpatio triginta, vel quadraginta annorum: & ſic opinio iſta communis eſt, & indubitata, tam ex relatis authoritatibus, quam ex omnibus Doct. vtriuſq; iuris, conſulentibus, & iudicantibus variis in locis, & ita fuit concluſum, licet in alio propoſito, in Rota Bononienſi, atteſtãte Petro de Benintendis *dec.* 13. *ſub n.* 9.

OPINIO DCXLII.

SVMMARIA.

1 *Immunitas conceſſa propter paupertatem, ceſſat ſuperuenientibus diuitiis.*

2 *Vſusfructus vxori legatus, donec filius in furore permanſerit, finitur eo tempore, quo filius ad mentis ſanitatem reuertitur.*

3 *Prohibitum ad tempus, poſt illud tempus permiſſum videtur, & econtra.*

4 *Immunitas conceſſa alicui, quandiu reipublicæ cauſa abfuerit, ceſſat illico ceſſante abſentia.*

5 *Mulieres radiis virorum ſuorum coruſcant, etiam poſt eorum mortem, quamdiu aliis non nubunt.*

6 *Dictis* donec, quouſque, quandiu, quoad, *& ſimilia. ſunt determinatiua temporis, & ſignificant diſpoſitionem fieri poſtea. Et denotant tempus, non conditionem. n.* 7.

PRiuilegium, † ſeu immunitas, conceſſa, aut conceſſum propter paupertatem, ceſſat ſuperuenientibus diuitiis: & ſic ceſſante cauſa paupertatis, ſecundum complures Doct. relatos per Iaſ. *in l. ſ. undum. §. ſi fundum. n.* 6. *ff qui ſat. cog.* qui Scrib. mouentur ad ita decidendum per text. *in l. cura. §. deficientium ff de mun. & hon.* vbi deficientium facultatibus, ad munera, quæ indicuntur, excuſatio non perpetua eſt, ſed temporalis: nam ſi ex voto, honeſtis rationibus patrimonium auctum fuerit, ceſſabit excuſatio munerum. cuius legis hæc verba ſunt, *auctis poſt appellationem, medio tempore, facultatibus, paupertatis obtentu non excuſantur:* vt per tex. expreſſum *in l. non tantum. §. eos qui. ff de excuſ. tut.* vbi immunitas cõceſſa ob paupertatem, ceſſat, auctis facultatib. & hoc idem notant, & firmãt per illum tex. ibi Iacob. Aret. Nicol. de Mata in lect. Bar. Bal. Alber. & Alex. *in l ſi cum dotem. §. ſi maritus nu.* 6. *ff. ſolut. mat.* Tiraq. *in tract. de cauſa ceſſante, in* 1. *parte prin. nu.* 193. Rom. *conſ* 404 *in caſu propoſita conſultation. n* 5. Rolan. à Valle. *conſ.* 52. *requiſitus, vt dicam quid ſentiam. nu.* 41 *vol.* 2. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Iaſ. *in d. §. ſi fundum. nu.* 6. *& ſeq.* vbi eam ab omnibus fere contrariis, efficaciſſimis reſponſionibus, & rationibus munitur, & probatur etiam *in l. his oneribus. §.* 1. *ff. de vaca. mune.*

Ita etiam, † ſi vxori teſtator vſumfructum legauerit, dunec filius eius in furore permãſerit, vſusfructus finitur eo tempore, quo filius reſipuerit. *l. ambiguitatem C. de vſufruct.* Nec non † interdictum ad tempus, illo finito cenſetur permiſſum, *l. imperator. ff. de poſtulã. & l. pater filium. §. fundum ff. de leg.* 3. & tradunt Gozad. *conſ.* 37. *nu.* 7. & Tiraq. *de retractu conſang. §.* 1. *Glo.* 10. *nu.* 19. Sicut econtra permiſſum ad tempus, poſt illud dicitur prohibitum *l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de leg.* 2. & ibi Bar. *& l.* 3 *in prin. vbi Glo. ff. de ſeruit* & Bal. *in l. ſi autem. C. de liber præter c.* 1. *de eo qui ſibi. & hered. & c.* 1. *de duob. fratr. à Capit. inueſt.* vbi per dictionem, *quandiu*, id quod erat infra certum tempus permiſſibile, poſtea fit permiſſibile. Similiterque, † ſi immunitas alicui conceſſa ſit, quandiu cauſa reipublicæ abfuerit, illico ea ceſſat, quando abeſſe deſierit, *l.* 1. *C. de profeſſ. & med. lib.* 10. & facit † quoque tex. *in l. fœmina. ff. de ſenator.* vbi mulieres coruſcant radiis maritorum, etiam poſt illorũ mortem, donec, & quandiu aliis inferioris conditionis, & gradus non nupſerint: & ſtatim atque inferiori nuptæ ſunt, dignitatem priorem amittunt.

Nam verba hæc † *donec, quouſque, quandiu, quoad* & ſimilia, non ſunt perpetuo excluſiua, ſed ſuſpenſiua ad tempus incertum, & conſequenter ſunt determinatiua temporis, & ſignificãt diſpoſitionem fieri poſtea, ita Bar. *in l. ſi circa prin. ff. ad Tertul.* & Fran. de Aret. *in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium ff. de lib. & poſth.* Et ſic † illa verba *donec*, & ſimilia, ſolum denotant tempus, non autem conditionem, quæ ex dictione: *Si*, ſignificari ſolet: vt cõſuluit Natta. *conſ.* 459. *n.* 14 *& ſeq. vol.* 2. poſt Bal. ab eo relatum. & ita voluit etiam Bart. *in l.* 1. *nu* 15. *de cond. & demonſt.*

OPINIO DCXLIII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum patri pro ſe, ſuis filiis, & filiabus, non competit filiæ nuptæ.*

1 PRiuilegium † conceſſum patri pro ſe ſuiſq; filiis, & filiabus, non competit filiæ nuptæ: & ſic priuilegio hoc filia nupta gaudere nequit, ſecundum Bart. Ang. Ioan. de Platea, & cæteros *in l. quoties. C. de priuileg. ſchol. lib. 12.* Fely. *in c. nouit. col. 1. de iud.* Corſet. *in ſingu. in verb. Priuilegium*, Barba. *in c. propoſuiſti. col. fi. de foro comp.* Rom. & Iaſ. *in l. cum quadam puella. ff de iuriſd. om. iud.* & Ripam. *in reſpon. 2. lib. 2. de reſ nu. 2* vbi perhibet iſtoſ ſententiam communem eſſe. idemq; firmat Hieron. Cuchalon. *in add. ad Dec. in l. fœmine. ff. de reg. iur.* quãuis ibi Deci. & male. *nu. 83. & ſeq.* contrariam partem ſuſtineat. vt latius docuimus ſupra *in Opinione 640. Priuilegium conceſſum alicui.*

OPINIO DCXLIV.

SVMMARIA.

1 *Priuilegia militibus occaſione benemeritorum, & prærogatiua conceſſa, an extendantur ad Doctores, & aduocatos, ita vt non teneantur vltra quam facere poſſunt.*

2 *Aduocati ſtrenue militant, & non minus prouident humano generi, quam ſi patriam armis defenderent.*

3 *Teſtamenta aduocatorum, & Doctorum, ratione præteritionis non poſſunt contratabulari, ſicut teſtamenta militum armatæ militiæ.*

4 *Priuilegium conceſſum militibus, propter ſimplicitatem & præſumpta iuris ignorantia, vel anguſtia temporis, non extenditur ad Doctores, & aduocatos.*

1 PRiuilegia † cõceſſa militibus, ratione, & occaſione benemeritorum, & prærogatiuæ, trahuntur & extenduntur ad Doctores, & aduocatos. Et conſequenter priuilegium conceſſum militibus. vt non teneantur vltra quam facere poſſunt, competit etiam aduocatis, ſecundum Glo. Bar. Ang. Alex. Iaſ. Ripam, & alios omnes præſertimq; Zaſi. *nu. 8 in l. miles ff de re iudic.* Alex. *nu. 6 cum aliis ſeq.* & Galliau. *nu. 42. in l. Centurio. ff de vulg. & pupil. ſubſtit.* Cyn. & Saly *in l. 1. C de iur. & fact. ignor.* Ant. Sicul. *in c. Odoardus. col. 2. de ſolu.* & Corral. *in l precib. nu 20. C. de impub. & alii ſubſt.* qui prædicant hanc eſſe communem opinionem: quæ comprobatur ſequentib rationibus. Nam † non minus prouident aduocati humano generi, quam ſi patriam armis defenderent *l. aduocati. C. de aduoc. diuerſ iud.* Glo. *in cap. ex multa. de voto.* & Guid. Papæ *deciſ. 88. ſed quæro. num. 2.* Com. opi.

2

3 Et hinc † dixit Glo. *in l. 2. § eſt & aliud ff de his qui à parent. ma.* quod teſtamenta aduocatorum, & Doctorũ, ratione præteritionis, non poſſint contratabulari, ſicut teſtamenta militum armatæ militiæ, quod ſequitur Cyn. *in l 1. C. de iur. & fact. ignor.* & Io. Lupi. *in rub. de dona. inter vir. & vxor. § 37. nu 15.*

4 Sed † opinio hæc communis, ita approbata, non procedit, nec aliquo modo locum habet in priuilegiis conceſſis militibus, gratia ſimplicitatis, ſeu præſumptæ iuris ignorantiæ, ſeu anguſtiæ temporis: ea enim priuilegia non extenduntur ad Doctores, & aduocatos, quod non habet difficultatem aliquam, & admittunt omnes vno ore, abſque ſcrupulo, & præcipue Bart. Soc. *in d. l. miles nu. 6.* & Alex. *in d. l. Centurio. nu. 7.* & omnes alii ibi.

OPINIO DCXLV.

SVMMARIA.

1 *Procurator conſtitutus ad accipiendam pecuniam mutuo, & confitens ſe recepiſſe, ſi de numeratione nõ appareat, an dominum obliget.*

2 *Procurator habens ſimplex mandatum à domino, ad aliquid vendendum, an transferre poſſit poſſeſſionem per conſtitutum, precarium, aliumq; actum fictum.*

PRocurator † cõſtitutus ad accipiẽdam pecuniam mutuo, & confitens ſe recepiſſe in inſtrumento, ſi aliter non appareat realem numerationem eſſe factam, non obliget dominum; & ſic eius confeſſio nõ grauat dominum, vt teneatur mutuum reſtituere, & ex huiuſmodi confeſſione, durante biennio, & poſt biennium, conueniri non poteſt aliquo modo, ſecũdum Bart. *in l. 2. §. mutui autem datione. nu 6. ff ſi cert. pet.* Iaſ. *nu. 20.* Deci. *num. 14.* & Bolognettum *num. 44. cum aliis ſeq. in §. traditum. eiuſdem l. 2.* qui oſtendunt hanc eſſe communem opinionem: quam late tuetur Bolognetus ibi, & ita conſuluit Mart. Lauden. *conſ 50.* cui ſe ſubſcripſerunt nonnulli Illuſtres Doctores, & ſequitur etiam ibi, *in add.* Ioan. Maria de Plotis. *nu. 26.* & communem dicit. 1 Com. opi.

Quinetiam † procurator habens mandatum ſimpliciter à domino, ad aliquid vendendum, per conſtitutum, precarium, vel alium actum fictum poſſeſſionem transferre nequit, vt concedit Bart. *in l. 1. ff. de acq. poſſ.* cui ibi omnes alii inhærent vnanimiter, & concorditer. ſecus vero ſi ille procurator haberet ad conſtituendum ſpeciale mandatum: vt ample explicat, atque declarat Tiraq *in tract. conſtit. poſſ.* 2

OPINIO DCXLVI.

SVMMARIA.

1 *Procurator veniens de partibus valde remotis cum inſtrumento mandati, petenſque creditum ſui principalis, atq; exhibens mãdatũ, admittitur, licet aduerſarius opponeret eum eſſe incognitum, ac non eum qui in mandato deſcriptus eſt.*

2 *Si excipiens contra mandatum procuratoris, ſimiliter eſſet procurator, prius de eius mãdato eſt quærendum, quam de mandato actoris.*

PRocurator † veniens de pàrtibus valde remotis in iudicium cum Inſtrumento mandati, petenſque creditum ſui principalis, atque exhibens mandatum in iudicio: licet aduerſarius excipiendo opponeret de procuratore incognito, ac non eſſe illum in mandato deſcriptum, nihilominus pro ipſo præſumitur ſecundum Cyn. Bal. & Salye. *in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cleri.* Ange. *in l. comparationes in fi. C. de proba.* Abb. *in c. coram. de offic. deleg.* Imol. *in Clem. 1. col. 7 de procur.* Fely. *in c. 2. col. 8. de teſtib.* Alciat. *in tract. de præſump. reg. 1. præſumpt. 33. nu. 2.* & Marſil. cum aliis accumulatis per eum, *in l. ſi quis ne quæſtio. nu. 143 ff. de quæſt.* & hæc eſt communis opinio, præcipue ad præſumptionem inducendam pro producente, vt onus probandi transferatur in aduerſarium, opponentem non eſſe illum, de quo in mandato fit aſſertio: quamuis Fely. *in d. cap. coram. col fin.* ab hac communi ſententia, & veriſſima, recedere non erubeſcat. 1

Adde in † materia præſentis opinionis, quod ſi excipiens, vel opponẽs, eſſet ſimiliter procurator, prius de mandato illius opponentis videlicet, & excipientis eſſet quærendum, quam de mandato actoris, ita Bart. *in l. ſi quæramus ff de teſtamen.* & eſt textus *in c. 1. extr. de accuſ.* Glo. *in c. ſapientes. extr. de elect. in 6.* 2

OPINIO DCXLVII.

SVMMARIA.

1 *Procuratoris, & notarii officium viliſſimum eſt & non publicum, ſed priuatum.*
2 *Procurator Principis eſt in dignitate conſtitutus, & eius officium nobile cenſetur.*
3 *Procurator, & notarius quod acquirit mediante officio ſuo an ſit peculium quaſi caſtrenſe, vel aduentitiū. & n. 16.*
4 *Notarii, & procuratores hodie in Regno inter nobiles numerantur: cum in eo officium tabellionatus vile non ſit, ſed nobile.*
5 *Notarius in Regno non poteſt creari villanus, angarius, baſtardus & ſpurius.*
6 *Notarius hodie in Regno non creatur, niſi ſit idoneus in officio notariatus, fidelis Regis, abſq; crimine aliquo, bonisq; ornatus morib. & ex legitimo matrimonio natus.*
7 *Notarius antequam incipiat exercere officium tabellionatus tenetur iurare, ſe fideliter officiū ſuum exerciturum.*
8 *Notariatus non eſt dignitas, ſed quoddam munus.*
9 *Notarius poteſt eſſe infamis: etiam ſpurii poſſunt creari tabelliones, & conficere inſtrumenta.*
10 *Clericus, vel monachus poteſt eſſe notarius in cauſa hæreſis, qui tenetur iurare, fideliter ſe geſturum: & poteſt etiam recipere mercedem ab inquiſito.*
11 *Notarius dicitur iudex, habetque voluntariam iuriſdictionem, & præcipit guarentigiam.*
12 *Notarius eſt nobilis.*
13 *Laudes collegii notariorum Ciuitatis Aquilæ, & infra etiam ſub nu. 14.*
14 *Notarius exercens officium actuariatus ad banchum iuris, habet dignitatem.*
15 *Procuratores in Curiis ſe exercentes ac verſantes, largo modo aduocati dici poſſunt.*
17 *Quodlibet officium à ſuperiore conceſſum eſt dignitas.*
18 *Officium large capitur pro officio Eccleſiaſtico.*
19 *Papa, eiusq; Legati, aliique officiales, item Cardinales, Epiſcopi, Abbates & Priores, dicuntur habere officium.*
20 *Prepoſitura, & Plebania dicuntur officia. Item iudex delegatus, & Viſitator, Rector Eccleſiæ, & prædicator dicuntur habere officium.*
21 *Arbiter item dicitur habere officium, vnde ſtatutum puniens de delinquente in officio, etiam in Arbitro locum habet. nu. 22.*
23 *Excluſus ab officio in aliqua ciuitate, etiam ab officio aduocationis excluditur. Et ſtatutum exigens gabellam de lucro officiorum, etiam procuratoris officium comprehendit. Item ſtatutum diſponens Bannitū non poſſe habere officium, intelligitur, vt Bannitus. nec legatus, nec Ambaſſiator eſſe poſſit.*
24 *Procurator & Notarius etiam dicuntur habere officia.*

1 PRocuratoris, † ac Notarii officium viliſſimū eſt, & ſimiliter non publicum, ſed priuatum cēſent, §. *fi.* & ibi late Aret. *Inſt. de except.* & Chaſſane. *conſ.* 64. *n.* 34. & probatur expreſſe *in l. ſi quis procuratorem*, & ibi
2 Bar. C. *de decur. lib.* 10. Sed † hoc fallit in procuratore Principis: quia eſſe ꝓcuratorem Principis eſt dignitas, & officium nobile, *l. nemo præfectus. C. de dignit. lib.* 12. per quem tex. ita concludit Rom. *ſing.* 814. *tu habes q. officium pcuratoris.* & Nicolaus Pignola cum aliis ſignatis ibi per eum, *in additionib.* Procurator aūt mandatum ſuſcipere non cogitur *l. inuitus. C. de procur.* quia cū eo contrahitur: ſed contractus ab initio ſunt voluntatis: ergo inuitus cogi non poteſt contrahere, *l. in cōmodato* §. *ſicut. ff commodati.* Bal. *in d. l. inuitus. n.* 1 q. fallit in ꝓcuratore Palatii, vt notat Paul. Caſtr. & Iaſ. *in d. l. inui-*
3 *tus. n.* 2. Quod † autem procurator acquirit mediante officio ſuo procurationis, non dicitur, nec dici poteſt peculium quaſi caſtrenſe, ſed aduentitium, ita voluit Bal & Aret. *in l. fori. C. de aduoc. diuerſ. iud.* & Bal. *in l. cum oportet. col. pen. C. de bon. quæ lib.* quorum opin. cōem aſſerunt eſſe Doct. paſſim, præſertim Riminal. *in* §. 1. *Inſtit. per quas perſ. nobis atqu. nu.* 61. *& ſeq.* licet ipſe ibi per pulcherrima fundaméta conetur ſuadere contrariū, & ante eum ibi Porr. *nu.* 4. & Ioan. Fabr. *nu.* 1. *& ſeq.* & Ang. Aret. *in* §. *fin. n.* 4. *Inſt. de mil. teſt.* Et quod notarii habeant peculium quaſi caſtrenſe. text. eſt iuncta Gl. *in l. fi. C. de inoſ. teſtam.* vbi Bal & Alex. *in add. ad* Bar. *ibi. & conſ.* 2. *lib.* 6. *in conſultatione n.* 7. Ad contraria huic opin. reſpondet Neuiz. *conſ.* 76. *nu.* 10. & ſapientiſſimus D. Franc. de Caldas melius ac copioſius quam alii quos huc vſq; vidimus *in verb. laſus. num.* 100. *& ſeqq. C. de in integ. reſtit. min.* Item Franc. *in c. licet.* §. *quamuis de ſepult. in* 6. Guid. Papæ *deciſ.* 90. ſimiliter & Capell. Tholoſ. *deciſ.* 10. & ibi Aufret. *in add.* qui dicit ſententiam hanc magis eſſe cōem.

Cōēs opi.

4 Sed † autumarē huiuſcemodi opin. poſſe facile ſuſtineri in Regno: cū officium ꝓcuratoris, & notarii vile in Regno nullatenus ſit: ſed ipſi ꝓcuratores, & notarii inter nobiles connumerari conſueuere: vt hoc enodate, aperteq; ꝓbatur *in prag.* 1. *exordiente. Officiū notariatus, in antiquis. in tit. de notariis*, ibi *quandoque pro rebus, quæ Præpoſito per notarios electo tractanda videntur, pro honore eorum officii, congregentur ſemel ſingulo ſemeſtri in Ciuitate Neapolis, & in præſentia vnius ex iudicib. Magnæ Curiæ Vicariæ, & in aliis locis in præſentia Capitanei, vel Aſſeſſoris, & inter eos proponant de iis, quæ ad honeſtatē eorum officii pertinent.*
5 Et eo † magis dicuntur notarii nobiles in Regno; cū in eo *per conſtit. incip. præſenti. in fin. in* 3. *lib. in tit. de honore milit.* notarius creari nequeat modo aliquo, qui villanus, angarius, baſtardus aut deniq; ſpurius ſit.
6 Imo † notarius non creatur in Regno, niſi ſit idoneus in ſua facultate, & officio notariatus, fidelis Regis, & bonis morib. ornatus. ¶ Imò etiā in approbatione notarii in Regno, corā iudice delegato, interuenire conſueuere Doct. qui tanq̄ teſtes deponere ſolent, atq; tenentur, veritate duce, Titiū repertum fuiſſe idoneū, & peritū in his omnib. quæ ꝑtinent ad officiū notarii, alias non conſtituto de bona fama, qualitate & cōditione, de ætate legitima, de peritia & fidelitate Notarii erga Regē, & quod ſit immunis à quolibet, etiā minimo crimine, & quod ortus ſit ex legitimo matrimonio, non cōceduntur per Illuſtrē D. Protonot. Præſidentemq; Sacri Concilii priuilegia notariatus.
7 Et † poſtremo notarius in Regno, antequā incipiat exercere officiū tabellionatus, tenetur ꝓ forma, & neceſſario iurare, exercere fideliter officium ſuum: ꝓut de iure huiuſmodi iuramētum in principio ſui officii notarius præſtare tenetur. *c. ad audientiam, & ibi Doct. de præſ. & c. ego N. de iureiur.* & Spec. *de fide inſtr.* §. 1.
8 Et † quamuis regulariter notariatus, dignitas non ſit, ſed quoddā munus. *l. fi. in prin. & ibi Gl. C. qui milit. non poſſ. lib.* 12. *& l. vniuerſas C. de dign. li.* 12. & Bar. not. *in l.* 1. *C. de man. princ. & in conſ. incip. Ser. Ioan. de Caſtro Diruti*, Abb. *in c. venerabilē. col.* 2. *de elec.* Bar. & Alex. *in l. eadē ff. ad leg. Iul. rep.*
9 Et † de hoc certe mirandum nō eſt, cum regulariter infamis poſſit eſſe Notarius: vt *Inſtit. de ex. ep. in fi.* & Ang. *conſ.* 284. *præmiſſo adeuidentiā*, vbi firmat, ſpurios creari poſſe tabelliones, & inſtrumenta conficere: nihilominus tamen cū in Regno infames, & ſpurii notarii creari nequeant, ſequitur quod notariatus dubio procul dignitas ſit.

10 Nam clericus, † vel monachus quamuis in dignitate conſtituti dicantur, & nobiles merito nuncupētur: tamen poſſunt eſſe notarii inquiſitoris, & ſic in cauſa hæreſis, & tenētur iurare fideliter ſe gerere, poſſuntq; etiam licite recipere mercedē ab inquiſito. *Cle.* 1. §. *notariis*, & ibi Card. *de hæret. & c. vt officiū de hæret. lib.* 6. Bar. *in l. ſeruum. ff. de teſt.* & Bal. *in l. ſi quis. col.* 1. *C. de teſtib.*

4 Et † quamuis, vt ſuperius docuimus, procurator in capitalibus interuenire nequeat: tamen poteſt interuenire in cauſa criminali, in qua venit imponenda pœna relegationis, vel minor, vt ſentit Glo. *in d. §. publice, & in d. §. ad crimen, & c. veniens*, & hanc opinionem dicunt eſſe communem, & obſeruari in practica Model. *in § ad crimen*, & Berous *in d. c. veniens nu. 35. & 39.* ¶ In contrariam vero ſententiam præcipitanter inclinauit Glo. *in auth hoc ins C. de procur.* Bar. *in d. § ad crimen.* & Saly *in l. eos. C de pub. ind.* ſed quicquid in hoc iſti celebres Doct. ſuadeant, non diſcedo à prædicta communi: quam ſequitur & tuetur ab omnibus cõtraria Berous *in d. c. veniens.*

5 Et † his vtiliter accedit ad præmiſſorum declarationem, quod vbicunque in cauſa criminali admittitur procurator, ſi dubitetur de mandato; debet caueri de rato per procuratorem rei, ſecundum Bal. *in l. nõ ſolum. § ſi ff de procur.* Et hoc idem dicendum eſt in procuratore accuſatoris, per eandem & fortiorem rationem, per not. per Bar. *in d. § ad crimen* Et alios caſos ferè infinitos, in quibus procurator in cauſis criminalibus admittatur, ponit plene ac diſtinctè Bertachi. *in 2. part ſui repertorij in verb Procurator in criminalibus cauſis ſub nu 40. cum aliis ſeq.*

6 Et † quanquam denique procurator in criminibus capitalibus admittendus non ſit, vt in principio oſtendimus: nihilominus tamen ſi admiſſus ſit, atque ei nullatenus oppoſitum, ſententia vtique, & abſque dubio aliquo valeret & teneret, ita Glo. *in l. quamuis dubitati. de adulter.* Ioan. And. *in c. 1. de iud. in 6.* Bal. *in l. ita demum. C. de pro. ura. & in c. ex conqueſtione de reſtit ſpol.* Iaſ. *conſ. 168 in princ. vol. 2.* Dec. *conſ 469. col fin.* & Granet. *conſ 220 nu. 4.* & hæc eſt concors, & communis ſententia, contra Bar. *in d. l. pen § ad crimen ff. de pub. ind.* Cõ opi.

OPINIO DCL.

SVMMARIA.

1 *Syndicus, vel procurator Vniuerſitatis, offenſores Vniuerſitatis tenetur accuſare proprio nomine, & non nomine Vniuerſitatis.*

2 *Mandatum Vniuerſitatis de accuſando, an debeat continere omnes ſolemnitates, quæ in accuſatione & in libellis criminalibus requiruntur, & an ſit neceſſaria in eo ſpecificatio criminum, n. 3.*

4 *In conueniendo iudice, peracto officio, requiritur ſpeciale mandatum.*

1 PROCVRATOR. † ſeu ſyndicus Vniuerſitatis, tenetur, & debet accuſare, vel querelas proponere cõtra offenſores ſuæ dominæ, & principalis, proprio nomine, ad vtilitatem Vniuerſitatis, & non nomine Vniuerſitatis, ſecundum Bar. *in l. 2. § 1. ff. de acc.* & Doct. omnes *in l. 1. C. qui accu non poſſ.* & Ang. Aret. *in tract. malefic. in ver. Et ad querelam Titii infraſcripti nu. 20.* & hæc eſt communis opinio, atteſtante ibi Auguſt. *in add.* & Io. And *in c. dilectus de ſimo.*

2 Sed aduerte, † quod quando Vniuerſitas vellet querelare, vel accuſare criminaliter, requireretur neceſſario, quod tunc in mandato forent expreſſa õia ea, de quibus intenderetur querelare cum omnibus ſolennitatibus *leg. libellorum. ff de accu.* & cum omnib. & ſingulis ſolennitatibus, quæ requiruntur in libello criminali: alias mandatum non valeret; vt conſuluit Ro. *conſ 60. mandatum mihi oſtenſum inſufficiens.* cui inhæret eruditiſſimus, & grauiſſimus D. Pet. Follerius *in pract crim. in ver. Audiantur exceptiones proponenda per reos n. 63.*

3 Cæterum † arbitror quod opinio hæc falſiſſima ſit. Nam procurator habens generale mandatum ad opponendum crimina, & defectus, poteſt illa opponere, quamuis in mandato ſpecificata non ſunt: & conſequenter in procuratore, cõſtituto in cauſis criminalibus, & in eius mandato, nõ requiritur expreſſio perſonarum contra quas eſt querelãdum, & proponenda querela: nec requiritur expreſſio cauſæ, ſeu cauſarum, ſuper quibus accuſandum eſt: vt firmante Specul *in tit de procuratore in § 1. ſub nu 14. & ſeq. ver. Sed nunquid ſufficit habere mandatum.* Bal. *in l vnica C. etiã per procur* Rota Rom. *deciſ. 254 procurator habens mandatum. in nouis.* & Imol. *in Clem 2. de procur.* vbi admonet hanc eſſe communem opinionem: Et mediante huiuſmodi communi, ſuperioribus annis iudicaui, vti conſultor aſſumptus in cauſa Excellentis D Petri de Santillano Hiſpano, vertente coram Magnificis Dominis ſyndicatoribus Ciuitatis noſtræ, contra doctrinam Romani præmemoratam. Et ſic etiam iudicaui contra eandem doctrinam Romani de menſe Nouembris 1574. in cauſa Excell. D Ioſue Scorpionis, mihi commiſſi per Magnificos Dominos ſyndicatores Ciuitatis Ducalis. Cõis opi.

Eſt tamen bene verum, quod talis opinio, quãuis communis aſſeratur, nihilominus reddatur ſatis dubia: cum † in conueniendo iudice, peracto officio, 4
requiratur ſpeciale mandatum *ex l 1. C. vt omnes iudices tam ciuil quam militar. poſt adminiſtrat. depoſ. per 50. dies in ciuitat. vel cert. locis permanẽt circa finem* quã allegat Ang. Aret. *in princ. Inſtit. de his per quos agere poſſumus, poſt nu. 2. verſ. 19* Et ita vidimus hiſce oculis non ſemel tantum obtentum, obſeruatumque in magna Curia Vicariæ, & in ſacra regia Audientia Barenſi, & in regia Audiẽtia noſtra Aprutinæ in variis cauſis in eis occurſis poſt caſus ſupra memoratos, atque expeditos.

OPINIO DCLI.

SVMMARIA.

1 *Procuratoris excommunicati conſtitutio non valet ipſo iure.*

2 *Procuratorem conſtituens excommunicatum ſcienter, ſibi imputare debet: ſed ſi ignoranter, poteſt agere ad intereſſe contra procuratorem, cum ingeſſerit ſe officio ſibi interdicto à iure. & n. 3.*

4 *Procurator ſi excommunicetur poſt mandatum, valent geſta per eum, ſi non opponeretur de eius excommunicatione.*

5 *Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur.*

6 *Ignorantiam allegans, non tenetur eam probare.*

7 *Procurator excommunicatus ſeu laborans aliqua alia inhabilitate, habens in mandato poteſtatem ſubſtituendi, an poſſit ſubſtituere.*

8 *Procurator nulliter conſtitutus, agendo in iudicio licet habeat aliud mandatum validum, nihil agit: & ita etiã ſi ſubſtitueret vigore mandati nulli, licet habeat mandatum bonum fruſtra ageret.*

9 *Excommunicatus conſtituere poteſt ad negocia ſua procuratorem.*

PRocuratoris † excommunicati conſtitutio non valet ipſo iure à principio: ita vt opus tunc non eſt quod procurator iſte repellatur exceptione aliqua, vt ſuadet communis ſchola omnium in iure Scribentium pro cuius veritate & teſtimonio plura effundit Abb. Fely. & Dec. *in c poſt ceſſionem. num. 30. cum aliis ſeq. de probat.* 1

Et † de hoc vtique mirandum non eſt: Nam procuratorem conſtituens, ſi ſciebat eum excommunicatum, ſibi imputare debet, quod talem elegiſſet, io- 2

capace, & legibus excuſaretur *in d. c. poſt ceſſionem.* ſed ſi ignorabat, poſſet certe agere contra procuratorem ad intereſſe, cum ingeſſerit ſe officio ſibi interdicto
3 à iure; ita Abb. *in c. conſuluit de procurat.* Et † ratio eſt, quia parcitur ignoranti, & non ſcienti, *l. fideiuſſor. ff. mand. & l. ſi fundum. C. de euict.*

4 Et † quanquam geſta per procuratorem excommunicatum à principio tempore mandati, non valeant, etiam parte non opponente, vt firmant omnes iodifferenter, *in d. c. poſt ceſſionem* & præſertim ibi Dec. *nu.* 60 tamen ſi procurator poſtea excommunicatus ſit, & pars de excommunicatione hac ita ſubſecuta; nullatenus opponatur geſta per ipſum procuratorē, tunc abſque dubio aliquo valent & tenent. ita Creſcen. *deciſ.* 224 Marant. *in tract. de iud. in 4. par. princip. diſt.*
5 16. *diſ. n.* 24. Et † eo ſane caſu ignorātia præſumeretur, iudicio meo, niſi ſcientia probaretur, *l. verius.* & ibi not.
6 *ff. de probat. & in c. ad audientiam noſtrā. extra de reſcr.* Et † ſic ignorantiam allegant, non tenentur eā vtique probare, *l. ſi C. de ſponſa.* & not. Alex. *in l. 2. col. 6 ff. ſolut. matrim.*

7 Certe um † ſi procurator excommunicatus habe ret poteſtatem in mandato ſubſtituēdi, eo caſu, quo valeret eius conſtitutio, poſſet indubitanter facere ſubſtitutionem; ſi vero ipſo iure inhabilis foret, ſubſtitutio nequaquam valeret, & vana, inutilis, & fruſtratoria redderetur, vt per Gloſſ. *in C. in fi. religioſus de proc.* Bar. Alex. & alios omnes in *l. 1 §. item a quo tamen ff de acq. poſſ.* & Canoniſtas communiter *in d. c. poſt ceſſionē.* Com. op.
8 & potiſſimum ibi Dec. *nu.* 62. Imo † nulliter conſtitutus, ſi ageret vt talis, licet haberet aliud validū, bonumque mandatum, nihil ageret. ita Moheda *deciſ.* 301. Proinde hoc idem procederet etiam, ſi ſubſtitueret idem procurator vigore mandati nulli; tunc enim vigore tribus invalidi mandati, etſi aliud bonum haberet, penitus in caſſum, & ignauiter ageret ſecundum Moheda *deciſ.* 204. Ant. Auguſt. *deciſ.* 3. *&* 349. & Card. Put. *deciſ.* 9. *de procur.*

9 Et † licet excommunicatus procurator conſtitui nequeat ea allegatis; nihilominus tamen excommunicatus ipſe poteſt ad negocia ſua procuratorem cōſtituere: vt concedunt Inno. *in c. cum dil. filius.* in Gl. ſua, *in ver. ſi ſponſis de conſue.* Bal. in Marg. *in ver. excommunicatum. verſ. y.* & Doct. *in c. cum dilecti de dolo, & contum.*

OPINIO DCLII.

SVMMARIA.

1 *Procurator poſt litem à ſe conteſtatam ipſe citandus eſt, & non dominus, & ſi aliter fieret proceſſus non valeret.*
2 *Procurator poſt lit. conteſt. tenetur cauſam proſequi.*
3 *Procurator poſt litem ſecum conteſtatam, poteſt contradicere domino, ne liti ſe immiſceat: ſecus ſi patiatur dominum comparere ad litem, & non contradicat, tunc valet proceſſus.*
4 *Procuratore abſente, vel impedito poſt litis conteſtationem poteſt citari dominus.*
5 *Procurator, & dominus, cum ambo ſunt domini inſtantiæ, quia cum vtroque proceſſus formatus eſt, poteſt vterque, vel alter tantum citari ad ſententiam.*
6 *Procurator poſt litis conteſtationem citandus eſt, non autem dominus: & ſi citetur dominus nequaquam valet actus factus cum domino.*

1 PRocurator † poſt quam litem conteſtatus eſt; cum dominus lis ſit effectus hic ipſe non autem dominus citandus eſt: & ſi aliter fieret, proceſſus non valeret, ſecundum Abb. Fel. & alios in *c. 2 de teſt.* Bart. *in l. procuratoris. C. de procurat.* Bal. *in l. ſi quando in 7 queſt. C. de teſtib.* Sucat. *in c. 2 quæſt. prim. de accuſ.* Io. Bapt. Ferret. *conſ.* 83 *ad du. iuxta prima notabilia. num.* 3. *volum.* 1. & Boer. cum magna Doctorum caterua, relata per eum *in deciſ.* 185 *n. 1. cum aliis ſeq.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, cui accedit etiam Marant. *in tract. de iudicio. in 4. par. princ. 16. diſtin. ſub nu.* 51. licet contrariū Com. op. obſeruetur de iure canonico, atteſtante Vant. *in tract. de nullitatib. in tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, ac quibus modis regulariter proueniat, ſub num* 85 *& ſeq.* vbi plane deducit, ita obſeruari in Curia Romana, præterquam in foro Capitolino, quamuis tutius eſſe aſſerat, ibi, ad euitandum Doctorum controuerſias, vt ambo citentur, procurator. & dominus, & ita ſemper obſeruaui in cauſis meorū clientulorum, ita vt nunquam (Deo annuente) audiuerim exceptionem aliquam propoſitam, contra ſententias promulgatas, in quibus dominus, & procurator fuerunt citati. Nam † 2
procurator poſt litem conteſtatam cogitur præciſe cauſam proſequi, ita Bar. & Pau. Caſt. *in l. mutari ff. de procu.*

Imo † procurator poſt litem ſecum conteſtatam 3
poſſet contradicere domino, ne liti ſe immiſceret, ſecundum Bar. *in l. procuratorib. C. de procu.* vbi concludit contrarium, ſi dominum patiatur procurator comparere ad litem, & non contradicat; tunc enim valeret proceſſus, teſte Bar. & Alexan. *in l. ſur. ſo. ff. de re iud.* & Abb. *in c. in nomine Domini. col. fi. de teſt.* & eſt tex. expreſſus, & ibi Glo. *in ver. poſt litem. in c. ſiquidem. de procurat. in* 6.

Sed † hoc non procederet, vbicunque procurator 4
conſtitutus reperiretur abſens: nam procuratore à loco iudicii abſente, vel impedito, poſt litis conteſtationem, poſſet & deberet tunc abſque dubio citari dominus, ita Gl. in *c. ſiquidem. §. ſecus de procurat. in* 6. Marant. *in d. diſ. 16. ſub n.* 35. & Vant. *in d. tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, & quibus modis regulariter proueniat. ſub nu* 83.

Ciandicarque † hoc etiam, ſi vterque dominus & 5
procurator eſſent effecti domini inſtantiæ, quia cum vtroque eorum fuiſſet formatus proceſſus, tūc enim vterque, vel alter tantum, arbitrio iudicis citari ad ſententiam poſſet, ſecundum Bal. *in l. 1. col. 3. C. de ſen. & interlo. om. iud.* cui conſulendo inhæret Ioan. Bapt. Ferret. *in d. conſ. 83. n.* 5

Bene † tamen verum eſt, quod regulariter poſt li- 6
tis conteſtationem factam cum procuratore, ipſe, & nunquam dominus citari debeat etiam, non autem dominus: & ſi citaretur ſolo tunc ipſe dominus, minimè gentium valeret actus, factus cum domino contumace, vt firmarunt Bar. in d. l. procuratorib. C. de procur. Bal. *in l. 1. C. de ſen. col. 2.* & Alex. *in l. ſur. ſo. col. 3. ff. de re iud.*

OPINIO DCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Prodigo etiam notorio non eſt ipſo iure per legem bonis interdictum, ſed requiritur ſententia iudicis declaratoria.*

PRodigo † etiam notorio, non eſt ipſo iure per le- 1
gem bonis interdictum, ſed requiritur interdictio, vel ſententia iudicis declaratoria, ſecundum Gl. Bar. Bal. & Paul. de Caſt. *in l. is cui bonis. ff. de ver. obl.* Imo. *in l. is cui. ff. de teſtam.* & Bar. *in l. tutores, per illum tex. in fi. de adminiſ. tut.* & hanc opinionem ſcribit eſſe communē Boer. *deciſ.* 31. *nu* 37. Alex. Paul. Caſtr. Aret. *in d. l. is cui bonis,* quos refert Iaſ. ibi *col.* 4. Et de dicta cōmuni andacter mentionem fecit etiam Hieron. Buttigella ibidem *nu.* 2 *&* 15. vbi late eam declarat, & Fabianus de Monte *in tract. de emp. & vend. in 4. q. princ. 12. ſeu fin. qu. nu. 30. & ſeq.* vbi eam ſequitur atque tuetur, & Ripa etiam

etiam in d. l. ſi cui bonis. num. 4. & ſeq ff. de verb. oblig.

OPINIO DCLIV.

SVMMARIA.

1 *Prodigus & furioſus in omnibus, & per omnia non conueniunt: quia furioſo ſtatim per legem eſt interdicta administratio, ſed prodigo mediante ſententia iudicis declaratoria fit interdictio.*

2 *Prodigus, & furioſus æquiparantur pupillo.*

1 PRodigus, † & furioſus in omnib. & per omnia nõ conueniunt: quia furioſo ſtatim per legem eſt interdicta adminiſtratio, ſed prodigo, etiam no orie, & manifeſte, non interdicitur adminiſtratio per legem, ſed per iudicem: ſecundum Glo. in l. 1. de cur. fur. & Gl. Bar. Ang. & Paul. Caſt. in l. ſi cui bonis ff. de verb. obl. Dyn. Bar. Bal. Ang. & Imol. in l. ſi cui. de teſtam. & hæc eſt cõmunis opinio; vt per Moder. in dictis locis, & Boer. deciſ. 33. nu. 35. & ſeq. & diximus ſupra. Com. opi.

2 Bene † verum eſt, quod prodigus, & furioſus æquiparentur pupillo, ſecundum Bar. in l. Imperatores. ff. de re iud. & Fely. in c. cum non liceat. nu. 9. de preſcript. vbi hoc late probat.

OPINIO DCLV.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus an citandus ſit in datione curatoris, & bonorum interdictione, etiamſi ſtatutum extet: quod interdictio valeat, nulla ſeruata ſolennitate.*

1 PRodigus citãdus † eſt in datione curatoris, ſecundum Ang. Pau. de Caſtr. Alexan. Imol. & Moder. in l. ſi cui bonis ff. de verb. oblig. & hæc opinio eſt communis, vt audacter aſſerit Claud. Aquen. ibidem. col. 4. & Cagnolus. in l. furioſi circa ſi ff. de reg. iur. & in praxi obſeruari aſſeuerat ibi in add. ad Dec. apoſtillator.

§ In contrariam vero ſententiam inclinauit Deci. conſ. 274. col. fi. & in d. l. furioſi. & Hieron. Cuchalon. ibi, in add. & Ruin. conſ. 89. num. 13. & ſeq. vol. 5. & Vaſqui. in tract. de ſucceſſ. progreſ. lib. 1. §. 1. nu. 71.

§ Quicquid iſti tamen dicant, ſuadeantque nõ ob hoc diſcedendum arbitror ab opinione affirmatiua, quæ videtur communis, obſeruaturq; in practica, vt ſupra docuimus, & omnibus fere fundamentis Deci. & aliorum, quàm optime reſpondet Aquen. in d. l. ſi cui bonis. & Cagnolus, vbi ſupra. & ei inhæret quoque Tiraq. in tract. res inter alios ac limit. 41 fol. par. 24. & Ripa. in d. l. ſi cui bonis, nu. 16 & ſeq. & ita vidi iudicari in facti contingentia in S. e. o Concilio anno 1559. in cauſa Magnifici Aleſandri Iacobi Antonii Salaari ciuis mei cum aliquibus de oppido Luculi Comitatus Aquilæ, me patrocinante.

2 Et † prædictam opinionem communem, & quod prodigus citandus ſit, tempore quo eſt facienda interdictio bonorum, approbat etiam Quintil. Mandoſ. in tract. de inhibitionib. quæſt. 18. nu. 9. & ſequen. & affluentius quoque quæſt. 92. nu. 4. & Tiberius Decian. conſ. 2. n. 10. & ſeq. vol. 3. vbi ſimiliter teſtatur hanc ſententiam eſſe communem, quod ex defectu citationis prodigi in interdictione bonorum, reddatur tunc actus nullus.

Quæ communis adeo vera eſt, vt merito amplificetur etiam per Soc. conſ. 179. n. 3. vol. 1. quod locum itidem obtineat, ſi extaret ſtatutum, quod valeat prodigi declaratio, nulla ſolẽnitate ſeruata: quod ob hoc minime teneret, ſi omiſſa fuiſſet citatio, & ſequitur, & commendat Tiber. Decian. in allegato conſ. 2. n. 11. & ſeq. ea præſertim palpabili ratione, quia citatio eſt de iure naturæ, quę nullatenus tolli poteſt per ſtatutum. & quod citatio ſit de iure naturali probatur in clemen. paſtoralis. §. cæterum, de re iudicata. imò citatio non ſolum eſt de iure naturali, ſed de iure etiam diuino, Geneſ. cap. 3.

OPINIO DCLVI.

SVMMARIA.

1 *Prodigus notorie ad ſanos rediens mores, ipſo iure deſinit eſſe ſub cura, abſque facto iudicis: alias opus eſt ſententia.*

2 *Furioſus rediens ad ſanos mores, ipſo iure deſinit eſſe furioſus.*

3 *Prodigus, vel furioſus, qui per biennium, vel triennium non fecit aliquem actum prodigalitatis, præſumitur emendatus.*

PRodigus † rediẽs ad ſanos mores, ipſo iure deſinit eſſe ſub cura, abſque iudicis facto: cum videlicet notorium eſt eum ad bonam frugem, & ſanos mores rediiſſe: alias opus eſt ſententia declaratoria, ſecundum Iacob. de Aret. & Bar. in l. ſi cui bonis. ff. de ver. oblig. & Fely. in c. Rodulphus. num. 37. de reſcri. quorum opinionem ſequuntur, aſſeuerantes eam eſſe magis communem, Iaſ. ibid. nu. 16. & Hieroni. Butigella. nu. 33. & Ripa. nu. 41. Dec. conſil. 274. viſo decreto balia ſupremi magiſtratus Senatum ſub num. 1. & Iaſſred. deciſ. 62. & Doct. poſt Bald. in l. 1. C. de curato. furioſi. per textum ibid. 1

Et † hoc idem dicendum eſt in furioſo, qui ipſo iure deſinit eſſe furioſus, & ſub cura, poſtquam priſtinam ſanitatem recuperauit. d. l. 1. C. de cur. fur. & ibi Bal. poſt Pet. de Bellapert. & in l. humanitatis, & ibi Doct. C. de impube. & Guido. Papæ. deciſ. 260. 2

Hoc † intelligens procedere, quando biennio, aut triennio poſt ſteterit prudens, & diſcretus: quicquid voluerit Bart. in d. l. ſi cui bonis. quem plures Doct. ibidem ſequuntur, & Deci. conſ. 274. col. 2. nihilominus dicta Bart. opinio verior & communis videtur per d. l. 1. C. de cur. fur. vt referunt Scribeo. in d. l. ſi cui bonis, & præſertim, ibi Ripa. nu. 43. 3

OPINIO DCLVII.

SVMMARIA.

1 *Prodigus notorius, & manifeſtus ante interdictam bonorũ adminiſtrationem per iudicem. poteſt contrahere, obligare & alienare.*

2 *Prodigi ad ſanitatem reducti exemplum.*

PRodigus † notorius, & manifeſtus poteſt cõtrahere, obligare, & alienare, antequam ei expreſſe interdicatur à iudice adminiſtratio bonorum: & ſic notorie prodigus, ante interdictam bonorum adminiſtrationem contrahere poteſt, ſecundum Glo. Bart. Bal. Ang. Paul. Caſtren. & Rom. in l. ſi cui bonis ff. de ver. obl. Bal. in c. ex parte. col. 2. de conſuet. Imol. Ang. & cæteros omnes Canoniſtas in c. 2. qui teſt. Bar. Bal. Ang. Imol. & Aret. in l. ſi cui lege ff. de teſtam. & hæc eſt communis opinio, vt referunt Paul. Caſtren. Alex. Are. & Iaſ. in d. l. ſi cui bonis. nu. 9. & magis communem inquit Boer. in conſuet. Bitur. §. 8. in fin. & Aufrer. in addit. ad quæſt. Tholoſ. 562. & Apoſtila ad Dec. in l. furioſi ſuper litera E ff de reg. iur. & hanc communem opinionem, tanquam ſacroſanctam, ſequuntur etiam, citant, & limitant Iaſ. num. 9. & ſeq. & Ripa. num. 4. cum aliis ſeq. in d. l. ſi cui bonis. Ideo optime, ac tutiſſime agerent conſanguinei ipſius prodigi, ſi ſtatim poſt incurſam prodigalitatem, recurrerent ad iudicem, impetrando in fauorem 1 Com. opi.

dicti prodigi, prohibitionem adminiſtrationis bonorum per ipſum aliter non faciendæ, ne in paruo tempore totam eius ſubſtantiam diſſipet, diu congregatam, & poſtmodum ad magnam miſeriam, & inconuenientiam deueniat in ſui & totius familiæ præiudicium.

2 Et † ad propoſitum noſtrum nullatenus tradas obliuioni, quod legitur de miraculis Virginis Mariæ, de quodam milite & diuite, qui cum bona ſua ómia prodige, in conuiuiis, & moneribus, aliiſq; vanitatibus conſumpſiſſet, cœpit egere, nec valens ſuſtinere pompam illam, & expenſas ſolitas ſuperfluas; quod idque reputans ſibi maxime ignominioſum, deſperatione ductus, iuit in deſertum, inuocás aperte diabolum, vt adiuuaret eum, & ſuſtentaret. cui dæmon apparens, quæſiuit quid vellet. qui reſpondit, quod pecuniam, & diuitias ei procuraret vt ſolitus erat, & ipſe daret ei, ſeu faceret, quicquid vellet. qui duo tãtum petiit, abnegationem fidei, ſecundo, vt duceret poſt annum vxorem ſuam ad eum in illum locum; quod totum promiſit, & docuit eum diabolus modum habendi diuitias, ſcilicet, vt foderet in certo loco domus ſuæ, & inueniret theſaurum, quod totum euenit, & tunc incepit ſimiliter expendere prodige, & viuere more ſolito: ſed inde ad annum dixit vxori quod oporteret eam ſecum ad certum locum proficiſci, ſub ſpecie alicuius deuotionis. Surgẽs ergo mane equitauit cum ea, (erat autem vxor eius deuotiſſima Beatæ Virginis) & in via inueniens Eccleſiam, rogauit maritum, vt permitteret loco miſſæ introire in eam, & aliquantulum orare, quod & fecit: & cum oraret ante imaginem Virginis Mariæ, vt eam iuuaret ab omni malo euentu, incipiebat enim timere, dormitauit in oratione, & Beata Virgo Maria ſumpta forma eius, egreſſa eſt eccleſiam, & dixit viro expectanti, proſequamur iter, & aſcendens equum, ſecuta eſt eum, qui credebat eam eſſe vxorem ſuam: cũ autẽ appuliſſet ad locum deſtinatum, deſignatumue, cœpit vocare diabolum, qui ſtatim apparuit, & videns mulierem, quam cognouit eſſe Virginem Mariam, cœpit fremere, & totus contribulatus, conturbari, & clamare contra militem, dicens ô proditor maledicte quare decepiſti me? miratur ille, dicens quomodo decepi, nonne duxi ad te vxorem meam, vt promiſi, ecce adeſt, iſta eſt vxor mea, reſpondit diabolus non eſt hæc vxor tua, ſed illa quam maxime odi, quæ maxime perſequitur me, & deſtruit toto conamine opera mea: hæc eſt mater illius IESV NAZARENI, qui per crucem ſuam cum ſociis meis me debellauit, & de manibus noſtris genus humanum eripuit: hæc eſt quæ Maria vocatur. ad quem ſermonem miles exterritus, & tremebundus, ſubito proiecit ſe ad pedes Virginis, veniam petens. Verum illa terribiliter arguit diabolum, dicens: ô maledicte Dei, non ſufficit tibi perditio tua, niſi & tecum quæras habere ſocios pœnarum? quomodo auſus es petere, & nócere velle, mihi deuotis, vade ſathana, nunquam alicui ex mihi deuotis amplius nociturus: qui in continenti cum magno vlulatu diſparuit, & militem Virgo reprehendit dicens ô miſer, quare ob modicum pecuniæ, ita permiſiſti te decipi, & ad huiuſmodi ſcelera deduci, vt fidem abnegares, & vxorem tuam diabolo exponeres, age pœnitentiam de peccato tuo. & Deus tibi ignoſcet tantum crimẽ, reuertere ad illam Eccleſiam, vbi vxor tua deſcendit ad adorandum, & ibi eam inuenies: domum autem reuertẽs, illum theſaurum repone, vbi inueniſti, & Deo cum vxore tua fideliter ſeruias in futurum, confeſſus peccatum tuũ, & ſic diſparuit, & miles reuerſus inuenit vxorem ſuã in illa Eccleſia, & omnia relinquentes pro Deo, laudabiliter vixerunt, deuotiſſimi facti Virginis Mariæ.

OPINIO DCLVIII.

SVMMARIA.

1 *Prodigus delinquens, poſtquam ei bonis interdictum eſt, an obligetur delinquendo.*

2 *Prodigus delinquens poteſt etiam condemnari ad pœnam mortis.*

3 *Prodigum quem eſſe, quomodo probetur, & quomodo formandi ſint articuli ad id probandum remiſſiue.*

4 *Prodigus quis dicatur, & quotuplex ſit prodigalitas remiſſiue.*

PRODIGVS † delinquens poſtquam ei bonis interdictum eſt, puniri ob tale delictum commiſſum non poteſt: & ſic ad mortem naturalem propter facinus commiſſum damnari nequit poſt bonorum interdictionem, ſecundum communem opinionem relatam per apoſtillam ad Dec. *in l. furioſi ſuper litera A. ff. de reg. iur.* 1 Com. opi.

§ In contrariam vero ſententiam, videlicet, quod prodigus delinquendo habeat pœnas à lege definitas, ſicut quilibet alius delinquens, inclinauere Gl. & Bar. *n.* 4. Bald. *n.* 7. & Sali. *n.* 5. *in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* Tiraq. *poſt leges connub. Glo.* 5. *num* 147. Bar. *num.* 6. Ripa. *nu.* 53. *& ſeq.* & Iaſ. *num.* 17. *in l. ſi cui bonis. ff. de verb. obl.* vbi firmat illorum opinionem eſſe communem. Ita † vt prodigus etiam ad mortem condemnari poſſit, vt voluerunt Bald *in l. furioſum. circa finem C. qui teſtam. facere poſſ.* Ang. *in l. Falſi nomi. §. adeo. ff. ex quib. cauſ. maior.* Aret *in d. l. ſi cui bonis. in fin.* Dec. *nu.* 6 & Cagn *n.* 15. *in d. l. furioſi*, vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionem. 2 Com. opi.

Et † quomodo probetur quem eſſe prodigum, & de modo articulandi, quod quis dicatur prodigus, docet Dec. *conſ.* 274 *viſo decreto baliæ num.* 4. & Guido. Papæ. *in ſing.* 869 *ſi non fuerit appellatum.* Et † quis dicatur prodigus, & quotuplex ſit prodigalitas, oſtendit Iaſ. *n.* 2. & Ripa. *nu.* 2. *& ſeq. in d. l. ſi cui bonis*, & Dec. *in d. conſ.* 274. *nu.* 2. 3 4

OPINIO DCLIX.

SVMMARIVM.

1 *Prodigi contractus non firmatur iuramento.*

PRODIGVS † qui contractum iurauit, in foro contentioſo, non obſtante tali iuramento, non obligatur: & ſic huiuſmodi contractus non firmatur iuramento, ſecundum communem opinionem. quam communem aiunt Alex. & Iaſ. *in l. ſi cui bonis. ff. de verb. oblig.* & Aleiat. *in cauſa contingat de iureiur.* licet ibi, & male Ant. & Imol. ſentiant contrarium, & Roma. etiam, & Are. *in d. l. ſi cui bonis.* eodem ſpiritu ducti, ſed prædictam communem cum aliis relatis per eum, atteſtatur, ſequitur, & tuetur doctiſſime Ripa. *in d. l. ſi cui bonis. n.* 57. *& ſeq.* 1

OPINIO DCLX.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non currit contra prodigum, & furioſum: & ſic eorum res præſcribi non poſſunt.*

PRODIGI, † ac furioſi res præſcribi non poſſunt, & ſic ſeruantur illæſi, & contra eos non currit præſcriptio aliquo modo, ſecundum Glo. in *l.* 1. *C. de cur. fur.* quæ concludit quod *l. fin. C. in quib. cau. in integrum reſt. non eſt neceſſ.* diſponens, quod hodie res minorum 1

non

non præſcribantur, procedat quoque in furioſis, & prodigis. & illam Glo. ſequitur Bar. *in l. 1. ff de bon. poſſ. infan.* Bar. *in l. infantis. qu. 3. C. qui admitti. & in d. l. fin. in 1. qu.* & ibi Caſtren. *in princ.* & Bal. *in d. l. 1.* vbi dicta Glo. extēdit ad omnia beneficia, minoribus competentia, & cum ea concurrunt cæteri omnes ibi, & in effectu huiuſmodi opinio non habet contradictorem, & eſt communis.

OPINIO DCLXI.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis per patrem facta filiis, non extenditur ad nepotes.*

1 PRohibitio † facta filiis de nō alienando, nō debet extendi ad nepotes: & ſic prohibitio alienationis per patrem facta filiis, duntaxat in ipſo filio procedit, & non trahitur ad nepotes, ſecundum tex. in §. *nos igitur, & ibi Gl. in auth. de reſtit. fideicommiſſ.* Bar. *col. fin.* Alex. & Iaſ. *nu. 106. in l. filiusfam. § diui. ff. de leg. 1.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & ſequitur Dec. cum relatis per eum, *conſ. 218. num. 13. & conſ. 377. num. 5.* & Dilectus *in tract. de arte teſtandi tit. 8. de variis teſtatorum præceptis cautela 2.* vbi meminit de prædicta communi; Cor. Iun. *conſ. 3. n. 1.* Alciat. *conſ. 35. nu. 3. 18. & 20. tomo. 3. lib. 9.* & Lauren. Sylvanus. *conſ. 6. num. 25.* Mantua *conſ. 394. nu. 18. vol. 1.* & Soc. Iun. *conſ. 13. nu. 10. vol. 4.* Com. op.

OPINIO DCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi extra familiam, addita cauſa, ſonante in perpetuum, & graduale fideicommiſſum, non inducit fideicommiſſum ſucceſſiuū de vno ad aliud gradatim. ſed fideicommiſſum caſuale in euentum cōtrauentionis, etiam ſi teſtator addidiſſet expreſſam rationem quod bona velit ſemper remanere penes maſculos deſcendentes.*

1 PRohibitio alienādi † res extra familiam, licet cauſata etiam cauſa, ſonante in perpetuum, & graduale fideicommiſſum, non inducit fideicommiſſum, niſi in caſum contrauentionis, id eſt, non inducit fideicommiſſum ſucceſſiuum de vno ad aliud gradatim. ſed fideicommiſſum caſuale, in euentum conditionis dictæ cōtrauentionis duntaxat, ſecundum Gl. Dyn. Iacob. de Aret. & Bart. *in l. peto. § fratre. ff. de leg. 2.* Bal. Ang. Imo. Caſtren. & Franc. Aret. *in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig.* Imo. & Cuma. cum aliis ſignatis per eos, *in l. cum pater. § cum inter. ff. de leg. 2.* Alex. & alios communiter. *in l. filiusfam. §. Diui. ff. de leg. 1.* & *in l. qui Romæ. § coheredes. col. 3.* vbi etiam Soc. *de ver. oblig.* Ripam *in d. §. Diui. num. 129. cum aliis ſeq.* & Albanus *num. 137.* Iaſ. *col. 3. & ſeq.* & Dec. *conſ. 218. num. 14. & ſeq. conſ. 322. n. 6. & ſeq. conſ. 422. nu. 7. & conſ. 613. nu. 5.* Soc. *in l. ſi cognatis. de reb. dub.* Curt. Iun. *conſ. 22.* Iaſ. *conſ. 96. vol. 4.* & Dilectus *in tract. de arte teſtandi tit. 8. de variis teſtatorum præceptis caut. 6. nu. 1.* vbi meminit de huiuſmodi communi, & Iaco. Mandellus *conſ. 54. num. 1. & ſeq.*

§ Et hoc procedit, etiam ſi teſtator addiderit expreſſam rationem, quia volebat ſemper remanere in maſculos deſcendentes, ſecundum Soc. *conſ. 257. col. 1. vol. 2.* Ruin. *conſ. 227. nu. 12. vol. 1. conſ. 96. nu. 14. conſ. 190. nu. 20. & conſ. 134. nu. 3. & 16. vol. 2.* & Dec. *d. conſ. 327. n. 7.* & Lauren. Sylvanus *d. conſ. 6.* vbi *ſub nu. 6.* refert hanc eſſe communem opinionem, & Lauren. Sylvanus, cum aliis infinitis relatis per eum, *conſ. 6. nu. 26.* vbi ita conſuluit, & expreſſit eam eſſe magis communem opinionem, ac obſeruari in practica.

OPINIO DCLXIII.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare per contractum, an rem prohibitam in dotem dare poſſit. & n. 2.*

PRohibitio alienationis † per cōtractum, in caſib. quibus impedit dominii translatio, eſt adeo efficax, vt res prohibita, ne pro dote quidē alienari poſſit, vt eſt Gl. *in l. nulla, circa finem. C. de iur. dot.* quæ communiter ibi approbatur, & ſecundum Alex. *in l. filiusfamilias §. Diui. ff. de leg. 1.* non reperitur alibi. & ſecundum Boer. *deciſ. 129. ſub nu. 4. & ſeq.* non habet contradictorem. & ſecundum Moder. omnes expreſſius *in d. § Diui.* communis eſt. 1

Et † licet bona fideicommiſſaria alienari nequeāt, *auth. res quæ, C. communia de legatis*: tamen fallentiam illam ad hūc textum, quæ habet quod prohibitio alienationis non extendatur ad cauſam neceſſitatis: & ſic quod pro dote bona ſubiecta reſtitutioni poſſint alienari, & obligari, reſtringit Iaſ. eo in loco, *in 5. limitatio. & in 2. part.* item Glo. & Ang. *in auth. de reſtit. & ea quæ par. §. quoniam*, ſi filius recepiſſet dotem in vita patris, ante prohibitam alienationem. Sed communis tenta opinio, omnium in iure Scribentium, videtur eſſe in contrarium, quod nimirum, etiam ſi filius vxorem capiat poſt prohibitam alienationem, mortuo patre, adhuc locum habeat obligatio, & alienatio pro dote, vt per Dec. *conſ. 376.* Cottam *in memorali. in ver. dos habet multa priuilegia, verſ. ſecundo nota*, vbi ſimiliter limitat, quando res illa proprie, & expreſſe eſſet prohibita alienari, & Vrſillus quoque *in additionibus Afflicti deciſ. 111. nu. 6.* addit etiam Corn. *conſ. 95. vol. 1.* & de communi opinione cum Decio teſtatur etiam Michael Craſſ. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. fideicommiſſum. quæſt. 57. nu. 4.* & Dec. *conſ. 519.* 2 Com. op.

OPINIO DCLXIV.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio alienationis non impedit rem prohibitam dari in cauſam dotis, & donationis propter nuptias, pro matrimonio carnali. hoc etiam Monaſterio pro matrimonio ſpirituali. nu. 3.*

2 *Grauatus de reſtituendo, poteſt bona fideicommiſſi, pro ſui redemptione ab hoſtibus alienare in præiudicium ſubſtitutorum.*

PRohibitio alienationis, † licet valide facta ſit, nihilominus non impedit rem prohibitam dari in cauſam dotis, & donationis propter nuptias: & ſic res prohibita alienari vt ſupra, in cauſam dotis pro matrimonio carnali dari poteſt, ſecundum Cyn. Bal. & Salyc. *in l. voluntati C. de fideicom.* & Bar. *num. 10. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1.* cum quibus tranſeunt omnes Scriben. magis communiter, vt ſcribunt ibi Iaſ. Cron. & omnes Moder. & Boer. *deciſ. 129. nu. 4.* & Couarru. cum aliis ſignatis per eum, *in ſuis reſolutionib. lib. 3. c. 6. n. 10. in 2. caſu*, & Capra. *conſ. 92. n. 12.* 1

Vbi tenet † hoc idem procedere in alienatione rei prohibitæ facta pro redemptione ab hoſtibus perſonæ probibitæ alienare, & idem firmat Bellonus *conſ. 29. n. 8.* qui hoc limitat ibi. 2

Eam autem † communem opinionem ampliant Doct. etiam procedere in matrimonio ſpirituali, ſcilicet ſi mulier vellet dare dotem religioni, in quam ingreditur, tunc enim res prohibita alienari, ſicut pro matrimonio carnali in cauſam dotis dari poteſt, ita & pro matrimonio ſpirituali, ſcilicet, ſi mulier vellet dare dotem monaſterio, vt concludunt Bar. Salic. & 3

aliī

Digitized by Google

alii omnes in auth. res quæ. C. communia de leg. Crot & cæteri Moder. in d. §. Diui. qui exclamant eam eſſe communem opinionem, prout communis eſt, & veriſſima.

OPINIO DCLXV.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita res alienari non poteſt publicari, & confiſcari, & an publicatis bonis hæredis prohibiti alienare, res alienari prohibita tranſeat in fiſcum, durante vita prohibiti.*

1 PRohibita res aliqua alienari, † non poteſt, nec debet publicari, nec venit in generali publicatione, ſeu confiſcatione bonorum, etiam durante vita prohibiti alienare: & ſic publicatis bonis hæredis prohibiti alienare, res alienari prohibita, non tranſit in fiſcum etiam durante vita prohibiti, vt voluerunt Bar. & cæteri per illum textum, in l. Imperator. ff. de fideicom. liber. Bal. in l. Papinianus §. meminiſſe, per illũ tex. in 2. not. ff. de inoff. teſtam. Iaſ. in l. ſi duobus. § ſed quia noſtra in 1. not. C. communia de l. g. Rom & alii omnes in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damn. infect. Alex. conſ. 23. vol. 1. Soc. conſ. 121. col. 4. vol. 4. Dec. cum aliis ſignatis per eũ, conſ. 442. in cauſa, in qua col. 5. & Curt. Iun. conſ. 120. præſupponitur in facto. col. 4. qui docet hanc eſſe communem opinionem, & ſequitur etiam, cum allegatis per eum, & citat quoque Cotta in memorab. in ver. Teſtamentum in quo pater, el 2. col. 2, & Ruin. etiam conſulendo, conſ. 119 n. 4 & ſeq. vol. 2 & conſ. 25. num. 10 vol. 5. Boer. deciſ. 168 n. 6 & Soc. Iun. conſ. 49. nu. 8 vol. 3. Pro qua faciunt multæ rationes adductæ per Alexan. in d. conſ. 23. Et facit quoque, quoniam qui non poteſt alienare, non poteſt ſimiliter delinquendo facere, vt ſequatur alienatio, prout ita firmando arguit Cæpoll. conſ. 55 caſus qui oritur in 2. dubio. inter ciuilia. Cõis opi.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod ob prohibitionem alienationis confiſcatio bonorum non impediatur: & ſic quod prohibitio alienationis fiſco non videatur nocere, inclinauit Alciat. conſulẽdo per aliquas leuiſſimas, & frigidiſſimas rationes, conſ. 121. in Teſtamento Magnifici Ioannis Franciſci. tomo 3. lib. 9. nu. 3. vbi affirmat ex ſemetipſo, & falſo quidem, eam eſſe magis communem opinionem: tu vero ea reiecta, tanquam in aere fundata, noli in deciſiuis recedere à dicta prima ſententia communi tanquam in iure veriſſima, & optimis fundamentis roborata. Cõis opi.

OPINIO DCLXVI.

SVMMARIA.

1 *Prohibitus alienare extra familiam ſi non ſit de liberis teſtatoris, filias dotare nequit: ſed ſi ſit filius poteſt bona prohibita alienare ex cauſa neceſſaria, non ſolum pro dote propria filiæ, ſed etiam pro dote neptis.*

2 *Alienari non poſſunt pro dote bona feudalia, ſeu bona prohibita alienari per teſtatorem pro dotibus: etiamſi dotandi eſſent liberi, & deſcendentes teſtatoris.*

3 *Vaſallus non poteſt dare feudum in dotem filiæ.*

4 *Frater in Regno Neapolitano non habens bona mobilia, vel hereditaria, ſufficientia ad dotem competentem, poteſt dare feudum in dotem ſorori.*

5 *Pater in Regno Neapolitano carens bonis ſufficientibus ad dotem competentem, poteſt dare feudum in dotem filiæ ſuæ.*

6 *Prohibitus alienare extra familiam, poteſt inſtituere filias, ac eis ab inteſtato relinquere.*

7 *Prohibitus alienare non impeditur alienare pro alimentis.*

PRohibitus extra familiam alienare, ſi non ſit de teſtatoris liberis, filias dotare non poteſt: & ſic ex neceſſaria cauſa dotis nedum pro dote propriæ filiæ, ſed etiam pro dote nepotis poſſunt bona prohibita alienari, ſecundum Bart. Bal. col. 3. Caſtren. & omnes communiter in auth. res quæ. C. communia de leg. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vend. in 4. qu. princ. num. 41. Couarr. cum aliis ſignatis per eũ, vbi meminit etiam de communi, in ſuis reſolutionibus lib. 3. c. 6. nu. 10. in 1. caſu. Crot. n. 66. & Rip. num. 75. in l. filiusfa. §. Diui. ff. de leg. 1. 1

Sed hoc non procedit in re feudali, † vel quando ex expreſſa teſtatoris diſpoſitione res illa eſſet prohibita alienari, etiam pro dote: tunc enim alienari, ſeu in dotem dari res ipſæ prohibitæ, in huiuſmodi caſib. non poſſunt, ſecundum Bal. in c. 1. § donare. 1. not. per illũ tex. in tit. qualiter feud. alien. poſſ. & ſequitur Alex. in d. authen res quæ. & conſ. 56. col. 1. vol. 1. Soc. in l. 3. §. res quæ. col. 4 ff. ad Trebell. & conſ. 49. col. fin. vol. 1. & col. penult. fallen. 6. & Boer. deciſ. 129. ſub nu. 4. & Couarru. cum relatis per eum, in ſuis reſolutionib. lib. 3. cap. 6. nu. 10. in 3 caſu. ex quibus apparet hanc eſſe communem opinionem. 2

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod bona prohibita alienari, poſſint contra mentem teſtatoris expreſſam alienari, & obligari pro dote, & ſic dicta expreſſa teſtatoris prohibitio de non alienando, non præiudicet fœminæ dotandæ, ſi illæ eſſent de liberis, & de deſcendentibus ipſius teſtatoris, iuit Caſtren. conſ. 80. vol. 1. quem ſequitur Iaſ. in d. auth. res quæ circa finem, & late diſputando tuetur hanc ſententiam & ei inhæret quoque Berous in ſuis quæſt. q. 110. Verum bona ſubiecta fideicommiſſo. Cõis opi.

Et † licet Iaſ. in d. auth. res quæ. num. 26. communem eſſe opinionem aſſerat, quod vaſallus feudum non poſſit dare in dotem filiæ, & in ſecundo caſu, quando teſtator prohibet expreſſe, & ſpecifice alienationem, etiam ex cauſa dotis, non valere: nihilominus idem Iaſ. ſibi contrarius in l. filiusfa. §. Diui. col. 9. & 11. ff. de leg. 1. inhæſit dictæ primæ opinioni cõmuni, etiam in ſecundo caſu: quod res prohibitæ ex expreſſa mente teſtatoris alienari, pro dotibus non poſſint aliter alienari, nec in dotẽ conſignari: & cum hac communi opinione tanquam tutiſſima, atque veriſſima, in deciſiuis tranſeundum eſt. 3

Sed † bene verum eſt, quod in Regno Neapolitano frater non habens bona mobilia, vel hæreditaria ſufficientia ad dotem competentem, poſſit feudum dare in dotem ſorori, ſecundum conſtitutionem, fratribus lib. 3. rub. 14. vbi Afflict. & alii Scrib. 4

Quam † conſtitutionem conſulendo veſtiter ampliat procedere etiam in patre, Loffr. conſ. fin. id eſt 52. num. 61. 5

Item † prohibitus alienare extra familiam, poteſt inſtituere filias, ac eis ab inteſtato relinquere: & ſic iſte prohibitus non impeditur inſtituere ſibi venienter ab inteſtato, licet nõ ſint de familia, ſicut ipſa ſucceſſio ab inteſtato non prohibetur, ſecundum Glo. communiter receptam in l. pater filiam. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. cui inhærent Bart. & alii in l. cum pater. §. cum inter ff. de leg. 2. Alex. conſ. 56. vol. 1. col. fin. & conſ. 23. vol. 2. vbi perhibent hanc eſſe communem ſententiam, & Dilectus quoque cum aliis citatis per eum, in tract. de arte teſtandi tit. 8. de variis teſtatorum præceptis. caute. 6. nu. 2. & ſeq. Soc. Iun. conſ. 30. num. 11. vol. 4. & Ruin. conſ. 143. n. 2. & ſeq. v. 3. & conſ. 103. n. 3. 15. & 17. vol. 2. 6

¶ Pro contraria vero parte, videlicet prohibitum alienare non poſſe relinquere eiſdem filiabus, in teſtamento, vel ab inteſtato, conſuluit Raph. Fulg. conſ. 127. Dec. conſ. 25. vbi conſuluit contra matrem, &

Crotus

lin d. §. *Diui.* ait hanc opinionem veriſſimam eſſe in puncto iuris, & quod ita conſuleret & iudicaret, & ibi quoque Rip. *num.* 96. *& ſeq.* dicit hanc q. eſſe pro amico. Puto tamen non fore tutum in iudicando recedere à communi prædicta, ob rationes memoratorum conſulentium, quorum rationibus, & fundamẽtis volens ſequi communem, facile reſponſum accommodare poterit.

7 Item † prohibitus alienare, non impeditur alienare pro alimentis, vt conſuluit Bal. *conſ.* 50. *viſo teſtamento. col. fin. vol. vltimo.*

OPINIO DCLXVII.

SVMMARIA.

1 *Officialis, ac Iudex prohibitus exigere, & accipere aliquid in officio, durante officio non poteſt quicquam accipere etiam à ſponte dantibus.*

2 *Officiales in Regno Neapolitano non poſſunt recipere munera cuiuſcunque generis, nec per ſe, nec per interpoſitas perſonas, nec etiam res comeſtibiles magnas, vel paruas, etiam à ſponte dantibus.*

3 *Officiales non ſolum manus à lucro pecuniæ, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes habere debent. Dehortatio ab auaritia, & quod ea fugienda ſit, variis confirmatur dictis.*

1 PRohibitus officialis, † principaliter ob bonum publicum, ac fauore reipublicæ, exigere, vel accipere, non poteſt quicquam capere, etiam à ſpõte ſoluentibus, & tradentibus, vel præſtantibus, ſecundum Glo. *in c. exiget. de cenſib. in* 6. *in ver. volente per text. ibi*, Bar. Dec. & Cagnol. *nu.* 2. cum aliis ſignatis per eum, *in l. inuitus nemo.* §. *fi. ff. de reg. iur.* Glo *in l.* 2 *in ver. ſed præſtari. ff. de orig. iur.* & Couarru. copioſe *in c. quamuis pactum. de pactis in* 2. *parte* §. 3 *in fin* & hæc eſt communis opinio, quam late, & vtiliter declarat Couarru *ibi*,

2 Et ita † in Regno Neapolitano determinat pragmatica Caroli Quinti, inchoans, *Quis neſcit munera*, & pragmatica ſequen *Gubernatores*, in quibus mandatur expreſſe, quod officiales recipere nequeant munera cuiuſcunq; generis, nec per ſe, nec per interpoſitas perſonas, nec res comeſtibiles magnas, vel paruas, etiam à ſponte dantibus.

3 Imo † officiales non tantum manus à lucro pecuniæ, verum oculos etiam à libidinoſo aſpectu continentes habere debent, atteſtãte Boerio, cum aliis aggregatis per eum, *deciſ.* 153 *nu.* 1. *& ſeq.* ſed quis eſt talis & laudabimus illum.

4 Ideo ô officiales, † & iudices omnes, cauete vobis ſicut ab igne, & peſte, ab omni auaritia: quia, vt dicitur *Lucæ* 12. Non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quę poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe, dicens, quid faciam: quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illic congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem paraſti, cuius erunt? ſic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues. Et vt ait Iſidorus *lib.* 2. *de ſummo bono cap.* 41. omni peccato peior eſt auaritia, & amor pecuniarum. Vnde & per Salomonem dicitur *Eccle.* 10. Nihil eſt ſceleſtius, quam amare pecuniam: hic enim animam ſuam venalem facit: quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Cupiditas omnium criminum materia eſt. Vnde Apoſtolus 1. *Timot.* 6. Radix omniũ malorum cupiditas eſt, quam quidam appetentes, errauerunt à fide: ſi ergo ſucciditur radix criminum, non pullulant cæterę ſoboles peccatorum. Multi cauſa cupiditatis terrenæ, etiam ipſam fidem abnegauerũt: Cupiditas enim Chriſtum vendidit. nam & pleriſq; tantum in rebus alienis eſt deſiderium, vt etiam homicidium perpetrare non vereantur, ſicut Achab, qui appetitu cupiditatis ſuæ, ſanguinis expleuit effuſionem. Sæpe iniqui mala, quæ concupiſcunt, aſſequuntur, vt de affectu mali deſiderii fortius puniantur.

Et quia vidi aliquos officiales, qui magis alienum panem manducant, quam ſuum, & raptu viuunt, & rapinis ſumptum exercent ſuum, ideo ſcribo, vt cognoſcatis vindicem eſſe Dei iuſtitiam, quę lachrymas pauperũ veſtro vlciſcetur ieiunio. Et aduertite, quod nihil proſint theſauri iniuſti, iuſtitia autem liberat à morte: vnde clamat Propheta *Pſal.* 60. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, quid enim mihi proſunt, ſi me à morte liberare non poſſunt? quid mihi proſunt, ſi mecum poſt mortem eſſe non poſſunt? hic acquiruntur: ſomnium igitur loquimur, non patrimonium, ideo fit iuſto Dei iudicio, ſecundum Proſperũ *lib.* 2. *de vita contemplatiua. c.* 15. vt qui cupiditati reſiſtere noluimus ingreſſuræ, iã reſiſtere nequeamus ingreſſæ. O intolerandum dæmoniacę cupiditatis imperiũ, vt ex hoſtibus ſuis, quos poteſt vincere, victores faciat ſuos, promittit ingentia, & bonorum temporalium pollicitatione deceptos, impellit iam miſeros, & miſerandos in turpia, tenet nos lucrorum pœnaliter dulcium catenis addictos, & in ſua ditione captiuos, nec trahit inuitos, ſed quod eſt deterius, quocunque voluerit, volẽtes ducit, vaſtat in nobis, quicquid verecundiæ, aut pudoris inuenerit, & quos ſuis triumphis addixit, adhuc tanquam reſipiſcendi ſuſpectos omnibus viribus honeſtatis exarmat, ne quãdo contra eam, qui bellare noluimus, rebellemus, rapit nos, ac paſſim per omnia acquiſitionum genera cupidos acquirendi diſpergit.

OPINIO DCLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio facta per verba generalia, & adulatoria nullam inducit obligationem.*

2 *Promiſſionibus Magnatum Aduocati nullam fidem adhibere ſolent.*

3 *Iurans iocoſe, obligatur ſaltem ad veniale peccatum.*

4 *Iurans temerarie an obligetur ad veniale, vel mortale peccatum remiſſiue.*

5 *Verba teſtatoris adulatoria, ad honoratum relata, diſpoſitionem inducunt fauore libertatis, & habent vim etiã diſpoſitionis in omnibus piis cauſis.*

PRomiſſio † facta p verba generalia, & adulatoria, non inducit obligationem aliquam, ſecundum Io. And. Cardin. Ant. Ioan. de Imol. Abb. & cæteros omnes, *in c. cum veniſſent, per text. ibi, de inſtit.* & Bauerium *in* §. *plane, circa fin. Inſtit. de teſt. milit.* per illum tex. & Tiraq. cum aliis aggregatis per eum, *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ priuilegio* 51 quia verba hæc non ſunt appreciatoria, Cum licitum ſit ſeruire de vento, vt per præcitatos Doct. & Alex. *in l. ita ſtipulatus. la grande. ff de verb. oblig. nu.* 5. *& ſeq* Iaſ *in l. Titia. num.* 33 *eod. tit.* & Afil *in tract. de iure protomiſeos.* § 1. *n* 6 *fol par.* 85 Et hinc eſt, quod ſi poſtulo à Titio, vis dare, ſeu donare mihi talem rem, & ipſe reſpondeat non modo rem iſtam, ſed etiam quæcunque habeo, & quicquid tibi placebit, tunc profecto ex iſtis verbis generalibus non naſcitur obligatio, & petens ex huiuſmodi reſponſione, non poſſet ſe fundare in illis vllo pacto, etiam ad petendam 1

tendam illam rem ſolam: cum promiſſio prædicta per illa verba, nulla reddatur. *l. eum venissent*, per quẽ tex. ita voluit Bal. *in concluſionibus ſuis*. Rom. *in rub. ff. de arb.* & Alex. *in d. l. ita ſtipulatus nu. 5. cum al. ibi ſignatis ibi per eum*, & Franc. Curt. Iun. *in l. ea quæ commendandi ff. de contrahen. empt.* & And. ab Exea, *in tract. de pactis in 1. par. nu. 271. fol. par. 228.* vbi ſcribit, hanc eſſe communem opinionem. Et quod hæc communis ſit, conſtat pariter apertiſſime ex congeſtis per Alex. *in d. l. ita ſtipulatus. nu. 5.*

2 Ideo † ob hoc cautè agunt aduocati, qui nullam fidem adhibent promiſſionibus Magnatum: vt eis ſuadet Io. And. *in add. Spec. in tit. de Aduoc. §. hic dicendũ*, & refert Affl. *in d. §. 5. nu. 9.* & *Pſalmo 147.* dicens, Nolite confidere in Principibus, neque in filiis hominũ, in quibus non eſt ſalus, exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam, in die illa peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud quoque, quod vulgari prouerbio dicitur. *Corteſia di bocca, molto vale, & poco coſta. i. Vrbanitas oris multum valet, & paruo conſtat.* & denique ſcripta per Neuiz. profuſius *in Sylua nupt. lib. 4. ſub nu. 41.* & Guil. Pepin *in ſermonibus quadrageſ. ſuper Epiſtolas Hæc dicit Dominus Deus, Maledictus homo qui confidit in homine. feria 5. poſt 2. Dominicam quadrageſimæ. fol. par. 35.* Quoniam pluſquam ſimplices cenſentur illi qui ſuaſionibus credunt, ſecundum Bald. *in l. 1. in prin. C. ne filius pro patre.*

3 Et † licet verba animo iocandi prolata non ſint in conſideratione, nec obligent; nihilominus iuramentum iocoſe prolatum, obligat ſaltem ad veniale peccatum. Glo. *in c. nam. § fin. 25 diſtin.* An autem iuramẽ-
4 tum temerarium obliget venialiter, † vel mortaliter? dic vt per Glo. & Archid. *in c. Archidiaconum Florentinum 85. diſt.* & per Abb. *in c. 1. de his quæ fiunt à maiori par. capit.*

5 Pallũ † etiam antedicta communis ſecundo, & locum non obtinet, cum adulatoria verba relata ſunt ad honoratum, tunc enim fauore libertatis, diſpoſitionem inducerent. Et ſic, ſi teſtator diceret ſeruo ſuo ſcio, quod filius meus tibi gratiam conferet. hæc certe verba abſque dubio vim relictæ libertatis haberẽt, inducerentque libertatem, tenereturque filius ſeruum prædictum manumittere, vt firmant Bal. & Panedict. Plum. per tex. ibi *in l. Paulus reſpondit § Paulus. ff. de fideicom. liber.* quem aii propagare radices ſuas, & conſequenter extendere etiam propriam vim, & virtutem, ad omnem piam cauſam. Rom. *in rub. ff. de arbit. in 26 ſpeciali*, & Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ. priuileg. 51. in fin.*

OPINIO DCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Promittens dare ſcacchum mattum cum pedina, an cenſeatur ſatisfeciſſe promiſſioni ſi det ſcacchum cum pedina, effecta Regina.*

1 PRomittens † dare ſcacchum mattum cum pedina, ſi daret cum pedina facta Regina, non impleretur, ſeu verificaretur eius promiſſio, & ſic non cenſeretur ſatisfeciſſe promiſſioni; cum aliter deducatur pedina, quam Regina, ſecundum Bar. *in l. legatis § ſi ex officio. in fin. ff. de leg. 3.* Cyn. *in l. 2. de ſuſpect. tut.* Bald. Imol. Caſtren. Soc. *in l. falſa §. 1 ff. de cond. & demonſt.* Ang. *in l. ſi longius. § fin. ff. de iud.* Alber. *in l. clam poſſidere ff. de acqu. poſſ.* eundem Bar. *in l. pen. ff. de ſenat. nu. 2.* Laur. Fauen. *de cap. di. in prin.* Puteum *in tract. de ludo. ſub n. 60.* Dec. *in c. quoniam*, vbi Abb. *num. 70. & ſeq. de offi. deleg.* vbi ait hanc opinionem eſſe veriorem. & Card. Albanus, illuſtris doctrina, & ſanctitate, *in lucubrat. ad Bart. in d. l. pen. num. 1. & ſeq. ff. de ſenat.* & ita fuit Paduæ determinatum, teſte Steph. Coſta. *in tract. de ludo. in §. ſuccedit modo videre, nu. 31. & ſeq.* ex quibus patet hanc eſſe magis communem opinionem, & ita etiam meminit expreſſiſſime de huiuſmodi magis communi ſenten- Com. opi.
tia, eidem ſimiliter inhærendo Franc. Marzarius *conſ. 25. ſuper controuerſiis, inter Illuſtriſſimos & Excellent. ſimos Alfonſum Ferrariæ & Coſmum Florẽtiæ Duces fol. 244. verſ. Sed nec omittenda eſt deciſio notabilis ad propoſitum.*

¶ In contrariam vero partem inclinauit Iacob. de Aret. *in d. l. pen. ff. de ſenat.* & Imol. *in d. l. falſa. §. 1 ff. de cond. & demonſt.* vbi perhibet eam eſſe communem, & ſequitur etiam Abb. *in d. c. quoniam*, cum quadam diſtinctione, videlicet. quod ſi promiſiſſet quis dare ſcacchum mattum, de aliqua certa pedina, tunc cenſeretur ſatisfeciſſe eius promiſſioni: ſi vero ſimpliciter, & indefinitiue cum pedina, nõ diceretur adimpleuiſſe conuenta. Nihilominus reiecta opinione Iacobi de Aret. Abb. & aliorum, in decidendo noli recedere à dicta ſententia Bar. & ſequacium, tanquam reali et receptiori & veriori: quod indiſtincte promittens dare ſcacchum mattum cum pedina, non videatur eius promiſſionem adimpleuiſſe, ſi dederit cum pedina effecta Regina: prout & hoc firmat etiam in caſu ſimili Porcius *in §. ſingulorum ſub num. 9. Inſtitut. de rerum diuiſ.*

OPINIO DCLXX.

SVMMARIA.

1 *Promittens ſe facturum, & curaturum factum alienum, ſi fecerit quicquid potuit, non tenetur ad principale factum nec ad interesse, etiamſi promiſerit ſe facturum, & curaturum cum effectu.*

2 *Promittens factum alienum ſub pœna, non tenetur ad pœnam cum fecit quicquid potuit, vt impleretur factum.*

3 *Promittens factum alienum cum iuramento, non tenetur de periurio, ſi fecerit quantum potuit.*

4 *Promittens ſe facturum & curaturum, ſi non fecit id, ad quod tenetur, quamprimum potuit, conſtituitur in mora, abſque interpellatione.*

5 *Promittens factum alienum, & intereſſe, & quod non ſe excuſare eo ipſo, quod fecerit omnem ſuum conatum, vt principalis obſeruet, ſed velit teneri de ſuo proprio, tenetur ad intereſſe promiſſum, etiamſi fecerit quicquid potuit.*

PRomittens ſe facturum, & curaturum &c. factum alienum, ſi fecerit quicquid potuit, nõ tenetur ad principale factum, nec ad intereſſe. ſecundum Glo. *in c. ex reſcripto de iureiur.* Ant. de Butr. & Abb. *in c. gemma de ſponſ.* Bar. *in l. ita ſtipulatus. § poſſum. ff. de verb. oblig. & conſ. 142. col. 4.* Abb. *conſ. 90. col. 1. vol. 1.* Affl. *dec. 295.* Petra. *in caut. 45.* Felyn. *in c. ex reſcripto nu. 17 ex. 7 de iureiur.* Gomeſ. *in § in perſonam nu. 17. Inſtit. de act.* Grammat. *deciſ. 102.* Dec. *conſ. 313.* vbi refert hanc eſſe communem opinionem, at ita in practica obſeruari, vbi reſpondet Socino contrarium conſulenti. Idem tradit Dec. *conſ. 323. col. 2.* & concludit diſputando per pulcherrima fundamenta. Maranta *in ſuis quaeſt. quæ reperiuntur in fine ſui tractatus de iudiciis in q. 7. per totum*, & Ruin. *conſ. 67. vol. 4.* vbi concludit in fortioribus terminis, quod promittens ſe facturum, & curaturum cum effectu, ſimiliter excuſari debeat, ſi adhibuit omnem conatum, quamuis nullus ſequatur effectus. huicque opinioni inhæret quoque conſulendo Io. Baptiſta Ferretus *conſ. 128. vol. 1.* & hoc ſequitur etiam Maranta *in d. q. 7. num. 20.*

2 Item † promittens factum alienum ſub pœna, ſi omnem diligentiam adhibuerit excuſatur ab hac pœna, eamque penitus euadit, ſecundum Feder. de Senis, *conſ.* 122. Ant. de Butr. Abb. *col. pen.* & omnes, *in d. c. gemma.* Alex. *in l. qui autem. in apoſt. ad Bart. ff. de conſt. pecun.* & iſta eſt cõmunis opinio, atteſtante Aret. *in d. §. poſſum.* & Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta. nu.* 10. *ff. de ver. oblig.* licet ipſi, & male contrarium aſſeuerent, & communem præmiſſam ſequitur quoque, & citat Caſſadorus *deciſ. vnica, ſub num.* 2. *in tit. de mutuis petitionibus.* Maranta *in d. q.* 7. *num.* 11. *cum alijs ſignatis per eum*, & Natta *conſ.* 450. *lecto & diligenter conſiderato processu per ſummarium exhibito, nu.* 42. *vol.* 2. & ita conſuluit Fran. Aret *conſ.* 80. *col.* 6 *& in d. conſ.* 141.

Com. opin.

3 Item promiſſor facti alieni cum iuramento, † non tenetur de periurio ſi fecerit quantum potuit, ſecundum Glo. *in d. c. ex reſcripto.* & hæc eſt veritas, vt diſputando deduxit Maranta *in d. quæſt.* 7. *nu.* 1. *&* 10.

Com. opin.

4 Verum promittens ſe facturum, † & curaturum, &c. ſi nõ fecerit quàmprimum potuit, in mora conſtituitur abſq; nulla interpellatione, ſecũdum Bal. *in c.* 1. *§. adhuc in tit. hic finitur lex Corrad.* Aret. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ff. de ver. oblig.* & Alex. *in l. quod te. col.* 6. *ff. ſi cert. pet.* & ibi etiam Cagnolus, *num.* 96. & Bolognet. *nu.* 62. *cum alijs aggregatis per eos*, & Ruin. *conſ.* 42. *nu.* 26. *vol.* 1. *& conſ.* 136. *nu.* 11. *vol.* 5. & hæc eſt communis opinio, teſte Curt. Iun. *conſ.* 74. *nu.* 6. & Grauett. *conſ.* 64. *nu.* 2. *conſ.* 192. *nu.* 17. *& conſ.* 246 *nu.* 1. in quibus locis poſt Suc. Sen. & Gozad. conciliat opinionem Dec. qui *in d. l. quod te, in* 1. *lect. nu.* 11. tenuerat contra Bal. & communem opinionem memoratam, quam conciliationem, concordiam, ſeu diſtinctionem tradidit ante eum Bauer. *in tract. de mora, par.* 2. *nu* 29. qui de eius veritate nunnihil dubitat, & Bolognetus etiam *in d. l. quod te. ſub nr.* 62.

Com. opin.

5 Ad tollendum † itaque omne dubium circa præmiſſa, traditur hoc optimum remedium per Doct. vt quis promittat in inſtrumento factum & intereſſe, & quod nolit excuſari eo ipſo, quod fecerit omnem conatum, vt principalia obſeruaret, ſed velit teneri de ſuo proprio & ipſe ſoluere, & obſeruare contenta in ipſo Inſtrumento: tunc enim promiſſor iſte tenetur ad intereſſe, etiamſi fecerit poſſe ſuum, ſecundum Dec. *in d. conſil.* 323 *conſ.* 350. *colum.* 2. *& conſ.* 345. *colum. fin.* vbi poſt Abb. Aret. Soc. & Cuman. in aliquibus conſilijs, vt ibi per eum, hoc expreſſe firmat, & Maranta etiam elegantiſſime *in d. q.* 7. *nu.* 25. vbi reſpondet Afflict. contrarium innuenti, ſeu aſſeueranti, *in d. deciſ.* 195. & opinio hæc Dec. & ſequacium videtur eſſe communis, & ſecundum eam conſului, & obtinui in actu practico, in cauſa magni momenti, non obſtante *deciſ.* Afflict. 295. *prællata*, quæ intelligi debet ſecundum doctrinas & leges, quas allegat, & in effectu mouetur *per conſ. Aret.* 142. & nonnullas doctrinas, quæ ſi tem loquuntur cum quis promiſit ſe facturum & curaturum abſque adiectione illorum verborum, quod non excuſabitur promiſſor faciendo omnem ſuum conatum. Ideo oſtenſis his & alijs quamplurimis, quæ omittimus, &c. iudex cauſæ prædictæ, non dubitauit, ſpreta opinione Afil. ſecundum Dec. ſententiam iudicare.

OPINIO DCLXXI.

SVMMARIA.

1 *Promittens ſtare definitioni offenſi æſtimanda iniuria eidem illata, an cius æſtimationi præciſe ſtare teneatur, an vero ſit locus arbitrio boni viri.*

2 *Arbitrium boni viri locum habet vbicunque aliquid remiſſum eſt conſcientiæ, & diſcretioni alienæ.*

3 *Dos promiſſa arbitratu ſoceri, vel alterius promiſſoris nulla expreſſa quantitate, debet ſolui arbitrio boni viri, detracto ipſo arbitrio promiſſoris.*

PROMITTENS ſtare definitioni † offenſi circa æſtimationem iniuriæ eidem illatæ, eius definitioni præciſe ſtare non tenetur, nec præciſe mandabitur executioni, quod offenſo viſum fuerit, ſed locus erit arbitrio boni viri, ſecundum Alex. poſt Accurſium *in l.* 1. *col.* 7. *ff. ſol. matrim.* Gerat. *in ſingul.* 6. Abb. & Felin. *in c. contingit. de ſenten. excommun.* idem Abb. *in c. quintauallis. colum.* 3. *de iureiur.* & hæc eſt communis opinio, quam ſequuntur Lanfran. *in tractat. de arbitr. colum.* 11. & Baptiſta de Sancto Blaſio, *q.* 24. *de arbitr.* & in ſpecie quoad æſtimationem damnorum, expenſarum, & intereſſe hoc idem tenet Afflict. *deciſ.* 91. *num.* 10. 1

Com. opin.

Item remiſſum conſcientiæ, † & diſcretioni alicuius ſimiliter importat boni viri arbitrium, vt firmatur cum aggregatis per eos, Pariſ. *conſ.* 45. *nu.* 24. *volum.* 3. & Grammat. *conſil. ciuili* 29. *num.* 3. & eſt textus expreſſus in dote *in l. cum poſt diuortium. §. in domum abſentis, verſ. gener. ff. de iure dot.* Vbi diſponit. † quod vbicunque eſt promiſſa dos per ſocerum genero, arbitratu ipſius ſoceri, nulla demonſtratate, vel quantitate, ſtipulationem valere arbitrio quoque detracto. Et ita in cauſa propria de anno 1572. obtinui, per iſtum tex. in curia noſtra Aquilana aſſidente ibi Iudice D. Barthol. de Gotuſtriola Hiſpano, qui pronunciauit, cum eſſent mihi promiſſa bona mobilia per Magnificum Caſparem Caſellam, ſocerum meum, pro dote, & in partem dotis, eius arbitratu, & diſcretione, quod mihi ſoluenda forent, ſecundum qualitatem & nobilitatem vtriuſq; partis, bona aſcendentia ad ſummam ducatorum ducentorum, non obſtante quod idem Gaſpar ſoluere vellet minorem quantitatem. 2 3

OPINIO DCLXXII.

SVMMARIA.

1 *Prorogare iuriſdictionem quid.*

2 *Prorogatio non alterat primum actum, ſed potius extendit.*

3 *Prorogatio iuriſdictionis iudicis incompetentis nunquam fit in iudicio inquiſitionis: & conſequenter prorogatio non habet locum cum per inquiſitionem ex mero officio proceditur.*

4 *Statutum, quod iudex nõ poſſit ſuam iuriſdictionem excedere, efficit vt iuriſdictio prorogari nõ poſſit, etiamſi iudex pronunciet ſe iudicem competentem, nec appelletur.*

PROROGARE iuriſdictionem idem eſt, † quod augere, & extendere qualitatem, ſeu potentiam rei, de qua fit prorogatio, vt facile colligitur ex text. *in c. prud. & Glo. de off. deleg. & in l.* 1. *&* 2. *ff de iud.* & facit etiam tex. *in c. ſignificaſti. de foro compet.* & tradit Specu. *in tit. de dele. §. nunc videndũ. §. hic ſunt.* & Inno. *in c. prudentiam. de offic. deleg.* Et hinc eſt, † quod per prorogationẽ non alteretur primus actus, imo cenſetur idem quod prorogatur, cum eo, quod primo erat, vt notant Doct. & Dec. *in c. de cauſis de off. deleg.* & Caſt. *conſil* 359. *ſi conſideremus tenorem prorogationis, vol.* 1. ſed potius extenditur, vt firmat Glo. *in l. ſi inſtrumentes. ff. ad municip.* Vnde infero ex prædictis, ſi coram incompetenti iudice, non verito, de crimine inquiſitus, confeſſus delictum fuiſſet, quod ex huiuſmodi confeſſione damnari nequiret vllo modo, etiamſi iudex ille alias cognitionem criminaliũ cauſarum haberet: † ſiquidem in iudicio inquiſitionis iuriſdictio iudicis incompetentis nunquam prorogatur: & ſic, vbi pro- 1 2 3

ceditur per inquiſitorem ex mero officio, non habet locum prorogatio iuriſdictionis, vt firmat Bal. in l. 1. C. ad l. Corn. de ſica. & in l. 1. in fi. C. vbi de crimine agi oportet, quem ſequitur Soc. Sen. in c. ſignificaſti, in 5 acl. prin. q. 8. de foro comp. Berous in c. at ſi cleric. n. 40. de iud. Nell. in tract. de bannitis in 2 q. 2. par. primi temporis, fol. parn. 10. Soc. conſ. 108. ſuppoſito ſtatuto, in fi. vol. 4. vbi Cōis opin. etiam admonet, opinionem hanc eſſe communem, prout ei inhæret quoque Illuſt. D. Pet. Calepharus, præceptor, & promotor meus, in l. 1. nu. 86. cum alijs ſeq. ff. de iud. vbi aperte demonſtrat, eandem ſententiam magis veram, magisq; communem eſſe.

4 Et de hoc non eſt mirandum: † Nam ſtatutum diſponẽs, quod iudex excedere nequeat iuriſdictionem ſuam, ſimiliter operatur, quod iuriſdictio prorogari non poſſit, etiamſi iudex ſe competentẽ pronunciaret, ne appellaretur, vt tradit Dec. conſ. 18 viſo puncto. col. 2. & ſeq. & in l. fin. n 17. ff. de iuriſdict. omn. iud. Iaſ. n. 16. & Curt. Iun. nu. 22. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.

OPINIO DCLXXIII.

SVMMARIA.

1 *Prorogatione termini ad ſoluendum, facta per creditorem debitori, an fideiuſſor liberetur.*

2 *Prorogatio termini an liberet fideiuſſorem, Caſtellani, qui arcem ad certum tempus cuſtodiendam recepit.*

3 *Caſtellanus an cuſtodiam caſtri relinquere poſſit, ſi dominus alium ſucceſſorem non mittat, remiſsiue.*

1 PROROGATIO termini, † ad ſoluendum, facta per creditorem principali debitori, non liberat fideiuſſorem, ſecundum vnam Scrib. opinionem, per tex. in l. ſi cum dies ff. de arb. in prin. & in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pact. & ibi Bal. & in l. ſed ſi manente. ff. de precar. & in l. fin. C. de vſur. rei iud. in quibus iurib. non datur, per nouationem factam, ſeu alterationem, obligationis inter creditorem & debitorem, liberari fideiuſſor, & ſententiæ huic accedit etiam, cum alijs aggregatis per eum, Ant. Gabriel. in ſuis conclu. lib. 5. in tit. Cōis opin. de fideiuſſ. concluſ. 3. vbi dicit hanc magis communem eſſe.

Contraria vero Doct. ſententia, cum quodam tamen fœdere diſtinctionis receptior, & communior eſt, quæ ſic ſe habet, quod ſi principalis creditor cum ſuo debitore aliquo modo alteret obligationem, vel mutet pretium, pro quo intercessit fideiuſſor, ſine nouo conſenſu fideiuſſoris, eo caſu fideiuſſor liberari intelligatur; ea ratione, quod cum res ipſa alteratur, vel pretium mutatur, tunc nouus videatur initi contractus, text. eſt in l. pacta conuenta. § Paulus ff. de contrah. emp. & in l. aliam. ff. de nouat. & in l. Labeo. la 2. ff. de arb. & in l. item quæritur. §. qui impleto ff. locati. & in l. ſi cum Hermes, & ibi Scrib. C. eod. Bal. in l. ſtipulatus. n. 1. ff. de verb. oblig. Specul. in tit. de fideiuſſ. § 1. ver. illud autem, & ibi Io. And. & Bal. in add. Alex. conſ. 72. lib. 6. nu. 4. cum ſeq. & conſ. 66. nu. 7. lib. 7. in quibus locis firCōis opin. mat communem eſſe opinionem, ſi fideiuſſor intercedat pro aliquo, cum certo limitato termino, quod eo prorogato, fideiuſſor liberetur: ſecus, ſi ſine præfinitione temporis eſſet obligatus, & ſic ſimpliciter fideiuſſiſſet. Et in idem recidunt ea, quæ congerunt Can. in c. conſtitutus, tex. de fideiuſſ. & communiter Legiſt. in l. nouationem. C. eod. & in l. Titius. ff. de tut. & rat. tut. & in l. Valerianus. ff. de prat. ſtip. Fulgoſ. conſ. 130 vbi articulum hunc poſt longam in vtramque partem diſceptationem, optime tractat Guid. Pap. deciſ. 117. Tiraq. latiſs. in tract. de vtroque retract. de retr. conuent. § 1. Glo. 7 num. 34. cum ſeq. & in eadem opinione fuit Dec. conſ. 107. in cauſa, quæ nomine hæredum, ſub nu. 1. & Gramm. conſ. ciuil. 66. nu. 61. & [illegible] de iud. & Curt. Iun. in prælib. l. ſi vnus. § ſi cum reo. [illegible] teſtatur de communi, & dicit ita Ve[illegible] ſolſſ conſultum, & iudicatum Hippol. in rub. ff. de fideiuſſ. n. 9. & in pluribus locis ibidem de communi teſtatur, & Affli. deciſ. 130. non obſtante iuramento, quod ſemper intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, & nihil de nouo ſuperueniente, prout voluit Oldrad. conſ. 241. Dec. & [illegible]b. in rub. C. qui admitti. Hipp. in d. rub. nu. 151. Gui. Pap. deciſ. 274. Ales. in tract. de præſump. præſ. [illegible] reg. 2. Tiraq. in tract. cauſ. ceſſ. ver. promiſſionis cau. 4. num. 218. Et ita in cauſa commiſſa, & delegata Excellenti D. Paſchali Turcanico, conterraneo meo, ſuperioribus annis, per D. Baronem Terræ Nauellotarum, tunc ibi vertente inter Magnificum Federicum de Federicis, Florentinum, & Angelum eiuſdem Terræ, poſt magnum certamen inter Doctores vtriuſque partis, iudicauit per prædicta religioſe more ſuo idem dominus iudex.

Et hoc att eſſe † notabile etiã Ales. in l. ſi vnus. §. 1. ff. de pact. de Caſtellanis, dantibus, præſtantibusq; fideiuſſores, de cuſtodiendo [illegible] arce vſq; ad certum tempus; Quod tamen explanat, explicatq; procedere, niſi Caſtellani promiſerint non ſolum cuſtodire, verum etiam caſtrum ſaluum reddere principali, vt per I[illegible] ſub n. 8. & alios Moder. omnes in l. dicta. ff. ſi cer. pet. Et per eund. Iaſ. in l. 1. ff. de iudic. [2]

3 An autem † Caſtellani poſſint, finito tempore, dimittere cuſtodiam caſtri ſi dominus alium ſucceſſorem non mittat, vide Bal. in l. ex diuo, C. locati, & Bar. ad l. item quæritur, §. qui impleto, nu. 9. vbi Alex. in addit. ff. locati.

OPINIO DCLXXIV.

SVMMARIA.

1 *Pubertati proximus quis dicatur, tam quo ad delicta, quam alios actus, & nu. 2.*

1 PVBERTATI proximus dicitur is, † qui annum decimum, & dimidium peregit, ſi ſit maſculus: Fœmina vero proxima eſt pubertati, ſi nonum annum cum dimidio compleuerit, ſecundum Glo. not. & ſingularem in §. pupillus, in ver. infantia. Inſt. de inut. ſtip. & in l. pupillum. ff. de reg. iur. quas aſſerit eſſe communiter approbatas Iaſ. in l. properandum. §. & ſi quidem. nu. 1. C. de iud. Soc. in l. 1. §. adipiſcimur ff. de acq poſſ. Aretin. in memorato §. pupillus. Dec. & Cagnol. nu. 2. d. l. pupillum, & Coraſ. in miſcell. iur. ciuil. lib. 6. c. 23 nu 3. & Natta. conſil. 434. quadam puella. num. 16. volum. 2. Cōis opin. In contrariam vero ſententiam inclinauerunt complures Doct. qui quo ad delicta, illum eſſe proximũ pubertati opinantur, cui ad ætatẽ perfectam ſex tantum menſes deficiunt, ita not. Bal. per illum text. in l. excipiuntur ff. ad Syllan. quem ſequitur ibi Igneus, Cor. conſ. 147. n. 25. vol 1. Iaſ. in auth. ſacram pub. n 1. C. ſi aduer. vend. Affl. in conſt. minorum iura. ſub n 7. lib. 2. rub. 38. & Cotta in memoral. in ver. Pupillus. d [illegible] Nonnulli vero Scriben. opin. iſtam ſequuntur, non ſolum in delictis, ſed etiam in alijs quibuſcunq; actibus, pro quib. eſt Glo. in l. non tantum. ff. de excuſ. tut. in c. continebatur. & in c. atteſtationes, de deſponſ. im pub. & abunde not. Io. Igneus, in l. 1. §. impuberes. & in l. excipiuntur. ff. ad Syllan.

Sed his omiſſis, † puto hoc relinquendum eſſe iu- 2 dicis arbitrio, quis dicatur proximus pubertati: ſiquidem hoc iudex debet arbitrari ex pueri diſcretione, & ex alijs circumſtantijs contingentibus ita tenet Ioan. Faber. in d. §. pupillus. Sali. in l impuberes C. de pœnis. Anan. in c. [illegible] nu. 4. de delict. puer. Ant. de Butr. in memorato c. atteſtationes. in fin. Alib. & Præpoſ. in d. c.

contine-

continebatur. Dec. & Cagnol. *nu.* 3. *in d. l. pupillum*. Zaſius *in tract. de Iudais in q.* 11. & Coraſ. *in d. c.* 23. *ſub n.* 6. *cum aliis ſeq.* & Natta *in d. conſ* 434. *in fin.* Quod intellige procedere, vt declarat accuratiſſime Couar. *in ſua epit. de ſponſal. in* 2. *part. cap.* 5. *nu.* 5.

OPINIO DCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Bona damnatorum ad mortem naturalem, etiam hodie confiſcantur, & publicantur.*

1 PVBLICANTVR etiam † hodie bona damnatorum ad mortem naturalem, ſecundum Gloſſ. Bart. & alios *in l. eius qui. §. ſi cui. ff. de teſt.* Alex. Corn. Dec. & reliquos omnes. *in l.* 2. *C. qui teſt. fac. poſſ.* Bar. *in l.* 1. *ff. de bon. damn.* & hæc eſt communis opinio, ſecundum Igneum. *in l.* 1. *§. qua ſibi. nu.* 93. *ff. ad Syllan.* Soc. *in l. ſi cognatus. ff. de reb. dub.* Dec. & Cagno. *in l. ſeruitutem. ff de reg. iur.* & Cephalum copioſe. *conſil.* 79. *nu.* 4. *vol.* 1. vbi cum cæteris ſignatis per eum, *nu.* 8. *cum aliis ſeq.* videtur reſpondere contrarium.

Com. opin.

OPINIO DCLXXVI.

SVMMARIA.

1 *Pupillus doli capax ſi contrahat, & alienet cum iuramento, ſine tutoris authoritate, an valeat contractus, & alienatio.*

2 *Pupillus doli capax per interuentum iuramenti, cogitur ſtare contractui matrimonii.*

3 *Pupillus vt ligetur iuramento, neceſſario requiritur, vt ſit pubertati proximus, & doli capax, nec vnum ex his ſufficeret.*

4 *Pupillus pubertati proximus præſumitur doli capax.*

5 *Pupillus, & ſic proximus pubertati, vt teneatur ex delicto quæ requirantur.*

6 *Dolus regulariter non præſumitur.*

7 *Dolum allegans illum probare tenetur.*

8 *Dolum cum apparet interueniſſe, ſi non oſtendatur, non præſumitur interueniſſe.*

1 PVPILLVS doli capax, † ſi alienet abſque tutoris authoritate, talis alienatio non valet, nec firmatur etiam per interuentum iuramenti, ſecundum Glo. Guil. de Cun. Pet. Cyn. Odofr. Butr. Bal. Ang. Alber. Fulg & Iaſ. *in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend.* Glo. *in c.* 1. *§ item ſacramenta de pace iur. firm. in vſib. fund.* & ibi Bald. Iacob. Alber. & Præpoſ. & ſequitur, atq; communem eſſe Alciat. *in c. cum contingat. nu.* 141. *de iureiur.* & dicunt pariter communem, & ſequuntur quoq; Alex. Iaſ. *in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig.* In contrariam vero partem, videlicet, quod talis impubes obligari poſſit mediante iuramento, inclinarunt Hoſt. Io. And. & Imol. *in d. c. cum contingat.* Arch. *in c. quamuis pactum. de pact. in* 6. Abb. *conſ.* 39. *in prin.* Sali. Caſt. & Alex. *in l. qui iuraſſe. ff. de iureiur.* Dec. qui firmat hanc eſſe communem opin. *in l. pupillum. ff. de reg. iur.* Rom. *in d. l. is cui,* And. de Iſern. & Iac. de Beln. *in d §. item ſacramenta.* Sali. Caſtr. Aret. & Corn. *in d. auth. ſacramenta puberum,* & hæc opinio iſtorum in actu pract. ſectanda eſt, tanquam magis communis,

Com. opin.

2 magis tuta, & magis vera. Quia † ſi pupillus doli capax per interuentum iuramenti compellitur ſtare contractui ſummi præiudicii, qualis eſt contractus matrimonii. text. eſt *in c. ex literis. extr. de ſponſ.* multo fortius, & facilius compelletur ſtare cæteris contractibus, per quem text. nemo recedere debet à dicta opinione, tanquam veriſſima, & tutiſſima: vt dixi late ſupra in *Opinione* 506. *Minoris.* 14. *annis.*

3 Sed iſta opinio, † quod pupillus ligetur iuramento, intelligitur cum grano ſalis, vt aduertit Cagnol. *in l. pupillum. n.* 10. *ff. de reg. iur.* procedere cum reperitur pubertati proximus, & doli capax. Cæterum † ſi 4
hoc verum eſſet, in practica certe nõ ſolum vtile, ſed etiam mirabile verbum foret. Et licet huic interpretationi Cagnoli aduerſari videantur, deciſio text. *in l. apud Celſum. §. qui in tutore. ff. de doli exceptione,* & not. per Doct. *in Clem.* 1. *de homic. & in c.* 1. *de delic. puer.* & per Io. Igneum *in l. excipiuntur. n.* 35. *ff. ad Syllan.* videl. quod ille dicatur doli capax, qui eſt proximus pubertati: Tamen re ipſa hic parum, aut nihil obſtantib. puto opinionem Cagnoli veram eſſe, & obſeruari debere in actu practico: prout ita obtinui in praxi, de præſenti menſe Iunii 1577. coram integerrimo, & mitiſſimo D. Alphonſo de Hoyo, Auditore Sereniſſ. Margaritæ de Auſtria, in cauſa coram eo vertente, inter Satinum, & germanos fratres, & Bernardinum Zimellinum de terra Montis Regalis.

Et hoc procedit nedum in cauſis ciuilibus, † ve- 5
rum etiam in criminalibus: vt firmat Anan. *in d. c.* 1. *col.* 4. *de delict. puer.* referendo Ang. vbi cõcludit, quod ad hoc, vt proximus pubertati teneatur de delicto, requirantur duo copulatiue, videl. quod ſit doli capax, & proximus pubertati; alias vnum ex his nullatenus ſufficeret. Et de hoc nõ eſt mirandum: † Nam 6
dolus regulariter non præſumitur. *l. dolum.* & ibi Bar. & alii. C. *de dolo. & l. merito. ff. pro ſocio.* Et hinc † eſt, 7
quod dolum allegans, illum probare teneatur, ſecundum Glo. & Bar. *n.* 3. 4. *&* 6. & alios *in l. ſi creditor. ff. de pign. act.* Et tanto magis hoc procedit, † quod et- 8
iam vbi diſcernitur, appareatq; dolum interueniſſe, & non oſtenditur, præſumitur nullo modo interueniſſe, vt firmat Bar. per text. ibi *in l. ſi alterius, ſub nu.* 1. *ff. ſi minor ſe maiorem dixerit.*

OPINIO DCLXXVII.

SVMMARIA.

1 *Pupillus ſine tutoris authoritate intra* 14 *annum non poteſt contrahere ſocietatem, non ſolum expreſſe, ſed nec etiam tacite, niſi poſt finitam pupillarem ætatem ratificaret talem ſocietatem.*

2 *Pupillus non poteſt facere teſtamentum.*

3 *Pupillus, etiam miles teſtari non poteſt, etiamſi doli capax ſit, nu.* 5. *nec quidem ad pias cauſas, nu.* 6. *niſi de licentia principis, nu.* 7.

8 *Pupillus doli capax poteſt diſponere, in euentum mortis, donando de bonis ſuis ſub conditione (ſi deceſſerit in pupillari ætate) & talem diſpoſitionem confirmaret iuramento.*

9 *Pupillus aſtringitur religione iuramenti.*

10 *Pupillus non poteſt eſſe Notarius, nec Iudex. nu.* 11.

12 *Pupillus regulariter accuſare nequit, propter carentiam rationis, & intellectus. Eiusq; accuſatio eſt nulla, ſi contra eam excipiatur, nu.* 13. *Nec habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, nu.* 16.

14 *Minor* 25. *annis poteſt accuſare.*

15 *Pupillus poteſt accuſare in crimine læſæ Maieſtatis, adulterii, & fraudatæ annonæ.*

17 *Infans minor duorum, vel trium annorum, non poteſt cum authoritate tutoris, acquirere poſſeſſionem; quia cum omnino careat intellectu, non poteſt per tutorem ſuppleri; ſecus in infante quinq; vel ſex annorum, qui fari, & loqui poſſit, & hoc idem cõcluditur in furioſo.*

18 *Pupillus pubertati proximus, ſine tutoris authoritate poteſt apprehendere poſſeſſionem.*

PVPILLVS ſine tutoris authoritate, † infra 14. 1
annum non poteſt contrahere ſocietatem, vt habetur *in l.* 1. *C. pro ſocio,* & not. Capra. *conſ.* 17. *nu.* 3. quia quicquid agit ignorat. *l. fi. circa fin. ff. rem pupil. ſal. fore. l. fi. ff. de iur. & fact. ignor. & l.* 1. *ad fin. C. de falſ. mone.*

Digitized by Google

Et hoc habet locum non ſolum in ſocietate expreſſa, verum etiam in tacita, vt deducit Graue. *conſil.286.n.1.* Idq́; interpretatum non procedere, ſi pupillus poſt finitam ætatem pupillarem ratificaret talem ſocietatem: tunc enim validatur ſocietas iſta interueniente ratihabitione, ſecundum Bal. *in add.ad Bar. in tract. de duob. fratrib. ſimul habit.* quem ſequitur Alex. *con.49.col.2.& ſeq.vol.1.*& Grau. *in d.con.286.n.1.*

2 Amplia † primum hanc concluſionem ita declaratam, quod pupillus nō poſſit facere teſtamentum, *l. qua ætate. ff. de teſtam.* Imo nec pupillus miles poteſt 3 teſtari, † vt eſt text. mirabilis,& formalis, *in l. fin. C. de* 4 *teſtam. milit.* Per quem text. † determinauit eleganter, & docte Angel. *in l. ſi quæramus. ff. de teſt.* quod ſtatutum diſponens, quod pupillus poſſit facere teſtamentum, non valeat, per *d. l. ſi.* & eum ſequitur ibi 5 Imol. licet aliter dixerit Bart. & male. Et † malitia quo ad hoc non ſupplet ætatem: adeo vt pupillus etiam doli capax, non poſſit condere teſtamentum, *l. fin. C. de teſt. minor.* & ibi per Doct. & per Barbat. *in c. Raynutius. col. 28. de teſtam.*

6 Iſtudq́; procedit, † etiamſi pupillus vellet ad pias cauſas teſtari, vt per Bar. *in l.1. q.2. C. de ſacroſ. eccleſ.* Iaſ. *in l. reſcripta. C. de precib. imp. offeren. col. fi.* & Dec. poſt alios ibi congeſtos per eum, *in l. pupillum. n.5. ff. de reg. iur.* & hanc ait eſſe communem opinionem,& Abb. *in rubr. nu. 9. de teſt.* & Iul. Clar. cum cæteris ſignatis per eum, *in tract. de teſtam. q.5.* Cõis opin.

7 Sed hoc fallit, † quando pupillus doli capax ex Principis licentia, ſeu indulgentia faceret teſtamentum: quia Princeps pupillo doli capaci poteſt dare, ac concedere teſtamenti factionem, vt per Bar. *in l. ſi quæramus. ff. de teſt.* Alex. *in memorata l. ſi.* cum allegatis per Iaſ. *in d. l. reſcripta in fin.* Dec. *in d. l. pupill. circa fin.*

8 Fallit etiam † quando ſcunq; pupillus doli capax in euentum mortis donando, diſponeret de bonis ſuis ſub conditione, ſi ipſe deceſſerit in pupillari ætate,& ſimiliter confirmaret talem diſpoſitionem iuramento, tunc enim exploratum eſt, talem diſpoſitionem valere, vt per Bar. Alex. cæteroſq; Doct. *in l. qui iurasse. ff. de iureiur.* & Iaſ. poſt Bart. *in auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. vend.*& hęc eſt communis opinio,& ſcribit 9 Dec. *in d.l. pupillum.* Quæ cõis comprobatur rõne: † quoniã aſtringitur etiam talis impubes religione iuramenti *l. ſi. ff. de lib. cau. c. pa. uulis. 22. q. 5.* Abb. *conſ.108.* Barb. *in c. quia ingredientib. col.5. de teſt.* & Caſt. *con.23. li.1.* Cõis opin.

10 Ampliatur ſecundo loco, † quod pupillus quoq; non poſſit eſſe Notarius, ſecundum Bald. *in d.l. impuberem. in prin.* & Dec. *in l. item nupul. eres. n.9. de reg. iur.*

11 Ampliatur tertio, † quod impubes neq; iudex eſſe poſſit, *l. cum prætor. § non aũt. ff. de iud.* & not. M. ran. *in tract. iudiciorum in 6. par. n.98. fol.158.* & Dec. *in l. ſeruitute.§ impuberes. nu. 2. ff. de reg. iur.*

12 Ampliatur quarto, † quod pupillus regulariter quoq; accuſare non poſſit propter carentiã rationis, & intellectus, vt *l.1.& 2. ff. de accuſ.* not. Bar. *in l.2.§. pupillus. in pri. & in l. qui accuſare. n.4. de accuſ.* Ideo † accu- 13 ſatio facta à pupillo,& aliis pſonis inhabilib. eſt nulla, ſi excipiatur, vt per Bar. *in l.1.§ accuſationẽ ff. ad Tur.* Alex. *in l. ...§. fi. ff. de nou. ope nunc.* Aret. *in c.1. de iud.* vbi Abb. Imol.& Sali. *in l. clarum. C. de auth. præſ.*

14 Sed hoc fallit non habere locum in adulto, † & minori viginti annis: nam licet ſit minor 25. poteſt accuſare, vt voluit Bar. *in l. 2. ff. de accuſ.* cuius opinionem aſſerunt eſſe cõmunem, Abb.& Beroius *in c. 1. de accu. n.50. & ſeq.* vbi eam comprobant optimis rationibus. Cõis opin.

15 Fallit etiã † quod pupilli accuſatio non eſt prohibita in crimine læſæ Maieſt. adulterii, & defraudatæ annonæ, ſecundum Ang. *in tract. de mal. ſi. in verb. ad querelam Titii. nu. 19.*

Ampliatur quinto, † quod pupillus non hab legitimã perſonam ſtandi in iudicio, vt late per Abb. *in c. fin. col. 2. de conſ. ff.* 16

Ampliatur ſexto, † & vltimo loco, quod pupillus & infans, qui caret omni intellectu, vt quia ſit duorum, vel trium annorũ, non poſſit cum authoritate tutoris acquirere poſſeſſionẽ: nam furioſo æquiparatur, *l. 1. ff. de bon. poſſ. furioſ. infan. mut.* Et ratio eſt, quia, cum omnino careat intellectu, non poteſt per tutorem ſuppleri, *l. ſed etſi manente. ff. prec.* Idemq́; videtur concludendum in furioſo, qui nõ poteſt cum authoritate curatoris, ſed debet ipſe ſolus tutor, ſiue ſolus curator gerere, & acquirere poſſeſſionẽ. Si aũt ſit pupillus, qui non careat omnino intellectu, vt infans, vt quia ſit quinq; vel ſex annorũ, & per conſequens fari, & loqui poſſit, tunc bene poteſt acquirere poſſeſſionẽ cum tutoris authoritate: quia habet aliqualẽ intellectum, qui poteſt per tutorẽ ſuppleri, ita loquitur *l. quæuis. §. infans ff. de acq. poſſ.* & ad hoc bene facit, tex. *in § pupillus. Inſt. de inutil. ſtip.*& iſtud cõmunetenetur per Bar. Ang. Imo. Rom. Caſt.& Moder. *in l.1. ff. de acquir. poſſ.*& ita etiam tenet Caſt. *in l. pupillus,* per Gloſ. ibi. *ff. de acq. hæred.* & Iaſ. atteſtatur de communi, *in l.1. §.1 nu.17. ff. de acq. poſſ.* Sed aduerte, † quod pupillus pubertati proximus ſine tutore capere, apprehendereq; poſſeſſionem poteſt, quando eſſet perfecti intellectus. *l.1 §. adipiſcimur,*& ibi Bart.& reliqui omnes. *ff. de acq. poſſ.*& Card. Puteus, *deciſ. 18. de reſtit. ſpoliat.* 17 Cõis opin. 18

OPINIO DCLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Præceptum iudicis cum clauſula, ſi ſenſeris te grauatum, habet vim ſimplicis citationis, & n. 4. ſi citatus compareat, habet vim præcepti, nu. 2.*

3 *Præceptum de ſoluendo, vel de cõparendo, ſi ſenſeris te grauatum, non arctat ad ſoluendum. ſi citatus cõpareat.*

5 *Præceptum cum clauſula; ſi ſenſeris te grauatum, reſoluitur in ſimplicem citationem, ſi citatus tunc poſſidebat; & non obſtante iudicis inhibitione, poteſt perſeuerare in poſſeſſione, & non cenſetur innouare, nec ſpoliare, nec turbare, nec facere de facto: ſecus ſi non poſſidebat, citatus etiam tunc non comparens mulctatur, nu. 6.*

7 *Pœna ſpreti mandati, ſeu mulcta in Regno, taxatur ad vnum tarenum, vel duos pro qualibet vncia.*

8 *Pœna ſpreti mandati, ſeu mulcta in cauſis ciuilibus, non incurritur, inſtante procuratore fiſcali. cui applicatur; ſed ſolummodo inſtante parte.*

9 *Præceptum expeditum ſine cauſæ cognitione, & ſine clauſula iuſtificatoria, eſt ipſo iure nullum.*

10 *Præceptum iudicis ex abrupto, & ex cauſa non cognita factum, non valet, & nunquam tranſit in rem iudicatam. Ideo ab eo appellari poteſt, etiam poſt decendium. n.11. Quod procedit in contentioſis, non in voluntariis.*

12 *Mandatum factum cauſa cognita, habet vim ſententiæ, & reuocari non poteſt.*

13 *Præceptum factum confeſſo in cauſis ciuilib. reuocari non poteſt. Et dicitur executio, non ſententia, n.14. niſi libellus & litis conteſtatio præceſſiſſet, tunc enim eſſet decretum interlocutorium vim definitiuæ habens, n.17.*

16 *Præceptum factum confeſſo ante cauſæ cognitionem, & ſic ante litem conteſtatam, habet vim interlocutoriæ, non diffinitiuæ.*

18 *Præceptum iudicis fertur contra confeſſum vere, ſeu ficte.*

19 *Confeſſus ficte dicitur, qui contumax eſt in reſpondendo poſitionibus.*

20 Con-

20 *Contumax dicitur etiam ille, qui contumax eſt in iurando.*

21 *Præceptum non exigitur, ſed ſententia declaratoria in confeſſum ficta.*

22 *Contumax in reſpondendo poſitionibus, & in iurando, non dicitur ipſo iure confeſſus: ita vt habeatur pro confeſſo ipſo iure.*

23 *Præceptum de diſcombrando, de iure fieri poteſt.*

24 *Præceptum de diſcombrando, executio, & non ſententia diffinitiua dicitur.*

25 *Appellari non poteſt à ſententia diſcombrationis, & extractionis: cum ea executionem paratam habeat.*

26 *Appellari non poteſt à præcepto, ſeu ſententia de ſoluendo penſionem, & oſſilum locatori, nec præceptum ſimiliter factum de ſoluendo penſionem reuocari poteſt.*

1 PRÆCEPTVM iudicis cum clauſula, † *Si ſenſeris te grauatum, compareas, &c.* habet ex ſui natura vim ſimplicis citationis. ita Gloſſ. *in c. ex parte de rob. ſigni. l. de pupillo. §. meminiſſe. & l. non ſolum. §. ſed vt probari. in fin.* & ibi Bar. *col. 1.* Imol. & omnes alii. *ff. de oper. non. nunc.* Card. *in Clem. 2. q. 23. de iud. & in c. 1. de reſt. ſpol.* Bal. *in l. 2. C. de ſeru. & in l. actione. col. 2. C. de tranſact.* Bar. *in 2. not.* & cæteri omnes *in l. 1. C. de execut. rei iud.* vide etiam And. Gail. *lib. 1 pract. obſ. imperial. Cam. obſ. 13. &*
2 *14.* Quod † quippe abſq; ſcrupulo aliquo procederet, ſi mandatum hoc fieret comparenti, alias haberet vim præcepti, ſecundum Bal. *in rub. C. comminationes, vel epiſtol. col. 1. & in l. peremptorium. ff. re iud.*

3 Et ideo præceptũ hoc de ſoluendo, † vel de comparendo, ſi ſenſerit ſe grauatum, non arctat ad ſoluendum vllo modo, ſi citatus compareat, ita Angel. Aret. *in § curare inſtit. de act. n. 9.* Bal. *in l. ea. C. ſi mancip. ita fu. alt. & in c. 1. in tit. de milit. vaſal. qui conten. eſt.* Paul. Caſtr. *conſ. 183. in cauſa, quæ vertitur coram domino vica-*
4 *rio. vol. 1.* Franc. Aret. *in l. actione. C. de teſtam.* & Lapo. *in c. tuanos. col. 3 de cohabitat. cler. & mulier.* Vnde † præceptum, factum cum clauſula, ſi ſenſerit ſe grauatum, compareat, reſoluitur per comparitionem in ſimplicem citationem, vt concedunt Bar. & alii omnes *in d. l. de pupillo. § meminiſſe. ff. de oper. non. nunc.* Ang *in l. 1. C. de exec. rei iud.* & Ripa *in d. §. meminiſſe*, vbi referunt hanc eſſe communem opinionem. Et Matth. Brun. *conſ. 167. præſupponitur in facto. nu. 1. vol. 2.* & Ant. Cinſiut *conſil. 115. multum reuerende pater. nu. 1.* vbi hanc
5 ait eſſe magis communem. Et † nunc ſtante nullitate ipſius mandati, de facto relaxati, ſi citatus poſſideat, non obſtante iudicis inhibitione, poteſt perſeuerare in ſua poſſeſſione, nec ob hoc cenſetur innouare, nec ſpoliare, nec turbare, nec denique facere de facto, ſecundum Dec. *conſil. 460. viſo nu. 10.* & Io: Bapt. Plotum *in l. ſi quando. nu. 105. C. vnde vi.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Verum parte non comparente, præceptum hoc firmum manet, ſecundum communem omnium ſententiam, relatam per Ant. Cinſ. *in alleg. conſ. 115. ſub nu. 1. & ſeq.*

Com. opin.

6 Sed ſi præceptum iuſtum ſit, † puta quia citatus non poſſidebat, & tunc per comparitionem præceptum hoc nullatenus reſoluitur in ſimplicem citationem; verum citatus inobediens, etiamſi comparear, mulctatur, *l. 1.* & ibi omnes Scrib. *ff. ſi quis iuſd. non obtemp. & d. l. de pupillo. §. meminiſſe*, & ibi Caſtren. & Rip. *n. 25* & Io. Bapt. Plot. *in d. l. ſi quando, ſub n. 105.*

7 Sed † tamen in Regno pœna ſpreti mandati taxatur, eſticiturq; ad vnum tarenum, vel duos tarenos pro qualibet vncia, vt meminit Paris de Put. *in tract. ſyndicatus, in verſ. an poteſtas*, & Gramm. *conſil. ciuil. 73. ſuper dubio pridie tranſmiſſo, ſub num. 1.* Et ego in practica in Regno per viginti annos ſemper vidi pœnam illam ſpreti mandati taxatam ad rationem vnius tareni pro vncia.

Hincque aducitur vtiliter, † quod mulcta ipſa nul- 8
latenus incurratur ad nutum, inſtantiamque procuratoris Curiæ, niſi inſtante parte. Vnde mulcta hæc nunquam fiſco acquiritur, niſi actoris interſit. *l. 2. & ibi Glo. & omnes alii. ff. ſi quis in ius voca. non iuit.* & And. de Iſern. Lallus de Tuſcia, *n. 19.* Afflic. *ſub n. 30.* & cæteri omnes Regnicolæ, *in conſt. In pecuniar. li. 2. rub. 92.*

Cęterum ſi præceptum emanatum, † relaxatumque ſit ſine cauſæ cognitione, vel abſque clauſula iuſtificatoria, foret indubitanter, ipſo iure nullum: vt plane probatur *in l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de offic. procon.* ſecundum intellectum Iac. de Aren. qui communis eſt, cui accedunt Bar. & alii omnes, vt ample ibi refert Iaſ. *col. 3.* & ſequitur etiam Caſtren. *conſ. 32. viſis aliis, & actitatis in captura Thomaſii. num. 2. vol. 1.* Idemque probatur etiam *in l. 1. C. de exec. rei iud.* vbi not. Bar. Bal. Salic. & cæteri omnes concorditer, allegantes hanc rationem huius communis in effectus. Vide Ant. Gail. *lib. 1. obſer. 13.* Quod † præceptum iudicis ex abrupto, & ex cauſa non cognita factum, non teneat neq; valeat, nec vllo vnquam tempore tranſit in rem iudicatam, ita Innoc. *in c. cum venifſent. col. 3. de reſtit. in integ.* Quod de plano quidem procederet, ſecundum eum ibi, in contentioſis, non autem in voluntariis, & ſequitur Bal. *in Marg. in ver. Mandatum. verſ. 11.* Et hinc eſt, † quod poſt decem dies, conceſſos ad appellandum, ab huiuſmodi mandato appellari poſſit, vt firmarunt omnes Doct. & præſertim Phi. *in c. ceſſante, de appell.* ſecus vero ſi mandatum fuiſſet relaxatum cauſa cognita: tunc enim tranſactis decem diebus, tranſiret vtique in rem iudicatam, & ei teneretur indubitanter, & omni prorſus exceptione remota, parere citatus: vt conſuluit Caſtr. *in d. conſ. 183. vol. 1.*

Com. opin. 9 10 11

Sed † omnia præmiſſa explanata coarctantur primo non ſortiri locum, cum mandatum factum fuit cauſa cognita: tunc enim illud habet indubitanter vim ſententiæ, ſecundum Spec. *de act. & petit. § 5 exordiente, Pentecomb. verſ. Cæterum, in fin.* Et ideo mirum non eſt, quod mandatum, relaxatum cauſa cognita, non reuocetur vllo modo, prout ita vidi ſemper obſeruari, & practicari. Limita etiam per relata Marſil. *ſing. 30.* & Par. d. de Puteo, *in tract. de ſyndic. tag. ...ſuper. fol. 211.* & Rip. *in l. 1. de pupillo. §. meminiſſe. col. antepen. ff. de noui oper. nunc.* 12

Secundo † etiam claudicant præmemorata omnia, quod præceptum de ſoluendo, factum debitori confitenti debitum, reuocari non poſſit: vt concludit Bar. *in l. ſi plures. ff. de accuſ.* Et hoc † præceptum, factum confeſſo, dicitur executio, non autem ſententia. Bar. *in l. 1. de confeſſ.* & Ant. de But. *in c. fin. col. 4. de confeſſ.* Quia † videlicet præceptum requiritur in confeſſum, non autem ſententia, quæ ferri debet partibus litigantibus. Bal. *in auth. hoc amplius. col. 1. C. de fideicom.* 13 14 15

Et hinc eſt, † quod ſi præceptum factum confeſſo 16
fieret ante cauſæ cognitionem, & conſequenter ante litem conteſtatam, haberet tunc vim interlocutoriæ, & non diffinitiuæ, vt voluit Alex. *conſ. 50. & conſ. 134. ſuper præmiſſo dubio. n. 2 & ſeq. vol. 7.* & hoc firmant etiam Glo. *in §. illud in ver. Decreto. col. 1 auth. de hæred. & Falcid.* Abb. *in rub. de re iud. col. fin.* Feli. *in c. querenti, nu. 7. & 9. de off. deleg.* & Ang. *in l. certum. § fin. ff. de confeſſ.* Vbi determinat, † præceptum hoc non eſſe ſententiam, cum emanauit, libello non præcedente, ſed quando libellus, & litis conteſtatio præcederet præceptum, tunc iſtud præceptum eſſet ſententia interlocuto- 17

locutoria, habens vim ſententiæ diffinitiuæ: vt efficax teſtimonium eſt Angeli, *in d. §. illud.* Bal. *in l. ii. qui. col. 2. C. de appellat.* Ant. de But. Abb. & alii *in rub. de re iud.* & Feli. *in d. c. quærenti circa fin.*

18 Attamen aduerte, † quod licet contra confeſſum in cauſa ciuili non feratur ſententia, ſed præceptum: nihilominus tamẽ huc intelligitur ſane, & cum grano ſalis, de confeſſo vere, & non ficte. Fictus † enim

19 confeſſus ille dicitur, qui cuntumax eſt in reſpon-

20 dendo poſitionib. *c. 2. de confeſſ. in 6.* Dicitur † etiam contumax ille, qui contumax eſt in iurando, ſecundum Bar. *in l. manifeſte. ff. de iureiur. in fin.* Vnde in me-

21 moratis † confeſſionibus non ſufficeret præceptum, ſed exigeretur neceſſario ſententia declaratoria, vt per Bart. *in l. ſiue, qui delatorem. ff. de iure fiſci. & in d. l. manifeſte. in fi.* & Feli. *in d. c. quærenti. nu. 8.* Et de hoc mi-

22 randum non eſt, † quoniam contumax in reſpondendo poſitionibus, & in iurando, non dicitur ipſo iure confeſſus, ita vt habeatur pro confeſſo ipſo iure, vt per Bar. *in d. l. manifeſte. in fin.* Bal. *in l. 1. C. de confeſſ. colum. 21.* & Angel. *in l. tranſigere, col. fin. C. de tranſact.*

23 Poſtremo † explanauimus etiam prædicta non obtinere locum, in præcepto de diſcombrãdo, quod de iure certe fieri poteſt, vt firmauit Bart. *in l. ſicut. §. ſupervacuam col. 2. verſ. redeo ad ordinem ff. quib. mod. pig. ſol. uat.* & Io. de Plat. *in l. non cogendum §. ſi procuratori. ff. de*

24 *procur.* Et id mandatum, † cum executio, & non ſententia diffinitiua dicatur, ſecundum Glo. *in l. fin. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib.* Bart. *in l. 1. & in l. non fatetur. de confeſſ. & in l. error. de iur. & facti ignora.* & Alex. *conſ. 10.*

25 *col. 2. vol. 2.* concludendum eſt, † non poſſe reuocari. Nam à ſententia diſcumbrationis, ſeu effractiunis appellari non poteſt: cum ea executionem paratam habeat, vt voluit Bar. *in l. 1. ff. de feriis.* Alex. Iaſ. & alii, *in l. 1. ff. ſol. matr.* & Gram. *deciſ. 58. Magnifica Margarita nu. 15.*

26 Idem præceptum de ſoluendo penſionem, † & affictum domus, fundi, vel alterius rei ſimilis, reuocari etiam non poteſt; cum decretum de ſoluendo penſionem locatori, habeat executionem paratam, text. eſt aureus *in l. Præſes prouinciæ. ff. de locat. & conduct.* vbi iudex ea quæ ex locatione debentur, ſine mora debet executioni mandare. Et ita fuit iudicatum in Sacro Concilio, in facti contingentia Magnifici Fabii Viuii, fratris mei anno 1561. patrocinante pro eo Excellenti D. Nicolao Interuerio, tunc me meo, in cauſa vertente, tunc inter ipſum Fabium, & Ioannem Vincentium de Colage, de Caſtro Pizoli Comitatus

27 Aquilæ. Licet † autem ſentẽtia iſta poſſit executioni demandari, ad fauorem locatoris, tamen ad inſtantiam conductoris non poteſt huiuſmodi ſententia, pro locatore lata, executioni mãdari, vt per Puteum affabre *deciſ. 12. arrendauerat Angelus, nu. 16. & ſeq. lib. 1.*

28 Similiter † etiam nec debitor ad decimas condemnatus, appellare poteſt, ſecundum Federic. de Senis, *con. 81.* & Canoniſtas vniuerſaliter omnes *in c. tua. il 2. de decimis.* & potiſſimum quoad effectum ſuſpenſiuum, non autem deuolutiuum, vt per Rebuf. *in tra. de decimis, q. 15. nu. 21.* & ita iudicauit etiam Regia Audientia Apuliæ ſuperiorib. annis, vt explicauimus *in deciſ. noſtra 73. Appellare non poteſt, n. 1. cum aliis ſeq. lib. 1.*

OPINIO DCLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Raptor honeſtæ mulieris qua pœna teneatur, & an in fragranti crimine deprehenſus à coniunctis occidi poſſit.*

2 *Meretricem rapiens non punitur pœna capitis de iure: quia leges abhorrent vitam inhoneſtam mulierum.*

3 *Meretrix quæ dicatur, & nu. 4.*

5 *Meretrix ab honeſt[...] a. & in lupanari relegan[d]a.*

6 *Meretrices comp[...] ad [...]endum aliq[uod] ſi[...]gnũ, vel peculiare [...] in [...] ab aliis honeſtis mulieribus d[iſcern]...*

7 *Virginem [...] m[...] habitu incedentem rapiens, non tenetur pœna l. 1. C. de rapt. virg. ſed extraordinaria [...]*

8 *Meretrici an [...]ſit dari curator, ac bonis interdici. & auferri teſtamenti factio.*

9 *Meretricibus vim inferentibus contra earum voluntatem in Regno Neapolitano pœna vltimi ſupplicii imponitur, & quando id locum habeat, nu. 1[0].*

11 *M[atrimonium] inter raptam, & raptorem an iſſe p[oſſi]t, & quæ ſit pœna raptorum earumq; [...] de iure canonico, & an rapt. raptam dotare teneatur.*

RAPTOR † mulieris honeſtæ punitur pœna capitali: & in fragranti crimine deprehenſus poteſt à coniunctis perſonis impune occidi. *l. 1. C. de rapt. virg. & conſt. Regni capitalem pœnam.* & not. Sõe Ant. *in ſua Summa* [...] *par.* [...] *de raptu col. 2. ſub verſ. De pœna raptoru.* & Io. No[uell.] poſt alios complures, ſignatos per eum, *in d. ſ[um]ma in rub.* 1. a 3. & profuſius Nen. *in Sylua nuptiali, lib. 4. n. 46.* vbi ampliat in duob. caſibus. Et hoc procedit quando raptor carnaliter cognouiſſet mulierem raptam, vel rapuiſſet libidinis cauſa, ſecundũ Dec. *con. 254. n. 8.* Marſil. *in d. l. 1. n. 245.* & h[æ]c eſt magis cõmunis opin. teſte Boer. *deciſ. 306. n. 4.* & Mod. *in alleg. l. 1.* & licet de ea dubitet Neuiza. *vbi ſupra*, tamen ab ea, tanquam tutiſſima, veriſſima, & magis communi, in deciſiuis noliſ diſcedere.

Sed † prædicta non habent locum in meretrice 2 rapta: tunc enim non habet locum dicta pœna capitis, ſecundum Doct. *in l. raptores. C. de epiſ. & cler. & in d. l. 1. S.* Ant. *in d. c.* [...] *col. 1. verſ. Illa autem quæ non ſunt deſponſatæ alii,* & Neui. *in loco præal.* vbi alias limitationes refert; quia leges abhorrent vitam inhoneſtam mulierum.

Et quæ ſit meretrix, † vide Alex. late declaran- 3 tem, *conſ. 99. viſa inquiſit. col. 1. Arram lib. 6.* vbi ait, eam eſſe meretricem, quæ licet non proſtituat ſe publice in lupanari; tamen alibi, & in quacunq; domo pudori ſuo non parcit, & quemcunque quæſtus cauſa admittit. Et illa quoq; dicitur meretrix, † quæ duos, & 4 non plures ad coitum quæſtus cauſa admiſit, ſecundum Abb. & Præpoſ. *in c. inter opera de ſponſ.* Io. Lupi *in rub. de donat. inter vir. & vxor. § 40 & in l. 62* Ta[...] Arg. *conſ.* [...] *o. in cauſ. prædi. eſt hoc ordine procedendum. col. 1. verſ. Sic nec dicitur publ. meretrix* & Abb. *in c. cum decorem de vita, & honeſt. cleri. per text. in l. palam ff. de rit. nupt.* Et in hoc hallucinari teor Affl[i]ct. [...] Lucam de P[enn]a *in conſtit. Neap. tit. 43. rub. 5.* dicentem, eam mere[tricem] eſſe, quæ quæſtus cauſa vnum tantum ad coitum admiſit, & pariter ex hoc à vicinia expellend[am] eſſe, per tex. *in l. mariti. § qui quæſtum. ff. de adult.* Paul. C[a]ſt. *in l. nullum. C. de ſumm. trin. & fid. cat.* per tot. *in § fin. Auth. de lenon.* Et Dec. *ad l. ſemper in contractib. poſt num. 3. ff. de reg. iur.*

Eſt bene verum, † quod ipſ[a] meretrix eſt expel- 5 lenda, & in lupanari relegãda, vt firmat Lucas de Penna, *in l. ſi qua. col. 2. C. de ſ[pe]ctac. [...]* Plateo *per tex. ibi, in l. cum ſupra. C. de re milit. an.* Bal. *in l. 2. in fi. C. de iud. emph.* Paul. Caſt. *in l. nullus C. de ſum. Trin.* & Afflict. *in d. rub. ſeu tit. 43.*

Meretrices † etiam compelli poſſunt portare ali- 6 quod ſignum, vel certum hab[i]tum, vt [ab aliis di]ſcernantur ratione honeſtatis, ita Bal. per [...] *in l. minime. C. de epiſcop. audien.* Dec. *in d. l. ſemper in contractibus, nam. 4.* & Card. Albanus *in* [...]

aibus

nibus ad Bartolum in leg. idem ſi, §. ſed quod meretrici num. ſeptim. ff. de cond. ob turp. cauſ. tunc enim meretrix per huius generis ſigna cognoſcitur vt per Bal. *in l. neque natales. C. de probat.* & per Boſſium *in ſua pract. tit. de raptu mulierũ, num. 11.*

7 Vnde † virginem incedentem in habitu meretricali, rapiens non teneretur pœna *l. 1. C. de raptu virginum*, ſed pœna extraordinaria iniuriarum, vt per Boniſa. de vital. *in tract. de maleficiis, in tit. de raptor.*

8 Quin † & meretrici poteſt donari curator, ac bonis interdici, quia prodiga eſt ſui honoris, & famæ, & multo magis bonorum, *l. & mulieri quæ luxurioſè viuit ff. de curat. furio. vel al. extra miſ. dand.* vbi Gloſſ. & alii Doctores vniuerſaliter omnes, Pinellus *in l. 4. num. 24. C. de bonis matern.* vbi annectit quoque hanc eſſe communem opinionem, & communem intellectum illius *l. & mulieri quæ luxurioſè viuit*, & Franciſcus de Caldas cum longo, ordinatiſſimoque apparatu more ſuo, *in l. ſi curatorem, in verb. cum non abſimilis, nu. 12. & ſequent. C. de in integrum reſtit.* imo ex doctrina variorum Doctorum planum quoque facit etiam eo in loco, meretrici tunc auferri teſtamenti factionem ne de bonis ſuis poſſit diſponere & conſequenter bona ſua ad ſuccedentes ab inteſtato deueniant, deuenireque poſſint. Sed animaduerte textum *in d. l. & mulieri*, intelligendum eſſe de muliere habente bona ante cœptam, inchoatamque vitam inhoneſtam, luxurioſam, turpem, vt videlicet tunc ſi meretrix ei euadat bonis iſtis interdici poſſit, non autem aliis bonis ex arte meretricia, lege permittente acquiſitis, vt explicat, atque conſiderat Card. Albanus *in lucubrat. ad Bar. in l. idem ſi, §. ſed quod meretrici ſub num. 3. ff. de condit. ob turp. cauſ.*

Com. opin.

9 Sed † vtè ſemita in viam redeamus, concludendum eſt, quod in regno Neapolitan. *per conſtit. Omnes noſtri regiminis*, vim inferentibus meretricibus contra earum voluntatem cauſa libidinis, pœna vltimi ſupplicii imponitur, dummodo ſint conuicti & confeſſi & meretrices intra dies octo clamorem emiſerint de violentia; aliàs eis non cenſetur illata, niſi probetur, quod per illos octo dies fuerint detentæ.

10 Et † licet meretricibus vim inferentibus in regno contra earum voluntatem cauſa libidinis, pœna vltimi ſupplicii imponatur: nihilominus conſtitutio hæc intelligi debet cum grano ſalis, de vi, & violentia illata cum omnibus ſuis circumſtantiis, vt per Doctor. eo in loco. Eſt tamen bene verum, quod de iure communi apponens ſcalas ad muros, vel ad feneſtras meretricis, non debet puniri pœna capitali, ita Bar. *in leg. final. ff. de rerum diuiſione, in vltimis verbis*, Cotta *in memorab. in ver. meretrix poſt medium*, & Gabriel. Salaynæ *in addit. ad Mathaſil. in ſing. 101. prope finem.*

11 Aduertendum † quoque eſt quod de iure ciuili & regio, rapta ſuo raptori nubere nequeat; & ſic inter eos matrimonium eſſe non poteſt *l. 1. §. nec ſi ſacul. C. de rapt. virg. & d. conſtitut. Capitalem pœnam.* De iure vero canonico, rapta cum raptore contrahere poteſt, ſi prius diſſenſus tranſeat in conſenſum, *c. accedens extra de rapt. c. 1. extra de adult. c. raptus, & c. placuit quæ ſunt contra* & notat, & apertius, vtiliusq; hoc explicat S. Anton. *in d. c. 7. colum. 1. verſ. Illa autem quæ non ſunt diſpenſata aliis.* Et hoc approbat quoque Concil. Trident *ſeſſ. 24. c. 6.* decernit Sancta Synodus, dummodo à rapta raptore ſeparata ſit, & conſtituta in loco tuto, liberoque, & nihilominus ſecuto matrimonio in huiuſmodi caſu eadem conſtitutione, dicti Concilii Tridentini raptor omneſque fautores ipſius auxiliatores, conſultoreſque ſunt ipſo iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & tenetur raptor raptam, ſiue in vxorem duxerit, ſiue non, iudicis arbitrio, dotare.

OPINIO DCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio actus abſente parte fieri poteſt, & abſenti prodeſt & ex huiuſmodi ratificatione ratificans obligatur.*

2 *Filius præteritus ſi approbet teſtamentum, in quo præteritus fuit, prodeſt id hæredi inſtituto etiam abſenti.*

RATIFICATIO † actus fieri poteſt abſente 1 parte, & abſenti prodeſt; quia pendet duntaxat à voluntate ratificantis: licet ex huiuſmodi ratificatione ratificans obligetur, quæ certè præſentia partis hic non requiritur aliquo modo, ſecundum Cyn. *in l. in fraudem in fine C. ne quis in fraud* per eandemque opinionem tenet & ſequitur Bar. *in leg. Pomponius. num. 1. ff. de neg. geſt. & in leg. quo enim in fin. ff. rem ratam hab.* Alexand. *conſ. 126. in fin. volum. 5.* Dec. *in conſ. 381. colum. 1 & conſil. 197. colum. 2. & in l. ſemper qui non prohibet, num 10. ff. de regul. iur.* Ioan. de Ana. *conſ. 85. col. 2.* & iſta eſt communis opinio, prout ſcribit Grauet. *in tractat. de antiquit. tempor. in 1. part. num. 123. in verb. Abſenti.*

Et circa † hoc poſſet in medium proferri exem- 2 plum è hæreditate communi conſonum, videlicet in approbatione teſtamenti facta per filium præteritum, quæ abſque dubio aliquo prodeſt hæredi inſtituto, etiam abſenti. ſiquidem actus approbationis, vt ſupra diximus, dependent à ſola voluntate approbantis. & exemplum hoc refert Ang. *in §. ſi vero expreſſim colum. 4. in authent. de hered. & Falcid.* & duo alia exempla ſimilia, ac mentionatæ communi concernentia recenſuit Bart. *in d. l. Pomponius num. 1.*

OPINIO DCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio, quæ fit eo tempore quo actus nihil operatur propter lapſum temporis, an valeat.*

RATIFICATIO † quæ fit eo tempore quo actus 1 nihil operatur propter lapſum temporis, non valet: quia inuenit obſtaculum in medio, quod impedit ne tempora ſeu extrema coniungantur, ſecundum doctrinam Bald. *in leg. finali Cod. ad Macedon.* communiter approbatam ibi à Doctor. & ab Alex. cum cæteris citatis per eum *in l. 1. C. qui admit.* & à Gomeſio *in reg. cancellaria ſuper regul. de annali poſſeſſore quæſt. 46. in princ.* vbi meminit de iſta communi ſententia: & ſic ratificatio ipſa debet fieri tempore habili, ad hoc vt valeat, vt per Doctores præcitatos.

Com. opin.

OPINIO DCLXXXII.

SVMMARIA.

1 *Reconuentioni non eſt locus quoad effectum ſimultanei proceſſus, cum vna cauſa eſt ſummaria, altera vero plenaria. & num. 7.*

2 *Reconuentio quoad effectum ſimultanei proceſſus fieri debet ante litem conteſtatam, & tunc dicitur vera reconuentio, & pari paſſu procedit cum conuentione eademque ſententia terminatur, ſed quoad effectum prorogationis iudicii, poteſt fieri reconuentio vſque ad ſententiam.*

3 *Reconuentio in quibus cauſis, & rebus fieri non poſſit remiſſiuè.*

4 *Iudicium poſſeſſorium habet priuilegium ſuſpenſiuum petitorii.*

5 *Spoliatum agens poſſeſſorio non poteſt reconueniri à conuento, nec criminaliter, nec ciuiliter, niſi prius reſtituatur. De alia ſpoliatione autem reconueniri poteſt.*

6 *Poſſeſſorium recuperandæ tam in cognoſcendo, quam terminando procedere debet, & poſſeſſorium retinendæ, & excludit etiam alia poſſeſſoria. num. 7.*

8 *Agens poſſeſſorio, ſi paſſus ſit aduerſarium allegare, & probare ſuper petitorio, an per hoc videatur renunciaſſe [illegible] priuilegio [illegible], & pronunciatur etiam ſuper petitorio.*

9 *Terminus in poſſeſſorio recuperandæ ad reconueniendum ſine [illegible] nullitatis [illegible] nequit. [illegible] ratio num. [illegible] iudex [illegible] partium allegatione, petitionem [illegible], [illegible] reconuentionem retinere poteſt num. 12.*

13 *Circuitus in iudiciis [illegible] vitandi.*

14 *Conſenſus an ab actore [illegible] modari poſſit, vt ſuper petitorio & poſſeſſorio ſimul procedi poſſit. Et an ſolus conſenſus ſuper probatione præſtitus ſufficiat, vt excludatur ſuſpenſio petitorii [illegible] neceſſaria ſit concluſio [illegible].*

16 *Petitorium poteſt [illegible] in quacunque inſtantia ante concluſionem [illegible].*

17 *Laicus reconuentus [illegible] clerico coram Iudice Eccleſiaſtico poteſt opponere [illegible] reconuentionem non eſſe admittendam: quia laicus coram Iudice Laico, etiam à clerico conueniri debet.*

18 *Laicus an hoc caſu iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici prorogare poſſit, in præiudicium Iudicis laici. Et an Iudex Eccleſiaſticus petita remiſſione cauſæ, eam remittere queat.*

19 *Clerico conuenienti ſecularem coram Iudice ſeculari in cauſa ſpolii, & violentiæ, [illegible] an ſi bona ſint patrimonialia, ſi petatur remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticum an ea concedenda ſit, [illegible] procedat in Vaſallo burgenſi, & quando [illegible] cuius [illegible] delicto.*

1 RECONVENTIONI † non eſt locus quo ad effectum ſimultanei proceſſus quādo vna cauſa eſt ſummaria, altera vero plenaria; vt per Innocent. & communiter Canoniſtas omnes *in c. 1. de mut. pet.* & Legiſtas *in authent. & conſequenter C. de ſenten.* Ang. *in l. ſed & ſi a §. non [illegible] ff. de procur.* Marant. *in tract. iudiciorum in 4. par. prima quæſt. princ. iudiciorum, 6. diſtinction. num. 28. & ſequent.* in quibus locis plerique Scribent. admouent hanc eſſe communem opinionem Doctor. vtriuſque cenſuræ.

Com. opin.

2 Et † aduerte, quod quoad effectum ſimultanei proceſſus reconuentio fieri debeat ante litem conteſtatam; & tunc dicitur vera reconuentio, & pari paſſu procedit cum ipſa conuentione ſecundum mentionatos Doctores & Marant. *vbi ſupra ſub nu. 5.* vbi admittit eam eſſe communem opinionem [illegible] cus autem quo ad effectum prorogationis iudicii: quia vſque ad ſententiam fieri poteſt reconuentio coram eo, *c. dispendioſa §. item quoque,* & ibi Ioan. Andr. *de reſcript. lib. 6. & in d. c. 1.* & Alciat. *in ſua pract. vtriuſque iuris, in tit. quando ſit reconuentio facienda.*

Com. opin.

3 Alios † vero caſus, in quibus reconuentio locum non habeat, diſcurrit, & ad ſatietatem vſque diſcutit Marant. *in d. tract. iudic. in 4. part. princ. in 1. q. in 6. diſtin. num. 11. cum aliis ſeq.* & Alciat. *in d. ſua pract. in tit. in quibus cauſis vel rebus non poſſit fieri reconuentio.*

Et ne manca imperfectaque in præſentiarum ſit hæc materia cum ſit quotidiana, & quotidiana ſint plenius pertractanda, *l. legatis ff. de lib. leg.* rationabiliter animaduertendum eſt, † quod iudicium poſſeſſorium habet [illegible] priuilegium ſuſpenſiuum petitorii, ſecundum [illegible] *in c. paſtoralis [illegible] 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in capit. ex conqueſtione, colum. tert. de reſtit.*

4

ſpoliat. & Gloſſa *in clement. de cauſa poſſ. & propriet.*

Et † ſic ſpoliatus agens poſſeſſorio, non poteſt vl[illegible]lateinus reconueniri à conuento, nec criminaliter, nec ciuiliter, niſi de facto reſtituatus, *c. fin. de ordin. cognit.* poteſt autem ſpoliatus reconueniri vno duntaxat caſu, videlicet ſi reconueniretur de alia ſpoliatione, & conſequenter de altera cauſa æquè priuilegiata, & per eatum eo in loco. 5

Taliter † quod poſſeſſorium recuperandæ, tam in cognoſcendo, quam in terminando præcedere debeat, *c. cum [illegible] cum quis. de reſtit. ſpoliat. & l. ſi de vi ff. de vi & vi arm.* & eſt textus expreſſus etiam in *l. [illegible] § [illegible] igitur non conſequenter, & ibi Gloſſ. ff. [illegible]* quod poſſeſſorium recuperandæ etiam præcedat poſſeſſorium retinendæ. 6

Intantum † communis, concorſque eſt [illegible] in iure ſcribentium opinio, quod cum vna cauſa eſt ſummaria, altera vero plenaria non ſit locus reconuentioni quoad effectum ſimultanei proceſſus [illegible] Canoniſtæ vnanimi voto omnes *in c. 1. de mut. petit.* & Legiſtæ *in auth. & conſequenter, C. de ſenten.* & itam eſſe vtriuſque claſſis Doctorum communem ſententiam teſtatur Iaffredus Lanfrancus *deciſ. 27 quando vna cauſa eſt ſummaria,* & Quint. Mandoſ. *in add. ad Lapum, in allegat. 3. in litera b.* [illegible] d armus quoque ſupra, *in princ.* ita & hoc remedium recuperandæ, [illegible] tangendo centrum Præſentis ſpeculationis, excludat omnia remedia faciatque ſilere, etiam alia poſſeſſoria. 7

Com. opin.

Nec † obſtat, quod agēs poſſeſſorio paſſus [illegible] iam ſit aduerſarium allegare, probationesque facere ſuper ſuo petitorio inſtituto cum videatur tunc renunciaſſe ſuo priuilegio, & aſſentiri quod pronunciatur etiam debeat ſuper petitorio, nam reſpondetur in terminis per Auguſtin. Beroum *in c. in præſentia, nu. 47. de probationib.* quod cum agens poſſe ſuo iure recuperandæ paſſus ſit procedi etiam ſuper petitorio & ſuper illo ſolo plenè probatum ſit, & iudicatum, hoc poſſet inducere præiudicium [illegible] quin pronunciandum veniret ſuper mero poſſeſſorio, & hoc per textum expreſſum *in c. 1. de reſtit. ſpoliat.* 8

Imo † vltra reſponſionem hanc [illegible] tam per Beroum *in d. c. in præſentia, num. [illegible]* ad tollendum, remouendumque huiuſmodi obſtaculum, in medium etiam affero aliquas alias vrgentes reſponſiones. prima itaque reſponſio eſt hæc quod non ſufficiat conſenſus tacitus actoris agentis ſuper poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis, dum patitur [illegible] procedi etiam ſuper petitorio, ſed requiritur expreſſus, nam actus nullo confirmari nequit, [illegible] ca[illegible] eſſo conſenſu interueniente [illegible] Socin. Sen. *conſ. 10 [illegible] & con. ſequent. vol. 4.* Gratus *con. 29. nu. 6. vol. 1.* & Caldetin. *in terminis conſ. 8. in tit. de ſententia, & re iud [illegible].* 9

Secundo loco trado etiam aliam rationem, quod non obſtet reconuentio [illegible] in petitorio de conſenſu tacito ſpoliati, † quia ſi [illegible] nullus [illegible] conceſſus terminus in præſenti iudicio [illegible] [illegible] et reconuentione contra iura canonica, & [illegible] tantum quod actus hic contra l[illegible] [illegible] habetur *l. non dubium C. de leg. & l. ſemper [illegible]* 10

Tertia † adducitur quoque [illegible] ratio [illegible] ſi concederetur terminus in poſſeſſorio ad [illegible] nite niendum, contineret [illegible] procul dubio hoc a[illegible] um vt idem iudex ad[illegible] ellum actoris ſuper mero poſſeſſorio, & libellum rei ſuper p[illegible] & petitorio duas promulgaret ſententias, quo [illegible] fecto abſurdum [illegible] omnino vitandum, *l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. & l. 1. C. de ſ[illegible] rl.* 11

Quare [illegible] quoque addi poteſt ratio, quod videlicet ſit tanti v[illegible] nem[illegible] oppoſitio, & exceptio [illegible] tatis termini conceſſi ad reconueniendum in cauſa poſſeſſorii,

12 ſeſſorii, vt † idem Index ſtante hàc oullitate, tanquam notoria ſcaturienteque ex actis & proceſſu, poſſit ex officio, ſine partis allegaöonibus, diſcutere, & petitionem ootorie iniuſtam repellere. ita Innocent. *in cap. 1. de offic. vicar.* & in terminis Calderin. *decisf. 8. in fin. in tit. de ſententia & re iudicata.*

13 Nec ad rem vllatenus pertinet illa vulgaris obiectio in his ſinctibus † quod circuitus ſunt vitandi & litium diſpendioſæ prolixitates, *l. dominus teſtamenti. ff. de condict. indebit. & l. fin. C. de adoptio. l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. l. ne arbitru. §. fin. C. de arbit. & clem. auditor. de reſcript.* quia hoc verum eſt, quando circuitus ipſi non ſunt neceſſarii, vt dicit Bar. *in l. ſi quis mihi bona. in princ. ff. de acquirend. hared. & in l. cum fundetus. §. ſeruum tuum. ff. ſi certum petat.* cum igitur in iudicio, de quo agitur, merè poſſeſſorio, circuitus ſunt maximè neceſſarii cum ſpoliatus ante omnia ſit de facto reſtituendus, non obſtante nulla reconuentione, conceſſa ſuper petitorio, etiam de tacito conſenſu partis vt non inuolutæ ſupra oſteoſum eſt in iure; Ergo, &c.

14 Et † quod ſupra dictum eſt, conſenſum præſtitum per actorem vt procedi poſſit ſuper poſſeſſorio, & petitorio nullum ei afferre præiudicium, de hoc vtique mirandum non eſt, quia iſte conſenſus præſtitus apparet ſuper actu nullo, vt videlicet admitteretur recõuentio in caſu; in quo admittẽda nõ erat, ita vt cõſẽſus iſte præſtitus ſuper actu nullo nullatenus præiudicet vt probat Caputaquen. *deciſ. 215. numer. 6. & sequent. in prima parte.*

15 Imo † huiuſmodi conſenſus ſolus io probatione ſuper petitorio, non ſufficit quando quis excluditur à ſuſpenſione petitorii, ſed vltra conſenſum, eſt etiam neceſſaria concluſio io cauſa, prout probat in terminis Puteus *deciſ. 29. num. 8. cum aliis ſeq. lib. 3.* vbi magiſtraliter remouet omnia obſtacula contraria. & ſic habemus deciſionem determinantem caſum noſtrum, qood conſenſus ſolus non ſufficiat.

16 Et ratio ea eſt, † quia petitorium poteſt ſuſpendi in quaconque inſtantia ante concluſionem in cauſa textus eſt *in clement. 1. de cauſa poſſ. & propriet.* & ita fuit iudicatum in Rota Romana, atteſtante Caputaq. *deciſ. 323. in ſecun. 'a parte.*

17 Sed ſi laicus conueniret clericum occaſione ſpolii, vel alia ſimili, coram iudice eccleſiaſtico, & clericus reconueniret laicum coram eodem iudice, poſſet vtique opponere non eſſe admittendam talem reconuentionem, & hoc ea iuris regula; quod laicus debeat conueniri coram iudice laico etiam per clericum *cap. ſi clericus laicum, de foro competen.* nec obſtaret ei obiectio, laicum detentorem rei eccleſiæ poſſe conueniri coram iudice eccleſiaſtico per clericum, vt per Abb. & Feli. eo ſolo loco; quia hoc de conſuetudine noo ſeruari, teſtatur Step. *in tract. de poteſtat. eccleſ. ſuper Lucam num. 31.* & Follei. *in add. ad Marant. in tract. de iud. in 4. par. diſt. 11. nu. 6.*

18 Et † quamuis per laicum prorogetur hoc caſu iurisdictio iudicis eccleſiaſtici, prout ea prorogatio fieri poteſt, *c. ſignificaſti, de foro comp. & l. Epiſcopalis C. de Epiſc. & cleric.* tamen talis prorogatio iuriſdictionis per laicum fieri nequit vllo modo in præiudicium Baronis, ita Abb. *in c. ex tenore nu. 3. & in d. c. ſignificaſti ſub nu. 15* & ibi Feli. *num. 2. & ſeq. & in c. cæterum, de iud.* Boer. *deciſ. 184. num. 4.* Carauit. *in rit. 205. nu. 5. & ſeq.* Vrſil. *in add. ad Afflict. deciſ. 155. nu. 3.* & Cacheran. *deciſ. 78. num. 11. & ſeq.* taliter quod petita tunc remiſſione cauſæ per Baronem, ea remitti debeat, prout ita vidi ſuperioribus temporibus varias, diuerſaſque cauſas laicorum remiſſas per iudices eccleſiaſticos ad Barones, ipſis inſtantibus, & me patrocinante. 19 Et † nihil mirum; quia licet clericus poſſit conuenire ſecularem coram iudice ſeculari io cauſa ſpoliationis, & violentiæ, etiamſi bona eſſent patrimonialia: tamen ſi peteretur remiſſio ad iudicem eccleſiaſticum deberet remitti, vt affluenter, & magiſtraliter probat Cataldan. *deciſ. 45. numer. 72. & ſeq. in 1. par.* vbi admonet, clericum, eumque pariter inſtruit ſuper declinatione fori ſecularis, omnino, & infallibiliter hoc caſu faciẽda, & ſuper petitiooe remiſſionis cauſæ ad iudicem eccleſiaſticum competentem: alias oon oppoſita tam neceſſaria exceptione declinatoria, valeret vtique proceſſus, & ſententia.

20 Nec † vllatenus perturbat hæc obiectio, id videlicet oon procedere in vaſallo burgenſi, ſed io vaſallo cum feudo tantum, ſecundum Capycium, cum aliis aggregatis per eum *deciſ. 9. nu. 9. & ſeq.* quoniam hæc doctrina procedit, quando noo eſt infeudata iuriſdict. ſecus vero vbi iuriſdict. reperitur infeudata ita Feli. *in d. c. cæterum, num. 8.* poſt Innocent. & Abb. *& in allegato c. ſignificaſti, ſub num. 2.* imo, ſecundum communem obſeruantiam, hoc obtinet qooque locum etiam in vaſallo ipſo borgenſi, vt per D. Vinc. de Franch. *deciſ. 416. num. 2.* taliter quod in his terminis debeat fieri remiſſio, ita Abb. *in c. ex tenore, num. 5. de foro competen.*

OPINIO DCLXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Annui reditus perpetui inter immobilia numerantur: & num. 10.*

2 *Annui reditus temporales ad modicum, breueque tempus duraturi inter mobilia computantur & nu. 10. Item pecunia collocata in montibus num. 3.*

4 *Pecunia emptioni prædiorum deſtinata inter bona mobilia computatur.*

5 *Pecunia venit in legato mobilium, item animalia nu. 6. & boues aratorii num. 7.*

8 *Legato fundo, veniunt boues, ſi ſint deſtinati tanquam inſtrumenta ad eum cultiuandum.*

9 *Epiſcopus reſignans epiſcopatum in manibus Papæ, licet ei donata ſint ſpolia, & bona &c. tamen non poteſt ſecum abducere boues aratorios, tanquam inſtrumenta fundorum pro quibus colendis empti fuerunt.*

REDITVS, † ſeu cenſus annui, ſi perpetui ſint, cõputantur, & connumerantur inter bona immobilia, ſecundum Bald. *in l. hac edictali §. his illud col. 2. C. de ſecund. nupt. & in auth. ingreſſi num. 19. & in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. per l. fin. ff. quorum bonorum,* Afflict. *in tract. de iur. prothomiſ. in princ. num. 6.* & Rolan à Val. *con. 54. nu. 6. & 28. vol. 2* Bellonum *conſ. 23. proponitur in facto, quod anno 1513. num. 9.* & Menochium *conſ. 29. non parum ſubſtas in hac cauſa numer. 16. vol. 1.* quia de huiuſmodi reditu perpetuo ſeu ad longum tempus ſuper re immobili, non iudicatur tanquam de pecunia, ſed vt de re immobili *d. l. hac edict. §. his illud in ver. Immobilium. & l. tuberum nulli in ver. Annuas ciuiles C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibi Doctor.* Et ita intelligitur etiam *clem. exiui de paradiſo cumque annui reditus. de ver. ſignific.* vt per Federic. de Seois. *conſ. 12. Fratres prædicatores* & hæc eſt coocors & communis Doct. ſententia: vt per Tiraq. *in tract. de vtroque retract. §. 1. Gloſ. 6. num. 3.* Ant. Gabriel. *in ſuis concluſ. in tit. de verb. ſignif. concluſ. 8.* & Benedictum Bouium *in tractat. de cenſibus articulo quinto.*

Si † vero annui reditus eſſent temporales, ad modicum tempus duraturi tunc profecto numerarentur inter bona mobilia, & venirent appellatione mobiliũ: vt firmauere Bal. *in d. §. his illud,* Tir. *in d. tract.*

dare;

de retract. §. 1. *Gloſ.* 6. *nu.* 7. *& in Gloſ.* 14. *nu.* 129. Ant. Gabriel. *in d. concluſ.* 8. *limit.* 2. *num* 3. Barbat. *conſ.* 22. *col.* 3. *lib.* 3. Gaſſan. *ſuper conſuet. Burgund. fol.* 203. *rub.* 5. §. 1. *ſub num.* 4. Iacob. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centuria* 3. *caſu* 233. & inſignis Dominus meus Folleriūs *in tract. de cenſib fol.* 163. *num.* 32. & Afflict. *in d. tract. de iur. protom. in princ. ſub num* 6. Com. opin. & iſta eſt communis opinio, vt per Benedict. Boni. *artic.* 15. *in fin. d. tract. de cenſ.* & ita conſuluit Boer. *in conſ.* 2. *& vltimo, col.* 5. *& ſeq. ver. Venio ad tertium, an præfata mater, poſt lecturam Dyn. de regul. iur. in fin.* Et ita vidi ſimiliter conſultum in iſtis propriis terminis de præſenti, menſe Aprilis 1573. & doctiſſimè, & copioſiſſimè per diſertum & doctum D. Valentem Carlucium de Ciuitate Ducali, vti fratrem colendiſſimum, ſuper quadam controuerſia, vertente inter Monaſterium ſeu Huſpitale S. Hieronymi de eadem Ciuitate Ducali, & Magnificam Dominam Martham, olim vxorem Capitanei Pandulphi eius conſilio, à partibus ipſis requiſitus, tanquam optimis iuribus, & realiſſimis fundamentis vallato me ſubſcripſi, vna cum clariſſimo D. Marco Antonio Burgheſi Senenſi Sacræ Aulę conſiſtorialis aduocato decano, & ita iudex præſentis cauſæ Reuerendiſſimus D. Pamphilius Pyrota Epiſcopus Ciuitatis Ducalis iudicauit, mediante diffinitiua ſententia promolgata die 13. menſis Nouembris 1574. ad fauorem prædictæ D. Marthæ, quod cenſus ſuper quibus controuertebatur, pertinerent ad ipſam D. Martham, cui omnia bona mobilia donata fuerant.

3 Item † pecuniæ quæ ponuntur in Montibus (vt vocant) numerantur etiam inter prædicta bona mobilia, vt per Ruin. *conſ.* 82. *vol.* 2. & Ant. Gabriel. *in d. concluſ.* 8. *in fin.*

4 Nec † non Pecuniæ deſtinatæ ad emendum fundum vel redditum, computantur quoq; inter bona Com. opin. mobilia, ſecundum magis communem opinionem citatam, & relatam per Boer. *deciſ.* 209. Tiraquel. *in tract. de retract.* §. 1. *Gloſ.* 7. *num.* 103. *&* 160. & Ant. Gabriel. *in ſuis concluſ. in titul. de præſumpt. concluſ.* 12. *nu.* 19. per Illuſtrem D. Hippolytum Ruminald. *con.* 56. *n.* 81. *vol.* 1. & Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 44. *C. de bon. mat.* & per Ang. de Clauaſio *in ſua ſumma Angelica in ver. Alienatio num.* 6. *verſ. Vtrum pecunia*, vbi limitat communem iſtam Octau. Simoncel. *in tract. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *in inſpect.* 16. *num.* 123. *fallit tamen in pecunia pupilli, vt ſupra deſtinata n.* 122. Corn. *conſ.* 225. *col.* 2. *in* 2. *caſu princ. in fin. vol.* 1. Rom. *conſ.* 188. *col.* 1. *vlt. dub. & ſinmu.* 104. *Tu habes quod pecunia eſt de his rebus* Cre[illegible] *conſ. ſing.* 59. *pecunia* Corſet. *in verb. pecuniam.* Alphat. *collect.* 20. Dilect. *de arte teſtand. in rub. de rat. teſtam. præcept. cautel.* 5. *nu.* 5. *tit.* 8. And. Gail. *lib.* 2. *obſer.* 11.

Similiterque † in legato mobilium veniunt etiam pecunię Specul. *in tit. de fruct. & inter. verſic. Sed pone prælatos.* Dec. *conſ.* 381. & Tiraquel. teſtatur iſtam eſſe communem opinionem *in d. tract. de retra.* §. 1. *Gloſ.* 7. *nu.* 105. *per text. in auth. de nuptiis* §. *& quia param* & Doct. *in l. ea demum C. de collat.*

6 Iidem animalia ſunt etiam mobilia *l.* 1. *& ſequent. C. de ver. ſignif.* Tiraq. *in d.* §. 1. *Gloſ.* 7. *num.* 118. & Dec. *in d. conſ.* 381.

7 Et † licet boues aratorii ſimiliter inter mobilia non bona computentur: vt per Bal. & Salic. *in l.* 1. *C. de ſer. fug.* nihilominus cenſentur inſtrumenta fundi.

8 Et † ideo fundo legato veniunt ipſi boues, tanquam inſtrumentum ſi in fundo erant & ad eum cultiuandum parati *l. item ſi fundus.* §. *ſeminarios ff. de vſufruct.* vbi Ang. & Floreo. & not. Barth. Cepol. *in tract. de ſeruit. in tit. de vſufruct.* & Bertach. *in ſuo repet. in ver. Bos.*

Et † hinc ego dicebam in facti contingentia, quod 9 ſi reſignanti epiſcopatum in manibus Papæ fuerint donata ſpolia & bona &c. quod non poterit amouere de epiſcopatu boues aratorios, qui cenſentur inſtrumentum fundorum, pro quibus cultiuandis empti fuerant, argument. *d.* §. *ſeminarios*, & quod ibi notatur. Nam beneficiatus, & epiſcopus æquiparatur vſufructuario, vt per Gloſ. *in c. præſent. de offic. ord. in* 6. *ver. Reſerua.* Et ſicut vſufructuarius præfertur hæredi in bobus aratoriis, ita & in caſu propoſito ſucceſſor præfertur illi qui renunciauit. Et ad hoc benè facit text. *in c. nullis liceat* 12. *q.* 2. *in ver. Reſeruari. ac cum ibi notatis* per Archid. nam animal deputatum ad vtilitatem ecclefiæ ſanctum ſanctorum efficitur.

Sed † in ſpecie præmiſſa cenſus, de quibus ſupra 10 longo ſermone tractauimus, concludendum eſt non comprehendi eos ſub donatione de qua agitur: nam dubitatur, vtrum ſub mobilibus, vel immobilibus contineantur, cum neceſſe eſt cenſus, & annuos redditus ſpeciei vel mobilium, vel immobilium applicari. quo caſu vera, & communis diſtinctio eſt quod ſunt impoſiti ſuper aliqua re ſtabili, tametſi redimi poſſint à domino rei, cui inhærent applicentur ſpecie immobilium: quia cohærentia facit, vt habeantur in omnibus pro immobilibus. Bal. *in c.* 1. *colum.* 2. *num.* 5. *de contr. int. vaſal. & epiſ. & in c.* 1. §. *ſciendum de feud. cogno.* vbi etiam Aluar. *num.* 5 Alber. Alex. & Socin. *in l. ſciendum in princ. qui ſatiſd. cogant.* & propterea datur pro eis remediū. etiam poſſeſſorium, vt ait Bald. & alii Doct. prædicti, quamuis pro iuribus incorporalibus non deret *l. fin. ff. quor. bonor.* Quando autem non ſunt ſuper aliqua re ſtabili impoſiti, ſed debentur ſolum ratione obligationis perſonalis: tunc ſi ſint duraturi ad modicum tempus, applicantur ſpecie mobilium: & in his poteſt procedere *conſ.* Boerii 3. & notatur à Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 5. §. 1. *Des rentes viaues*, qui loquuntur in diſpoſitionibus, in quibus neceſſe eſt, cenſus ſpeciei mobilium, vel immobilium applicare, non autem in eis, quæ ſubſiſtunt per ſe abſq; eo, quod cenſus comprehendant. Si vero ſint perpetui, vel ad lōgum tempus, applicantur ſpeciei mobilium. *Clemen. exiui de paradiſo. de ver. ſignif. & §. hac ergo. auth. de non alienand.* Federic. de Senis. *conſ* 12. Abb. *in c. nulli de reb. eccleſ. non alienand. num.* 9. Marian. Socin. Sen. *in tract. de oblat. in* 8 *libell num.* 5. Sed ſi diſpoſitio ſit huiuſmodi, quæ per ſe ſubſiſtat abſque eo, quod comprehendat cenſus, & iurat tunc vtique diſpoſitio loquens de mobilibus nunquam comprehendit annuos redditus cuiuſcunque generis ſint: quia tangi nequeunt, nec videri, & conſequenter nec moueri. Cæterum ſi loquatur de immobilibus, & mobilibus, vel de immobilibus tantum: tunc de eo controuerſunt Doctores vtrum contineantur ſub appellatione immobilium, vel potius intelligatur non comprehendi, ſed manere extra diſpoſitionem in tertia ſpecie iurium, & actionum. & eo caſu, quo concluditur, eos non contineri ſub immobilibus, receptiſſimum eſt, non venire in diſpoſitionem, at ceſſare diſpoſitionem in eis tanquam in tertia ſpecie. Et ita intelligendi ſunt omnes, qui in diſpoſitione, quæ per ſe ſubſiſtit, ſcribunt, cenſus appellatione immobilium non contineri, videlicet, quod non contineātur ſub immobilibus, ſed neque etiam ſub mobilibus, verū remaneant ſub tertia ſpecie extra diſpoſitionem: nam aſſerere hoc caſu illos comprehendi ſub ſpecie mobilium, eſt abſurdiſſimum & contra leges & omnium Doctorum mentem *in d. c. nulli. & in d. c.* 1. §. *ſciendum, & in d. l. ſciendum in princ. qui ſatiſd. cogant.* &

alius

aliis in locis, ſignatim per Tiraq. *de retract. cenſan. §. 1. Gloſ. 6 num. 3. & ſequent.*

¶ Et licet aliqui Doctores per tranſcurſum, in eis caſibus, in quibus diſpoſitio per ſe ſubſiſtebat abſque eo quod comprehenderet cenſus, & de eo dubitabatur, vtrum cõtinerentur ſub immobilibus, ſcripſerint contineri ſub mobilibus, vt Barbat. *conſ. 22. volum. 3.* tamen eorum mens fuit oſtendere, quod non continentur ſub immobilibus: quia de hoc quærebatur: non autem decidere, quid comprehẽderetur ſub mobilibus; quod iuri repugnat. Nec enim refert quod pecunia, etiam emptioni parata, contineatur ſub mobilibus: quoniam hæc pecunia tangi, & videri poteſt, ſed cenſus longè diſtant à pecunia videríque, & tangi nequeunt. Idcirco cum diſpoſitio ſubſiſtit abſque eo, quod cenſus comprehẽdat, faciunt tertiam ſpeciem, ſi quæ ratio perſuadeat ne ſub immobilibus contineantur. Pariſ. *conſ. 53. n. 15. & conſ. 85. num. 10. volum. 3. Authent. vt qui obliga. ſi hab. per hib. § pen.* vbi Gloſ. *in verb. reditus*, Gloſ. *in l. iubemus in ver. annonas*, C. *de vend. rerum ciuit. lib. 10.* Octau. Simoncell. *in tractat. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 7 num 57. fol. 127.* Andr. Gail. *lib. 2. pract. obſeruat. imper. camer. obſeruat. 10 per totam*, & Ant. Gabriel *lib. 6 commun. concl. ſub titul. de verborum ſignif. concluſ. 8. vbi quadrupliciter limitat.*

OPINIO DCLXXXIV.

SVMMARIA.

1. *Relegatio non eſt pœna capitalis, & tam ipſa relegatio, quam omnis pœna, qua corpus acriter affligitur dicitur de mero imperio paruo, & minimo.*
2. *Fur pro leuibus furtis torqueri nequit.*
3. *Ob furtum excedens auguſtalem, fur poſſet torqueri in Regno Neapolitano, & puniri pœna abſciſſionis manum.*
4. *Pœna mutilationis alicuius membri æquiparatur pœnæ mortis.*
5. *Pœna abſciſſionis membri eſt de mero imperio maiori.*
6. *Pœna abſciſſionis membri ex diſpoſitione iuris municipalis commutari poteſt, interueniente pace & remiſſione offenſi.*

1 RELEGATIO † non eſt pœna capitalis; & relegatio ac omnis pœna, qua corpus acriter affligitur dicitur de mero imperio paruo, & minimo; ſecundum Bar. *num. 10.* & alios omnes *in leg. imperium ff. de iuriſdict. om. iud.* cuius opinionem ſequuntur etiam Iaſ. *ſub num. 24.* Dec. & Bolognet. *num. 78.* & Cagnol. cum aliis aggregatis per eum *num. 131. cum aliis ſeq.* & Ioan. Andr. de Nigris *in c. a. Regn., in c. 10. Ad hoc vt noſtrorum bona fidelium num. 140.* vbi fatetur poſt Mod. *in d. l. Imperium*, iſtorum opinionem eſſe communem. *Com. opin.*

2 Et † hinc prędicti Doct. in locis premiſſis concludunt pro leuibus furtis furem non eſſe torquendum prout ita tenet copioſè Io. Ant. de Nigris *in locis ſuperius citatis*, vbi doctiſſimè, more ſuo, reſpondet omnibus contrariis; & ita alias conſului, & obtinui, per rationes & authoritates hic non poſitas.

3 Sed † ſi furtum excederet auguſtalem, eo caſu fur ſecundum diſpoſitionem dicti capi. Regni *ad hoc* veniret puniendus pœna abſciſſionis manus, & poſſet torqueri prout ita ſemper iudicaui, & obſeruaui.

4 Et † hoc non eſt mirum: quia pœna mutilationis alicuius mẽbri æquiparatur pœnæ mortis §. *prohibemus in authent. de collato* Alexand. *conſ. 55. ante fin. vol. 7.*

5 Et † iſta pœna, abſciſſionis membri cenſetur de mero imperio maiori, ſecundum Bart. *colum. 3.* & alios omnes *in d. l. imperium* & D. Follerium *in pract. crim. in 4. par. in ver. Pœnis debitis ferientur num. 46.* vbi oſtendit hanc eſſe communem opinionem, *& in ver. Si confitebuntur num. 79.* *Com. opin.*

Sed † in caſu præmiſſo legis municipalis, ſtatuti ſeu *d. cap. Ad hoc*, pœna abſciſſionis manus, per concordiam, & pacem offenſi, commutari poteſt, vt cõſuluit Cyn. de Piſtorio. *conſil. 13. num. 6. poſito inter conſilia diuerſorum collecta per Zilertum in primo vol.* 6

OPINIO DCLXXXV.

SVMMARIVM.

1. *Regnum alteri vnitum, vel prouincia ſeu territorium, incorporatum Regno, ſiue caſtrum vnitum comitatui regulatur ſecundum regulas Regni vel comitatus cui acceſſit, vel vnitum eſt.*

REGNVM † alteri vnitum, vel prouincia vnita regno, vel caſtrum vnitum Comitatui, regulatur ſecundum regulas primi ſeu principalis cui acceſſit, & ſic prouinciæ acceſſoriæ adiecta Comitatui vel Regno, ita vt ſit vnum Regnum cum primo, vel vnus Comitatus regulatur ſecundum ſtatuta, & regulas Regni vel Comitatus, cui incorporatur, & eiſdẽ ſtatutis, legibus, & priuilegiis eſt gubernanda, quibus gubernatur Regnum ipſum in Comitatus, ſecũdum Bart. *in leg. ſi conuenerit. la 2. § ſi nuda ff. de pig. act.* quem ſequuntur omnes ibi, & Roma. *conſ. 275. quo ad primum col. 2.* Alex. *conſ. 151. num. 5. volum. 2. & conſ. 114. colum. fin. volum. 4. & conſil. 47. volum. 6.* Afflict. *in cap. 1. §. & ſi Clericus colum. 10. de capit.* Corraſ. Calc. *conſil. 2. num. 19.* Barbat. *in capit. translato. colum. 7* & Feli. *col. 3. de conſtit.* Iaſ. *in § in perſonam colum. 4. Inſtit. de actionibus*, Bertan. *conſ 67. vt opportunè conſulerem num. 6 vol. 8.* Kypa *in 1. par. reſponſorum. reſpon. 21.* Cur. Senior *con. 56. colum. 6.* vbi perhibet eam eſſe communem opinionem, & Modes. *in d. §. ſi nuda* Natta *conſil. 626. multa ſunt, ſub num. 88 & ſequent. vol. 3.* & Ioan. Baptiſt. Ferrettus *conſ 242. ſuper puncto quæſtionis de quo quæritur num. 5. cum aliis multis ſequentibus vol. 2.* vbi ita conſuluit in caſu ſimili, diligentiſſimè, reſponditque contrariis quibuſcunque. 1

OPINIO DCLXXXVI.

SVMMARIA.

1. *Renuncians liti cenſetur renunciare controuerſia, cauſæ, & iuri. In profanis, non autem beneficialibus. nu. 4.*
2. *Renunciare cauſa, eſt renunciare liti.*
3. *Renuncians liti non poteſt amplius pœnitere, & ad litem redire.*
5. *Renunciatio liti, & iuri quomodo differant.*
6. *Renuncians liti, cauſæ, & beneficio: ſi non de facto dimittat poſſeſſionem, tenetur ad fructus perceptos.*
7. *Renunciatio litis ſine cauſa expreſſa, valet, non autem facta per adminiſtratorem, tutorem vel curatorem, qui cauſam exprimere debent, num. 8.*
9. *Renunciatio litis facta abſenti, non prodeſt, niſi ſecuta ratificatione.*
10. *Renunciatio litis facta ſuper beneficiali cauſa, recepta pecunia, non valet.*
11. *Renunciatum non cenſetur iuri, quod quis ignorat ſibi competere etiamſi de tali iure in genere potuit cogitare.*
12. *Renunciatio litis non inducitur per ceſſionem inualidam.*
13. *Renuncians liti ſtatim cogi non poteſt per iudicem ad ſatisfaciendum aduerſario.*

RE-

1 RENVNCIANS † liti cenſetur renunciare liti, cauſæ, iuri, iuxta communem aſſertionem Gloſ. Bart. & aliorum omnium Scribentium, *in l. poſtquam liti. C. de pactis* quam accuratiſſimè in pluribus caſib. ampliat; & ſimul limitat Dec. *ibi num. 1. cum aliis ſequent* & Rip *in l. naturaliter. §. nihil commune num. 106. & ſeq ff. de acq. poſ.* Cōmunis opinio

2 Nã † renunciare cauſæ eſt renũciare liti. ita Innocent. *in c. in noſtra in Gloſ. ſua in verb Recepti de reſcript.* Bald. *in Marg in ver renuncians, verſ 3.* Bar. Bal. *volum. 1.* & cæteri omnes *in d. l poſtquam liti.*

3 Ita † vt renuncians liti nõ poſſit amplius in poſterum pœnitere, & ad litem redire, *d. l. poſtquam liti,* & ibi Bal. *in 3. not.* & alii omnes, & Barto. *in l ſi maritus §. ſi negauerit de adult.* & Rebuff *in pract. benef. Gloſ. 7. de commenda, num. 13.*

4 Ea autem † communis opinio procedit abſque ſcrupulo in prophanis, ſecus vero beneficialibus, vt firmat Caſſad. *deciſ. 2 ſub num. 6. & ſequent. de appel.* & Rebuff. *in pract. benefic. Gloſ. 6. de commend. num. 13.* & Rota *deciſ. 306. ſi actor, in nouis.*

5 Vbi † conſtituit differentiam inter renunciationem factam liti, & inter renunciationem factam iuri, Et concludit quod renunciat [illegible], & iuri differũt. Nam renuncians liti & cauſæ, non dicitur renunciare iuri ſecundum Rotam ibi.

6 Et renũcians † liti, cauſæ, & beneficio, in præſenti caſu, ſi de facto non dimittat poſſeſſionem, tenetur ad fructus perceptos. ita Rota determinat *deciſ. 58.* poſſunt. *licet tenu, in nouis* & Iuno. *in cap. quod in dubiis. Extra de renun. & inc. ſuper hoc eod. tit.*

7 Et † quamuis renunciatio litis ſine cauſa expreſſa valeat: quia ſufficit præſumpta, teſte Bal *in d. l poſtquam lit. colum. 5. ver. Extra quæritur, vtrum renunciatio*

8 Tamen † hoc nullatenus procedit in renunciatione litis facta ab aliquo adminiſtratore: quoniam tunc deberet, neceſſario inſeri cauſa, alias renunciatio eorum non teneret: quia adminiſtratores tutores ſeu curatores ſine cauſa renunciare, & ſic atque non poſſunt ita Bar. & Ang *in l. 1. C. de apoch. pub. lib. 10.* & Iaſ. *in d. l. poſtquam litis in fin.*

9 Cæterum † hæc omnia ita explanata claudicant primo non procedere in renunciatione [illegible], & cauſæ facta abſenti: licet talis renunciatio litis fieri queat abſente parte ſecundum Innocent. *in c. cum pridem de pact. in Gloſ ſua in verſ ſic Reſignauit,* Bar. *colum. 2. verſ. quæro vtrum.* & Bal. *col. 4. verſ 3 quæro in d leg. poſtquam litis* tamen ipſa renunciatio ea non [illegible] ab [illegible] niſi ſecuta ratificatione, vt firmant [illegible] Bal. & alii omnes *ibi,* & Bero. *in c. in præſentia num* [illegible] *de probationibus.*

10 Secundo † etiam eadem communis ſibi locum non vendicat cum renunciatio litis [illegible] ſuper beneficiali recepta pecunia, tunc ea non valet vllo modo, ita Bero. *in c. non ſint multa de arbit* [illegible].

11 Tertio † coarctatur communis [illegible], quod iuri, quod quis ignorat ſibi compe[illegible]tur renunciare, etiamſi de huiuſmodi [illegible] genere cogitare potuerit, ſecundum Card. Put. *deciſ.* [illegible]. & Peregri. *deciſ. 323.*

12 Quarto † iidem limitat [illegible], vt renunciatio litis minime inducatur per [illegible] *lite 3. reſpon. 2.* & ibi Bal *C. de lit* [illegible].

13 Poſtremo † [illegible] ipſa communis quod renuncians liti ſtatim cogi per iudicem ad ſatiſfaciendum aduerſ[illegible] nequeat, vt concludunt Innocent. *in c. accepta de reſtit ſpoliat.* & Ang. *in leg. deſtitiſſe de iud.*

OPINIO DC[illegible]XXXVII.

SVMMARIA.

1 *Repræſalia conceſſa, puta Bononiæ contra Peruſinos, non poſſunt exequi contra Peruſinum habitantem Bononiæ, qui non ſubit munera Peruſina per ſe vel per alium.*

2 *Repræſalia inducta contra Aquilanos, ex tunc non debent ad Aquilanos ha*[illegible]*.*

3 *Repræſalia ſunt odioſiſſima.* [illegible] *numero quarto.*

1 REPRÆSALIÆ † conceſſæ puta [illegible] Peruſinos non poſſ[illegible] Peruſinum, habitãte Bononiæ, qui [illegible] Peruſina per ſe, vel per aliũ, quos [illegible] pellari muni[illegible], & cenſe[illegible] vocatur Peruſinus, erg[illegible] & per Bart. cum quo [illegible] *matrem* & Alex. *in d.* [illegible] Cōmunis opinio vbi [illegible] Illuſt[illegible] Pomanus P[illegible] *num.* [illegible] *in ſeq.*

2 Ne[illegible] repræſ[illegible] nos [illegible] bi in [illegible], & dom[illegible] et ſint [illegible] Aquila[illegible], ſeu or[illegible] hominus [illegible] tum penitus o[illegible] ſit, [illegible] de populo Aquilano [illegible] *de vi* [illegible] *Ro.* [illegible] *ff. ſolut. mat. nu. 13.* & [illegible] *b. in c. quam. ar.* [illegible] *deciſ.* [illegible] ¶ Et h[illegible] contra Aquilanos, [illegible] contra Hiſpanos, F[illegible] hic ſimile ibi habitantes, vt firmat R[illegible] *aggregatis per eum, in d tub.* [illegible] *ſolut. mat. num.* [illegible].

3 In [illegible] non ſolum repræſaliæ odioſæ ſunt, ſed etiam odioſiſſimæ, ſecundum Bal *in l* [illegible], *C. de appel. in ver. & ſatis.*

4 Et ideo hac ratione, cum odioſæ [illegible] repræſaliæ, merito [illegible] & [illegible] debent [illegible] quantum po[illegible] ſit [illegible]. *Cōmunis colum* [illegible] *verſ in iſta ero materia C* [illegible].

OPINIO D[illegible]XXXV[illegible].

SVMMARIA.

1 *Reſcriptum ſecundum debet facere ſpecialem* [illegible] *pri*[illegible] *alias* [illegible] *ſubreptiti* [illegible] *priori* [illegible] *annullatur.* [illegible] *per exceptionem* [illegible] *num. 2.*

3 *R*[illegible] *ſecundum ad lites* [illegible] *ſubreptitii: in non* [illegible] *mentionem de p*[illegible] *ipſo iure nullum,* [illegible] *annullatur* [illegible].

4 *R*[illegible] *gratia ob*[illegible] *vel ſubreptionis ipſo iure* [illegible] *antur & vitiantur.*

1 RE[illegible] ſecundum debet ſpecialiter facere mentionem de primo reſcripto; alias ſubreptitium [illegible] ur. [illegible] exceptionis vitio annullatur vt voluerat Ab[illegible] Dec. *in.* [illegible] *ſeq.* & omnes *in c. inter monaſt. de* [illegible] ed i † [illegible] reſcriptũ eſſe nullũ vel non [illegible] nullũ, ſed [illegible] per exceptionẽ elidi & valeret [illegible] reſcriptũ, [illegible] mentionẽ [illegible] mo reſcript. ſecund. G[illegible] *in c. cum in noſtra.* [illegible] *ext. de conceſ. præb.* Rota R[illegible] *deciſ. 1*[illegible]*8. in antiquis in tit. de reſcript.* Abb. *conſ. 3* [illegible] *num 5 vol.* [illegible] *in c.* [illegible] *ſuge fluminum numer. 2. de* [illegible] *& in capitul.* [illegible] *numer. 8. de appel.* [illegible] Barbatius *numer. 20.* Decius [illegible] *10.* & alios [illegible] *dict. cap. ceterum.* & Dec. *in d* [illegible] *num.*

Cõis opin. *num.15.* perhibet hanc eſſe communem opinionem, & latè eam tuetur. Et ita obtinui coram epiſcopo Aquilano. præſenti anno 1568. in facti contingentia.

3 Sed † reſcriptum ſecundum ad lites, ſubreptitium, vel obreptitium, non faciens mentionem de primo, & vitio ſubreptionis, & obreptionis laborans, non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis eſt annullandum, & ſic deberet opponi exceptio, ſecundum Gio. & omnes, *in c. ad audientiam. de reſcrip* Ant. de But. & Abb. *num.5.* Barbat. cum aliis relatis per eum, *ſub nu. 10. cum aliis ſeq.* Feli. *col. 6. in d. c. cæterum,* & Caſſad. *in deciſ. 1. nu. 2. in tit. de reſcript.* vbi eam vtiliter limitat, & communem aiunt Abb. & Barba. *vbi ſupra,* & ſequitur quoque, communem dicit, atque Cõis opin. tuetur Dec. *in d. c. cæterum. nu. 14. cum aliis ſeq.* Ial. *in l. præſcriptione. nu. 3. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Pariſ. *conſil. 51. num. 27. vol. 4.* & Vantius *in tract. nullitatum. in tit. de nullit. ex d. f. d. iuriſd. deleg. num. 60.* Reſcripta 4 vero gratiæ ob vitium obreptionis, † & ſubreptionis ipſo iure irritantur, ac vitiantur, ſecundum Soci. cum aliis glomeratis per eum, *conſ. 13. col. 3. & conſ. 169. in prin. vol. 1.* Soc. Iun. *conſ. 77. nu. 83. & 84. vol. 1.* Pariſ. *conſ. 31. nu. 22.* & Grauet. *conſ. 68. nu. 2.*

OPINIO DCLXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Reſcriptum Principis cum fiſco damnoſum eſt, non valet, niſi foret geminatum, nu. 2.*

3 *Geminatio mandati habet vim diſpenſationis, cum conſtat de certa ſcientia principis. Et æquiparatur reſcripto cum clauſula motu proprii, nu. 4.*

5 *Reſcriptum iuri contrarium non habens clauſulam,* non obſtante tali iuri contrario, *non valet, debetq; ab omnibus Iudicibus reiici, etiamſi à Papa, vel Imperatore prouenirct, nu. 6.*

1 RESCRIPTVM Principis † cum fiſco damnoſum eſt, non valet, *l. neq; damnoſa. C. de precib. imper. offer.* 2 Tameſi † reſcriptum hoc geminatum ſit, vtique valeret, vt probatur *in auth. vt nulli iudicum. §. & hoc verba ſubiemus,* ſecundum Bal. *in d. l. neq; damnoſa.* & hæc eſt communis opinio, vt per Doct. *variis in* Cõis opin. *locis iuris noſtri.*

3 Et quando † conſtat de certa ſcientia Principis geminatio mandati ſimiliter habet vim diſpenſationis, ſecundum Gloſſ. *in c. 1. in ver. noſcatur. Ext. de conſtit. in 6.* & habet vim clauſulæ, *non obſtante,* ita Ripa *in c. ſi quando, nu. 17. circa fin. Extr. de reſcript.* Tale namque 4 reſcriptum † geminatum æquiparatur reſcripto cum clauſula, motus proprii: & ſic cum Princeps bis reſcripſit ſuper eodem facto, ea geminatio reſcripti eſt tantæ importantiæ, vt clauſulæ, *motu proprio* æquipolleat, vt per Bal. *in d. l. nec damnoſa, & in c. fin. de offic. delegati* quem refert D. Ioſeph de Ruſticis, *in tract. an, & quando, lib. ſecund. poſiti voc. lib. 2. cap 5. num. 4. & 5* & ſequitur etiam Iacob. de Sancto Geor. *in l. ſi quando quam, in princ. in 2. lect. ff quod quiſque iuris.* & Mylis *in ſuo repertorio, in ver. reſcriptum principis.* vbi annectit quoque hoc dictum Baldi aureum eſſe, ac menti tenendum.

Et quemadmodum reſcriptum Principis cum fi- 5 ſco damnoſum eſt, non valet, ita quoq; † reſcriptum iuri cõtrarium, & ſic impetratum contra ius, nec habens clauſulam: *non obſtante tali iure, ſeu iuribus contrariis:* non valet, nec tenet, imo illud debet ab omnibus iudicibus refutari, etiamſi à Papa, vel Imperatore proueniat, *l. reſcripta, & l. quotiens, C. de precib. imper. offer. & d. l. nec damnoſa,* ita vt reſcripto, contradicenti iuri, etiam de iure canonico, ſtandum nõ ſit, *c. ex parte tua, de offic. deleg. c. cauſam inter nos. de re iud. & c. ſi quando. de reſcript.* vbi dicit Papa; *patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris quod fuerit nobis praua inſinuatione ſuggeſtum;* Et ſic Princeps tunc non indignatur, *c. cum teneamur de præben.* prout aſſentiuntur quoq;, quod reſcriptum conceſſum contra ius per Principem, ſine clauſula: *non obſtantibus iuribus:* nullatenus valeat, Dec. *conſil. 606. n. 5. & 6.* Pariſ. *conſ. 106 n. 9. vol. 4.* Franciſ. Becii *s conſ. 3. n. 8. cum aliis ſeq. vol. 1.* Iacob. Beretta, *conſ. 76. nu. 13. & ſeq. vol. 1.* & Mylis *in ſuo repertorio in ver. priuilegium contra ius commune,* vbi admonet tunc expectandum eſſe ſecundam Principis iuſſionem.

OPINIO DCXC.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum ex ignorantia probabili, etiam maioribus concedendum eſt.*

RESERVATIO in † integrum ex ignorantia 1 probabili, etiam maioribus concedenda eſt, ſecundum Gloſſ. fina. & cæteros. præſertim Iaſ. *in l. 2. C. de iu. emphy.* Spec. *in tit. de locat. §. nunc aliqua. n. 11. &* ſeq. Bar. *in l. ſi mulius. col. 2. de minorib.* Dec. *conſ. 564. nu. 19.* Felin. *in c. vigilanti. col. 2. de præſcript.* Afflict. *deciſ. 37. in princ. & 319. per totam.* Bar. cæteroſque communiter, *in l. cum filius §. in hac. col. 1. ff. de verb. oblig.* Cõis opin. Grauet. *conſ. 204. num. 12. & conſ. 225. num. 7* Ruin. *conſ. 139. nu. 14. & 17. vol. 2. conſil. 26 nu. 16. & 32 vol. 3.* & Balb. *in tract. de præſcript. in 4. part. 5 par. prin q. 29.* vbi cum aliis copioſe relatis per eum, perhibet hanc eſſe communem opinionem, & Grammat. quoque *deciſ. 52 nu. 5. & ſeq.* Et ſic non tantum minoribus ex iuſta ignorantia, verum etiam maioribus, vt ſupra docuimus, in integrum reſtitutio ex clauſula generali eſt concedenda.

OPINIO DCXCI.

SVMMARIA.

1 *Rex non recognoſcens ſuperiorem, eſt Imperator in ſuo Regno. & poteſt quicquid Imperator in ſuo Imperio, & nu. 2.*

3 *Rex eſt monarcha in ſuo Regno & habet plus iuris, quam Imperator in Imperio, & Imperatori æquiparatur, nu. 4.*

5 *Rex, & Dominus noſter Siciliæ, eſt liber ab Imperio & eſt monarcha in Regno.*

6 *Regis perſona intelligitur excepta in iuramento fidelitatis, ſicut perſona Imperatoris.*

7 *Donatio per Imperatorem facta priuato ſine inſinuatione vltra 500. aureos valet. Item donatio facta per Regem, vel alium dominum non recognoſcentem ſuperiorem, nu. 8.*

9 *Caſus quibus Regi in ſuo Regno, & Imperatori in ſuo Imperio par eſt poteſtas.*

10 *Emens rem etiam alienam. à fiſco, ſtatim redditur ſecurus, & dominus rei contra fiſcum habet regreſſum intra quadriennium, quo elapſo amplius non auditur.*

11 L. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. *habet locum non ſolum in Imperatore, ſed etiam in quocunq; Principe ſuperiorem non recognoſcente. Et in duce Mediolanenſi, & qualibet Ciuitate, ac Prouincia, ſuperiorem non recognoſcente, nu. 11 & 13. Item in quolibet Duce, Marchione, ac Comite nu. 14.*

15 *Publicatis bonis ob crimen læſæ maieſtatis præſenti in Regno Neap. conceditur annus ad agendum, & abſenti biennium poſtea non auditur.*

16 L. bene à Zenone, *non obſeruatur Mediolani & eius dominio, ſed in conceſſionib. bonorum confiſcatorum reſeruatur ius tertii.*

17 *Lex bene à Zenone limitatur pluribus modis remiſſiue.*

18 *Dux Mediolani habet eandem poteſtatem in ſuo Ducatu, quam*

Digitized by Google

tu, quam Imperator in Imperio. Item Marchio Mantua, num. 19. Dux vero Vrbini & Dux Ferrariæ non item. nu. 20. & 21.

1 REx, & Dominus, non recognoſcens ſuperiorē
in ſuo Regno, eſt Imperator in ſuo Regno, vel
Principatu; & poteſt quicquid poteſt Imperator in
Imperio, ſecundum cōem opinionem, & ſchola o- *Cōis opin.*
mniū Scrib. citatā per Curt. Iun *con 61. n. 9 & con. 100.*
n 3. & per Bertr. *con 38 ex caſu, ſeu conſultationis themate,*
n. 3. vol. 6 & con. 227 prout dicit Oldr. n. 2. vol 3. & ita con-
cludit Oldr. *conſ 79. & conſ. 231.* & plures cumulat Ri-
pa *in rub. de conſt.* ponit item Aub. *in rub. de appellatio. in*
prælud. ſeu prin. q. 1. ſub n 5. Bertr. *conſ. 181. proceſſum cauſa,*
2 *nu. 11. & ſeq. vol. 3.* Et † Dec. *conſ. 390. n. 10.* vbi inquit,
quod Rex in ſuo Regno non habeat minorē pote-
ſtatem, quā Imperator in Imperio, & idem dicit *conſ.*
221 & 219 n. 3. & ſub n. 6 & idem firmat Alex. *conſ. 20.*
3 *vol. 1.* Et † Soc. dicit *conſ. 67 & conſ. 169.* quod Rex ſit
monarcha in ſuo Regno, & habeat plus iuris, quam
Imperator in Imperio, & firmat etiā Affl. *in dict. prælu-*
diis conſtitu. q. 13. n. 1. vbi reddit efficaciſſimas rationes,
4 & Curt. Iun. *conſ. 1. n. 30.* Rexq; & Imperator † æqui-
5 parantur, *c. ſuper quibuſdam. §. 1. de ver. ſignifi.* Et † not.
Affl. *in d. q. 1. ſub n. 5. & ſeq.* vbi ait procedere in Rege
libero ab Imperio, prout eſt Dominus Rex noſter Si-
ciliæ, qui eſt liber, & monarcha in Regno, ſecundum
Affl. ibi, *& in deciſ. 128. fuit dubitatum, ſub nu. 4.* & Io-
an. de Amicis. *conſ. 22. nu. 10.*

6 Et quemadmodum † in iuramento fidelitatis Im-
peratoris perſona intelligitur excepta, ita & Regis,
vt tradit Iaſ. cum cæteris ſignatis per eum, *in rub. feu.*
nu. 107. Barba. *in l. cum acutiſſimi. col. 49 & 97. C. de fi-*
deicom. & in tract. de præſtant. Card. 1. q. 1. par. col. 9. &
Cotta *in memorabil. ſou, in verb. Imperator vrbis Princeps*
7 *eſt, poſt prin.* Et ſic † donatio per Imp. priuato facta
ſine inſinuatione, vltra 500. aureos, valet, & tenet,
nec eget inſinuatione, *l. ſancimus. §. exceptis. C. de dona.*
vbi Bal. & hoc quoque ante eum voluit Oldra. *in d.*
conſ. 231. col. 1. Mart. Laud. *in tract. de prin. q. 14. Impera-*
tor, & Tiraq. cum cæteris ſignatis per eum, *in tract. de*
nobilit. c. 37 n. 33. Et ratio eſt ſecundum Bal. *in d. l. ſan-*
cimus, quia nihil occulte fieri poteſt coram Principe,
qui ſemper multos habet nobiles præſentes, *l. omniū.*
& ibi, Gloſſ. & Iaſ. *C. de teſtam.* Et quia inſinuatum
dicitur quod agitur coram tanto Principe, ſecun-
8 dum Sali. *in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ.* Ita † donatio
priuato facta per Regem, vel alium dominum, non
recognoſcentem ſuperiorem, vltra 500. aureos, mi-
me requirit inſinuationem, ſecundum Ioan. And. *in*
add. Specul. de inſtr. ed. §. porro. ver. Subſcribebat. in ſi Old.
in d. conſ. 231. Roma. *in l. Modeſtinum ff. de donat.* Imol. *in c.*
cum contingat. col. pen de iureiur. Alber. *in d. l illud.* Feli.
in c. cum non liceat. ſub nu. 10. de præſcript. & Corſet. *in*
tract. de poteſta. ac excell. reg. q. 59. & Soc. Iun. *conſil. 92.*
9 *nu. 10. vol. 4.* Alius vero caſus, † & omnes quidem
vtiles, in quibus apparet par poteſtas Imperatoris in
Imperio, & Regis in ſuo Regno, ponit Affl. *in d. q. 13.*
nu. 1. cum aliis ſeq. in prælud. conſtit.

10 Et ſicut † emens rem aliquam à fiſco ſtatim red-
ditur ſecurus, etiamſi res aliena appareat, ſed domi-
nus rei habet regreſſum contra fiſcū, intra quadrien-
nium, quo elapſo amplius non auditur, *l. bene à Zeno-*
11 *ne. C. de quadrien. præſcript.* Ita lex † iſta non ſolum ha-
bet locum in Imperatore, ſed etiam in quocunque
Principe ſuperiorem non recognoſcente, ſecundum
Bal. *conſ. 127. circa fin. vol. 3.* Ruin. *conſ. 31. ſub n. 18. vol. 5.*
qui loquitur de Rege Galliæ, Bal. *conſil. 363. vol. 1. &*
conſ 359. vol 3. & Corn. *conſ. 299. n. 6. vol. 1.* & Beroum
12 *in c. quæ in eccleſiarū, n. 158. de conſtit.* Qui dicunt † proce-
dere quoq; in Duce Mediolani, ac procedere ſimili-
ter in Ciuitate ſuperiorē non recognoſcente, voluit
Rom. *conſ. 310.* Soc. *conſ. 121. n. 25 vol. 4.* Curt. Iun *in l.*
heres habens. n. 17. ff. de iud. & Mart. Laud. *in d. tra. de Prin.*
q. 11. Et quod dicta lex † extendatur ad Principes 13
quoſcunque, non recognoſcentes ſuperiorē. tenue-
runt Ro. *ſing. 618.* Paril. *conſ. 1. n. 122. vol. 1.* & Ruin. *con-*
ſil. 48. in fin. vol. 4. Vbi etiam dicit, † iſtam legē, *bene à* 14
Zenone, procedere etiā in quolibet Duce, Marchione,
Comite, & ſimilib. & eandem opinionē ſequitur et-
iam Bellonus, *conſ. 51. n. 2. & ſeq.* vbi perhibet cōmu-
nem eſſe, & citat Doct. contrariū ſentientes: & pluſ- *Cōis opin.*
quam cōem appellat, eā ſimiliter amplectendo Pet.
Duen. *in reg. 238. Emens. n. 5.* Et ſequitur etiam Affl. *in*
d. q. 13. ſub nu. 4. & ſeq. vbi ait hoc procedere abſq; ali-
qua controuerſia in Regno. ob capitulum eiuſdem
Regni, 17. *Etſi frequenter. § ſiquem vero,* vbi Io. Ant. de
Nigris *nu. 23.* in quo diſponitur, † quod in bonis pu- 15
blicatis propter crimen læſæ maieſtatis, præſenti de-
tur concedaturq; annus, ad agendum, abſenti vero
biennium; & ſic in Regno in bonis, quę deuenerunt
ad fiſcum ob crimen læſæ maieſtatis, videtur coar-
ctatum tempus præfixum *in d. l. bene à Zenone,* vt con-
cedatur curriculum anni præſenti, abſentique bien-
nium; alias de cætero non audiuntur. Mediolani
vero, † ac in eius dominio non obſeruatur, *d. l. bene à* 16
Zenone, ob decretum dicti dominii Mediolanenſis,
in quo reſeruatur ius tertii, præſertim in conceſſio-
nibus, & geſtis per Principē, vt refert Boſſius, *in pract.*
crim. in tit. de Principe, & priuilegiis eius. nu. 86. Et *d. l. bene*
à Zenone, diſponens, quod priuatus recipiens rem ab
Imperatore, ſeu fiſco, licet alienam, titulo donatio-
nis, emptionis, vel alio titulo, non poſſit moleſtari
ab eo, qui dominium eiuſdem rei prætendit, ſed de-
beat ad Principem recurrere.

Limitatur † vtiliter non procedere in vndecim 17
caſibus, quos ponit Balb. *in tract. de præſcript in 1. part.*
5. part. prin. q. 8. nu. 1. cum aliis ſeq. & Io. Ant. de Nigris
in d. c. etſi frequenter, nu. 24. & ſeq: & ſex alios caſus re-
fert Beroius *in d. c. quæ in eccleſiarum nu. 152. cum aliis ſe-*
quent. & 14. copioſe ponit, & reſoluit Rim. *in §. 1. nu.*
56. cum aliis ſeq. Inſtit. quib. alien. lic. vel non. & vnum
alium caſum refert Rom. *in d. ſing. 608.* quem com-
munem ait Nicol. Pign. *in addit. 161.* & Afflict. *deciſ.* *Cōis opin.*
361. monaſterium Sanctæ Mariæ, ſub num. 17. & 42. & in
prælud. conſtitutionum q. 14. num. 1. cum aliis ſeq & alte-
rum caſum ponit idem Rom. *ſing. 744. anno præteri-*
to cum aliis ſignatis per Nicol. Pignol. *in add. ibi.* Et *d. l.*
bene à Zenone ampliat in duobus caſibus, & in 20. aliis
limitat Iac. Philip. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. *in*
concluſ. 42. habens cauſam lib. 2. & limitat in 13. caſibus
Petrus Duennas *in d. reg. 238.*

Quæ omnia ampliantur vtiliter procedere etiam 18
in Duce Mediolanenſi, † qui habet eandem pote-
ſtatem in ſuo Ducatu, quam Imperator in ſuo Impe-
rio, ſecundum Afflict. cum aliis multis Doct. Illuſt.
ſignatis per eum, *in d. q. 13. nu. 11.* vbi refert ſe aliis ita
conſuluiſſe.

Ampliatur quoq; & fortius † habere locū in Mar- 19
chione Mantuæ, etiamſi nulli dubium ſit, eum Im-
peratorem recognoſcere, ſecundum Bal. *in d l. ſanci-*
mus. Alex *conſ. 156 col. 2. vol. 1.* Curt. Iun. *conſ. 61. ſub n. 8.*
& ſeq. & Barba. *in add. ad Bal. in d. l. ſancimus.* qui aſſerit
ibi ſe ita conſuluiſſe. Eſt bene verum, † quod con- 20
trarium in Duce Vrbini tradat Soc. Iun. *conſ 69. n. 41.*
vol. 1. cum Papam recognoſcat. Et contrarium quoq;
firmat † conſulendo in Duce Ferrar. idem Soc. Iun. *in* 21
conſ. 82. n. 7. cum aliis ſeq. cum in ſuperiorē ſimiliter Se-
dem Apoſtolicam recognoſcat.

OPI-

OPINIO DCXCII.

SVMMARIA.

1 *Præſcribi poſſunt regalia, ſeu Principi reſeruata, vt ſunt vectigalia, ius legitimandi ſpurios, creandi notarios, famæ reſtituendi, &c. per præſcriptionem tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium.*

2 *Præſcriptio talis habetur pro veritate, & veritati æquipollet, nu. 3. & per eam præſcribuntur alias impræſcriptibilia, nu. 4.*

5 *Bona fides præſumitur ex vſu longiſſimi temporis, excedentis viuentium memoriam.*

6 *Scientia Principis an requiratur in præſcriptione regalium, & iurium Principi reſeruatorum.*

7 *Merum imperium præſcribitur, etiam ignorante ſuperiore, præſcriptione tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium.*

8 *Reſtitutioni in integrum, locus non eſt in præſcriptione centum annorum.*

9 *Conſuetudo tanti temporis, cuius initii memoria non extat, habet vim priuilegii, etiam in his quæ Principi ſunt reſeruata. Et habet effectum publici inſtrumenti.*

11 *Præſcriptio ordinaria 30. vel 40. annorum in regalibus, vel Principi reſeruatis, ſufficeret, ſi ea competerent alicui priuato.*

12 *Præſcribitur 40. annorum ſpatio ius non præſtandi iuramentum fidelitatis domino. Et ius non ſoluendi cenſum, etiam Eccleſiæ, nu. 13.*

1 REGALIA, † ſeu Principi reſeruata, puta vectigalia ius legitimandi ſpurios, creandi notarios, famæq; reſtituendi, &c. huiuſmodi poſſunt acquiri per præſcriptionem tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, *c. ſuper quibuſdam. §. præterea*, & ibi Abb. *de ver. ſign. & in c. cum nobis col. 1 de præſcript.* poſt Bar. *in l. ſi publicanus. § fin. ff. de publie.* Bal. *conſ. 340. col. 2. vol. 5.* Alex. *conſ. 30. in 3. dubio.* Alex. *in l. more. col. 2. ff. de acq. hered. & conſ. 6. col. 2. vol. 1.* Iaſ. *in l. de quibus. col. 12. ff. de legib. in l. imperium. col. 9 ff de iuriſd. omn. iud. & in l. in quo petat. col. 2. ff. de acq. hered.* & Dec. *conſ. 341. col. pen. conſ. 403 col. 2. conſ. 468. conſ. 496. col. 2. in 2. dubio. conſil. 534. conſil. 576. & conſil. 638. in*
2 *principio.* Nam præſcriptio tanti temporis, † cuius initii memoria in contrarium non extat, pro veritate habetur, ſecundum Glo. *in l. 1 C. de ſeruit.* Bal. *in c. in cauſam. colum. 3. de prob.* Bello. *conſil. 55. in propoſito caſu,*
3 *ſub nu. 5.* & Curt. Iun. *conſ. 158. n. 12. vol. 1.* Imo † præſcriptio talis æquipollet veritati, *l. 1. vbi Glo. de ſer.* &
4 Alex. *in d. conſ. 6.* Vnde non mirum eſt, † ſi per tantum tempus, cuius memoria non extat in contrarium, præſcribantur etiam impræſcriptibilia, *c. 1. §. fin. de præſcript. in 6.* Eſto, quod vetuſtas tanti temporis tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, ita And. de Iſer. *in c. 1. in ver. Flumina publica. colum. 3. quæ ſint regalia*, & Iaſ. *in l quo minus. col. 8. ver. 2. ratio. ff. de flumin.* & bonus tex. *in l. ſi ff. de aqua plu arcen.* ibi, *quibus vetuſtas authoritatem daret, quamuis ius non proba-*
5 *ret.* Siquidem † ex vſu longiſſimi temporis excedentis viuentium omnium memoriam, præſumitur bona fides, teſte Dec. *conſ. 85. col. 2.*

6 Imo in præſcriptione huiuſmodi, † regalium, aut Principi reſeruatorum, non eſt neceſſaria Principis ſcientia, vt per Alex. *in d. conſil. 6. colum. 3. volum. 1. & conſil 24 colum. 5. volum. 5.* Iaſ. *in d. l. imperium. colum. 9.* Felin. *in c de quarta. & in d. c. cum nobis. col. 2. de præſcript* Dec *conſ. 85 col. 2. conſ. 271. col. pen & conſ. 496. col. 1.* Curt. Iun. *conſ. 01. col. 2.* & Ant. Rub. Alex. *conſil. 11. col. 5* Rolan. à Valle. *conſ. 59. quia certo ulus, nu. 23. & ſeq. vol. 4.*

7 Eſt etiam communis opinio, † quod præſcriptione tanti temporis, cuius in contrarium memoria non extat, etiam ignorante ſuperiore, merum quoq; imperium præſcribatur, ita Glo. 1. & ibi Ang. *in l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiu.* Bal. *in §. 1. quæ ſint regal.* Ant. But. *in c. peruenit. col. 13. de cenſib.* Alex. *d conſil. 6. vol. 1.* Feli. *in d. c. cum nobis. col. 2. in c. cum ex officio. col. 3. in c. ſi diligenti. col. pen. & in c. de quarta. col. pen. de præſcript.* & Curt. Iun. *in d. conſ. 61. nu. 3.* & Natta *conſil. 636. multa ſunt nu 5. vol. 3.* prout hanc eſſe communem ſententiam, apertiſſime oſtendunt plerique ex memoratis Doct. Et ratio eſt, quia authoritate Principis id introductum reperitur, ita Bal. *conſ. 439. colum. 4. vol. 3.* & Grauet. *conſ. 10. num. 11.* In contrariam vero partem inclinauit Bal. *conſ. 401. vol. 5.* vbi plane deducit, quod communis opinio ſit, quod in feudis Principum præſcribendis requiratur eorum ſcientia, & Bal. ibi loquitur generaliter, ita vt eius verba videantur trahi facile poſſe etiam ad præſcriptionem tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, nec non Oldra. *in conſ. 254. quia tota, colum. 3.* requirit, & exigit ſcientiam ſuperioris in conſuetudine iuri contraria. Et quod in hac præſcriptione reſeruatorum Principi, exigatur eius ſcientia, vel eius procuratorum, ſeu officialium, voluit Boer. *deciſ. 164. num. 19.* vbi tamen ſimpliciter loquitur, nulla alter facta mentione Doct. aſſerentium contrarium, & ſcientiam ipſam ſuperioris requirit denique etiam Abb. *in d. c. cum nobis.* Cæterum quicquid fabulentur præmemorati Doctor. ſoli alter à priori opinione in actu practico recedere. Nam † præſcri- 8
ptione centum annorum, non ſolum feuda præſcribuntur, ſed etiam aduerſus eam reſtitutioni in integrum nullus eſt locus, ſecundum Gloſſ. *in §. de cætero. in auth. vt de cætero com.* Bald. *in l. 1. C. de annal. except.* Curt. *conſ. pen.* & Alciat. *conſ. 199. nu. 55.*

Et opinio † hæc ita explanata procedit etiam in 9
conſuetudine, cum exploratum ſit, quod conſuetudo tanti temporis, cuius initii memoria non extat, habeat & habere abſque dubio aliquo videatur, vim priuilegii, etiam in his, quæ Principi ſunt reſeruata. *cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignif.* & ibi not. & habetur *in c. 1. de reſcript. in 6* & firmat Bellon. *in d. conſ. 55. nu. 3.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Et talis † conſuetudo habet etiam effectum 10
publici inſtrumenti, ita Afflict. *deciſ. 239.* In vſu autem tanti temporis non procedit regula, *l. quod initio. ff. de reg. iur.* prout Dec. exprimit ibi *in 1. fallent.*

Sed † omnia præmemorata limitantur vtiliter, 11
non habere locum, ſi huiuſmodi Principi reſeruata competerent alicui priuato; tunc enim contra eum ſufficeret præſcriptio ordinaria 30. vel 40 annorum, ſecundum Bal *conſ. 370. col. 2. vol. 3. & in c. 1. quæ ſint regal.* & Feli. *in d. c. cum nobis. col 2. de præſcript.*

Similiterq; præſcribitur † triginta annorum cur- 12
riculo ius non iurandi, præſtandique domino iuramentum fidelitatis, vt per Grauet. eleganter *conſ. 27. nu. 6.* Neoiz. *conſ. 11. nu 8. & 16.*

Itidem † præſcribi 40. annorum circulo poteſt, 13
etiam ius non ſoluendi cenſum, etiam eccleſiæ, teſte Paul. Caſtren. *conſ. 213. col. 1. vol. 2.* & Grauet. *conſ. 75. num. 8.*

OPINIO DCXCIII.

SVMMARIA.

1 *Reus poteſt iuramentum deferre accuſatori ſuo, & ſi iuraret, reus cenſetur crimen fateri.*

2 *Reus pacis poteſt ſe conueniri ſine actione.*

3 *Periculum amans peribit in eo.*

4 *Reus in caſu dubio eſt abſoluendus.*

 5 Reus

5 *Reum abſoluendus eſt, actore minus plene probante.*
6 *Reus vnde & quamdiu dicatur.*
7 *Reus excipiens, non videtur ad probandum ſe aſtringere, niſi actor probet: quia actori incumbit onus probandi.*
8 *Reo in deciſione cauſæ magis fauendum eſt, quam actori: ſecus vero in ordinatione, & formatione proceſſus: tunc enim magis actori, quam reo fauendum eſt.*

1 REVS poteſt iuramentum accuſatori deferre, † etſi inſtigator tunc iuraret, reus ob tale iuramentum crimen confitetur eſſe verum, iuxta magis communem omnium in iure Scribentium ſententiam, variis in locis iuris noſtri, cum qua concordat & concurrit Iaſ. *in l. ait prætor. col. fi. ff. de iureiur.* & Boer. *in deciſ. 86. ſub num.* 7. vbi meminit de præſenti communi opinione. Com. opin.
2 communi opinione Quæ † quidem confirmari poſſet, vltra alias rationes, adductas per præcitatos Doctor. hac etiam ratione: Nam reus ipſe ſimiliter pacti poteſt ſe conueniri ſine actione, vt voluit Bar. & Alex. *in l. ſi Titius. ff. de ver. obli. & in l. ſi quis alias ſolutum. §. quantum ad exhibendum. & in l. vbi pactum. ff. de transact.* Cyn. & Bartol. *in l. cum mota. C. eodem titul.* Sed
3 reus hoc caſu maximo, † euidentiſſimoque periculo ſe exponit, & ſic cantari poſſet contra eum illud *Eccleſiaſtici* 3 Qui amat periculum, peribit in eo. Nam
4 indiſcriminatim, † abſque delatione iuramenti accuſatori, reus in caſu dubio foret abſoluendus, *l. Arrianus. ff. de act. & oblig. c. ex literis. de probat. l. qui accuſare. C. de eden.* & Io. Cephal. *conſil.* 218. *n.* 4. *& conſ* 198.
5 *nu.* 18. *vol.* 2. Vnde caueat reus, † tanquam ab igne, à tali oblatione iuramenti: cum ipſe abſoluendus ſit, ſi actor minus plene probet, §. 4. *inſtit. de interdi. d. c. ex literis. & d. l. qui accuſare*, & idem Cephal *conſ.* 250. *nu.* 1. *vol.* 2.
6 Et quamuis reus dicatur à re, † quæ petitur, qui licet conſcius ſceleris non ſit, tamen dicitur reus, quamdiu in iudicio, pro re aliqua impetitur, *c. forus.*
7 *de ver. ſign.* Quinetiam † reus excipiens non videtur ad probandum ſe aſtringere, niſi actor probaret, ita Bald. *in l. alia colum.* 1. *verſ. Quæro nunquid. C. de his qui. vt indign. & in l. exceptionem. colum. pen. verſ. Modo ſequitur videre. C. de probat.* quia actori incumbit onus pro-
8 bandi. *d. l. qui accuſare.* Quare ex his †, reus, tanquam prudens, non debet vllo periculo ſe exponere, quantumuis minimo, cum in deciſione cauſæ interpretatio fieri conſueuerit potius ad fauorem rei, quam actoris: prout in ordinatione, & formatione proceſſus, & iudicii magis fauendum eſt actori, quam reo, ſecundum Glo. & Bart. *nu* 2. & alios *in l. de die ff qui ſatiſd. cogan.* & Claud. de Battandier *in pract. crim. in reg.* 152. vbi ait hanc diſtinctionem communem eſſe omnium in iure Scribentium. Com. opin.

OPINIO DCXCIV.

SVMMARIA.

1 *Vaſallum ſciens maleficium machinari contra perſonam Principis ſui, vel contra patriam, & non propalans, ſeu reuelans, incidit in crimen læſæ maieſtatis, & punitur vt rebellis.*
2 *Filium ſciens aliquem occiſurum patrem ſuum, & non reuelans, licet non ſit delicti particeps, punitur vt parricida.*

1 SCIENTIA ſola † in crimine læſæ maieſtatis, ob delicti atrocitatem, & immanitatem, non ſecuto aliquo conſenſu, conſilio, ac facto, eſt punibilis. Ideo vaſallus, ſciens maleficium machinari contra perſonam Principis ſui, vel contra patriam, & id non propalans, incidit in crimen læſæ maieſtatis, & punitur vt rebellis, ſecundum Bar. *in l. verum. num.* 3. *ff. ad leg. Pomp. de Parric.* Angel. & ibi Auguſt. *in add in tract. maleſic. in ver.* Tu hai tradito la tua patria. *in verſ. Quod crimen. nu.* 10. Salic. *in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* Angel. *in §. publica. in fi. inſtit. de publ. iud.* Afflict. *in c.* 1. *§. & bona committentium num.* 103. *in tit. quæ ſint regal. in vſib feudorum.* Calca. *conſil.* 2. *quod autem ſolum.* 4. Dec. *in l. culpa caret. num.* 9. *ff. de reg. iur.* Marti. Laudeo. *in tract. de crim. læſæ maieſt quæſt.* 13. Abb. & Felin. *in c.* 1. *de offic. deleg.* Et in practica opinionem iſtam ſeruari dicit ibi Felin. & Ange. *in locu præcitatu*, & ſequitur Bertachi. *in ſuo reper. in ver. Scire. in ver.* 14. vbi meminit ſe feciſſe decapitari quoſdam, ex ſola ſcientia tractatus non reuelati contra Summum Pontificem, & Auguſt. *in d. add. ad Ang.* refert quoque, alias ſe feciſſe vnum potentem Dominum decapitari hac de cauſa, & Dec. *in d. c.* 1. *num* 35. aſſeuerat quod ita obſeruatum fuerit Florentiæ, dum ipſe legebat Piſis, contra Renatum de Patiis, qui ob non reuelationem factam coniurationis, contra Rempublicam, fuit decapitatus, & infinitos decapitari vidit Bononiæ Barbat per iſtam Bar. ſententiam, & ipſe teſtatur *in d. c.* 1. *num.* 26. Et eandem opinionem declarat Ioan. Cephal. *conſil.* 75. *nu* 6. 28. *cum aliis ſeq. & conſ. ſeq. nu* 60. *cum cæteris ſeq. vol.* 1.

Sed contrariam partem tenuerunt nonnulli Doctor. congeſti per Felin. *in c. quanto. de ſent. excom. & in c. de cætero. col. fin de re iud.* vbi titubanter fatetur, opinionem Bar. in praxi non obſeruari, & nimis rigoroſam eſſe ait Gigas, *in tract. læſæ maieſt lib.* 3. *in tit. de pluribus & variis quæſtionibus. q.* 2. & Chaſſaue. *in conſuet. Burgundiæ, rub.* 1. *num.* 32. & iniquiſſimam appellat Matthæ. *in ſing.* 164. *nemo debet ſe ſubmittere*, & crudelem ait Barbat. *in d. c.* 1. *nu.* 26. & Bal. *conſil. ſuo, incip. cum quadam allegata ſint.* qui originaliter reprobauit conſulendo Bart. & protulit ibi quædam ſatis verba, quod iudices ſequentes Bar. doctrinam, omnes ſint homicidæ, & quod anima Bar. ob hoc ſepulta ſit in inferno. Nihilominus ego ſpretis verbis Bal. tanquam vanis, & mordacibus ſequor opinionem Bar. quem quod tueri non poſſim ob temporis anguſtiam, multum crucior. Cæterum, iudicio meo, eius fœlix, benedictaque anima, ob huiuſmodi opinionem non patitur detrimentum, nec afflictionem aliquam apud inferos, at quieſcit in pace, & quieſcet in æterna ſæcula: prout in hoc propoſito atteſtatur, & commemorat Fran. Coſcius, Decanus Senenſis *in c.* 1 *num.* 39 *de off. deleg.* Et opiniones iſtas conatur concordare diſtinguendo Auguſt Berous *in d. c.* 1. & Claud. Agnen & Bologne. *in l. vt vim, ſub nu.* 85. *ff de iuſt & iur.* ſed opinio ipſa Bar. eſt communis, teſte Alciat. licet ſub dubiis verbis, *in l. bona fides,* Com. opin. *num.* 10. *ff. depoſiti*, & *in l.* 4. *§. Cato. num.* 25. *ff. de verb. obligat* & in effectu communis, & veriſſima eſt, obſeruaturque in practica, vt patet ex relatis apertiſſime.

2 Quæ quidem communis procedit quoque in filio, qui ſciens aliquem occiſurum patrem ſuum, & non reuelans, licet non ſit delicti particeps, punitur vt parricida, ſecundum Bar. *in d. l. verum.*

§ Et quare anima Bar. crucietur apud inferos, non video rationem: cum ex ſententia Philoſophi, Diis, & parentibus non poſſimus reddere æquiualens, imo in fundamentis naturæ, Deus per potentiam ſuam, non poſſet producere Socratem: vel Platonem non concurrentibus patre, & matre, vt habetur 2. *phyſicorum text. commentar.* 26. *quamuis Theologi putent Deum glorioſum ſupplere*

vices

vices cauſarum particularium, vt patuit in Adam. Nec obſtat ratio Bal. *in d. conſ.* quod non reperiatur lex, quæ dicat, quod quis propter ſolam ſcientiam mori debeat: quia reſpondeo, quod tranſcenduntur fines legum criminis atrocitate, ex deductis per Bar. *in d. l. verum*, & hoc in terminis tenent Abb. *in c. 1. de reſt. ſpo.* & Dom. *in c. negligere. 11. q. 7.*

OPINIO DCXCV.

SVMMARIA.

1 *Scientia eorum, quæ publice fiunt, præſumitur apud eos, qui eo in loco conuerſantur. Sed poteſt quis probare contrarium, ignorantiam videlicet, nu. 5.*

2 *Præſumitur quis ſcire omnia quæ communiter ſciuntur: & id, de quo eſt publica vox, & fama.*

3 *Ignorantia non probatur iuramento, cum extat publica vox, & fama de re ignorata, & nu. 4.*

6 *Bannum publice emanatum, præſumitur ſciri ab omnibus, maxime cum eſt publicatum in locis ſolitis, n. 7.*

8 *Bannum licet non comprehendat alienigenas: comprehendit tamen ſubditos loci, vbi illud publicatum fuit.*

9 *Scientia præſumitur eius, quod publicatum eſt in valuis eccleſiæ, vel in alio loco publico: & allegans ignorantiam, non auditur.*

1 SCIENTIA, † ſeu cognitio eorum, quæ publice fiunt, de iure præſumitur, & ſic notitia apud eos, qui eo in loco conuerſantur, facile, & abſque dubio aliquo præſumitur, vt voluerunt Glo. *in c. 1. de poſtul. præla. in verb. Allegans*, & ibi omnes, Glo. *in ver. Cognouerunt. in §. qui autem excuſare ſe volunt. Inſtit. de excuſ. tut.* vbi Ang. Aret. & Port. *nu. 7.* Glo. *in ver. Oſtenderis. in l. ſi tutor petitus. C. de peric. tut.* vbi Bart. Bal. Ang. Salic. & omnes alii communiter, Soc. Iun. etiam *conſil. 31. nu. 36. & ſeq. vol. 2.* vbi iſtorum opinionem approbat & affirmat eſſe communem. Vnde præſumitur quis

Com. opin.

2 ſcire omnia, † quæ communiter ſciuntur, & conſequenter id, de quo extat publica vox & fama, publicum notorium, & manifeſtum, ſecundum Glo. *in d.*

3 *l. ſi tutor petitus. in ver. Oſtenderis.* Et tunc ſi extaret publica vox, & fama de re ignorata, ignorantia vtique non probaretur iuramento, ita Glo. *in c. nihil. de elect. in 6.* Gloſſ. & Bal. *in c. conuenticulas. col. 1. de pace iuram.*

4 *firma.* Qui loquitur † de receptante famoſum malefactorem, quod etiam per iuramentum non excuſet dolum ſuum. Et quanquam † præſumatur ſciri,

5 quod publice fit; nihilominus tamen poſſet probari contrarium, vt firmauit Card. in *Clemen. 1. in 13. not. de foro competen.*

6 Et hinc eſt, † quod proclama publice emanatum, omnes ſcire præſumuntur, *c. 1. de poſtulat. prælat. c. fin. qui matrim. accuſ. poſſ. c. 1. §. fin. de conceſſ. preben. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitor. actio. l. ſi tutor.* vbi Glo. & Bart. *C. de peri. ul tutor.* Gloſſ. & Bartol. *in l. 1. ff. de recept. arbitr.* & Gloſſ. *in c. exceptionem. §. fin. de ex-*

7 *ceptionib.* Et eo † magis bannum præſumitur perueniſſe ad omnium notitiam, cum illud promulgatum publicatumq́; fuit in locis ſolitis, & conſuetis, vt explicat, & demonſtrat Vrſill. *in add. Afflict. in deciſ. 200. nu. 7.*

8 Et licet † bannum hoc non comprehendat alienigenas extra territorium iudicis bannientis commorantes, illudq́ue edictum ignorantes: tamen dubio procul comprehenderet ſubditos loci, vbi bannum fuit publicatum, *l. fin. ff. de decret. ab ord. faciun.* Bar. *in l. cunctos populos, num. 21. C. de ſumma Trin. & fid. cathol.* Bald. *in l. 1. col. 3. C. de hered. inſtit.* Alex. *conſ. 90. vol. 7.* Iaſ. *conſil. 183. col. 2. vol. 1.* Marſil. *conſ. 121.* & Pariſ. *conſ. 71. ſub nu. 6. & ſeq. vol. 4.*

Et quod † publicatum fuit in valuis eccleſiæ, vel in alio loco publico, ſi id ignorari allegetur, non excuſat allegantem ignorantia, ſed ei imputatur, ſi non ſciuerit: quia hoc caſu facile præſumitur ſcientia, *Clement. vnic. de conceſſ. preben.* & ibi Glo. & Dec. *conſ. 160. in cauſa monaſterii, ſub nu. 5.* 6

OPINIO DCXCVI.

SVMMARIA.

1 *Scripturam minus ſolennem in iudicio contra aliquem productam, an is eam poſſit acceptare pro parte, & pro parte non maxime ſi capitula ſint ſeparata.*

2 *Scriptura, vel liberationis adminiſtrationis non poteſt acceptari pro parte, vt nec ſcriptura priuata, facta manu tertii, num. 3. Et cum iudici cauſa cognita, vel ex veriſimilitudine, ac qualitate perſonæ aliud videtur, quod videlicet ſcriptura etiam in cæteris contineat veritatem, nu. 4.*

SCRIPTVRAM minus † ſolennem contra Titium productam per Sempronium, non poteſt Titius acceptare pro parte, & pro parte non, etiamſi quando capitula ſunt ſeparata, ſecundum Corn. *conſil. 81. col. penult. vol. 4.* ſed debet acceptari in totum, aut in totum repudiari. Contrarium vero ſentit Bar. *in l. quedam. §. nummularios. ff. de edendo & l. Aurelius. §. item quæſiit. in fin. ff. de lib. leg. & in l. publica. §. fin. ff. depoſiti.* vbi docet modum cognoſcendi eam, quando ſit vnum capitulum, & quando diuerſa. Et eam opinionem Bar. ſequitur Abb. *in c. 1. de fide inſtrum. & conſil. 36. colum. fin. volum. 2.* Ant. de Butr. & Imol. *in c. bone. il 2. ex. v. de poſtul. prælat & in c. ex parte decani Extr. de reſcrip.* Roma. *conſil. 346. colum. 1.* Iaſ. *in repet. l. admonendi. colum. 50. ff. de iureiur.* & ibidem Ripa *n. 123.* idem Iaſ. *in l. non ſolum. §. morte. colum. 14. ff. de oper. manumiſ.* vbi rationem adducit: quia approbatio ſcripturæ dependet à poteſtate approbantis, ſeu acceptantis. Et huiuſmodi ſententiam ſequitur etiam Guido Papæ. *q. 503.* & plerique ex præcitatis Doct. atteſtantur eam eſſe communem, & Bellon. *conſil. 46. nom. 11. & ſequen.* 1

Com. opin.

Quæ communis ita relata, † tanquam veriſſima, limitatur non habere locum in ſcriptura alicuius adminiſtrationis, vt puta in libro rationis tutoris: nam ſi aduerſarius vellet acceptare in parte, tenebitur ſtare in toto, propter vnitatem officii ſui, *l. cum quæritur. ff. de admin. tut.* & in iſtis terminis loquuntur Corn. *in d. conſil. 81.* & Angel. *in l. ſumptus. C. de admin. tut.* vbi ait, quod excepto libro rationum adminiſtratoris, in aliis ſcripturis poſſit fieri acceptatio in parte tantum, quando capitula reperiuntur ſeparata. 2

Coarctatur ſimiliter hæc † communis non procedere in priuata ſcriptura, facta manu alicuius tertii: illa enim non poteſt in parte acceptari, etiam in capitulis ſeparatis, ſecundum Iaſ. *in d. l. admonendi. col. 50.* 3

¶ Limitatur poſtremo iſta † communis non procedere, quando iudici aliud, cauſa cognita, videretur, & ex veriſimilitudine, ac qualitate perſonæ ſcribentis colligatur, quod etiam contineat in aliis partibus liber veritatem: Verbi gratia, ſi ageretur de modica ſumma, & ſcribens ſit bonæ famæ. ita Bald. *conſ. 156. colum. 2. volum. 3.* & ſic ſecundum Bald. hoc videtur reſidere in iudicis arbitrio; & ſequitur Dec. *in cap. 2. colum. 6. de fid. inſtrum. & in l. 1. colum. 2. C. de eden.* Et circa materiam ſcripturæ aliqua ſcripſimus infra, *in Opinione 889. Teſtis in ſcriptura priuata &c.* 4

OPINIO DCXCVII.

SVMMARIA.

1 *Doctores an veniant appellatione ſcholarium, & profeſſorum. Item Scriptores, nu. 2.*

3 *Iura de ſociis loquentia an poſſint aptari ad ſcholares, & alios ſocios in eodem cœnaculo habitantes.*

4 *Scholares ſtantes in eadem domo poſſunt dici ſocii: nec vnus poteſt eſſe iudex in cauſa alterius.*

1 SCHOLARIVM, † vel profeſſorum appellatione veniunt Doctores, vt late per Abb. *colum. 2. & ſequent.* & Felin. *in proœm. Gregor* Barbat. *in c. ex litteris. num. 9. de conſtit.* & Iacob. Mandell. *conſil. 27. n. 6.*
2 Sed † appellatione ſcholarium, aut ſtudentium, non veniunt ſcriptores aliquo modo, ſecundum Gloſſ. ſingul. *in Clemen. 1. de elect.* Ant. cæteroſque omnes, & præſertim Barbat. *num. 13. in c. ex reſcripto. de locat.* vbi hanc communem eſſe opinionem exiſtimant. Cõis opin.

3 Et iura loquentia de ſociis, † adaptari poſſent ad ſcholares, & alios etiam in eodem cœnaculo habitantes, ita Abb. *in c. inter dilectos in fin. ſub num. 18. de fide inſtrum.* vbi allegat Azonem *in l. ſcriptione. ff. de his, qui deiec. vel effud.* & Specul. *in tit. de iud. in §. 2. in ver. circa hoc quæritur.* & explanat hoc procedere in
4 fauorabilibus, non autem in odioſis. Nam † ſcholares, commorantes in eadem domo, poſſunt dici ſocii, nec vnus eorum poteſt eſſe iudex in cauſa alterius, ſecundum Abb. *in c. cum R. canonicum. de offic. deleg.*

OPINIO DCXCVIII.

SVMMARIA.

1 *Senex decrepitæ ætatis torqueri nequit, & ſi tortus confiteatur, & confeſſionem ratificet etiam ad banchum iuris, & tamen ipſi præiudicat.*

2 *Senes qui dicantur.*

3 *Senex teſtis quis dicatur, vt ad perpetuam rei memoriam examinari poſſit, an, & quatenus relinquatur Iudicis arbitrio.*

4 *Senectus non habet certum terminum ſicut cæteræ ætates, & eſt morbus.*

5 *Statutum loquens de infirmitate, etiam in ſenectute locum habet.*

6 *Senectus eſt vitæ occaſus, & ſenes ſunt puſillanimes, & formidoloſi. Et ſenectus decrepita ad Epiſcopatum reddit inhabilem, quia Epiſcopi officio nihil laborioſius, nihilq; beatius. Et epiſcopatus inutilis eſt deponendus vel ei dandus coadiutor.*

7 *De ſenectute, & quid ſenibus conueniat, & ſenectus ſecum adferat, variæ ſententiæ ex variis autoribus recenſentur, & nu. 8. & 9.*

1 SENEX decrepitæ † ætatis torqueri non poteſt, *l. 3. §. ignoſcitur ff. ad Syllan.* vbi Bar. hoc expreſſe firmat, *& in l. de minore. ff. de quæſtion. in princip.* Brunus *in tractat. de indic. & tort. in 4. quæſt. num. 18.* poſt Odofred. & Gozadin. ibi relatos per eum, & Grammat. *deciſ. 34. num. 5.* vbi tenet, quod ſenex non excuſetur à tortura, ſed decrepitus, qui eſt poſt annos ſenectutis, & ea eſt communis opinio, vt aſſerit Pau. Cõis opin. Grillan. *in tract. de quæſt. & tort. in quæſt. incip. Sexto quæro, an omnes pœnæ infligantur num. 2. fol. 407.* licet ibi teneat expreſſe contrarium, ſed quicquid ipſe dicat, ac ſuadeat, ego tamen à præfata communi non eſſe recedendum duxi, quam approbat per plures rationes Tiraq. *in tract. de pœnis remittendis, aut temperand. cauſa 8. nu. 1. cum ſeq.*

§ Imo retenta communi opinione, dic fortius, quod confeſſio emanata à prædicto ſene, nec non ratificata, nulla videatur, nec eidem in aliquo præiudicet, vt voluit Glo. Bar. & alii *in l. penul. ff. de quæſt.* Gandin. *in tract. maleſ. tit. in rubr. de quæſt.* Marſil. *in l. 1. ff. de quæſt. num. 24. & conſ. 14. colum. 2.* Alex. *conſ. 5. volum. 1.* Grammat. *conſil. crim. 37. colum. 2. & ſeq. voto 6. colum. 2.* & Capicius *deciſ. 145.* Et iſtam Bart. opinionem *in d. l. pen.* communiter intelligunt Doctores paſſim in confeſſione, expreſſe ratificata, etiam ad banchum iuris, & in expreſſa perſeuerationem dictæ confeſſione, ita tenet Alex. *conſil. 52. colum. 2. vol. 3.* Marſil. *in d. l. 1.* Angel. Aret. & ibi latius Auguſt. de Arim. *in tract. de maleſic. in verb. fama publica num. 36.* & Marſil. *in d. l. pen.* quia quamdiu perſonaliter detinetur, idem metus durare præſumitur, & ibi latius per eum, qui dicit ſe plures liberaſſe à pœna mortis, & plures alios citat Grammat. *conſil. crim. 37. num. 8.* Iaſ. *conſil. 78. verb. pari ratione, lib. 6. vbi conſeſſio.* idem tenet Alciat. *in c. 1. num. 52. de offic. ordin.* & Pariſ. *conſil. 63. in fin. vol. 4.* ex quibus apparet, hanc eſſe communem opinionem, vt Doct. ſupra relati audacter atteſtantur, & alii paſſim. Cõis opin.

Senex † autem quis dicitur ab ætate quinquaginta annorum, vſque ad ſeptuaginta: & conſequenter ſenes dicuntur, qui ſunt ſeptuaginta annorum, vt per Gloſſ. magiſtram, *in proœm. 6.* & ibi plene Ioan. And. & Gramm. *in alleg. deciſ. 34.* & Lallus de Tuſcia, *in conſtitut. Regni, In pecuniariis, nu. 10. lib. 2.* Sed Aſtrologi ſecundum aſtra, quæ corpora noſtra regunt, & tanquam periti in arte, procedendo, ſentiunt contrarium, videlicet, quod homo non dicatur ſenex, niſi ab anno quinquageſimo ſeptimo, & ſic ſenectus venit, inchoante anno quinquageſimo ſeptimo, vt reſoluit, & egregie diſcurrit Vincentius Maxilla, *in conſuetud. ciuitatis Bari in conſuet. Inter milites, nu. 56. in tit. de immun. no. ciu. fol. 19.* 2

Et licet, † cum timetur de morte teſtium, relinquatur arbitrio iudicis, quis dicatur ſenex, ſtante, quod ſæpenumero vnus homo melius complexionatus, quam alius reperiatur, repeririq; ſoleat, prout ita intelligitur opinio Innocentii, & Ioan. Andreæ, *in c. fin. § 1. vt lit. non conteſt.* & ſic vt quis dicatur ſenex, vt ad perpetuam rei memoriam in teſtem examinari queat, reſidet abſq; dubio in iudicis arbitrio, ita Bal. *in Marg. in ver. Senex.* Innocent. & Ioan. And. *in Nouell. in c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt.* & Flor. *in l. in lege Aquilia delictum chirographum. ff. ad legem Aquiliam*, vbi annectit etiam id eſſe ſommarie cognoſcendum. & Glo. itidem *eo in loco. in ver. quis teſtes.* tamen, ſi ſenex attigerit ſeptuageſimum annum, qui eſt aliarum ætatum terminus, quamuis ſit bene complexionatus, & timeatur, vel non timeatur de eius morte, tunc id non relinquitur iudicis arbitrio, vt concedit, & determinat Abb. *eo in loco.* 3

Eſt autem ſenectus vltima ætas, † durans aliquando tantum temporis, quantum omnes aliæ ætates, ſecundum S. Thom. *in 4. ſentent. diſt. 43 art. 3.* ſecundum vero Ciceronem, *libro de ſenectute*, omnium ætatum certus eſt terminus, ſenectutis autem nullus eſt certus terminus. Et hinc planum facit Paul. *ad Hebr. cap. 8* quod illud quod antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt, & nihil mirum, quia ſenectus ipſa morbus eſt, *vt in c. magnæ. de voto.* & per Terentium *in Hecyra, cora. viri.* 4

Et ideo † ſtatutum diſponens in caſu infirmitatis, obtinet quoq; locum in caſu ſenectutis, vt per Abb. *in d. c. magna.* 5

Et

9 Et † ſic ſenectus occaſus eſt vitæ, ſecundum Ciceronem *in Topic.* qua de re ſenes ipſi ſunt puſillanimes, quia humiliati ſunt à vita, ſecundum Ariſtotelem *Ethic. lib. 11. cap 16.* & ſecundum eundem eo in loco, ſenes formidoloſi ſunt, omnia pertimeſcentes. & hinc eſt, quod ſenectus decrepita, reddit ad epiſcopatum inhabilem, ita Archidiaconus Florentinus. 85. *diſtinct.* Et ratio ea eſt; quia epiſcopi officio nihil eſt laborioſius, & periculoſius, ſed nihil beatius apud Deum, ſi bene agatur, *cap ante omnia 40. diſtinct.* Imo epiſcopus inutilis eſt deponendus, nec ei dandus eſt coadiutor, *cap. alicuius*, §. *quod etiam. 15. quæſt. 7.*

7 In † tantum, quod ſecundum Plautum, *in Mercatore* Senex cum exemplo eſt, iam nec ſentit, nec ſapit aiunt ſolere eũ rurſum repueraſcere. Senilem ſe bene habere ætatem, æquius eſt, adoleſcens cum ſis, tum cum eſt ſanguis integer, rei tuæ quærendæ conuenit operam dare; demum igitur cum ſenex ſis, tunc in ocium te colloces, dum potes itidem, vt tempus anni ætatem aliam aliud factum conuenit, nam ſi iſtuc ius eſt ſenecta ætate ſectari ſenes, vbi loci res ſumma noſtra publica? Vnde atteſtante Seneca *ad Lucillum*, *epiſt. 12.* nihil turpius, quam ſenex viuere incipiens. Imo ſecundum Cyprianum *de 12. abuſionibus* quid ſtolidius fieri poteſt, ſi mens ad perfectionem feſtinare non contendit, quando totius corporis habitu ſenectute confectus homo ad interitum properat dum oculi caligant, aures grauiter audiunt: capilli fluunt: facies in pallorem mutatur: dentes lapſi minuuntur: cutis areſcit: flatus non ſuauiter olet: pectus ſuffocatur: tuſſis cachinant; genua trepidant; talos, & pedes tumor inflat. homo interior qui ſeneſcit his omnibus aggrauatur, & hæc omnia, ruituram iam domũ noſtri corporis cito, pronunciant. talites quod, eodem Cypriano teſte, eo loco plus omnibus religioni operam date ſenibus conueniat, quos præſentis ſæculi florida ætas tranſacta deſeruit.

8 Eſt † nihilominus bene verum, ſecundum Ciceronem *lib. de ſenectute*, quod licet non ſint in ſenectute vires, tamen nec poſtulantur quidem vires à ſenectute. nec vero corpori ſolum ſubueniendum eſt, ſed menti, atque animo multo magis, nam hæc quoque, niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute & corpora quidem exercitationum fatigatione ingraueſcunt, animi autem exercitando, leuãtur aptiſſima ſunt omnino arma ſenectutis Scipio, & ò Leli artes, exercitationeſque virtutũ quæ in omni ætate cultæ, cum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus, non quia nunquam deſerũt hominem nec extremo quidem tempore ætatis, quanquam id quidem maximum eſt, verum etiam quia conſcientia benè actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio, iucundiſſima eſt. vnde non otioſè teſtatum etiam reliquit Saluſtius Iugurtinus, *lib. 8.* ita perſuadendo eo in loco: Gorgias Leontinus cum centeſimum & ſeptimum annum ageret, interrogatus quã propter tandiu viuere vellet, quia nihil, inquit, habeo, quod ſenectutem meam accuſem; quid iſto tractu ætatis aut longius, aut beatius? iam alterũ in ſæculum ingreſſus, neque in hoc querelam vllam inuenit, neque in illo reliquit.

9 Vnde † attingendo centrum huiuſcemodi bene peractæ vitæ ſenis, concludendum eſt opportuniſſimè quidem in præſenti apparatu ex illo diuino oraculo Eccleſiaſtici *cap. 25.* quod corona ſenum, multa peritia & gloria illorum timor Dei. Et ſic corona dignitatis ſenectus, quæ in vijs iuſtitiæ reperietur, *Prouerbiorum 16.* In tantum quod ſenum gloria ſit canities, & canities ſapientiam deſignet. & conſequenter ſenes in ſacra ſcriptura dicuntur ſapientes, *capit. porro 84. diſtinction.* & ob hoc in publicum aſſeruit Ambroſius *in Examerou lib. primo.* Quid naturam accuſas ò homo? habet illa impedimenta quædam ſenectutem & infirmitatem: ſed ſenectus ipſa in bonis moribus dulcior, in conciliis ſubtilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis potior, ad reprimendas libidines fortior, infirmitas corporis, ſobrietas corporis, ſobrietas mentis eſt. Imo Hieronymo teſte, *in epiſtol. ad Nepotianum.* ſenectus eorum qui adoleſcentiam ſuam honeſtis artibus inſtruxerunt, & in lege Domini meditati ſunt die ac nocte, ætate ſit doctior, vſu certior, proceſſu temporis ſapientior, & veterum ſtudiorum fructus dulciſſimos metit. necnon Ambroſio teſte, *de Iacob. libro vndecimo* Beatus quidem Iuuenis, qui bene viuit, ſed & beatus ſenex qui bene vixit. quod enim iuuenis ſperabat, adeptus eſt ſenior, quod ſenex fuit, optat hoc eſſe qui iuuenis eſt, certe hic inquieti maris, longiore ſibi adhuc curſu manente iactatur fluctibus, ſenex vero ſicut in portu, ita in ſtatione eſt ſenectutis.

Nec † vera eſt illa vulgaris propoſitio, quod ſenes, pueri reputari ſoleant, nam ſecundum Ciceronem *de ſenectute*, iſta ſenilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet, ſenum leuium eſt, non omnium. nam ſecundum Ambroſium *in epiſtola contra Simachum*, nulla ætas ad diſcendum ſera eſt; erubeſcat ſenectus quæ emendare ſe non poteſt: non annoſum canicies eſt laudanda, ſed morum nullus pudor eſt ad inferiora tranſire. Et hinc motus Gregorius *libro trigeſ moralium* aiebat, quod ſenes non eos ſacra ſcriptura vocare conſueuit, qui ſola temporum quantitate, ſed qui morum grauitate maturi ſunt. Et propterea dicitur *Eccleſiaſtici, cap. 25.* tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum, pauperem ſuperbum: diuitem mendacem; & ſenem fatuum, & luxurioſum. 10

OPINIO DCIX.

SVMMARIA.

1 *Sententia iudicis quæ tranſiuit in rem iudicatam, habet præſumptionem, pro ſe ſiue in præſentem, vel abſentem, & contumacem verum, vel fictum lata ſit;*
& habetur pro veritate ex eaque reſultat præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio niſi per confeſſionem partis, maxime ſi eſſet lata de antiquo & an etiam pro ſententia antiqua præſumatur, ſi in ea non fiat mentio actorum, & ſolennium. Et quæ dicatur lata de antiquo. num. 2.

3 *Præſumatur in dubio magis pro ſententia iudicis maioris quam inferioris.*

4 *An ſicut pro ſententia præſumitur, ita etiam pro laudo præſumatur etiam pendente reductione.*

5 *Decretum iudicis habet præſumptionem pro ſe, vt præſumatur adhibitum cauſa cognita, etiamſi in ſpecie non exprimantur ſolennia requiſita ad ipſum actum, ſuper quod decretum interponitur.*

6 *Sententia habet præſumptionem pro ſe poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, etiamſi pœna iuris alterata reperiretur.*

8 *Proceſſus habet præſumptionẽ pro ſe, quod rectè formatus ſit ſiue fabricatus ſit cõtra præſentem & non reluctantem ſiue etiam contumacem verum vel fictum: ſecus ſi*

 fabrica-

ſabricatus foret contra abſentem, de cuius contumacia non apparet, vtputa quia non conſtat de eius citatione, & aliis ad contumaciam neceſſariis num. 8.

9 *Executio rei iudicatæ pertinet ad iudicem, à quo qui ſententiam promulgauit, cum intra legitima tempora non eſt appellatum vel interpoſita appellatio deſerta.*

1 SENTENTIA † Iudicis quæ tranſiuit in rem iudicatam, habet præſumptionem pro ſe, ſiue lata ſit in præſentem ſiue in abſentem, & contumacem verum vel fictum, ſecundum Speculat. & Io. And. *in § vt autem de ſentent. prol.* Ioan. Cald. & Abb. *in cap. quoniam contra de prob.* & alios communiter ibi, Marcum Ant. Blancum *in trac. de compromiſ. q. 9. de eff. ſententia. nu. 10.* Imol. & Ant. de Butr. *in c. in præſentia, de renunc.* vbi (Cōis opin.) ſubdit Imol. hanc eſſe communem opinionem, *& in c. in iure de offic. deleg. colum. 12. & in c. in præſentia, de renunc.* & latiſſimè Ro *man. in leg. ſciendum. colum. 24. ff. de verbor. obligation.* Grammat. *deciſion. 24. numero. 5. & 13.* & Moder. *in d. c. quoniam contra.* Et ratio eſt: quia ſententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, cuiuſcunq; iudicis fuerit, habetur pro veritate *l. res iud. ff. de re iud. c. cum inter, de re iud.* & ea ea reſultat præſumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrariũ, niſi propter confeſſionem partis, vt notat Bart. *in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condit. indeb.* & Bald. *in l. filium quem habentem. C. famil. erciſ. & in l. cũ quis C. de iur. & fac. ignor.* & Cæp. *cautel. 31.*

2 ¶ Et † præſertim hoc procedit cum ſententia, quę tranſiuit in rem iudicatam, lata eſt non de recenti, ſed antiquo, vel longinquo; & tunc præſumitur pro ſententia, etiamſi in ea non eſſet facta mentio ſolennium, aut actorum, ſecundum Hoſtienſ. *in c. cum inter de re iud.* Inno. *in c. cum in iure de offic. deleg.* Bart. & Curt. Iun. *in l. admonendi num. 250. ff. de iureiur.* & Aret. *conſ. 36. colum fin.* Paul. vero Caſt. ſibi parum conſtans *conſ. 76. colum. 2. lib. 2.* tenuit contrarium, vbi ait, quod non præſumatur pro ſententia in antiquis, etiã quo ad acta, niſi de eis fiat mentio in ſententia, idem voluit Bal. *conſ. 204. col. 1. vol 3.* idemque videtur tenere Alexand. *conſ 123. colum. 2. volum. 2.* Sed prima opinio (Cōis opin.) Innoc. videtur magis communis vt ſcribit Curt. Iun. *in d. l. admonendi num. 250.* Et prædictis accedit vtiliter quod antiquum tempus quo ad hoc, dicatur viginti annorum argumento *c. cum venerabilis de except.* & facit *tot. tit. C. de præſcrip. long. temp. 10. vel 20. annorum,* & ita tenet Calderic. *in d. c. quoniam contra.* quem ſequitur Abb. *conſ. 61. colum. pen. lib. 1.* & Calca. *conſ. 8. colum. 4.*

¶ Sed opinio iſtorum mihi parum ſatiſfacit, ea quia alteram ſententiam huic de directo contrariam reperio & forſan veriorem, quod in præmiſſis tempus dicatur antiquum, quando poſt latam ſententiam eſſet lapſum biennium, vt tradit Bal. *in l. vnica C. vt lit. in vna eademque cauſa ter. pronunc.* poſt Hoſtienſ. *in d. c. in præſentia,* Idemque voluit Ioan. Andr. *in nou.* Ang. *in l. quicunque. §. fin. ff. de pub.* Bal. *in c. 1. de milite vaſ. qui contumax eſt,* Bertach *in 3. part. ſui repert. in verſ. Sententia præſumitur ante fin.* Alexan. *in l. fin. §. illud. ff. quando appellan ſit in add. ad Bart ante fin.* & Grammat. poſt alios relatos ibi per eum, *in deciſ. 24. num. 7. & ſeq.* ſubdens ibi iſtam eſſe veriſſimam opinionem.

¶ In contrariam vero partem videtur inclinare Bal. *in d. c. 1.* citans Inno. *in cap. Albericus, extra de teſt.* & idem Bald. *in cap. 1. quo tempore miles.* quod videlicet requiratur, vt lata ſit ſententia multum de antiquo. Cæterum neutram ex iſtis duabus opinionibus ſequor, cum ambæ erroneæ appareant, vt in[…] apertiſſimè oſtendere[…].

¶ Tertiam opinionem circa præmiſſa reperio, quod ad hoc, vt dicatur ſententia antiqua ſufficiat tempus decem annorum, ſecundum Hoſt. *in dict. cap. Albericus.* quem ſequitur Angel. *in dict. cap. quoniam contra* Alexandr. *in conſil. 123. colum. 2. lib 2* Gr adm. *conſil. 130. vel. 137. colum. final.* & Veronenſ. *conſil. 26. colum. 4.*

¶ Quarta etiam offertur ſententia quod antiquum tempus circa hoc tunc dicatur, quando fluxi, elapſique ſunt centum anni: quæ communiter (Cōis opin.) per Doctores approbatur, atteſtante Dec. *conſ. 311. colum. 2.* Alexandr. *in l. cum aliquibus Cod. de iure deliber.* & Marco Anton. Blanco *in dict. tractat. de compromiſ. in 9 queſtion. de effectu ſententia, ſub numer. 11. verſic. primo casu.*

¶ Quintam vltimo loco reperio opinionem, iudicio meo, magis tutam & æquam, quam & ſequendam eſſe ſuadeo. & eſt hæc quod totum hoc committi & relinqui debeat iudicis arbitrio, quando ſententia dicatur lata de antiquo, vt pro ea præſumatur etiam, in ea non facta mentione ſolennium & actorum: & iſtam opinionem ſequitur & tenet Ioan. Calder. *in d. c. in præſentia,* Alexand. *conſil. 219. colum. 3. lib. 6. conſil. 17. colum. 3. libro quarto* Aretinus *conſ. 36. colum. final.* & hanc ponit eſſe communem (Cōis opin.) opinionem Auguſtin. Ber. *in dict. capit. quoniam contra numer. 252.* & alii Moder. ibi qui quidem iudex varie arbitrari poteſt ſecundum qualitates iudicum, qui ſententiam pronunciarunt.

Quia † magis in dubio præſumitur pro ſententia 3 iudicis maioris, quam inferioris *leg. prim. ff. de offic. præfect. præt.* not. Bald. *in l. tutores. ff. de confirm. tutor.* Iaſon *in leg. pacta nouiſſima, in 3. notab. C. de pactis, & in rub. C. qui admitt. colum. 2.*

¶ Et hoc procedit, quando iudicis maioris qualitas non eſſet nota iudici arbitranti: ſi enim manifeſta eſſet. & iudicem ſciret imperitum præcipitem aut minus integrum arbitrium eius conſiderabit tempus longius, quam in iudice recto, integro perito & inculpato. Vbi vero tempus exactum eſſet annorum 30. illud ſine dubio videtur ſufficere, ſecundum Veronen *conſ 63 colum. 2.*

Ampliatur prædicta † communis, quod ſicut pro 4 ſententia præſumitur, ita etiam pro laudo præſumẽdum ſit ſecundum Alex. *in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbitr.* & Doctor. *in cap. quoniam contra falſam de prob.*

¶ Quod procedit de plano in laudo arbitratoris vt habeat præſumptionem pro ſe, ſecundum com- (Cōis opin.) munem opinionem omnium Scriben. quam celebrat, & citat Dec. *in d. c. quoniam contra nu 184.* Lanfranc. de Oriano, Pariſ. & Berous ibid. Similiter hoc procedit in laudo, quod in dubio pro eo præſuma- (Cōis opin.) tur, etiam pendente reductione ad arbitrium boni viri, vt concludunt omnes indifferenter *in cap. quoniã contra,* præſertim Dec *ibi nu. 186.*

Ampliatur quoque iſta communis, quæ habet 5 quod præſumatur pro ſententia, quę tranſiuit in rem iudicatam, non ſolum procedere in ſententia, verũ etiam in quolibet decreto iudicis imo Doct. *in d. ca. quoniam,* communiter conueniunt, quod præſuma- (Cōis opin.) tur adhibitum cauſa cognita, etiamſi in ſpecie non exprimantur ſolennia requiſita ad ipſum actum, ſuper quo decretum interponitur. & loquuntur Doct. etiam in actu in quo tales ſolennitates remitti non poterant, vt in alienatione bonorum eccleſiæ vel minoris, & iſta exempla, & alia ſimilia ponunt Doctores *in leg. l. cum hi. §. ſi prætor ff. de transact.* vbi Bal. & Paul. de Caſt.

Itidem

Cōis opin. Is dem antedicta communis, quod præſumatur pro ſententia, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, impletur etiam, ſi pœnam iuris alicuiatam eſſe repe-rerimus, vt tradit Dec. *in c. conſuluit. ad fin. de appel.* poſt B... *in l. quid ergo. §. pœna grauior, de iniuſam. col. 11.*

7 Sic † etiam præſumitur pro rectitudine proceſſus ſiue ſit fabricatus contra præſentem, & non reluctantem, ſiue etiam contumacem verum, vel fictum vt per Felyn. copioſè, qui hanc dicit eſſe communem opinionem, *in d. c. quoniam contra. colum. 16. verſ. quarta concluſio. vbi quoque quod qui vult dicere ſolemnitates non fuiſſe ſeruatas, producat acta &c.*

8 Quod † tamen limita, vt non procedat, quando fuiſſet lata ſententia & fabricatus proceſſus contra abſentem, de cuius contumacia non appareat, vt quia non conſtet de citatione, vel aliis ad contumaciam neceſſariis ita in terminis Cot. *conſ. 17. vol. 1. incipit L. & ſeq.* Et ita habui in facto in curia noſtra ſeculari, & obtinui anno 1570. exiſtente iudice D. Thoma de Sico de Ciuitate Campaniæ, viro ſummi ingenii, & ita etiā obtinui ſuperioribus annis in Regia Aprutina Audientia, dum erat ibi Auditor digniſſimus & celebratiſſimus D. Leonardus Anſantus Neapolitanus.

9 Et † aduerte, quod executio rei iudicatæ; & ſic poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ſpectet & pertineat ad eundem iudicem qui ſententiam promulgauit, & ſic ad primum iudicem à quo cum intra legitima ſtatuta tempora non eſt appellatum, vel interpoſita appellatio non eſt proſecuta ſecundum Bard. Bald. & alios *in l. ſi contra. C. de appell. & l. præcipimus. §. officiis. C. de iudic.* & Marant. qui ponit hoc pro regula cum 4. limitat. *in tractat. iudic. in 6 part. actu 3. & vltimo num. 2. cum aliis ſequent. fol. par. 195.* & ſequitur etiam, nonnihilque declarat Octau. Veſtr. *in ſua practic. lib. 8. tit. ſeu rub. de execut. rei iudicatæ, expenſarum taxatione, & fructuum liquidatione, ver. Si dices, fol. par. 153.* vbi dicit hanc eſſe communem theoricam. Cōis opin.

OPINIO DCC.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata per iudicem finita inſtantia eſt nulla.*
2 *Sententia lata pro mortuo non valet.*
3 *Inſtantia litis cum defuncto cœpta non tranſit in eius hæredem ipſo iure, ſed debet citari ad videndum tranſlationem iudicii in ipſum faciendam.*

1 SENTENTIA † lata per iudicem, finita inſtantia, eſt nulla, ſecundum Bal. *in l. obſeruare. §. proficiſci, in 3. quæſt. ff. de offic. procon. & in l. 1. ſi de inu. ſt. inter domi. & Va. al. in ori. in vſib. feud. & in l. properandum. col. 3. C. de iud.* Abb. *in c. venerabilis, de iud.* Feiy. poſt eundem Abb. *in c. de cauſ. de offic. deleg.* Rom. conſ. 425. & 427. Paul. de Caſt. *conſ. 324. videtur dicendum.* Facit tex. *in authent. ſi quis C. de temp. appell.* Grammat. *conſ. ciuili 165. num. 4.* vide late Ioann. de Amicis, *conſ. 32.* & firmat Paris de Put. *in tract. de Syndic. in ver. Sententia inprimis.* vbi dicit inſtantiæ lapſum non ſuppleri *per c. deteſtantes.* in Regno, & iſta eſt communis opinio; per Moder. *in dict. c. de cauſis.* Cōis opin.

2 Nec † ſententia lata pro mortuo valet; vt ex communi opinione tradit Ioach. Mynſ. *in obſeru. 85. num. 1. cent. 1.* Imo tunc ſententia ipſa etiam contra hæredem, & contra procuratorem defuncti nihil operabitur; ideo talis ſententia exequi nequiret modo aliquo contra hæredem *l. in ſumma §. fin. ff. de re iudic.* & ibi Doctor.

3 Sed † vt inſtantia cœpta cum defuncto transferatur in hæredem, debet neceſſario de nouo citari hæredes vt compareat ad delarandum ſi ſit filius, & hæres, & ad videndum tranſlationem, & tranſfuſionē iudicii in eum faciendam: qua citatione expedita & notificata hæredi iudex profert decretum, quod iudicium in eum transferatur, & ita proceditur ad vlteriora in cauſa vſque ad ſententiam vno verbo repetendo omnia acta, & actitata ſuperioris agitati iudicii, nec inſtituitur nouus proceſſus cum hærede, ſecundum Bart. *in leg. Lucius. §. rogatus ff. ad Trebellian.* & ita ſeruatur in magnā Curia Vicariæ, & in omnibus aliis curiis, atteſtante Carauita *in ritu 234. numer. ſexto* & ſic multoties vidi obſeruari & practicari, in curia noſtra Aquilana. Sed contrarium ait obſeruari in Camera Imperiali Ioach. Myn. *d. obſeruatione 85. num. 2.* quod ſententia lata pro mortuo, non ſit nulla, verum pro valida habeatur & conſtito de morte principalis poſt latam ſententiam transfertur iudicium & inſtantia in hæredem, & ſubſtinetur ſententia ipſa.

OPINIO DCCI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transfert dominium in rei vendicatione etiamſi iniqua foret. quod etiam procedit in miſſione ex ſecundo decreto num. 2.*

SENTENTIA † transfert dominium in rei vendicatione: & ſic Titius agens rei vendicatione cōtra Mœuium, ſi per iniuriam iudicis Dominus declaratus ſit, tunc vtique in eum tranſibit dominium eius rei de qua agitur ſecundum Gloſ. Dyn. Iacob. de Arena Guil. Rayner. Oldrad. Iaſ. *nu. 43. & alios in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur.* Cyn. & Iac. de Arena *in l. 1. C. communia vtriuſque iud.* Gloſ. Bar. Imol. Alex. Ang. & reliquos communiter *in l. Pomponius. §. fin. Inſtit. ff. de acquir. poſ.* Gloſ. *in §. ſi. Inſtitut. de offic. iud.* Calder. & Cardin. *in c. propoſuit per text. ibi, de conceſ. præb.* & iſta eſt communis opinio, ſecundum pleroſque ex citatis Scrib. & eſt amplectenda tanquam veriſſima, non obſtante quod aliqui tenuerint contrarium. Et Aret. declarat etiam *in d. § fin. num. 3.* Imo † amplius 2 etiam vt ibi per Gloſ. in miſſione, quæ fit ex ſecundo decreto per iudicem, non ex ſola ſententia, vt ibi in principio, & Aret. *in fin. dicti §. fin.* reputans ſingularem, & menti tenendam illam Gloſ. Cōis opin.

OPINIO DCCII.

SVMMARIVM.

1 *Laudum, ſeu ſententia nulla, licet regulariter non valeat, nihilominus poteſt confirmari conſenſu partium. & tunc non valet in vim ſententiæ, ſed in vim pacti.*

SENTENTIA † lata à Iudice incompetente, & ſic nulla, licet regulariter non valeat, poteſt tamen 1 conſenſu confirmari quod & in laudo obtinet Sed aduerte quod hoc caſu non valeret ſententia ipſa in vim ſententiæ, ſed in vim pacti, vt eſt text. cum Gloſ. communiter approbata, *in l. 2. C. comm. vtr. iud.* quam ſequitur Roman. *conſ. 173. in fin. & conſ. 175. numer. 4.* Afflict. *deciſion. 207. promiſ. in fin.* & Cæſar Vrſillus *in add. ibi num. 1.* & Dec. *conſil. 475. in cauſa. colum. penult. & in c. ex parte, il 2. num. 72. de offic. deleg. & in cap. ſignificante ſub nu. 17. & ſequens. de appellat.* & Socin. *conſil. 220. viſo compromiſſo. num. 3. volum. 2.* Cōis opin.

OPINIO DCCIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia noctu lata an valeat, & nu. 17. Item an interlocutoria valeat num. 18.*

Laudum

2 *Laudum noctu prolatum per arbitros non valet.*

3 *Sententia arbitratorum, aſſumpti de iure, & de facto, prolata nocte non valet, neque tenet.*

4 *Nox dicitur quãdo tenebræ ſunt ſuper terram, & quando quis de facili non cognoſcitur.*

5 *Iudices, ſeu officiales, quo tempore cauſas audire debeant, de iure communi, & de iure regni Neapolitani.*

6 *Appellari poteſt noctu à ſententia, die feriata. Et quidlibet actum intimari num. 7.*

8 *Citatus in Regno ſub noctem vſque ad primum ſomnum comparens, ad reſpondendum ſuper tenore publici inſtrumenti euitat pœnam contumaciæ, & purgat moram, ſed tenetur ſequenti die neceſſario iterum comparere.*

9 *Factum nocte, de die factum cenſetur fictione iuris. Et nox venit appellatione diei num. 10.*

11 *Ratio cur citatus in Regno, de nocte admittatur & nu. 12.*

13 *Dies artificialis non eſt de ſubſtantia actus. Et quis dicatur dies naturalis, & quis artificialis.*

14 *Miſſa à Sacerdote non niſi uno celebrari nequit, Et an poſt mediam noctem celebrare poſſit, etiamſi Sacerdos non dormiuiſſet, vel cibum non digeſſiſſet, vel pauls ante commediſſet.*

15 *Iuſumente Eucharistiam requiritur, vt poſt mediam noctem nihil comederet, nec medicinam, vel aliũde ſumpſerit niſi ſit in graui ægritudine conſtitutus.*

16 *Eucharistiam non ſumens in articulo mortis, an peccet mortaliter.*

1 SENTENTIA † lata de nocte, quaſi extra tempus ſtatutum à lege prolata, & quando poteſtas iudicis ſuſpenſa videtur, non valet ſecundum Gloſſ. Bart. Abb. Bald. Ang. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. qui aſſerunt opinionem iſtam eſſe communem, *in l. non minorem C. de tranſact. & in tempore*, vbi Gloſſ. & alii *ff. de fer.* & Laffredus *in deciſ. 412.* vbi ſcribit quoque iſtorum ſententiam eſſe communem, & ſequitur Ferrar. *in ſua tract. Papienſ. in forma ſententiæ diffinitiuæ §. 1. num. 37.* Gloſ. Ang. & omnes *in § omnia. Inſtit. de verb. oblig.* vbi ipſe Ang. inquit opinionem præ-dictam Bar. ſeruandam eſſe, & quod recedens ab ea litem ſuam faciat; & inquit communem, declarat, & ſequitur pariter ſubtiliſſimos, & celeberrimus in legendo, & conſulendo hac tempeſtate D. Tobias Nonius Peruſinus *in d. §. omnia num. 22. & ſeq.* Maranta *in tract. iudiciorum, in 6. part. 3. & ult. partis, in tract. num. 91. fol. parui 158.* & Cauenſ. *in pragma. 10. odia, qua inter com. ductos num.* 60.

Cōis opin.

2 Vbi cum aliis citatis per eum, ampliat hoc procedere etiam in laudo per arbitros prolato de nocte.

3 Sed † vtique non procederet in ſententia arbitratoris aſſumpti de iure, & de facto: quæ cum ſit quædam tranſactio, prolata de nocte, valet, & tenet ſecundum Ferrarien. *in d. pract. Papien. in forma ſententiæ diffinitiuæ. § 2. ſub num. 37.* Paul. Caſtr. *in d. l. more in fin.* & Marcum Anton. Blancum *in tractat. de compromiſ. quæſt. 1 num. 26.* Et Bald. *in l. eos § vlt. in fin. C. de appellat.*

¶ In contrariam vero partem inclinauit Hoſtienſ. *in ſumma de iud. § qualiter*, & Gloſ. & Butr. *in c. conſuluit ext. de off. deleg.* Quorum opinio procederet abſque dubio, quando ambæ partes eſſent præſentes, & nõ contradicerent, quando vltima dies inſtantiæ, & iuriſdictionis expiratura eſſet, aut quando accederet expreſſus partium conſenſus ſiue quando negotiorum multitudine iudex impeditus de die pronũciare non poſſet, Bald. *in proœm. ſforum.* & Socin. *in Reg. 359 fallent. 3.* aut quando conſuetudo in loco vigeret vt nocturno tempore ſententia feratur; & ſic in omnibus iſtis caſibus prædicta Hoſtienſ. opinio procederet, & ſententia lata de nocte valeret, & teneret, prout communiter declarant Doctores *in locis prænotatis*, & Canoniſ. *in d. c. conſuluit.* vbi Fely. Ioann. Andr. *in add. Spec. tit. de ſentent. § inſt. colum. 4. in verb. de nocte.* Iaſ. *in d. l. non minorem* & Laffred *in deciſ. 411.* vbi meminit de iſta communi. Et prædictas limitationes, ſeu declarationes, & alias quam plures poſuit vberius, vtilius, ac diſtinctius, quam alius quẽ hucuſque viderim D. Tobias *in d. § omnia.*

Cōis opin.

Et † aduerte ad præmiſſorum declarationem, quod nox dicatur cum tenebræ ſunt ſuper terram; ita quod homo de facili non cognoſcatur *c. ſi perfodiens, extr. de homicid.* quis in text. ad hoc citat Angel. *in l. 1. Cod. de conſt. pecu.* declarat Bald *in d. l. more, in princ.* & refert Dec. *conſ. 354. in caſu in fin.* & aduerte etiam quod cum ſententia fertur de nocte in dictis caſibus tria luminaria adeſſe debeant; ſecundum Bar. Ang. & omnes, *in d. § omnia.* & ego tam in cauſis ciuilibus quam criminalibus multoties in Regno, dum eram in iudicandi poteſtate conſtitutus, impeditus de die nocte protuli ſententias, tribus tamen luminaribus accenſis. & ita vidi obſeruari multis vicibus, me patrocinante. 4

Quamuis † iudices non teneantur, nec ego aliquo modo poſſint ad pronunciandum de nocte de iure communi. Nam magiſtratibus, temporibus veſpertinis in publicum eſſe non conuenit *l. 2. §. deinde cum eſſet ff. de orig. iur.* ſed cauſa, aud en extempore ante noctem, ſedere debent. *§ ſedebunt, in auth. de iud.* & hoc idẽ in Regno ſancitum reperio *in conſtitutione, Baiulos.* diſponente, quod omnes iudices à mane vſque ad veſperas, præter neceſſitatis horas comeſtionis, & ſomni, ſui copiam omnibus præſtare teneantur. 5

Et † quanquam ſententia noctu ferre nequeat nihilominus tamen ab ea benè noctu poteſt appellari ſecundum Bald *in authen. hodie. col. fin. C. de appel.* ſicut etiam die feriata poteſt ſimiliter appellatio interponi *l. 1.* & ibi Bart. *Cod. de ferio, & l. Dietm circa fin. ff. eodem tit.* 6

Prout † intimatio cuiuſcunque actus etiam de nocte fieri poteſt, & valet, & tenet ſic intimatio ipſa, ita emanata, vt per illuſtrem D. Marcum Ant. Eugenium præceptorem meum in terminis *conſ. 48. contracta ſocietate num. 33. & ſeq. vol. 1.* vbi profert etiã magnum verbum: neminem de hoc vnquam dubitaſſe, & ita vidimus non ſemel ſuperioribus temporibus in variis caſibus occurſis in practica in tribunalibus maioribus, & minoribus Regni iudicatum, & obſeruatum. 7

In † regno etiam obſeruatur, quod comparens citatus ad reſpondendum ſuper tenore publici Inſtrumenti, in vltima die peremptoria de ſero, vſque ad primum ſomnum, euitet pœnam contumaciæ, & ſic purget moram. & euitet contumaciam ipſam, & condemnationem. Sed die ſequenti, dum curia regitur neceſſario tenetur iterum comparere, inſtareque vt procedatur ad interrogationem, vel ad inſtrumenti liquidationem, petitam per creditorem verum enimuero ſi huiuſmodi inſiſtentia ita & taliter facta non ſit. contumacia iam incurſa, firma remanet, non obſtante tali prima comparitione, textus eſt *in Rit. item quia plerunque contingit. & in Rit. item ſeruat ipſa curia quod ſi aliquis bannitur. in rub. de bannitis, condemnatis, & condemnationibus.* & notat Franciſcus Ant. de Iudice Roberto *in practic. ſuper liquidationibus, & executionib. inſtrumentorum ſecundum formam ritum magnæ Curiæ vicariæ in 4. conſideratione. ſub num. 27. & ſequent.* vbi etiam plenum facit, hanc practicam eſſe ſatis iuridicam, quæ obſeruatur in omnibus 8

Regni

Regni tribunalibus tanquam in legibus allegatis fundata,. Eaque non ſolum obſeruatur in præſenti caſu, verum in alijs etiam decretis, & præſertim in decreto, quod interponitur contra teſtem non comparentem, citatum ad pœnam quatuor vnciarum. ita vt, ſi prædicti citati, perſonaliter, non autem per procuratorem compareant de ſero, vt dictum eſt, ſiue ſint ciuiliter, ſiue criminaliter condemnati, vel banniti, purgent moram, & contumaciam incurſam, & reputentur perinde ac ſi comparuiſſent tempore quo regebatur curia eadem die, & iudex tenetur de nocte in omnibus iſtis caſibus ſui copiam facere, ex iuribus allegatis.

9 Et † nihil mirum quia factum de nocte, de die factum dicitur, fictione iuris, *cap. conſuluit, de offic. deleg.* cum factum vno tempore ſi fingatur factum alio tempore, extrema debeant eſſe habilia vt per Bart. *in leg. fin ff communia prædiorum.*

10 Et † tanto magis, cum nox veniat appellatione diei ſecundum Bald. *in authentica hodie. Cod. de appellat.* & Alexand. *in leg. aut facta. §. tempus, de pœnâ.* Imo nox ipſa poteſt appellari dies, ex quo deſeruit diei, ita Bald *in dict. authentica hodie, colum. ſecund.*

11 Similiterque † res erat in præſenti caſu tempore peritura ita vt tunc noctis tempore admittendus ſit citatus. *d. c. conſuluit*, & Bar. *in l. more ff. de ferijs.*

12 Et † ſic factum certo tempore id dicitur, quod fit in ipſo actu, vel parum ante, vel parum poſt, vt per Gloſſ. & Bart. in *l. 1. C. de oper. liber.* & ibi Bal. etiam, *col. 1. & fin.* concludit ad propoſitum, quod factum immediate, vel ante, vel poſt dicatur eodem tempore factum. Et quod illud, quod factum eſt eodem die, & loco, dicatur factum vnico contextu.

13 Vnde † dies artificialis nullatenus eſt de ſubſtantia actus, cum id quod agitur nocte poſſit dici actum de die, ex quo dies ipſe naturalis conſiſtit ex viginti quatuor horis, ita vt in nocte etiam dicatur dies, vtpote quia dies naturalis more Romano incipit à media nocte, atque deſinit in media nocte ſequenti, *vt in leg. more Romano ff. de ferijs, & in allegato capitul. conſuluit* vbi Ioannes Andreas determinat, quod ſi contractus fiat circa dimidiam noctem, debeat notarius attribuere contractum diei præcedenti, ſi verò expleatur contractus poſt dimidiam noctis, tunc attribuatur, attribuique debeat diei ſequenti, vnde ſi hoc ſero in ſecunda noctis hora fieret contractus, poteſt notarius dicere, aſſereteque actum, in tali loco decima die Martii. Si autem circa mediam noctem tenetur ſcribere notarius vndecima die Martii, vt per Abb. etiam *eo in loco, colum. vndecima* & per [illegible] Doctores vniuerſaliter omnes.

14 Et hinc eſt quod miſſa non poteſt à ſacerdote celebrari non ieiuno, *cap. nihil, 7. quæſtion. 1. & capit liquido, de conſecrat. diſtinct. 2.* Scotus *in 4. ſententiarum, diſtinction. 8. quæſtion. 3.* & Raymundus in *ſua ſumma. tit. de communione Sacerdotis, poſt principium folio* 219. *& ſeqq.* vbi allegat alia iura concordantia, & planum quoque facit Sacerdotem poſſe celebrare poſt digeſtum cibum de mane etiamſi quod non dormierit nocte præcedenti poſt cœnam, & commendat etiam ſumma Roſella *in ver. Euchariſtia, il 3. numer. 10. & ſequent.* vbi deliberat quoque, remotis omnibus obſtaculis contrariis, quod Sacerdos etiamſi ante mediam noctem comediſſet, & cibus nondum foret digeſtus, poſſet tamen tuta conſcientia de mane celebrare non interueniente digeſtione, vel dormitione licet regulariter Euchariſtia ieiuno Stomacho ſumenda ſit, neceſſitate excepta, *dict. cap. liquido, & capitul. ſi quis de corpore, vigeſim. quint. quæſt 6.*

In † tantum quod ſumente euchariſtiam neceſſario requiratur, quod nihil ſumpſerit poſt mediam noctem, quantumuis minimum, nec medicinam nec aliud, comeſtibile, vel potabile, ſiue digeſſerit, ſiue non, & conſequenter ſecundum allegatos Doctores quis peccaret mortaliter, ſi non ieiunus accederet ad ſacramentum altaris vel Euchariſtiam, excepto mortis articulo, ita vt à media nocte, vel circa nullum cibum, nullumque potum ſumpſerit, etiam minuſculum, & iſta eſt ſententia frequentioribus votis approbata, quam ſequitur, & citat, humana armilla *in verb. communio, §. 2.* taliter quod accedens ad ſacram euchariſtiam debeat eſſe ieiunus, ſecundum S. Thom. *in 3. part. quæſtion. 80. articul. 8.* & habetur in *d. c. liq. & in c. ſacramenta, eodem titul. diſt. prima & in capitul. ex parte. de celebration. miſſarum*, & in Concilio Cartaginenſi, & hoc de fide tenendũ eſt, & oppoſitum erroneum eſt, & hæreticum, vt determinatum eſt in Concilio Conſtantinenſi, *ſeſſion. decima tertia.* ſed in graui conſtitutus ægritudine, in qua timetur periculum mortis euchariſtia non debet negari infirmo quamuis pranſo, potanti euchariſtis ipſam cum es ſit re ipſa viaticum, vt per ipſum ducatur ad terminũ, ita Scot. *in 4. ſentiarum, diſt. q. 3.* 15 Ciis opin.

Eſt † tamen bene verum, quod euchariſtiam non ſumens in caſu articulo mortis, ex ſola negligentia non peccet quippe mortaliter, ita Iacobus de Graſſis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, cap. 37. nu. 23. lib. 2.* vbi dicit iſtam eſſe veriorem opinionem. quæ ſine diſcrimine procederet, ſi infirmus ipſe paſchalem ordinariam communem adimpleuiſſet, vel ſolitus foret in ſanitate, ex peculiari deuotione ſumere ſæpe numero ſacramentum altaris, & putaret ſe tunc habere conſcientiam illæſam atque puram, vt per Scotum *in 4. ſententiarum diſtinct. 12. quæſt. 1.* ipſe vero ſemper hortarer, caſu ueniente, in articulo mortis conſtitutum, vt tunc ſumeret euchariſtiam, ad euitandum ſaltem peccatum veniale incurrendum occaſione negligentiæ. nam in dubio ſemper tutior via eligenda eſt. ex quo ſecundum Bernardum *ſuper cant.* animæ deſideranti Dominus feſtinus occurrit, cœleſti rore circumfuſus, vnguentis optimis delibutus, animam recreat fatigatam, eſurientem reficit, aridam impinguat terrenorum oblitam, ſuiipſius immemorem. Quod iuſtificatur quoque alia ratione viuaciſſima, nam à certa propter incertum non eſt recedendum, *l. ſi idem, §. quod ſi mutua, ff. de iuriſdict. omni. iud. l. 1. ff. de in lit. iuran. & l. partum, C. de rei vend.* Et hoc etiam fœliciter, ac religioſè ſuadetur, ſtante præſertim admonitione illa ſacroſanctiſſima Apoſt. Pauli *ad Gal. c. 6.* quod tempus habemus, operemur bonum. *& ad Eph c. 5.* videte quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, Vnde nec immerito concluditur *Eccleſ. 8.* quod omni negotio tempus eſt, & opportunitas. 16

Et † tanto magis quod inter cæteros fructus, & effectus euchariſtiæ iſte etiam recenſetur per Theologos variis in locis theologiæ, & potiſſimum per ſummam Tabienam *in verb. Euchariſtia, tl. 3.* quod vt in bene diſpoſito cibus nutrit, augmentat, generat, & fortificat. ita iſte cibus euchariſtiæ nutrit gratiam & virtutes, & eaſdem augmentat, generat bona opera, & fructificat ea. confertque gloriam, omnia enim præcedentia ſunt cauſa ademptionis gloriæ, quia dant virtutem ambulantem ambulandi vſque ad montem Dei. 19

Et ad

17 Et † ad id quod in principio concluſum eſt, quod ſententia lata de nocte non valeat, adde qualiter Rebuff. *in repetit. l. quod iuſſit, num. 296. ff. de re iudicat.* & Signorol. de Homodeis *conſ. 25. quaeritur an ſententia.* qui ampliat etiamſi fuerit lata prima hora noctis verum ex communi ſtylo Curiæ Romanæ non obſeruatur, ita D. meus Mat. Ant. Eugenius *in allegato conſ. 48. num. 37.* & Vantius *in tract. de nullitatib. titul. de nullit. ſentent. ex defectu iuriſdict. ordin. num. 132. & in Curia Regum.* Et de ratione vide Decium *in c. conſuluit. num. 12. in fin. de offi. deleg.* & Menoch. *de arbr. iud. lib. 1. quaeſt. 61.*

18 Licet † autem ſententia diffinitiua de nocte lata non valeat, nihilominus tamen interlocutoria Sententia promulgata de nocte valet, & tenet, vt per Bald. *in l. more Romanorum, in fine ff. de feriis.* & Pet. Rebuff. *in repet. quod iuſſit. num. 197. ff. de re iud.* vbi hoc interpretatur procedere, cum non requiritur cauſæ cognitio.

OPINIO DCCIV.

SVMMARIA.

1 *Sententia expertorum, & peritorum in arte, qui, de credulitate iurant, non de veritate, nunquam tranſit in rem iudicatam, & perpetuo ab ea appellari, & retractari poteſt poſt tempus datum ad appellandum ſi ſuperueniat dictum magis peritorum contrarium iudicantium.*

2 *Sententia expertorum, vel peritorum à qua fuit appellatum perempta inſtantia appellationis, per anni curſum, prout in cæteris cauſis, mandatur executioni.*

3 *Sententia peritorum, & expertorum, ambarum partium conſenſu aſſumptorum non poteſt retractari.*

1 SENTENTIA † expertorum, peritorumq; in arte vt ſunt medici, obſtetrices, æſtimatores & ſimiles, qui de credulitate iurant, & non de veritate, nunquã tranſit in rem iudicatam: ita vt perpetuo ab ea poſſit appellari, ac poteſt retractari, reuocari que talis ſententia poſt tempus datum ad appellandum, ſi ſuperueniret dictum aliorum magis peritorum, qui contrarium dicerent, quod prædicti imperiti æſtimaſſent & iudicaſſent ſecundum Ioan. And. *in add. Specul. in tit. de homicid. § fin. verſ. ſed pone,* Bald. *in l. ſi ab hoſt. bus. § vir ff. ſolut. matr.* Ang. *in l. quod ff. mancipium ff. de adil. edic.* Anton. & omnes *in c. propoſuiſti de probat.* Iaſ. *in l. admonendi ff. de iureiurand.* Barbat. & Dec. *n. 24. cum aliis ſeq. in dict. c. propoſuiſti.* Maranta *in tract. iudiciorum, in 6. part. in 1. actu. num. 13 ſub par. 159.* & Marſ. *in l. 1. § fin. alias ſi quis vltro. ff. de quaeſtionibus num. 55.* vbi ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem: & ita conſuluit Io. de Amicis. *conſ. 120. vbi, num. 5.* pariter dixit iſtam eſſe communem ſententiam prout aſſeruit quoque Grammat. *conſ ciuil. 118. nu. 2.* & Cagnol. *in reg. conſilii. ff. de reg. iur. num. 32.* Et ſic ſecundum memoratam communem opinionem, ſi iudex tuliſſet ſententiam ſuam, ſecundum dicta aliquorum peritorum, aſſerentium aliquod vulnus eſſe lethale, ob quod iudex condemnaſſet vulnerantem ad mortem, & alii poſtea peritiores, recognito vulnere, deponerẽt contrarium eius, quod depoſuerant primi ſcilicet vulnus non eſſe mortale: tunc vt ſupra oſtẽdimus, deberet retractari, & annullari. Cōis opin.

2 Sed † ſi appellatio interpoſita ab hac ſentẽtia expertorum, vtique curreret, & periret inſtantia appellationis, vnius anni circulo, quemadmodum in cæteris iudiciis, poſſet ipſa ſententia exequi vt *in c. ex ratione de appella.* & ita conſuluit Grammat. *in d. conſ. ciuili 118.*

3 Item † interpretatur dicta communis non habere locum ſi experti aſſumpti fuerint accedente ambarum partium conſenſu; tunc enim ſententia illorum retractari nequit, ſecundum Iaſ. *in d. l. admonendi colum. 21.* & Maranta *vbi ſupra.* vide de hac materia *infra opin. 715.*

OPINIO DCCV.

SVMMARIA.

1 *Sententia qua iudex ſimpliciter pronunciauit, prout in conſilio ſapientis ſeu conſultorum continetur, valet.*

2 *Sententia in qua iudex dicit pronuncio in omnibus, & per omnia, ſicut pronunciauit talis Iudex in tali cauſa non valet.*

3 *Sententia in qua iudex formaliter aſſerit, pronuncio abſolutionem, vt in conſilio, non valet eiuſque ratio.*

4 *Sententia in qua iudex dicit, condemno ſi iſt probatum alias abſoluo, valet.*

1 SENTENTIA † quis iudex ſimpliciter pronunciauit, prout in conſilio ſapientis ſeu conſultoris cõtinetur, qui in eo retulerat Titium condemnandum valet & tenet propter relationem factam ad illud conſilium ſecundum Petr. Cyn. & Bald. *in l. 1. C. ſi aduer. lib.* Ang. *in l. qui ſe dicit ff. de iudic.* Abb. & Dec. *in c. cum venerabilis de except. nu. 142.* & Maranta, *in tract. de iud. in 6. part. 3. part. nu. 126. ſuper primo actu.* quibus locis teſtantur hanc eſſe communem opinionem. Cōis opin. Adde Angel. Aret. *inſtit. de leg. Fuſia Can. toll. poſt num. 1. verſ. notabis.*

2 Hoc † vero limitatur non procedere ſi iudex diceret in ſententia pronuncio in omnibus, & per per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa, tunc profecto huiuſmodi ſententia non valeret aliquo pacto: ſiquidem certificatio nulla fit per relationem ad acta eiuſdem inſtantiæ, ſecundum An. & Imol. *in l. ſi conuertit ff. de re iud.* Specul. *in tit. de ſent. pro l. qualiter. verb. ſed ſi iudex,* vbi ponitur Ioan. And. *in add.* hoc firmat Ang. & Iaſ. *in § curate num. 37. Inſtit. de act.* vbi ſcribit illam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

3 Fallitque † ſimiliter præmiſſa communis non habere locum, quando iudex formaliter aſſereret, pronuncio abſolutionem vt in conſilio: hoc enim caſu, cũ iudex ipſe futuri temporis verbis vtatur, nõ valet ſententia, ſecundum Bart. *in d. l. 1. C. ſi aduerſ. lib.* & Dec. *in d. c. cum venerabilis.* vbi *num. 144.* præſupponit iſtam eſſe communem opinionem: quam ſequitur cum aliis relatis per eum, & limitat Vantius *in tract. de nullitatib. tit. de nullit. ex defectu proceſſ. nu. 91.* Cōis opin.

Sed † ſi iudex diceret in ſententia, condemno, ſi eſt probatum, alias abſoluo, hoc caſu abſque dubio valet ſententia iſta, ſecundum Ang. *in d. § curate,* & ib. Iaſ. *n. 39.* qui perhibet opinionem hanc eſſe communem. Cōis opin.

OPINIO DCCVI.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata ex probationibus priuilegiatis, velut ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ, in ſupplementũ ſemiplenæ probationis, & ſimilibus nunquam tranſit in rem iudicatam ſed ſemper apparentibus veris probationibus reprobari poteſt.*

2 *Sententia non tranſit in rem iudicatam in viginti quatuor caſibus remiſſiuè.*

1 SENTENTIA † lata ex probationib. priuilegiatis, veluti ſi feratur ex teſtimonio partis aduerſæ, in ſupplementum ſemiplenæ probationis, & in multis aliis caſibus, contra *l. omnibus C. de teſtibus,* nunquã tranſit in rem iudicatam ita vt perpetuo, ſemperque apparentibus veris probationibus, reuocari

poteſt

poteſt.ſecundum Innoc.*in c. tuanos, ext. de cohab. cleric. & mul.* Bar.Roma.Alex. Iaſ.& omnes, *in l. admonendi. ff de iureiu.* Ang.*in l. ſub ſpe. ii. C.de re iudic.* Aot. Imol.cæteroſque Cano *in c. propoſuiſti de probat.* Panorm.*in c. ex tuarum de purg. cano.* Dec.*in d. c. propoſuiſti num. 44.* & Io. de Aruicis *conſ.102.num 4.* vbi exprimit iſtam eſſe cõmunem ſententiam. Et ſequitur, † ac limitat Matanta,*in tract. iudicior in 6 par. in 1. actu.n.146.fol.par.159.* vbi *n.150.cum aliis ſeq.* refert 24.caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam.

OPINIO DCCVII.

SVMMARIA.

1 *Sententia ex præſumptionibus prolata non tranſit in rem iudicatam vllo modo.*

2 *Et nunquam pœnam ordinariam continere debet.*

1 SEntentia lata ex præſumptionibus nunquam tranſit in rem iudicatam, quin poſſit ex contrariis probationibus, vel præſumptionibus melioribus retractari. vt eſt text ſingularis *in l. ſi quis adulterii. C. de adult.* ſecũdum communem intellectum, de quo Fely. poſt alios *in c. propoſuiſti. extra. de probat.* quem intellectum approbat etiam Iacob. Butr. Bart. Ang. & alii *in d. l. qui adulterii.* Com. opi.

2 Similiterque † ſententia quæ debet ferri ex præſumptionibus, nunquam pœnam ordinariam continere debet, etiamſi præſumptiones ad aliud iudicem inducere non poſſent, niſi ad ita credendum, vide Cępoll. *conſ. crim. 6. nu. 11. & conſ. 32. nu. 21.* & Tiraq. *in tract. de pœnis legum temperan. aut remitt. cauſa 27. num. 2. 10. & ſeq.*

OPINIO DCCVIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia arbitri prolata, non citata parte, an, & quando valeat. & n. 2.*

1 SEntentia † arbitri prolata non citata parte, non tenet, nec valet. etiam ſi in compromiſſo dictum ſit, quod arbiter ferre ſententiam poſſit, abſentibus partibus, ſecundum Spec. *in tit. de arbit. in §. excipitur in fin.* quem ſequitur Imol. *in c. cum dilectus ext. de arb.* Alex. *in l. ſi quis arbitratu. col. 5. ff. de verb. oblig.* & Fely. *in c. olim. col. 9. de iud.* & iſtorum opinionem ſcribit Boer. *deciſ. 283. nu. 38.* non habere dubitationem aliquam. & Dec. etiam conſulendo *conſ. 39 in iudicam, ſub nu. 1 & ſeq.* vbi ſimiliter planum facit eam eſſe communẽ, quod prorogatio compromiſſi ſit partibus intimanda per arbitrum, etiam ſi ei data ſit poteſtas prorogandi, partibus abſentibus, alias laudum tunc prolatum, redderetur nullum & inualidum, prout ita non ſemel iudicari, & obtinui itidem patrocinando aliis non paucis vicibus, in variis diuerſiſque cauſis occurſis.

2 Sed hoc limitarunt, † ſeu interpretatur non procedere, ſi in cõpromiſſo eſſent adiecta illa verba: quod arbitri poſſent laudare, ferreque ſententiam partibus abſentibus, & non citatis: tunc enim bene valebit ſententia, non citatis partibus ſecundum Guil. Co. *in l. epiſcopale. vltima quæſt. C. de epiſcop. audien.* quem ſequitur Bal. *in l. ſi quis ex conſenſu col. 11. col. 111.* Paul. de Caſt. Alex. Soc. & Iaſ. *in 3. qu. in d. l. ſi quis arbitratu.* Et opinionẽ iſtam Boer fatetur eſſe communem, *in d. deciſ. 283. nu. 34. cum quatuor ſeq.* contra Bart. *in d. l. ſi quis arbitratu.* cõtrarium aſſeuerantem *num. 7.* Et in practica refert obſeruari Marſ. *in ſing. 173. fiunt quotidie compromiſſa.* & hãc partem ſequitur etiam concludendo Bald. *conſ. 262. in Chriſti nomine, nunquid arbiter. vol. 1.* Barbat. *conſ. 18. num. 17. vol. 1.* Ioan. de Imol. *conſ. vlt.* Ioan. de Anan. *conſ. 83. viſis his colum. 12.* Anchar. *conſ. 270.* & Roma. *conſ. 61.* vbi concludit quod Piſis ſeruetur antedicta opinio Guliel. de Cu. & ſequacium.

¶ Et communem iſtam intelligunt mẽtionati Do. procedere, ſi partes auditę fuerint plene ſuper diſcuſſione contentorum in compromiſſo tunc enim in prolatione ſententiæ non requireretur præſentia partis, nec alia citatio, ſecus ſi partes auditæ non fuiſſent.

OPINIO DCCIX.

SVMMARIA.

1 *Sententia ferri nequit, non citata parte, & lata non præiudicat.*

2 *Imo nec in fauorem non citati ferri poteſt, ſi ſit deſinitiua, ſecus ſi interlocutoria.*

3 *Sententia lata à Principe ſine citatione dicitur nulla.*

4 *Citationem negans, videtur negare defenſionem.*

5 *Citatio eſt de iure diuino inuenta.*

6 *Citatio requiritur nedum in deffinitiua, ſed etiam in interlocutoria, exigente cauſa cognitionem.*

7 *Cauſa cognitio eſt de iure diuino.*

8 *Citatio non ſolum requiritur in interlocutoria ſententia, ſed etiam peremptorium.*

9 *Sententia deffinitiua nulla redditur ſi pars citetur ad audiendam iudicis voluntatem: quia debet citari ad audiẽdam ſententiam, etiam in ſummariis.*

10 *Sententia lata ſuper citatione facta domino, cum iudicium non fuerit agitatum cum ipſo, ſed cum procuratore, ſi-cet ipſe non compareat, non valet.*

11 *Sententia lata ſexta die poſt citationem, factam, ad fauorem actoris ſine alia citatione, non valet.*

12 *Statutum non valet diſponens, quod ſententia poſſit ferri parte non citata.*

SEntentia † non poteſt ferri parte non citata, & per conſequens, lata non præiudicat, ſecundum Doctores *in l. de vnoquoque. ff de re iud.* vbi Marſil. & Doctores *in l. nec quicquam,* vbi Iaſ. *nu. 2. ff de offi. procon. & legati,* & Bernar. de Luco, *in reg. 673. per tex. in c. Deus omnipotens. 2. qu. 1. & in c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* quia citatio eſt fundamentum iudicii, vt inquit Specul. *in tit. de citat. in princ.* Abb. & alii *in c. quoniam contra falſam, in ver. Citationes, de probat.* & ibi tradit Philipp. Dec. *col. 10.* Et dicit Bar. *in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. om. iudic.* poſt antiquos, per eum relatos, quia citatio dicitur de ſubſtantia iudicii, ſaltem eo reſpectu: quia emiſſa ſententia, contra abſentem non citatum erit nullius momenti, & cum Bar. tranſeunt omnes communiter ibi. 1 Com. opi.

Ampliatur primo iſta concluſio, † vt in tantum procedat, quod ſi ſententia fuerit lata contra abſentem non citatum, non valeat nec teneat, etiam quando eſſet lata in fauorem abſentis non citati, vt voluit Saly. Glo. & Bar. *in l. eos qui. C. quomodo, & quando iudex. & in l. furioſo. ff. de re iudic.* vbi Alex. *nu. 5.* ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Iaſ *in d. l. nec quicquam. nu. 48.* quam ipſe limitat non procedere in ſententia diffinitiua, ſecus in interlocutoria, lata in fauorem abſentis non citati. 2

Ampliatur ſecundo loco, † quod ſententia, omiſſa citatione, etiam à Principe lata, dicitur nulla, *vt in l. fin. in princ. cum Gloſſ. 2. C. de legib.* & tenet Bald. *ibi.* Alex. *conſ. 11. alias conſulus column. 1. lib. 7.* Socin *in tract. de citat. in 7 artic. prin.* Marſi. *in d. l. de vnoquoque,* vbi hoc plurimum declarat. *num. 13. cum aliis multis ſeqq.* & Iaſ *in d. l. nec quicquam, num. 29.* vbi refert Docto. contrarium aſſerentes, 3

Et ratio † hu⁹ ampliationis videtur hæc, quia negãs 4

S cita-

Digitized by Google

citationem, videtur negare defenſionem, quæ cum naturalis ſit, ſiue iure naturali concedatur, *l. vt vim ff. de iuſtit. & iur.* auferri nemini debet, vt eſt text. *in Clemen. paſtoralis. § cæterum de re iudic.* & ita tenet Bald. *in l. cum fratrem in fin. C. de his quibus vt indignis.* Alex. *conſ. 5. vol. 2. num. 2.* Iaſ. *in l. 2. quam legit cum l. 1. C. quando libellus Principi datus, & in l. reſcriptum in 2 not. ff. de pact.* Imo ci-
5 tatio † ipſa dicitur adinoenta de iure diuino. Nam etiam Deus omnipotens, cui omnia ſecreta ſunt clara, non prius Adam damnauit, quam citaſſet, quando dixit Adam vbi es? vt legitur *Geneſis cap. 3.* & ita dixit Bar. *in extrauag. ad reprim. in ver. & figura.* Socin. *in prealleg. tract. de cit. in 2. art.* Abb. *in c. cum olim. colum. pen. de re iud.* & Curt. Sen. *conſ. 49. num. 92.* vbi alios allegat.

6 Ampliatur tertio hoc habere locum, † non ſolum in ſententia diffinitiua, verum etiam in interlocutoria, requirente cauſæ cognitionem, & afferente parti non modicum præiudicium, in qua ſententia requiritur, vt feratur partibus præſentibus, & legitime citatis: ſecus autem ſi ſit parui præiudicii, *l. à procedente C. de dilat.* tenet & declarat Bart. *in d. l. nec quicquam. § vbi decretum,* Ang. Imol. Paul. de Caſt. & Marſil. *n. 4. & ſeq. in d. l. de vno quoque.* Bart Imol. & Alex. *in d. l. ſi opus ff. de no. ope. nunc.* & Iaſ. *in d. l. nec quicquam, vbi nu. 23.* ait hanc

Cõis opi. eſſe communem opinionem, & Rum. *conſ. 69. num. 6. vol. 5.*

7 Quia cauſæ cognitio eſt de iure diuino, † ſecũdum Abb *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſt. col. 9. & ſeq.* & Dec. *conſ. 264. reuocatur. col. 2.*

8 Et aduerte, † quod in interlocutoria ſententia non ſolum requiratur citatio, verum etiam peremptoriũ, ſecundum Hieronym. Tortum, *in quodam ſuo conſilio,* quod refert & citat Marſil. *in d. l. de vno quoque, num. 6.*

9 Ampliatur quarto, † quod etiam ſententia diffinitiua videatur nulla, ſi pars citetur ad audiendum iudicis voluntatem: quia requiritur citatio ad audiendam ſententiam, ſecundum Rot. Rom. *in deciſ. 342. in nouis.* Et iſtud procedit etiam in cauſis ſummariis, vt per Gl. & Doct. *in Clem. ſæpe de verb. ſignif.* & Ferrettũ *conſ. 59. num. 3. vol. 1.*

10 Ampliatur quinto loco, † quod cum domino fuit facta citatio ad audiendam ſententiam in caſu, quo iudicium fuit agitatum cum eius procuratore: tunc ſententia ipſa, domino non comparente, non valet, vt per Bart. *in l. mutari, circa fin. ff. de procurat. & in l. procurator. C. eod. tit.* Canoniſt. omnes *in c. in nomine Domini de teſtib.* & Alex. *in l. furioſo. num. 7. ff. de re iud.*

11 Ampliatur ſexto, † quod ſi reo fuerit citatio facta ſeptima die menſis Aprilis, & lata fuerit per iudicem ſententia die 13. eiuſdem menſis, in fauorem actoris, ſine alia citatione rei condemnati: tunc ex defectu iſtius citationis omiſſæ, ſententia redditur nulla, non obſtante præcedenti citatione, facta pro alio die. *l. fin. § fin. cum ibi not ff quod vi, aut clam.* & notat & declarat Ruin *conſ. 137. nu. 1. vol. 5.* Ideo merito ad euitandum talem nullitatem, & huiuſmodi Scyllam, inoleuit ſtylus, & practica in omnibus tribunalibus Regni Neapolitani, vt in citationibus ad ſententiam, apponatur clauſula; *citetur Maxius ad audiendum diffinitiuam ſententiam, proferendam ſequenti die, cum continuatione dierum, & horarum ſequentium &c.*

12 Ampliatur † prędicta concluſio vltimo loco, quod non valeat ſtatutum, quod ſententia poſſit ferri, parte non citata, ſecundum Bal. *in l. 1. col. 2. C. quomodo, & quando iudex, per d. Clem. paſtoralis.* & idem tenet Soc. *conſ. 164. viſa bulla Bonifacii, col. antepen. vol. 2.* Ant. & Io. de Imol. *in d. Clem. paſtoralis,* & Bart. Soc. *conſ. 7. nu. 14. poſito & inſerto inter conſ. feudalia.* Albert. Bruni, & Curt. Iun. *conſ. 170. num. 21.*

¶ Et iſtam concluſionem, ita, & taliter ampliatam limitat in aliis 19. caſib. Iaſ. *in d. l. nec quicquam, num. 23.*

¶ Eandemque regulam limitat in aliis 19. modis Franc. Niconitius, *in c. quoniam contra falſam, de probat. in ver. citationes. num. 54. vſque ad num. 97.* Et in 125 aliis caſibus limitat Ant. Nicell. *in concordantiis gloſſarum, concordant. 59. nu. 224. vſque ad nu. 371. & in repet. c. teſtium, & in c. 2. de teſtibus.*

OPINIO DCCX.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata à Principe abſque citatione non valet de iure canonico, ſecus de iure ciuili, ſi appareat Principem aliquem voluiſſe præiudicare. nu. 2.*

3 *Proceſſus Principis, etiam de plenitudine poteſtatis fabricatus, contra non citatum, licet non valeat, tamen valet in caſibus, in quibus poteſt omitti citatio.*

4 *Sententia in Sacro Regio Concilio Neapolitano, & in camera Imperiali proferuntur poſt concluſionem in cauſa abſq; citatione eiuſq; ratio.*

5 *Princeps in quibus caſibus citationem tollere poſſit.*

6 *Sententia Principis exigit citationem, niſi in caſu quo profertur ſententia contra rebelles Eccleſiæ.*

7 *Nullitates non ſubſiſtentes, opponi non poſſunt contra ſententiam Principis, & Sacri Concilii Neapolitani.*

SEntentia † Principis abſque citatione non valet de iure canonico. textus in Clemen paſtoralis, *in verb. Cæterum, de re iud.* quia citatio à iure naturali prouenit & eſt vera ſpecies defenſionis: itaque nullo pacto, etiam per Principem ea omitti poteſt: vt per Abb. *in c. 1 de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Petr. Philipp. Corn. *in c. cum olim de re iudic.* Aret. *conſ. 165. ſicut Ioannes,* Soc *conſ. ſuo incipien. ſæpenumero, quod eſt poſitum inter conſilia Franc. de Curt. & eſt 20 in ordine. col. 9. & ſeq.* vbi vult, poſt alios relatos per eum, ſententiam declaratoriam, non adhibita citatione, eſſe nullam. & huiuſmodi opinionẽ ſequitur etiam tanquam communem Marantæ *in tracta. de iudic. in 7. par. prin. num. 3* Socin *conſ. 12. colum. 2. nu. 1.* & Sebaſtian. Vant. *in tract. de nullitat. in tit. quis poſſit dicere &c.* & Fortunius *in l. Gallus. §. quid. colum. 137.* & latiſſime And. Tiraquel. cum aliis fere innumeris ſignatis per eum, *in tract. res inter alios acta, limitat. 6. folio paruo 14* & Octauianus Veſtrius *in ſua pract. lib. 3. in rubr. ſeu tit. iudicium noſtrum multiplex in ſpecie, & plures eius defenſiones. col. 3 fol. par. 31.* 1

¶ Iſta vero communis limitatur non procedere de iure ciuili. *l. fin. C. de legib.* vbi apparet, ſententiam Principis abſque citatione valere, & not. Lud. Rom *conſ. 349 in 2. dubio, circa finem,* allegans *l. Lucius ff. de euict. & l. item ſi verberatum. ff. de rei vindic.* Et idem Alex. *conſ. 87. viſis codicillis. col. 9. lib. 2.* dicit, quod quando apparet, Principem omnino voluiſſe alicui præiudicare, non oportet citare illum, ex quo actus eo inuito poterat 2 expediri, quod etiam tenet Lud. Rom. *conſ. 212. quo ad primum:* & Moder. Canoniſtæ *in d. c. cum olim. col. 5.* ſequitur etiam Philip. Dec. *conſ. 191. in cauſa nu. 6. & 8. & conſ. 169. conſultus ab illuſtri. colum. fin.* & Soc. *conſ. 4. lib 3. num. 14.*

Et † confirmatur prædicta concluſio. Nam Princeps de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiam 2 parte non citata, ſecundum Io. And. *in add Specul. in tit. de ſenten. § iuſto. ver. eſt etiam nulla. & in c. 1 de cauſ. poſſeſſ. & prop. & in c. inter quatuor.* vbi Inno. Imol. & Abb. *de maiorit. & obed.* cum aliis cumulatis per Alexan. *in l. de vno quoque ff. de re iud. colum. penult.* & per Socin. *in d. conſ. 20. colum. 3. & conſ. 21. col. 10.* & per Fely. *in d. c. cum olim col. 10. & ſeq.*

Et

Eeliceт ibi videatur concludere, † quod proceſſus
3 factus, etiam de plenitudine poteſtatis, contra non citatum, non valeat: tamē *in verſ. recipiunt iſta*, concludit, & tenet valere in caſibus, in quibus poteſt omitti citatio, qui ponuntur per Alexādrum *in d. l. de vnoquoque*, & per Marian Socin. *in tract. de citat fol.* 24. Et opinionem iſtam, quod Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit procedere, & facere actum validum, abſque partis citatione, firmauit quoque per plura argumenta, & rationes diſputando Marſil. *in repet. l. de vnoquoque num.* 12. *vſque ad nu.* 23. *ff. de re iud.* Ego vero con-
4 cludo, † poſſe à Principe citationem tolli, quæ iure humano, poſt concluſionem cauſæ, neceſſaria eſt, ad ſententiam pronunciandam: & iſto primo caſu nulla eſt alleganda defenſio; & ideo potius ea citatio eſt iuris poſitiui & humani, quam naturalis: quemadmodum in ſpecie tradit elegantiſſime Affl. *in deciſ.* 283. & Maranta, *in tract. iudiciorum in* 6. *par. num.* 10 *folio paruo* 107. vbi explicant, quod omnes ſententiæ Sacri Regii Concilii Neapolitani proferantur poſt concluſionem in cauſa: abſque citatione, & teneant, tanquam latæ ſub nomine Regis, & Principis. & ita etiam ſeruatur in Camera Imperiali, atteſtante Ioach. Mynſ. *in obſeru.* 71. *centuria* 3. vbi ait, Cameram conſuetam eſſe proferre ſententiam ſine prætiua citatione, cum interuenit prima citatio generalis, ad omnes, & ſingulos actus, & ad totam cauſam.

5 Secundo caſu † ſimiliter conſtat Principem poſſe tollere citationem in his actibus, quos ipſe agere poteſt libere, abſque iniuria, etiam ſine cauſa, & in alterius præiudicium: nec enim citatio tunc impedire poteſt liberam voluntatem Principis, quod expreſſe tenuerunt Socin. *conſ.* 164. *vol.* 2. & alii, quos refert & ſequitur Crauett *conſ.* 5. *col.* 11.

6 Vnde coarctatur † ſecundo loco præmiſſa communis opinio, quod ſententia Principis requirat citationem, regulariter locum obtinet, niſi in caſu, in quo proferretur ſententia contra rebelles eccleſiæ: tunc enim non requiritur citatio in promulgatione ſententiæ ſecundum Io. And. *in cap. cum olim. de re iudic. in nouel* argum. illius tex. & de hoc tripudiat, & facit ſeſtum Bal. *in proœmio feud in prin. fol.* 4.

7 Sed aduerte vtiliter, † ne erres, quod ex authoritate, & teſtimonio Innoc. *in c.* 1. *de lit conteſt.* de nullitate proceſſus, facti, & fabricati coram principe, non ſeruato iuris ordine, opponi non poſſit: quia permittens coram ſe aliter procedi, videtur diſpenſare. & idem notat Io. *in c. inſtitutur.* 25. *queſt.* 11. ad quod optime facit quod notat Specul *in titu. de ſenten.* §. *iuxta propoſitiones, verſ. non valet etiam ſi eſſet lata*, & quod notatur *in l. omnium. C de teſt.* Et ita ſtabilitum quoque reperio in Regno, quod à ſententia Sacri Regii Concilii Neapolitani, tanquam à ſupremo tribunali emiſſa, dici de nullitate nequeat modo aliquo: prout ita ſancitū extat *in pragmatica quinta, emanata in anno* 1545 *incipiente, quamplurimum. in tit. de officio Sacri Reg e Concilii.* vbi diſponitur, allegantes, proponentesque nullitates non ſubſiſtentes aduerſus ipſius Sacri Concilii ſententiam, incurrere pœnam duarum vnciarum, ſi cauſa infra mille ducatos dignoſcitur. Si vero vltra mille ducatos, pœnam quindecim vnciarum, & pragmatica hæc reperitur interpretata, explanata, & declarata tempore illuſtriſſimi Dom Perafanni, Viceregis, vt inibi vbertim indicatur.

¶ Et hinc memini me vidiſſe hiſce oculis ſæpenumero aliquos Doctores regnicolas, intellengiſſimos, atque doctiſſimos, accedentes aliquando ad Ciuitatem Neapolis, patrocinium præſtitiſſe in cauſis arduis, exagitatis in ipſo Sacro Concilio, & ſuccubuiſſe, & incognitam habentes præſentem regiam pragmaticam, improuide, inſipide, & temere dixiſſe de nullitate ſententiæ eiuſdem Sacri Concilii, & ſtatim, mediāte arreſtatione perſonæ, ſoluiſſe integram pœnam ipſius pragmaticæ.

OPINIO DCCXI.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata de conſilio ſapientis, nunquam tranſit in rē iudicatam, & poteſt ſemper retractari, ex conſilio alterius iuriſperiti æquiori, & rectius ſentientis, etiamſi ab ipſa ſententia foret appellatum, & appellatio deſerta.*

2 *Idque locum habet, etiam exſtante ſtatuto diſponente, quod ſententia debeat ferri cum conſilio iuriſperiti, vel etiā, ſi cauſa de partium conſenſu commiſſa foret conſilio iuriſperiti.*

3 *Sententia non tranſit in rem iudicatam, viginti tribus caſibus remiſſiue.*

4 *Cauſa an exprimi debeat in conſilio, & voto conſultoris, an vero ſufficiat proferre votum ſine allegationibus.*

5 *Iudex non tenetur præciſe ſequi conſilium ſapientis.*

6 *Iudex non excuſatur à ſyndicatu, propter conſilium ſapientis, niſi ſtatutum, vel commiſſio expreſſe diſponat, debere iudicari ſecundum huiuſmodi conſilium.*

7 *Barones Regni Neapolitani tenentur in eorum iuriſdictionibus deputare Capitaneos, Aſſeſſores, & Iudices ſecundarum cauſarum.*

8 *Conſultores Baronum in Regno Neapolitano tenentur ſidembere, de reddendo rationem votorum per eos prolatorum in cauſis ciuilibus, & criminalibus. Et inſipidi ſunt vaſalli Baronum non petentes talem cautionem ad damnum, & iacturam ſuam euitandam.*

SEntentia † lata de conſilio Doctoris, vel ſapientis, 1
ſeu iuriſperiti, nunquam tranſit in rem iudicatam, & poteſt ſemper retractari vbicunque appareret cōſilium alterius iuriſperiti æquius, ac rectius ſententis, ſecundum Ant. Butr. Abb. & alios, *in c. propoſuiſti de probat.* Bal. *in c. pen. eod. tit.* Ang. *in l. quod ſi nolit.* §. *mancipium ff. de aedil. edic.* Rom *in l cum quidam.* §. *quod dicitur. ff. de acquir. hered. & conſ.* 218. *pro plena deſcuſſione num.* 16. Alex. *in l ab hoſtibus. col.* 3. *ff. ſolu. matrim.* Iaſ. *in rub ff. de iureiur. in fin. & in l. ſi conuenerit. nu.* 21 *ff. de re iud.* Ruin. *conſ.* 34. *num.* 1. *vol* 5. vbi hoc ampliat procedere, etiamſi à dicta ſententia fuiſſet appellatum, & appellatio poſtmodum deſerta fuiſſet, ob non proſecutionem factā intra legitima tempora. Et eandem opinionem Ant. Butr. & aliorum ſequitur quoque Marſil. *in ſing.* 427. *plures ſunt caſus, & in pract. crim.* §. *ordine. num* 4. Maranta *in tract. iudicior. in vlt parte* 6. *par. incipien. deciſoria iudicis tribus membris diſtincta, ſententia, appellatione, & executione. n.* 130. *fol. par.* 259. Dec. etiam *conſ.* 278. *nu.* 7. & Corſet. *in reper. Panor. in ver. ſententia lata per dicta peritorum*, qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionē.

Et ſic, † ſi extaret ſtatutum, quod ſententia debe- 2
ret ferri cum conſilio, relatione, ſeu dicto conſultoris, vel ſapientis, vt reperitur fere vbique, vel etiam, ſi de partium voluntate fuiſſet commiſſa cauſa conſilio alicuius iuriſperiti: tunc ab huiuſmodi ſententia non tantum appellari poſſet, verum etiam, ſi appellatum foret, ſententia hæc nunquam tranſiret in rem iudicatam: imo quandocuoque, ſi appareret conſilium alterius Doctoris peritioris in contrarium factum, ſecundum communem opinionem præmiſſam, poſſet abſque dubio aliquo retractari. Alios † vero caſus
circiter 23 & ſes quidem vtiliſſimos, in quib. ſenten- 3
tia non tranſeat in rem iudicatā, ponit Maran. *in d.* 6. *par. vlt par. ſui tract. de iudic. in. n.* 130. *cum aliis multis ſeq.*

8 Itidē† ſententia ſup appellatione ab interlocutoria dicitur etiā interlocutoria, vt voluit Pau Cur. 16. cuius opin. ꝓcedit indiſcriminatim, habito reſpectu ad partes, ſed habito reſpectū ad perſonā iudicis, dicitur diffinitiua, ſecundum Bal. *in auth. hoc ſacramentum, alias hodie, in verſic. Iſta opinio præſupponit. C. de iur. ca'um.*

9 Itē† ſententia etiam primi, vel ſecundi decreti, interlocutoria dicitur, vt firmauere Bart. *in l. ſi finita. §. ſi forte ff. de dam. infect.* Iaſ. *in d. l. quod iuſſit. num.* 7. Roma. & Nicell. *in d. rub. ff. de re iud.* vbi allegat Glo. *in l. præſenti. §. ſi hoc facere C. de his qui ad eccle. confug.* licet ſententia ſecundi decreti habeāt vim diffinitiuę, & facile mixta dici poſſet, teſte Bal. *in l. per banc. in fin. C. de temp. appel.* &
10 Præpoſ. *in c. cum ceſſante, extra de appel. col.* 9 Vnde† quotieſcunque interlocutoria habet vim diffinitiuæ, vt diffinitiua iudicatur, habetq; eius naturam, ita Alex. *in d. l.* 5. *ff. de ver. oblig. col.* 2. Dec. *in c. peruenit. el* 2. *col. fin. de appel.* & Crauet. *conſ.* 273. *nume.* 2. & 4. & veniſſet tunc abſque dubio aliquo appellatione diffinitiuæ, vt ab vtraque eodem modo appelletur, ſecundum Ant. de But. Abb. Ioan. And. & alios *in c. peruenit de appell.*

11 Poſtremo, † præceptum de ſoluendo dicitur quoque interlocutoria, & poteſt indubitanter ad beneplacitum reuocari, ita Ang. Pet. de Suz. & alii, *in l. ſi debitori ff. de iudic.* & Rom. *in d. rubr. ff. de re iudic.* Et † quā-
12 uis præceptum hoc vim diffinitiuæ habeat, tamen ſi id cauſa non cognita, & abſque vlla iuris ſolennitatē fieret, retractaret facile, contrario imperio poſſet, vt concedit Ang. *in d. l. ſi debitori.* Dec. *in c. cum ceſſante. col.* 3. *de appell.* Maranta, *in d.* 1. *actu, n.* 27. & Crauet. *conſ.* 273. *num.* 4.

13 Vltimo loco, † condemnatio expēſarum, ſeu ſententia lata ſuper eis, dicitur quoq; interlocutoria, ſi ea fieret in progreſſu cauſæ ante ſententiam: eo enim caſu poſſet iudex illas expenſas taxare in ipſa cauſæ progreſſione, vt firmat, & probat Iaſ. *in d. l. quod iuſſit, num.* 4. ſecus vero ſi fieret condemnatio hæc vna cum ſententia diffinitiua: tunc enim cēſeretur pars ipſius ſententiæ, ſecundum Ang. *in l. qui agnitis ff. de excep.* Philip. *in d. c. cum ceſſante. col. antepen.* Fely *in d. rubric. de re iud. col.* 9. & Marantam *in d.* 1. *actu. num.* 36. vbi perlubet illam
Com. opi. eſſe communem diſtinctionem, Et ita explicat quoque Rebuff. *in repet. l. quod iuſſit. in princ. num.* 58. *ff. de re. iud.*

14 Demum † etiam ſententia ſuper obſeruatione iudici eſt ſimiliter interlocutoria, vt determinat affabre Maranta, *in d.* 1. *actu, cum aliis aggregatis per eum* [illegible] ſed re ipſa non dicitur mere interlocutoria, & licet [illegible] appellare, ita Creſcen. *deciſ.* 132 & Gumeſ. *deciſ.* 85. & ſic in cauſis variorum clientulorum infinitis prope vicibus obnnui in practica. Et quod ſententia lata ab obſeruatione iudicii habeat vim definitiuæ, ait eſſe cōmunem opinionem Rebuff. *in repet. d. l. quod iuſſit in princ. nu.* 48. vbi eam limitat, ſi lis non fuerit conteſtata, nec conceſſa dilatio ad probandum, alias ſecus.

15 Cæterum ſententia etiam, † quæ pronunciatur, nō poſſe tertio appellari, interlocutoria eſt, diffinitiuæ vim habens, vt tradit Ioan. Monachus *in c. cupientes. in Glo. magna incip. & ita eſt canon. de elec. lib.* 6. licet autem diffinitiuæ vim habeat; & ad hoc vt valeat appellatio, debet in appellatione exprimi cauſa, ſecundum eum notabiliter, quod menti tenēdum eſſe dicit Bal. *in l. vnica. col.* 3. *in princ. nu.* 6. *C. ne liceat tertio prouoc.* Vbi †
16 Saly. *e. col.* 2. *nu.* 11. *verſ. Quæro an ſententia.* Fely *in c. quoad conſultationem col.* 13. *de re iud.* vbi aſſerit iſtam opinionē veriorem eſſe, & Capicius etiam *deciſ.* 1. *num.* 20. *& ſeq. & in d. c. cupientes.* Io. Monach. ſubdebat, omnes ſentētias, proceſſum impedientes, interlocutorias eſſe, & quod ab interlocutoria non appelletur, niſi ratione
17 grauaminis. Et † ideo non grauatus à iudice, non appellat, vnde nec de nouo iuſtificare poteſt ſuam appellationem, quem referendo ſequitur Bal. *in d. l. vnica poſt nu.* 6. *verſ. Ibidem ait.*

An autem † ſententia lata ſuper deſertione ſit diffinitiua, vel interlocutoria? dic, quod ſi ab interlocutoria appelletur, ſententia erit interlocutoria. diffinitiua vero erit, ſi appellatio à diffinitiua interpoſita, deſerta pronunctetur, *l. ſi præſes, C. quom. & quando iud.* & ibi Gl. ſingularis, *in ver. adiutore,* & ibi Bal. *nu.* 3 *& in l.* 2. *nu.* 10. *C. de epiſcop. aud.* Franc *in c. ex ratione, nu.* 80 *de appel.* Guid. Pap. *deciſ.* 11. *nu.* 1. *& deciſ.* 12 *n.* 4. *& deciſ.* 220. *nu.* 4. Franc. Marc. *quæſt.* 1 *nu.* 5. *part.* 1. Myſis *in ſuo repertorio, in ver. ſententia per quam pronunciatur appellationem deſertam,* Cæpbal *conſ.* 758. *nu.* 10. *& ſeq. vol.* 5. & Rebuffus pleno cornu *in repet. l. quod iuſſit; in princ. num.* 51. *& ſeq. ff. de re iudic.* Et quis ſit effectus iſtius diſtinctionis, vide *c. cordi, de appell. in* 6 Bar. *in l. eius qui, nu.* 2. *& ſeq. ff. de appell.* quoad primam diſtinctionem. quoad ſecundā *l.* 1. *in fine, cum l. ſeq. ff. de appell. & l. litigatoribus, vbi Glo. & Doct. eod. tit.* Bouer. *ſing. in ver. deſertio.* 18

Sed † an à ſententia deſertionis appellari poſſit, dic quod non, eo quod deſertor appellationis ſit verus contumax in non veniendo, contumax autem non appellet, *l.* 1. *C. quorum appell. non recip.* Bal. *in l.* 2. *C. de epiſcop. aud.* Franc. *in c. ex ratione, de appell. nu.* 80, Apoſtill. *ad Guid. Pap deci.* 12. Contraria vero opinio eſt cōmunis, prout refert Ant. Gail. *in lib.* 1 *pract. obſer. imper. cameræ obſer.* 128. *nu.* 4. 19

Adde † quod deſerta appellatione cauſa expreſſe per ſententiam non remittatur ad iudicem, à quo, *clem. ſi appellationem, de appell. & auth. hodie eod. tit.* 20

OPINIO DCCXV.

SVMMARIA.

1 *Appellari poteſt à ſententia lata de conſilio electi de partium voluntate.*
2 *Sententia ſecundum ſapientis conſilium prolata, nunquam tranſit in rem iudicatam, etiamſi ſecundum formam ſtatuti, id requirentis, lata, vel ex voluntate partium conſilium ſapientis adhibitum ſit. Et ſuperueniente cōſilio doctoris rectius ſententia ſemper retractari poteſt. nu* 3.
4 *Supplicans Principi, vt retractetur ſententia, quæ non trāſiuit in rem iudicatam, non caret impetratis, nec incurrit infamiam.*
5 *Princeps poteſt derogare ſententiæ, etiamſi ea tranſiuiſſet in rem iudicatam. cum hoc ius quæſitum ſit de iure ciuili.*
6 *Princeps non cenſetur in dubio derogare ſententiæ, niſi de eius mente præciſe conſtet. Nec ſufficit, ſi dicat, non obſtante ſententia quia id intelligi poteſt de ſententia, quæ nondum tranſiuit in rem iudicatam, nu.* 7.
8 *Sententiæ quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſtandum eſt donec contrarium probetur.*
9 *Sententiam nullam allegans, ad impediendum eius executionem tenetur exhibere acta, & oſtendere nullitatem, alias præſumitur pro ſententia non ſolum quo ad rectitudinem, ſed etiam quo ad rititudinem: & non modo ſi lata ſit in præſentem, ſed etiam in contumacem.*
10 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, omnia in ea ſolenniter præſumuntur acta. Et inducit notorium. nu.* 11. *Item præſumptionem iuris & de iure, ita vt probatio in contrarium non admittatur. nu.* 12.
13 Clem. Vt calumnius. de ſenten. & re iudic. *reſtrictus à tribus ſententiis conformibus, nullitatis exceptionē, procedit etiam in duabus ſententiis conformibus, quarum vltima tranſiuit in rem iudicatam.*
14 *Ioſephus de Ruſticis I. C, Aquilanus laudatur.*
15 *Nullitas, quæ ex lectura ſententiæ apparet, opponi poteſt contra*

contra tres conformes, item quæ oritur ex defectu mãdati, nec apparentis in proceſſu.

1 A Sententia lata de conſilio electi de partium voluntate poteſt appellari, ſecundum Bart. & alios omnes communiter *in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. & in l. 1. §. quæſitum. ff. de appellat.* Panor. Fely. & cæteros omnes *in c. cauſam quæ, in princ. extra de re iud.* Vide *ſupra opin.* 704.

2 Imo † talis ſententia ſecundum conſilium ſapientis promulgata, nunquam tranſit in rem iudicatam, *c. biduum 2. q. 6.* Ant. de But. & Imol. *in rub. de homicid.* idem Butrius *in c. propoſuiſti, ext. de probat.* Bart. *in l. ab arbitrio.* & ibi Alberic. de Roſ. *col. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* Alex. *in l. ſi ab hoſtib. col. 14. ff. ſolut. matr.* Franc. Aret. *conſ. 110. Clariſsime. col. fin.* Roma. conſ. in eodo *conſ. 228 pro plena diſcuſſione. nu. 16. & in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hæred.* Ruin. *conſ. 34. viſis. nu. 1. vol. 5.* Iaſ. *in l. admonendi. in 1. lect. nu. 47. & in 2. lect. n. 41. ff. de iureiur.* Maſil. *in ſing. 427 plures ſunt caſus,* Maranta, *in tract. iudiciorum, in vlt. par. 6. partis iudic. n. 130. & in 2. actu prin. vlt. partis iud. nu. 103.* Mantua *conſ. 125. viſis. num. 11.* Affl. *deciſ. 33. poſtquam. nu. 6. & in conſtit. iuriſperitorum. in fi.* Dec. *conſ. 278. non leuis, in fi.* vbi commemorat iſtam eſſe communẽ

Cõis opi. opinionem, & Corſet. etiam *in repert.* Panorm. *in verſ. Sententia lata per dicta peritorum.*

3 Et hinc eſt, † quod ſententia prolata ſecundum conſilium ſapientis ex forma ſtatuti, vel de partium voluntate, poſſit retractari, & reuocari quandocunque, ſi superueniret Doctor magis peritus, qui contrarium conſuleret, cum talis ſententia nunquã tranſeat in rem iudicatam, ſecundum Alex. *in d. l. ſi ab hoſtibus. col. 3.* cui inhæret extollendo præſentem eius aſſer-

4 tionem Gerard. *in ſing. 20. Sicut non valet.* Subdẽs ibi, † *num. 5* quod in huiuſmodi caſu ſupplicans Principi, vt retractetur ſententia, quæ non tranſiuit in rem iudicatam, non careret impetratis, nec incurreret infamiam.

Imo † Princeps derogare poſſet etiam ſententiæ,

5 quæ tranſitum feciſſet in rem iudicatam: cum illud ius quæſitum vere ſit de iure ciuili, teſte Bald. *in l. fin. col. 2. C. ſent. reſcin. non poſ.* Paul. Caſtren. *in l. cum hæredes.*

6 *ff. de acq. poſſ.* & Ang. *in l. Lucius. ff. de euict.* Et † tunc conſtare deberet præciſe de eius mente: alias non intelligeretur illi derogare voluiſſe, *d. l. fin. & ibi Glo. C. ſenten. reſcin. non poſſ. l. 2. in fi. C. de lit. pend. & c. expoſita de arb.* Nec

7 ſufficeret † quod Princeps diceret, non obſtante ſententia: nam potuiſſet intelligere de ſententia, quæ nõdum tranſitum feciſſet in rem iudicatam: ſed opus fuiſſet, quod mentionem feciſſet de ipſo tranſitu in rem iudicatam, præſertim ſi ſententia eſſet interlocutoria: ſiquidem tunc huiuſmodi ſentẽtia traheret ad ſe executionem, ſine aliquo alio nouo iudicis facto, ſecundum Glo. & alios *in c. paſtoralis. de appel.* & Alex. *conſ. 94. in cauſa & lite vertente. vol. 2.*

8 Sed ipſi ſententiæ, † quæ tranſiuit in rem iudicatã, primo ſtandum foret, donec cõtrarium probaretur, ita Sicul. *in c. tenor. col. fin. de re iud.* & Natta *conſ. 540. ex*

9 *pluribus nu. 17 vol. 3.* Vbi concludit, † allegantem ſententiam nullam, teneri ad exhibendum acta, & pariter oſtendendum nullitatem propoſitam, alias non apparentibus nullitatibus ex eiſdem actis, ſecundum eum, alioſque congeſtos in ibi per eum, præſumeretur pro ſententia, non tantum quoad rectitudinem, verum quoad ritum etiam: & non modo ſi ea lata ſit in præſentem, ſed in contumacem etiam. & ſequitur quoque Rolan. cum aliis aggregatis per eũ, *conſ. 83. videtur prima facie dicendum. ſub num. 14. vol. 2.* & eſt communis opinio, de qua teſtatur Imol. *in c. cum in iure celum. 12. de offic. deleg.* Fely. *in c. quoniam contra. col. 15. de prob.* Ægid. *concl. 86. ſententia.* Sebaſt. Vantius poſt iſtos de communi etiam atteſtatur, *in tractat. de nullit. ſent. in tit. à quo & quib. mod. ante num. 8.* vbi alios allegat. Et de obſeruantia in Curia Romana teſtatur Io. And. *in c. in præſentia. de renun.* prout idem obſeruatur in Sacro Concilio, in magna Curia Vicariæ, in cæteriſque omnibus ſupremis tribunalibus Regni, in quibus facta inſtantia pro executione ſententiæ poſt præſentationem proceſſus, tum ratione ſententiæ, habentis ex ſui natura executionem paratam, tum etiam alterius cuiuſque ſententiæ, tranſitum facientis in rem iudicatam, allegantí nullitates in ipſis Regiis tribunalib. conſueuerit concedi aliqua breuis dilatio ad proponendum nullitates: & illis propoſitis, & non relevantibus, vel militantibus in iure & in facto, executioni demandatur ſententia.

Vtpote † quia ſententia poſtquam tranſiuit in rẽ 10 iudicatam, omnia in ea acta ſolenniter præſumuntur. teſte Inn. *in c. cum in iure de offi. deleg. & in c. quoniam. contra. de proba.* Pau. Caſtr. *conſ. 202. col. pen. vol. 2.* & Cephal. *conſ. 241. num. 2. vol. 2.*

Imo ſententia † quæ tranſiuit in rem indicatam in- 11 ducit dubio procul notorium *l. emptorem, & ibi Glo. ff. de act. empt. & in c. ſi. de cohab. cler. & mulierum.* Quinetiã ſententia hæc, † quæ in rem iudicatam tranſiuit, in- 12 ducit quoque præſumptionem iuris, & de iure: ita vt cõtraria probatio nullatenus admitteretur, Afflictus, referens plura Alexandri conſilia, *deciſ. 15. Vertitur dubium. num. 28.* & ſententia contra eam lata, eſſet indubitanter nulla, & inualida. *l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & toto tit. C. ſenten. reſcin. non poſſ. c. in præſentia, de renunc. & c. ſicut. & c. inter monaſterium de re iud.*

Tanti denique eſt roboris res iudicata, † ne ſingu- 13 lare hoc dictum prætermittam, quod & ſi per *Clem. vt calumniis de re iud.* conſtitutum ſit contra tres ſententias conformes nullitatis exceptionem opponi non poſſe, quin executioni demandentur, tamen ſi reus bina ſententia ſuccubuerit in cauſa, quæ in rem iudicatam tranſiuit, tunc nõ audietur vlterius ſententiæ nullitatem obiiciens, vt egregie tradit Petrus de Ferrar. *in forma executionis ſententiæ diffinitiuæ, col 1. nu. 7. fol. 215.* dicens eſſe valde notabile. Sicut enim pro tribus illis iudicibus, qui tres ſententias tulerunt, præſumitur. *c. in præſentia, de renunciat. l. 1. C. de iuriſd. om. iud.* ita pro duabus, quarum vltima in rem iudicatam tranſiuit, ob iudicati præſumptionem, & efficaciam. Et ſecundum iſtam ſingularem doctrinam iudicatum fuit in ardua cauſa Vniuerſitatis Collis Brinconii in Ciuitate Aquilæ ex vna, & Francum de Toſtis ex altera parte, ſuper paſculatione defenſæ Collis prædicti. Et ſententia ad fauorem Vniuerſitatis prolata fuit per Magnificum & Excellentem D. Hieronymum de Pace, de Neapoli, tunc iudicem, & aſſeſſorem in dicta ciuitate, anno 1598. negocio bene ac mature diſcuſſo.

Aduocatus autem, † qui ſententiam ipſam pro V- 14 niuerſitate reportauit, fuit D. Ioſephus de Ruſticis de Aquila, I. C. ingenii ſubtilitate, maximaque eruditione clariſſimus, vt eius inſignia monumenta teſtantur, fundatiori doctrina, nitidoque dicendi genere conſcripta: adeoque illuſtria, vt alterius Papiniani aut Sceuolæ reſponſa exiſtimes: eiuſque redditum celeberrimum conſilium inſpexi, incipiens: *Executioni res iudicata.* vbi inter cætera Alexandro de Imol. *conſ. 77. in cauſa. col. 5 poſt num. 12. li. 2.* reſponſum affert, *& in verſ. Et ſententias dictas,* quando ſententiæ conformes dicantur, magiſtraliter declarat.

Vide Alphan. *in collect. 191.* & tex. *in clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* † Fallit niſi nullitas ex lectura ipſius ſen- 1

2 *Laudum noctu prolatum per arbitros non ualet.*

3 *Sententia arbitratorum, aſſumpti de iure, & de facto, prolata nocte non ualet, neque tenet.*

4 *Nox dicitur quādo tenebræ ſunt ſuper terram, & quando quis de facili non cognoſcitur.*

5 *Iudices, ſeu officiales, quo tempore cauſas audire debeant. de iure communi, & de iure regni Neapolitani.*

6 *Appellari poteſt noctu à ſententia, die ferrata. Et quilibet actus intimari. num. 7.*

8 *Citatus in Regno ſub noctem vſque ad primum ſomnum comparens, ad reſpondendum ſuper tenore publici inſtrumenti euitat pœnam contumaciæ, & purgat moram, ſed tenetur ſequenti die neceſſario iterum comparere.*

9 *Factum nocte, de die factum cenſetur fictione iuris. Et nox venit appellatione diei num. 10.*

11 *Ratio cur citatus in Regno, de nocte admittatur & nu. 12.*

13 *Dies artificialis non eſt de ſubſtantia actus. Et quis dicatur dies naturalis, & quis artificialis.*

14 *Miſſa à Sacerdote non ieiuno celebrari nequit, Et an poſt mediam noctem celebrare poßit, etiamſi Sacerdos non dormiuiſſet, vel cibum non digeßiſſet, vel paulo ante commediſſet.*

15 *In ſumente Eucharistiam requiritur, vt poſt mediam noctem nihil comederet, nec medicinam, vel aliūde ſumpſerit niſi ſit in graui ægritudine conſtitutus.*

16 *Eucharistiam non ſumens in articulo mortis, an peccet mortaliter.*

1 SENTENTIA † lata de nocte, quaſi extra tempus ſtatutum à lege prolata, & quando poteſtas iudiciaria ſuſpenſa videtur, non valet ſecundum Gloſſ. Bart. Abb. Bald. Ang. Paul de Caſt. Alex. & Iaſ. qui Cōis opin. aſſeruit opinionem iſtam eſſe communem, *in l. non minorem C. de tranſact. & in l. more*, vbi Gloſſ. & alii *ff. de fer.* & Iaffredus *in deciſ. 412.* vbi ſcribit quoque iſtorum ſententiam eſſe communem, & ſequitur Ferrar. *in ſua pract. Papienſ. in forma ſententiæ diffinitiua §. 1. num. 37.* Gloſ. Ang. & omnes *in §. omnis. Inſtit. de verb. oblig.* vbi ipſe Ang. inquit opinionem præmiſſam Bar. ſeruandam eſſe, & quod recedens ab ea litem ſuam faciat; & inquit communem, declarat, & ſequitur pariter ſubtiliſſimus, & celeberrimus in legendo, & conſulendo hac tempeſtate D. Tobias Nonius Peruſinus *in d. §. omnis num. 22. & ſeq.* Maranta *in tract. iudiciorum, in 6. part. 3. & vlt. parte, in tactu num. 91. fol. paru 158.* & Cauenſ. *in pragma. 20 odia, quæ inter communes num. 60.*

2 Vbi eum aliis citatis per eum, ampliat hoc procedere etiam in laudo per arbitros prolato de nocte.

3 Sed † vtique non procederet in ſententia arbitratoris aſſumpti de iure, & de facto: quæ cum ſit quædam tranſactio, prolata de nocte, valet, & tenet ſecundum Ferrarien. *in d. pract. Papien. in forma ſententiæ diffinitiua. § 2. ſub num. 37.* Paul. Caſtr. *in d. l. more in fin.* & Marcum Anton. Blaocium *in tract. de compromiſ. quæſt. 1 num. 26.* Et Bald. *in l. eos § vlt in fin. C. de appellat.*

¶ In contrariam vero partem inclinauit Hoſtienſ. *in ſumma de iud. §. qualiter*, & Glof. & Butr. *in c. conſuluit ext. de offi. deleg.* Quorum opinio procederet abſque dubio, quando ambæ partes eſſent præſentes, & nō contradicerent, quando vltima dies inſtantiæ, & iuriſdictionis expiratura eſſet, aut quando accederet expreſſus partium conſenſus ſiue quando negotiorum multitudine iudex impeditus de die pronūciare non poſſet, Bald. *in proœm. ff. orum* & Socin. *in Reg. 359 fallent. 3.* aut quando conſuetudo in loco vigeret vt nocturno tempore ſententias ferant; & ſic in omnibus iſtis caſibus prædicta Hoſtienſ. opinio procederet, & ſententia lata de nocte valeret, & teneret, prout communiter declarant Doctores *in locis præcitatis*, & Canoniſ. *in d. c. conſuluit.* vbi Fely. Ioann. Andr. *in add. Specul. de ſentent. § iuſt. colum. 4. in verb. de noct.* Iaſ. *in d. l. non minorem* & Iaffred *in deciſ. 411.* vbi meminit de iſta communi. Cōis opin. Et prædictas limitationes, ſeu declarationes, & alias quam plures poſuit vberius, vtilius, ac diſtinctius, quam alius quē hucuſque viderim D. Tobias *in d. §. omnis.*

Et † aduerte ad præmiſſorum declarationem, 4 quod nox dicatur cum tenebræ ſunt ſuper terram; ita quod homo de facili non cognoſcatur *c. ſi perfodiens, ext. de homicid.* quem text. ad hoc citat Angel. *in l. 1 Cod. de cuſt. reor.* declarat Bald. *in d. l. more, in princ.* & refert Dec. *conſ. 354. in caſu in fin.* & aduerte etiam quod cum ſententia fertur de nocte in dictis caſibus tria luminaria adeſſe debeant; ſecundum Bar. Ang. & omnes, *in d. §. omnis.* & ego tam in cauſis ciuilibus quam criminalibus multoties in Regno, dum eram in iudicandi poteſtate conſtitutus, impeditus de die nocte protuli ſententias, tribus tamen luminaribus accenſis. & ita vidi obſeruari multis vicibus, me patrocinante.

Quamuis † iudices non teneantur, nec cogi aliquo modo poſſint ad pronunciandum de nocte de 5 iure communi. Nam magiſtratibus, temporibus veſpertinis in publicum eſſe non conuenit *l. 2. §. deinde cum eſſet ff. de orig. iur.* ſed cauſæ, audienda tempore ante noctem, ſedere debent. *§ ſedebunt, in auth. de iud.* & hoc idē in Regno ſancitum reperio *in conſtitutione, Baiulos.* diſponente, quod omnes iudices à mane vſque ad veſperas, præter neceſſarias horas comeſtionis, & ſomni, ſui copiam omnibus præſtare teneantur.

Et † quanquam ſententia noctu ferre nequeat nihilominus tamen ab ea benè noctu poteſt appel- 6 lari ſecundum Bald. *in auth. hen. hodie. col. fin. C. de appel.* ſicut etiam die feriata poteſt ſimiliter appellatio interponi *l. 1.* & ibi Bart. *Cod. de feriis, & l. Diuus circa fin. ff. eodem tit.*

Prout † intimatio cuiuſcunque actus etiam de nocte fieri poteſt, & valet, & tenet tunc intimatio ipſa, ita emanata, vt per illuſtrem D. Marcum Ant. 7 Eugenium præceptorem meum in terminis *conſ. 48. contracta ſocietate num. 33. & ſeq. vol. 1.* vbi profert etiā magnum verbum: neminem de hoc vnquam dubitaſſe, & ita vidimus non ſemel ſuperioribus temporibus in variis caſibus occurſis in practica in tribunalibus maioribus, & minoribus Regni iudicatum, & obſeruatum.

In † regno etiam obſeruatur, quod comparens citatus ad reſpondendum ſuper tenore publici In- 8 ſtrumenti, in vltima die peremptoria de ſero, vſque ad primum ſomnum, euitet pœnam contumaciæ, & ſic purget moram, & euitet contumaciam ipſam, & condemnationem. Sed die ſequenti, dum curia regitur neceſſario tenetur iterum comparere, inſtareque vt procedatur ad interrogationem, vel ad inſtrumenti liquidationem, petitam per creditorem verum enimuero ſi huiuſmodi inſiſtentia ita & taliter facta non ſit, contumacia iam incurſa, firma remanet, non obſtante tali prima comparitione, textus eſt *in Ritu. item quia plerumque contingit. & in Ritu. item ſeruat ipſa curia quod ſi aliquis bannitur. in rub. de bannitis, condemnatis, & condemnationibus.* & notat Franciſcus Ant. de Iudice Roberto *in practic. ſuper liquidationibus, & executionib. inſtrumentorum ſecundum formam ritus magnæ Curiæ vicariæ in 4. conſideratione, ſub num. 27. & ſequent.* vbi etiam planum facit, hanc practicam eſſe ſatis iuridicam, quæ obſeruatur in omnibus

Regni

Regni tribunalibus tanquam in legibus allegatis fundata,. Eaque non ſolum obſeruatur in præſenti caſu, verum in alijs etiam decretis, & præſertim in decreto, quod interponitur contra teſtem non comparentem, citatum ad pœnam quatuor vnciarum. ita vt, ſi prædicti citati, perſonaliter, non autem per procuratorem compareant de ſero, vt dictum eſt, ſiue ſint ciuiliter, ſiue criminaliter condemnati, vel banniti, purgent moram, & contumaciam incurſam, & reputentur perinde ac ſi comparuiſſent tempore quo regebatur curia eadem die, & iudex tenetur de nocte in omnibus iſtis caſibus ſui copiam facere, ex iuribus allegatis.

9 Et † nihil mirum quia factum de nocte, de die factum dicitur, fictione iuris, *cap. conſuluit, de offic. deleg.* cum factum vno tempore ſi fingatur factum alio tempore, extrema debeant eſſe habilia vt per Bart. *in leg. fin. ff. communia prædiorum.*

10 Et † tanto magis, cum nox veniat appellatione diei ſecundum Bald. *in authentica hodie. Cod. de appellat.* & Alexand. *in leg. aut facta. §. tempus, de pœnis.* Imo nox ipſa poteſt appellari dies, ex quo deſeruit diei, ita Bald *in dict. authentica hodie, colum. ſecund.*

11 Similiterque † res erat in præſenti caſu tempore petitura ita vt tunc noctis tempore admittendus ſit citarus. *d. c. conſuluit*, & Bar. *in l. more ff. de feriis.*

12 Et † ſic factum certo tempore id dicitur, quod fit in ipſo actu, vel parum ante, vel parum poſt, vt per Gloſſ. & Bart. *in l. 1. C. de oper. liber.* & ibi Bal. etiam, *col. 1. & fin.* concludit ad propoſitum, quod factum immediate, vel ante, vel poſt dicatur eodem tempore factum. Et quod illud, quod factum eſt eodem die, & loco, dicatur factum vnico contextu.

13 Vnde † dies artificialis nullatenus eſt de ſubſtantia actus, cum id quod agitur nocte poſſit dici actum de die, ex quo dies ipſe naturalis conſiſtit ex viginti quatuor horis, ita vt in nocte etiam dicatur dies, vtpote quia dies naturalis more Romano incipit à media nocte, atque deſinit in media nocte ſequenti, *vt in leg. more Romano ff. de feriis, & in allegato capitul. conſuluit* vbi Ioannes Andreas determinat, quod ſi contractus fiat circa dimidiam noctem, debeat notarius attribuere contractum diei præcedenti, ſi verò expleatur contractus poſt dimidiam noctis, tunc attribuatur, attribuique debeat diei ſequenti, vnde ſi hoc ſero in ſecunda noctis hora fieret contractus, poteſt notarius dicere, aſſereque actum, in tali loco decima die Martii. Si autem circa mediam noctem tenetur ſcribere notarius vndecima die Martii, vt per Abb. etiam *eo in loco, colum. vndecima* & per [illegible]s Doctores vniuerſaliter omnes.

14 Et hinc eſt quod miſſa non poteſt à ſacerdote celebrari non ieiuno, *cap. nihil, 7. quæſtion. 1. & capit. liquido, de conſecrat. diſtinct. 2.* Scotus *in 4. ſententiarum, diſtinction. 8. quæſtion 3.* & Raymundus *in ſua ſumma, tit. de communione Sacerdotis, poſt principium folio* 219. *& ſeqq.* vbi allegat alia iura concordantia, & planum quoque facit Sacerdotem poſſe celebrare poſt digeſtum cibum de mane etiamſi quod non dormiuit nocte præcedenti poſt cœnam, & commendat etiam ſumma Roſella *in ver. Euchariſtia, il. 3. numer. 20. & ſequent.* vbi delibetat quoque, remotis omnibus obſtaculis contrariis, quod Sacerdos etiamſi ante mediam noctem comediſſet, & cibus nondum foret digeſtus, poſſet tamen tuta conſcientia de mane celebrare non interueniente digeſtione, vel dormitione licet regulariter Euchariſtia ieiuno ſtomacho ſumenda ſit, neceſſitate excepta. *dict. cap. liquido, & capitul. ſi quis de corpore, vigeſim. quint. quæſt. 6.*

In † tantum quod ſumente euchariſtiam neceſſario requiratur, quod nihil ſumpſerit poſt mediam 14
noctem, quantumuis minimum, nec medicinam *Ctis*
nec aliud, comeſtibile, vel potabile, ſiue digeſſerit, *opin.*
ſiue non, & conſequenter ſecundum allegatos Doctores quis peccaret mortaliter, ſi non ieiunus accederet ad ſacramentum altaris vel Euchariſtiam, excepto mortis articulo, ita vt à media nocte, vel circa nullum cibum, nullumque potum ſumpſerit, etiam minuſculum, & iſta eſt ſententia frequentioribus votis approbata, quam ſequitur, & citat, humana armilla *in verb. communio*, §. 2. taliter quod accedens ad ſacram euchariſtiam debeat eſſe ieiunus, ſecundum S. Thom. *in 3. part. quæſtion.* 80. *articul.* 8. & habetur *in d. c. liq. & in c. ſacramenta, eodem titul. diſt. prima & in capitul. ex parte. de celebration. miſſarum*, & in Concilio Cartaginenſi, & hoc de fide tenendū eſt, & oppoſitum erroneum eſt, & hæreticum, vt determinatum eſt in Concilio Conſtantinenſi, *ſeſſion. decima tertia.* ſed in graui conſtitutus ægritudine, in qua timetur periculum mortis euchariſtia non debet negari infirmo quamuis pranſo, poſcenti euchariſtia ipſam cum ea ſit re ipſa viaticum, vt per ipſum ducatur ad terminū, ita Scot. *in 4. ſentiarum, diſt. q. 3.*

Eſt † tamen bene verum, quod euchariſtiam non 16
ſumens in caſu articulo mortis, ex ſola negligentia non peccet quippe mortaliter, ita Iacobus de Graſſis *in deciſionibus caſuum conſcientiæ, cap. 37. nu. 23. lib. 2.* vbi dicit iſtam eſſe veriorem opinionem. quæ ſine diſcrimine procederet, ſi infirmus ipſe paſchalem ordinariam communem adimpleuiſſet, vel ſolutus foret in ſanitate, ex peculiari, deuotione ſumere ſæpe numero ſacramentum altaris, & putaret ſe tunc habere conſcientiam illæſam atque putam, vt per Scotum *in 4. ſententiarum diſtinct. 12. quæſt. 1.* ipſe vero ſemper hortaret, caſu eueniente, in articulo mortis conſtitutum, vt tunc ſumeret euchariſtiam, ad euitandum ſaltem peccatum veniale incurrendum occaſione negligentiæ. nam in dubio ſemper tutior via eligenda eſt. ex quo ſecundum Bernardum *ſuper cant.* animæ deſideranti Dominus feſtinus occurrit, cœleſti rore circumfuſus, vnguentis optimis delibutus, animam recreat fatigatam, eſurientem reficit, aridam impinguat terrenorum oblitam, ſuiipſius immemorem. Quod inſtificatur quoque alia ratione viuaciſſima, nam à certo propter incertum non eſt recedendum. *l. ſi idem, §. quod ſi mutua, ff. de iuriſdict. omn. iud. l. 1. ff. de in lit. iuran. & l. partum, C. de rei vend.* Et hoc etiam fœliciter, ac religiosè ſuadetur, ſtante præſertim admonitione illa ſacroſanctiſſima Apoſt. Pauli *ad Gal. c. 6.* quod tempus habemus, operemur bonum. *& ad Eph. c. 5.* videte quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimētes tempus. Vnde nec immerito concluditur *Eccleſ.* 8. quod omni negotio tempus eſt, & opportunitas.

Et † tanto magis quod inter cæteros fructus, & 19
effectus euchariſtiæ iſte etiam recenſetur per Theologos variis in locis theologiæ, & potiſſimum per ſummam Tabienam *in verb. Euchariſtia, il. 3.* quod vt in bene diſpoſito cibus nutrit, augmentat, generat, & fortificat, ita iſte cibus euchariſtiæ nutrit gratiam & virtutes, & eaſdem augmentat, generat bona opera, & fructificat ea. confertque gloriam, omnia enim præcedentia ſunt cauſa ademptionis gloriæ, quia dant virtutem ambulantem ambulandi vſque ad montem Dei.

Et ad

17 Et † ad id quod in principio concluſum eſt, quod ſententia lata de nocte non valeat, adde qualiter Rebuff. *in repetit. l. quod iuſſit, num. 296. ff. de re iudicat.* & Signotol. de Homodeis *conſ. 25. quæritur an ſententia.* qui ampliat etiamſi fuerit lata prima hora noctis verum ex communi ſtylu Curiæ Romanæ non obſeruatur, ita D. meus Mar. Ant. Eugenius *in allegato conſ. 48. num. 37.* & Vantius *in tract. de nullitatib. titul. de null. ſentent. ex defectu iuriſdict. ordin. num. 132. & in Curia Regni.* Et de ratione vide Decium *in c. conſulatis. num. 12. in fin. de off. deleg.* & Menoch. *de arbr. iud. lib. 1. quæſt. 62.*

18 Licet † autem ſententia diffinitiua de nocte lata non valeat, nihilominus tamen interlocutoria ſententia promulgata de nocte valet, & tenet, vt per Bald. *in l. more Romanorum, in fine ff. de ferijs.* & Pet. Rebuff. *in repet. quod iuſſit num. 297. ff. de re iud.* vbi hoc interpretatur procedere, cum non requiritur cauſæ cognitio.

OPINIO DCCIV.

SVMMARIA.

1 *Sententia expertorum, & peritorum in arte, qui, de credulitate iurant, non de veritate, nunquam tranſit in rem iudicatam, & perpetuo ab ea appellari, & retractari poteſt poſt tempus datum ad appellandū ſi ſuperueniat dictum magis peritorum contrarium iudicantium.*

2 *Sententia expertorum, vel peritorum à qua fuit appellatum perempta inſtantia appellationis, per annum curſum, prout in cæteris cauſis, mandatur executioni.*

3 *Sententia peritorum, & expertorum, ambarum partium conſenſu aſſumptorum non poteſt retractari.*

1 SENTENTIA † expertorum, peritorumq; in arte vt ſunt medici, obſtetrices, æſtimatores & ſimiles, qui de credulitate iurant, & non de veritate, nunquā tranſit in rem iudicatam: ita vt perpetuo ab ea poſſit appellari, ac poteſt retractari, reuocarique talis ſententia poſt tempus datum ad appellandum, ſi ſuperueniret dictum aliorum magis peritorum, qui contrarium dicerent, quod prædicti imperiti æſtimaſſent & iudicaſſent ſecundum Ioan. And. *in add. Specul. in tit. de homicid. § fin. verſ. ſed pone,* Bald. *in l. ſi ab hoſtibus § verſ. ff. ſolut. matr.* Ang. *in l. quod ſi ff. mancipium ff. de ædil. edic.* Anton. & omnes *in c. propoſuiſti de probat.* Iaſ. *in l. admonendi ff. de iureiurand.* Bald. it. & Dec. *n. 24. cum alijs ſeq. in dict. c. propoſuiſti,* Maranta *in tract. iudiciorum, in 6. part. in 1. actu. num. 13 folio par. 159.* & Marſ. *in l. 1. § fin. alias ſi quis vltro. ff. de quæſtionibus num. 55.* vbi Cōis opin. ſcribunt iſtam eſſe communem opinionem: & ita conſuluit Io. de Amicis. *conſ. 120.* vbi, *num. 5.* pariter dixit iſtam eſſe communem ſententiam prout aſſeruit quoque Grammat. *conſ. ciuil. 118. nu. 2.* & Cagnol. *in reg. conſ. 11. ff. de reg. iur. num. 32.* Et ſic ſecundum memoratam communem opinionem, ſi iudex tuliſſet ſententiam ſuam, ſecundum dicta aliquorum peritorum, aſſerentium aliquod vulnus eſſe lethale, ob quod iudex condemnaſſet vulnerantem ad mortem, & alij poſtea peritiores, recognito vulnere, deponerēt contrarium eius, quod depoſuerant primi ſcilicet vulnus non eſſe mortale: tunc vt ſupra oſtēdimus, deberet retractari, & annullari.

2 Sed † ſi appellatio interpoſita ab hac ſentētia expertorum, vtique curreret, & periret inſtantia appellationis, vnius anni circulo, quemadmodum in cæteris iudicijs, poſſet ipſa ſententia exequi vt *in c. ex ratione de appell.* & ita conſuluit Grammat. *in d. con. ciuili 118.*

Item † interpretatur dicta communis non habere locum ſi experti aſſumpti fuerint accedente ambarum partium conſenſu; tunc enim ſententia illorum retractari nequit, ſecundum Iaſ. *in d. l. admonendi colum. 22.* & Maranta *vbi ſupra.* vide de hac materia *infra opin. 715.* 3

OPINIO DCCV.

SVMMARIA.

1 *Sententia qua iudex ſimpliciter pronunciauit, prout in conſilio ſapientis ſeu conſultoris continetur, valet*

2 *Sententia in qua iudex dicit pronuncio in omnibus, & per omnia, ſicut pronunciauit talis Iudex in tali cauſa non valet.*

3 *Sententia in qua iudex formaliter aſſerit, pronuncio abſolutionem, vt in conſilio, non valet eiuſque ratio.*

4 *Sententia in qua iudex dicit, condemno ſi eſt probatum alias abſoluo, valet.*

SENTENTIA † quia iudex ſimpliciter pronunciauit, prout in conſilio ſapientis ſeu conſultoris cōtinetur, qui in eo retulerat Titium condemnandum valet & tenet propter relationem factam ad illud conſilium ſecundum Petr. Cyn. & Bald. *in l. 1. C. ſi aduer. lib.* Ang. *in l. qui ſe dicit ff. de iudic.* Abb. & Dec. *in c. cum venerabilis de except. nu. 142.* & Maranta, *in tract. de iud. in 6. part. 3. part. nu. 126. ſuper primo actu.* quibus locis referunt hanc eſſe communem opinionem. Cōis opin. Adde Angel. Aret. *inſtit. de leg. Fuſia Caninia poſt num. 1. verſ. nota ibi.* 1

Hic † vero limitatur non procedere ſi iudex diceret in ſententia pronuncio in omnibus, & per per omnia, ſicut pronunciauit talis iudex in tali cauſa, tunc profecto huiuſmodi ſententia non valeret aliquo pacto: ſiquidem certificatio nulla ſit per relationem ad acta eiuſdem inſtantiæ, ſecundum An. & Imol. *in l. ſi conuertit ff. de re iud.* Specul. *in tit. de ſent. pro l. qualiter. verb. ſed ſi iudex,* vbi pariter Ioan. And. *in add.* hoc firmat Ang. & Iaſ. *in § curare num. 37. Inſtit. de act.* vbi ſcribit illam eſſe communem opinionem. 2 Cōis opin.

Falliturque † ſimiliter præmiſſa communis non habere locum, quando iudex formaliter aſſereret, pronuncio abſolutionem vt in conſilio: hoc enim caſu, cū iudex ipſe futuri temporis verbis vtatur, nō valet ſententia, ſecundum Bart. *in d. l. 1. C. ſi aduerſ. lib.* & Dec. *in d. c. cum venerabilis.* vbi *num. 144.* præſupponit iſtam eſſe communem opinionem: quam ſequitur cum alijs relatis per eum, & limitat Vantius *in tract. de nullitatib. in tit. de null. ex defectu proceſſ. nu. 91.* 3 Cōis opin.

Sed † ſi iudex diceret in ſententia, condemno, ſi eſt probatum, aliter abſoluo hoc caſu abſque dubio valet ſententia iſta, ſecundum Ang. *in d. § curate,* & ib. Iaſ. *n. 39.* qui perhibet opinionem hanc eſſe communem. Cōis opin.

OPINIO DCCVI.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata ex probationibus priuilegiatis, veluti ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ, in ſupplementū ſemiplenæ probationis, & ſimilibus nunquam tranſit in rem iudicatam, ſed ſemper apparentibus veris probationibus reprobari poteſt.*

2 *Sententia non tranſit in rem iudicatam in viginti quatuor caſibus remiſſiuè.*

SENTENTIA † lata ex probationib. priuilegiatis, veluti ſi feratur ex teſtimonio partis aduerſæ, in ſupplementum ſemiplenæ probationis, & in multis alijs caſibus, contra *l. omnibus C. de teſtibus*, nunquā tranſit in rem iudicatam ita vt perpetuo, ſemperque apparentibus veris probationibus, reuocari 1

poteſt

poteſt.ſecundum Innoc.*in c. tuanes, ext. de cohab. cleric. & mul.* Bar. Roma. Alex. Iaſ. & omnes, *in l. admonendi. ff. de iureiu.* Ang. *in l. ſub ſpe. ie. C. de re iudic.* Ant. Imol. cæteroſque Cano *in c. propoſuiſti de probat.* Panorm. *in c. ex tuarum de purg. cano.* Dec. *in d. c. propoſuiſti num. 44.* & Io. de Amicis *conſ. 102. num. 4.* vbi exprimit iſtam eſſe cōmunem ſententiam. Et ſequitur, † ac limitat Maranta, *in tract. iudicior. in 6 par. in c. actu. n. 146. fol. par. 159.* vbi *n. 150. cum aliis ſeq.* refert 24. caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam. 2

OPINIO DCCVII.

SVMMARIA.

1 *Sententia ex præſumptionibus prolata non tranſit in rem iudicatam vllo modo.*

2 *Et nunquam pœnam ordinariam continere debet.*

1 SEntentia lata ex præſumptionibus nunquam tranſit in rem iudicatam, quin poſſit ex contrariis probationibus, vel præſumptionibus melioribus retractari. vt eſt text. ſingularis *in l. ſi qui adulterii. C. de adult.* ſecūdum communem intellectum, de quo Fely. poſt alios *in c. propoſuiſti. extra. de probat.* quem intellectum approbat etiam Iacob. Butr. Bart. Ang. & alii *in d. l. qui adulterii.* Cōis opi.

2 Similiterque † ſententia quæ debet ferri ex præſumptionibus, nunquam pœnam ordinariam continere debet, etiamſi præſumptiones ad aliud iudicem inducere non poſſent, niſi ad ita credendum, vide Cæpoll. *conſ. crim. 6. nu. 11. & conſ. 32. nu. 21.* & Tiraq. *in tract. de pœnis legum temperan. aut remitt. cauſa 27. num. 2. 10. & ſeq.*

OPINIO DCCVIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia arbitri prolata, non citata parte, an, & quando valeat. & n. 2.*

1 SEntentia † arbitri prolata non citata parte, non tenet, nec valet, etiam ſi in compromiſſo dictum ſit, quod arbiter ferre ſententiam poſſit, abſentibus partibus, ſecundum Spec. *in tit. de arbit. in § excipitur in fin.* quem ſequitur Imol. *in c. cum dilectus ext. de arb.* Alex. *in l. ſi quis arbitratu. col. 5. ff. de verb. oblig.* & Fely. *in c. olim. col. 9. de iud.* & iſtorum opinionem ſcribit Boer. *deciſ. 283. nu. 38.* non habere dubitationem aliquam. & Dec. etiam conſulendo *conſ. 39 viridicam, ſub nu. 1 & ſeq.* vbi ſimiliter planum facit eam eſſe communē, quod prorogatio compromiſſi ſit partibus intimanda per arbitrum, etiam ſi ei data ſit poteſtas prorogandi, partibus abſentibus, alias laudum tunc prolatum, redderetur nullum & inualidum, prout ita non ſemel iudicari, & obtinui itidem patrocinando aliis non paucis vicibus, in variis diuerſiſque cauſis occurſis.

2 Sed hoc limitatur, † ſeu interpretatur non procedere, ſi in cōpromiſſo eſſent adiecta illa verba: quod arbitri poſſent laudare, ferreque ſententiam partibus abſentibus, & non citatis: tunc enim bene valebit ſententia, non citatis partibus ſecundum Guil. Cu. *in l. episcopale. vltima quaſt. C. de epiſcop. audien.* quem ſequitur Bal. *in l. ſi quis ex conſenſu. col. 11. eod. tit.* Paul. de Caſt. Alex. Soc. & Iaſ. *in 3. qu. in d. l. ſi quis arbitratu.* Et opinionē iſtam Boer. fatetur eſſe communem, *in d. deciſ. 283. nu. 34. cum quatuor ſeq.* contra Bart. *in d. l. ſi quis arbitratu.* cōtrarium aſſeuerantem *num. 7.* Et in practica refert obſeruari Marſ. *in ſing. 173. fiunt quotidie compromiſſa.* & hāc partem ſequitur etiam concludendo Bald. *conſ. 262. in Chriſti nomine, nunquid arbiter. vol. 1.* Barbat. *conſ. 18. num. 17. vol. 1.* Ioan. de Imol. *conſ. vlt.* Ioan. de Anan. *conſ. 83. viſis his colum 11.* Anchar. *conſ. 270.* & Roma. *conſ. 61.* vbi concludit quod Piſis ſeruetur antedicta opinio Guliel. de Co. & ſequacium.

§ Et communem iſtam intelligunt mētionati Do. procedere, ſi partes auditæ fuerint plene ſuper diſcuſſione contentorum in compromiſſo, tunc enim in prolatione ſententiæ non requireretur præſentia partis, nec alia citatio, ſecus ſi partes auditæ non fuiſſent.

OPINIO DCCIX.

SVMMARIA.

1 *Sententia ferri nequit, non citata parte, & lata non præiudicat.*

2 *Imo nec in fauorem non citati ferri poteſt, ſi ſit deffinitiua, ſecus ſi interlocutoria.*

3 *Sententia lata à Principe ſine citatione dicitur nulla.*

4 *Citationem negans, videtur negare defenſionem.*

5 *Citatio eſt de iure diuino inuenta.*

6 *Citatio requiritur nedum in deffinitiua, ſed etiam in interlocutoria, exigente cauſa cognitionem.*

7 *Cauſa cognitio eſt de iure diuino.*

8 *Citatio non ſolum requiritur in interlocutoria ſententia, ſed etiam peremptorium.*

9 *Sententia deffinitiua nulla redditur ſi pars citetur ad audiendum iudicis voluntatem: quia debet citari ad audiendam ſententiam, etiam in ſummariis.*

10 *Sententia lata ſuper citatione facta domino, cum iudicium non fuerit agitatum cum ipſo, ſed cum procuratore, licet ipſe non compareat, non valet.*

11 *Sententia lata ſexta die poſt citationem factam, ad fauorem actoris ſine alia citatione, non valet.*

12 *Statutum non valet diſponens, quod ſententia poſſit ferri parte non citata.*

SEntentia † non poteſt ferri parte non citata, & per conſequens, lata non præiudicat, ſecundum Doctores *in l. de vnoquoque. ff. de re iud.* vbi Marſil. & Doctores *in l. nec quicquam,* vbi Iaſ. *nu. 10 ff. de offi. procon. & legati,* & Bernar. de Luco, *in reg. 673. per tex. in c. Deus omnipotens. 2. qu. 1. & in c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* quia citatio eſt fundamentum iudicii, vt inquit Specul. *in tit. de citat. in princ.* Abb. & alii *in c. quoniam contra falſam, in ver. Citationes, de probat.* & ibi tradit Philipp. Dec. *col. 10.* Et dicit Bar. *in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. om. iudic.* poſt antiquos, per eum relatos, quia citatio dicitur de ſubſtantia iudicii, ſaltem eo reſpectu: quia emiſſa ſententia, contra abſentem non citatum erit nullius momenti, & cum Bar. tranſeunt omnes communiter ibi. 1 Cōis opi.

Ampliatur primo iſta concluſio, † vt in tantum procedat, quod ſi ſententia fuerit lata contra abſentem non citatum, non valeat nec teneat, etiam quando eſſet lata in fauorem abſentis non citati, vt voluit Saly. Glo. & Bar. *in l. aut qui. C. quomodo, & quando iudex. & in l. furioſo. ff. de re iudic.* vbi Alex. *nu. 3.* ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Iaſ. *in d. l. nec quicquam. nu. 48.* quam ipſe limitat non procedere in ſententia diffinitiua, ſecus in interlocutoria, lata in fauorem abſentis non citati. 2

Ampliatur ſecundo loco, † quod ſententia, omiſſa citatione, etiam à Principe lata, dicitur nulla, *vt in l. fin. in princ. cum Gloſ. 2. C. de legib.* & tenet Bald. *ibi.* Alex. *conſ. 11. alias conſulur colum. 1. lib. 7.* Socin. *in tract. de citat. in 7 artic. prin.* Marſi. *in d. l. de vnoquoque,* vbi hoc pluribus declarat. *num. 13. cum aliis multis ſeqq.* & Iaſ. *in d. l. nec quicquam, num. 29.* vbi refert Docto. contrarium aſſerentes. 3

Et ratio † hui' ampliationis videtur hæc, quia negās 4

 cita-

citationem, videtur negare defenſionem, quæ cum naturalis ſit, ſine iure naturali concedatur, *l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur.* auferri nemini debet, vt eſt text. *in Clemen. paſtoralis. § cæterum de re iudic.* & ita tenet Bald. *in l. eum fratrem in fin. C. de his quibus vt indignis.* Alex. *conſ. 5. vol. 2. num. 2.* Iaſ. *in l. 2. quam legit cum l. 1. C. quando libellus Princeps datus, & in l. reſcriptum in 2. not. ff. de pact.* Imo ci-

5 tatio † ipſa dicitur adinuenta de iure diuino. Nam etiam Deus omnipotens, cui omnia ſecreta ſunt clara, non prius Adam damnauit, quam citaſſet, quando dixit Adam vbi es? vt legitur *Geneſis cap. 3.* & ita dicit Bar. *in extrauag. ad reprim. in ver. & figura.* Socin. *in prælleg. tract. de cit. in 2. art.* Abb. *in c. cum olim. colum. pen. de re iud.* & Curt. Sen. *conſ. 49. num. 92.* vbi alios allegat.

6 Ampliatur tertio hoc habere locum, † non ſolum in ſententia diffinitiua, verum etiam in interlocutoria, requirente cauſæ cognitionem, & afferente parti non modicum præiudicium, in qua ſententia requiritur, vt feratur partibus præſentibus, & legitime citatis: ſecus autem ſi ſit parui præiudicii, *l. à procedente. C. de dilat.* tenet & declarat Bart. *in d. l. nec quicquam. § vbi decretum,* Ang. Imol. Paul. de Caſt. & Marſil. *n. 4. & ſeq. in d. l. de vno quoque.* Bart. Imol. & Alex. *in d. l. ſi opus ſi- no. ope. nunc.* & Iaſ. *in d. l. nec quicquam, vbi nu. 23.* ait hanc

Cōis op. eſſe communem opinionem, & Rom. *conſ. 69. num. 6. vol. 5.*

7 Quia cauſæ cognitio eſt de iure diuino, † ſecundum Abb *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſt. col. 9. & ſeq.* & Dec. *conſ. 164. reuocatur. col. 2.*

8 Et aduerte, † quod in interlocutoria ſententia non ſolum requiratur citatio, verum etiam peremptoriũ, ſecundum Hieronym. Tortum, *in quodam ſuo conſilio,* quod refert & citat Marſil. *in d. l. de vno quoque, num. 6.*

9 Ampliatur quarto, † quod etiam ſententia diffinitiua videatur nulla, ſi pars citetur ad audiendum iudicis voluntatem: quia requiritur citatio ad audiendam ſententiam, ſecundum Rot. Rom. *in deciſ. 342. in nouis.* Et iſtud procedit etiam in cauſis ſummariis, vt per Glo. & Doct. *in Clem. ſæpe de verb. ſignif.* & Ferrettũ *conſ. 59. num. 3. vol. 1.*

10 Ampliatur quinto loco, † quod cum domino fuit facta citatio ad audiendam ſententiam in caſu, quo iudicium fuit agitatum cum eius procuratore: tunc ſententia ipſa, domino non comparente, non valet, vt per Bart. *in l. mutari, circa fin. ff. de procurat. & in l. procurator. C. eod. tit.* Canoniſt. omnes *in c. in nomine Domini de teſtib.* & Alex. *in l. furioſo. num. 7. ff. de re iud.*

11 Ampliatur ſexto, † quod ſi reo fuerit citatio facta ſeptima die menſis Aprilis, & lata fuerit per iudicem ſententia die 13. eiuſdem menſis, in fauorem actoris, ſine alia citatione rei condemnati: tunc ex defectu iſtius citationis omiſſæ, ſententia redditur nulla, non obſtante præcedenti citatione, facta pro alio die. *l. fin. § fin. cum ibi not. ff. quod vi, aut clam.* & notat & declarat Rom. *conſ. 137. nu. 1. vol. 5.* Ideo merito ad euitandum talem nullitatem, & huiuſmodi Scyllam, inoleuit ſtylus, & practica in omnibus tribunalibus Regni Neapolitani, vt in citationibus ad ſententiam, apponatur clauſula; *citetur Maurius ad audiendum diffinitiuam ſententiam, proferendam ſequenti die, cum continuatione dierum, & horarum ſequentium &c.*

12 Ampliatur † prędicta concluſio vltimo loco, quod non valeat ſtatutum, quod ſententia poſſit ferri, parte non citata, ſecundum Bal. *in l. 1. col. 2. C. quomodo, & quãdo iudex, per d. Clem. paſtoralis.* & idem tenet Soc. *conſ. 164. viſa bulla Bonifacii, col. antepen. vol. 2.* Ant. & Io. de Imol. *in d. Clem. paſtoralis,* & Bart. Soc. *conſ. 7. nu. 14. poſito & inſerto inter conſ. feudalia.* Albert. Bruni, & Curt. Iun. *conſ. 170. num. 21.*

§ Et iſtam concluſionem, ita, & taliter ampliatam limitat in aliis 19. caſib. Iaſ. *in d. l. nec quicquam, num. 25.*

§ Eandemque regulam limitat in aliis 19. modis Franc. Nimnitius, *in c. quoniam contra falſam, de probat. in ver. citationes. num. 54. vſque ad num. 97.* Et in 115. aliis caſibus limitat Ant. Nicell. *in concordantiis gloſſarum, concordant. 59. nu. 224. vſque ad nu. 371. & in repet. c. teſt. li. & in c. 2. de teſtibus.*

OPINIO DCCX.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata à Principe abſque citatione non valet de iure canonico, ſecus de iure ciuili ſi appareat Principem alicui voluiſſe præiudicare. nu. 2.*

3 *Proceſſus Principis, etiam de plenitudine poteſtatis fabricatus, contra non citatum, licet non valeat, tamen valet in caſibus, in quibus poteſt omitti citatio.*

4 *Sententia in Sacro Regio Concilio Neapolitano, & in camera Imperiali proferuntur poſt concluſionem in cauſa abſq; citatione eiuſq; ratio.*

5 *Princeps in quibus actibus citationem tollere poſſit.*

6 *Sententia Principis exigit citationem, niſi in caſu quo profertur ſententia contra rebelles Eccleſiæ.*

7 *Nullitates non ſubſiſtentes, opponi non poſſunt contra ſententiam Principis, & Sacri Concilii Neapolitani.*

SEntentia † Principis abſque citatione non valet de iure canonico, textus in Clemen. paſtoralis, *in verb. Cæterum, de re iud.* quia citatio à iure naturali prouenit & eſt vera ſpecies defenſionis: itaque nullo pacto etiam per Principem ea omitti poteſt: vt per Abb. *in l. 1 de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Petr. Philipp. Corn. *in c. cum olim de re iudic.* Aret. *conſ. 165. ſicut Ioannes,* Soc. *conſ. ſuo incipien. ſæpenumero, quod eſt poſitum inter conſilia Franc. de Curt. & eſt 2n. in ordine. col. 9. & ſeq.* vbi vult, poſt alios relatos per eum, ſententiam declaratoriam, non adhibita citatione, eſſe nullam. & huiuſmodi opinionẽ ſequitur etiam tanquam communem Maranta *in tractat. de ordin. iudic. in 7. par. prin. num. 3.* Socin. *conſ. 12. colum. 2. nu. 1.* & Sebaſtian. Vant. *in tract. de nullitat. in tit. quis poſſit dicere &c.* & Fortunius *in l. Gallus. § quid. colum. 137.* & latiſſime And. Tiraquel. cum aliis fere innumeris ſignatis per eum, *in tract. res inter alios acta, limitat. 6. folio parno 14.* & Octauianus Veſtrius *in ſua pract. lib. 3. in rubr. ſin tit. iudicium noſtrum multiplex in ſpecie, & plures eius defenſiones. col. 3 fol. par. 31.* 1

§ Iſta vero communis limitatur non procedere de iure ciuili. *l. fin. C. de legib.* vbi apparet, ſententiam Principis abſque citatione valere, & not. Lud. Rom. *conſ. 349 in 2. dubio, circa finem,* allegans *l. Lucius ff. de euict. & l. item ſi verberatum ff. de rei vendic.* Et ideo Alex. *conſ. 87. viſis codicillis. col. 9. lib. 2.* dicit, quod quando apparet, Principem omnino voluiſſe alicui præiudicare, non oportet citare illum, ex quo actus eo intuito poterat expediri, quod etiam tenet Lud. Rom. *conſ. 212. quo ad primum:* & Moder. Canoniſtæ *in d. c. cum olim. col. 5.* ſequitur etiam Philip. Dec. *conſ. 191. in cauſa nu. 6. & 8. & conſ. 169. conſultus ab illuſtri. colum. fin.* & Soc. *conſ. 4. lib. 3. num. 14.* 2

Et † confirmatur prædicta concluſio. Nam Princeps de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiam parte non citata, ſecundum Io. And. *in add. Specul. in tit. de ſenten. § iuſto. ver. eſt etiam nulla. & in c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & prop. & in c. inter quatuor.* vbi Inno. Imol. & Abb. *de maiorit. & obed.* cum aliis cumulatis per Alexan. *in l. de vno quoque ff. de re iud. colum. penult.* & per Socin. *in d. conſ. 10. colum. 3. & conſ. 21. col. 10.* & per Fely. *in d. c. cum olim col. 10. & ſeq.* 3

Et

Scilicet ibi videatur concludere, † quod proceſſus
3 factus, etiam de plenitudine poteſtatis, contra non citatum, non valeat: tamẽ *in verſ. recipiunt iſta*, concludit, & tenet valere in caſibus, in quibus poteſt omitti citatio, qui ponuntur per Alexãdrum *in d. l. de vnoquoque*, & per Marian Socin. *in tract. de citat fol.* 24. Et opinionem iſtam, quod Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit procedere, & facere actum validum, abſque partis citatione, firmauit quoque per plura argumenta, & rationes diſputando Marſil. *in repet. l. de vnoquoque num.* 12. *vſque ad nu.* 23. *ff. de re iud.* Ego vero concludo, † poſſe à Principe citationem tolli, quæ iure
4 humano, poſt concluſionem cauſæ, neceſſaria eſt, ad ſententiam pronunciandam: & iſto primo caſu nulla eſt allegãda defenſio; & ideo potius ea citatio eſt iuris poſitiui & humani, quam naturalis: quemadmodum in ſpecie tradit elegantiſſime Affl. *in deciſ.* 283. & Maranta, *in tract. iudiciorum in 6. par. num.* 10 *folio paruo* 107. vbi explicant, quod omnes ſententiæ Sacri Regii Concilii Neapolitani proferantur poſt concluſionem in cauſa: abſque citatione, & teneant, tanquam latæ ſub nomine Regis, & Principis. & ita etiam ſeruatur in Camera Imperiali, atteſtante Ioach. Mynſ. *in obſeru.* 71. *centuria* 3. vbi ait, Cameram conſuetam eſſe proferre ſententiam ſine præuia citatione, cum interuenit prima citatio generale, ad omnes, & ſingulos actus, & ad totam cauſam.

5 Secundo caſu † ſimiliter conſtat Principem poſſe tollere citationem in his actibus, quos ipſe agere poteſt libere, abſque iniuria, etiam ſine cauſa, & in alterius præiudicium: nec enim citatio tunc impedire poteſt liberam voluntatem Principis, quod expreſſe tenuerunt Socin. *conſ.* 164. *vol.* 2. & alii, quos refert & ſequitur Crauett *conſ* 5. *col.* 11.

6 Vnde coarctatur † ſecundo loco præmiſſa communis opinio, quod ſententia Principis requirat citationem, regulariter locum obtinere, niſi in caſu, in quo profertur ſententia contra rebelles eccleſiæ: ſic enim non requiritur citatio in promulgatione ſententiæ ſecundum Io. And. *in cap. cum olim. de re iudic. in nouel* argum. illius tex. & de hoc tripudiat, & facit feſtum Bal. *in proœmio feud. in prin. fol.* 4.

7 Sed aduerte vtiliter, † ne erres, quod ex authoritate, & teſtimonio Innoc. *in c.* 1. *de lit. conteſt.* de nullitate proceſſus, facti, & ſabricati coram principe, non ſeruato iuris ordine, opponi non poſſit: quia permittens coram ſe aliter procedi, videtur diſpenſare. & idem notat Io. *in c. inſtituit.* 25. *quæſt.* 11. ad quod optime facit quod notat Specul. *in tit. de ſenten.* §. *iuxta propoſitiones, verſ. non valet etiam ſi eſſet lata*, & quod notatur *in l. omnium. C de teſt.* Et ita ſtabilitum quoque reperio in Regno, quod à ſententia Sacri Regii Concilii Neapolitani, tanquam à ſupremo tribunali emiſſa, dici de nullitate nequeat modo aliquo: prout ita ſancitũ extat *in pragmatica quinta, emanata in anno* 1545 *incipiente, quamplurimum. in tit. de officio Sacri Regii Concilii.* vbi diſponitur, allegantes, proponentesque nullitates non ſubſiſtentes aduerſus ipſius Sacri Concilii ſententiam, incurrere pœnam duarum vnciarum, ſi cauſa infra mille ducatos dignoſcitur: Si vero vltra mille ducatos, pœnam quindecim vnciarum, & pragmatica hæc reperitur interpretata, explanata, & declarata tempore illuſtriſſimi Dom. Petraſanni, Viceregis, vt inibi vbertim indicatur.

¶ Et hinc memini me vidiſſe hiſce oculis ſæpenumero aliquos Doctores regnicolas, intelligentiſſimos, atque doctiſſimos, accedentes aliquando ad Ciuitatem Neapolis, pro doctrinam præſtitiſſe in cauſis arduis, exagitatis in ipſo Sacro Concilio, & ſuccubuiſſe, & incognitam habentes præſentem regiam pragmaticam, improuide, inſipide, & temere dixiſſe de nullitate ſententiæ eiuſdem Sacri Concilii, & ſtatim, mediãte arreſtatione perſonæ, ſoluiſſe integram pœnam ipſius pragmaticæ.

OPINIO DCCXI.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata de conſilio ſapientis, nunquam tranſit in rẽ iudicatam, & poteſt ſemper retractari, ex conſilio alterius iuriſperiti æquiori, & rectius ſententis, etiamſi ab ipſa ſententia foret appellatum, & appellatio deſerta.*

2 *Idque locum habet, etiam exſtante ſtatuto diſponente, quod ſententia debeat ferri cum conſilio iuriſperiti, vel etiã, ſi cauſa de partium conſenſu commiſſa foret conſilio iuriſperiti.*

3 *Sententia non tranſit in rem iudicatam viginti tribus caſibus remiſſiue.*

4 *Cauſa an exprimi debeat in conſilio, & voto conſultoris, an vero ſufficiat proferre votum ſine allegationibus.*

5 *Iudex non tenetur præciſe ſequi conſilium ſapientis.*

6 *Iudex non excuſatur à ſyndicatu, propter conſilium ſapientis, niſi ſtatutum, vel commiſſio expreſſe diſponat, cohibere iudicare ſecundum huiuſmodi conſilium.*

7 *Barones Regni Neapolitani tenentur in eorum iuriſdictionibus deputare Capitaneos, Aſſeſſores, & Iudices ſecundarum cauſarum.*

8 *Conſultores Baronum in Regno Neapolitano tenentur ſideiubere, de reddendo rationem votorum per eos prolatorum in cauſis ciuilibus, & criminalibus. Et inſipidi ſunt vaſalli Baronum non petentes talem cautionem ad damnum, & iacturam ſuam euitandam.*

SEntentia † lata de conſilio Doctoris, vel ſapientis, 1
ſeu iuriſperiti, nunquam tranſit in rem iudicatam, & poteſt ſemper retractari vbicunque appareret cõſilium alterius iuriſperiti æquius, ac rectius ſentientis, ſecundum Ant. Butr. Abb. & alios, *in c. propoſuiſti de probat.* Bal. *in c. pen eod. tit.* Ang. *in l. quod ſi nolit.* §. *mancipium ff. de ædil. edic.* Rom *in l cum quidam.* §. *quod dicitur. ff. de acquir hered. & conſ.* 218. *pro plena diſcuſſione num.* 16. Alex. *in l ab hoſtibus. col.* 3. *ff. ſolu. matrim.* Iaſ. *in rub ff. de iureiur. in fin. & in l. ſi conuenerit. nu.* 21 *ff. de re iud.* Ruin. *conſ.* 34. *num.* 1. *vol* 5. vbi hoc ampliat procedere, etiamſi à dicta ſententia fuiſſet appellatum, & appellatio poſtmodum deſerta fuiſſet, ob non proſecutionem factã intra legitima tempora. Et eandem opinionem Ant. Butr. & aliorum ſequitur quoque Marſil. *in ſing.* 427. *plures ſunt caſus, & in pract. crim.* §. *ordine. num* 4. Maranta *in tract. iudicior. in vlt parte* 6. *par. incipien. deciſoria iudicii tribus membris diſtincta, ſententia, appellatione, & executione. n.* 130. *fol. par.* 159. Dec. etiam *conſ.* 278. *nu.* 7. & Corſet. *in reper. Panor. in ver. ſententia lata per dicta peritorum*, qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionẽ.

Et ſic, † ſi extaret ſtatutum, quod ſententia deberet ferri cum conſilio, relatione, ſeu dicto conſultoris, vel ſapientis, vt reperitur fere vbique, vel etiam, ſi de partium voluntate fuiſſet commiſſa cauſa conſilio alicuius iuriſperiti, tunc ab huiuſmodi ſententiæ non tantum appellari poſſet, verum etiam, ſi appellatum foret, ſententia hæc nunquam tranſiret in rem iudicatam: imo quandocunque, ſi appareret conſilium alterius Doctoris peritioris in contrarium factum, ſecundum communem opinionem præmiſſam, poſſet abſque dubio aliquo retractari. Alios † vero caſus 3
circiter 23. & bes quidem vtiliſſimos, in quib. ſententia non tranſeat in rem iudicatã, ponit Maran. *in d.* 6. *par. vlt. par. ſui tract. de iudiciis n.* 130. *cum aliis multis ſeq.*

4 Sed aduerte,† quod cauſa debeat exprimi in conſilio prædicto ſapientis, & conſultoris: vt voluit Abb. *in c. ſicut nobis extra de re iud. in §* qui mouetur hac concludenti ratione.

5 Nam † iudex non tenetur præciſe ſequi conſilium ſapientis: vt tradit Bart. *in l. 1 §. ſi plures. col. 3. & ſeq. ff. de exercit.* & late Fely *in c. ex parte. de conſt.* Lucas de Penna *in l. omnes iudices col. 7. cum alijs ſeq. C. de decur. lib. 10.* Dec. cum alijs ſignatis per eum, *in c. ſi pro debilitate. n. 9. de off. deleg.* & Bar. *in l. ſi conuenerit ff. de re iud.* Vbi etiam

6 ait,† quod nō excuſetur iudex in ſyndicatu, propter conſilium ſapientis, & ibi Alex. *col. pen. & ſeq.* & Iaſ. *col. pen. & ſeq.* niſi ſtatutum, vel commiſſio expreſſe dicat, debere iudicari ſecundum tale conſilium: vt ibi per ipſos Bart. Alex. & Iaſ. & per Conten. *conſ. 55 dus ba ientes*, & Dec. *in d. c. pro debilitate.* Ideo vt iudex bene diſcernat, an conſilium ſit iuri conſonum, videtur neceſſarium exprimere iura, & rationes, quibus mouetur conſultor. Et hanc opinionem ſequitur Fely. *in d. c. ſicut nobis. nu. 12.*

§ In contrariam vero partem, quod in conſilio ſapientis non ſit exprimenda cauſa, & quod ſatis ſit conſultori, referre votum ſuum ſine allegationibus, inclinauit Spec. *in tit. de requiſ. conſilij n. 21.* & idem eſſe de iure aſſerit Corn. *conſ. 323. in princ. vol. 4* & idem videtur concludere Io. And. *in d. c. ſicut nobis.* diſtinguens tamen, vtrum conſilium ſapientis petitum fuerit per Iudicem, an vero per litigatores, & ita ſeruatur hodiernis temporibus, quod conſilium ſapientis non debeat continere cauſas, id eſt, allegationes & facti & iuris. & hoc non ab re, cum paſſim extent ſtatuta, diſponentia, quod Iudex teneatur præciſe ſequi conſilium conſultoris, vt per Bar. Alex. & Iaſ. *in d. l. ſi conuenerit*, & ita obſeruatur in Regno Neapol. cum omnes Iudices ſeu Gubernatores Regij habeant aſſeſſores, quorum votum, & conſilium ſequi neceſſario, ſecundum formam eorum commiſſionis, tenentur.

7 Imo † Barones eiuſdem Regni debent, & tenentur in eorum iuriſd. & oribus deputare Capitaneos, Aſſeſſores, & Iudices ſecundarum cauſarum, vt alias in Sacro Regio Concilio Neap. deciſum fuit: teſte Mariño Freccia, *ſuper feu. de ſol. 223. nu. 3.* & ſic de ſtylo, & conſuetudine, ſeu potius de iure Regni, aſſeſſores & conſultores in Regno ipſo, non exprimunt cauſam in eorum votis, ſeu cōſilijs, nec ex neceſſitate nec ex vrbanitate, & ita obſeruaui quindecim annis continuis, in cauſis fere infinitis mihi commiſſis, per varios, & diuerſos Barones Regni, ſeu per eorum offi-

8 ciales. Et hinc † peoitus fatuos, & infœlices vocare audeo pleroſque ex vaſallis Baronum Regni, qui committendo ſe beneficio naturæ, & non cogendo conſultores eis deſtinatos, & deputatos, ad præſtandum cautionem, de parendo ſyndicatui, & de reddendo rationem votorum, in cauſis ciuilibus & criminalib. per eos præferendorum, in maxima egeſtate viuunt; & conſultores ipſi æqualiter triumphant, ſiue retractentur, & annullentur ex eiſdem actis eorum vota, ſiue confirmentur. ideo excandeſco quodammodo aliquando in iſtos vaſallos, videntes, quod Regij aſſeſſores præſtent iuramentum, & idoneam cautionē, de parendo ſyndicatui in fine officij: & nihilominus dormientes, & nil curantes de propria pernicie, & iactura, ſinunt conſultores ipſos in libertate perſeuerare, abſque ſpe aliqua reddendi rationem, niſi in die iudicij, à quo autem dignetur eos mediante ſua pietate, & infinita miſericordia præleruare, & liberare nos, Agnus immaculatus, & mundus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto, viuit & regnat in ſecula, ſæculorum.

OPINIO DCCXII.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata in cauſa matrimonij, an, & quatenus tranſeat in rem iudicatam & nu. 2.*

3 *In cauſa matrimoniali nunquam concluditur.*

SEntentia † lata in cauſa matrimonij, quando agitur de eius fœdere, & ſubſtantia, licet nunquam tranſeat in rem iudicatam, quoad veritatem, & merita cauſæ, ſecundum communem opinionem Glo. & omnium Scrib. *in c. lator de re iud.* citatam per Curt. iun. *conſ. 170. habita diligenti nu. 26.* & per Mantuan. *ſub nu. 26. in c. ex literis de in integ. reſtit.* & Beroum *ſub n. 27.* Nihilominus † communis iſta non procedit in ſententia prolata in fauorem matrimonij, quæ certe facit tranſitum in rem iudicatam, vt per Hoſt. Zabar. *in d. c. literis, in 5 not.* Ang. *conſ. 310. in quæſtione propoſita, circa fin.* Fely. *in d. c. lator col. 3.* Marſil. *in pract. crim. n. 9.* Ordine *nu. 8.* & Mantuam *in d. c. ex literis, nu. 18.* Adde Andr. Gail *in pract. obſeruat. imperial. cameræ, lib. 1. obſeruat. 105. de publicatione teſtium, nu 5 & 6.* & ibi in materia ad plures quæſtiones. & præſertim, an publicatis atteſtationibus, & dictis teſtificatis, poſſint alij teſtes produci ſuper eiſdem, vel directo contrarijs articulis allegat Sotin. vltra alios, *reg. 403 fall. 15.* Iaſ. *conſ. 15. vol. 3.* vbi de communi, Port. *comm. lu. 39 fall 23.* Adde etiam,† quod in matrimoniali cauſa nunquam concluditur, *obſeruat. 107 nu. 12. lib 1. & obſeruat. 122. eod. lib* pro regula hic poſita.

OPINIO DCCXIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia iniqua, lata ab ordinario, valet, & tranſit in rē iudicatam.*

2 *Res iudicata falſum mutat in verum, aliosque effectus producit remiſsiue. n. 3.*

4 *Reſcriptum Principis non valet contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatā, niſi conſtet de expreſſa mente reſcribentis.*

5 *Sententia iniqua lata à delegato, an valeat, & tranſeat in rem iudicatam, & nu. 6.*

7 *Sententia tranſiens in rem iudicatam, habet præſumptionem pro ſe, & tranſitum in rem iudicatam facere dicatur, cum non fuit appellatum, vel appellatio deſerta.*

8 *Sententia non tranſit in rem iudicatam aliquibus caſibus remiſsiue.*

SEntentia iniqua, † lata ab ordinario, valet, & trāſit in rem iudicatam, vt per Doc. omnes *in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de ver. oblig.* & huiuſmodi tranſitus, facit iuſtum quod forſan erat iniuſtum, *l. res iudicata. ff. de re iud. & l. ingenuum ff. de ſtat. ho.* Et † dicit Bal. *in c. in præſentia de probat.* quod res iudicata falſum mutet in verum. & ſequitur profuſe Neuiz. *in ſylua nupt. alt. lib. 5. nu. 10.* Et † Curt. Iun. *conſ. 23 ſub n. 8.* vbi ponit alios effectus dictæ ſententiæ quæ tranſitum facit in rem iudicatam.

Imo † non valet reſcriptum Principis contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, niſi conſtet de expreſſa mente reſcribentis, ſecundum Dec. *nu. 4.* & Cagnolum *ſub n. 6. in l. res iudicata ff. de reg. iur.* & tractat Iaſ. *in l. iuſtitia ff. de iu. & iur. conſ. 47. vol. 3.* & Cæſar Vrſil. *in add. Afflict. in deciſ 79. num. 5* Sed ſententia iniqua, † lata à delegato cum clauſula, *iuſtitiam facias.* nō valet, nec tranſit in rem iudicatam, ſecundum Hoſtien. & Odof. Car. Port qui dicunt, quod Gaſpar. & Io. de Cald. & Io. de Lignano, fuerint huius ſententiæ, vt ponit Bal. & Caſt *in l. in pluribus ff. de verb. & iur.* Nam, vt inquit Bald. *in l. 1. C. de appell.* actus factus aduerſus ordi-

Digitized by Google

ordinem hominis, ipſo iure non valet: ſecus ſi ordo ſeruatur iuris, ponit Iaſ. *in d. §. duo fratres*, & Barba. vide, ut ſequi *in c. prudentiam, col. 22. de offi. deleg.* & Gomeſ. *in §. item ſi quis in fraudem nu. 7. Inſtit. de action.* Vnde Domini de Rota *deciſ. 26. ſub rubr. de re iud. & deciſ. 8. & deciſ. 22. ſub rub. de ſenten. excom. in nouis*, volunt, quod licet ſententia lata ab homine contra iuris diſpoſitionem, valeat, ſecundum Glo. *in c. in ſummo. 2. qu. 1.* nihilominus illud verum eſt, ſi ab ordinario: nam ſi à delegato, nõ valet, & ſequitur Barba. *in c. literis. de offi. deleg.* & fuit de intentione Inno. & Imol. *in cap. Piſanis de reſtit. ſpol.*

6 Sequitur † ergo quod talis clauſula in reſcripto: *iuſtitiã faciat*, vtilis ſit contra iniquam ſententiam.

¶ In contrariam vero partem, quod iniqua ſententia lata à delegato, valeat, inclinarunt Cardin. & Ab. *in c. fin. de praeben.* & dicunt fuiſſe de mente Innoc. *in d. c. prudentiam*, qui non loquitur de hac clauſula, ſed de ſimili: *ſi tibi conſtiterit*, Fely. *in d. c. literis*, an ſitam eſſe cõmunem opinionem, *& in c. cauſam, quæ. de r. iud.* dicit idem damnando Hoſtien. & Dominos de Rota.

Com. opi.

7 Et † aduerte ad intelligẽtiam præmiſſorum, quod præſumatur pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam. Et quod in rem iudicatam tranſitum facere dicatur cum non eſt appellatum, vel appellatio deſerta, vt tradit, cum aliis relatis per eum, Dec. *in c. quoniam contra. num. 138. de probat. & in d. l. res iudicata. nu. 1. ff. de reg. iur.* Grat. *conſ. 40. nu. 24. & conſ. 77. num. 12. vol. 2.*

8 & Ioan. Baptiſta Ferret. *conſ. 51. num. 23. vol. 1.* Sed † prædictam concluſionem, quod præſumatur pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, limitat atque declarat pluribus modis idem Dec. *in d. c. quoniam contra. nu. 172. cum aliis ſeq.*

OPINIO DCCXIV.

SVMMARIA.

1 *Sententia ſuper executionem ſententiæ lata, eſt interlocutoria.*
2 *Sententia excommunicationis dicitur interlocutoria.*
3 *Sententia excommunicationis, an & quando tranſeat in rẽ iudicatam.*
4 *Sententia in rem iudicatam tranſit cum ab ea appellatum non eſt à die notitia intra decem dies: & tunc primum, & non ante, habet effectum ſententiæ.*
5 *Sententia ſuper exceptione peremptoria lata, eſt interlocutoria, ſed habet vim diffinitiuæ.*
6 *Sententia ſuper incidenti, vel emergenti prolata, eſt interlocutoria.*
7 *Sententia ſuper vno articulo ſubſtantiali quo ad negotium principale, videtur habere vim diffinitiuæ.*
8 *Sententia ſuper appellatione ab interlocutoria, lata, an ſit interlocutoria vel diffinitiua.*
9 *Sententia primi, vel ſecundi decreti eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ & ſic eſt mixta.*
10 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vt diffinitiua iudicatur, & venit appellatione diffinitiuæ, & ab vtraque appellatur.*
11 *Præceptum de ſoluendo habetur pro interlocutoria, & poteſt ad beneplacitum retractari.*
12 *Præceptum de ſoluendo, habet vim diffinitiuæ, ſi fieret cauſa cognita: ſecus ſi fieret de facto.*
13 *Sententia lata ſuper ſolutione expenſarum, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua.*
14 *Sententia ſuper obſeruatione iudicii, eſt interlocutoria: ſed non mere interlocutoria, ideo licet ab ea appellare.*
15 *Sententia quæ pronunciatur, non poſſe te eqtio proſequare, interlocutoria eſt, vim habens diffinitiuæ: ſed in appellatione debet exprimi cauſa, vt teneat appellatio.*
16 *Sẽtentiæ omnes proceſſum impedientes, interlocutoriæ ſunt.*
17 *Appellare ab interlocutoria, ſicut quis non poteſt ſine cauſa grauaminis: ita nec de nouo poſſet ſuam appellationem iuſtificare.*
18 *An ſententia ſuper deſertione appellationis lata ſit definitiua, vel interlocutoria.*
19 *An à ſententia deſertionis appellari poſſit.*
20 *Deſerta appellatione, cauſa expreſſe non remittitur ad iudicem à quo.*

Sententia lata ſuper executione ſententiæ, † eſt interlocutoria, ſecundum communem ſcholam omnium in iure Scribentium, *in l. ab executione, C. quor. appell non recip.* Bal. *in l. actori. ff. de reb. cred.* Paul. Caſtren. *conſ. 335.* Ang. & Alex. *in l. 5. in princ. ff. de verb. oblig.* & eũdem Alex. *conſ. 30. vol. 2.* & Maranta, *in tract. iudic. in 6. par. in 1. act. de diuiſoriis iudicii tribus membris diſtinctis, ſententia, appellatione, executione nu. 25.* Ripam *in l. quod iuſſit num. 44. ff. de re iud.* & Iaffred. *deciſ. 422. Sententia lata, in prin.* vbi meminit de communi opinione, licet Iaco. Butri. *in d. l. ab executione*, & Roma. *in rubr. ff. de re iud.* & male quidem, aſſeruerint diffinitiuam eſſe. vide ſupra, *in opinione 400. in fine.* 1

Nec † non ſententia excommunicationis dicitur etiam interlocutoria, vt firmarunt Spec. *in tit. de ſentẽ. § ſpecies. ver. Sententia autem excõmunicationis*, Glo. Ant. de Butr. & Abb. *in c. ſacro. de ſent. excom.* Rom. & Nicell. *in rub. ff. de re iudic.* Iaſ. *nu. 8.* Ripa *ſub nu. 14. in 7 ampliat. in d. l. quod iuſſit*, Maranta, *in d. 1. actu, num. 40.* & Fely. *in rub. col. 9. extra de re iud.* & iſta eſt communis omnium opinio. 2

Com. opi.

Sed † ſententia ipſa excommunicationis nunquã profecto tranſiret in rem iudicatam. *c. ad reprimendam. de offi. ord.* & ibi Gl. *in ver. Suſpendatur*, & Philip. *in c. quæ fronte, de appell.* niſi ad præſumptionem iuſtitiæ: cũ poſt decem dies præſumatur pro ea, vt tum excommunicato incumbat onus probandi de iniuſtitia. *d. c. ad reprimendam, & c. de ſacro de ſenten. excom.* & Doct. præſertim Sicul. *col. pen. in c. conſanguinei. de iud.* 3

Et † ſententia tunc in rem iudicatam tranſiuiſſe dicitur, cum ab ea appellatum non eſt à die notitiæ ipſius ſententiæ, infra decem dies: tunc ſiquidem, & non ante, habet effectum ſententiæ; *c. ad conſultationẽ, & ibi Doct. de re iudic. auth. hodie* vbi Cyn. & alii. *C. de appel. & c. concertationi, de appel. in 6.* Ang. *conſ. 302. num. 4.* Guid. Papæ *in tract. de appell. nu. 69.* & Cephal. *conſ. 135. nu. 31.* 4

Sententia † quoque ſententia † ſuper exceptione peremptoria prolata, cenſetur etiam interlocutoria, ſecundum anteſignanos Doct. licet habeat vim diffinitiuæ, vt concludit quoque Bal. *in l. pen. C. de ſenten. ex breui. recitan.* Et ſic ſententia lata ſuper exceptionibus peremptoriis, & interlocutoria, ita gl. magiſtra *in clem. fin. de appell.* Rebuff. late *in repet. l. quod iuſſit, in princ. n. 49 ff. de re iud.* & Diaz *in reg. 671.* vbi id ponit pro regula, quæ limitatur per Felyn. *in rub. de re iud. nu. 8. & 9.* hoc incidenter deduceretur, ſecus vero, ſi principaliter, vt eſt reum abſoluimus, quia ſoluit, tunc enim definitiuam eſſe ſententiam fatetur Felyn. *eo in loco.* 5

Idemque videmus in ſententia, † ſuper incidenti, vel emergenti promulgata, vt ea interlocutoria quoque ſit, ſecundum eoſdem Doct. *in locis prælatis*, Ioã. Bapt. Ferre. *conſ. 173. vol. 2. n. 1.* Spec. *in d. § ſpecies, in prin.* & Ripam *in d. l. quod iuſſit, num. 14. in 5. ampliat.* vbi addit hanc eſſe communem opinionem. 6

Sed † quotieſcunq; lata foret ſententia ſuper vno articulo ſubſtantiali, quo ad negociũ principale, diceretur indubitanter habere vim diffinitiuæ, text. eſt ſing. cum Glo. *in c. intra vtilo, de min.* Bal. *in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ.* Gl. *in Clem. fi. de app.* & Alex. *in d. l. 5 ff. de ver. obl.* 7

8 Itidē † ſententia ſup appellatione ab interlocutoria dicitur etiā interlocutoria, vt voluit Pau. C. dec. 26. cuius opin. pcedit indiſcriminatim, habito reſpectu ad partes, ſed habito reſpectū ad perſonā iudicis, dicitur diffinitiua, ſecundum Bal. *in auth. hoc ſacramentum, alias hodie, in verſic. Iſta opinio præſupponit. C. de int. calum.*

9 Item † ſententia etiam primi, vel ſecundi decreti, interlocutoria dicitur, vt firmauere Bart. *in l. ſi finita. §. ſi forte ff. de dam. infect.* Iaſ. *in d. l. quod iuſſit. num.* 7. Roma. & Nicell. *in d. rub. ff. de re iud.* vbi allegat Glo. *in l. præſentis. §. ſi hic facere. C. de his quæ ad eccle. confug.* licet ſententia ſecundi decreti habeat vim diffinitiuæ, & facile mixta dici poſſet, teſte Bal. *in l. per hanc. in fin. C. de temp. appel.* &

10 Præpoſ. *in c. cum ceſſante, extra de appel. col.* 9. Vnde † quotieſcunque interlocutoria habet vim diffinitiuæ, vt diffinitiua iudicatur, habetq; eius naturam, ita Alex. *in d. l.* 5. *ff. de ver. oblig. col.* 2. Dec. *in c. peruenit. il.* 2. *col. fin. de appel.* & Crauet. *conſ.* 273. *nume.* 2. & 4. & veniret tunc abſque dubio aliquo appellatione diffinitiuæ, vt ab vtraque eodem modo appelletur, ſecundum Ant. de But. Abb. Ioan. And. & alios *in c. peruenit de appell.*

11 Poſtremo, † præceptum de ſoluendo dicitur quoque interlocutoria, & poteſt indubitanter ad beneplacitum reuocari, ita Ang. Pet. de Suz. & alii, *in l. ſi debitori. ff. de iudic.* & Rom. *in d. rub. ff. de re iudic.* Et † quā-

12 uis præceptum hoc vim diffinitiuæ habeat, tamen ſi id cauſa non cognita, & abſque vlla iuris ſolennitate fieret, retractari facile, contrario imperio poſſet, vt concedit Ang. *in d. l. ſi debitori.* Dec. *in c. cum ceſſante. col.* 3. *de appell.* Maranta, *in d.* 1. *actu, n.* 27. & Crauet. *conſ.* 273. *num.* 4.

13 Vltimo loco, † condemnatio expēſarum, ſeu ſententia lata ſuper eis, dicitur quoq; interlocutoria, ſi ea fieret in progreſſu cauſæ ante ſententiam: eo enim caſu poſſet iudex illas expenſas taxare in ipſa cauſæ progreſſione, vt firmat, & probat Iaſ. *in d. l. quod iuſſit, num.* 4. ſecus vero ſi fieret condemnatio hæc vna cum ſententia diffinitiua: tunc enim cēſeretur pars ipſius ſententiæ, ſecundum Ang. *in l. qui agnitis ff. de excep.* Philip. *in d. c. cum ceſſante. col. antepen.* Fely. *in d. rubric. de re iud. col.* 9. & Marantam *in d.* 1. *actu. num.* 36. vbi perhibet iſtam eſſe communem diſtinctionem. Et ita explicat quoque Rebuff. *in repet. l. quod iuſſit. in princ. num.* 58. *ff. de re iud.*

Cōis opi.

14 Demum † etiam ſententia ſuper obſeruatione iudicii eſt ſimiliter interlocutoria, vt determinat, atq; habet Maranta, *in d.* 1. *actu, cum aliis aggregatis per eum* [illegible] ſedre. ipſa non dicitur mere interlocutoria, & licet ab ea appellare. ita Creſcen. *deciſ.* 132. & Gomeſ. *deciſ.* 83. & ſic in cauſis variorum clientulorum infinitis prope vicibus obtinui in practica. Et quod ſententia lata ab obſeruatione iudicii habeat vim definitiuæ, ait eſſe cōmunem opinionem Rebuff. *in repet. d. l. quod iuſſit. in princ. nu.* 48. vbi eam limitat, ſi lis non fuerit conteſtata, nec conceſſa dilatio ad probandum, alias ſecus.

15 Cæterum ſententia etiam, † qua pronunciatur, nō poſſe tertio appellari, interlocutoria eſt, diffinitiuæ vim habens, vt tradit Ioan. Monachus *in c. cupientes. in Glo. magna incip. & ita eſt canon. de elec. lib.* 6. licet autem diffinitiuæ vim habeat; & ad hoc vt valeat appellatio, debet in appellatione exprimi cauſa, ſecundum eum notabiliter, quod menti tenēdum eſſe dicit Bal. *in l. vnica. col.* 3. *in princ. nu.* 6. *C. ne liceat tertio prouoc.* Vbi †

16 Salyc. *col.* 2. *nu.* 11. *verſ. Quæro an ſententia.* Fely. *in c. quoad conſultationem col.* 13. *de re iud.* vbi aſſerit iſtam opinionē veriorem eſſe, & Capicius etiam *deciſ.* 1. *num.* 10. *& ſeq. & in d. c. cupientes.* Io. Monach. ſubdebat, omnes ſentētias, proceſſum impedientes, interlocutorias eſſe. & quod ab interlocutoria non appelletur, niſi ratione

17 grauaminis. Et † ideo non grauatus à iudice, non appellat, vnde nec de nouo iuſtificare poteſt ſuam appellationem, quem referendo ſequitur Bal. *in d. l. vnica post nu.* 6. *verſ. Ibidem ait.*

An autem † ſententia lata ſuper deſertione ſit diffinitiua, vel interlocutoria? dic, quod ſi ab interlocutoria appelletur, ſententia erit interlocutoria. diffinitiua vero erit, ſi appellatio à diffinitiua interpoſita, deſerta pronuncietur, *l. ſi præſes, C. quom. & quando iud.* & ibi Gl. ſingularis, *in ver. adiutore,* & ibi Bal. *nu.* 3. *& in l.* 2. *nu.* 10. *C. de epiſcop. aud.* Franc. *in c. ex ratione, nu.* 80. *de appel.* Guid. Pap. *deciſ.* 11. *nu.* 1. *& deciſ.* 12. *n.* 4. *& deciſ.* 220. *nu.* 4. Franc. Marci *quæſt.* 1. *nu.* 5. *part.* 1. Myns. *in ſuo repertorio, in ver. ſententia per quam pronunciatur appellationem deſertam,* Cæphal. *conſ.* 758. *nu.* 10. *& ſeq. vol.* 5. & Rebuffus pleno cornu *in repet. l. quod iuſſit; in princ. num.* 51. *& ſeq. ff. de re iudic.* Et quis ſit effectus iſtius diſtinctionis, vide *c. cordi, de appell. in* 6. Bar. *in l. eum qui, nu.* 2. *& ſeq. ff. de appell.* quoad primam diſtinctionem. quoad ſecundā *l.* 1. *in fine, cum l. ſeq. ff. de appell. & l. litigatoribus, vbi Glo. & Doct. eod. tit.* Bouer. *ſing. in ver. deſertio.* 18

Sed † an à ſententia deſertionis appellari poſſit, dic quod non, eo quod deſertor appellationis ſit veruS contumax in non veniendo, contumax autem non appellet, *l.* 1. *C. quorum appell. non recip.* Bal. *in l.* 2. *C. de epiſcop. aud.* Franc. *in c. ex ratione, de appell. nu.* 80. Apoſtill. *ad Guid. Pap. deci.* 12. Contraria vero opinio eſt cōmunis, prout refert Ant. Gail. *in lib.* 1. *pract. obſer. imper. cameræ obſer.* 128. *nu.* 4. 19

Adde † quod deſerta appellatione cauſa expreſſe per ſententiam non remittatur ad iudicem, à quo, *clem. ſi appellationem, de appell. & auth. hodie eod. tit.* 20

OPINIO DCCXV.

SVMMARIA.

1 *Appellari poteſt à ſententia lata de conſilio electi de partium voluntate.*

2 *Sententia ſecundum ſapientis conſilium prolata, nunquam tranſit in rem iudicatam, etiamſi ſecundum formam ſtatuti, id requirentis, lata, vel ex voluntate partium conſilium ſapientis adhibitum ſit. Et ſuperueniente cōſilio doctoris tertius ſententia ſemper retractari poteſt. nu.* 3.

4 *Supplicans Principi, vt retractetur ſententia, quæ non trāſiuit in rem iudicatam, non caret impetratis, nec incurrit infamiam.*

5 *Princeps poteſt derogare ſententiæ, etiamſi ea tranſiuiſſet in rem iudicatam. cum hoc ius quæſitum ſit de iure ciuili.*

6 *Princeps non cenſetur in dubio derogare ſententiæ, niſi de eius mente præciſe conſtet. Nec ſufficit, ſi dicat, non obſtante ſententia quæ id intelligi poteſt de ſententia, quæ nondum tranſiuit in rem iudicatam, nu.* 7.

8 *Sententiæ quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſtandum eſt donec contrarium probatur.*

9 *Sententiam nullam allegans, ad impediendum eius executionem tenetur exhibere acta, & oſtendere nullitatem, alias præſumitur pro ſententia non ſolum quo ad rectitudinem, ſed etiam quo ad validitatem: & non modo ſi lata ſit in præſentem, ſed etiam in contumacem.*

10 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, omnia in ea ſolenniter præſumuntur acta. Et inducit notorium. nu.* 11. *Item præſumptionem iuris & de iure, ita vt probatio in contrarium non admittatur. nu.* 12.

13 Clem. Vt calumniis. de ſenten. & re iudic. *reiiciens à tribus ſententiis conformibus, nullitatis exceptionē, procedit etiam in duabus ſententiis conformibus, quarum vltima tranſiuit in rem iudicatam.*

14 *Ioſephus de Ruſticis I. C. Aquilanus laudatur.*

15 *Nullitas, quæ ex lectura ſententiæ apparet, opponi poteſt*

contra

contra tres conformes, item quæ oritur ex defectu mādati, non apparentis in proceſſu.

1 A Sententia lata de conſilio electi de partium voluntate poteſt appellari, ſecundum Bart. & alios omnes communiter *in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. & in l. 1. §. quæſitum. ff. de appellat.* Panor. Fely. & cæteros omnes *in c. cauſam quæ, in princ. extra de re iud.* Vide *ſupra opin.* 704.

2 Imo † talis ſententia, ſecundum conſilium ſapientis promulgata, nunquam tranſit in rem iudicatam, *c. biduum 2. q. 6.* Ant. de But. & Imol. *in rub. de homicid.* idem Butrius *in c. propoſuiſti, ext. de probat.* Bart. *in l. ab arbitrio.* & ibi Alberic. de Roſ. *col. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* Alex. *in l. ſi ab hoſtib. col. 14. ff. ſolut. matr.* Franc. Aret. *conſ. 210. Clariſſime. col. fin.* Roma. conſulendo *conſ. 228 pro plena diſcuſſione. nu. 16. & in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq hæred.* Ruin. *conſ. 34. viſis. nu. 1. vol. 5.* Iaſ. *in l. admonendi. in 1. lect. nu. 47. & in 2. lect. n. 41. ff. de iureiur.* Marſil. *in ſing. 427. plures ſunt caſus,* Maranta, *in tract. iudiciorum, in vlt par. 6. partis iudic. n. 13 n. & in 2. actu prin. vlt. partis iud. nu. 103.* Mantua *conſ. 125. viſis. num. 11.* Affl. *deciſ. 33. poſtquam. nu. 6. & in conſtit. iuriſperitorum. in fi.* Dec. *conſ. 278. non leuis, in fi.* vbi commemorat iſtam eſſe communē Com. opi. opinionem, & Corſet. etiam *in repert.* Pannrm. *in verſ. Sententia lata per dicta peritorum.*

3 Et hinc eſt, † quod ſententia prolata ſecundum conſilium ſapientis ex forma ſtatuti, vel de partium voluntate, poſſit retractari, & renouari quandocunque, ſi superueniret Doctor magis peritus, qui contrarium conſuleret, cum talis ſententia nunquā tranſeat in rem iudicatam, ſecundum Alex. *in d. l. ſi ab hoſtibus. col. 3.* cui inhæret extollendo præſentem eius aſſertionem Gerard. *in ſing. 20. Sicut non valet.* Subdēs ibi, †

4 *num. 5* quod in huiuſmodi caſu ſupplicans Principi, vt retractetur ſententia, quæ non tranſiuit in rem iudicatam, non careret impetratis, nec incurreret infamiam.

5 Imo † Princeps derogare poſſet etiam ſententiæ, quæ tranſitum feciſſet in rem iudicatam: cum illud ius quæſitum vere ſit de iure ciuili, teſte Bald. *in l. fin. col. 2. C. ſent. reſcin. non poſ.* Paul. Caſtren. *in l. cum hæredes. ff. de acq poſſ.* & Ang. *in l. Lucius. ff. de euict.*

6 Et † tunc conſtare deberet præciſe de eius mente: alias non intelligeretur illi derogare voluiſſe, *d. l. fin. & ibi Glo. C. ſenten. reſcin. non poſſ. l. 2. in fi. C. de lit. pend. & c. expoſita de arb.*

7 Nec ſufficeret † quod Princeps diceret, non obſtante ſententia: nam potuiſſet intelligere de ſententia, quæ nōdum tranſitum feciſſet in rem iudicatam: ſed opus fuiſſet, quod mentionem feciſſet de ipſo tranſitu in rem iudicatam, præſertim ſi ſententia eſſet interlocutoria: ſiquidem tunc huiuſmodi ſentētia traheret ad ſe executionem, ſine aliquo alio nouo iudicis facto, ſecundum Glo. & alios *in c. paſtoralis. de appel.* & Alex. *conſ. 94. in cauſa & lite vertente. vol. 2.*

8 Sed ipſi ſententiæ, † quæ tranſiuit in rem iudicatā, primo ſtandum foret, donec cōtrarium probaretur, ita Sicul. *in c. tenor. col. fin. de re iud.* & Natta *conſ. 540. ex pluribus nu. 17. vol. 3.*

9 Vbi concludit, † allegantem ſententiam nullam, teneri ad exhibendum acta, & pariter oſtendendum nullitatem propoſitam, alias non apparentibus nullitatibus ex eiſdem actis, ſecundum eum, aliosque congeſtos inibi per eum, præſumeretur pro ſententia, non tantum quoad rectitudinem, verum quoad ritum etiam: & non modo ſi ea lata ſit in præſentem, ſed in contumacem etiam. & ſequitur quoque Rolan. cum aliis aggregatis per eū, *conſ. 83. videtur prima facie dicendum. ſub num. 14. vol. 2.* & eſt communis opinio, de qua teſtatur Imol. *in c. cum in iure colum. 12. de offic. deleg.* Fely. *in c. quoniam contra. col. 15. de prob.* Ægid. *concl. 86. ſententia.* Sebaſt. Vantius poſt iſtes de communi etiam atteſtans, *in tractat. de nullit. ſent. in tit. à quo & quib. mod. ante num. 8.* vbi alios allegat. Et de obſeruantia in Curia Romana teſtatur Io. And. *in c. in præſentia. de renun.* prout idem obſeruatur in Sacro Concilio, in magna Curia Vicariæ, in cæteriſque omnibus ſupremis tribunalibus Regni, in quibus facta inſtantia pro executione ſententiæ poſt præſentationem proceſſus, tum ratione ſententiæ, habentis ex ſui natura executionem paratam, tum etiam alterius cuiuſque ſententiæ, tranſitum facientis in rem iudicatam, allegantí nullitates in ipſis Regiis tribunalib. conſueuerit concedi aliqua breuis dilatio ad proponendum nullitates: & illis propoſitis, & non ſeleuantibus, vel militantibus in iure & in facto, executioni demandatur ſententia.

Vtpote † quia ſententia poſtquam tranſiuit in rē indicatam, omnia in ea acta ſolenniter præſumuntur. teſte Inn. *in c. cum in iure de offi. deleg. & in c. quoniam. contra. de proba.* Pau. Caſtr. *conſ. 202. col. pen. vol. 2.* & Cephal. *conſ. 241. num. 2. vol. 2.* 10

Imo ſententia † quæ tranſiuit in rem indicatam inducit dubio procul notorium *l. emptorem, & ibi Gl. ff. de act. empt. & in c. ſi. de cohab. cler. & mulierum.* 11

Quinetiā ſententia hæc, † quæ in rem iudicatam tranſiuit, inducit quoque præſumptionem iuris, & de iure: ita vt cōtraria probatio nullatenus admitteretur, Afflictus, referens plura Alexandri conſilia, *deciſ. 13. Vertitur dubium. num. 28.* & ſententia contra eam lata, eſſet indubitanter nulla, & inualida. *l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & toto tit. C. ſenten. reſcin. non poſſ. c. in præſentia. de renunc. & c. ſicut. & c. inter monaſterium de re iud.* 12

Tanti denique eſt roboris res iudicata, † ne ſingulare hoc dictum prætermittam, quod & ſi per *Clem. vt calumniis de re iud.* conſtitutum ſit contra tres ſententias conformes nullitatis exceptionem opponi non poſſe, quin executioni demandentur, tamen ſi reus bina ſententia ſuccubuerit in cauſa, quæ in rem indicatam tranſiuit, tunc non audietur vlterius ſententiæ nullitatem obiiciens, vt egregie tradit Petrus de Ferrar. *in forma executionis ſententiæ diffinitiuæ, col. 1. nu. 7. fol. 215.* dicens eſſe valde notabile. Sicut enim pro tribus illis iudicibus, qui tres ſententias tulerunt, præſumitur, *c. in præſentia, de renunciat. l. 1. C. de iuriſd. om. iud.* ita pro duabus, quarum vltima in rem iudicatam tranſiuit, ob iudicati præſumptionem, & efficaciam. Et ſecundum iſtam ſingularem doctrinam iudicatum fuit in ardua cauſa Vniuerſitatis Collis Brincuuli in Ciuitate Aquilæ ex vnā, & Francum de Toſtis ex altera parte, ſuper paſculatione defenſæ Collis prædicti. Et ſententia ad fauorem Vniuerſitatis prolata fuit per Magnificum & Excellentem D. Hieronymum de Pace, de Neapoli, tunc iudicem; & aſſeſſorem indictæ ciuitate, anno 1598. negocio bene ac mature diſcuſſo. 13

Aduocatus autem, † qui ſententiam ipſam pro Vniuerſitate reportauit, fuit D. Ioſephus de Ruſticis de Aquila, I. C. ingenii ſubtilitate, maximaque eruditione clariſſimus, vt eius inſignia monumenta teſtantur, fundatiori doctrina, nitidoque dicendi genere conſcripta: adeoque illuſtria, vt alterius Papiniani aut Scæuolæ reſponſa exiſtimes: eiuſque redditum celeberrimum conſilium inſpexi, incipiens: *Executioni res iudicata.* vbi inter cætera Alexandro de Imol. *conſ. 77. in cauſa. col. 5. poſt num. 12. li. 2.* reſponſum affert, & *in verſ. Et ſententias dictas,* quando ſententiæ conformes dicantur, magiſtraliter declarat. 14

Vide Alphan. *in collect. 191.* & tex. *in clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* † Fallit niſi nullitas ex lectura ipſius ſen- 1

tentiæ appareret, nunc enim ea poſſet opponi, ita Olſtra conſ. 106. Bal. & Saly. ad l. 1. C. ne lic. in vna &c. Mateſil. vbi plura cumulat, conſ. crim. 64. n. 26. li. 1. vide Maſuer. in add. ad Papien. vbi ſupra, in verb. nullitates, fol. 215. & Crauett. conſ. 3. poſt nu. 4. Imo ſententiæ tres conformes poſſunt reuocari, tanquam nullæ, ex defectu mandati, non apparentis in proceſſu, vt per Rotam Romanam, quæ ita iudicauit in vna Barchinonen. penſion. die 15. Nouembris 1557. teſte Io. Bapt. de Rubeis in ſuis deciſionib. poſt principium.

OPINIO DCCXVI.

SVMMARIA.

1 Sententia contra mortuum prolata eſt ipſo iure nulla, vt & lata in eius fauorem nu. 2.

3 Sententia lata pro mortuo in cauſa beneficiali, eſt nulla, etiamſi detur ignorantia iuris.

4 Sententia pro defuncto valet, ſi lata ſit à iudice, ignorante mortem ipſius.

1 SEntentia † lata contra mortuum, tempore ſententiæ, eſt ipſo iure nulla, licet poſtmodum illa per viuum tueatur, atque defendatur, textus eſt in l. in ſumma. §. ſi. ff. de re iudic. & ibi Doct. & in l. pen. ff. quæ ſententiæ ſine ap. reſcin. Capic. deciſ. 1. ſub nu. 16. Vantius in tract. de nullit. in rub. ſeu tit. de nullit. ſen. ex defectu iuriſd. & vnde, ac quibus modis proueniat, tam in iudice ordinario, quam delegato, nu. 106. & Sebaſt. Medices, cum alijs aggregatis per eum, in tract. mors omnia ſoluit, in 2. par. conclu. 101. n. 185.

2 Imo † in tantum procedit, veraque apparet hæc concluſio, vt etiamſi ſententia ad mortui fauorem promulgata eſſet, non tamen valeret, neque teneret, vt efficax teſtimonium eſt Bar. in d. l. in ſumma. §. ſi. Alex. in l. ſi decesſerit. ff. qui ſatiſd. cogan. nu. 5. Vant. in loco præcitato, Hugo Celſus conſ. 73. Titium. ſub nu. 41. Marant. in tract. iudic. in 6. par. 3. partis, num. 103. & Iaffied. deciſ. 27. ſententia lata, vbi planum facit hanc eſſe communem opinionem contra Glo. in d. l. in ſumma. §. fin.

3 Similiter etiam ſententia lata, † pro mortuo in cauſa beneficiali eſt nulla, etiamſi daretur ignorantia iuris, ita Card. Put. deciſ. 186.

4 Sed † ſententia hæc ita amplificata non procedit, ſi ſententia pro defuncto lata, eſſet publicata, atque prolata à iudice, ignorante mortem: tunc enim illa prodeſſet ſubrogato in locum mortui, ita Bal. eleganter in l. 1. §. 1. in fi. C. de cad. tollen. ¶ Alias vero duas limitationes, in quibus ſententia lata in fauorem, vel contra defunctum, valeat, recenſuit Vant. in d. tract. de nullit. in tit. de nullit. ſententiæ ex defectu iuriſd. & vnde ſub n. 106.

OPINIO DCCXVII.

SVMMARIA.

1 Sententia lata contra citatum extra territorium citantis exiſtentem eſt ipſo iure nulla.

2 Princeps defenſionem tollere non poteſt, licet quis ſit excommunicatus, ſeu criminoſus.

3 Hæretico etiam traditur copia indiciorum cum competenti termino, ad ſe defendendum. Et inquiſitor ei defenſionem tollere nequit. nu. 5.

4 Defenſiones conceduntur etiam reo in crimine notorio. Et nemini tolli debent nu. 7.

6 Reus quomodocunque ſe tueri velit admittitur ad defenſiones.

8 Defenſiones tolli non poſſunt, etiamſi iudex haberet arbitrium ex forma ſtatuti, & poſſet procedere ſine iuris ſolemnitate.

9 Iudex etiamſi habeat arbitrium, tenetur reo tradere copiã inquiſitionis cum competenti termino ad purgandum indicia.

10 Hæreticum citatus ſuper crimine hæreſis, & recuſans comparere, incurrit contumaciam, debetq; excommunicari, & ſi per anni circulum in excommunicatione perſeuerat, velut hæreticus eſt puniendus.

11 Defenſiones conceduntur cum copia indiciorum in crimine læſæ maieſtatis humanæ.

12 Copia indiciorum cum competenti termino, ad illa purganda, tradenda eſt reo inquiſito.

13 Appellari poteſt, ſi non dentur defenſiones, & copia inquiſitionis reo.

14 Copia inquiſitionis, & defenſiones conceduntur reo, completa prius inquiſitione, & ſubſecuta eius reſponſione ſuper inquiſitione.

15 Copia indiciorum reo danda eſt, etiamſi immineat timor ſubornationis, & copia traditur magnis, & paruis, & omnis generis perſonarum.

16 Defenſiones, & copia indiciorum, etiam ſponte confeſſo conceduntur.

17 Defenſiones fieri poſſunt vſque ad ſententiam per inquiſitum.

18 Reo confitenti in tortura, & ratificanti ſuam confeſſionẽ, datur terminus duorum dierum ad producẽdas omnes defenſiones competentes, aduerſus ſuam confeſſionem.

19 Defenſiones, & copia indiciorum non conceduntur in inſigni, & notorio maleficio.

20 Defenſiones non conceduntur in flagranti crimine: cum contra notorium delinquentem non cadat defenſio.

21 Capere vnuſquiſque poteſt, etiam priuatus, publicum delinquentem, vel repertum in flagranti crimine, & illũ ducere ad iudicem competentem.

22 Capi poteſt debitor, fugam arripiens, à creditore, propria authoritate, & adduci ad carcerem. Et quando quis dicatur pœnam priuati carceris incurrere.

23 Clericus debitor fugiens pro debito, capi poteſt ſine metu excommunicationis, & duci ad ſuum iudicem.

24 Stylus, & conſuetudo curiarum obſeruari debet circa denegationem copiæ indiciorum reo.

25 Iudex deuenire poteſt ad torturam contra reum, etiam nõ petita per eum indiciorum copia.

26 An Ciuitas, vel Vniuerſitas teneatur ad aliquam pœnam vel damni refectionem, propter introitionem Bannitorũ in Vrbem nocturno tempore per mœnia, & ſpoliationẽ aduerſus quandam domum eam inhabitantiu.

27 Vniuerſitas, ſeu collegio excommunicato, non tenentur ij, qui poſt excommunicationem collegium ſunt ingreſſi. Et quando Vniuerſitas tota cenſeatur excommunicata.

28 Exemplum processus contra conuentum S. Francisci, quo propter homicidium communi conſilio ab eo commiſſum, omnes fratres eius conuentus fuerunt à pretore Veronenſi laqueo ſuſpenſi.

29 Ciuitas ob delictum puniri nequit, niſi proceſſerit conſultatione conſilij.

30 Ciuitas ob delictum vt puniri poſſit, quæ requirantur. Et quando ciuitati delictum imputari poſſit nu. 31.

32 Factum famuli quando domino, & delictum filij quando patri imputetur. nu. 33.

34 Ciuitas tolerans ea quæ facinora ſubditorum, ea que, cum poſſit non prohibens, nec puniens, cenſetur delinquere, præſertim in actu ſucceſſiuo, & continuato.

35 Ob delictum in ciuitate commiſſum contra ciuitatem agens, quid probare debeat. & nu. 36.

SEntentia † lata contra citatum, extra territorium citantis exiſtentem, nulla eſt ipſo iure: cum defenſio auferri de iure non debeat. Clemen. paſtoralis. de re iudic. Bal. in l. omnes. §. fin. vero col. 2. C. de epiſc. & cleric. 1

Lan-

Lanfran. *in c. quoniam contra, in ver. Citationes num. 15. & ibi apoſt. ll in litera A. de probat.* & Aretin. *conſ. 165 ſicut Ioannes ſcripſit. col. 12.*
2 Nam † defenſionem Princeps tollere non poteſt, *d. Clemen. Paſtoralis*, Grammat. *voto 50. nu. 9. cum aliis ſeq.* Marſil. *in ſing. 188.* Abb. *in c. 1. in princ. de reſcrip. & in c. in cauſis, de re iud.* vbi cõcludit, quod nec per legem, nec per Principem defenſio tolli poſſit in criminalib. etiamſi quis eſſet excommunicatus, ſeu criminoſus, *per c. cum inter. de excep.* vbi idem Abb. *& in c. dilecti. eo. tit. col. pen.*

3 Hocque † amplificatur vtiliter primum procedere, etiam in cauſa hæreticæ prauitatis, quod videlicet hæretico etiam tradenda ſit copia indiciorum contra eum exiſtentium, ad finem ſe purgandi, & defendendi, ita Pariſ. *conſ. 2. num. 155. vol. 4.*
4 Imo reo etiam † in facto notorio defenſiones iuris minime tolluntur, vt
5 voluit Inno. *in c. ſtatuimus de offi. deleg.* Vnde † inquiſitor nullatenus defenſiões & exceptiones ſeu competentes tollere poteſt, ſecundum Archid. & alios omnes, *in c. exhibita, de iud.* Spec. de notorio crimine. §. 1. & Carrer. *in tract. de hæreticis, nu. 82.*

6 Et ſic † quomodocunque reus ſe tueri, defendereque velit, admittitur, vt firmat Bar. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. Sequentia.*
7 Nam † defenſio non debet alicui tolli. *l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit. l. pen. C. de temp. in integ. reſtit. pet. & c. cum inter de excep.*

8 Quod etiam vendicat ſibi locum, † & verum eſt etiam ſi procedi poſſet ſine iuris ſolennitate: & ſic quãtumcunque iudex haberet arbitrium ex forma ſtatuti, in huiuſmodi caſu, non tamen poſſet denegare defenſiones, teſte Bart. *in l. ſi filius ff. de donat. & in l. 1. ff. de teſta. milit.* Gand. *in tract. maleficiorum, verſ. Item quæro numquid poteſtas qui habet arbitrium*, & Alex. *conſ. 65 habita ſuper contentis colu. & ſeq. vol. 1.*

9 Siquidem † etſi iudex haberet arbitrium in procedendo, quod regulari abſque dubio aliquid deberet ſecundum iuris regulas: adhuc tamen teneretur tradere in præſenti caſu copiam inquiſitionis reo, cum competenti termino ad purgandum indicia, & ad ſe defendendum, vt voluit Alex. *in d. conſ. 65* & Natta ibi *in add.* & eſt text. in Regno *in cap. incip. Ab illo inchoandũ fore penitus prouidentes*, vbi diſponitur poſitos in carceribus in ſuis defenſionibus plene audiendos.

10 Sed † ſi hæreticus vocaretur, ad informandum per inquiſitorem, ſuper crimine hæreſis, patrato per eum: tunc deberet excommunicari, & ſi per anni circulum in excommunicatione perſiſteret, velut hæreticus puniendus foret, *c. cum contumacia de hæret. in 6.* & notat Gundiſſal. *in tract. de hæreticis, quæſt. 12. num. 5. & ſeq.* vbi vtiliter hoc explicat, & declarat.

11 Secundo † ampliatur quoque præmiſſa concluſio, procedere etiam in crimine læſæ maieſtatis humanæ. Nam in hoc crimine non ſolum defenſiones auferri nequeunt, ſed vnicuique etiam debet dare terminus, ad ſe defendendum, & indiciorum copia, vt per Alex. *nu. 4.* Iaſ. *nu. 1.* & Dec. *num. 14. in l. is apud quem. C. de eden.* Afflict. *deciſ. 391.* Boſſ. *in pract. crim. tit. de indic. & conſid. ant. tort. num. 74. cum aliis ſeqq.* Pariſ. *in d. conſ. 2. vol. 4.* & Rip. *in d. l. is apud quem. num. 8.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem.

12 Ampliatur † itidem eadem concluſio tertio loco, in tantum, vt non ſolum copia indiciorum concedenda ſit, ſed etiam competens terminus ad illa purganda, vt concedit Boſſ. *in loco præcitat.* Bal. Alex. & Cagn. *nu. 18 cum aliis congeſtis per eum, in d. l. is apud quem*, Guid. de Suza *in tract. de indiciis & tortura num. 62. & ſeq.* Pau. de Eleaz. *in commento. cap. grauis. col. fin. extra de depoſ.* & Gand. *in d. tract. maleficiorum. in verſ. Numquid tarquendus ſit audiendus.* Et ita obſeruatur & practicatur in Regno. Et ſi nunc non concederetur defenſio, † ſeu copia inquiſitionis, appellandum eſſet, teſte Ripa *in d. l. is apud quem ſub nu. 8.* 13

Itaque inquiſitionis copia, † reo tradenda eſt cõpleta inquiſitione, & emanata prius reſponſione, & 14 depoſitione eiuſdem rei ſuper inquiſitione formata contra eum, ſecundum Ruin. *conſ. 1. col. 2. vol. 1.* prout ita hodie de conſuetudine obſeruatur in practice.

Ampliatur quarto † ſimiliter antedignata concluſio, quod dari debeat reo copia indiciorum, & repertorum cõtra eum, etiamſi immineat periculum ſubornationis, ſicut quando admittuntur teſtes poſt dicta teſtificata, iuxta *c. fraternitatis, extra de teſtib.* & illa copia traditur magnis & paruis, & omni generi perſonarum, vt firmat Boſſ. *in loco præcit. nu. 75.* 15

Poſtremo † amplificatur etiam præmemorata cõcluſio, quod ſponte confeſſo minime ſit deneganda, ad probandum, defenſio de iure ſuo, ſuaque innocẽtia, ita Gand. *in tract. maleficiorum. tit. de quæſt. in verſ. Si confeſſus dicat ſe errasse, per text. in l. 1. §. ſi quis vltro ff. de quæſt.* 16

Siquidem † defenſio & probatio fieri poteſt vſque ad ſententiam, *l. ſi quis iureiur. C. de reb. credit. & l. indicia. C. de probat.* Bal. *in l. bona fides col. 3. C. de reb. cred. & in l. fin. col. 1. C. de probat.* & Aocha. *conſ. 22. vtrum confeſſio contra ſeipſum. colum. 3.* quamuis, & male quidem, Lallus de Tuicia *in conſtit. ſi qui de latronibus nu. 13.* per textum *in cap. poſtquam lib. 6.* aſſeueret contrarium, videlicet, confeſſum crimen coram inquiſitore, puniri, condemnarique poſſe, non ei tradita copia capitulorum & inquiſitionis. 17

Et † hinc eſt, quod ſi reus in tormẽtis fateretur crimen, & illud poſtmodum vltro, ſolutus vinculis, & catenis, & in ſua libertate poſitus, ratificaret die ſequenti, extra tormenta in banco iuris, tunc iudex teneretur ei ſtatuere terminum, ſaltem duorum dierum, ad producendas omnes, & qualcunque defenſiones competentes aduerſus ſuam confeſſionem, vt vndique ſcaturire queat eius innocentia, caſu quo innocens ſit, vt per Afflict. & alios Regnicolas *in conſtit. Si damna*, & Maraot. *in tract. iudiciorum. in 6. par. in 14. actu, de quæſt. quæ duplici nomine admittitur, in quibus locum illa habeat, & quo ordine ad illam perueniatur. nu. 15.* 18

Cæterum hæc concluſio ita explanata, † amplificataque, limitatur primo locum non obtinere in inſigni maleficio, & hoc quando adeo inſigne eſſet, vt redactum eſſet ad notorium, & manifeſtum, vt exprimit Boſſ. *in loco præcitato num. 76.* & de inſigni latrone vide per Afflict. *in d. deciſ. 391. num. 16.* 19

Limitatur † etiam ſecundo locum non ſortiri, in reperto in flagranti crimine: cum contra notorium criminoſum, delinquentemque nulla defenſio cadere poſſit. *d. l. 3. §. ſi ad diem ff. de re milit.* Abb. & Fely. *in c. cauſam. el. 1. nu. 5. de iudic.* Grammat. *deciſ. 36. num. 50. cum aliis ſeq. & nu. 80.* & Follet. *in pract. crim. in ver. Item quod fuit captus in flagranti crimine. nu. 1. & ſeq.* Et ita obſeruari vidi in patria mea, anno 1578. cum quidam aſſaſſinus, incognitus & aduena, cum duobus ſcloppetis paruulis, impie degraſſatus, aggreſſusq; eſſet Paſchalem Marianum Aquilanum, qui cum euaſiſſet tam maximum illud vitæ ſuæ diſcrimen, Dei benignitate, cepit ſtrenue quidem ipſum aſſaſſinum, fugam arripientem, duxitque ſtatim ad publicum carcerem, eoque ſine cunctatione torto, atque tormentato, vt negocium atrociſſimum, & notorium exigebat, faſſoq; crimine, cum ſuis circumſtantiis, fuit in ipſa Ciuitate Aquilæ ſuſpenſus. 20

Et licuit † ipſi Paſchali hoc agere, ac prædictum aſſaſſinum capere: cum quilibet, ad quem ſpectat, repertum 21

pertſum in flagranti crimine capere poſſit, illumque
pariter ducere ad iudicem loci commiſſi criminis,
textus eſt *in l. raptores. C de epiſ. & cler.* And. de Iſer. *in 4.
not.* & cæteri Regnicolæ *in conſtit. Iuſtitiarii non per ca-
lendas*, Bat. *in l. ſi quis in ſeruitute. col. 2. per illum textum. ff de
furtis*. Bernat. de Plotis *conſ. 133.* Hercules. *num. 21. inter
conſ. crim. in folio. lib. 1.* & Foller. *in d. verſ. Item quod fuit ca-
ptus in flagranti. nu. 3.* vbi hoc ampliat locum ſortiri etiã
in quolibet extraneo, vt is, quamuis ad eum non ſpe-
ctet præſens captura, poſſit reum capere in flagranti
crimine repertum, atque poſtmodum ita captum ad
publicum carcerem ducere. & eſt text. *in cap. Regni. ex-
ardiente. Amplius nulli priuato liceat.* vbi diſponitur, licere
cuicunque priuato capere publicum delinquentem,
& eum præſentare in carceribus, vel tranſmittere ad
ſuperiores intra duos dies, alias incurreret pœnam
priuati carceris. Quando autem quis dicatur pœnam
priuati carceris incurrere, vide Bat. *ad l. cap. 5. ff. de adul-
ter.* & non refert an includatur captus, vel non, ſed ca-
ptura tantum attenditur, ita Dec. *conſ. 100. col. 3.* quem
refert Boſſ. *in tit. de carcere num. 26.*

22 Imo † hoc procedit quoque in debitore, vt is capi
queat à priuato, ſi fugam arriperet, & non haberet in
loco vnde ei poſſet ſatisfieri, *arg. l. ait prator. §. ſi debito-
rem. ff. de his quæ in fraud.* Et ſic captura propria authori-
tate creditoris fieri poſſet, vbicunque debitor eſſet in
fuga, *d. l. ait prator. § ſi debitorem*, & ibi Bart. & Pet. à Pla-
ca cum magna caterua Doctorum, relata per eum, *in
epit. cauſarum criminalium, cap. 34. ſub nu. 14.*

23 Idque adeo verum eſt, † vt vendicet ſibi locum nõ
ſolum in debitore laico, ſed etiam in clerico, vt is fu-
giendo, pro debito capi poſſit ſine metu excommu-
nicationis, ſecundum Abb. *col. 2. & 5.* & alios omnes
in c. cum non ab homine, de iud. Io. Ant. & Abb. *in c. 2. de pig.*
Inno. *in Glo. ſua in ver. Prælatorum.* & cæteros omnes *in
c. vt famæ. de ſen. excom.* Glo. *in c. ingentium r. auſt.* & Doct.
in c. nullus C. eiuſd. & in c. olim. el. 1 de reſt. ſpol.

§ Sed debitor ita captus per creditorem debet ſta-
tim duci ad iudicem, teſte Bar. *in l. 2 ff de f. r. & in d. §. ſi
debitorem*, & Bal. *in add. Specul. de renunc. verſ. pen.*

24 Limitatur † tertio eadem concluſio, etiam locum
non obtinere modo aliquo, vbicunque extaret ſty-
lus, vel conſuetudo contraria, quod inquiſito copia
indiciorum, & terminus ad defendendum dari non
debeat ita Rot. *deciſ. 11. col fi.* Afflict. *d. deciſ. 391. num. 5.
& deciſ. 135 Quidam Venetus. num. 3* & Pariſ. *conſ. 44. vol.
1* Et ſi Iudex neſciat ſtylum, poteſt ſe de eo ab Actua-
rio informare, ſecundum Curt. Iun. & Lancellot. *in l.
more. ff. de iuriſdict. om. iud.* Bart. *in l. 4. ff. de reſt.* & Syl. nup.
in verſ. monitoria in 2 ampliat.

25 Claudicatque poſtremo antedicta concluſio, † ſi
copia indiciorum petita non foret: tunc enim iudex
poſſet indubitanter deuenire ad torturam, nulla data
copia, ſecundum Rip. *in d. l. is apud quem, n. 9.* quod de-
clarat ibi vltiter Dec. cum aliis Moder.

26 Conſultus, † num inclita Ciuitas Reatina, vel eius
Vniuerſitas teneatur ad aliquam pœnam, vel ad da-
mnorum refectionem parti, ob ingreſſum factum
nocturno tẽpore per mœnia Ciuitatis, per Matthæũ
Sicenarii, Caput bannitorum, vna cum magna copia,
& multitudine bannitorum, & ob ruinam illatã, fa-
ctamque mirabili, & diabolico artificio eodemmet
tempore, in domo & palatio Dominorum de Sana-
rellis eorum capitaliũ inimicorum? reſpondeo ipſam
Vniuerſitatem ob huiuſcemodi oppreſſiones, con-
quaſſationes, offenſiones, depreſſiones, ſubuerſiones
& inſidias non teneri ſub pœna aliqua, ne tãtula qui-
dẽ. Et ratione qua adducor ad hoc ſuſtinẽdum, ea eſt:
Nam magis communis eſt Doctorum concluſio;
quod cum ſumus in actu momentaneo, tunc non te-
neatur Vniuerſitas, quia ipſa in culpa aliqua non eſt,
cum non potuerit, nec prouidere, nec aliter vllatenus
prouidere, & ſuccurrere, & obuiare tam repentino fa-
cinori, contra bannitos, ad fauorem inſultatorum &
offenſorum; ſecus vero in acto ſucceſſiuo: tunc enim
præſumitur ſcientia, & tractatus, & ratihabitio, vt cõ-
ſule odo iſtam deciſionem ponit Natta *conſ. 493. Quod
iſta Vniuerſitas, ſub num. 1. & ſeqq. vol. 4.* & Iaſ. *conſ. 139. in
prin. vol. 4.* vbi reſpondit contra Ianuenſes, & Com-
munitatem Ciuitatis Ianuæ, ex eo, quia nonnulli Ia-
nuenſes derobbauerant quendam Illuſtrem D. Phi-
lippum de Rocchaberti Vice-Gubernatorem Ciui-
tatis Ianuæ, vbi Iaſ. determinat, quod dum delictum
habuit tractum ſucceſſiuum, quod Communitas Ia-
nuenſis teneatur. & ita iudicauit quoque Sacrum Re-
gium Concilium Neapolitanum, condemnando V-
niuerſitatem Terræ Balneoli, tanquam turbatricem,
quia turbatio non erat momentanea, ſed continuata,
atteſtante Afflicto *deciſ. 376.* Et ad hanc eandem ſen-
tentiam confert etiam deciſio Hieronymi de Tortis,
*in conſ. vnico, poſita inter conſilia Antonii Butrii, in fine eorũ
conſiliorum*, vbi conſuluit, quod non tenebatur Ciui-
tas Florentina, quando in coniuratione illorum Do-
minorum nobilium de Patiis, & de Saluiatis, & Do-
minorum de Carduccis, qui erant principales Popu-
larium, & eorundem Popularium ſeductores, contra
Illuſtriſſimos, & excellentiſſimos Dominos de Me-
dicis, qui erant, ſunt & erunt Principes Illuſtriſſimi &
humaniſſimi totius Hetroriæ: quibus perturbationi-
bus, & rerum confuſionibus, & machinationibus de-
tectis, fuit laqueo ſuſpenſus Archiepiſcopus Piſarum,
qui erat de familia de Saluiatis. Et idem quoque con-
ſuluit Curt. Senior *in conſ 20. a 42. verſ. ſed dicit quæſitũ*,
vbi ſcripſit in eadem cauſa, ad fauorem Communita-
tis Ciuitatis Florentiæ, affirmando eo in loco non fu-
iſſe religioſe, ac rationabiliter tunc excommunicatã
Ciuitatem Florentinam ob tumultum, & homicidia
dicti D. Archiepiſcopi & aliorum coniuratorum cõ-
tra DD. de Medicis, quia fuit ille actus momẽtaneus,
& hanc eandem opinionem commendauere, atque
approbauere quamplurimi excellentiſſimi Doctores
& Aduocati Florentini, conſulentes in iſta caſu, & to-
tum denique Collegium Florentinum, vt in eius *diſ.*
at. poſito inter conſilia Curtii Senioris.

Et hinc non immerito Io. de *Lig. in clem. 1. de ſent.*
teſtificatur, ob ſimilem cauſam Bononiam euaſiſſe ab
interdicto coram Papa, prout refert etiam Felyn. *in c.
dilectus, el. 2. ſub num 6 de Simon.* imo licet interuenien-
tibus omnibus circumſtãtiis neceſſariis, à iure requi-
ſitis, Vniuerſitas excommunicari queat in præſenti
caſu, † nihilominus ex huiuſmodi excommunicatio-
ne nullatenus ligantur ii, qui poſt cenſurarum pronũ- 27
ciationem collegium ſeu Vniuerſitatem ſunt ingreſſi,
ita Bal. Paul. Caſtren. Imol. & alii vnanimes omnes, *in
l. ſi grege. ff de leg. 1.* & Iaſ. *in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, in
fin. ff. de verb. oblig.* vbi planum quoque facit iſtam eſſe
communem opinionem, neque in ſpecie Vniuerſita-
tem poſſe excommunicari ſatis compertum eſt, niſi
dicatur, excommunicamus omnes, & ſingulos de tali
Vniuerſitate, quicunque authores fuerunt, ſiue par- 28
ticipes huiuſmodi criminis, vt per D. Card. Arcel. *in
Inſtitutionib. catholicis, tit. de ſacram. ord. cap. 53. col. 8.* Ta-
liter quod reputatur apud omnes Scribentes magis
vera, magiſque communis ſententia, quod ad hoc, vt
Ciuitas, Vniuerſitas, vel Collegium dicatur delin-
quere, & poſſit pro delicto puniri, non ſufficiat, quod
totus populus, vel omnes de Vniuerſitate, & de Col-
legio aliquid faciant, ſed opus eſt ad id, vt præceſſerit
con-

communicatio Conſilii publici, eiuſque deliberatio, vt concedit Bart. *in l. aut facta, §. fin. nu. 9. ff de pæn.* & eſt cōmunis opinio, atteſtante Abb. *in c. dilectus, el 2. nu. 13 de Simonia,* & ibi Fely *ſub n 6.* Curt. Inn. *conſ. 174. n 36 & conſ. 185. nu 9.* Cur. Sen. *conſ. 21. nu. 5. in fin.* Collegiū Florentinum *in allegato conſ. 21. n 5.* Boſſius *in tit. bannitis qui poſſ. nu. 1.* poſt Blancum, & Carretium, & Corn. ita in terminis reſpondētem, quos refert & ita ſit Iul. Clar. *in pra. §. cenſurarum criminalium, quæſt. 16. poſt nu 8. verſ. vl-*
28 *terius quæro.* Vbi addidit etiam, † ita ſeruaſſe quendam Prætorem, Veronæ, qui proceſſit contra Conuentū, & Fratres Sancti Franciſci, eo, quia prævia conſilii deliberatione, interfecerant quendam Veronenſem, qui apud eos familiariter hoſpitatus erat: nam fecit Prætor iſte prædictos fratres omnes, exiſtētes numero quinquaginta & vltra, ſuſpendi, quod etiam ante Iul. Clar. refert Marian. Soc. *in repet. ad c. qualiter & quādo, nu. 45. de accuſ.* licet de eo non faciat mentionem eo
29 in loco. Imo † deliberat Tortus, *in præmemorato conſ. vltimo, nu. 3 poſt conſilia Antonii de Butrio*: quod ſi totus populus ad ſonum campanę, & cum vexillo leuato aliquem occidat, non poſſit, nec debeat puniri ciuitas, tanquam ciuitas, & vniuerſitas, ſed bene punientur tuoc delinquentes vti ſinguli niſi prǽceſſerit commu-
Cōmunis opi. nicatio conſilii totius populi, & hæc eſt communis opinio, vt poſt Ab. & etiam Hieronymum Tortum teſtis eſt Clarus *in loco prænotatus, nu. 8.* & hoc idem etiā reſpond. & accurate Paul. Caſtren *conſ. 104 in cauſa Sfortiæ, vol. 2.*

Et vltra præallegatas deciſiones, facit etiam in terminis noſtris id, quod tradit Bal. *conſ. 283. poſt nu. 2. vol.*
30 *1.* vbi decidit, quod † ad hoc, vt ciuitas poſſit puniri, tanquam ſciens delictum, opus eſt, vt ſit ei notificatū in Arrengo publico, vel Capitulo, nec ſufficiēs eſt ſingularis notitia, & ſcientia hominum ciuitatis, neque eidem ſufficit ſciuiſſe Adminiſtratores, vel Præſidentes, & Priores, alioſq; de magiſtratu Ciuitatis, & Decuriones, ſecundum *conſilium* Oldradi *66. an ex delicto adminiſtratorum, & conſiliū 315. circa iſtud propoſitū thema.*

Ex his igitur retorquendo conſilium Iaſonis præcitatum *139. vol. 4.* & attentis deciſionibus ſupra adductis, ſequitur, quod deuaſtatio, & incendium domus, & Palatii Dominorum de Sauarellis, vna cum homicidiis ex dicta deuaſtatione occurſis, cum fuerint ōia de nocte conſummata, vt eadem nocte reditus ipſius Matthæi, & aliorum bannitorum, prope medietatem noctis introeuntium per locum mœniorum ciuitatis, ab ipſis dirutum, ac demolitum, vt notorie liquet, & fuit probatum ad fauorem ciuitatis, dici non poteſt, quod habuerint cauſam, & tractum ſucceſſiuum: vnde merito ciuitatem Reatina nullatenus deliquiſſe, affirmandum eſt. imo minime locum obtinent in terminis noſtris tradita per Iaſonem, in conſilio mentionato, quia tum ipſe, tum etiam alii, quos adducit, loquuntur in delictis habentibus cauſam & tractatum ſucceſſiuum: ſecus vero eſt in delictis habentibus tractum & cauſam momentaneam, prout dicitur in caſu, de quo agitur, & ita cōſuluere in his terminis Pau. Caſtren *conſ. 423 quia ſcio vol. 1.* Corn. *conſ. 224. conſiderata forma inquiſitionis. vol. 4.* Aret. *conſ. 163* Soc. *conſ. 20. poſito inter conſilia Curtii Senioris,* & Hieronymus de Tortis *in conſ vltimo, poſito poſt conſilia Antonii de Butrio.* Ita vt hodie appareat hanc opinionem eſſe veriorem, frequentiorem, & communiorem, quæ itidem non habet contradictorem; quam faciliter quoq; approbat Rota Senatus Pedemontani, atteſtā e Octauian. Cacheran. *deciſ. 138. ſub n. 18. & ſeqq.* vbi in fine dicit etiam ſecundum eam fuiſſe iudicatum per præſtantiſſimos Viros, in cauſa à ſereniſſimo Duce delegatos.

Quæ equidem opinio, † tam ſacroſancta, v[illegible] it interpretanda & intelligenda, quod cum delictum habet cauſam ſucceſſiuam, & tractum ſucceſſiuum, tunc imputetur Communitati, quamuis non ſit ei[illegible] communicato conſilio, vel præcedente delibe[illegible] ne, ſecundum Sali. *in l. 1 C. de ſed. r.* Idque confirmatur ex 31
doctrina Abb. *in c. conſtitutus. el primo, & in c. cum cauſam de teſtib.* vbi inquit, quod licet † factum famuli nō imputetur Domino, tamen illud verum eſt, cum factum famuli habet cauſam momentaneā, ſecus vero ſi habeat cauſam ſucceſſiuam: tunc enim vere imputatur Domino, quia præſumitur accommodare cōſenſum, & annectit Abb. hoc dictum eſſe ſuum & notum, & idem tenet Iaſ. *in l. ciuitas ff. ſi cert. pet.* Nam ſecundum Seneca *tragedia 6.* qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet. Imo Epiſcopus, qui crimina non corrigit, non Epiſcopus, ſed canis dicitur impudicus, *c. [illegible] 83 diſt.* & ſic deniq;, ſecundum Bernardum *ſuper ca[illegible]* magna crimina & tarde credenda ſunt, cum audiuntur, & citius punienda cum vera agnoſcuntur. Et inde eſt ꝙ † 33 licet delictum filii parenti obeſſe nequeat, tamen h[illegible]a fallit, quando ipſe prohibere potuit, & nō prohibuit, *l. in delictis, l in omnibus, & l. fin. ff. de noxalib actionib* & notat Pariſ. de Put. *in tract. de ſyndicatu, in verbo ma[illegible] dans, el 2. fol. 313.*

Et pro confirmatione eiuſdem communis cōcluſionis facit etiam deciſio Ancharani *conſ. 158 ex narratis in facto, nu. 12. & ſeq.* vbi determinat, † quod ciuitas, 34
quę tolerat iniuſta facinora perpetrata à ſubditis, eaque cum poſſit, non prohibet, cenſeatur omnino delinquere, pręſertim in actu ſucceſſiuo, & continuato, & quod tunc ſine deliberatione, & pulſatione campanæ, & congregatione ſolenni, dicatur delictum ipſius ciuitatis, ſequitur Affl. *ctus deciſ. 376. nu. 2 in fi[illegible]* loquens quod teneatur Vniuerſitas ex turbatiua, etiamſi non præceſſerit deliberatio populi, & pulſatio campanæ, quando turbatio habuit cauſam, & tractū ſucceſſiuum & continuatum: ſecus vero ſi habuiſſet tractum momentaneum. Et idem etiam ſcribit accurate Menoch. *in trā. de recuperan poſſeſſ. in 9. remed. n. 126. cum ſeq.* & ita alias fuit reſolutum in Sacro Auditorio Rotæ Romanæ in vna Spoletana palodum, pro hæredibus Dominæ Franciſcę Petrucciæ de Baglionibus, contra Communitatem Hiſpelli coram R. P. D. Gabriele Paleotto, tunc dictæ Rotæ eruditiſſimo Auditore, & nunc Cardinale digniſſimo, & hanc eandem ſententiam ſequitur Crauet. *conſ. 791. nu. 3. vol. 5.* Dec. *667. nu. 9.* Aret. *conſ. 163 n 18.* vbi ait, quod cum ciuitas poteſt punire, & reclamare, & expellere delinquentes, & non facit, tacite videatur ratificare delictum, & hanc partem tenet quoque Ruin. *conſ. 47. nu 11. & 12. vol. 2.*

Cum itaque in terminis præſentis conſultationis, Ciuitas Reatina non potuerit nec reclamare, nec expellere delinquentes vllo modo, ex quo deuaſtatio, & ruina Palatii Sauarellorum, & homicidia patrata fuere clam, & de nocte à prædicto Matthæo, & aliis bannitis, merito eadem ciuitas non obligatur ex iſtis delictis: idque potiſſimum ita firmiter, & conſtanter concludendum eſt in terminis noſtris, cum non extiterit probatum pro parte Fiſci, & partis, ſcilicet Dominorum Sauarellorum, intereſſe refectionis dānorū 35
prætendentium, huiuſmodi delicta fuiſſe commiſſa nomine Vniuerſitatis, & Vniuerſitatem ſciuiſſe, & poteſtatem in ipſos delinquentes habuiſſe, prout hæc probatio Fiſco, & parti incūbebat, iuxta notata à Bartolo *in l. ſi ab hoſtibus § ſi ui, verſ. quarto Gloſſa, ff. ſolut. matrim. & in l idem erit ff pro [illegible]* & ita concedunt Ruinus *conſ. 12. nu. 8. vol. 3.* Alex. *conſ. [illegible] num. 2. & ſeq. vol. 7.* Dec.

conſ.

conſ.437 nu 3. vbi annectit etiam talem ſcientiam Vniuerſitatis debere articulari, & probari, & poſt eos ſequitur quoque Vellius *in add. Afflict. deciſ. 37 nu 3.* & Cacher. *dec. 138 poſt n. 18* exprimens iſtam ſententiam ſecundum ſu ſſe l. ſoner *conſ. 46 num. 2. vol. 5.* determinantem quod in delictis in omittendo neceſſe ſit conſtare de ſcientia inculpati.

36 Ex quibus conſtanter concludendum arbitror, quod attento, quod contra Ciuitatem Reatinam, ad fauorem Fiſci & partis, prædicta, nec quodlibet eorum probatum ſit, quæ tamen duo, ſcilicet ſcientia & poteſtas prohibendi & expellendi, ſimul & copulatiue probanda erant, nec quodlibet eorum per ſe ſufficiés eſt, ipſa Ciuitas non obligatur ex dictis deuaſtationibus, homicidiisque, aduerſus Dominos Sauatellos de nocte commiſſis, ita Oldrad *conſ. 315* Aret. *conſ. 161 col. pen.* & Hieron. de Tortis *in præallegato conſ. vltimo, iuſto poſt conſilia Antonii de Butrio*, & in terminis terminant buius reſolutum fuit per Rotam Senatus Pedemontani *in præallegata deciſ. Cacherani 138. nu 28.* vbi loquitur in rapinis & homicidiis commiſſis à nonnullis cuiuſdam Caſtri de nocte, contra Comitem Ricardum, eorum vtilem Dominum, quem poſt depopulationes bonorum interfecere cum tota eius familia, & propoſito dubio in Senatu ipſo, eoq; diſcuſſo atq; recognito, quod delictum fuerat facti momentanei, refert dicta deciſio, pro præſtantiſſimos viros, à Duce delegatos hanc Vniuerſitaté fuiſſe abſolutá, & ita ipſos Delegatos iudicaſſe.

OPINIO DCCXVIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra minorem indefenſum, carentemque tutore, vel curatore in ciuilibus non valet, ſecus ſi pro eo lata eſſet.*

2 *Sententia lata contra pupillum, habentem tutorem, qui tamen non adimpleuerit ſolennia à iure requiſita, non valet.*

3 *Sententia lata per falſos teſtes contra minorem, & contra eccleſiam non valet.*

4 *Sententia lata in prima inſtantia contra minorem indefenſum, non valet: ſecus in ſententia lata in cauſa appellationis.*

5 *Sententia pro, vel contra minorem promulgata, poteſt per eum ratificari.*

1 SEntentia lata † contra minorem indefenſum, tutorem, vel curatorem legitimum non habentem, non valet in ciuilibus: ſecus vero ſi ea prolata eſſet ad eius fauorem: tunc enim abſque controuerſia aliqua valeret & teneret, ſecundum Glo. & omnes alios *in l. 1. C. qui legit. perſon.* Specul. *de arbitr. § fin. verſ. pen.* Bal. *in l. cum & minorem. quaſt 5. C. ſi aduerſ. rem iud.* Glo. Bart. & cæteros omnes *in l. non eo minus. C. de procur.* Glo. Bal. & reliquos, *in l. ſi tutor. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſ.* Nattam *conſ. 541 ſcri. ſi al. ar. num. 8 vol 3.* Bero *conſ. 102. nu. 1. vol. 3.* Iaff. ed *deciſ. 343 ſententia lata pro pupillo.* vbi planum facit hanc eſſe communem opinionem, & Marant. etiam *in tract. iudiciorum in 6. par. 3. vel vltima par. nu. 105. & ſeq.* vbi eum limitat non procedere in famoſo: nam ſecus ea etiam ad eius fauorem promulgata, non valet.

Com. opi.

2 Imo hæc communis in tantum procedit, † & amplificatur, quod ſi minor haberet tutorem, & ille non adimpleuiſſet ſolennia requiſita, & ſic de iure adimplendo: tunc ſi proferetetur ſententia contra pupillū, eſſet vtique nulla: ſecus autem ſi in fauorem, ita Glo. *in d. l. ſi tutor.* & ibi Bal. & Pau. Caſtren.

3 Ampliatur ſecundo † eadem communis obtinere locum etiam in ſententia lata per falſos teſtes contra minorem: ea enim ipſo iure nulla, fauore minoris ætatis *l. 1. C. ſi ex falſ. inſtrumen.* Canoniſtæ communiter hoc firmant *in cap. ab excommunicato. de reſcript.* & Legiſtæ *in l. Diuum Adrianus ff. de re iudic.* vbi Iaſ. *n. 5.* meminit de communi. & ſimiliter affirmat idem eſſe, ſi huiuſmodi ſententia eſſet lata contra eccleſiam.

Et licet † ſententia lata contra minores indefenſos non valeat: nihilominus tamen hoc de plano, & ſine ſcrupulo aliquo procederet in prima inſtantia: ſecus vero in ſenteńtia lata in cauſa appellationis, vt per Bar. *in l. a'tenā. C. de procur.* Bal. *in l. præſes. C. quomodo, & quando*, & Alex. *in l. contra pupillum. n 6. ff. de re iud.* 4

Claudicatq; † etiam ſecundo loco eadem communis, ſi ſententia hæc ratificata foret: nam ſententia pro, vel contra minorem promulgata, poteſt indubitáter per eum ratificari, ita Fely. *in c. cauſam, el 1. ſub nu. 6. cum aliis ſeq. de iud.* & Bertran. *conſ 30 ex themate mihi tradita conſultationis. n. 1. vol 1. 2. partis*, vbi plane deducit iſtam eſſe communem opinionem. 5

OPINIO DCCXIX.

SVMMARIA.

1 *Sententiæ appellatione, venit omnis ſententia, ſiue ciuilis ſiue criminalis ſit.*

2 *Sententiæ appellatione intelligitur diffinitiua, niſi ſequatur abſurditas.*

3 *Statutum prohibens appellare à ſententia, intelligitur de diffinitiua. & nu 7.*

4 *Statutum arctans arbitrum ad finiendam cauſam intra menſem, intelligitur per ſententiam diffinitiuam: & non ſufficit tunc abſoluere partes ab obſeruatione iudicii.*

5 *Statutum diſponens quod ſententia proferri nequeat ſine conſilio ſapientis, intelligitur tantum de diffinitiua.*

6 *Statutum diſponens quod de ſententiis debeat ſolui gabella, intelligitur de ſententiis ſolummodo diffinitiuis.*

8 *Sententiæ appellatione venit etiam interlocutoria in materia fauorabili.*

9 *Sententiæ appellatione venit etiam interlocutoria, vbi concurrit eadem ratio, vel maior in interlocutoria, quam diffinitiua.*

10 *Omnis ſententia dicitur diffinitiua, etiam laudum arbitrorum iuris electorum ex neceſſitate ſecundum formā ſtatuti.*

11 *Arbitri lato ſemel laudo, non poteſt iterum arbitrari, nec ſententia etiam ex cauſa mutari, vel propter errorem corrigi poteſt.*

SEntétiæ † appellatione venit, de proprio ſignificatu, omnis ſententia, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit: vt dicunt, & firmant communiter DD. *in rubr. ff. de re iud.* Cæterum † appellatione ſententiæ intelligitur in dubio diffinitiua, & non interlocutoria: & ſic in potiori ſignificatu, niſi ſequatur abſurditas. ita Gl. *in ver. Sententia in l. 1 § biduum. ff. quando appel. ſit, & in Clemen. 1. de re iudic. & in c. cum olim. de teſtib. & in l. quod iuſſit, per text. ibi ff. de re iud.* Card. *in c. cum olim. de cauſ. poſſ. & proprietat. & in cap. venientes, de iureiur.* Dominicus *in c. cum appellationibus friuolis. § ſi vero, de appell. in 6 & in c. adeo in 2. reſponſ. in fi. eo tit.* Abb. *in c. fi. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & in c. cauſam matrimonii*, vbi alii omnes vnanimiter & concorditer. *de offic. deleg.* & Barbat. *in c. cum dilectus. col. 18. de ord. cogn.* & facit etiam text. *in l. quid ergo. § quæſitum*, & ibi Bal. & alii *ff. de his qui not. infa.* & Dec. *in c. cauſa matrimonii n. 9. & in c. ſuper eo. n. 17. de appellat.* & Alex. *conſ 50. viſis allis cauſa agitata. n. 2. & ibi Apoſtil. vol. 2.* 1 2

Et † hinc non abre inferebat primo Card. *in cap. vt debitus in fin. de appellat.* ſtatutum prohibens appellare à ſententia, intelligi à diffinitiua, non autem ab interlocutoria, vbi refert quoque ita conſuluiſſe Bald. in Ciuitate Piſtorii, & ſequitur etiam Philip de Peruſio, poſt Abb. *in capit. paſtoralis in 6. quæſt. de appell.* & Imol. *ibi in ſecunda colum.* Fely *in cap. cauſam quæ. num. 27.* 3

de reſcript. Dec. in l. fin. nu. 25. C. de pact. & Ripa in rubr. nu. 4. de re iudicata. Siquidem verbum hoc, *Sententia*, proprie conuenit diffinitiuæ, non autem interlocutoriæ, ſecundum Roma. in l. ſtipulationum, nu. 10. ff. de ver. oblig. Et Bald. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minor. & in l. 1. col. fin. C. ne lic. tert. prouoc. & in addit. Specul. in tit. de ſentent. prolat. col. 2. Dec. in c. ſuper eo. n. 18. de appellat. & Alex. in allegat. conſ. 50. ſub num. 2. vbi demonſtrat hoc procedere, ſi ſtatutum eſſet contra ius commune.

4 Inferebatq; ex his † etiam ſecundo vtiliter etiam Bartol. in l. dicere. ff. de arbit. ſtatutum arctans arbitrum, ad finiendum cauſam intra menſem, intelligi debere per ſententiam diffinitiuam: & ideo non ſufficeret tunc abſoluere partes ab obſeruatione iudicii, vt per Bart. in l. generali. C. de decurio. lib. 10. & Bal. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. fi. ff. de iureiur. Quia licet ſententia lata ſuper obſeruatione iudicii habeat vim diffinitiuę tamen non eſt proprie ſententia diffinitiua, vt per Glo in l. harum. ff. ſi ſeruit. vendic. Bart. in l. Titia col. 1. ff. de accuſ. Bald. in l. minoribus. C. de his quibus vt indig. Et Rebuff. cum aliis aggregatis per eum, in repe. l. quod iuſſit. in pr. nu. 48. ff. de re iudic. vbi teſtatur, eam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

5 Tertio inferebat † quoque Bald. in l. 1. C. ne licet ter. prouoc. ſtatutum diſponens, ſententiam proferri non debere ſine conſilio ſapientis, intelligi de diffinitiua, non autem de interlocutoria, cui inhæret Rom. in l. ſi quis mihi bona. §. pen. ff. de acq. hæred.

6 Quarto † inferebat etiam ex allegatis Bald. in add. Specul. in tit. de ſentent. prolat. colum. 2. ſtatutum diſponens, de ſententiis debere ſolui gabellam, intelligi de ſententiis diffinitiuis, vt de eis debeat ſolui gabella, non autem de interlocutoriis.

7 Quinto † itidem infertur per Guil. de Cun. & Bal. in l. ſi ex cauſa §. nunc videndum. ff. de minori. eundemq; Bald. in l. 1. ff. de offi. præter. & in l. poſt ſententia. col. 2. C. de ſenten. ſtatutum iubens à ſententiis non poſſe appellari, intelligi à diffinitiuis tantum.

8 Sed hæc opinio, † quod appellatione ſententiæ veniat diffinitiuā tantum, ita illuſtrata, limitatur primo loco, ſi materia ſit fauorabilis: tunc enim ſententiæ appellatione veniret etiam ſententia interlocutoria, ſecundum Iaſonem in l. ſi conſtante. nu. 79. ff. ſoluto matrimonio.

9 Claudicatque † ſecundo loco etiam eadem opinio, vbicunque militaret, concurreretque maior ratio, vel eadem in interlocutoria, quę militaret in diffinitiua: tunc vtique intelligeretur etiam de interlocutoria, præſertim vbi materia indifferens foret ad interlocutoriam, & diffinitiuam, ita Alex. conſ. 50. viſis actis cauſa agitata, nu. 12. vol. 2. Card. Put. deciſ. 21. & Corn. conſ. 204. nu. 2. vol. 2. vbi innuere videtur hanc eſſe approbatam opinionē vniuerſaliter ab omnibus. Cōis opin.

10 Vnde vt eo, † vnde digreſſa eſt, reuertatur oratio, animaduertendum eſt, quod ponit pro concluſione Rebuff. in repet. l. quod iuſſit. in princ. num 63. & ſeqq. fol. paru. 63. ff. de re iudic. omnem ſententiam dici diffinitiuam, ac etiam ſententiam, laudumque arbitrorum iuris, electorum ex neceſſitate, ſecundum formam ſtatuti, appellari ſimiliter, & proprie diffinitiuam, & habere vim rei iudicatæ, ſi non ſit appellatione ſuſpenſa, prout ita firmat quoq; Marc. Ant. Blancus in tract. de compromiſſis, q. 9. n. 1. & ſeq. tit. de effectu ſententiæ, fol. par. 213. vbi hanc aſſignat rationem, quod arbitri ſtatutarii habeant iuriſdictionem, & ſint iudices ordinarii. & infert etiam vtiliter ex hoc, ad varias vtiles neceſſariasq; re quæſtiones, ſcitu dignas in deciſione cauſarum, & Paul. Caſtren. quoq; conſ. 83. in cauſa quæ vertitur, vol. 1. & Alex. conſ. 50. vol. 2. In tantum vt arbitri, † lato laudo per eos, ſeruata forma compromiſſi, 11
non poſſint iterum arbitrari, cum functi ſint ſuo officio, l. iudex ff. de re iud. & c. in literis. de offic. deleg. Bar. in l. duo ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. col. 1. Hannibal. Troyſius in prag. 20. edita inter coniunctos nu. 50. de compromiſſis, & Rebuff. in d. repet. l. quod iuſſit. in prin. nu. 4. fol. 62. & ſeq. & eſt textus in c. ſi compromiſſarius. de elect. lib. 6. & in l. dicere, in fin. ff. de receptis arbitris, ibi, cæterum ſi condemnauit, vel abſoluit, dum arbiter eſſe deſierit, mutare ſententiam non poſſe. Imo ſententia, nec ex cauſa mutari poteſt aliquo modo, neq; corrigi, tanquam ex errore emanata, vt determinat l. quia eod. tit. ff. de recept. arbitr. ibi, quia arbiter, etſi errauerit in ſententia dicenda, corrigere eam non poteſt.

OPINIO DCCXX.

SVMMARIA.

1 *Sententia diffinitiua in ſcriptis recitari debet: interlocutoria vero ſine ſcriptis, ſed poſtea debet in ſcriptis redigi.*

2 *Sententia diffinitiua prius debent ſcribi, & poſtea publicari, & recitari, etſi præuerteretur ordo, ſententia ſuſtineri non poſſent. Iudex autem habens liberum arbitrium in procedendo, poteſt ſine ſcriptis ferre ſententiā.*

3 *Sententia diffinitiua de partium conſenſu proferri poteſt etiam ſine ſcriptis.*

4 *Sententia mere interlocutoria non requirit ſcripturam. Interlocutoria autem vim diffinitiuæ habens, omnino requirit, nu. 5.*

6 *Sententia non valet ſi de ea notarius rogatus non ſit.*

7 *Sententiam diffinitiuam ſufficit, lectam eſſe è ſcripto: nec refert ſi omittantur hæc verba,* & in his ſcriptis, &c.

8 *Appellatio, ſeu libellus appellatorius valet, etiamſi in eo appoſitum non ſit per appellantem:* Et in his ſcriptis prouocat, &c.

9 *Sententia in qua non continetur, quod ſit Lecta, lata, & recitata. &c. eſt nulla, & adeo nulla, & inualida, vt Appellatio ab ea non ſit neceſſaria: Sententia autem ſine iudicis ſubſcriptione, dummodo lecta, & publicata ſit, valet. Et an in Inſtrumentis Notariorum neceſſario apponi debeant, verba* Actum, &c. *vel* lectum &c. *& inſtrumenta partibus prælegi.*

10 *Sententiam fuiſſe latam, probatur per verba,* lecta, & publicata, *appoſita per notarium in fine ſententiæ.*

11 *Sententia dicitur lata, quando in ea reperitur verbum* publicata.

12 *Sententia, in qua notarius appoſuit,* lectam, latam, &c. *ſi re ipſa non ſit recitata, non valet, probatur contrario per negatiuam coarctatam loco, & tempore.*

SENTENTIA diffinitiua in ſcriptis proferri, † recitarique debet: interlocutoria vero valet ſine ſcriptis, ſed poſtea debet in ſcriptis redigi, vt per Glo. & alios omnes, & præſertim Beroum, n. 106. in c. quoniā contra de probat. & per Legiſtas, in l. fin. C. de ſenten. ex periculo recitan. & in l. 2. ff. de appell. Ant. Corſet. in ſing. in ver. Sententia, il decimo. Alex. in l. iuſte poſſidet. nu. 12. ff. de acq. poſſ. vbi refert hanc eſſe cōem opin. Iaſ. etiam in l. nec quicquam. §. vbi decretum, col. 14. ff. de offic. procon. & Maranta in tract. de iudic. in 6. par. 3. partis, n. 12. ſuper l. actu. Pro concordantib. adde adducta per Glo. vbi limitat in quatuor caſibus in §. curare, in verbo Sententiam, inſtit. de actionib. vbi Iaſ. alias fallentias cumulat n. 60. vbi omnino vide. Et Rebuff. in repet. l. quod iuſſit. n. 195. & ſeq. fol. paru. 214. & ſeq. ff. de re iud. vbi aſſignat & rationes huius communis opinionis, quod videl. ſententia diffinitiua debeat ferri in ſcriptis, efficaciſſimas, & ampliat quoque ac limitat. Et hoc idem laudatum reperitur in Regno, quod ſententiæ diffinitiuæ in ſcriptis redigi debeant: vt habetur in conſtit. in- Cōis opin.

2. *ſup. Ab omnibus Regni noſtri*, vbi Afflict. *n.* 5. Vnde † neceſſario prius ſcribi debent ſententiæ diffinitiuæ, & poſtmodum publicari, legi, & recitari, *cap. fin. de re iudic. in* 6. *& l.* 2. *C. de ſent. ex breui. recitan.* Etſi forte ordo iſte præuerteretur: & ſic ſi verbotenus ſententiæ diffinitiuæ proferentur, & poſtea ſcriberentur, non valerent, nec ſuſtineri poſſet aliquo modo, teſte Spec. *in tit. de ſent. §. iuxta. ver. Non valet. nu.* 12. & D. Carauit. cum aliis aggregatis per eum, *in ritu* 57. *n.* 2. vbi videtur innuere etiam, *ſub nu.* 5. ſententias quoq; interlocutorias in ſcriptis recitandas eſſe, prout ita ſemper vidi in practica obſeruari. Hoc vero limitatur non procedere in iudice, habẽte arbitrium in procedendo, ita Ruin. *conſ.* 13. *n.* 5 *vol.* 2. quia talis iudex arbitratori æquiparatur, qui ſententiam ſine ſcriptis ferre poteſt, vt per Butr. Imol. & cæteros vniuerſaliter omnes, *in c. Quintanallis de iureiur.* Rom. *ad l.* 1. *n.* 38. *ff. de arbitr.* de veritate tamen vide Menoch. *de arbitr. iud.*

3 *lib.* 1. *quæſt* 60 *nu.* 1. 2. 3. 4 *&* 5 Sed ne † partium conſenſu iſta ſolennitas remitti poſſet, & conſequenter fieri, partiſq; inter eas, vt ſententia, etiam diffinitiua, ſine ſcriptis proferatur, *l. quotiens, ybi Gloſſ. C. de prec. leg. ſchol. lib.* 10. Bar. & alii, & Ant. Corſet. *ind. ſing. in ver. Sententia. al.* 10. *poſt prin.*

4 Et licet † ſententia mere interlocutoria non requirat ſcripturam, ex communi opinione, recitata per Alex. *in d. l. iuſt. poſſ. det, nu.* 12. & Bero. *in d. c. quoniam contra, ſub n.* 206. cui inhæret etiam Afflict. *d. conſtit. ab omnibus Regni noſtri, ſub nu.* 5. & Rom. *ſing.* 5. *quod ſententia*, vbi concludit, ſententiam ſuper incidenti

5 ſine ſcriptis proferri poſſe. Tamen in † interlocutoria habente vim diffinitiuæ, indubitanter requiruntur ſolennitates ſcripturæ, ſecundum Gloſſ. *in cap. fin. de elect. in* 6. & Alex *in d. l. iuſt. reſidet, n.* 14. Vnde ſen-

6 tentia † nullatenus valeret, ſi de ea notarius rogatus non fuiſſet, *l. cum ſententiam C. de ſenten.* vbi Doct. omnes Bar. & Bald. *in l.* 1. *C. de ſentent. ex peri. recitan.* & Specul. *in titul. de ſentent. §. vt autem. col.* 8. *verſ. Notarius.*

7 Et hinc eſt, † quod ſi in ſententia diffinitiua non forent appoſita illa verba; *In his ſcriptis pronunciamus*: tunc ea vtique non valeret: quin illud pro forma requiritur, ſecundum Ang. *in l. error. C. de teſtam. & in l. fin. C. de ſenten. ex peric. recitan.* & aliquos alios Doct. variis in locis iuris noſtri, per tex. *in auth. hoc inter. §. niſi forte C. de teſtam. & in l. contractus. C. de fide inſtrum.* qui affirmauere, ſententiam aliter latam non valere, arg. text. *in l.* 2 *& vlt. C. de ſentent. ex breuic. recitan.* Sed in contrarium eſt veritas: ſufficit enim, ſi ſententia ipſa in ſcriptis proferatur, per textum *in l. cum antiquitas §. fin. C. de teſtam.* & ita firmat Gloſſ. *in cap. fin. in ver. Illuſtrium. de re iudic. in* 6 ad quam ſe remittit Bartol. tangens hanc quæſtionem *in §. ſit tibi quoque. nu.* 5. *in auth. de mand. Princ.* & ſequitur etiam Specul. *in tit. de ſentent. §. iuxta. verſ. non valet etiam*, & D. Carauit. *in d. ritu, ſub nu.* 8. Et dum ſuperioribus annis per hanc doctrinam ita reſolutum eſſe iudicatum fuiſſet per doctiſſimum, & iuſtiſſimum D. Petrum Circium, iuriſconſultum Terræ Montis Regalis, dum tunc reperiebatur meritiſſimus Gubernator in Ciuitate Ducali, & appellatum eſſet à tali ſententia, ita, & taliter promulgata, ea, non obſtantibus iſtis ſtimulis, & nullius momenti exceptionibus, fuit eo tempore per iudicem ad quem approbata, & merito confirmata. Et

8 de hoc certe mirandum non eſt: † Nam appellatio, ſeu libellus appellationis valet, & tenet, ſuſtineturque, etiamſi in eo dictum, expreſſumque non ſit per appellantem, *& in his ſcriptis prono. ac. &c.* ſecundum Specul. *de appellat. §.* 1. *verſ. Et notabiliter.*

Et quanquã notarius † debeat neceſſario eſſe rogatus de ſententia: nihilominus tamẽ, ſi in ſententia non adeſſent hæc verba *lecta, lata, & recitata fuit*, tunc ſententia foret nulla, & penitus inualida: ſiquidem actuarius tenetur de neceſſitate aſſerere in calce ſententiæ; *lecta, lata, & recitata fuit tali die, menſe, & anno, Curia ſedente pro tribunali, &c.* alias ſi aſſereret ſaltem, lata fuit ſententia, ex qua non appareret fuiſſe lectam, nequaquam valeret, neque ſuſtineri poſſet, vt concedit Bartol. *in l. tertia. in fin. C. de ſentent. ex breuic. recit.* & Carauit. *in d. ritu* 57. *num.* 8. vbi aſſignat rationem, pluri mumque exornat præſentem materiam, illam extricando, & explanando. Et ita vidi in cauſa maximi momenti annullatam ſententiam in anno 1574. per D. Capitaneum Regiæ Terræ Ciuitatis Regalis, prouinciæ Aprutii, de conſilio Excellentis D. Petri Circii, ex defectu verborum, *lecta, lata*, quæ non reperiebatur in ipſa ſententia. 9

Et hinc eſt, quod ex defectu talium verborum, ſententiæ ſtari non debeat, vt concedit etiam Euerard. *in loco à ſententia ad teſtamentum, ante finem. verſ. ſecundo hac argumentatio facit ad illud. & in loco ſequenti à teſtamento ad ſententiam, poſt princ.* quibus in locis dicit de eo eſſe textum notabilem, *in l.* 2. *& in l. ſequenti. C de ſentent. ex periculo recitan.* & Capuraquenſ etiam *deciſ.* 159. *ſententia diffinitiua dicitur non requiri, num.* 2. *parte* 3. & huic opinioni aſſentiri fatetur etiam Bal. Alberic. & Fortan. *in l. fideicommiſſa. §.* 1. *ff. de leg.* 3. Euerardus, *vbi ſupra*, in tantum quod ſententia dicatur nulla, in qua non adſunt verba, *lecta, lata, &c. l. cum ſententiam. C de ſentent. & interlocut. omn. iud.*

Licet autem communem opinionem & in contrarium, eſſe dicat Vantius *in tractat. de nullitatib. tit. de nullitat. ſentent. ex defectu proceſſus, num* 38 *fol.* 420. vt eum refert Farinaccius *in pract. crimin. cap.* 6. *poſt num.* 9. *verſ.* 28. *dicitur, fol.* 47. quia talia verba non ſunt de ſubſtantia, neque de ſolemnitate legis, & propterea omiſſa non vitiant ſententiam, vt a Gloſſ. *in c. fin. de re iudic. in ver. illuſtrium, lib.* 6. & Alexand. *conſil* 90. *fere in medio huius conſultationis, num.* 4 *volum.* 1. id tamen verum non creditur quia Alexander & Vantius ex proprio cerebro dicunt ſine vlla alia Doctorum allegatione particulari. Alia autem ſententia Bar. Bal. & aliorum, primo loco citata, potius cenſetur magis communis, necnon fundata, ac radicata in viſceribus legum, diſponit enim *l.* 2. *C. de ſenten. ex periculo recitan.* his formalibus verbis: *hac lege perpetuo credimus ordinandum, vt iudices, quos cognoſcendi, & pronunciandi neceſſitas tenet, non ſubitas, ſed deliberatione habita, poſt negotium, ſententias, ponderatas ſibi ante, formarent, & eas emendatas, ſtatim in libellum, ſecuta fidelitate, conferrent, ſcriptaſque ex libello partibus legerent*, necnon *l.* 3. *eodem titul.* ita ſimiliter diſponit: *Statutis generalibus iuſſimus, vt vniuerſi iudices, quibus reddendi iuris in prouincia permiſſimus facultatem, cognitis cauſis vltimas diffinitiones, de ſcripto recitatione proferant* ideo debent eſſe cauti aduocati, & procuratores in procurando, omni quidem ſtudio adhibito, vt legatur, legique debeat ſententia, & apponatur per Actuarium in eius calce *lecta, lata, & promulgata, & cætera*; alias adeo redditur nulla, & inualida ſententia, ex defectu talium verborum, vt appellatio ab ea neceſſaria non ſit, vt determinat textus *in l.* 3. *C. de ſentent. ex periculo recitan. in fine, ibi, hac adiecimus ſanctione, vt ſententia, quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur: nec ad reſciſſionem perpetuam decretorum, appellationis ſolennitas requiratur.*

Licet

Licet autem in ſententia diffinitiua nõ reperiatur ſubſcriptio iudicis, ea tamen nihilominus valet, & tenet, cum ſufficiat, quod ſit lata, & lecta per iudicem, prout ita fuit deciſum, in Rota Romana 10. Februarii 1552. in cauſa Hiſpolen. canonicatus, atteſtante Caputaquenſ. *deciſ. 139. in 3. parte.*

Idemq́ue procedit in contractu, ſeu inſtrumento, in quo de communi ſtylo notoriorum ponuntur illa verba: *Actum, &c.* vel *lectum, &c.* & apponi debet, vt appareat actus perfectio, ita Bal. *in auth. quod ſine C. de teſtam.* quia Inſtrumentum lectum non præſumitur in dubio, ſecundum Bal. *in l. fin. in princ. C. de ſentent. ex periclo recitan.* & Gerar. Mazzollum *inter conſ. Socini Iunioris conſ. 144. nu. 96. & ſeq. vol. 3.* Et ſic Notarius poſt contractum perfectum, per ſuam ſcripturam Teſtamenti vel contractus, debet illum recitare, alias actus non valeret, ſecundum Glo. *in l. fideicommiſſ. 1. ff. de legat. 3.* communiter ab omnibus approbatam, vt per Rebuff. cum aliis aggregatis per eum, *in repetit. l. quod iuſſit. nu. 209. fol. par. 219. ff. de re iudic.*

10 Bene tamen verum eſt, † ſententiam fuiſſe latam, probari per verba: *Lecta, & publicata*, appoſita per notariũ in fine ſententiæ, ita Card. Put. *deciſ. 356.* Nam
11 ſententia † dicitur lata abſque dubio aliquo, quando in ea reperitur verbum, *publicata*, ſecũdum Ghri-
12 ſant. *deciſ. 167.* Cæterum ſi notarius ſcripſiſſet, † appoſuiſſetq́ue in calce ſententiæ eam fuiſſe lectam, latam, & reipſa non fuiſſet recitata, vel lecta, poſſet vtique tunc probari cõtrarium per negatiuam coarctatam loco, & tempore, vt voluit Bartol. *in l. 2. C. de erro. aduoc.* & Cattauit. *in d. titu 37. ſub nu. 8.*

OPINIO DCCXXI.

SVMMARIA.

1 *Sequeſtrum abſque conſenſu vtriuſque partis factum, an priuet poſſeſſorem poſſeſſione.*

2 *Sequeſtrum non poteſt fieri per iudicem, ſi vnus poſſidet, alter non: neque inhibere vtrique parti ne vadant ad poſſeſſionem, etiamſi periculum armorum, & ſcandali ſubſit, ſed iudex debet parte non poſſidenti præcipere ſub pœna, ne poſſidentem moleſtet.*

3 *Sequeſtrum conceſſum à iudice ex abrupto, ſine partis citatione, & cauſa cognitione, tanquam de facto conceſſum debet de facto reuocari.*

4 *Sequeſtrum an reuocatur ſi poſſeſſor poſt ſequeſtrum reportat ſententiam ad ſui fauorem.*

1 SEQVESTRVM † abſque conſenſu vtriuſq; partis poſitum penes aliquem mercatorem, non priuat poſſeſſorem poſſeſſione, præcipuè ſi per iudicem incompetentem poſitum ſit: iuxta communem opinionem omnium Scriben. quam ſequitur, & declarat Feli. & alibi, *in c. illud. nu. 16. de præſcript.* Chaſſaneus *conſil. 48. per totum.* Gomeſ. *in reg. cancellar. in reg. de annali poſſeſſore. q. 6. ante fin.* & Bertran. *conſil. 115. etiamſi poſſeſſio alicui ablata, nu. 2. vol. 6.* vbi mentionem facit de iſta communi ſententia. Et ſic ſecundum communem præmemoratam; per ſequeſtrum iudiciale non perditur aliquo modo poſſeſſio, *l. intereſſe, cum ibi notatis* per Iac. de Aret. & per Canoniſtas, *in Clemen. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* per Bar. Bal. & alios, *in l. licet. ff. depoſ.* & per Cyn. Bar. & cæteros omnes communiter *in l. 1. C. de prohib. ſequeſ. pec.* (*Cōis opin.*)

2 Et hoc mirum non eſt, † quia ſi vnus poſſidet, & alter non, ſequeſtrum fieri nequit per iudicem, nec inhiberi vtrique parti debet, ne vadant ad poſſeſſionem, etiamſi videat partes proceſſuras ad arma, & ſcandala. Iaſ. *in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.* poſt Bal. *ibi col. 2.* Franciſcus Marci *deciſ. 198. num. 3. & ſeq. in 1. par.* & Ferrarien. *in ſua pract.* Papien. *ſuper for. ſequeſtri, in prin. nu. 3. fol. par. 114.* vbi inquit, quod cum certum eſt aliquẽ poſſidere fundum, ſuper quo quæſtio mouetur, timeturq́; ne ad arma, ac rixam partes veniant, iudex teneatur præcipere ſub determinata pœna parti non poſſidenti, vt poſſeſſorem non impediat in ſua pacifica poſſeſſione, nec ipſum quoquò modo turbare præſumat: alias inconueniens ſequeretur, quod quilibet, excogitata malitia, rixam ſe mouere fingeret, vt eius aduerſarius priuaretur commoditate fructuum, & poſſeſſionis. Sed quotieſcunque duo contendunt ſe poſſidere, propter timorem armorum, rixæ, ſeu ſcandali, quod facile inſurgere poſſet: ſequeſtratio tunc fieri poſſet, cum ad iudicis officium ſpectet ſcandalis obuiare, etiam vtraque parte contradicente, & rem ipſam, vel poſſeſſionem apud tertium ſequeſtrare, & ſecundum exitum probationis procedere: vt per Bar. Bal. Flor. Alex. & cæteros *in l. æquiſſimam. ff. de vſufruct.* & Curt. Sen. *conſ. 61.* Et hoc procedit, intelligiturq́ue, quando eſt dubium inter partes, quis poſſideat, ſecundum Paul. Caſtr. *conſil. 111. per tot. vol. 2.* & Ferrar. *in d. forma ſequeſtri. §. 1. nu. 1. & ſeq.*

Ideo aduerte, † vt ſequeſtratio hęc in caſibus per- 3
miſſis fieri poſſit per iudicem, ſaltem ſummarie conſtare prius iudici debet de timore armorum, & de ſcandalo proueniente, & in hoc diſcutiendo partis citatio requiritur: nec creditur iudici, aſſerenti ita eſſe, niſi ex actis appareat, quapropter ſi ſequeſtratio ex abrupto procederet, abſque partis citatione, & cauſa cognita, de facto reuocari deberet, ſecundum Ang. *conſ. 103. in fin.* Curt. *in repet. l. vnica. C. de prohib. ſequeſtr. in 2. not. 7. fallen. cum ſeq. col. 3.* & Dec. *conſ. 366. pro declaratione. nu. 13.*

Aduerte etiam, † quod nõ reuocetur ſequeſtrum 4
ipſum, etiamſi poſſeſſor poſt ſequeſtrum reportaret ſententiam in ſui fauorem, cuius occaſione fuit decretum per aliam ſententiam infirmatum: cæterum eſſet expectanda finalis cauſæ victoria, text. eſt & ibi Glo. *in Clem. vnica. de ſequeſtra. poſ.* & Milis *in ſuo repert. in verb. Sequeſtrum. nu. 1.* Et hoc in tantum verum eſt, vt ſi iudex, qui primam ſententiam, latam contra poſſeſſorem reuocauit, ſequeſtrationem etiam reuocaſſet, veniret omnino redintegranda, ſecundum Spec. *in d. tit. de ſequeſt. poſſ. nu. 5. verſ. Sed pone, lata eſt ſententia.*

OPINIO DCCXXII.

SVMMARIA.

1 *Sequeſtrum regulariter eſt illicitum, & tollitur per ſatiſdationem, & qualis debeat eſſe ſatiſdatio, nu. 2.*

3 *Sequeſtratio fieri poteſt in aliquibus caſibus, remiſſiue.*

4 *Citatio partis, vel alius ordo iudiciarius ad conceſſionem ſequeſtri ob fugæ ſuſpitionem & rei exportationem an requiratur, an vero ſola ſummaria cognitio ſufficiat.*

SEQVESTRVM † regulariter eſt illicitum *tot. tit.* 1
de prohib. ſequeſtr. pec. & extra de ſequeſtra. poſſ. & fruct. Limita non procedere, ſi adeſſet publicum Inſtrumentum, ita Alex. *in l. libitum. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & l. per hanc. C. de erig. milit. ann. lib. 12. & conſil. 163. circa id, de quo quæritur, nu. 2. vol. 6.* Bal. *in c. olim. Extr. de reſcript.* Corſet. *ſing. 322. in verb. Sequeſtrum.* & Iaſ. *in §. item ſi quis. nu. ... Inſtit. de actionib.*

Vnde regulariter † etiam ſequeſtrum tollitur per 2
ſatiſdationem, *l. fin. C. de ordin. cognit.* & ſecundum Cyn. & communiter Doct. *in l. 1. C. de prohib. ſequeſtr. pecun.* & Felin. *in c. examinata. col. 7. de iudic.* dummodo in ſatiſdatione promittatur de reſtituendo ſine (*Cōis opin.*)

procraſtinatione, ſecundum Bart. *in l. litibus. C. de agri. & cenſ.* niſi in caſu *Clemen.* 1. *de ſequeſt. poſſ.* & in quibuſdam aliis caſibus, de quibus per Panor. *in cap.* 2. *ext. eod. colum.* 4. Item contumacia, vel abſentia impetrantis ſequeſtrum, non curantis litem proſequi, *l. ſi oleum. ff. de dolo.*

3 Similiterq; nota, † quod multi ſunt caſus, in quibus ſequeſtratio fieri permittitur, de quibus per Glo. *in c. dilectus. extr. de ſequeſt. poſ. & fruct.* & per Bal. *in l. ſideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l.* 1. *C. de prohibit. ſequeſt. pecun.* per Abb. *in d. c. dilectus,* & per Ferrarien. *in ſua pract.* Papien. *in forma ſequeſtri, nu.* 1. *cum aliis ſeq.* Et inter alios caſus, reperitur etiam hic caſus, quando vocatus diſceſſit re infecta, iuxta *c. ex literis. de dolo, & contu. & ibi per Glo.* ſed tunc non erit proprie ſequeſtrum, cæterum data cautione, reuocabitur, vt ibi per Abb. & ita in facti contingentia obtinuimus in curia noſtra epiſcopali de anno 1570.

4 Et licet † ad cōceſſionem ſequeſtri exigatur ſummaria cognitio, non tamen citatio partis, vel alius ordo iudiciarius, propter ſuſpitionem fugæ, & exportationis rei requiritur, vt per Bal. *in præallato §. fin.* & Panor. *in d. c.* 1. *circa fin.*

Cæterum ſi poſſeſſor non foret ſuſpectus de fuga, non poſſet fieri vllo modo ſequeſtratio, niſi cauſa cognita, & parte citata, etſi aliter fieret, redderetur ſine dubio nulla, & inualida, ita Ang. de Vbaldis, conſulendo *conſil.* 107. *Iacobellus, & Lucas Ioannis fuerunt in iudicio, nu.* 3. & Dec. cum aliis aggregatis per eum, *conſ. 366. pro declaratione eorum. quæ proponuntur, ſub nu.* 12. *& ſeq.* & Iacob. Nouellus *in regula* 199. *ſequeſtrum, tomo* 2. vbi ponit pro regula, cum ampliationibus, & limitationibus.

OPINIO DCCXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutis titulum à domino habens, licet eum non poſſit probare per inſtrumenta, vel teſtes: an nihilominus eum probare poſſit ex longa poſſeſſione, & allegans ſe vſum fuiſſe ſeruitute domino ſciente, & patiente* 10. *vel* 20. *annis an obtinere debeat.*

1 SERVITVTIS titulum à domino † habens, licet non poſſit probare per inſtrumenta, vel teſtes; poteſt tamen illum titulum probare ex longa poſſeſſione: vnde in caſu iſto, allegans ad probandum titulum, pro coniectura tituli, ſe vſum fuiſſe illa ſeruitute, domino ſciente, & patiente, 10. vel 20. annis, debet obtinere in cauſa, ſecundum Glo. Bar. & Floria. *in l. ſeruitutes. ff. de ſeruit.* Innoc. & Abb. *col.* 5. *in c. ſi diligenti. de præſcript.* Innoc. Ant. & Abb. *in fi. in c. peruenit, de cenſib.* Glo. Bar. Fulg. & Floria. *in l. cum de in rem verſo ff. de vſuris.* Bar. *in ſua diſput. exordiente, quædam mulier.* Ang. Aret. *in §. aquæ, inſtit. de act.* Barto. & Imol. *in l.* 1. *§. fin. ff. de aqua pluuia arcen.* & Paul. Caſtren. *in d. l. ſeruitutes*, vbi ſcribit hanc eſſe communem opinionē Legiſtarum, & Canoniſtarum, quos omnes refert Felin. *in c. de quarta colum. pen. de præſcri.* & idem firmat Cæpol. *in cautela* 108. *incip. in præſcribenda ſeruitute.*

Com. opin.

OPINIO DCCXXIV.

SVMMARIA.

1 *Simonia commiſſa in ordine ſuſcepto, an impediat ordinis executionem, & ſuſpendat ſimoniacum ab ordine per ſimoniam ſuſcepto.*

2 *Simoniacus eſt ipſo iure priuatus beneficio, & non facit fructus ſuos, ſed tenetur ad eorum reſtitutionem, & dans & accipiens ſimoniace ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrit, etiamſi Pontificiali, aut Cardinalatus refulgeat dignitate.*

3 *Simonia eſt contra legem diuinam.*

4 *Papa eſt ſubditus legi naturali, & diuinæ, vt cæteri homines, & in eum cadit ſimonia, & peccatum ſimoniæ, quoad Deum, ſed non incurrit pœnas iuris poſitiui, cui non ſubeſt.*

5 *Papa ſi ex cupiditate, & accepto pretio, non ex malitia, conferat beneficia, non incurrit ſimoniam: quia in dubio præſumitur, quod non animo vendendi eccleſiaſtica beneficia munera receperit.*

6 *Simoniaci, in ordine, & beneficio, & omnes mediatores, procuratores, & conſentientes ſunt excommunicati; quia qui talia agunt, digni ſunt morte.*

7 *Simoniacus eſt excommunicatus ipſo iure, & ipſo facto.*

8 *Simoniacus incurrit ob ſimoniam crimen hæreſis.*

9 *Simonia eſt, ſi aliqua pacto interueniat de ſoluendo aliquid pro ingreſſu religionis, etiamſi monaſterium eſſet tenue, vel reciperetur aliqua monialis vltra numerum ordinarium.*

10 *Alexandri Arguli de Tagliacotio Epiſcopi Terracinæ laudes.*

11 *Moniales, ſeu Abbatiſſa ad recipiendam monialem, licet aliquid accipere nequeant abſque labe ſimoniæ: tamen ſponte oblata, remota corrupta intentione, accipere poſſunt.*

12 *Simonia non committitur, ſi ingrediens monaſterium, bona ſua ſecum deferat in toto, vel in parte, dummodo hoc non fiat in fraudem.*

13 *Monialis ſi eſſet recepta gratis ad religionem, & poſt receptionem pater eius nihil vellet ſoluere monaſterio, poſſet agere contra patrem pro alimentis. etſi pater mortuus eſſet, poſſet agere ad partem ſuæ hæreditatis.*

SIMONIA commiſſa † in ordine ſuſcepto, non 1 dat neq; præbet aliquo modo executionem huius ordinis, imo impedit executionē omnium aliorum; & ſic ſimoniacus eſt ſuſpenſus ab ordine per ſimoniam ſuſcepto, & ab aliis ordinibus, ſecundum textum. *in c. præter. §. verum.* 32. *diſtinct.* Innocent. & omnes *in cap. tanta, de ſimon.* Hoſtien. *in ſumma. tit. de ſimon. §. quæ pœna.* Syiueſt. *in verb. Suſpenſio. q.* 7. Archid. *in c. ordinationes* 1. *q.* 1. Innoc. & Abb *in c. per tuas.* el 2. *nu.* 5. *de ſimon.* & S. Ant. *in ſua ſumma. in* 3. *par. tit.* 27. *c.* 11. quorum opinio communis eſt, vt per Scrib. *in c. ſi quis. eod. tit. & in d. c. tanta.* Et hoc procedit quoque in ſimonia commiſſa in beneficio, † videlicet, 2 quod ſimoniacus iſte ſit ipſo iure priuatus beneficio, ſecundum Præpo. *in c. presbyter. col. fin.* 1. *q.* 1. *& in c. ſtatuimus, in* 1. *&* 2. *colum. in ead. quæſt.* Et licet opinio hæc olim per aliquos Doct. dubia redderetur: hodie tamen, per conſtitutiones modernorum Pontificum, ſimoniacus ipſo iure beneficio eſt priuatus, teſte Felin. *in c. in noſtra de reſcript. & in c.* 2. *eod. tit.* & Couarr. *in regula. peccatum. in* 2. *part. §.* 8. *num.* 8. *verſ. apud veteres. fol. parn.* 192. *de reg. iur. in* 6. Imo in Concilio Conſtantienſi *ſeſſion.* 43. fuit facta determinatio adeo clara, perſpicua, & aperta, vt non conueniat amplius vllo pacto circa hæc dubitare, vt conſtat *in extrauag. exordiente, Multa*, vbi Martinus Papa ita inquit: *Sacro approbante Concilio declaramus, quod ordinati ſimoniace ab executione ſuorum ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi, electiones, aut poſtulationes, confirmationes, & quæuis promotiones ſimoniacæ eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, & beneficiorum quorumcunque deinceps facta, nulla ſint ipſo iure, nullumq; per illas*

illis iure cuicunque acquiratur, nec promoti, confirmati, aut
prouiſi faciant fructus ſuos: ſed ad illorum reſtitutionem,
tanquam iniuſte ablatorum, teneantur, ſtatuentes inſuper,
quod dans, & recipiens ipſo facto ſententiam excommunica-
tionis incurrat, etiamſi Pontificali, aut Cardinalatus reſful-
geat dignitate.
3 Et hoc mirum non eſt, † ſi in ſummum Pontifi-
cem cadat ſimonia: quia ipſa ſimonia eſt contra le-
gem diuinam, de qua *Matthæi* 10. ſuper quo dicit
Gloſſ. ordina. quod Chriſtus per illa verba conde-
mnet perfidiam ſimoniacæ hæreſeos. De iure ergo
diuino eſt, quod pro ſpiritualibus actibus, & pro ad-
miniſtratione ſacramentorum, & prædicatione, at-
que conſimilibus, nihil accipiatur quaſi pretium.
Vnde Petrus Simoni mago (à quo ſimonia dicta eſt)
dixit *Act.* 8. pecunia tua tecum ſit in perditionem;
quoniam donum Dei (ſcilicet gratiam ſanitatum,
& miraculorum) exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et
4 quia Papa eſt ſubditus legi naturali, † & diuinæ, vt
cæteri homines: ideo illa opinio eſt erronea, quæ
dicit, quod in ſummum Pontificem non cadat ſi-
monia, vt firmat Beatus Thomas *in 4. ſentent. diſt.* 25.
ſi ergo Papa pro aliquo ſpirituali munus accipit, ſi-
moniam committit, ſicut & cæteri homines,
Cōis opin. & iſta eſt communis opinio: vt prædicat Couarr.
in d. reg. peccatum. in 2. par. §. 8. *num.* 9. *verſ. ex ea-*
dem fol. 197. & Card. Albanus *in lucub. ad Bar. in l. Bar-*
barius, nu. 2. *ff. de offic. prætor.* Et quamuis res Eccleſiæ
ſint aliquo modo Papæ, non tamen ſunt omnibus
modis habendæ, ſicut illud, quod habet ad manum;
Vnde ſi recipiat pecuniam pro aliqua re ſpirituali,
ſiue talis pecunia ſit de reditibus eccleſiæ, ſiue offe-
ratur ab aliquo laico de bonis ſuis, non caret vitio ſi-
moniæ: in Papam ergo poteſt cadere peccatum ſi-
moniæ quo ad Deum: Bene tamen verum eſt, quod
non incurrat pœnas iuris poſitiui, cui non ſubeſt: vt
poteſt dari exemplum de excommunicatione, quam
non incurrit percutiendo clericum, quamuis peccet
mortaliter, ſi malitioſe eum percutiat, & quamuis
ſedens in ſede Petri, poſſit conuinci de ſimonia per
malitiam, & cum infidelitate commiſſam. Tamen ſi
5 idem † Papa ex cupiditate, & accepto pretio, non ex
malitia conferret beneficia, tunc vtique non incur-
reret ſimoniam, ſi quidem in dubio præſumendũ eſt,
quod non animo vendendi eccleſiaſtica beneficia,
munera receperit, ſecundum Gloſſ. Ant. de Butr.
Imol. & Felin. *in c. ex parte, il* 1. *de offic. deleg.* & Gaſpa-
rem de Peruſio *in tract. de reſeruationib. benefic. in princ.*
num. 24. *cum aliis ſequent.* & Card. Albanum *in d. l.*
Barbarius, nu 3. *cum aliis ſequent.* vbi demonſtrat iſtam
Cōis opin. eſſe communem opinionem, licet contrariam ſen-
tentiam veriorem eſſe aſſeueret Couarr. *in d. reg. pec-*
catum in 2. part. §. 8. *num.* 9. *verſ. & licet quibuſdam vi-*
ſum fuerit. Item in alia extrauaganti facta in anno ſe-
cundo ſui Pontificatus, incip. *Damnabilem*, confirmat
omnes excommunicationes, ſuſpenſiones, priua-
tiones, & interdicta, & alias cenſuras, latas à ſummis
Pontificibus contra ſimoniacos, quas incurrere
vult ipſo facto omnem ſimoniacum occultum, vel
manifeſtum, vbicunque ſimoniam commiſerit, cu-
iuſcunque ſtatus, etiamſi Epiſcopatus, aut Cardina-
latus, aut quauis alia eccleſiaſtica, vel temporali
reſfulgeat dignitate, dictarum excommunicatio-
num, ſuſpenſionum, & pœnarum abſolutionem ſi-
bi reſeruans, niſi in mortis articulo, nec vult, quod
virtute conceſſionis, indulti, aut cuiuſcunque facul-
tatis abſoluendi conceſſæ, vel concedendæ à Sede
Apoſtolica poſſint abſolui, niſi ſpecialiter abſoluen-
di poteſtatem de peccato ſimoniæ contineant. Hoc
idem ſtatuit Eugenius in alia extrauag. Incip. *Cum*
deteſtabile, vbi excommunicat omnes ſimoniacos,
tam in ordine, quam etiam in beneficio, & abſolu-
tionem reſeruat ſibi, & ſucceſſoribus ſuis, præter-
quam in morte: nec vult (ſicut & Martinus) quod
poſſint abſolui, niſi mentionem faciat de ſimo-
nia.
Et ſic † omnes ſimoniaci, in ordine, & beneficio, 6
& omnes mediatores, & procuratores, & conſen-
tientes ſunt excommunicati: quoniam vt ait Paul.
ad Roman. Qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſo-
lum, qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facien-
tibus. Et ideo ſcriptum eſt: Nemo aſſumat ſibi ho-
norem, niſi vocatus à Deo tanquam Aron.
Et ſimoniacus per *dictam extrauag.* *Cum deteſtabile*, 7
Eugenii, ſeu Pauli 2. *in tit. de ſimonia*, eſt excommu-
nicatus ipſo iure, & ipſo facto. Vnde hæc verba po-
ſita ibi contra ſimoniacum, canonem inducunt la-
tæ, non autem ferendæ ſententiæ: ſecundum Gloſſ.
in c. in pœnis de reg. iur. in 6. *& in c. quicunque de hæret.*
in 6. Iaſ. *in l.* 2. *colum.* 4. *C. de iur. emphyt.* & Abb. *in c.*
2. *circa finem, de foro comp.* vbi aſſerit iſtam eſſe com-
munem opinionem, idemque fatetur Caſſadorus Cōis opin.
in deciſ. 1. *num.* 2. 4. *&* 5. *in tit. de ſimonia*, proferendo
quoque hoc vtile, & magnum verbum, quod ita in
Curia Romana tempore ſuo interpretata fuerit di-
cta extrauag. *Cum deteſtabile.*
Imo aduerte, † quod obtinere beneficium per ſi- 8
moniam, eſſet crimen hæreſis: vt eſt text. apertus *in*
d. c. presbyter. & per iſtum text. quod emere, vel vende-
re ordinem, & eccleſiam, ſeu altare, id eſt, executio-
nem altaris, decimas, & ipſum ſanctum, ſimoniacam
hæreſim eſſe nullus ignorat.
Poſtremo aduerte ſimiliter, † quod ſimonia eſſet, 9
ſi aliqua pactio interueniret de ſoluendo aliquid
pro ingreſſu religionis; etiam dato, quod monaſte-
rium ſit tenue. Et ſic monachi, ſeu moniales facien-
tes pactum, ſuper recipiendo, exigendo, ac accipien-
do aliquid quaſi pretium, pro ingreſſu religionis, in-
currerent certe in crimen ſimoniæ, ſecundum Glo.
Abb. *num.* 2. *&* 6. Felin. *ſub num.* 1. *& ſeq.* & alios o-
mnes *in c. non ſatis. de ſimonia*, & Beatum Thomam *in.*
2. *q.* 100. *artic.* 3. *in ſolu. ad quartum*, & ibi Caietan. &
S. Antonium *in* 1. *par. ſuæ ſummæ. tit.* 1. *c.* 5. §. 18. & iſta
eſt communior & tutior opinio. Et ita † reperio re- 10
ſpondiſſe in facti contingentia Reuerendiſſ. D. A-
lexandrum Argulum de Tagliacotio, Epiſcopum
Terracinæ, vere vas ſummi ingenii, & maturi indi-
cii plenum, & fontem legum vberrimum & indefi-
cientem: qui à Paulo 3. conſultus ſuper contractu,
celebrato per Comitem Pitiliani, cum monaſterio
monialium Vrbis Veteris, de recipiendo quandam
ſuam neptem in monaſterium, ſub promiſſione cer-
tæ quantitatis pecuniarum, an ille contractus vale-
ret, vidi hiſce oculis in eius ſcriptis eum conſuluiſſe,
reſpondiſſeque prædicto Sanctiſſimo Pontifici ma-
ximo, huiuſmodi contractum vanum, fruſtrato-
rium, ſimoniacumque eſſe, & huic opinioni acquie-
ſcunt etiam Raymundus, *in ſua ſummula in tract.* 11.
de ſimonia, in tit. Nunc accedamus ad textum. ante finem,
Ioannes Tabienſis *in ſua ſumma Tabiena. in verb. Simo-*
nia. §. 63. & Bartholomæus Fumus *in ſumma Armilla.*
in verb. Simonia. §. 50.
§ Imo etiam prætextu paupertatis, aut cuiuſcun-
que alterius cauſæ non licet facere pactum pro in-
greſſu cuiuſcunque religionis: ſic enim expreſſe ca-
uetur *in c. quam pio.* 1. *q.* 11. vbi dicitur: *Ceſſet omnis pa-*
ctio, ceſſet omnis conuentio, accedat gratis, &c. & ita firmat
Abb. *in c. quoniam ſub nu.* 5. *verſ. ad propoſitum tit. de ſi-*

monia, id agentes nullo modo excuſari à labe ſimoniæ. Et licet Angel. de Clauaſio poſt Rodo. telam per eum, *in ſua ſumma, in verbo, Simonia, il. 4. ſub* §. 4. aliquibus rationibus ſophiſticis, & in ſua ceruice fundatis, audeat aſſeuerare contrarium, in foro conſcientiæ, videlicet, quod ſi monaſterium foret tenue, liceret monialibus paciſci cum ingrediente religionem, ac ab ea recipere quantitatem muneris determinatam, etiam ex pacto conuentam, & promiſſam inter partes. Et quamuis etiam Caietanus in 2. 2 q. 100. *art.* 3. *ad.* 4 videatur inhærere opinioni huic, aſſerendo, quod vbicunq; taxatus foret numerus monialium in monaſterio, quæ poſſent abſque penuria ſuſtentari, quod tunc ſupra huiuſmodi numerum nulla recipi poſſet, niſi ea, quæ ſolueret mille aureos, vel aliquid ſimile pro ſuſtentatione, potius quam pro ingreſſu monaſterii Etſi etiam Nauarrus in *tract. de reditibus beneficior. eccleſiaſt. in quæſt.* 1. *corollaria* 39. *ſub num* 99. *& ſequent fol. para.* 150. *& ſequent.* rationes iſtorum videatur ſe adiungere: tamen quicquid aſſerant memorati Theologi, ſine lege, vanum foret recedere à prima ſententia, tanquam ſacroſancta, & in anima legis radicata. Quocirca, ad euitandum omnem notam ſimoniæ, iure cautum eſt ne in monaſteriis reddituatum monialium aliquæ recipiantur vltra facultatem locorum: prout habetur de ſtatu regularium; *cap. periculoſa, lib* 6. vbi diſponitur; *diſtrictius inhibemus, ne in monaſteriis ordinum non mendicantium mulierum de cætera aliquæ recipiantur in ſorores, niſi quas potuerunt de ipſarum monaſteriorum bonis, vel prouentibus abſque penuria ſuſtentari: quod ſi ſ.cus factum fuerit irritum decernimus.* Et ita præcipit Concilium Tridentinum etiam *ſeſſ an.* 15. *cap.* 3. ne plures moniales admittantur in monaſteria, quam ex eorum reditibus, abſque penuria earum ſuſtentari poſſint.

Et ſic denique, perſtringendo præſentem materiam, ſi monaſterium ſit abundans nullus ſimpliciter non debet eſſe tractatus, vel pactum de temporalibus, in receptione monialium, ſecundum S. Antonium, *vbi ſupra*. ſed hoc videtur contra communem hodiernum abuſum: quia quanto monaſteria ſunt abundantiora, tanto moniales volunt habere maiores dotes: ideo non abſque iuſtiſſima cauſa dicunt parentes frequenter, quod habuiſſent meliorem conditionem, ſi tradidiſſent filias ſuas nuptui, quam in ponendo eas in monaſterio. Vnde abſtinendum eſt omnino ab huiuſmodi ſimonia, cum puniatur ſpiritualiter, corporaliter, & æternaliter, & temporaliter etiam: vt demonſtrat Beatus Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus, in fine epiſtolarum Beati Auguſtini, ibi referens, quod in quodam monaſterio monialium talis erat conſuetudo, vt nulla ibi reciperetur, niſi ſecum afferret certam pecuniæ ſummam: Erat autem in monaſterio hoc quædam ſanctimonialis annoſa, & virtutibus prædita, quæ huiuſmodi vitium, & labem peccati pluſ timum abhorrebat: cumq; hæc quadam nocte orationi vacaret, illi apparuit, aſſuitque Beatus Hieronymus præcipiens eidem, vt ad Abbatiſſam iret, & eam admoneret, vt à mentionata ſimonia abſtineret cum cæteris monialibus ſuis, ſin minus grauis ira Dei ſuper monaſterium cito deſcenderet, his itaq; dictis, & narratis diſparuit viſio.

Mane igitur facto, antedicta ſanctimonialis, hæc nota fecit Abbatiſſæ, & toti monaſterio, non ſolum ſemel, ſed bis, & ter etiam, verum ſemper fatua eſſe putabatur, & deridebatur quoque: poſt dies igitur decem iterum ea orante, affuit Beatus Hieronymus præcipiens, vt iterum rediret ad ſorores ſuas, & illis nunciaret ex parte Domini, vt abſtinerent ab ipſa labe, prout egit, quod iuſſit vir ſanctus, qui paulo ante diem clauſerat extremum, ſed neque ſic ſæpe admonitæ pœnitere voluerunt, quinimo eam minis, & cachinnis repulerunt, poſthæc igitur, illa admonita diuinitus, limites monaſterii prædicti egreſſa, ecce mox totum ipſum monaſterium corruit, opprimendo, perimendo, ac occidendo omnes antedictas moniales.

¶ Et de hoc mirandum non eſt; quoniam non valet modo aliquo conſuetudo, permittens ſimoniam. *c. non ſatis, & c. ſeq. c. Iacobus, & cap. veniens. de ſimon. & extrauag. Vrbani Quinti, poſita inter extrauagantes communes, lib.* 5 *tit. de ſimon. incip Sane ne in vinea Domini.* quam Antonius ille ſanctiſſimus. *in ſua ſumma in tit. de cenſur.* & Felin. *in c. de ſimonia, ante finem, & in c. quoniam, circa finem, ver. item ad intellectum de ſimon* aſſerunt aſſertiue potius, quam diſpoſitiue eundem Vrbanum Quintum declaraſſe, non extendi ad moniales pauperes, nec eas comprehendere, quæ aliquid accipere conſueuere, vigore conſuetudinis.

Sed quicquid iſti Doct. aſſeuerent aſſertiue, vt ſupra, ſine lege, & abſque authentico teſtimonio, vanum atq; hæreticum foret recedere à determinatione prædictorum canonum.

11 Et licet ex pacto Abbatiſſæ, † ſeu moniales, pro recipiendis monialibus aliquid recipere nequeant abſque labe ſimoniæ; nihilominus ſponte oblata, quantacunq; ſint poſſunt recipere, dummodo non interueniat aliqua corrupta intentio, & in hoc concordant, & concurrunt communiter, & concorditer omnes Doct. tam Theologi, quam Canoniſtæ. *Cōis opin.* & hoc idem expreſſe continetur *in cap. ſicut Epiſcopum* 1. *q.* 11. *& in d. c. quam pio.*

Sed ſi qua † puella vellet ingredi aliquod monaſterium reddituatum, quod haberet ſuum numerum monialium, quem numerum ſuſtentare præciſe poſſet, & non vltra: tunc circa hoc tradunt optimam cautelam, ſeu conſilium potius, Raymund. Hoſtien. & Ioan. And. *in c. tua de ſimonia*, dicentes, quod iſtæ moniales reddituatæ, poſſent hæc verba vel ſimilia reſpondere, ſeu proferre volenti monaſterium earum intrare: Nos libenter, & gratis recipere mus te ad conſortium noſtrum ſpirituale: verumtamen, cum bona noſtra exigua ſint, nec ſufficiant nobis & tibi, affer tecum vnde poſſis viuere, vel ſic, prouideas tibi vnde viuas, ne cogamur mendicare propter te: tunc, ſecundum memoratos Doctor. ſi ingrediens tale monaſterium bona ſua ſecum afferat, ſiue in toto, ſiue in parte: quia forte magna forent, & multa, non committeretur ſimonia: dummodo hoc non dicatur in fraudem, ſicut plerique faciunt. 12.

Sed aduerte, quod licet hæc remedia tradantur, ad euitandam ſimoniam, quod per viam proteſtationis, ſiue intimationis dici debeat per moniales pauperes, volenti intrare monaſterium, vt ſecum aliquid apportet vnde poſſit viuere: prout ita diſcurrit Abb. *in d. cap. non ſatis. ſub nu.* 6. *& in d. cap quoniam. ſub num.* 5. tamen ibi profert vnum magnum, vtileque, & fauorabile verbum animæ: cautius, tutiuſque fore abſtinere ab iſtis remediis, & cautelis, tanquam conſcientiæ perniciofis. & hoc idem firmat & aduertit etiam ibidem Ant. de Bui. Sed ſi pater relinqueret monaſterio in ſuo teſtamento, pro alimentis ſi-

tis filiæ ſuæ monachandæ, valeret, certe dubio procul legatum illud, ſi reditus monaſterii ſufficientes non forent, vt firmat Bar. *in l. Titio centum* §. 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* & Alexand. *in l. 2. ſub num. 4. C. de inſtit. & ſubſti.* vbi admittit iſtam eſſe magis cōem opinionem, & illuſtriſſimus, & omni laude digniſſimus D. Cardin. Alban. etiam *in lucub. in Bar. in l. Barbarius num. 18. ff. de offic. prat.*

Vide etiam Ang. Aretin. *in quaeſt. fin. num. 2. Inſtit. de legatis*, vbi ad propoſitum quæſtionem ponit, de legato, facto per teſtatorem monaſterio, vt recipiat Titiam in monialem, an tale legatum ſit ſimoniacum? qui negatiuam partem ex intentione Baldi defendit. adde ſimiliter Capell. Tholoſan. *deciſ. 311.* & ibi Stephan. Aufrerium. *in addit.* Bald. *in l. ſi quenquam, in fine. C. de Epiſ. & cleric.*

13 Cæterum † ſecundum Hoſtien. *vbi ſupra*, caſu quo aliqua puella eſſet gratis recepta ad religionem, cuius parentes poſt receptionem, tanquam ingrati, nihil vellent dare, ac ſoluere monaſterio, cum tamen tenue eſſet, poſſent moniales agere contra patrem pro alimentis filiæ, & ſi pater mortuus eſſet, poſſent agere ad partem ſuæ hæreditatis, non enim poſſet filia eius priuari portione, ſiue legitima, ob ingreſſum religionis, niſi ipſa ſponte iuri ſuo renunciaſſet, vt patet *in cap. ſi qua mulier 19. q. 3.* & ſic, quod filia poſt ingreſſum monaſterii poſſit à patre petere dotem ſuam, firmauit etiam Bal. *in l. fin. colum. 2. C. de dot. promiſſ.* Georgius Natta *in repet. c. quamuis col. 32. de pact. in 6.* Barthol. Socin. *conſ. 81. colum. 4. verſ. ſed reſtat, conſ. 240. colum. fin. & conſ. 141. colum. 1. & ſequen. volum. 2.* & Petrus de Anchar. *conſil. 108.* vbi concludit ſtatutum excludentem fœminas, extantibus maſculis, non excludere monialem profeſſam.

OPINIO DCCXXV.

SVMMARIA.

1 *Sodomia præbet iuſtam cauſam ſeparandi matrimonium quo ad thorum, & ſic vxor poteſt petere coniugis diuortium ac ſeparationem, ſi à viro ad vſum contra naturam tentata fuerit.*

2 *Vxor poteſt petere coniugis diuortium, & ſeparationem quo ad thorum ſi maritus vitium nefandiſſimum contra naturam cum maſculis exerceret.*

3 *Maritus polluens oxorem extra clauſtrum pudoris, vel ſeipſum polluens propriis manibus, non poteſt dimitti ab vxore, nec ipſa vxor ob hoc poteſt petere ſeparationem quo ad thorum.*

1 SODOMIÆ † crimen iuſtam & legitimam cauſam præbet diſſoluendi matrimonium, quoad thorum: vnde ob hoc nefandum ſcelus contra naturā peti poteſt ſeparatio thori abſq; aliquo dubio, & maritus dimitti debet *c. omnes accuſationes. 32. q. 7.* & not. Cald. Ant. Abb. & Ana. *in c. maritus de adulter.* Syluest. *in c. diuortium q. 7.* Afflict. *in conſtit. repudium nu. 2. rub. 44. lib. 3.* eruditiſſimus Frater Ioannes, concionatus *in ferm. quadrageſimalib. nuncupatis lima vitiorum in ſermone 31.* *Dominic. de mihi hanc a ſuam. quaeſt. 3. in 6. quaeſt.* & Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. 7. §. 3. nu. 6.* & opinionem iſtorum communem dicit Barbat. *conſ. 64. volum. 1.* Abb. *in d. c. maritus*, Ioan. Anton. de Nigris *in capitulis Regni, in c. 262. vt ſi ie, ſub nu. 42.* & Lambert. *in tract. de iurepatron. in 1. part. 2. lib. quaeſt. 9. artic. 18. in fi.*

¶ Sed Goſ. *in d. c. omnes in verb. Sodomita*, & Innoc. *in c. 1. de adult.* diſſentiunt ab iſta communi, abſque aliqua ratione, militante in iure. ideo ſequor communem, tanquam veriſſimam: cui videtur inhærere Hieronym. *in epiſt. ad Damaſum, vel ad Amandum preſbyterum 3. epiſtol. tomo*, & apertiſſimè Ambroſ. 1. *ad Cor. c. 7.* dum aſſerit, *aut quaeras vſum vxoris inuertere* quibus profecto verbis innuere videtur vxorem poſſe petere coniugii diuortium, ac ſeparationem quo ad thorum, ſi à viro ad vſum contra naturam tentata fuerit: quod etiam Barba. *aſſerit in d. conſ. 64.* quem ſequitur Dec. *in l. 1. nu. 8. C. de ſec. nupt.* & Ioan. Ant. de Nigris *in d. c. 262. vt fine, ſub num. 42.*

Imo Barb. vbi ſupra † doctiſſimè conſuluit. *col. 6. & 10.* vxorem poſſe ſimiliter à viro ſeparari ſi maritus cum aliis vitium hoc nefandiſſimum exerceret. 2

Et † firmat etiam S. Bernardinus, protector noſter, *in ſuis ſermonib. de euangelio aeterno. in ſerm. 15. art. 2. c. 2.* vbi limitat præmiſſam communem non procedere in duobus caſibus, videlicet ſi maritus pollueret vxorem extra clauſtrum pudoris, vel ſeipſum pollueret propriis manibus: tunc enim in iſtis caſibus concludit quod vix crederet poſſe dimitti ab vxore. 3

OPINIO DCCXXVI.

SVMMARIA.

1 *Sodomia eſt delictum contra Deum, & naturam.*

2 *Sodomia offendit Deum, Sanctos, & Angelos. Et eſt vitium nefandiſſimum, contra naturam & num. 3.*

4 *Sodomita tam agens, quam patiens punitur pœna mortis.*

5 *Sodomitæ regnum Dei non poſſidebunt aliaque Sodomitarum Epitheta, & execrationes. num. 6. 7 & 8.*

9 *Sodomia eſt omniū criminum carnalium grauiſſimum ſuperans omnem fornicationem & inceſtum. Item homicidium aliaque crimina num. 10 & 11.*

12 *Sodomia excedit beſtialem conditionem: quia nulla beſtia reperitur ſimile facere: non enim commiſcetur animal maſculum cum maſculo, nec fœmina cum fœmina; & ſic Sodomita efficitur inferior omni beſtia.*

13 *Sodomita priuatur aliquando generatione filiorum, euiſque traditur exemplum. Et cur Sodomia dicatur muta num. 14.*

15 *Sodomia induxit Deum ad ſubuertendum Sodomam, & Gomorram, & omnem regionem circumiacentem & ad inundationem diluuii, & ad differendum incarnationem filii ſui. num. 17.*

16 *Vxore ex nimia libidine ſupergrediente virum ambo incidunt in peccatum mortale.*

18 *Sodomitæ omnes extincti ſunt in nocte ſanctiſſima benedicta natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

19 *Sodomia crimen, quod patrarunt filii Belial, in Ciuitate Gabaa, cauſa fuit quod fuerint interfecti ex ea tribu à cæteris tribubus viginti quinque hominum millia.*

20 *Sodomiam cur ſummam immunditiam, appellet Auguſtinus.*

21 *Aliæ exclamationes contra Sodomitas & num. 22.*

23 *Lacus Aſphaltitis in regione Gomorreorum nil præter bitumen gignit, & nullum corpus animalium recipit.*

24 *Sodomitæ ſunt expellendi ab hominum conſuetudine, & communione.*

25 *Sodomia propriè loquendo an dicatur, ſiue fiat cum maſculo, ſiue cum fœmina. Et de Iudaeorum infando errore qui coitum venereum contra naturam cum vxore putant non eſſe peccatum, Et de Sodomitarum pœna.*

26 *Sodomitæ non poſſunt aſſecurari, nec componi, nec guidari in Regno Neapolitano tam per officiales regios, quam etiam Baronum.*

27 *Sodomitarum bona confiſcantur.*

28 *Sodomitæ ſiunt infames apud Deum, apud Angelos, & apud mortales eiuſq; traduntur exempla.*

29 *Sodomitæ teſtari non poſſunt, & teſtantes, ante damnationem eorum teſtamenta annullarentur.*

30 *Sodomitas liberare, & defendere impium, & crudele.*

31 *Sodomitas filios ſeu ſubditos non corrigens dignus eſt morte.*

1 SODOMIÆ † delictum videtur contra ipſam naturam naturantem, quæ eſt Deus; & contra naturam naturatam, quæ eſt cœlum; & contra naturam naturatam & generationem, quæ eſt homo.

2 Et † ſic per hoc peſſimum, & nefandum ſcelus offenditur Deus; offenduntur ſancti Angeli Dei, & præſertim deputati in cuſtodiam laborantium tali vitio; offenduntur omnes Sancti, & Sanctæ in cœlo cum Deo regnantes; offenduntur dæmones, qui in inſpiciendo talem turpitudinem oculos claudunt: vt dicitur in compendio Theologiæ; offenduntur creaturæ ſenſibiles, vt ſunt piſces, & aues: & deniq; offenduntur creaturæ inſenſibiles: vt concludit, & luculenter probat Frater Gulielm. Pepin. *in ſermonib. de destructione Niniuæ, ſermone 36. colum. 18. cum alijs ſeq. folio paruo* 258.

3 Et † denique ſecundum Albertum Magnum *in 1. ſentent. diſtinction.* 35. nefandiſſimum, fœdiſſimum, ſpurciſſimum, ſceleratiſſimum, & ribaldiſſimum vitium hoc eſt, contra naturam, contra rationem, contra gratiam, & ex conſequenti, contra gloriam; & propter huiuſmodi delictum, ac peccatũ fames, peſtilentiæ & terræ motus fiunt.

4 Et Sodomitæ † tenentur pœna vltimi ſupplicii, id eſt mortis vt habetur *in authent. vt non luxurientur contra nat. & in l. cum vir nubit in fœminam C. de adult. & §. item lex Iulia inſtitut. de adult.* Legitur enim *Leuit. 20. cap.* Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterq; operatus eſt nefas, morte moriatur, ſit ſanguis eorum ſuper eos: & ſic de iure ciuili vterque in hoc caſu mortis pœna puniri debent. *dict. leg. cum vir*, vbi Doctor. omnes notant & Socin. Iun. *con. 7. nu. 3. vol. 3.* vbi præſupponit iſtam eſſe communem concluſionem. Eſt etiam peſſimum huiuſmodi crimen, teſte Auguſtino *de adult. coniug.* & habetur 23. *quæſt. 2. cap. adulterii.* Vide etiam Bern. Alphan. *in collect. a36. l. cum vir nubit. de adulter.*

Cõis opin.

5 Et † inquit Paul. 1. *ad Corin. c. 6.* neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt.

6 Tales † enim Lactantius Firmianus *lib. 6. cap. 23. diuinarum inſtitutionũ*, appellat impios & parricidas.

7 Et † Frater Ioann. conciuis meus, decus, & ſplendor totius mundi, & Chriſtianæ religionis, *in ſermon. quadrageſ. nuncupatis vitiorum lima, & ſerm. 31. Domine da mihi hanc aquam. col. 7* appellat etiam iſtos ſodomitas aduerſarios legis diuinæ, & totius curiæ cœleſtis, & deſtructores humani generis.

8 Ideo † infœlices, infœliciſſimique nuncupari poſſunt huius criminis practicam diſcentes, ſeu exercentes, vt refert Afflict. *in conſt. Legum aſperitatem n. 13. & ſeq. lib. 3. rub.* 42. vbi plura alia ſcribit ſuper deteſtatione iſtius criminis, & Ægid. Boſſius etiam *in pract. crimin. de ſtupro deteſtabili maſculorum num. 1. cum alijs ſequentibus.*

9 Et † hoc peccatum contra naturã omniũ aliorum criminum carnalium grauiſſimũ reperio, & ſic ſuperat ſimplicem fornicationem, & adulterium & inceſtum, etiam cum propria matre, & ſtuprum & ſacrilegium carnale, commiſſum cum monialibus, etiam per clericum in ſacris conſtitutum, ſeu per monachum; & denique excedit quoque in malitia, & grauitate quæcunque alia peccata carnalia: vbi hoc profuſè firmat, & doctè probat authoritatibus, iuribus, & rationibus, Frater Guil. Pepin. *in ſermonib. de destructione Niniuæ in ſermone 30. de destructione ſexti vici proſtibuli Ciuitatis Niniuæ colum. 26. cum alijs ſequent.* D. Follerius in *pragmatica. Nos Ferdinandus & Eliſabeth. num. 2.* & Frater Ioannes *in d. ſerm. 31. colum. 8. & ſeq.*

Vbi † addit, quod hoc facinus contra naturam ſit grauius homicidio, & grauius quam proſtituere proprias filias. 10

Eſt † autem ita abominabile vitium hoc vt dignè congruat eis illa precatio, *diſperdat*, id eſt ex toto pereat de terra memoria eorum. Nam Spiritus ſanctus, qui optime nouit grauitatem peccatorum nominat hoc vitio irretitos peſſimos: quod eſt ſuperlatiuum mali, & peius dici non poteſt. *Geneſ. 13.* Erant autem homines Sodomorum peſſimi, & peccatores nimis. 11

Et † vitium hoc excepit beſtialem conditionem: quia nulla beſtia reperitur hoc agere. Non enim commiſcetur animal maſculum cum maſculo: nec fœmina cum fœmina: non equus cum equo: nec equa, cum equa: nec equa cum vitulo, ne equa cum boue, ſed maſculus cum fœmina eiuſdem ſpeciei. Et licet ob alia vitia efficiatur homo ſimilis beſtiis: tamen ob iſtud vitium efficitur inferior omni beſtia: cum nulla tantam turpitudinem agat. 12

Vnde † non mirum, ſi tales pœdicones priuentur aliquando generatione filiorum. Nam Potifar, qui emit Ioſeph. legitur fuiſſe eunuchum, id eſt, ineptũ ad generationem, ſeu ad generandum, & hoc, quia vt ait Nicol. de Lyra *Gloſ. 1. quæſt. 1. ſicut eunuchus*: Dominus exſiccauerat genitalia eius, eo quod ad turpem vſum eius emerat Ioſeph; ideo Dominus impediuit eum. 13

Idcirco † Sodomia interpretatur muta: quia facit hominem mutum, vt excuſare ſe non poſſit, ſicut de aliquibus aliis malis. 14

Et † Deus Optimus Maximus licet ſit miſericors & ipſa pietas, ac miſericordia: pro tali tamen delicto atrociſſimo fecit funditus ſubuerti Sodomã, & Gomorram, & omnem circa regionem quatuor perſonis exceptis, videlicet Lot cum vxore & duabus filiabus, & alia, de quibus in teſtamento veteri ſacræ ſcripturæ. Imo Deus nunquam fecit tantam vltionem de quocunque alio peccato, quantam de iſto. Nam ob iſtud fecit ſimiliter inundare diluuium ſuper terram, in quo non ſolum perdidit homines præter octo, verumetiam aues cœli, & beſtias terræ demptis illis quæ introierunt arcam. Omnis enim caro corruperat viam ſuam, *Geneſ. 6.* 15

Quia † vt ait Methodius Martyr, fœminæ ex libidine nimia ſupergrediebantur viros, & viri in alterutrum exardeſcebant, coeuntes, & tunc ſi vxor ſupergrederetur virum vtendo huiuſmodi beſtiali, & monſtroſo modo in coeundo, ambo inciderent in peccatum mortale; ſecundum S. Anton. *in ſua ſumma in ſecunda parte c. 4. de vitio contra naturam poſt princ.* Vide ſupra *in opinione* 530. Et Nauar. *in ſumma cap. 6. de 6. præcep. decalog. non mœchaberis verb. de coniugum luxuria peccatis poſt num. 42. verſ. 18. fol.* 179, vbi ſi mulier, ſupergrediatur virum, licet ſit graue peccatum veniale, & admodum reprehenſibile, tamen non eſt mortale, licet Nauarra de alio abuſu coeundi loquatur. 16

Imo † etiam Deus adeo deteſtatur vitium hoc vt teſt. B. Aug. & Hier. multo tempore diſtulit incarnari; cum videret tantam abominationem regnare in natura, quam aſſumpturus erat. 17

Vnde † & in nocte illa ſancta ſuæ benedictæ Natiuitatis extincti fuere omnes, qui huic vitio operam dabant, ſecundum eundem Aug. & D. Follerium non vulgaris eruditionis iuriſconſultum, *in d. prag. Nos Ferdinand. & Eliſabeth num. 9.* 18

Imo

19 Imo † legitur etiam *in lib. Iudicum c. 20.* quod propter hoc nefandiſſimum ſcelus, quod patrarunt filii Belial. id eſt abſque iugo, in Ciuitate Gabaa, quæ erat in tribu Beniamin, fuerunt interfecti de dicta Tribu à cæteris Tribubus vigintiquinq; millia hominum, nec ſuperfuerunt niſi ſexcenti viri: prout diffuſius diſcurritur *in d. c. 20.*

20 Ideo † non immerito, ſummam immunditiam Sodomorum ſcelus appellat Auguſt. *ad heremitas ſer. 49.* ab ea enim Angeli fugiunt, dæmones videntes oculos claudunt quia membrum Chriſti non ſolum fornicatur ſed etiam meretrix efficitur.

21 O quam abominabile † vitium, ô quam deteſtabile crimen, ô quam inaudibile malum, ô quam mortiferum damnum, ô quam peſſimum ſcelus, ô peſſimi Sodomitæ peccatores coram Domino, filii deſperationis & iræ, nun erubeſcitis hæc tam fœda & turpia operari?

22 Sed † tale nefandum ſcelus veſtrum Deus non dimittit impunitum, verum gladium furoris ſui extendet, non ſecus ac fecit Sodomitis, & Gomorenſibus, quos non ſolum abſumpſit igne, ſed ne terra quidem ſuperſtes remanſit. nam omnia illa regio abſorpta eſt in Aſphaltitem Lacum Iudeæ. teſte Solino *in ſua Geogra.* & Strabone *lib. 16.*

23 Et vt perpetua memoria tanti fœtoris remaneret, effectum eſt, vt talis lacus nihil præter bitumen gignat nullumque corpus animalium recipiat; imo tauri, cameliqne fluitent: inde fama, nihil in eo mergi: vt Plin teſtatur *lib. 5. c. 15. & 16.* & ob id ipſum à Iuſtino appellatur mare mortuum *lib. 36.*

24 Sunt itaque expellendi tales talia operantes ab hominum conſuetudine, & communione; ſunt enim peſſima membra diaboli.

25 Et propriè loquendo, tam Sodomia, quam peccatum contra naturam dicitur, ſiue fiat cum maſculo, ſiue cum fœmina: vt firmat Abb. *in cap. in Archiepiſcopat. num. 1. de rapt.* & Dec. *in l. ſi qua mulier num. 9. C. de ſecund. nuptiis* & idem Dec. *ibidem in fin.* vbi reprobat Socinum, qui voluit ſolum propriè dici, Sodomiam, quando fit cum maſculo, & ſi fiat cum fœmina, dici pollutionem extra ordinariam quæ quidem opinio Dec. quicquid dicat Socin. videtur verior, & communior, quod propriè loquendo Sodomia dicatur: & eam latè probat Hieron. Paul. *in practic. cancillariæ, fol. 40.* Et tanto verior apparebit huiuſce ſententia, ſi tollantur argumenta ſophiſtica Iudæorum qui fuere quidem authores erroris prædicti Dicunt enim Iudæi improbi, ac ſcelerati quod ſi quis coitum Venereum contra humanum vſum cū vxore ſua, loco, vel vaſe non congruo, exercuerit, eum nullum ſcelus cōmittere, vel peccatum. Obſcenitas iſta, ſeu turpitudo ſcribitur apud ipſos in libro *Calla*, qui apud nos dicitur, *Sponſa*, vbi ſcribitur quod vxor cuiuſdam, coram ſenioribus legis conqueſta virum ſuum accuſauerit eum matrimonii pudicitiam, in vaſe non conceſſo, & ordine naturæ non ſeruato ſæpius euertiſſe, quare, more ſuo, diſcuſſa mulieri dixerunt: Lege cautum non eſt, quin tecum illud ab eo fieri poſſit. habemus namq; *Leuitici. 20.* Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriatur. ô facinus Thalmudica ſapientia dignum; ô ignorātiam beſtialem, atque beſtiis deteriorem: quæ quidem contra ordinem naturæ non pergunt. Aiunt enim Iudæi, contra iura naturæ non eſſe à lege prohibitum agere cum vxore: & quoniam ſceleſtiſſimi ſunt, ſceleſtam doctrinam docent. Sed quæro ab eis, agere cum vxore in vaſe non congruo, & euerſo, an ſit contrà naturam vel non: ſcio equidem eorū nullum tam fatuum, tam beſtialem eſſe, qui non dicat, non affirmet, naturæq; officio repugnare, quicquid naturæ ordine prætermiſſo efficitur. Sed illud ipſum quod naturæ non congruit, naturæ ordine omiſſo, diuinæ legi repugnat: igitur illud prohibitum eſt atque peccatum. Legitur enim *Iudicum c. 19.* quod vir quidam, Leuites nomine, cum nonnulli ciuitatis Gabaa filii Belial eo abuti cuperent, hoc tantum vt euitaret ſcelus, vxorem ſuam eis illudendam dediſſe qua cum tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt ea mane, vt ſcribitur ibidem. Aut enim ſecundum ordinē & viam naturæ cum muliere ipſa obſecuti ſunt animo ſuo, aut euerſo ordine, & in vaſe non congruo, vterque autem coitus abuſus dicitur, idcirco prohibitum eſt, atque peccatum. Alter enim, quoniam mulier illa nullius eorum vxor erat. alter vero, quia vaſe mutato, & officio naturæ non adhibito coierunt. De primo namque ſcribitur *Geneſis c. 19.* de filiabus Loth: Habeo duas filias, inquit ipſe, quæ nedum cognouerunt virum, educam eas ad vos, abutimini eis ſicut vobis placuerit. Nemo ſibi iure perſuadere poteſt, quod vir bonus, & amicus Dei, filias abutendas alicui extra vas, & in loco non congruo dediſſet. De ſecundo, quod ſit abuſus, neminem latet, cum magis profanum ſit, atque maius peccatum: quandoquidem ſemen humanum, quod producendæ prolis gratia Deus hominibus conceſſit, eiectum extra locum, operari nequit finem ſuum; ob quem errorem, atque malitiam voluit Deus Her, & Onan Iudæ filios vita priuare: vt legitur *Geneſ. c. 38. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Domini, & ideo ab eo occiſus eſt*, & ſequitur de Onam; *idcirco percuſſit eum Dominus, eo quod rem deteſtabilem faceret.* In quo autem Her nequam fuerit, dicunt Iudæi in eo, quo fuit frater eius Onan, qui cum vxore obſequens animo ſuo emittebat ſemen extra locum, ne conciperet. Igitur iſti, licet lege naturę cum vxoribus ſuis coierint: quoniam ſemen in terram ex loco idoneo emiſerunt, morte digni à Domino iudicati ſunt: diuinæ iuſtitiæ congruit etiam, vt qui in vaſe non debito rem habuerit, vbi recipi ad finem ſuum ſemen non poſſit, multo magis mortis pœnam, vel interitum ſubire debeat.

§ Quæro inſuper à Iudæis, cur Deus pluit ſuper Sodomam, & Gomorram: vt legitur *Geneſ. c. 19.* Sulphur & ignem de cœlo, & ſubuertit ciuitates illas & vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Cur etiam ſententiam in eum tulit Deus vt habetur *Leuit. c. 20.* qui cum maſculo concubitū habuerit? puto equidē Iudæos non eſſe adeo inſanos, adeoq; rationis expertes, qui veritatē iſtam nō cognoſcant, Deum inter viros coitū deteſtari: quandoquidē in re ipſa ordo naturæ euertatur, & natura ipſa finem ſuū aſſequi non poſſit Nam lege diuina ſancitū eſt, vt homo hominē generet. Creſcite (inquit, *Gen. c. 1*) & multiplicamini, & replete terrā Nec non *eiuſd. cap. 5.* Vos autē creſcite, & multiplicamini, & ingredimini ſuper terrā, & cōplete eā. Conſtat a. procul dubio, huic præcepto repugnare plurimū, regulā generādi euertere cū ea ſubuerſione id quod Deus decreuit, finē ſuum ſortiri nequeat. Et quēadmodū Dei præceptu maſculus coitur obſtat, ſic itidē cum muliere agere, regula naturę omiſſa, & ordine, modus tollitur generandi atq; concipiēdi via: cum proficiſcatur eadē vir cū viro, qua proficiſcitur vir cū muliere, ordine nō ſeruato & in vaſe nō cōgruo quod quidē facio'iure; atq; merito dici pōt, execrabile peccatū, atq; profanū.

Præterea, ſi Iudęorū quis vlterius inſanire voluerit ab eo

ſeo dici poſſet, quod qui cum maſculo in die coie-rit, ſcelus nullum, vel peccatum admitteret: quoniam ibi dicitur: Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, hoc eſt, in nocte, non in die. ô rē impiam & Deo infeſtam, nonne & qui cum muliere agit prætermiſſu loco, atque lege naturæ, tanquam cum maſculo agere videtur? at dicere auſim, agere cum muliere in vaſe non conceſſo, naturam atque Deum magis offendi, quam per coitum cum viro: mulier etenim ſatura ad æ libidinis viam habet, atque vas opportunum, quā viro natura non præſtitit. cur alio progreditur prauus ille, ac impius? niſi vt penitus naturæ obſtet, atque mandato Dei repugnet? quis enim hunc ſanum dixerit, qui recto tramite derelicto, ſciens deuio itinere pergat? Iudæi hi ſoli ſunt, qui miſeri ſunt, & Deo, atque hominibus infeſti. & quoniam genere vitiorum omnium, atque ſcelerum ſunt infecti, hanc ſuos diſciplinam edocent, hanc viuēdi regulam ſui dicunt. Non eſt igitur mirandum, ſi cōtra huiuſmodi homines Prophetæ omnes inuehant, atque inſurgant: cum eorum neminem fugeret Iudæorum tunc deteſtabilis vita, & futura improbitas, pariter atque ſcelus. Vnde contra eos merito adduci poſſet illud *Eſaia* 11. vbi habitabit lupus cum agno &c. quod abſque ſcrupulo aliquo intelligitur de ipſis Iudæis, qui ſunt tanquam lupi rapaces, & tanquam leones ſuperbi. *Geneſ.* 49. Beniamin lupus Rapax, & Catulus leonis Iudas. Et ſic pari modo punitur, ſiue cum maſculo, ſiue cum fœmina fiat: vt voluit Cardinalis *in Clementinas* 1. *quæſt.* 13. *de conſang. & Affin.* Cotta *libro memorabil. verb. Pædicones,* Affl. *in conſtitutio. Regni Legum aſperitate. num.* 13. Io. Baptiſt Plot. *in l. ſi quando, ſecūdum antiquam impreſſionem. num* 311 C *vnde vi,* & probatur *in cap. viſ* 535. q. 7. vbi, *in maſculis, & in fœminis, & in capit. adulterii malum, ead. in cauſ. & quæſt.* ex authoritate Pauli Apoſtoli *Romanorum* 1. de gentibus loquentis ait: Propter hoc tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ: nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vſum in eum vſum, qui eſt contra naturā: ſimiliter autē & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt in deſideriis ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes Et voco hic coitum cum maſculo, etiamſi cum fœmina coeat tanquam cum maſculo: nam coitus ille contra naturam etiam eſt, & ideo damnatus. Licet, & malè Andr. Alciat. *lib.* 10. *Parerg. cap.* 11. aſſerit contrarium: tamen in Regno Neapolitano obſeruatur dicta communis opinio ob memoratam pragm. *Nos Ferdinandus & Eliſabeth,* vt diſponitur cō-mittentem huiuſmodi crimen, ſiue cum maſculo ſiue cum fœmina, igne comburendum eſſe.

26 Et † inibi diſponitur etiam, quod iudices, quantumcunque maiores, Sodomitas ipſos, & inquiſitos de tam immaniſſimo crimine aſſecurare, & guidare, & componere & indultare nequeant pro quauis ratione, vel cauſa.

§ Et præmemorata pragmatica extenditur etiam ad Barones, & ad eorum officiales, vt indulta, & gratias concedere nō valeant, nec ſaluum conductum, nec compoſitiones, & commutationes pœnæ ordinariæ ignis facere, in huiuſmodi peſtifero crimine: prout ſancitum extitit de anno 1571. per pragmaticam incipientem. *Congrandiſſima ragione la Maeſt. à del Rè Catolico. per na pragmatica fatta nell anno* 1504.

27 Et † his accedit vlterius, quod Sodomitarum bona confiſcantur ſecundum d. *pragmatic. Nos Ferdinandus,* & ſecundum Gloſ. *in c. cum ſecundum, de hæret. in* 6 Bal. *in authentic. incestas. C. de inceſt. nupt.* Bart. *in leg. poſt contractum ff. de donation.* Gloſſa in §. *prima in authentica de inceſtis nupt.* Bart. *in leg. imperator ff. de iure fiſci.*

Et † ipſi fiunt infames, ſecundum Glo. *in l. cum vir Cod. de adult.* Iacob. de Belui. *in authentic. vt non luxur. contra naturam,* & Fratrem Ioannem *in dict. ſerm.* 31. *quæſt.* 5. *colum.* 1. *& ſequent.* vbi firmat etiam, quod Sodomitæ efficiantur infames apud Deum & Angelos, & apud mortales. Nonnè Vergilius, maximus Poetarum, narratur ab Hiſtoriographis fuiſſe tandem mirabiliter inter homines deiectus, propter tale crimen? Nonne etiam Iulio Cæſari erudiſſimo viro cum triumpho poteretur, ex victoria habita de hoſtibus fuit publice improperatum hoc nefandum ſodomiæ vitium propter quam cauſam à multis militibus ſuis ſpreui habitus, tandem derelictus fuit teſte Ant. Archiepiſcopo. Florent. *in ſua ſumma in* 1. *part. tit* 5 *c.* 4. *ſub verſic. quantum ad primum.* 28

Et teſtari nō poſſunt † Sodomitæ, & caſu quo teſtamentum conderent, antequam eſſent cōdemnati vtique, & abſque dubio aliquo annullaretur, vt late conſuluit Anaſtaſius Platus. *conſil. ſiu. volum.* 1. *inter conſil. Barbatii,* & nouiſſimè Nicol. Bello *conſil.* 69. *Cum a teſtamentum colum* 5. Dec. *in d. l. ſi qua mulier. nu.* 7. Bal. *in authen. inceſtas. C. de inceſtis nupt.* & Cotta *in lib. memorabil. in verb Pædicones,* Marſil. *ſing.* 597. *Contra naturam,* Plotus *in d. l. ſi quando num.* 311. Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in verb. reuertantur. num.* 384. *C. de reuocand. don.* Alciatus *in l. inter ſtuprum num.* 4. *ff. de verb. ſignif.* Boſſ. *in d. tit. ſua pract. de ſtupro deteſtabili num.* 2. Follerius *in d. prag Nos Ferdinandus, & Eliſabeth num.* 7. Frater Io. *in d. ſerm.* 31 *q.* 3. *poſt princ.* 29

Et † denique liberare, vel defenſare iſtos ſcarabeos & pœdicones peſtilentes, incorrigibiles, & obſtinatos viros impium, & crudele foret: vt cumulatiſſimè firmat, & probat ſeptem rationibus S. Bern. noſter, *in ſuis ſermonibus de euangelio æterno, in ſerm.* 16. *articul.* 3 *cap.* 3 *per totum.* Ideo puniendi ſunt, qui dictorum obſtinatorum iuſtitiam faciendam eſſe denegant, tanquam iuſtitiæ peſſimi ſubuerſores, & tanquam impedientes iuſtitiam fieri; & ex quo tanta ſcelera impediuntur, & corriguntur: quos tandem eadem iuſtitia, quam impiè perſecuti ſunt, futuro in ſæculo ſeuiſſimè perſequetur. 30

Imo † aduerte quod illi, qui filios familias, & ſubditos ſibi, non corrigūt de iſto vitio, digni ſunt morte: vt ait Apoſtolus *Rom.* 1. Non ſolum qui faciunt ſed etiā qui conſentiunt facientib. Ioſeph igitur, & ſi puer noluit tacere cum vidit tantum abominabile crimen in fratribus ſuis. Sed dicitur *Geneſ* 37. accuſauit fratres ſuos de huiuſmodi delicto, ſcilicet, q̄ cum iumentis vel cum maribus coirent, vt ſic punirentur à patre: nec dimiſit reprehenſionem, propter odium fraternum, ſiue fratrum, qui oderunt eum ita vt vellent eum occidere. Vnde Deus, Iudex iuſtus, fortis, & patiens, & circumſpectus poterit cognoſcere in hoc ſceleratos, cum impunitati ſcelerū fauent, & ſic à vera iuſtitia minimè flecti poterit ob iuſtitiam vigoroſam: quoniam iuſtus Dominus, neq; flecti valet, propter iuſtitiam amoroſam: iuſtitiam enim dilexit, nec flecti etiam propter iuſtitiā radioſam: quia æquitatem vidit vultus eius. quare qui habent aures ad audiendum audiant, abſtineāt & ſimul caueant, tanquam ab ignē ab huiuſmodi crimine, & in poſterum conuertantur ad Chriſtum Ieſum, continuè agendo pœnitentiam, vt ipſe pater miſericordiarum dignetur in die iudicii iſtis delinquentibus omnibus miſericordiam largiri. 31

OPIN.

OPINIO DCCXXVII.

SVMMARIA.

1 *Sodomita occultus, quas pœnas incurrat, & à quo poſſit abſolui.*

2 *Sodomitæ clerici poſſunt degradari, & tradi puniendi Curiæ ſæculari: quia crimen hoc Sodomitæ eſt grauius hæreſi, crimine læſæ maieſtatis, & ſimonia?*

3 *Epiſcopi in ſua diœceſi hodie diſpenſare poſſunt ſuper omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto prouenientibus, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario oritur.*

1 SODOMITA † occultus etiam peracta pœnitentia, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinis, & celebrando interim ante Pontificis diſpenſationem, irregularitatem incurrit, ac irregularis efficitur ea irregularitate, quæ à ſolo Papa ſit delebilis, ſecūd. Spe. *in tit. de diſpenſatione. § iuxta propoſitionis. nu.* 17. Hoſtienſ. & Ioan. And. *in cap. niſi cum pridem §. 1. de renunc.* Archid. Domin. & Præpoſ. *in c. de his, in 2. 50. diſt.* Aret. & omnes *in d. c. niſi cum pridem. §. 1 & in c. fin. de tempor. ordin.* & Socin *in c. ad audientiam num. 27 de homicid.* & Bertach. *in tract. de epiſ. in 1. part. 2. lib. q. 30.* & Lambert. *in tract. de iure pat. in 1. parte lib. 2. q 9. art. 18. num. 4.* vbi hanc opinionem tuetur ab omnibus ferè contrariis, & fatetur eſſe communem. Et huiuſmodi nefandū crimen committentibus, pœna etiam ſtatuta eſt, vt deponantur, & in monaſterium detrudantur, *vt in cap. de exceſ. prælat.* Ideoque eccleſiaſtici iudices tales Sodomitas, poſt depoſitionem, & priuationem omnium bonorum, & beneficiorum, ob huiuſmodi canonis diſpoſitionem, perpetuis carceribus, & obſcuris includere conſueuerunt, in quibus miſerrimā vitam mortem ipſam exoptando agant, niſi fuga eos liberaret, vt not. Abbas *in d. capit. cleri.* & Bernardin. Diaz. *in pract. crim. canonis.* 80. Frater. Guilhem Pep. *in ſermonib. de deſtruct. Niniue in ſerm. 30 colum. antipen. folio parno* 141. & Frater Io. conterraneus meus, tempeſtate ſua prædicantium Principis, *in ſermon. quadrageſimal. lib. in ſerm. 31. Domine da mihi hanc aquam quæſt. 3. colum. 2.*

Com. opin.

2 Vbi † firmat etiam, quod clerici hoc vitio laborantes, poſſint degradari, ac tradi puniendi Curiæ ſæculari, quia crimen hoc grauius eſt hæreſi, crimine læſæ maieſtatis, & ſimoniæ, & nonnulla alia, tractantia de huius nefandi criminis grauitate, traduntur per Afflict. *in conſt. 1. Neap. lib. 3. rubrica 41. num. 10.* Lucam de Penna. *in l. 3 col. 3. C. de exactoribus & executorib. lib. 12.* Parif. *con. 163. lib. 4.* & per Cæſarem Lambert. *in d. art. 18.*

3 Sed † hodie Epiſcopis licitum, permiſſumque eſt diſpenſare ſuper omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto prouenientibus excepta ea, quæ ex homicidio voluntario oritur. Et ſic quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos, per ſe; aut Vicarium ſuum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere poteſt in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, impoſita pœnitentia ſalutari vt expreſſè videtur ſtatutum in Concilio Tridentino, *in ſeſſ. 24. cap. 6 folio paruo* 261.

OPINIO DCCXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Societas omnium bonorum inter fratres tacitè contracta videtur ex longa eorum cohabitatione. hæreditatem indiuiſa poſt mortem patris, & ex lucris communicatis, ex ratione nunquam non redditis.*

2 *Frater emens aliquid communi nomine præſumitur ſoluiſſe precium ex pecunia propria niſi ex coniecturis contrarium appareat.*

3 *Frater emens aliqua bona proprio nomine, & deſcribi illa poſtea faciens in cataſtro communitatis tanquam communia, præſumitur dominium pro parte transtuliſſe in alios fratres.*

4 *Si autem à maiori fratre, negotia domus gerente, & precium in communem vtilitatem verſum probet, ſcientibus & non contradicentibus aliis fratribus; tūc alii etipſa conſentur conſentire, ac venditionem ratificare.*

5 *Coniunctus patione coniunctum rem communem alienare præſumitur conſentire.*

6 *Emptore ſoluente precium committentibus creditoribus fratrum ipſis ſcientibus, & commodum ſentientibus ex contractu, ipſi ad reſciſſionem contractus agere non poſſunt.*

7 *Et ratificatio etiam tacita hoc caſu ſufficit quæ ex ipſo facto colligitur. Et ex eo, quod fratres poſtea ad rem venditam non amplius acceſſerunt, nec fructus ex ea collegerunt, ſed paſſi ſunt eam poſſidere ab emptore per aliquot annos num. 8.*

9 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

10 *Prorex non habens poteſtatem vendendi bona fiſcalia vel ſi ei talis poteſtas interdicta ſit ſi vendat talia bona, & precium in vtilitatem Regni ſui vertat, cenſetur per hoc rata habere venditio.*

11 *Si vnus ex fratribus in communione manentibus, æs alienum occaſione bonorum communium contrahat, idque in communem vtilitatem verſum ſit, ſoluendum id erit ex bonis communibus.*

12 *Qui ſciente & patiente altero illius negotia gerit, & omnia facit, quæ factores agere ſolent, is cenſetur ab eo propoſitum, non ſecus ac ſi mandatum haberet.*

14 15 *Qui ſeruum gerit, & non proteſtatur vel contra dicens tenetur pro ſeruo. Et vtra de inſtitoribus loquentia trahuntur ad factores, & quoſlibet adminiſtratores.*

15 *Scientia venditionis rei communis præſumitur ex fraterna communi cohabitatione.*

16 *Societas omnium bonorum non dicitur contracta inter fratres, ſi inter eos præceſſit inſtrumentum diuiſionis licet deinde ſteterint ad vnum panem & ad vnum vinum per multos annos.*

17 *Societas non ducitur vlterius contracta, quam actum ſit extendi.*

18 *Sicut ſocietas alicuius negotiationis expreſſa extenditur ad alias negotiationes, ita nec tacita.*

19 *Ex ſocietate particulari lucra plus conſequitur, qui plus contulit ſiue capitalis ſiue operis ſiue expreſſè, ſeu tacitè ſit contracta.*

20 *Pactio iniuſta inter ſocios, vt qui ex eis minorem portionem contulerit, æqualem habeat lucri partem cum eo qui maiorem contulit, an valeat. & num. 21.*

22. *Pacto inter ſocios inito, vt is qui minorem ſummam pecuniæ in ſocietatem intulit æqualem cum altero, qui maiorem intulit partem lucri percepturus ſit; Præſumitur conſiderata perſona minus inferentis induſtria quæ pecuniæ æquipolleat.*

23 *Socius qui plus pecuniarum vel induſtriæ ponit in ſocietate, plus conſequi debet.*

24 *Iudicis arbitrio relinquitur quando induſtria vnius ſocii correſpondeat pecuniæ alterius ſocii.*

25 *Si ſocius poſt contractam ſocietatem augeat ſuum capitale, an lucrum pecuniæ auctæ debeat eſſe: an vero augens plus conſequi debeat, & num. 26.*

SOCI-

SOCIETAS † omnium bonorum inter fratres tacitè contracta præſumitur ex diuturna eorum cohabitatione cum hæreditate indiuiſa poſt mortem patris, & lucris communicatis inter eos, & ex ratione inuicem non reddita; vt voluerunt Bar. *in l. Titiam* §. *altero nu. 5. ff. de admi. tut.* Caſt. *conſ. 349. vol. 1.* Pet. de Vbal. *in tract. de duobus fratribus, & aliis ſociis, in 3. par. princ. num. 20. fol. par. 10.* Corn. *conſ. 24. volum. 4.* Cæp. *conſil. cauti. 40.* Iaſ *in l. 1. C. qui teſt. fac. poſſ.* Dec. *conſ. 21. conſ. 66. & conſ. 86* Grauet. *conſil. 155. num. 1. & 3.* Getar *ſing. 99. num. 2.* Alciat. *in tract. de præſumpt. 25.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & Petrus Duennas quoque *in regula 3.* Ludo. Roman. *conſil. 191. num. 4.* & ibi D. Horat. Mandoſ. *in additione in litera D.* & Martinus Carrarus. *conſil. 34. num. 1. cum aliis ſeq.* & Franc. Maria de Plotis *in add. ibi nu. 10. & con. 50. nu. 1.*

Com. opin.

2 Sed † ſi frater commorando in communione (vt ſupra) emeret fundum pro ſe, & fratribus, & ſolueret pretium; tunc quippè præſumeretur in dubio emiſſe ex ſua pecunia; & ſic ſi alter frater vellet partem ipſius prædii empti, poſſet repetere partem pretii, ſecundum Bart. *in l. ſi patrum. colum. 2. C. com. vtriuſque iud.* eundemque Bar. Bald. Angel. Fulg. Caſtr. & Sali. *in l. cum propones C. pro ſocio per tex. ibi*, Lud Roman. *in ſingul. 400. conſ. 3. & conſil. 291. volum. 2.* Abb. Panorm. *conſil. 46. in fin. volum. 1.* Alexand. *conſ. 78. vol. 2.* Philip. Dec. *conſil. 21. colum. pen. & conſ. 348. colum. 2. & conſil. 442. in fin.* Boer. *deciſ. 114.* Auguſtin. Berous *in quæſtionib. ſuis, quæſt. 46. nu. 3.* Nattam *conſ. 94. n. 10. volum. 1.* And. Tiraq. *in tract. de vtroque retract. in fin. totius operis. nu. 87.* Laurent. Syluan. *conſil. 86. contra fratres de Muſſa facit num. 1. vol. 2.* Martinum Carratum. *conſ. 33. per tot.* & Pet. Duennas *in d. regul. 3.* & iſta eſt veritas, & communis opinio.

Com. opin.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod frater emens nomine ſuo & fratrum, emiſſe præſumatur de bonis communibus, communique pecunia, inclinarunt Specul. *in titul. de iud.* §. *ſequitur. ver. vt autem* Cyn. *in l. cum duobus* §. *ſi frater. ff. pro ſocio.* Ancharan. *conſ. 149. plura dubia. in fin. & conſil. 302. materia de qua quæritur in 4. dubio*, & Bald. titubanter *in l. cum oporret colum. 3. C. de bonis quæ lib.* & Laurent. Syluan. *in d. con. 86. ſub nu. 5. cum aliis ſequent.* vbi ita conſuluit & admonuit iſtam ſententiam veriorem eſſe reſpõſumque dedit contrariis: ſed eius ſuaſiones parum me mouent ad diſcedendum à prædicta communi, quæ veriſſima, & ſacroſancta apparet.

3 Cæterum † quotieſcunque frater emeret aliqua bona proprio nomine, & poſtea in cataſtro communis illa deſcribi faceret, tanquam communia cæteris fratribus, ſibi præiudicium inferret, & præſumeretur ex hoc dominium pro parte translatum in alteros fratres, præcipuè ſi alii fratres pro eorũ rata, ſoluerent collectas, ſecundum Lud. Roma. *conſ. 291.* Paul. Caſtrenſ. *in l. firmarios. C. de teſtam. milit.* Alexan. *conſ. 147. in fin. volum. 5. & conſ. 182. colum. 2. vol. 7.* Iaſ. *in l. decem colum. 8. ff. de ver. oblig.* Philip. Dec. *conſ. 146. colum. 6.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 17. num. 3.* Iuan. Anton. de Nigris *in capitulis Regni, in cap. porrecta culmini. num. 53. & ſeq.* & Horat. Mandoſ. *in add. Rom. in d. conſ. 291. in litera l.*

4 Coarctantur † quoque prædicta ſi emptor probaret ſe emiſſe à fratre maiore, & negotia domus gerente, & precium in communem vtilitatem fuiſſe verſum ſcientibus, patientibus, & non contradicentibus aliis fratribus. tunc enim inſurgit clara iuris concluſio quod quando vnus frater vendit rem communem & precium vertit in communem vtilitatem, ſcientibus, patientibus, & non contradicentibus aliis fratribus, cenſentur alii fratres re ipſa conſentire, atque venditionem ratificare, prout ita in terminis conſuluit Crauett. *conſil. 159. numer. 5.*

Quando enim coniunctus patitur coniunctum 5 alienare rem communem præſumitur conſentire, *l. ſi ſeruus communis. ff. de donatione inter vir. & vxor.* Bar. *in l. qua dote, numer. 23 ff. ſolut. matrim.*

Imo † ſi emptor ipſe ſoluit precium creditoribus 6 communibus ipſorum fratrum, & eorum nomine, & ipſis ſcientibus, uque per talem ſolutionem ſenſerunt commodum ex huiuſmodi contractu, ad illius reciſſionem agere non poſſunt: quia, cenſentur illũ ratificaſſe, vt per Crau. *conſ. 237. n. 1. 2. & 3.*

Quæ † ratificatio, etiam tacita ſufficit, & quæ ex ipſo facto colligitur *l. Paulus ff. rem ratam haberi.* paria enim ſunt, conſentire verbo, & conſentire facto. imo facta fortius, & certius voluntatem explicant, quam verba. *leg. reprehendenda. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Menoch. *conſil. quinto numer. decimoſexto volum. quinto* & Ioannes Docdomand. *membr. par. litera C. verſic. conſentiunt facto.* 7

Similiterque † inducitur etiam ratificatio ipſo 8 facto, dum fratres ipſi poſt venditionem rei communis nunquam amplius ad eam acceſſerunt, nec fructus ex ea collegerunt, verum paſſi ſunt illam poſſideri per emptorem, per aliquot annos, vt conſuluit Dec. *con. quadragesimo octauo.* Sicut enim ille, qui percipit fructus ex re empta nomine ſuo, intelligitur emptionem ratificare, vt per Burſat. *conſ. 128. num. 16. vol. 1.* & Dec. *conſ. 58. num. 3.* ita qui intermittit colligere fructus ex re vendita, ſuo nomine, illamque per emptorem poſſideri patitur venditionem ratificaſſe cẽſetur. Ex † quo contrariorum eadem eſt diſciplina, 9 *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* Et quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, *l. fin.* §. *fin. ff. de leg. tertia.* Quod enim nomine noſtro geſtum eſt, tam tacite, quam expreſſe ratificare poſſumus, ita Tyraquel. *de conſ. poſſ. par. 3. limit. 30. n. 12.* ex his igitur inducitur ſine omni dubio ratificatio venditionis, vt conſuluit Dec. *con. 287. nu. 13.*

Idemque † in terminis conſuluit Minand. *conſ. 32.* 10 *nu. 3.* quod ſi Prorex, non habens poteſtatem vendẽdi bona fiſcalia, vẽdat, & precium in vtilitatem Regis vertat, illa venditio, etiam ſine mandato, dicitur rata haberi, *l. 1. C. de ſol. & lib. debit. ciuit. lib. 10.* & in Vicario Regis, cui eſt interdicta poteſtas vendendi, idẽ firmat And. de Iſe. *in c. 1. imperialẽ.* quẽ refert, & ſequitur Minan. *vbi ſup.* & in tantũ extenditur, & habetur ratio pretii, verſi in vtilitatẽ eius vt inde teneat obligatio, *aut ſi qua mulier, C. ad Velleian.* vt ita per illũ tex. tenet Spec. *in tit. de ſol.* §. *ante omnia, verſ. ſed pone vir.* & reaſſumpſit Vital. *in tractat. clauſularum, rub. de emolog. laud. 2. ſed nunc reſtat videre nu. 1 verſ. in contrarium.*

Itaq; † etiam doctrina Spec. *in tit. de ind. nu. 7. verſ.* 11 *quod ſi duo fratres* vbi decidit, quod ſi duo fratres habeãt bona communia & manente communione contractum ſit æs alienum per vnũ ex fratrib. occaſione cõium bonorũ & in cõem vtilitatẽ cõueſſum illud tũc de cõibus bonis ſoluendum ſit. Sed debitum erat commune in præſenti caſu, & occaſione omnium bonorum, imo hæreditarium eorum patris. ergo de communibus bonis ſoluendum erat, prout ſolutum fuit *l. omne æs alienum, ff pro ſocio.*

Afferunt etiã pro ſtabilimento iſtius ſpeculationis, & reſolutionis text. not. *in l. 1.* §. *magiſtrũ autem accipimus ff de exercitoria actione, ibi, cæterũ ſi ſit, & paſſus eſt eum in naue miniſterio fungi ipſe eum impoſuiſſe videtur.* 12 per quem text. conſuluit apparare etiam Paul. Caſtr. *conſil. primo volum. 1.* quod ſi quis ſciente, & patiente

aliquo

aliquo, gerat negotia illius, & omnia faciat, quæ age-
re conſueuere factores, videtur ab illo præpoſitus, &
perinde ac ſi mandatū habuiſſet, *per d. l. 1. §. magiſtrum
autem accipimus*. Cum itaque frater maior bona com-
munia vendiderit, videntibus, & non contradicen-
tibus fratribus, imo ipſis patientibus, perinde eſt, ac
ſi ab eis fuiſſet propoſitus inſtitor: alioquin contra-
hentes cum eo deciperentur, & propterea, ne em-
ptor, qui cum eo fratre contraxit, decipiatur, omnia
facta, geſtaq; per eum præſtare cenſentur fratres, qui
illum præpoſuere negotiis, & ſimul paſſi ſunt illum
vendere, verba ſunt formalia *d. §. magiſtrum autem ac-
cipimus*. & ita in propriis terminis deciſum reperitur
per Afflit. Ant. de Alex. & Maricondam, atteſtante eo-
dem Afflicto, *deciſ. 308 n. 12*. Confertque ſimiliter ad
inſtitutum noſtrum text. *in l. fin ff. quod cum eo*. vbi ex
13 ſola † patientia videtur quis inſtitorem præponere,
& quicquid is fecit, tanquam inſtitor præpoſitus fe-
ciſſe videtur, & pro eo cenſetur, qui ſcit, & paſſus eſt
negotia gerere. Sed frater venditor alia bona cōmu-
nia vendidit, omnia cōmunia geſſit, fratres ſciuerūt,
tacuerunt, neq; contradixerunt: ſed paſſi ſunt præ-
dicta fieri: ergo conſenſerunt, ac ipſum præpoſuiſſe
dicuntur, & conſequenter pro eo cenſentur, *d. l. fin* &
ita quoq; fuit deciſum: cumq; ab hac ſententia fuiſſet
appellatum, illa fuit per Imper. confirmata, vt refert
Iuriſconſultus *in alleg. l. fin.* & hoc ſumma ratione, &
æquitate: æquum eſt enim, vt ſicut commoda ſenti-
mus ex actu Inſtitutorum, ita etiam obligari nos ex
contractib. ipſorum, & conuentis; verba ſuot forma-
lia, *l. 1. ff de inſtit.* Imo facit quoq; text. *in l. 1. §. ſcientia.*
14 *ff. de tribut.* vbi habetur, quod † ſi quis ſciat, & nō pro-
teſtetur, vel cōtradicat, teneatur pro ſeruo, illa actiō-
ne. Sed iſti fratres ſciuerunt, paſſi ſunt, & non prote-
ſtauerunt, nec contradixerunt; ergo tenentur ſtare
contractui, facto, celebratoque eorum nomine, per
eorum inſtitorem: alioqnin ſi fratres poſſent nunc
contradicere, emptor qui cum dicto fratre, à fratri-
bus propoſito contraxit ne maneret deceptus, con-
tra text. *in d. §. magiſtrum autem.* quod certe eſſet ir-
rationabile, & ab omni æquitate alienum, *d. l. 1. ff.
de inſtit. act.* Ea enim quæ fiunt per adminiſtratores
noſtros, obligant nos ipſos, & præſumuntur fieri ex
noſtra voluntate, *l. ſi inſtitorem. ff. ſi cert. petat.* quæ o-
mnia in iure de inſtitoribus, trahuntur quoque ad
illos, quos vocamus factores, ita Bar. *conſil.* 79. Iaſ. &
Dec. *in d. l. inſtitor.* imo generaliter trahuntur quo-
que ad quoslibet adminiſtratores, vt in terminis
conſuluit Mandel. *conſ.* 104: *nu.* 5. *&* 6.

15 Demum † præſumitur quoque ſcientia venditio-
nis rei communis ipſorum fratrum, factæ per fra-
trem eorum, ex ſola communi habitatione: & con-
ſequenter ex hac habitatione præſumitur eoſdem
fratres ſciuiſſe omnia geſta per fratrem maiorem, vt
per Roland, à Valle *conſil.* 4. *nu.* 12. 28. 31. *&* 32. Alex.
conſil. 113. *vol.* 1. & Franciſ. Burſat. *conſ.* 118. *nu.* 10. *&
ſequent.* & ita vidi itidem doctiſſime, & affluen-
tiſſime conſultum in contingentia facti more ſuo,
de præſenti anno 1603. per laudatiſſimum noſtrum
D. Cæſarem Scarnatum de Foceo.

Et quamuis, vt in principio oſtendimus, ex com-
muni omnium in iure Scribentium opinione, tria
requirantur, vt inducatur, induciq́ue poſſit omnium
bonorum ſocietas, ſcilicet, vt illi, inter quos hæc ſo-
cietas contracta dicitur, ſimul cohabitauerint, & lu-
cra, & emolumenta inter ſe communicauerint, &
neuter alteri rationem reddiderit, quam commu-
nem traditionem approbauere etiam, tanquam ſa-
croſanctam Grauet. *conſ.* 149. *num.* 1. *&* 3. Simon de
Prætis *conſil* 24. *nu.* 10. *& ſeq.* Tiber. Decianus *conſil.*
85. *num.* 5. *vol.* 2. & Hieron. Gabriel. *conſil.* 51. *in princ.
vol.* 2. nihilominus † tamen te vera ſocietas omnium 16
bonorum non diceretur, nec dici poſſet contracta
inter fratres, ſi inter eos præceſſiſſet inſtrumentum
diuiſionis, licet poſtea ſtetiſſent, permanſiſſentq́ue
ad vnum panem, & ad vnum vinum per multos an-
nos, & fructus communicaſſent inter ſe: tunc enim
intelligeretur tantummodo inita ſocietas in fructi-
bus, non autem in proprietate bonorum acquiſito-
rum, vt in propriis terminis conſuluere Alex. *conſ.* 152.
in cauſa. col. 2. *vol.* 2. *& conſil.* 23. *viſis dubitationibus, col.
fin. volum.* 4. Hieron. Gr. tus *conſil.* 128. *viſo proceſſu,
poſt num.* 8. *volum.* 1. Crotus *conſ.* 40. *nu.* 40. & Gra-
uett. *conſil.* 299. *vol.* 4. quam opinionem, tanquam
veriſſimam, quod non inducatur, nec induci poſſit
ſocietas generalis omnium bonorum inter fratres,
communiter viuentes, niſi in reditibus, ſecuti fuere
etiam Ancharan. *conſil.* 31. Abb. *conſil.* 65. Rom. *con-
ſil.* 43. *in princ.* Cephal. *conſ.* 146 *num.* 30. *vol.* 1. Rimi-
nal. Sen. *conſ.* 201. *nu.* 4. *vol.* 1. & hæc eſt magis com-
munis opinio ſecundum Alex. *conſ.* 152. *nu.* 10. *vol.* 7.
& Simonem de Prætis *conſ.* 24. *nu.* 22. & Ant. Gio-
ſium *conſ.* 1 *an* 26 *& ſeq. vol.* 1.

Societas † quoq; non dicitur contracta, niſi qua- 17
tenus actus ſe extendunt, vt notant Bar. *in l. Titium,
& Mauium §. altero. ff de adminiſtr. tut & in l.* 1. *§. ſi quis
hoc interdicto. ff de itinere, actuq; priuat.* Natta *conſ.* 110.
num. 2. *vol.* 1. ita vt ex contrariis actibus excludatur
tacita ſocietas omnium bonorum abſque ſcrupulo
aliquo, vt explicat Natta *eo in loco, num.* 3. & Cephal.
conſ. 340. *vol.* 3. & ſic tantum te vera diceretur contra-
cta ſocietas in communicatis, quatenus actus ſe ex-
tendunt, vt per Camillum Borellum *conſ.* 39. *nu.* 21.
& ſeq. Idcirco † ſicut expreſſa ſocietas alicuius ne- 18
gotiationis non extenditur ad alias negotiationes,
vt voluit Grauet. *conſ.* 40. *nu.* 3. ita tacita ſocietas ali-
cuius negotiationis non comprehendit alias nego-
tiationes, vt per Rom *conſ* 291. Grauet. *conſ* 123 a.tt.
Soc. Sen. *conſ.* 192. *col.* 4. *quæſt* 3. *vol.* 2. & Pariſ. *conſ.* 85.
nu. 7. *vol.* 1.

Et ex ſocietate † lucri plus conſequitur, qui plus 19
immiſit, ſiue capitalis, ſiue operis, intelligendo de ſo-
cietate particulari, ſiue expreſſe, ſeu tacite contra-
cta, vt firmauit Pariſ. *conſ.* 85. *nu.* 15. *vol.* 1. vbi planum
quoque facit hanc eſſe communem omnium in iu-
re Scribentium opinionem, *& conſ. etiam* 84. *num.* 16.
& 60. eod. vol. Quæ † opinio adeo vera eſt, vt non 20
valeat pactum hoc inter ſocios initum, vt qui ex eis
minorem portionem in ſocietate contulit, æqualem
habeat lucri partem cum his, qui maiorem partem
impenderint, veluti contra Corneum *conſ.* 87. *co.* 3.
verſ. non obſtat. vol. 3. & Grauettam *conſ.* 175. *num.* 1. *&
ſeq.* opinantur Couarr. *lib.* 3. *variarum reſolutionum,
cap.* 2. verſ. tertio, ex hoc dubio redditur, & Ioſeph.
de Ludouicis *concl.* 53. *verſ. & ideo maledicant, in tit. de
ſociet. in ſuo libro communium opinionum*, ac etiam Pur-
puratus in *l. ſi paſcenda, nu* 31. *C. de pact.* qui omnes ex-
pedite aſſentiuntur, reprobatam eſſe huiuſcemodi
pactionem, ſicut & eam, quæ inita eſt inter ſocios,
paria conferentes, de inæquali portionum diuiſio-
ne, vt nullam prorſus inter vtramque pactionem
conſtituendam eſſe differentiam admittunt, cum
vtraque pactio eandem videatur habere inæqualita-
tem, & ideo inualida ſit.

Ego vero † puto Cornei, ac Grauettæ opinionem 21
veriorem, firmioremq́ue eſſe, ac inaduertenter fuiſ-
ſe à Couarru. Purpurato, & Ludouico impugnatam,
vtpote non conſiderantibus inter vtramque pactio-

nem

nem diſcrimen ſubeſſe, quia etſi tunc pactionem
hanc, de diuidendis inter ſocios lucris, pro portioni-
bus diſſimilibus, & inæqualib. valere receptius con-
cedant Scribentes, quotieſcunque in ipſam ſocieta-
tem imparia cōtulerunt, quia vnus maiorem, quam
alter portionem contulerit, vt probatur *in l. ſi non fue-
rint. ff. pro ſocio*, quod frequentiſſime receptum eſſe
ſcribit Couarru *in loco præmemorato, verſ. hinc primo ap-
paret*, quia æquum non eſt, æqualem habere partem
eum, qui minus, quam alter ſocius in ſocietatē con-
tulit, vt probat etiam Ariſtotel. *lib. 5. Politic. cap. 6.* &
notat Corn *conſ. 96. vol. 3.* tamen exiſtimo iſtam in-
æqualitatem non militare, quando alter ſociorum,
qui poſuit minorem pecuniarum ſummam, poſuit
maiorem induſtriam, quam ſunt pecuniæ: tunc enim
non tantum valebit pactio, quod fiant partes æqua-
les, ſed etiam, vt, propter induſtriam, longe plus con-
ſequatur, ſi longe maior foret eius induſtria, *d. l. ſi non
fuerint*, vbi hoc explicite probat Iuriſconſultus, & o-
mnes Interpretes admittunt etiam eodem in loco,
ad hunc textum hunc eſſe verum intellectum, & ita
ſe habere communem omnium ſententiam admo-
nuit Couarru. *in loco præmentionato, verſ. ſecundo conſtat.*
22 Quocirca verius opinantur Corn. *conſ. allegato 187.
col. 3. verſ. nec obſtat, vol. 3.* & Grauett. *d. conſ. 173. in prin.*
quod cum eſt facta pactio, vt qui ſociorum mino-
rem partem in ſocietate contulit, æqualem habeat
lucri partem, cum ſocio, qui maius impendit, tunc
videatur conſiderata maior induſtria eius, qui minus
impendit, quæ æquipolleat pecuniis pluribus alte-
rius, quæ præſumptio profecto ceſſat, quando vter-
que ſociorum paria contulerunt, & ad inuicem pacti
ſunt, quod vnus eorum plus lucri conſequatur.

Quia hoc caſu, quod ſit perpenſa maior alterius
induſtria, cum non præſumatur is, qui ſit maioris in-
duſtriæ, inferre æqualem portionem pecuniæ, cum
eo, qui minoris eſt induſtriæ, idq; tum à communi-
ter accidentibus, tum etiam, quoniam veriſimile nō
eſt, & ideo nec credendum, *c. quia veriſimile. Extra de
præſumpt. & l. fin. ff de eo quod met. cauſ.* & hinc eſt, quod
pactum interpretari debeat, ſecundum quod eſt ve-
riſimile, ita Bar. *in l. veteribus, n. 5. ff. de pact.* & in termi-
nis D. Io. Ant. Lanatius, *conſ 92. n. 7.* Igitur veriſſimū
eſt, meo iudicio hæc Cornei, & Grauettæ opinio,
quam male impugnare auſi ſunt Couarru. & Ioſeph.
Ludouici, poſt Purpuratum *in loco præallegato*, quæ
23 cum ita ſint, veram eſſe apparet hodie, atq; receptiſ-
ſimam illam opin. quod qui plus pecuniarum, vel
induſtriæ poſuerit, plus cōſequi debeat, vt poſt mul-
ta admodum conſilia Cornei, quæ allegat, inquit
Grauet. *d. conſ. 173. n. 1. & ſeq.* & communem eſſe tra-
dit Cęſar Vrſillus *in add. ad Afflictum, in deciſione 58. n. 4.
& ſeq.* & Ioſeph. Ludouic *in loco præcitato, verſ. imo non
valet* pactum, & Camillus Borellus *conſ. 65 nu. 7.* Ant.
Cioſius etiam, *conſ. 113. n. 7. vol 1.* Io. Botta *conſ. 94. n. 33.
& ſeq* & probat text *in l. ſi non fuerint, verſ. ſi modo ali-
quid plus ff pro ſocio & in l. ſi ſoc. ſtatem mecum coiueris, in
fin & in l. quid enim ſi Neruæ, in fin eod.* tit. Pariſ. *conſ. 85.
n 11. vol. 1* Soc Iun *conſ 74 n. 8. vol. 1.* Menoch *conſ. 121.
n. 17. vol. 2* Corn. *conſ 24. n. 7. vol. 1 conſ 27. col 3. & conſ.
122. col. 2. vol. 1.* & Io. de Amicis *conſ. 6. n 4. & ſeq.* Iac.
Maodellus *conſ 53.* Itaq; cum vnus ſocius poſuit plus
capitalis, quam alter ſocius, alter aūt reipſa plus in-
duſtriæ & operæ, arbitror, quod partes in ſuperlucra-
tis æquales fieri debeant, compenſando induſtriam
cum maiore portione pecuniarum, quā alter ſocius
24 immiſerat, † idq; reuera pendet ex diſcretione iudi-
cis, cuius arbitrio relinquitur, quādo induſtria vnius
ſocii correſpondeat pecuniis alterius, vt probat D.
Meno. *in cōm. de arbit. iud. q. caſu 125 n. 3. li. 2. cent. 2.* & Io.
Botta *con. 81 n. 8. & ſeq. & con. 94 n. 55 & ſeq.* Nec † per- 25
turbat eorū opin. qui opinati ſunt, q; ſi vnus ex ſociis
poſt contractā ſociet. immittat maiorē ſumma pecu-
niar. quā fecerit alter ſocius, lucrū iſtarum pecuniar.
debeat eſſe cōe, veluti hanc opin. tenet Ioſeph. Lud.
in præalleg. concl. 53. ver. infertur tertio, vbi allegat ſibi vi-
deri hanc opin. probare Paul. Caſt. *con. 416. n. 1. vol. 1.*
Soc. Sen. *con. 254. n. 7. vol 2.* & Io. de Amicis *con. 61. n 2.*
quitū Io. de Amicis in lib. meo hoc non dicit, nec etiā
Pau. Caſt. & Soc Sen opin. iſtam probāt: & ideo
minime admittenda eſt hęc limitatio ita ſimpliciter,
vt ſi tempore contractæ ſociet. quis plus contulerit
in ſocietatē, plus lucri conſequatur: ſecus vero, ſi poſt
contractam ſocietatē auxerit ſocius capitale, & plus
contulerit, quia tunc efficeretur cōe, ſecundum ſen-
tent. Ioſephi Ludo. *in loco, tot vicibus citato*, quam ego
opin. nimis profecto ſolitariā, nulliſq; ratōib. ſuffulta,
tam, reiiciendā eſſe exiſtimo, veluti contrariā, quam-
plurimis robuſtiſſimis argumentis, ac ſolidiſſimis ra-
tionib. fuctus D. Meno. *con. 121. n. 26. vol. 1.* vbi vigilan-
ter affirmat, quod lucrū proueniens ex maiori quan-
titate pecuniarū immiſſa in ſociet. poſt inceptam ſo-
cietatē, ſpectet ad immittentem, cum ad eum ſpectet
etiam periculum. Præterea illa opio. vt † pecuniæ lu- 26
crum ab altero ex ſociis, poſt ſocietatē immiſſæ effi-
ciatur cōe, eo tantum caſu verā eſſe puto, cum ſocius
immiſit, auxit: que ſocio inſcio, & ii ſocius inſcius, re
cognita, ratam habuerit ipſam immiſſionē, vt tunc
lucrū efficiatur cōe, alias ſecus, veluti opinatur Pet.
de Vbald. *in tra. de duob. fratrib. part. 5. princip. q. 10.* in-
telligendo in ſocietate particulari, non aūt oīum bo-
norum, in qua vel cum conſenſu, vel ſine conſenſu
aliorum ſociorū, & ante, & poſt, poſſunt immitti pe-
cuniæ, & lucrū, & damnū erit cōe, & iſto caſu, quan-
do inſcio ſocio fuit auctū capitale poſt ſocietatē, poſ-
ſet admitti illa opio. quā tenendā eſſe ſimpliciter aſ-
ſumat Ioſeph Lud. *in d. concl. 53.* qui etiā Pet. de Vbal.
deciſ. prædictam allegans ita videtur ſe declarare, ac
reſtringere, dum admittit ſententiam Menochii *con-
ſil. 121 n. 26. vol. 1.* veram eſſe, accedente conſenſu taci-
to, vel expreſſo alterius conſocii: ſecus vero ſi in iſto
augumento capitalis ſocius non conſenſerit: quia
tunc lucrum efficietur commune.

OPINIO DCCXXIX.

SVMMARIA.

1 *Solitum verificatur in vno actu tantum.*
2 *Conſuetum verificatur in pluribus actibus. Et non eſt eſſe arbitrarium iudicis, ſed neceſſarium, nu. 5.*

SOLITVM inducitur ex vnico actu, † & ex vnica vi- 1
ce, *l. Mello. §. ſed etſi alimenta. de alim. & cib. leg.* & ibi
Bart. & Curt. Iun. *conſ. 19 n. 4.* Ang. & Paul. Caſtr. *in l.
conſentaneum. C. quomodo. & quando iudex* Laur. Syluan.
conſ. 83 n. 3. vol. 2. Cotta *in memora. in verb. Iuramen. in
eſt quod indiuiduum, ante fin.* & Gozad. cum aliis ſigna-
tis per eum, *con. 55. nu 9.* vbi perhibet hanc eſſe com- Com.
munem ſententiam, Aret. etiam *in §. ex non ſcripto, in* opin.
fin. Inſtit. de iure nat. gen. & ciuil. Alex. *conſ 5. n 13. lib. 5.* &
Corn. *conſ. 28 col. fin. vol. 3.* & ita ſeruatur, teſte Marco
Ant. Bardo, *in tract. de temp. vtili, & contin. c. 14 ſub n 8.*
vbi refert pluribus vicibus ſic fuiſſe iudicatum in of-
ficio ædilium curulium magiſtrorum ſtratarum Vr-
bis, eo aſſidente in ipſo officio. Sed vide de hac
quæſtione etiam ſupra in *Opinione 561.* vbi dictum,
requiri ſaltem duos actus; Et ſic videtur aliquate-
nus obſtare Iuri communi, & *l. 3. vbi Bald. C. de
Epiſcop. aud.* Alex. *conſ 9. vol. 3.*

2 Conſuetum vero exigit ſaltem binos actus, † vt tradit Dec. *conſ.* 222. *nu.* 10. *& conſ.* 441. *nu.* 11. *cum aliis ſeq. in l. vt liberos. nu.* 11. *C. de coll. & in c.* 1. *de conſuet.* Creſcent. *deciſ.* 10. & Bero. *conſ.* 142. *Illuſtriſſime Domine, nu.* 1 *vol.* 3. & hæc eſt communis opinio, ac nullam habet dubitationem, vt meminit Dec. *in locis mentionatis*, & Mandoſ. *in reg. cancellariæ, in reg.* 3. *de reſeruat. q.* 2. *nu.* 4.

Com. opin.

3 Sed aduerte, † quod tale conſuetum fieri, non cenſeatur vllo modo arbitrarium eſſe iudici, ſed potius neceſſarium; & conſequenter, conſuetum nunquam cadit ſub iudicis arbitrio, vt voluit Bal. *in l. quicunque. col.* 4. *C. de ſeruis fugiti.* & faciunt ſcripta per Felin. *in cap. inter cæteras. col.* 5. *verſ. quinta reſtrictio. de reſcript.*

OPINIO DCCXXX.

SVMMARIA.

1 *Solutum indebite repetitur, & eo ipſo, quod oſtenditur id, quod ſolutum eſt, fuiſſe indebitum, præſumitur per errorem ſolutum.*

2 *Promiſſum indebite per errorem, non attenditur, ſed reuocari, & retractari debet.*

3 *Pactum per errorem interpoſitum, ſeu diuiſio inter fratres facta per errorem, retractari debet.*

1 SOLVTVM indebite repetitur, † & eo ipſo, quod oſtenditur id, quod ſolutum eſt, fuiſſe indebitum, præſumitur per errorem ſolutum, vt voluit Glo. *in l. cum de indebito, in ver. ignorantia. ff. de prob.* & Alex. *conſil.* 164. *præſuppono primo circa conſultationem præmiſſam, ſub nu.* 3. *vol.* 5. vbi etiam adiicit, d. Glo. communiter approbari, & ſequitur Dec. *conſ.* 600. *inſpecto diligenter tenore dicti inſtrumenti, ſub nu.* 4. *cum aliis ſeq.* vbi reddit rationem optimam.

Com. opin.

2 Et quemadmodum † ſolutum indebite repetitur, ac reuocatur conditione indebiti, vel ſine cauſa. *toto tit. ff. & C. de cond. indeb.* ita etiam promiſſum indebite per errorem, non attenditur, ſed reuocari, ac retractari debet. *l. ſi quis plus. eod. tit.* & not. Dec. *conſil.* 547. *nu.* 5. *& in d. conſ.* 600. *nu.* 4. *& ſeq.*

3 Ad quod † bene facit etiam, quod notat Caſtren. *in l. fin.* §. *idem quæſitum. ff. de cond. indeb.* vbi aſſerit, ſe reſpondiſſe & conſuluiſſe per illum tex. cum quidam fratres diuiſiſſent bona paterna, materna, & fraterna æqualiter, & promiſiſſent inuicem, non contrauenire, & poſtea apparuit, bona fratris præmortui pertinere tantum ad alterum fratrē, qui erat vtroq; latere coniunctus, quod illud pactum per errorem interpoſitum, & ſic ipſa diuiſio retractari debeat, & ſequitur Dec. *conſil.* 475. *in cauſa, quæ Mantuæ agitatur, nu.* 29. *& ſeq.*

Sed hoc non procedit in ſolutione indebite facta ex cauſa tranſactionis: quia tunc ſolutum indebite non repeteretur, etiamſi ſit per errorem ſolutum, *l.* 2. *C. de tranſact.* & firmat Dec. *conſ.* 351. *in caſu propoſito, primo videndum eſt, nu.* 2.

OPINIO DCCXXXI.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus beneficio, non eſt reſtituendus, ſi contra eum obiiciatur notorius tituli defectus.*

2 *Prædo ſpoliatus beneficio eccleſiaſtico, an reſtituendus ſit ante omnia.*

3 *Spoliatus non reſtituitur ante omnia, ſi ex huiuſmodi reſtitutione ſequeretur damnum irreparabile.*

1 SPOLIATVS beneficio non eſt reſtituendus, † ſi contra eum obiiciatur notorius tituli defectus, *c. ad decimas. de reſt. ſpol. in* 6. tenet, & firmat Innoc. *in c. conſtitutus. de filiis presbyt.* Præpoſ. *in c.* 2. 3. *q.* 1. Domin. *in d. c. ad decimas. col.* 3. Henric. *in c. cum venißent. de inſtit.* Ant. *col. pen.* & Franc. *in* 7. *differentia. in c. bonæ, de appell. in* 6. Imol. & Abb. *in c. in literis. nu.* 2. *&* 28. *de reſt. ſpol.* idem Abb. & Aret. *in c. ſi conſtiterit. de accuſat.* & Caſſad. *in deciſ.* 3. *nu.* 4 *& ſeq. in tit. de reſtit. ſpol.* qui fatetur hanc eſſe communem opinionem, & Gomeſ. *in reg. de annal. poſſeſſ. q.* 58. Sed ipſemet *in reg. de non iudican. iuxta formam. q.* 5. meminit quandoq; in Rotæ prætorio prædictam Innocentii ſententiam communem, reprobatam fuiſſe. Ego vero ſtante aſſertione iſta ſ...uola, nō diſcederem à prænominata communi, tanquam iure veriſſima; imo eam totis viribus ſequendam in iudicando, & conſulendo ſuadeo.

Com. opin.

Et huic † opinioni Inno. & ſequacium inter alia vnum fundamētum obſtare videtur, videlicet, quod prædo in beneficio eccleſiaſtico reſtituendus ſit ante omnia, *d. c. in literis.* Sed huic fundamento realiter reſponderi poteſt id non habere locum, ſi conſtaret in iudicio, ſpoliatum eſſe prædonem: tunc enim negari ei debet omnino reſtitorio, ſecundum Inno. & Imol. *ibi* & Corſet. *in tract. de excellentia Regu. q.* 72. 2

Item † ſpoliatus non reſtituitur ante omnia, ſi ex huiuſmodi reſtitutione irreparabile damnum ſequi poſſet, ſecundum Paul. Caſtren. Alex. & Iaſ. *in l.* 2. *C. de edict. Diui Adr. tollen.* Legitas omnes, præſertim Alexan. & Franc. Ripam *in l. naturaliter.* §. *nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ.* & Iacob. Menoch. cum aliis per eum congeſtis, *in tract. recuperand. poſſeſſ. in* 1. *remedio. num.* 279. *& ſeq.* vbi fatetur hanc eſſe communem opinionem, & optime eam explicat, & declarat. 3

OPINIO DCCXXXII.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus ſua poſſeßione, vel inquietatus, ante omnia eſt manutenendus, & reſtituendus.*

2 *Spoliatus etiamſi iniuſtißime poßideret, eſt reſtituendus ante omnia vſque ad minimum quadrantem.*

3 *Remedium canonis* redintegranda 3. q. 1. *competit ſpoliato, etiamſi non probet vim, & violentiam fuiſſe illatam: ſed ſuffi.it ſolam clandeſtinitatem interueniſſe: nec poteſt contra eum excipi de dominio.*

4 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus nedum ad rem, & poſſeßionem, ſed etiam ad fructus, quos ſpolians percepit, vel percipere potuit. Item ad expenſas, damna, & intereſſe, nu.* 5.

6 *Prædo, & iniuſtus poſſeſſor, nullum habens in re titulum ſpoliatus, ante omnia reſtitui debet, niſi concurreret in poſſeſſorio cum dominio, vel niſi notorie conſtaret, eum prædonem eſſe.*

7 *Spoliatus etiam authoritate iudicis, debet ante omnia reſtitui.*

8 *Spoliatus an reſtituatur, ſi obiiciatur de papali reſeruatione, beneficii vacaturi.*

9 *Aliæ declarationes & limitationes ad c.* redintegranda. *remißiue.*

10 *Poſſeſſorio conuentus pro cauſa poſſeßionis, poteſt reconuenire actorem pro eadem cauſa ſpoliationis, ſiue ſit vera, & propria ſpoliatio, pro qua datur interdictum vnde vi, ſiue impropria, pro qua competit remedium* clement. *ſæpe, ſeu c.* reintegrando.

11 *Spolium vltimum purgandum eſt, antequam actor in anteriori ſpolio audiatur. & nu.* 13.

12 *Spoliatus an poßit etiam reconueniri de alia ſpoliatione ſuper alia re facta, non ſuper eadem re.*

14 *Agens de ſpolio an opponi poßit exceptio ſpolii ſi ipſe viciſſim teneatur de ſpolio, ſiue in eo violentiam adhibuerit, ſiue non.*

15 *Spolii exceptio vel reconuentio aduerſus ſpolio agentem opponenda eſt ante litem conteſtatam, vel habitam*

pro conteſtata; poſt enim oppoſita non attenditur.

10 *Vniuerſitas vt teneatur de ſpolio à Rectoribus, vel ciuibus eius commiſſo, quid requiratur, & nu. 17. 18. & 19.*

1 SPOLIATVS ſua poſſeſſione, † vel in ea turbatus ante omnia eſt reſtituendus, & manutenendus, *l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. publ. & can. reintegranda. 3. q. 1.* Io. Ant. de Nigris. *in capitu. Regni, in c. 6. Subditorum noſtrorum, n. 26.* Alex. & Doct. nos. *in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ.* & hæc eſt vulgaris, & communis regula. Cōis opin.

2 Quam regulam ampliã in tantum procedere, † vt ſpoliatus de re ſit reſtituendus vſque ad minimum, & vltimum quadrantem, etiamſi iniuſtiſſime poſſideret, *c. ſollicite, de reſt. ſpol.* & ita tenet Bal. *conſ. 135. vol. 2. & conſil. 159. n. 2. vol. 3.* & Cepol. *conſ. 19. n. 4* & Hieron. Cucchalon. *in repertorio 2. vol. tractatuum. in ver. Spoliatus ſit*, & refert ſe ita in f. cti contingentia obtinuiſſe.

3 Ampliatur ſecundo hæc regula, † quod ſpoliatus intentãs remedium *dicti canonis reintegranda*, ſit reſtituendus, dato quod non probet vim, ac violentiam fuiſſe illatam, & ſic ſuffi it, quod ſola clandeſtinitas interuenerit in ſpolio facto. Nam contra clandeſtinum poſſeſſorem poteſt agi remedio recuperandæ, nec poſſet excipere clandeſtinus poſſeſſor de ſuo dominio, vt per Imol. & Alex. *in d. § nihil commune*, vbi referunt idem ſentire Inno. Ioan. And. & Ant. de Butr. quod quomodocunque quis fuerit ſpoliatus, poſſit agere, non obſtante exceptione dominii. Et hanc opinionem late diſputat Soci. *in d. §. nihil commune*, vbi eam, *n. 32.* dicit veriſſimam Fabius Coram- bonus & communem aſſerit Ripa, *nu. 73 & in c. ſæpe. de reſtit. ſpol.* Cōis opin.

¶ Contrarium vero, & male, ſenſerunt Dyn. *in regula, qui ad agendum, de reg. iur. in 6.* Bald. *in l. ſi quis emptionis. § ſed hoc ſuper illis. C. de præſcript. 30. an nor.* Ang. *in l. Titia. C. de a. q. poſſ.* & Lud. Rom. *in d. §. nihil commune.* Quicquid tamen, iſti Doct. ſuadeant; ob hoc tamen non eſt diſcedendum à prædicta communi, quam approbant, tuentur pariter, & atteſtantur fere omnes Moder. *in d. c. ſæpe. & in d. §. nihil commune.*

4 Ampliatur tertio dicta regula, † quod non ſolum ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus ad rem, ſeu poſſeſſionem ſpoliatam, verum etiam ad fructus, quos ſpoliatus percepit, ſeu percipere potuit ex re ipſa, vel poſſeſſione, text. in c. *grauis.* & ibi Doct. not. *de reſtitut. ſpol.* Rota *deciſ. 25. in rub. de reſtitut. ſpol. in noui.*, &

5 Ripa *in d. §. nihil commune. nu. 48.* Et non † ſolum ad poſſeſſionem, & fructus, ſed etiam ad expenſas, damna, & intereſſe, paſſa per ſpoliatum, debet ſpoliatus in primis, & ante omnia reſtitui, *c. accedens, il 2.* & ibi Abb. *in pen. not. & in d. c. grauis.* vbi Doct. & Ripa *in d. §. nihil commune, nu. 50.* & Cæſar Vrſillus *in add. Affl. in deciſ. 98. num. 1* vbi profert magnum verbum ſe ita obtinuiſſe in facti contingentia in Sacro Concilio Neapol.

6 Ampliatur etiam regula præmiſſa, † quod prædo quoque & iniuſtus poſſeſſor, nullum habens in re titulum, ſpoliatus reſtitui debeat, *l. 1. §. qui à me. ff. de vi, & vi arm. & c. in literis de reſtitut. ſpol.* Qui textus non procedit ſecundum Glo. fin. ibi, communiter approbatam ab omnibus, ſi ipſe prædo concurrat in poſſeſſorio cum domino. Nec procederet etiam *d. cap. in literis*, ſi notorie conſtaret, quod prædo eſſet in poſſeſſione, vt tenet ibi Abb. *col. 3. 4. & 10.* Nam tunc appareret de peccato, ideo deberet ſtatim amoueri. Aliquas alias vero ampliationes recenſuit Vrſillus *in annotat. Affli in d. deciſ. 98. ſub nu. 2. & ſeq.* Cōis opin.

7 Item ampliatur † antedicta regula, vt ſpoliatus etiam authoritate Iudicis, debeat ante omnia reſtitui, *cap. conquærente. de reſtit. ſpoliat.* Lud. Roman. *in l. ſi ſtatua. in princ. de damno infect.* Ancharanus *conſil. 149. ad prædicta dubia*, & Dec. *in l. fina. col. 10. C. de edict. Diui Adr. tollen.*

Et hoc idem approbat quoque Menoch. *conſ. 501. probabilis, nu. 45. volum. 4.* quod ſpoliatus ante omnia reſtituendus ſit, licet à iudice fuerit ſpoliatus, ſi id nulliter ſit factum, & de facto. Et ratio ea eſt, quia quod nullum eſt nullum operatur effectum, vt per Kiminal. Iun. *conſil. 333. Magnifica, num. 12. volum.* Eſt nihilominus bene verum, quod ſpoliatus à iudice non petat reſtitutionem, prout petit ſpoliatus à priuato, quia præſumitur pro iudice, ita Gloſſ. *in c. præſentium 7. q. 1.* Archid. *in c. quare præſulatum, 1. q. 4.* Abb. *in c. licet excepto, de foro compet.* & Felin. *in c. cum cauſam. de offic. deleg. & in c. dilectus. el primo, de reſtit.* quibus in locis hoc limitat vtiliter in tribus caſibus.

8 Sed hæc regula † ita declarata fallit & non procedit in exceptione reſeruationis Papalis, ſpecialis, vel generalis: nam agenti de ſpolio, ſeu remedio, *d. can. reintegranda.* obſtat dicta exceptio reſeruationis Papalis in beneficialibus, & oppoſita, concernit defectum proprietatis & poſſeſſionis, vt firmat Rota *deciſ. 56. & 371. in antiq.* Beſſignetus *deciſ 4. de reſtitut. ſpoliat.* Doctores *in d. §. nihil commune*, & Iacob. Nouell, *in ſua pract. criminali. in rubric. Vulgaris eſt regula &c. num. 41. fol 563* Et ita ſe habet communis opinio, & practica obſeruat; vt meminis, & teſtatur Gomeſ. *in regul. cancellariæ. regula, de triennali poſſeſſore, quæſt. 35* Æneas de Falconib. *in tractat. de reſeruat. in 4. quæſt prin. 11. effectu, & 41.* Auguſt. Bercus, *quæſt. 80*, Franc. Ripa *in dicto §. nihil commune*, Caſſador. *deciſ. 1. in titul. de reſtitut. ſpoliat.* & Socin. *in l. rem quæ nobis ff de a. q. poſſ. nu. 19.* Cōis opin.

¶ Quam communem ſententiam intellige veram eſſe, ſi ſpoliatio eſſet facta ante litem motam, non autem lite pendente, vt conſtat *in prætacta deciſ. 56*, & notat Æneas de Falconib. *in d. eff. dicto 11. ſub numer. 2.*

¶ Similiterque eam intellige procedere, ſi reſeruatio eſſet facta ad beneficium vacaturum, ſecus ſi ad vacans, vt per Caſſad. *deciſ. 2 de reſt. ſpol.*

9 Alias vero † declarationes, & limitationes ad d. regulam, *c. reintegranda*, circiter 50. ponit Iac. Nouat. *in prænarr. pract. crim.* Octo vero limitationes refert Fab. Corambon *in d. §. nihil commune. num 32. cum aliis ſequent.* Et 33. limitationes ponit Bal. Nouell. *ibi numer. 46 vſque ad finem.* Et 55. recenſuit Corſett. *in tractat. ſ. llimitarum. ad reg. quod ſpoliatus ante omnia quæſt. 72. num. 1. cum aliis ſequent. in 2. volum. diuerſorum poſt ſito.* Et duas alias limitationes addit Corab. *in miſcellanea iuris ciuilis lib. 2. cap. 2. num. 3 cum aliis ſequent.* Et materiam *d. Canon. reintegranda.* vſque ad ſatietatem, & vtiliſſime explicauit Iacob. Menoch. *in tractat. recuper. poſſeſſ. in remedio 15. num. 5. cum aliis ſequent.*

10 Cæterum † in præſentiarum animaduertendum eſt, quod reus, conuentus poſſeſſorio, pro cauſa poſſeſſionis, poſſit reconuenire actorem pro eadem cauſa ſpoliationis, & opponere exceptionem ſpoliationis, vt probatur in c. *fin. de ordin. cognit.* ſiue in reconuentione deducatur vera, & propria ſpoliatio, pro qua competit interdictum *vnde vi*, ſiue impropria ſpoliatio, pro qua datur remedium *c. ſæpe. vel c. reintegranda*, quam opinionem ſequuntur, atque commendant Caldetin. *in d. c.* ſin Ioan. And. Buttius, & Imol. *in c. cum dilectus. de ordin. cognit.*

Io. And.

Io. An. And. *in addit Specul. in tit. de petit. & poſſ. §. 1. ſuper ver. item quod, in add. magna*. namq; ſimiliter receptiorem eſſe teſtatur Alex. *conſil.* 94. *in fin. volum.* 5. & ſequuntur etiam Veronen. *conſil. crimin* 59. *col.* 4. Ant. Gabriel. *concl.* 2. *nu.* 3. *verſ. ſecunda amplia. de reſtit. ſpo-*
11 *liat. in ſuis commun. concluſ.* Ita vt † vltimum ſpolium neceſſario purgandum ſit, antequam actor in anteriori ſpolio ſit audiendus, ita Pet. de Beniuten. *deci.* 8.
12 Primo, † quia ſtante oppoſitione de vltimo ſpolio, licet ſit ſuper eiſdem rebus, de quibus agitur, tamen idem eſt ſi ſit ſuper vna parte ſeparata, quia tunc etiã tenenda eſt illa opinio, quod ſpoliatus poſſit reconueniri de alia ſpoliatione, ſuper alia re facta, & non ſuper eadem re, vt probatur *in d. c. fin.* vbi Abb. *col.* 3. *& in c. bonæ, col. pen.* & ibi Phil. Franc. *col.* 4 *de appell.* Veronen. *in d. conſ.* 59 *col.* 3. Dec. *conſ.* 200. *col. fin.* Tindar. *in tract. de compenſ. col.* 21. & Lanfranch. *in rub. de cauſ. poſſ. & propriet. col.* 5. quam ego opinionem ſemper arbitratus ſum veriorem eſſe, quicquid ſenſerit Veronenſ. *in alleg. conſ.* 59. *col.* 3. qui exiſtimauit, illam opinionem habere locum etiam, quoteſcunque proponitur reconuentio ſpolii ſuper eadem re, quæ ſententia diſplicuit quoq; Ant. Gabriel. *concl.* 1. *n.* 173. *de reſtit. ſpol.*
13 Ita vt clare pateat, † actorem reſtituendum eſſe, & poſtea reum audiendum in prætenſo anteriori ſpolio. vt communiter notatur, atq; manifeſtatur *in d. c. fin.* quoniam vltimum ſpolium purgandum eſt, *l.* 3. *§. cum igitur. ff. de vi, & vi armata, & §. recuperandæ. Inſtit. de interdict.* & diximus etiam ſupra.
14 Secundo, quod vel ſequenda ſit illa opinio, † quæ habet, quod ſi quis teneatur iudicio ſpolii ſine violentia, tunc aduerſus eum, ſpolio agentem, exceptio ſpolii opponi poſſit, vt opinati ſunt Hoſti. *col.* 2. Inno. *col.* 1. Butr. & Imol. *in d. c. cum dilectus*. Calderin. *in c. fin. de ordi. cognit.* Io. And. *in add. Spec. in tit. de pet. & poſſeſſor. in princ. verſ. quod ſi agenti*, vel potius amplectenda ſit contraria opinio, vt contra agentem ſpolio, opponi poſſit exceptio ſpolii, eo tantũ caſu, quo is in ſpolio adhibuit violentiam: quam opinionem ego ſemper putaui firmiorem, ac hodie exiſtimo ſine aliquo dubio receptiorẽ eſſe, veluti eam ſecuti fuere, ita declarando Io. And. *col.* 2 & Archid. *in fin. in c. frequens. de reſtit. ſpoliat. lib.* 6. & eo in loco etiam Anch. *col.* 2. Geminian. *col.* 4 & Franch. *col.* 1. *&* 3. Abb. *in d. c. cum dilectus, col.* 1. & Innoc. *col.* 1. Deciſio Tholoſ. & ibi Anfrerius *in add. deciſ.* 493. quam opin. tenuit quoq; Rota Neapol. atteſtante Afflicto *deciſ.* 19. & Vrſillo *ibi in add.* & Rota Roman. vt per Gomeſium *deciſ.* 43. vnde ſtante oppoſitione, de vltimo ſpolio, eoq; pariter probato cum violentia, cõcludendum eſt hoc vltimum ſpolium purgandum eſſe, etiamſi res diuerſa allegetur, cum ſit pars earundem rerum, de quib. agitur, in tantum, quod reus prætendens ſe ſpoliatum poſſit in præſentiarum reconueniri de alia ſpoliatione ſuper alia re facta, *c. fin. de ordin. cognit.* vbi Abb. *col.* 3. Dec. *conſ.* 200. *col. fin.* Verunen. *conſ. crim.* 59. *col.* 3. & Tindar. *in tract. de compenſ. col.* 21.
15 Tertio, † cum actor apponit de iſto vltimo ſpolio ante litem conteſtatam, vel habitam pro conteſtata, arbitror huiuſmodi ſententiam ſine controuerſia admittendam eſſe, vt hoc vltimũ ſpolium purgandum ſit, cum contrarium verius foret, ſi fuiſſet oppoſitum poſt litem conteſtatam, vel habitam pro conteſtata, vt notatur per Glo. *in c.* 1. *in ver. perimitur. de reſtit. ſpoliat. lib.* 6. & per Doct. cõiter omnes *eo in loco*. Io. And. *in d. c. frequens. & in c.* 2. vbi Abb. *in primo not. col. pen. de ordin. cognit.* Lanfranch. *in rub. de cauſ. poſſ. & propriet. col.* 5. Felin. *in c. inſinuate col.* 3. *de offic. deleg.* Ant. Gabriel. *concl.* 2. *n.* 29. *de reſtit. ſpol.* Alex. *conſ.* 94. *poſt n.* 23. *vol.* 5. vbi hanc opinionem *in add. vltima* ſequitur etiam Natta, idcirco his ſimul iunctis, puto actorem audiendum ſuper huiuſmodi vltimo ſpolio, per eũ oppoſito, & quod ipſe ſit reſtituendus, cum probauerit duo extrema habilia: nempe ſe poſſediſſe, & fuiſſe nuperrime cum violentia ſpoliatum.

Nec ad rem pertineret, † ſi tractaretur de ſpolio 16
vltimo, violenter facto, etiam nomine alicuius Vniuerſitatis, per quoſdam eius particulares ciues: quia licet quidam homines particulares, etiam violenter, actorem ſpoliauerint, nomine Vniuerſitatis, tamen ex facto huiuſmodi Rectorũ, non teneretur Vniuerſitas ipſa, & tanto magis cũm probatũ non ſit, quod hæc turbatio, ac ſpoliatio fuerit facta, præcedente deliberatione eiuſdẽ Vniuerſitatis, congregatæ vnanimiter, more ſolito, & pulſata campana, ad not. ad Specu. *in tit. de accuſ. in fin.* & Bar. *in l. aut facta. §. nonnunquam, col.* 3. *ff. de pæn. & in l. ſed ſi ex dolo, §. ſed an municeps. ff. de dolo.* Paul. Caſtr. *conſ.* 89. *vol.* 1. Affli. *deciſ.* 376.
nu. 1. Præterea, † cum non conſtet inſuper, quod Vni- 17
uerſitas ſpoliationem iſtam poſtea ratam habuerit, tanquam eius nomine cõmiſſam, quod omnino requiritur, ad hoc, vt Vniuerſitas obligetur, ſequitur, non poſſe dici, quod Vniuerſitas ſpoliauerit, ad not. per Bar. *in l.* 1. *n.* 9. *C. qui admit.* Glo. *in l.* 1. *§. ſed etſi is, qui in ver. ratum. ff. de vi, & vi armat.* quam ſequuntur Ang. de Vbaldis, Bal. & Sali. *in l. non ideo minus. C. de accuſ.* Paul. Caſt. *conſ.* 423. *n.* 29. *& ſeq.* ſecundum impreſſionem Papien. *vol.* 1. Aret. *conſ.* 165. *vol.* 4. Dec. *con.* 45[illegible] *n.* 2. *& ſeq.* Hier. de Torris *conſ. ſuo, poſito poſt conſil.* [illegible] *Bertis, n.* 3. Carrerius *in pract. crim. §. circa, n.* 195. A. [illegible] *maleficiis, in ver. & Sempronium* Rodulph. *n.* 34. Collegium Florentin. *inter conſilia Curtis Senioris, conſ.* 41. *n.* 5. Curt. Iun. *con.* 174. *n.* 36. *& conſ.* 185. *n.* 9. Clarus *in pract. crim. queſt.* 16 *n.* 8. & Boſſius *in tit. banniri quo poſſ. n.* [illegible] 18
[illegible] reſpondetur, † cum ſpoliatio, facta violenter à Rectoribus Vniuerſitatis contra aliquem, non fuerit momentanea, ſed potius continuata per multos dies, menſes, & annos; & ſic talis ſpoliatio habuerit cauſam ſucceſſiuam, quod ideo, licet probatum non ſit, quod huiuſcemodi ſpoliatio non fuerit facta cõmunicato conſilio, in loco ſolito, ac pulſata campana, & more ſolito, nihilominus tamen teneatur Vniuerſitas ipſa de dicto ſpolio, & perturbatione, vt tradit Anchar. *conſ.* 157. & ita in terminis iudicauit ſacrum regium Conſilium Neapolitanum, atteſtante 19
Afflicto *deciſ.* 376. *per totam deciſionem*. Quia † ex hac continuatione turbationis videtur ſequi ratihabitio aliorum, vt hoc caſu non requiratur congregatio conſilii, ita Bar. *in l. aut facta, §. fin. n.* 10 *ff. de pæn.* Card. *in clem.* 1. *col* 8. *de pæn.* Afflict. *in conſtit. regni* [illegible] *rum, nu.* 15 *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 21. *nu.* 33. *& ſeq. vol.* 4. Vrſillus *in add. Afflict. deciſ.* 376. Hierony. Gigas *de crimine læſæ maieſt. in tit. de rebellib. quæſt.* 12. *nu.* 4. qui omnes loquuntur in fortioribus terminis, ſcil. in probanda rebellione Vniuerſitatis, vt clarius loquitur *Deciſio Pedemontana* 138. *nu.* 10. relata à Cacherano. Quapropter affirmandum eſt, † cum turbatio, ac ſpoliatio non fuerit momentanea, ſed continuata, & cauſam ſucceſſiuam habens, quod de ea teneatur, licet non fuerit facta communicato conſilio, in loco ſolito, & pulſata campana, & more ſolito, quam opinionem ſecuta fuit Rota Neapolitana *in alleg. deciſ.* 376. vt per Afflictum *eo in loco*. & in his terminis etiam D. Menochius *de recuper. poſſ. ſ. in* 9. *remedio, num.* 126. *& ſequent.* & ſecundum eam in iiſdem terminis reſoluit quoque Rota Romana, in vna Spoletana paludum pro hęredibus Franciſcæ Petrucciæ de Baglionibus, contra Communitatem Hiſpelli coram R. P. D.

Paleotto, quam opinionem approbauit deinde eadem Rota Romana ad fauorem Illuſt. D. Abb. Carducii, Abbatis Sancti Quirini, contra Vniuerſitatem caſtri Miciliani de anno 1575. de menſe Maii coram R. P. D. de Blanchettis.

OPINIO DCCXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Remedium canonis* reintegranda 3. q. 1. *competit non ſolum poſſeſſori, ſed etiam conductori, & mandatario, commodatario, & ſimilibus.*

1 Spoliatus. REMEDIVM *c. reintegranda.* 3. q. 1. diſponẽs, † quod ſpoliato, ſeu de electo à ſua poſſeſſione fiat reintegratio poſſeſſionis ante omnia, competit nedum poſſeſſori, ſed etiam conductori, & mandatario, ſecundum Spec. *in tit. de poſſ. & petit.* §. 1. *ver. Sed nunquid depoſitarius,* vbi etiam Ioan. And. & Soc *conſ.* 17. *nu.* 15. *vol.* 3. Similiterq́; competit cõmendatario, depoſitario, & ſimilibus, quib. res depoſita, vel commodata auferuntur, ſecundum omnes Doct. *in l. naturaliter* §. *nihil cõmune. ff. de acq. poſſ.* Io. Ant. de Nigris *in capitulo Regni, in c.* 6. *Subditorum noſtrorum, ſub nu.* 43 *in* 3. *ampliat.* S. Anton *in ſua ſumma in* 2. *par. ti.* 5. *cui ſienda ſit reſtitutio. col.* 5. *ſub verſ. De acquiſito per ludos,* & Soc. *in l rem quæ nobis. n.* 6. *eod. tit.* & ibi Rip. *n.* 21. ait hanc eſſe communem opinionem, & Iacob. Menoch. *in tract. recuper. poſſ ſſionis. remedio* 15. *n* 49 *& ſeq.* vbi citat alios Doct. conſtariæ ſententiæ. Cõis opin. Conductori etiam pro recuperanda poſſeſſione, competat officium Iudicis, ſecundum Iaſ *in l apertiſſimi, C. de iudic.*

OPINIO DCCXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Remedium canonis* reintegranda. 3. q. 1. *eſt pleniſſimũ remedium, & magis generale, ac vtile inter omnia alia remedia poſſ ſſoria.*

2 *Remedium* c. reintegranda, *an competat ſolum clericis pro rebus Eccleſiæ, & propriis, an vero etiam laicis pro rebus profanis. Item pro feudis, & iuribus incorporalibus, & bonis ſtabilibus. nu.* 3.

4 *Remedium* c. reintegranda *an etiam competat pro iuribus perſonalibus, & pro penſionibus denegatis, an vero detur conditio ex* c. quærelam. de elect. *& n.* 7. 8. *& 9.*

5 *Debitor qui tenetur dare par caponum, non liberatur, ſi dederit mortuos.*

6 *Debitor obligatus dare cuilibet canonico par caponum, non tenetur, ſi augeatur numerus canonicorum.*

9 *Poſſeſſorium verum non datur pro iuribus perſonalibus, ſed poſſeſſorium ſictum ad ſtatum. Et pro conſecutione cenſus, & annuæ præſtatione, datur quoq; verum & reale poſſeſſorium. nu.* 10.

11 *Cum actor prætendat ſe non eſſe ſpoliatum, ſed eſſe in poſſeſſione, ſeu q. iuris percipiendi, ſi reus neget ſolutionem, an per hoc dicatur ſpoliare, vt contra eum competat* c. reintegranda. *an vero competat potius mandatum de manutenendo, vt quodnam ſit vtilius actori, nu.* 14.

12 *Ex ſolutione* 30. *vel* 40 *annorũ præſumitur titulus proprietatis vel dominii penes illum cui ſoluitur, & quidem titulus cenſus, non Emphyteuſeos. Et datur tunc actori verum ordinarium remed. poſſ.* c. reintegranda.

15 *Mandatum de manutenendo quando concedendum. Et an lite pendente concedi poſſit, nu.* 16.

1 Spoliatus. REMEDIVM. *c. reintegranda.* 3. q 1. exploratum † eſt eſſe pleniſſimum remedium, & magis generale, ac vtile inter alia remedia poſſeſſoria, curritque cum omnibus aliis remediis, ſecundum Doct. *in l. naturaliter.* §. *nihil commune. ff. de acquir. poſſ.* & Lanfran. de Oriano. *in repet. rub. col.* 3. *in* 3. *concl. de cauſa poſſ. & propriet.*

Et datur iſtud remedium, † non ſolum clericis 2 pro rebus eccleſiæ, ſeu propriis, verum etiam conceditur pro reb. laicorum generaliter, ſiue mobilibus, ſecundum Doctrinam Innoc. *in c. cum ad ſedem, nu.* 6. *extr. de reſtit. ſpoliat.* communiter approbatam, vt atteſtatur eam ſequendo Ioan. de Imol. Alex. *col.* 5. & Soc. *nu.* 4 *in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſſ.* & idem Alex. *conſ.* 94. *col. fin. vol.* 5. & Maranta *in tract. iudicior. in* 4. *par. princ. in* 7. *diſtin. n.* 50. vbi dicit, quod hæc ſit communis opinio, & quod obſeruetur in practica, & Ioan. Ant. de Nigris etiam, *in capitulo Regni nu.* 6. *ſubditorum noſtrorum, nu.* 43. & Quintil. Mandoſ. cum cæteris aggregatis per eum, *in add. Lapi. in alleg.* 51. *Lætatus ſum, in litera P.* vbi teſtatur ſe hanc ſententiam ſemper vidiſſe ſeruari Romæ, atque copioſe ibidem *in prin.* refert contrariã opinionem, videlicet, quod *d. c. reintegranda,* competat duntaxat in rebus eccleſiæ, & in perſonis eccleſiaſticis, non autem procedat inter laicos pro rebus profanis, eſſe ſimiliter communem, cum Cõis opin. aliis ſignatis per eam. Sed reiecta iſta ſententia, inhæreo primæ opinioni, tanquam ſacroſanctæ, & in iure veriſſimæ, & fundatiſſimæ, & ea obſeruatur in practica, in foro canonico, & ciuili.

Ampliatur hoc amplius, † quod *d. c. reintegranda.* 3 remedium detur, & concedatur etiam pro feudis, & iuribus incorporalibus, & bonis etiam ſtabilibus, ſecundum Bart. *in l.* 3. §. *vnde vi. ff de vi arm.* Ant. de But. *in c cum eccleſia Sutrina, nu.* 38. vbi etiam Abb. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Iaſ. *conſil.* 172. *vol.* 4 Socin. *d. l. rem quæ nobis. in* 5. *q.* & Ripa *in d. c. cum eccleſia, num* 101. & iſta eſt communis opinio, teſte eodem Ripa *in c. ſæpe, nu.* 22. *de cauſa poſſ. & propriet.* Soc. & Iaſ *nu.* 19. *in d. l. rem quæ nobis.* Cõis opin.

Et illud † remedium *c. reintegranda.* competit pariter pro penſionibus denegatis, & pro iuribus perſonalibus. Vnde debitorem, qui obligatus eſt ſingulis annis ſoluere par caponum, occaſione alicuius rei, certum eſt poſſe conueniri officio iudicis, vel interdicto poſſeſſorio; & ſic pro annua præſtatione competunt, ſeu conceduntur remedia poſſeſſoria, ſecundum Canoniſtas communiter, *in c. querelam. de elect. per illum text.* Et ita in facti contingentia iudicatum fuit in Sacro Regio Concilio Neapol. atteſtante Afflict. *decif.* 395. *num.* 3. 4. 6. *cum duobus aliis ſequen.* & in Rota Bononienſi, vt meminit Pet. de Benintendis, *deciſ.* 27. Quamuis Legiſtæ omnes affirment contrarium, *in l. ſi certis annis. C. de pactis,* præſertim ibi Iacob. de Aret. Pet. Cyn. Bal. & Albert. de Roſa. Bat. *in l. fin. per illum text. ff. quorum bonorum.* & Iacob. Menoch. cum aliis ſignatis per eum, *in tract. recuper. poſſeſſ. in* 1. *remedio, num.* 87. vbi oſtendit iſtam ſecundam opinionem eſſe crebriorem, quam ſequitur etiam, atq; veriorem, communioremq́ue eſſe Al ciat. *conſil* 8 *exacte viſo proceſſu cauſa, num.* 25. *tomo.* 2. *volum.* 6. *fol.* 116. Cõis opin. Sed veritatem iſtius concluſionis plane abundeq́ue demonſtrat Afflict. *ſupra citata deciſ.* 395. Ripa *in l. fin. nu.* 3. *& ſeq ff. quorum bonorum.* & Tiraq. *in tract. de vtroque retractu, in* §. 1. *Glo.* 6 *& in* §. 6. *Gloſſ.* 1. *nu.* 10. *& ſeq.*

Et hic † quæri poteſt congruenter, vtrum iſte debitor, qui tenetur dare par caponum, liberetur ſoluendo, ac conſignando eos mortuos? Bat. *in l. quod te. ff. ſi cer. pet. in vlt. quæ.* tenet, quod non liberetur aliquo modo quem ſequuntur Doct. & eius opinio eſt 5

late

latè ſequitur ibi Bologne *num.* 85. & Ang. *in l.* 1. *§. cum etiam ff. ſi quadr. paup. fec.* & Sebaſt. Medic. *in tract. mors omnia ſoluit, in 2. par. concluſ.* 9. *n.* 30. *vbi aſſerit* hanc eſſe omnium in iure ſcribentium cõem opinionem.

6 Item † aduertendum eſt quod promittens dare cuilibet canonico omni anno par caponum, non tenebitur ſi numerus canonicorum augeatur, ſecũdum Petr. & Cyn. *in l. non modus C. decreuit.*

7 Sed † cum ſupra ventilatum an pro iuribus incorporalibus, & ſic pro annuis præſtationibus, & ſolutionib. canonis, & cenſenſus, detur remediũ *c. redintegranda* an vero detur conditio ex *c. querelam, de elect.* ſciendum eſt circa eandem materiam, vt ea explanatiſſima reddatur quod de remedio *ex canone querelam.* extat Deciſio Rotæ Romanæ, *in deciſ.* 4. *in nouis. & deciſ.* 467. *in antiq.* & not. Abb. *in c. cum ſuper. in fin. de cauſ. poſſ. & propriet.* Io. de Sylua *in tract. de benefic. quæſt.* 38. *parte* 3. & voluere quamplurimi grauiſſimi Doctores quod procedat, tam in realibus, quam in perſonalibus præſtationibus, & præſertim Ang. de Vbaldis *in l. ſi certis annis col. fin. C. de pact.* Bald. *conſ.* 425. *col. 2. vol.* 3. Afflict. *deciſ.* 395. vbi planum quoque facit hanc partem eſſe communem Canoniſtarum, Signorolus etiam de Homodæis *conſ.* 222. *num* 4. Granet. *conſ.* 140. Gigas *in tract. de penſionib. quæſt.* 48. *num* 1. & Ripa *in l. interdicto ff. quorum bonorum*, vbi profert etiam magnum verbum, iſtam videlicet ſententiam ſeruari quoq; in practica, atq; contrariã eſſe de iure veriorẽ; q pro iurib. perſonalib non detur poſſeſſoriũ.

8 Sed † fuit alia opinio, quod pro iuribus perſonalibus nullo modo poſſit dari poſſeſſorium, vt tradit Corneus *in l. ſi certis annis. C. de pactis*, vbi Alber. ſimiliter teſtatur illam eſſe veriorem, Innocent. etiam & Abb. *in c. peruenit, de cenſib.* Rom. *conſ.* 311. *& in* 3. *dub.* Guil. Papæ. *deciſ.* 53. *col.* 3. Dec. *conſ.* 356. *colum.* 1. & magis communem Ant. Gabriel. *concluſ.* 5 *poſt num.* 77. *verſ. contrarium voluit. in tit. de reſt. ſpoliat. lib.* 5. *cõ. opin.*

9 Sed † quicquid ſit, vera protectò eſt ac ſæcuriſſima, & communior etiam, ac fundatior prædicta ſententia non dari poſſeſſorium verum pro iuribus perſonalibus; quia illud competit ſolummodo pro iuribus realibus, non autem pro aliis iuribus perſonalibus, vt approbauere ſcribentes *in l. fin. C. quorum bonorum*, vbi poſt alios, Ripa Caſtrenſ. *in l. fin. num.* 15 *C. de edict. Diui Adriani tollen.* & Abb. *in cap. peruenit. de cenſ. in* 2. *caſu.* Aliud vero dicendum poſſeſſorium fictum tantum ad ſtatum competere, *ex allegato c. querelam*, quia illud datur pro iure, etiã non reali, vt per Afflict. *in prædicta deciſ.* 395 *num* 4. vbi commemorat quoque ita tandem determinatum fuiſſe per omnes DD. Conſiliarios nemine penitus diſcrepante, quod licet pro annua præſtatione non ſit dare poſſeſſoriũ tamen eſt dare quendam ſtatum, ad quem vt fiat reſtitutio peti poteſt & annectit eã eo in loco, quod ita loquatur textus *in d. c. querelam* vbi iſtum intellectum commendauere Butrius, Abb. & Card. Alexãdrinus, & ſic quoq; iudicatum fuiſſe in Rota Pedemontana, planum facit Octau. Cacheran. *deciſ.* 99. *in fin.* Vbi ſimiliter colligitur ex traditis *num* 50. quod pro penſione ſolita ſolui, & ſubtracta, poſſit agi poſſeſſorio iudicio ad eius retributionem, & probata penſione, ſeu ſolita præſtatione debeat actor reduci in ſtatum, in quo erat antea, licet non doceat de proprietate iuris illam percipiendi. & ex eo, quod penſio ſolita non ei ſoluitur dicitur ſpoliari, ita ait Dec. Gigantem, Grauettam, & Afflictum aſſirmantes, & ſic reſolutum fuiſſe per Senatum, teſtatum reliquit, & hanc ſententiam ita declarando ſequitur Hieron. Gabriel. *conſ.* 141. *nu.* 7. *volum.* 2. vbi num. 8. tradit quod † poſſeſſorium ad ſtatum, ſecundum Canoniſtas, detur, etiam pro iure non reali, & conſuluit quod pro conſecutione cenſus competat verũ reale poſſeſſorium. quia pro conſecutione ipſius cenſus non agitur vt contra debitorem, ſed vt contra poſſeſſorem rei. Imo quod de iure ciuili detur quoque remediũ poſſeſſoriũ pro annua præſtatione determinauit Rota Romana, atteſtante Puteo *deciſ.* 180. *lib.* 2. vbi probat etiam, q de iure ciuili detur ſimiliter pro annua pſtatione officiũ iudicis & vtile interdictũ. 10

Sed † cum actor prætendit ſe non eſſe ſpoliatum 11
ſed eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi, iuris percipiendi, & negauit hoc caſu ſolutio per reum, tanquam non ſoluta, non dicitur negãs ob ſuam negationem ſpoliare vnde compertum eſt, quod cum agens prætendit ſe eſſe in poſſeſſione percipiendi, is qui ſoluere negat, non dicatur, nec dici poſſit ſpoliare, vt competit contra eum remedium *c. redintegranda* ſecundũ *conſ.* Bald. 48. 5. *in princip. circa primum. volum.* 3. ſed competit tunc contra ſoluere negantem ad fauorem exiſtentis in poſſeſſione percipiendi mandatũ de manutenendo, vt determinauit Rota Romana *in vna barchinonen. iuris Fabrica die* 24. *octobris* 1552. *corã D. Achille de Graſsis, nuncupato D. Montis Flaſconen.* atteſtante Caputaquen. *deciſ.* 167. *lib.* 3.

Animaduertendum † quoque eſt, quod licet non 12
ſtaret in præſenti re, de proprietate iuris, & de aliquo titulo ſed tantum de ſolutione 30. vel 40. annorum, nihilominus diceretur tunc probatus titulus proprietatis, vel dominii, exiſtens penes illũ cui ſoluitur contra ſoluentẽ, vt per Chaſ. *con.* 16. *n.* 16. & Burſ. *con.* 26. *n.* 31. & titulus diceretur cenſus, non autẽ emphiteuſeos, vt conſuluit Natta *con.* 3. *n.* 3. *& ſeq. vol.* 1. & Burſat. *in d. con.* 26. *n.* 14. itaq; ſtante q ſolutio ſit faciẽda ex contractu cenſus, proculdubio cum Dominus cenſus non dicatur creditor; & poſſeſſor, & qui ſoluit fructus non eſt debitor, reſpectu ipſius rei, qui inhæret ſed poſſeſſor rei, cuius occaſione debet fructus, & ideo agitur contra eum vti poſſeſſorem rei, non tanquam contra debitorem.

Taliter † quod dabitur tunc actori verum ordi- 13
nariũ poſſeſſoriũ & remed. *c. redintegranda.* Ita Hier. Gabriel. *con.* 141. *n.* 9 *vol.* 1. qui latis dicitur probata ſpoliatio, ſtatim, atq; pbatur penſio vel cenſus ſolitus ſolui & contractus per recuſationẽ, vt per Cacher. *deci.* 99 *n.* 50. q adeo verum eſt, vt licet ſpoliatus non probet cauſam ob quam aſſerat ſibi cenſum, vel Canonẽ deberi nihilominus adhuc eidẽ competat poſſeſſoriũ ordinariũ: & verum, vt ponit Ang. de Vbal. *in ſi. col.* 1. *C. de annal. except.* & Alex. *in l. diuum, col.* 4. *ff. de re iud.* & Ant. Gab. *concluſ.* 1. *n* 37 *verſ.* 16 *amplia, in tit. de reſtitut. ſpoliator. libro quinto commun. opinion.*

Sed † vt ſupra deduximus, cũ actor non prætẽdit 14
ſe ſpoliatũ, ſed ſe eſſe in poſſeſſione percipiẽdi, vtiq; ſoluere denegans non dicitur ſpoliare, vt contra eũ competat remed. *c. redintegranda* verũ poteſt peti per actorẽ mandatũ de manutenendo, vt Rot. Rom. determinauit atteſtante Caputaquen. *deciſ.* 167. *lib.* 3. quæ deciſio non nihil confert, iudicio meo, ad declarationẽ *deciſ.* Afflic. 395. *n.* 4. & *deciſ.* Cacherani 99. *n.* 50. *& in fi.* q videlicet poſſeſſoriũ ad ſtatũ tunc detur, quando is cui fieri ſolita erat annua ſolutio, prætendit ſe ſpoliatũ. ſecus vero quando prætendit ſe eſſe in poſſeſſione percipiendi: Sed tantum negari tẽpore perceptionis ſolutionẽ: tunc. n. poteſt peti mãdatum de manutenẽdo, ſecund. reſolutiones vtriuſque Rotæ allegatas, & hoc erit conſultius, atque fauorabilius actori, vt ei concedatur huius generis mandatum de manutenendo quæ nempe meo

iudicio eſt conſimilis eidem poſſeſſorio ad ſtatum de quo ambæ prædictæ deciſiones loquuntur, vt videantur omnino concordare cum prædicto mandato de manutenendo, quod concedendum eſſe decidit Rota Romana *in allegata deciſ.* Caputaquens 167.

15 Et † eo magis iſtiuſmodi mandatum de manutenendo eſt concedeodum ad fauorem actoris, cum eius poſſeſſio eſt clara, & explicata, & clarius probata redditur ex actis Curiæ, qua Curia mediante, ſemper exigit, vt eſt alia deciſ. Rotæ Romanæ, relata per eundem Caputaquens. nempe 134. *in fin. lib. 2.* ſecus vero dicendum eſſet, ſi poſſeſſio actoris non foret clara, & explicita, ſed intricata, & offuſcata à poſſeſſione, vel quaſi rei conuenti, prætēdentis ſe eſſe in poſſeſſione, vel quaſi non ſoluendi, quia tunc videndum eſt de titulo & ſuper petitorio; prout ita fuit deciſum in eadem Rota Romana, *in vna Bonōnien de Pepulis, coram Domino Oralino die 6. April.* 1554. vt per Caputaquens. *deciſ.* 200 *lib. 2.*

16 Nec obſtat † ſi aſſeratur, quod lite pendēte huiuſcemodi mandatum de manutenendo actori concedi non debeat per textum *in c. fin. vt lit. pendent.* quia reſpondeo, quod hoc manutentionis mandatum habeat naturam Interdicti retinendæ, quod obtinet locum re ipſa, ſi rei poſſeſſio ante litem conteſtatam probetur prout probata fuit in caſu de quo agitur vt per Bar. *in l. ait prætor. §. quod ait. nu. 2. & 14. ff. vti poſſidet. & §. hodie, Inſtit. de interdict.*

17 Poteſtq; † itidem concedi lite pēdente, ex quo per continuationem poſſeſſionis antiquæ nihil innouatur, ita Imol. *in clement. fin. vt lite pendent.* Alex. *in l. 1 in add. ad Bar. C. de litigioſ. & conſ. 99. num. 5. vol. 5.* & ita fuit quoque reſolutum, in Rota Romana, *die 2. Maii. 1551. in vna Burgen. iuris patronat. coram Domino Guidobono,* atteſtante Caputaquens. *deciſ.* 198.

Tantoq; magis, quod iſta cauſa poſſeſſorii, & manutentionis non ſit connexa cum cauſa proprietatis, ita vt ſententia lata in huiuſmodi poſſeſſorio manutentionis pariat exceptionem rei iudicatę in proprietate, vel petitorio, quo caſu abſque dubio non poteſt allegare litis pendentia, ita Bal. *in cap. 1. prope fi. de controuerſ. feud.* & ſequitur Dec. *conſ.* 460. *nu.* 8.

OPINIO DCCXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio an obſit remedio c.* reintegrandæ: *Et an remedium c.* reintegrandæ *præſcribatur ſpatio* 30. *annorum.*

1 REMEDIO † *c. reintegranda 3 q. 1.* ſpoliatus quandocunque poteſt petere, ſeu agere ad reſtitutionem ſibi faciendam: cum id remedium ſit perpetuum, & inpræſcriptibile, & competat etiā poſt mille annos, & in perpetuum, vt ſuadent omnes Canoniſt. communiter *in c. ſollicite de reſtit. ſpol.* Soc. *in l. rem quæ nobis. 8. q. ff. de acquirend. poſſ.* Ioann. de Amicis *conſ.* 61 *nu.* 18 & Caſſador. *deciſ. 6. in tit. de reſtit. ſpol. in princ.* vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem & communiorem vocat Ioach. Mynſ. *in obſeru.* 86. *vel his controuertitur. centur.* 3.

Cōm. opin. ¶ Sed Claud. de Scyſſell. *in d. l. rem quæ nobis col. fin.* Maranta *in tract. de iud. in 4 part. 7 diſt nu.* 40. Bertran. *conſ* 247. Gratus *conſ.* 70. *vol.* 2. *nu* 18. Dec. *con.* 303. *col. fin. n* 24 & Ant. Galleſius *in tract. de exerc. iur. perſonarū lib. 3. nu.* 50. audacter affirmant contrariam opinionē videlicet quod remedium *d. c. redintegranda* præſcribatur 30 annorum ſpatio, eſſe magis cōem. Et ita fuit deciſum in Rot. Bononienſi, teſte Petro de Benintendis *deciſ.* 2. vbi caſu hoc eueniente pro eius matura reſolutione, tanquam ad portum clarę veritatis recurrere poſſis. & ita quoque iudicauit Ioſeph. Ludou. concurrente præſertim bona fide, & titulo præſcribentis, *in deciſ. 59. nu. 9. & ſeq. in 1. part.*

¶ In iſto vero opinionū cōflictu, ſequor primā partē omiſſo omni multiloquio: quam etiam tanquam veriorem, tenuit maior pars Dominiorum de Rota vt recenſuit Caſſadorus *in præcitata deciſ.* 6. n. 1. eamque ſequebatur Illuſtriſ. D. Ranaldus Ridolphius Peruſinus præceptor meus, in Gymnaſio Peruſino viuus, & veriſſimis rationib. interpretans *l. naturaliter § nihil commune ff de acquirend. poſſ.* & ita tenuit etiam Rota *in Placen. caſtrorum, corā Ioan. Paulo menſi Martii, Aprilis, & Maii* 1545. ſecundum Gomeſ. *deciſ.* 41. & Simon. *deciſ.* 83. Et *deciſ.* 61 & 64 & ita ſuperioribus annis in facti contingentia fuit iudicatum *& obtentum in eadem Rota ſacro auditorio contra R. P. D. Franciſcum Carducium Epiſcopum Laquedun* & in compluribus aliis cauſis, ſignatis per Cæſarem Contardum *in l. vnica. C. ſi de momen poſſeſſ fuer. appell. limitatio. 2. ratione materiæ, §. 4 num. 12. cum aliis ſequent.* vbi dicit, in Curia Romana, opinionem hanc longo tempore receptam, obſeruatamque reperiri, ac impoſſibile eſſe in ea vllo modo obtineri contrarium; congeritque alios etiam quamplurimos eiuſdem ſententię anthores, ac illam ſtrenue tuetur ab omnibus contrariis, & demum citat etiam præſentem locum huius noſtræ opinionis; Ita vt re ipſa facilius foret de manu Herculis extorquere clauam, quam in Rota Romana obtinere contra prædictam Canoniſtarū opinionem, quæ apud doctos & religioſos viros ſacroſanctiſſima iudicatur.

OPINIO DCCXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c.* redintegranda 3. q. 1. *an detur contra titulo & bona fide poſſidentem.*

REMEDIVM † *c. redintegranda 3 q. 1.* non conceditur, nec datur contra bonæ fidei poſſeſſorem cū titulo verbi gratia, quando poſſeſſio nullo modo eſt vitioſa nec poſſeſſor habet cauſam ab anthore vitioſo, vt voluit Bar. *in l. rem quæ nobis. ff de acq poſſ.* & Soc. poſt alios quam plures ibi per eum coogeſtos, *nu.* 12. & hanc opinionem communem eſſe aſſerit Socin. *conſ* 39. *in quæſt. quæ vertitur col. 2. & ſeq. vol. 3.* Gozad. *conſ.* 28. Pariſ. *conſ. 1. vol. 1. & conſ. 28 vol. 2.* & Soc. Iunior *conſ. 47. & ſeq. vol. 2.* & Rubeus. *conſ. 4. nu. 6. 10. & ſeq.* vbi pro hac parte conſuluit, *& conſ. 167. n. 9.* 1

¶ Contraria vero ſententia videtur magis communis, & practicabilis: vt per Alexand. Iaſ. & Ripam *in d. l. rem quæ nobis* Dec. *conſ. 57. col. fin. & conſ. 232. col. 3.* Ioan. de Amicis *conſ. 37. col. 2.* Boer. *deciſ.* 139. Marant. *in tract. de iudiciis in 4. part. 7 diſtin. nu.* 50. Afflict. *deciſ.* 361 *col. pen.* & Caſſadorum *deciſ. 7 de reſtit. ſpoliat* Et ita conſuluit Bertran. *con.* 44. negare non poſſum. *num. 1. volum. 5.* & Ruinus *conſ. 46. nu. 6. vol. 1.* videlicet quod ſpoliatus debeat reſtitui, etiam contra titulo, & bona fide poſſidentem quam opinionē ſequitur quoque Io. Bapt. Plotus, poſt alios quam plures relatos per eum *in repet. l. ſi quando. C. vnde vi nu. 65. poſt medium.* & ita iudicauit Sacrum concilium Neapol. vt refert Afflict. *in allegat. deciſ.* 361. *nu.* 33. & Rota Bononienſis, teſte Pet. de Benintend. *in deciſ. 33. ſub n. 1.* & ita obſeruatur in curia Romana, ſecundum Io. Baptiſt. Bonium *in tract. de ſtatut. Vrbis præſcript. tit. cont. om. creditores gloſ. 19. nu. 237 & ſeq.* & iſtam partem, tanquā veriſſimam, amplector, quia deciſiones Sacri Conc. Neap.

Neapol. quæ ſub nomine Regis proferuntur; hodie in regno ſucceduntur in caſibus dubiis loco Imperialis interpretationis, de qua in l. fin. C. de legibus; vt per Afflict. deciſ. 169. colum. fin. in fin. Et iſtam vltimam opinionem ſequitur quoque, tanquam magis communem Marantia in tract. de iudic. in 4. par. princ. in 7. diſtinct. num. 50. poſt medium, vbi refert quod iſta ſit verior & magis communis opinio Ioan. Ant. de Nigris ſuper cap. Regni, in cap. 6. ſubditorum noſtrorum. num. 43. Ruinus conſ. 44. num. 1. volum. 4. Petrus de Benintendis in d. deciſ. 33. num. 1. & D. Quintil. Mandoſ. in add. Lapi in alleg. 51. Lætatus ſum in litera L. & Ioach. Mynſ. in obſeruat. 85 diſcrepant, centuria 3. vbi ait ita iudicaſſe cameram Imperialem.

Cōis opin.

OPINIO DCCXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Canon* reintegrandæ. 3. q. 1. *inducit nouum remedium poſſeſſorium, aliàs non competens, & pinguius prouidet, & ſubuenit, quam* lex ſi colom C. de agricol, & cenſit. lib. 11.

1 REMEDIVM † & canon reintegranda 3. q. 1. inducit nouum remedium poſſeſſorium, & ſic prouidet de nouo remedio competente etiam vbi alia remedia deficiebant: ita vt pinguius prouidet ac ſubueniat, quam *l. ſi coloni C. de agri. & cenſit. lib. 11.* quæ prouidet, quando res fuit vitio affecta, & *d. c. reintegranda.* loquitur generaliter, etiam vbi res non fuit vitio affecta, nec poſſeſſio fuit aliquo tempore vitiosè quæſita; & per conſequens ille canon prouidet ſpoliatis, & eiectis de poſſeſſione iniuſtè, quomodocunque, & qualitercunque. Ideo non ab re concludunt Doctores quod ille canon indicat nouum remedium, aliàs non competens, & præcipuè Archid. *in d. c. reintegranda* Gloſ. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Calder Io. de Lign. & omnes *in c. ad ſedem extra de reſtitut. ſpol.* vbi Panor. dicit hoc in practica obſeruari quotidie, & ita ſe conſuluiſſe, & iſta eſt communis opin. teſte Soc. *in l. rem quæ nobis num. 3. ff. de acquir. poſ.* Mod. *in c. ſæpè de reſtit. ſpol.* & hoc idem voluit Lapus, *in allegat. 51.* vbi ait ita ſemper ſe obſeruaſſe, & practicaſſe, & Corneus Peruſin. *conſ. 329. num 29. volum. 1.* vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & deduximus latè ſupra, & idem Corneus *conſ. 56 nu. 18. volum. 2.* & copioſè Iacob Menoch. *in tract. recup. poſſeſſ. remed. 15. num. 5.*

Cōis opin.

OPINIO DCCXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Agens poſſeſſorio recuperandæ, quid debeat narrare in libello & probare.*

2 *Remedium* can. reintegranda 3. q. 1. *non conceditur amittentibus poſſeſſionem culpa, negligentia, vel iuſta cauſa.*

3 *Officium iudicis competit eccleſiis, minoribus, & abſentibus, qui negligentia ſua ceciderunt à poſſeſſione ad eam recuperandam.*

4 *Remedium* c. reintegrandæ *intentatum non requirit, vt in eo deducatur, aduerſarium clam poſſidere reſpectu poſſeſſionis.*

1 SPOLIATVS † poſſeſſorio recuperandæ agens, debet narrare; & producere in libello, ſe poſſediſſe, ac propter iniuſtas cauſas cecidiſſe à poſſeſſione & per illum, contra quem agitur, res poſſideri, & denique concludere, ſe debere reintegrari ad ſuam poſſeſſionem, ſeu aduerſarium eius condemnari, ad reſtitutionem poſſeſſionis: vt per Innocen. *in cap. querelam de elect. in c. ad ſedem, & in c. ſæpe. de reſtit. ſpoliat.* cum quo ibi omnes communiter ſentiunt, & Ioan. Ant. de Nigris *in capitulis Regni in c. 6. Subditorum noſtrorum, num. 49.* & ita conſuluit Bertran. *conſ. 105. vide caſum quem mihi exhibuit probus vir vol. 8.* vbi ſimiliter mentionem facit de dicta communi, & non immeritò Doct. hoc tenuerunt. Nam intentari remedium *c. reintegranda 3. q. 1.* ſufficit probare antiquiorem poſſeſſionem, quæ poſtea ad aduerſarium eius, reum conuentum, ſine eius facto peruenerit, quod præſumitur, quod videlicet ex dicta cauſa iniuſta poſſeſſio peruenerit ad reum, ſecundum Bertran. *in d. conſ. 105 n. 2.* & tunc probata antiquiori poſſeſſione dicitur ſpoliatum re ipſa probata, & præſumitur iniuſtus poſſeſſor clandeſtinus, & inuaſor; ita vt poſſit condemnari ad relaxandam dictam poſſeſſionem, ſecundum Bal. *in l. pen. colum. fin. C. ſi à non competen. iudice.* Innoc. & Doct. *in d. c. ſæpè*, Lapum *in allegat. 51. incip. Lætatus ſum*, Abb *in d. c. ad ſedem, & in c. ſi diligenti colum. 4. de præſcript.* Afflict. *deciſ. 327. num. 3.* & Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21.* & hæc eſt communis opinio, teſte Curt. Iun. *conſ. 165. num. 5.* Alciat. *in d. præſumpt. 21.* & Afflict. *in conſtit. Regni incip. circa violentiam num. 29 in fin. lib. 1.* Bernard. Alphan. *ad l. 1. §. Interdictum. ff. de vi. & vi arm.* quæ eſt in eius collectaneis. *colle. 354. agens poſſeſſorio. circa finem.*

Cōis opin.

2 Nec non, vt ſuperius † deduximus, libellans ſuper poſſeſſorio in libello debet ponere ſe cecidiſſe à ſua poſſeſſione ob iniuſtam cauſam; quoniam remediũ *d. c. reintegranda*, non conceditur amittentibus poſſeſſionem culpa, negligentia, vel iuſta cauſa, vt tenent Doct. communiter *in d. c. ad ſedem*, & alii relati per Ioan. Ant. de Nigris *in d. c. 6. Subditorum noſtrorum num. 45.* & per Socin. *in l. rem quæ nobis. num. 8. ff. de acq. poſ.* vbi aſſignant tria exempla, in quibus iſta communis verificari poſſit, & dictam communem atteſtantur Ripa *in d. c. ſæpè nu. 27.* Alex. *conſ. 6. vol. 3.* Abb. & alii *in c. accedens, vt lite non conteſt.* & D. Quint. Mandoſ. cum cæteris aggregatis per eum, *in add. Lapi in d. allegat. 51. in litera O.* vbi eam ſequitur & meminit ſe iam vidiſſe aliquoties ſic iudicari.

Cōis opin.

3 Sed † eccleſiis, minoribus & abſentibus, qui negligentia ſua ceciderunt à poſſeſſione, competit pro recuperanda poſſeſſione, per negligentiam amiſſa officium iudicis, ſecundum Hoſtienſ. & alios communiter *in d. c. accedẽs* Socin. *in d. l. rem quæ nobis num. 9.* Alexan. *conſ. 82. vol. 4. alias 166. viſo puncto num. 5. vol. 2.*

Cōis opin.

4 Et † aduerte, quod non ſit neceſſe vt deducatur in remedio *reintegranda* aduerſarium clam poſſidere reſpectu poſſeſſionis, ſecundum pulchram deciſionem Rotæ Bononienſis, poſitam in deciſionibus Petri de Benintend. *deciſ. 33.*

OPINIO DCCXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus non tenetur reſpondere in cauſis criminalibus contra ſe motis, ante reſtitutionem ſibi factam conſequutam.*

2 *Exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam.*

1 SPOLIATVS † nõ tenetur reſpondere in cauſis criminalibus cõtra ipſum motis, ante reſtitutionẽ ſibi factam, *c. 1. 3. q. 1.* quoniam exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſſum: nam debeat ſpoliatus ante omnia reſtitui, *l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iuliam de vi. pub.* & ibi Gloſ. *in cap. 1. de reſtit. ſpol.* Et dicit Angel. *in l. ſi maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* quod ſpoliatus omnibus bonis ſuis, vel maiori parte, à tertio à nemine inquietari poſſit, neque ciuiliter, neque criminaliter, niſi prius, & ante omnia reſtituatur, vt ſupra docuimus: Et Bartolus *in leg. naturaliter.*

§. nihil

§. nihil commune, ait dictam exceptionem eſſe dilatoriam, ideoq; impedire debet litem conteſtari; quã ſequuntur omnes Doctores *ibi ff. de acquir. poſſ.* Ang. *in § æquè in 39 except. Inſtit. de act.* & Franciſcus *inc. 1. in fallent. 21 de lit. conteſt. lib 6.*

2 Sed † huiuſmodi exceptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, ſecundum Bar. *in d. §. nihil commune*, quem omnes ibi communiter ſequuntur, vt referunt Moder. *ibi*, licet nonnulli ſenſerint contrarium relati per præcitatos Moder. & per Fulgo *in d §. nihil commune.*

¶ Ampliã præfatam concluſionẽ declarat, quod habeat locum, non ſolum ſi ſpoliatus tradatur in cauſam criminalem per viam accuſationis, ſed etiam per viam inquiſitionis, ſecundum Gemin. *in c. frequẽt. de reſt. ſpol. lib. 6.* cuius opinionem atteſtatur eſſe communem poſt alios per eos relatos Ripa *in d. §. nihil commune. nu. 55.*

OPINIO DCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Sportulæ non debent ſolui de iure canonico in foro eccleſiaſtico. Et Iudex eccleſiaſticus ordinarius, beneficiũ ſufficientia, non poteſt à litigant. exigere ſportulas.*
3 *Sportulæ non debentur iudicibus ordinariis de iure ciuili.*
4 *Sportulas prohibiti recipere, eas recipiendo incidunt in pœnam concuſſionis.*
5 *Iudex delegatus habens ſufficient. reditum, non poteſt ſportulas à litigantibus; quod procedit in delegatis Papæ, non autem in alio legatu.*
6 *Conſuetudo diſponens, vt ſportulæ ſoluantur an valeat.*
7 *Sportulæ de iure ciuili in foro ſeculari recipi poſſunt per iudices.*
8 *Sportulæ. ſi plures libelli producti ſint in iudicio, pro pluribus libellis ſoluuntur & ſolui debent.*
9 *Sportula pro libello cumulato, reſpiciente vnicum intereſſe, non cumulata & iterata debentur, ſed vnica tantum.*
10 *Sportulæ ſolui debent etiam arbitris.*
11 *Sportulæ arbitro, ſeu iudici, per pauperes litigantes ſolui non debent.*
12 *Sportulæ non debentur in cauſis ſummariis.*

1 SPORTVLÆ † ſolui nõ debent de iure canonico in foro eccleſiaſtico: & ſic hoc iure clerici ad ſolutionem ſportularum non tenentur *c. cum ab omni de vita & honeſt. cleric.* & notat Lellus de Tuſcia *in conſtit. Regni conſtitutionum. num 4. ibi. 4. vbi* hoc ampliat habere locum etiam in pupillis, viduis, & orphanis.

2 Et † hinc eſt, quod Iudex eccleſiaſticus ordinarius, habens beneficia ſufficientia, non poſſit à litigantibus petere ſportulas, ſecũdum Ioan. em And. Panor. & cæteros communiter *in d. c. cum ab omni per tex. ibi.* Com. opin.

3 Et † hoc procedit quoq; de iure ciuili quod ſportulæ non debeantur iudicibus ordinariis, vt probat Ioan. de Graſsis *in tract. de ſubſtantialibus procuratoris in rub. ſportulas quaſcunque ſoluentes. num. 2.* & ante eum Ancharan. *conſ. 201 num. 1. & ſeq.*

4 Et † iſti tales prohibiti ſportulas recipere, eas accipiendo, vtique inciderent in crimen concuſſionis; vt voluit Specul. *in tit. de ſalariis §. 2. ſed quid ſi iudex gratis*

5 Similiterque iudex delegatus, habens ſufficientes redditus ſportulas recipere non poteſt, ſecundum Abb. *in d. c. cum ab omni colum. pen.* Corſet. *in ſing. in verſ. Sportul.* & Ioannes à Graſſis *loco de quo ſupra* vbi declarat hoc habere locum in delegatis Papæ, non autem in aliis delegatis; vt affirmat ſe vidiſſe in practica obſeruari Zaſius in *§. triplici num. 6. Inſtit. de act.* & Schola, de conſiliis Sapientis *lib 3. c. 11 poſt princ.*

Sed † exiſtente conſuetudine in contrarium, tunc profecto neceſſitate huiuſmodi ſportulæ ſoluendæ forent, vt voluerunt Specul. *in tit. de Salar. §. 1 ver. Sed vero ordinarius*, Imol. *in l. Pantonium, alias ſi rem de reſtit.* Gloſ. & & Bar. *in authent. offeratur, in verſ. Sportula C de lit conteſt.* Gloſ Ioan. Fab. & omnes *in §. triplici inſtit. de act.* & ibi etiam Iaſ. *num. 46.* qui oſtendit iſtam eſſe magis communem opinionem. Et licet Rom. *ſing. 180* aſſereret ſententiam Go. & Ioann. And. *in clem. ſtatutum de elect.* contrariã, videlicet quod talis conſuetudo non valeat eſſe communem: nihilominus eum reprehendit Corſet *in d ſing in verſ. Sportula*, & in effectu præmiſſa opinio Spec. cenſetur magis cõmunis, obſeruaturque in practica, teſte Ioan. Ant. de Nigris *in extrauag. Clement. VII de vita, & honeſt. cler. num 32* quæ reperitur *in fin. repertorii eius ſuper capitulis Regni* & Rolan. à Valle, *conſ 87. num 2. cum aliis ſeq vol. 2* vbi hoc latiſſimè diſcutit. 6 Com. opin. Opin. opin.

De iure † verò ciuili in foro ſeculari, ſportulæ recipi poſſunt per iudicem. *l. cum clericus, & authent. ibi poſita* vbi omnes ſcriben. no *C. de epiſ. & cleric.* & *§ ſportularum in authent. de ſan. epiſ.* 7

Ideo † ſi plures libelli producti in iudicio eſſent tunc tanquam pro pluribus ſportulæ ſoluerentur ſecundum Bald *in l. edita, in repet. Paduana col. 15. verb. Quæritur quoniam cognoſcimus C. de eden.* 8

Cæterum † adde tu quod, pro libello cumulato non ſoluerentur, niſi vnicæ ſportulæ, vt per Bal. eleganter *in c. ad vlt in fin arg. illius text. de cauſa poſſ. & proprie.* ſi videntem ibi quod id abſque dubio aliquo verum ſit ſi reſpiciat vnicum intereſſe. 9

Debent † quoque ſportulæ ſolui etiam arbitris ſecundum Bart. *in l. fin. num. 2 per text. ibi C de princ agen.* *in rub. l. 1. & 2.* Specul. *in tit. de arbit in §. ſequitur* Flor *in l. ſed & ſi eri §. in. ud. io ff. fin. regun.* Alber. *per tex. ibi in l. Lobeo §. ait prætor ff. de arb.* Marc Ant. Blanc. *in tract. de compromiſſ q 8 num. 21.* & Ioan. de Arnono. *in commentariis 1034. Notare alias ſententias, & in commentario ſeq.* vbi oſtendit hoc procedere quoque de iure regni Neapol. 10

Sed † tales ſportulæ iudici ſeu arbitro per pauperes litigantes ſolui non debent, ſecundum Gloſ. Henric. Boic & cæteros *in d c cum ab omni in ver. Præter* Bal *in authent generaliter colum 1. de epiſ. & cler.* Gerar *in ſing. 73* Iaſ *in d § triplici col pen.* Marc. Ant. Blanc. *in d. q 8 num 22.* Ioan. Anton. de Nigris *in d. extrauagant. Clementis VII. num 33.* vbi luculenter, & docte more ſuo hoc interpretatur, & Ioannes de Arnono *in commentario 30.* 11

Et † ita conſuluit Rolan. *in d. conſ 87 num. 16. cum cæteris ſequent.* vbi *num. 21.* cum aliis ſignatis per eum ſtimat hoc habere locum etiã in cauſis ſummariis, quæ terminari debent abſq; ſolutione ſportularum & ait iſtam eſſe communem theoricam. 12 Com. opin.

OPINIO DCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Statuta contra venditores, etiam in pœnalibus facta & condita etiam emptores comprehendunt rationis correlationis: licet de eis in ſtatuto non fiat mentio, & è contra, quando eſt eadem ratio.*
2 *Statutum dictum bladorum non ligat clericos pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum.*
6 *Statutũ dictum bladorum non obligat nec ligat emptores & venditores, & conductores foreuſes, non diu commemorantes in loco ſtatuti.*

STATV-

1 STATVTA † contra venditorem, etiam in pœnalibus cēſentur facta, condita contra emptorem, ratione relationis, vbi eſt eadem ratio; ſecundum Bar. & Doct. in l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11. text. eſt in l. fin. vbi Iaſ. & Scribentes omnes, Cod. de ind. vid. toll. Euerhard. in ſua centuria. num. 76. in loco à correlatiuis. Et ratio venditorem, cenſetur punire etiam emptore nullum verbum ſit factum; & econuerſo, ſtatutum puniens emptorem bladorum, videtur punire etiam venditorem, licet de venditore meo nulla mentio ſit facta quando eſt eadem ratio, ſecundum Euerhardum in pra allegat. tract. de contum mod. argum. vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, & Fabian. de Monte Sancti Sauini, in tract. contractuum, in 2. q. princ. circa fin. & iſtam communem ſequitur, & tenet Abb. & omnes Canoniſtæ in proœmio decret. Bar. Ioan. de Platea cæterique Legiſtæ, in d. l. 1. C. de cupreſ. Bart. Ang. Iaſ. & Doct. in d. l. fin. C. de indi. vid. toll. Curt. Sen. con. 11. Statuto, &c. num. 7. Dec. in l. ſunt bonis. nu. 7. C. de in ius voc. Dom. de ſancto Gemin. in c. eos §. clerici in col. fin. de temp. ordin. in 6. Cõis opin.

2 Limitatur † hæc opinio communis, quod ex dicto ſtatuto deuetus bladorum, non ligentur clerici pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum: ſecundum Ripam, in tract. de peſte. in tit. de præſ. remed. contra peſtem, in parte incip. Deuenio nunc ad modum. & normam vbertatis conſeruanda num. 122. & in c. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. quæſt. 40.

3 Limitatur † ſecundo loco, quod nec ligatur emptor, vel venditor, aut conductor forenſis ex diſpoſitione præfati ſtatuti ſi probabiliter ignorabant diſpoſitionem iſtius ſtatuti, puta quia non diu commorati fuiſſent in loco ſtatuti: quo caſu forenſis præſumitur ignorare ſtatuta loci, ſecundum Ripam in d. parte Deuenio. nu. 120. & ſequent. & Gandinum, in tit. de rei. non portandis contra deuetum, ver. Sed ſtatutum eſt i. fin. ff. de decret ab ordi. facien. &c.

OPINIO DCCXLII.

SVMMARIA.

1 *Statutum potius cenſetur ſuperfluum, & nihil operari quã vt quis ex eo indebitè damnum patiatur.*

2 *Statutum, quod executio inſtrumenti fiat contra hæredem, ſicut fieri poterat contra defunctum an habeat locum in hærede adeuntem hæreditatem cum beneficio inuentarii.*

1 STATVTA † potius cenſentur ſuperflua, & nihil operari, quam vt quis ex eo indebitè damnum patiatur ſecundum Gloſ. communiter ab omnibus Scriben. approbatam. in l. fin. quam ibi Bar. ſumme extollit. C. de iur. deliber. vbi Bar. poſt Gloſ. ibi. in §. computatione vbi Iaſ. col. fin. 3. & in l. non dubium colum. 9 de legib. Et ſic ſtatuta non ſunt Iudaicè intelligenda, id eſt ad corticem, vt Iudæi intelligunt ſacras literas, ita Bal. in leg. quicunque col. 5. C. de ſer. fug. & Alex. in l. omnes populi, colum. 11 ff. de iuſt. & iur. quia litera occidit, Spiritus viuificat. 2. Corinth. 3.

2 Quod † ſi eſſet ſtatutum, quod executio inſtrumenti fiat contra hæredem, ſicut fieri poterat contra defunctum, huiuſmodi ſtatutum, profecto non habebit locum in hærede cum beneficio legis & inuentarii, ne ille indebitè damnum patiatur; licet & ipſe propriè ſit hæres, & conſequenter verba ſtatuti illum comprehendant. & de prædicta communi atteſtentur Moder. in d. l. fin. & Doct. in tract. de ſtatutis.

OPINIO DCCXLIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum condere, & conſuetudinem inducere poteſt quilibet populus iuriſdictione carens; & omnes aliæ ciuitates principum dominio ſuppoſitæ habent facultatem legis condendæ ex poteſtate ipſis à lege conceſſa.*

2 *Statutum quamuis collegia & vniuerſitates iuriſdictione carentes condere poſſunt ſuper rebus ſuis: tamen pœnam adiicere, in ipſo ſtatuto nequeunt, ſecus ſi iuriſdictionem habeant.*

3 *Statutum fieri poteſt à Capitulo, & canonicis abſque Epiſcopo dum modo ſit licitum, & non concernat vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ, nec iura epiſcopalia.*

STATVTA † condere & conſuetudinem inducere poteſt quilibet populus, ſeu collegium, iuriſdictione carens, & omnes aliæ Ciuitates Principum dominio ſuppoſitæ, legis condendæ habent facultatem, ex poteſtate ipſis à lege conceſſa, circa negotia ſpectantia ad ipſas vniuerſitates, & collegia, ſecundum Albericũ, Baldum, & omnes Legiſtas, tam antiquos, quam Modernos, in leg. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure, quorum opinionem dicit eſſe communem ibi Iaſon in ſecund. lect. numer. ſecundo & vigeſimoſexto contra Bartol. contrarium, inibi aſſeuerantem ſequitur Angel. conſil. 139. viſis omnibus ſtatutis. volum ſecund. Aretinus conſil. octau. abundè ſatis & ſufficienter in fin. Canoniſtæ omnes in capitul. quod clericus de foro competent. Alexander conſil. 177. viſo themate volum. vndecim numer. ſecundo. & Natta, qui ait hanc eſſe communem ſententiam, conſil. duodec. contra ea, quæ alias allegaui numer. primo volum. primo & Modern. in cap. fin. de conſuetud. & Sigiſmundus Loffredus conſ. decimoquarto numer. vigeſ. quinto. & Lallus de Tuſcia in conſtitutio. Regni prima, Poſt mundi machinam num. 12. libro primo. 1 Cõis opin.

Vbi firmat † etiam quod Collegia, & Vniuerſitates nullam iuriſdictionem habentes quamuis poſſint facere ſtatuta ſuper rebus ſuis: tamen pœnam adiicere, ſeu imponere in eiſdem ſtatutis non poſſint aliquo modo, ſecus vero ſi iuriſdictionem habeant; ſiquidem tunc eis licitum, permiſſumque foret pœnas imponere in mentionatis ſtatutis. 2

Et † ſimiliter quoque poteſt fieri ſtatutum à Capitulo, & Canonicis abſque Epiſcopo, dummodo alias ſit licitum, & non concernat vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ, nec iura epiſcopalia, ſed de ipſis canonicis puta de diſtributionibus, vel Capitulo certo modo faciendo, ita eſt Gloſſ. in capit. conſtitutionem §. prim. de ver. ſig. in 6. & vide etiam in c. cum aliquibus de reſcript. eodem lib. 3

OPINIO DCCXLIV.

SVMMARIA.

1 *Debitor poſſitne renunciare præſcriptioni ſtatutariæ decurſæ in merum odium creditoris negligentis petere debitum.*

2 *Debitor renunciare poteſt præſcriptioni decurſæ.*

STATVTARIÆ † præſcriptioni, & ſic inductæ à ſtatuto debitor renunciare non poteſt in merum odium creditoris, negligentis petere debitum, per ea quæ ponunt Bart. & alii Doct. maximeque Iaſon & Grotus, in leg. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & alios quos citat Pariſ. conſil. 92. numer. 6. volum. 3. & iſtam opinionem Bartol. atteſtatur eſſe communem Bal. in tract. de præſcript. in 6. part. princip. quæſtion. 6. Paulus de Caſt. in leg. 1. §. ſi via ff. de vſucap. & Pariſ. in rub. de præſcript. numer. 32. poſt alios in dictis locis congeſtos per eos. 1 Cõis opin.

¶ In contrariam vero opinionem inclinauit Dyn. Bald. Florian. Imol. Ioann. Andreas Anton. de Butr. & alii Doctores citati à Iaſ. in dict. l. nemo poteſt. nu. 83. & à Feli. in rubri. de præſcript. & à Pariſ. in pract. conſ. 92. numer. 43. volum. 3. vbi citat Fabian. & Moder. atteſtantes hanc ſententiam eſſe cõem. Sed quid in tam variis iuris noſtri interpretum ſententiis concluden-

cludendum? Ego caſo eueniente, indubitanter, tam in conſulendo, quàm in iudicando ſemper amplecteretur primam opinionem Bartol. tanquam veriorem, communiorem, & frequentiorem.

2 Hæcque † tamen opinio Bartol. ita retenta non procedit, quando quis renunciaret præſcriptioni ſtatutariæ decurſuræ; præſcriptioni enim renunciare quilibet poteſt: vt per Bart. & alios *in dict. leg. nemo pot. ſtat.* & maximè per Crotum *numer. 113. in ſexta fallentia*, & ponit Roma. *conſ. 201. num. 5.* quia ad ius ſemel renunciatum iura redire non patiuntur; *l. quæritur § ſi venditor. ff. de adil. edict.* donat Paris. *conſ. 63. nu. 20. vol. 3.*

OPINIO DCCXLV.

SVMMARIA.

1 *Statuto in rubrica diſponente vel præmittente, quod filia dotata non ſuccedat in bonis aſcẽdentium, ſi nigrum diſponat ſaltem de bonis maternis, vel auiæ, nullum verbum addendo de bonis paternis an cenſeatur excludere filiam à bonis paternis, an cenſeatur excludere filiam à bonis paternis. & nu. 5 & 6.*

2 *Rubrica generalis, habens orationem perfectam non reſtringitur per nigrum.*

3 *Rubrica generalior nigro poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, quando rubrica habet orationem perfectã.*

4 *Statutum diſponens, quod filia fœmina non ſuccedat, intelligitur in bonis dotantis, licet de eo ad quem ius dotandi ſpectat nigrum ſtatuti nihil dicat.*

1 STATVTI † rubrica, diſponente quod filia dotata non ſuccedat in bonis aſcendentium, nigro vero prædictæ rubricæ, ſeu ſtatuti non diſponente niſi de bonis matris, vel auiæ nullum verbum addendo, de bonis paternis, filia non poteſt ſuccedere in bonis paternis ſecundum Paul. de Caſt. *conſ. 83. volum. 2. præſens caſus medicam &c. in nonu* & Ioan. Cæphalum, cum aliis relatis per eum *conſ. 146 num. 1. vol. 3.* Ioan. Bapt. Bottium. *in tract. de ſtat. verb. præſcript. tit. contra cred. Gloſ. 19. numer. 61. cum aliis ſequent.*

2 Et † ratio allegatæ doctrinæ videtur iſta: quia rubrica generalis, habens rubricam perfectam non reſtringitur per nigrum, vt omnes Moder. pleno ore fatentur, *in d. l. 1. ff. ſi cert. pet.* Cōis opin.

3 Imo † dic fortius, quod prædicta rubrica generalior nigro poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, & pro textu, & lege ſecundum Bart. *in d. l. 1.* Quod intelligunt omnes Scriben. ibi communiter, quando rubrica habet orationem perfectam, vt ſupra docuimus & tenet etiam Alexand. *conſ. 13. in prin. volum. 3. conſ. 180. maturè. colum. 1. volum. 5.* Corn. *Conſ. 67 planè quidem colum. 2. lib. 1. & conſ. 104. col. 3. eod. volum. & conſ. 182. & hac conſultatione colum. 2 vol. 5.* quam communem vltra alios iam congeſtos ſequuntur & teſtimoniis ſuis comprobant Alex. & Dec. *in 2 lect. in d. l. 1.* & Io. Cephalus, *in d. conſ. 146 nu 1* & omnes Mod. corroborant. ſimiliter dictam doctrinam Paul. de Caſ per deciſionem Pet. Gerar. *in ſing. 7.* Cōis opin.

4 Quod † ſi ſtatutũ diſponat q̃ filia fœmina nõ ſuccedat debet intelligi in bonis dotantis, vt per Iaſ. *in l. quoniam nouella. colum. fin. Cod. de inoffic. teſt.* licet de eo ad quem ius dotandi ſpectat nigrum nihil dicat.

5 In † contrariam vero partem inclinauit per ſeptẽ fundamenta Iaſ. *in d. l. 1.* quibus omnibus reſpondet Dec. Niger, & Mantua ibi. & quam optimè reſpondebat reſidendo cum doctrina Paul. Caſtr. fortiſſimis, & nouis fundamentis, quæ omitto breuitati ſtudendo, Illuſtris. D. Ranaldus Ridolphius Peruſinus, ſingularis præceptor meus. Iureconſultorum eloquentiſſimus, & acutiſſimus hac tempeſtate, dum eum Peruſii ſuperioribus annis publicè audiebam & cum dicta doctrin. Pau. de Caſt. tranſeunt omnes Doct. communiter, in locis mentionatis. Cōis opin.

Corroboratur † vlterius præfata opin. Paul. Caſt. 6 quod per extenſionem, ex mente ſtatuentium collectam comprehendatur ſucceſſio patris: quoniam inficiari nequit aliquo modo, quod ſi ſtatuẽtes fuiſſent interrogati de ſucceſſione patris, quod idem æquè diſpoſuiſſent, ſed omiſerant tanquam clarum: vtpote quia maior erat dubitatio de ſucceſſione matris, cum bona non deſcendant à familia agnatorum & iſta eſt communis opinio: vt per Socin. *conſ. 128.* Alex. *conſ. 85. & 122. vol. 3.* & Alciat. *in d. l. 1 col. 2.* & mihi videtur quod ſit probabilis iuri conſona & æqua ſententia: quia hoc ſtatutum eſt fauorabile, ſecundum Bald. *in l. maximum vitium. C. de lib. præter.* Cōis opin.

OPINIO DCCXLVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum imponens pœnam nouam, in dubio videtur recedere à pœna iuris communis.*

2 *Statutum, ſeu conſuetudo, vltra pœnam iuris imponens pœnam pecuniariam, valet.*

3 *Epiſcopus poteſt adinuando canonem, imponere nouam pœnam.*

STATVTVM † imponens nouam pœnam, propter 1 impoſitionem huiuſmodi pœnæ videtur recedere præcipue in dubio, à pœna iuris communis, & duntaxat ſtatuti pœna attenditur: vt per Bar. *in d. l. data opera colum 5. C. qui accuſa. &c. & in l. 2. circa fin. C. de reb. cred. & in leg. qui ſepulchra propè fin. C. de ſepul. viol.* vbi Sali. *colum. 4.* cum aliis latè congeſtis per Marſil. *in pract. crimin. in §. quæritur num. 5. & ſeq.* vbi hoc idem tenet, & firmat, & ita totus mundus, & practica obſeruat: vt aſſerunt omnes Doctores paſſim, *& in c. de cauſ. de off. del.* præſertimque Dec. *ab n 86.* & Ab. *in tract. de ſtatu in 8. q. prima partis.* Licet Abb. *in d. c. de cauſis* aſſ. ueret contrarium, quem nonnihil taxant Moder. inibi, & iſta opinio videtur magis communis teſte Marſilio *in pract. crim. in §. quæritur. numer. 5. & ſexto.*

Ceterum † vbicunque ſtatutum ſeu conſuetudo diſponeret vt vltra pœnam iuris imponatur etiã pœna pecuniaria, indubitanter valeret, & teneret, & vtraque pœna exigi poſſet; dummodo ſtatutum hoc non emanet, ſcaturiatque ex radice cupiditatis & auaritiæ. 2

Poteſt † enim epiſcopus adinuãdo canonem nouam imponere pœnam. vt in Clement. ne Romani iunct. Gloſ. *in ver. Tolli. de elect.* Abb. in *c. licet col. 2. de, &c.* & Ioan. Andr. *in fin. de offic. archipreſ.* & D. Thomas Zitola, cum aliis aggregatis per eum *in pract. epiſcopat. in verb. edicta, ſeu ſtatuta. f. l. 4. vbi nu. 5.* affluentiſſimè ponit, & reſoluit viginti caſus vtiliſſimos, in quibus epiſcopus poteſt addere. & imponere ipſo iure pœnas vltra ius commune in ſuis edictis. 3

OPINIO DCCXLVII.

SVMMARIA.

1 *Statuto requirente pro forma tres citationes non ſufficit vna citatio pro omnibus.*

2 *Citatus ſemel reſpondens, nolo venire etiamſi alias ter citari deberet non eſt amplius citandus.*

STATVTO † diſponente quod quis debeat ter 1 citari. & ſic tres citationes pro forma requirente non ſufficit vna citatio pro omnibus: quia non ſufficit ſtatutũ ſeruari per æquipollens ſecundum. Glo. commu-

Glo.communiter approbatam in Clem. 1.de vita. & honeſt.cler. Bald. in c. ex literis, in fin de conſti & in c. ex tatinatione de reſcript. in l. non ſunt liberi ff. de ſtatu. hom & in l. 1. C quomodo, & quando iudex, Alex.conſ.137 in cauſa & l. 2 vol 2. Felyn. in c cum dilecta. num. 9. de reſcri. & Dec. in c.conſuluit. de offi.deleg.nu.88 Soc.conſ.24.col 7.& conſ. 37 col 3.& conſil.59.vol.2.&Iaſ.in l.1.num 34 ff de liber.& poſth. vbi ponit hanc eſſe communem opinionem, & dicit etiam eam eſſe mirabilem Barbat.licet eam non ſequatur in d.c.ex literis.nu.16.cum aliis ſeq.

2 Sed † iſta communis opinio limitatur non procedere, ſi citatus ſemel reſponderet, nolo venire: tunc enim aliæ citationes non requirerentur, etiam ſi alioquin trina citatio exigeretur: & ſic, ſi quis deberet ter citari, ſufficeret ſemel, ſi diceret ſe nolle venire, vt voluit Abb.in c.cum parati.de app. & in d. c.conſuluit, & ibi Felyn.col 4.& Alex.conſ.81.ſtantibus his, quæ in ſuperiori themate proponuntur.nu 4.vol.4. vbi perhibet hanc eſſe magis communem opinionem, &ſequitur Bertr.conſ. 182.poſtquam conſtat & apparet.nu.1.fol.232.vol. 3.vltima impreſſionis. Com. opi.

OPINIO DCCXLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Citandus ſi ſit præſens in iudicio quocunque modo, etſi citatus non ſit, cenſetur nihilominus ſtatutum, quod citationem pro forma requirit impletum.*

1 STatuto † requirente pro forma citationem alicuius in aliquo caſu, non cenſetur forma prætermiſſa ſi ille fuit præſens in iudicio, & intellexit ea, quæ agebantur: & ſic citatio pro forma requiſita, æquipollenter impleri poteſt, & ſtatutum verificatur in æquipollenti, ſi citandus fuerit præſens in iudicio, licet non citatus, ſecundum Ioan. And in c.fin. de elect. in 6.in nouell. Iacob.But. & Bal.in auth ſi omnes col. 2. C.ſi minor ab hæreditate abſtineat, Ang Imol. & reliquos communiter in l.de vnoquoque.ff.de re iud. Roma.in l.1.col.5. ff.de arbitris, Fely in c.cum dilecta.ſub nu.11.de reſcript. & Iaſ.in l.1.ff.de in ius voc & in l.1.num.15.ff de liber. & poſthu. & ita eſt communis opinio: vt per Doct in d.l.de vnoquoque & in locis prædictis, vt per Bath in c.in præſentia.n.4. de probat. vbi eam vtiliter explicat & ampliat. Com. opi.

OPINIO DCCXLIX.

SVMMARIVM.

1 *Si ſtatutum diſponat non valere inſtrumentum, in quo expreſſum non ſit nomen proprium, pronomen, & cognomen contrahentis. an ſufficiat nomen ſolum & ſingulare exprimere, ſi ex eo de perſona contrahentis ſatis certi eſſe poſſemus, valeatq; hoc caſu inſtrumentum.*

1 STatutum diſponens quod non valeat inſtrumentum, † in quo expreſſum non ſit, per notarium nomen proprium pronomen, & cognomen contrahētis, valet & tenet: & tunc, ſi per expreſſionem ſolius nominis ipſius contrahentis ſatis certi eſſe poſſemus, & ſic ſi nomen proprium expreſſum, & poſitum in inſtrumento eſſet, ſingulare, & de ſe notum, inſtrumentum vtique valeret, non aliter, quam ſi expreſſum foret, nomen, pronomen, & cognomen, ſecundum veram, & communem opinionem: quam late ſequitur, & ſimul tuetur Bal. Caſtren. Imol. Cuma. Aret. Alex.col.2.& Dec.in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fa. poſſ. Anchar in reg.ea quæ fiunt, de reg. iur in 6 Domin. & Imol.in c.1.de pr æſcript. Bald. & Saly.in l.fin.C.de ſenten.quæ ex breuic. Abb.conſ.93. in quæſtione quæ ad præſens vertitur.ſub num. 4.vol.2.Dec.in cap. 1.de teſtib Felyn. in c.cum dilecta.num.10.de reſcript. Alex.nume.8. Iaſ.num.3. cum aliis ſeq Soc.num 8.& Alciat.num. 10. in l.1.ff. de lib. & poſthu. qui oſtendunt hanc eſſe communem ſententiam.

OPINIO DCCL.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prohibita per ſtatutum ſe obligare ſine conſenſu conſanguineorum, an poſſit facere pactum de non petendo, & liberare debitorem mediante quietatione. Et an id poſſit, ſi prohibeatur contrahere.nu.2.*

1 STatuto diſponente, † quod mulier non poſſit ſe obligare ſine conſenſu, & licentia duorum conſanguineorum, mulier quoque facere non poſſet pactum de non petendo, & ſic liberare debitorem mediante quietatione. Vnde ſtatutum hoc obtinet locū etiam in quietatione abſque conſenſu conſanguineorum, ſecundum Bar. & omnes communiter in l. Mænia §.1.ff ſolu.mat. Fulgoſ.conſ.39.col fi.Soc. conſ.86. præſens conſultatio.nume.26.volu.4. Roma.conſ.394.Bened. Vad.in add Fely.in c.fin num. 17. in fin de foro compet. Tiraq in legib.connub Glo.5.nu.4.& ſeq.Bar.Caſtren.colum. pen.Fulgoſ.& Iaſ.num.21. in l.ſi vnus. § pactus ne peteret.ff. de pact. vbi oſtendit hãc eſſe communem opinionem. Com. opi.

2 Quod † procedit cum mulier per ſtatutum prohibetur ſe obligare: ſecus vero ſi prohiberetur contrahere abſque conſenſu conſanguineorum: tunc enim ſecundum Ang. & Alex. in d. § pactus ne peteret, mulier non intelligitur prohibita liberare debitorem, ſed contrarium tenet, & bene Iaſ.ibi nu.25.cum aliis relatis per eum, & iſta eſt magis communis opinio contra Ang. & Alex.

OPINIO DCCLI.

SVMMARIA.

1 *Statutum, ſeu conſuetudo diſponens, quod villa teneatur ad emendam robariæ, furti, rapinæ, vel alterius delicti in eius territorio commiſſi, non obligat villam ipſam, niſi damno legitime probato, nec iuramentum ſufficit, & conſequenter iuramentum ſuper amiſſione rerum deferri nequit contra Villam.*

2 *Vniuerſitates in Regno, quæ pro cuſtodiendis territoriis certam pecuniam ſoluunt, ad reparationem prædictorum non tenentur.*

1 STatuto, † ſeu conſuetudine diſponente, quod villa teneatur ad emendam robariæ, furti, rapinæ, vel alterius delicti in eius territorio commiſſi, prout viget in Regno Neapolitano huiuſmodi ſtatutum, vt, in conſtitutione. *Si damna clandeſtina lib. 1. tit. de homicidiis, & damnis clandeſtinis*, & ibi copioſe Grammat. nō obligatur Villa, nec tenetur emendare damnum, niſi damno legitime per veras probationes demonſtrato, nec iuramentum ſufficit. Et ſic in iſto caſu, in quo agitur de dolo alieno, & facto ſuper amiſſione rerum prædictarum, iuramentum deferri non poteſt contra Villam, ſeu homines Villæ, ſecundum Ioan. And. in add. Specul. in tit. de rapto. Io. de Imol. Henric. Boic. & cæteros omnes in c.ſi ext. de iis quæ vi, Cepol.conſ. 18.nu. 12 & 23. Alber.de Roſa in tract.ſtatu.in 2.par.qu.64.Itē retento. Bald. & Saly.in l ſi quando.C.vnde vi, vbi etiam Io.Bapt.Plot.nu.757 & Iaſ.nu 37.qui ſcribit hanc eſſe communem opinionem, quam communem ſequūtur quoque idem Iaſ. Duaren. num. 51. Zaſi. & cæteri Mod.in l.in actionib ff.de in lit.iuran. Faber. col pen. Ant. Petrus.n.345 & Cagnolus, num.187 in l.1.C de ſent. quæ pro eo, & Paris.conſ.158.num.27.vol.4. vbi oſtendit hanc eſſe communem opinionem, & Gram. in d. conſtitut. *Si damna clandeſtina*, nu.16.& Bertrān. conſ. 198. Dixi in aliis allegationibus meis ſub nu.2.vol. 8. Com. opi.

X § Sed

¶ Sed hodie in Regno ita vſu receptum eſt, vt Vniuerſitates non teneātur ſarcire damna illata in ſuis territoriis per fures, & alios prædones, & præſertim illæ, quæ ſoluare conſueuere pro cuſtodiendis territoriis ſalarium de regio precepto Cicchori, ſeu vt vulgo vocant Barſallo campeſtriæ. Et ita vidi ſuperioribus annis iudicari in Sacro Concilio *in cauſa magnifici Petri Prezitti, & Ludouici Dominici meorum ciuium*, qui dum prætendiſſent conſequi à Ciuitate Therami, & ab Vniuerſitate, & oppido Pelegræ, bona furto ſibi ſubtracta in eorum territoriis, ab eodem Sacro Concilio fuerunt penitus excluſi ab eorum petitione, & deſiderio, ex quo oſtenſum apparebat ipſas Vniuerſitates ſoluiſſe, & ſoluere antedicta ſalaria Batiſello.

OPINIO DCCLII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod inſtrumentum publicum habeat executionem paratam contra debitorem ſcriptam in inſtrumento, extenditur ad heredem etiam, qui in inſtrumento deſcriptus non eſt.*

2 *Statutum diſponens inſtrumenta publica habere executionem paratam, interpretatur ſi ſunt liquida, alias non haberet executionem paratam. Et intelligitur de veris, non de ſimulatis, & falſis. nu. 3.*

1 STatutum diſponens, † inſtrumentum publicum habere axacutionem paratam contra debitorem ſcriptum in inſtrumento valet, & tamet:licet hęres re-oera in inſtrumento daſcriptus non ſit; nihilominus ex mente ſtatuti, ipſe hæres comprehanderetur, & ſic virtualiter, & mantaliter hæredis quoqua perſona comprehenſa in ſtatuto intelligitur, ſecundum Ang. & Imol. *in l. 1. in prin. ff. de his quæ in teſt. delen.* Bal. *in l. 1. C. quor. leg. per tex. ibi*, Alex. *conſ. 18. nu. 16. vol. 5.* Ang. Imol. Caſtr. & Alex. *in l. poſtulante. ff. ad Treb.* Dec. *ſub num. 4. &* Cognol. *num. 1. & ſeq. in l. heredem ff. de reg. iur.* & hæc eſt communis opinio, ſecūdum pleroſq; ax citatis Doct. (Cōis opi.)

2 Et adnerte, † quod dicta ſtatuta, quæ reperiuntur fere in omnibus ciuitatibus Italiæ, diſponētia inſtrumenta hobere executionem paratam, intelliguntur, ac interpratantur, ſi fuit liquida, alias non hoberent executionam paratam, vt per Barba. *in c. ſignificantibus. nu. 132. cum aliis ſeq. de libellis oblat.* Alex. *conſ. 95. nu. 1. vol. 1.* & ita conſuluit Bertran. *conſ. 33. vol. 3.* ac ita firmat etiā, cum aliis quāplurimis relatis per eum, Marinus Freccia *in tract. de repræſentat. inſtrument. ſecundum formam ritus, par. 7. in prin. num. 15. fol. 17.* & D. Carauita etiam, vir acutiſſimi inganii, *in ritu 166. nu. 7. & in ritu ſequenti. nu. 4.* Vide etiam late infra *in qu. peſt opin. 832. nu. 67. &*
3 *ſeq. & quæ ibi addidi.* Necnon † ſtatutum hoc de inſtrumentis axequendis intelligi dabet atiam de veris, nō autem de ſimulatis, & falſis, ita Bar. *in l. 1. § parus. col. 1. ff quod vi, aut clam,* Bal. *in l. fi. § in computatione. col. fi. C. de iu. delib. & in auth. ex cauſa col. fi. C. de libe. præter.* Arg. *in l. 2. § teſtamentum, quemad. teſt. aper.* & Alax. *conſ. 82.*

OPINIO DCCLIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum præter legem, inferior à Principe condere poteſt, non autem ſtatutum contra legem ſuperioris.*

1 STatutum præter legem, † licet inferior à Principe condera poſſit, vt *in l. om. populi, vbi* Doct. & Iaſ. *ff. de iuſt. & iur.* nihilominus regulariter inferior à Principe ſtatutum contra legem ſuperioris facere naquit, ſecūdum Ant. & Imol. *in c. fin. ext. de tranſact.* Do. omnes *in l. fi. per tex. ibi. C. de teſta.* Bar. *in l. cūctos populos. C. de ſumma Trinit.* vbi Iaſ. & alios, Bal. & Imol. *in l. ex duobus. § fi. ff. de vul.* & iſta eſt communis opinio, quam ſequuntur (Cōis opi.) quoque, & citant Alex. *num. 4.* Iaſ. *in 2. lect. num. 13. &* Hannibal. *nu. 44. cum aliis ſeq. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1.*

OPINIO DCCLIV.

SVMMARIA.

1 *Statutum iubens, ſcholares tractari in omnibus vt ciues, interpretatur, quod ipſi ſcholares non perdant priuilegia ſcholarium, quæ ante habebant vltra ciues.*

2 *Honor ſuperueniens non mutat conditionem priorem, quāuis augeat ſtatum.*

3 *Tabellio factus Doctor, non deſinit eſſe tabellio.*

4 *Dignitas maior ſuperueniens, non tollit priuilegium minorum dignitatum præcedentium.*

5 *Epiſcopus liberatur à patria poteſtate, ob dignitatem epiſcopalem, quoad commodum ſuum, non autem quoad incommodum.*

STatutum diſponens, † iubenſq; ſcholares tractari debare vt ciues, in omnibus, interpretatur, vt ob 1
hoc ſcholares non perdāt priuilegia ſcholarium, quæ anta habebant vltra ciues, ſecundum Ang. & Imola. *in l. talem. § 1. per illum tex. ff. de bar. inſt.* Bart. Bald. Ang. Fulg. Caſtr. Roma. Alex Corn. Franc. Aret. Iaſ. & cæteros omnes communiter, *in l. ſi Ruſiam, per illum text. C. de teſt. mil.* Bertach *in tract. de gabell. in 7. par. qu. 19.* Felyn *in c. dilectus il. 2. col. 5. de reſcri.* & Iaſ. qui hoc limitat *in l. eum qui, in 1. not. ff. de iureiu. & conſ. 59. col. 3. volu. 5.* Dec. *conſ. 457.* & Ripa *in lib. 1. interpret. 1. in reſpon. defuncto. nu. 44.* Et † hoc comprobatur per tex. *in l. falſa. § ſed ſi eas. ff. de cond. & dem.* vbi honor ſuperueniens non mutat 2
conditionā priorem, quamuis augaat ſtatum. Ex quo † not. Bal. ibi quod tabellio factus Doctor nō deſinat 3
aſſe tabellio.

Comprobatur † etiam per tex. *in l. eos. C. de excu. mil. lib. 10.* vbi maior dignitas ſuperueniens non tollit priuilegium minorum dignitatum præcedentium, vt & 4
ibi notat Io. Plat. qui adducit concord. Vnde qui reputarur dignus in vna dignitate, ſi poſtea eligatur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari, *c. accipimus, de ata. & qua. & c. geſta. 74. diſt.* Comprobatur quoque † poſtremo per tax. *in auth. ſed epiſcopalis*, & per not. 5
per Doct. *ibi. C. de epiſ. & cler.* quod licat epiſcopus liberatur à patria poteſtate ob talem dignitatē, vt ſcripſimus ſupra, *in Opinione 318. Filium. n. 1.* id tamen intelligitur ad eius commodum, non autem incommodum, vt voluere Guil. de Cun. Cy & Bald. *in l. item in poteſtate, & in l. nepotes. ff de his qui ſunt ſui, vel alien. iuris.*

OPINIO DCCLV.

SVMMARIA.

1 *Statutum prohibens alienationem fieri in forenſes rerum immobilium, valet & tenet.*

2 *Statutum prohibens alienationem fieri in eccleſiam, vel clericos, etiam in minoribus ordinibus conſtitutos, non valet.*

3 *Statutum prohibens tacite, vel expreſſe alienationem bonorum immobilium fieri in eccleſiam, eccleſiaſticaſq; perſonas, an valeat. Et in quibus locum habeat. nu. 4.*

STatuto † fieri potaſt prohibitio alienationis, ſcilicet, quod non valeat alienatio rei immobilis in nō 1
ſubditum, ſecundum Bart. *in l. filiusfa. § Diui. ff. de leg. 1.* Barb. *in rub. de reb. eccl. non alien. nu. 8.* Cagnolum *in l. fi. n. 179. C. de pa.* Dec. *conſ. 661. n. 1.* & hæc ait cōis opinio, (Cōis opi.)
vt deducunt Scrib. omnes *in d. § Diui*, præſertim Soc. Inn. *nu. 161. & ſeq.* & alii Mod. & ponemus copioſe infra, *in Opinio. Statutum prohibens alienationem. 761.*

Quæ † quidem communis limitatur non procedere in eccleſia. Nam ſtatutum prohibens alienationē in forenſes, non includit eccleſias, monaſteria, vel 2
eccle-

eccleſiaſticas perſonas, licet iuriſdictioni ſtatuentis non ſubiaceant: eis igitur facta alienatio, valebit, non obſtante ſtatuto, vt voluit Bart. *in d. §. Diui.* cum quo tranſeunt omnes Doct. communiter, vt per Alex. Iaſ. Crot. Soc. Iun. *nu. 166. cum aliis ſeqq.* & cæteros *ibi* per Barb. *in c. quod clericis nu. 15. cum aliis ſeq. de foro comp.* per Caſt. *in l. iubemus nu. 5. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. vt inter diuinum, ſub nu. 6.* Iacob. Mandellum *conſ. 8. nu. 9.* Dec. *in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. nu. 245. de conſt.* & Crot. *col. 25.* & Ferdi. Loazes *col. 81. in d. §. Diui,* vbi ampliant etiam in clericis, in minoribus ordinibus conſtitutis.

3 Eſt bene verum, † quod ſi non tacite, ſed expreſſe prohiberet per ſtatutum alienatio bonorum immobilium, facienda in perſonam eccleſiaſticam: tunc teneret, & valeret, nec conditum cenſeretur contra libertatem eccleſiæ, ſecundum Bal. *in c. clericis de iudiciis,* poſt Signorolum de Homodeis *in cõſ. 18.* vbi Barba. *nu. 71. cum aliis ſeq.* refutat, & bene iſtorum opinionẽ, *in d. c. quod clericis, nu. 15. cum aliis ſeq.* poſt Anch. relatum ibi per eum. Et ſic indiſtincte, ſiue prohibeatur alienatio fieri expreſſe in perſonam eccleſiaſticam, ſiue tacite, & generaliter, procedit dicta communis opini. quod dictum ſtatutum non comprehendat eccleſias, eccleſiaſticaſque perſonas: vt voluit etiam Bart. poſt Oldr. *in d. l. inter diuinum,* & Natta, cum quadam modificatione, & vtili declaratione. *conſ. 180. de iure communi ſub nu. 3. & ſeq. vol. 2.*

4 Limitatur † ſecundo eadem communis opinio, quod non habeat locum, in alienatione neceſſaria, ſed bene voluntaria, & ſic in datione in ſolutum, facta à debitore, per iudicem coacto in iudicio, ſecundum Albe. de Roſa *in 2. par. ſtatut. in 2. quæſt. verſ. Ex prædictis,* vbi dicit eam eſſe communem opinionem: cui inhæret Alex. in caſu ſimili *conſ. 52. viſo themate, & ſtatutis duobus. nu. 4. vol. 1.* & Capic. *deciſ. 99. in cauſa Michaelis. nu. 3. cum aliis ſeq.* Alias verò multas limitationes, & omnes quidem vtiles, refert, ac ponit Barba. *in rub. de reb. eccl. alien. vel non. 1. qu.* & Crot *in d. §. Diui.* Com. opi.

OPINIO DCCLVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens de contractu, non comprehendit contractum ſtipulationis.*

2 *Statutum loquens de contractu, comprehendit contractum ſtipulationis, quotieſcunque in eo contractu procederet ratio ſtatuti, vel expreſſa in ſtatuto, vel quæ poſſet vnica aſsignari.*

3 *Statuta debent ampliari, & reſtringi ſecundum eorum rationem.*

1 STatutum † loquens de contractu, non comprehendit contractum ſtipulationis: & ſic ſtipulatio non comprehenditur ſub ſtatuto, loquente de contractu, ſecundum Bart. *in l. Labeo. la 2. ff. de verb. ſig.* Io. de Imol. & Alex. *in l. 5. in prin. ff. de verb. oblig.* Ang. Aret. *Inſtit. de oblig. ex quaſi contract.* Iaſ. *in l. 1. ff. de pact.* Alciat. *in d. l. Labeo,* & Soc. Iun. *in rub. ff. de verb. oblig. num. 312.* & Cagnolum *in l. 1. nu. 146. cum aliis ſeq. ff. ſi cert. pet.* qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem, licet & male Dec. *conſ. 379.* videatur aſſerere contrarium, ac ponere pro expedito, quod ſtipulatio comprehendatur ſub tali ſtatuto.

2 Eſt bene verum, † quod iſta communis limitari poſſet, quod ſtatutum loquens de cõtractu comprehendat etiam contractum ſtipulationis, ſi in eo contractu procederet etiam ratio ſtatuti, ſcilicet, vel expreſſa in ſtatuto, vel quæ poſſet vnica aſſignari, ſecundum Doct. communiter, vt tradit Iaſ. *in d. l. 1. ff. de pact. in 5. not. & in d. l. 5. ff. de verb. oblig. col. 2.* & Alciat. *in d. l. Labeo.* Et licet † de huiuſmodi limitatione Iaſ. *in d. l. 5.* dubitet: nihilominus de ea aliter non eſt dubitandum: cum hoc in ſtatutis potiſſimum ſit, quod debeat ampliari, vel reſtringi ſecũdum eorum rationem. *l. libertum. la 2. §. ſenatuſconſultum ff. de ritu nup.* Bart. *in l. iura. la 2. in fin. ff. de iuſt. & iur.* & Doct. hoc paſſim tradunt. 3

OPINIO DCCLVII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod qui non petierit creditum ſuum à debitore intra tale tempus, amplius petere non poſſit, an valeat. & nu. 9.*

2 *Statutum permittens expreſſe præſcriptionem cum mala fide, non valet.*

3 *Statutum prædictum loquens de debito ex contractu, an ad alia debita extendi poſſit. Item ad q. contractus. nu. 4. & creditores realem actionem habentes. num. 5. maxime ſi verbis vniuerſalibus conceptum ſit. num. 6. & 7. Item creditores mixtam actionem habentes. nu. 8.*

STatutum diſponens, † quod qui non petierit creditum ſuum à debitore intra tale tempus, vt puta intra decennium, amplius petere non poſſit, valet, & tenet, ſecundum Bar. *in l. ſequitur. §. ſi viam. nu. 4. ff. de vſucap. & in l. cum notiſsimi, in princ. C. de præſcr. 30. vel 40. annorum. in l. ambitioſa. nu. 14. ff. de decret. ab ord. facien. in l. legatum. ff. de liber. leg. in l. cum mulier. ff. ſol. matr. & in l. nemo poteſt. nu. 28. ff. de leg. 1.* vbi concludit in fortioribus terminis, quod in tantum valeat tale ſtatutum, vt ei non poſſit pacto renunciari: vtpote, quia eſt introductum in fauorem publicum, & in odium negligentis. & iſtã Bar. ſententiam ſequitur Iaſ. *in prin. Inſtit. de act. nu. 100.* 1

¶ In contrariam vero partem inclinauit ipſemet Bar. reuocando ſententiam, iudiciumque in melius, *in rep. l. omnes populi nu. 24. ff. de iuſt. & iur.* quod dictum ſtatutum non valeat tãquam nutritiuum peccati, cui opinioni inhæret Imol. *in d. §. ſi viam,* vbi concludit, veriorem eſſe opinionem Bar. *in d. l. omnes populi,* & idẽ Imol. aſſerit eam eſſe communem, *conſ. 16. num. 1. & in conſ. 46. nu. 2.* Affl. *in conſt. Neap. lib. 2. rub. 31. num. 4.* Bertran. *conſ. 84. nu. 5. vol. 2.* Crotus *in d. l. nemo poteſt. col. 30.* & ibi Rip. *nu. 116.* Alciat. *in l. quinque pedum, col. 6. C. fin. reg.* Thom. Ferrat. poſt alios quamplures, congeſtos ibi per eum, *in cautela 38. num. 2.* Fran. Balbus *in tract. de præſcript. in 2. par. 5. par. prin. qu. 13. & ſeq.* Gomeſ. *in princ. inſt. de act. nu. 67.* Gozad. *conſ. 56. nu. 13.* Gabriel Sarayna *in add. Mattheſ. in ſing. 23.* & nouiſſime Ant. Galleſius *in tract. de formulis cameralis obligat. ſuper form. cam. oblig. 3. qu. nu. 11. fol. 123.* licet dicat ibi prædictum ſtatutum nõ ſeruari in vrbe Romæ. Et ſic ex allegatis mihi ſequendam fore conſtitui opinionem communem pro qua ſententia eſt text. *in c. ſi virgo, in verſ. autem ſi fuerit. 34. q. 2. & in c. fin. cum ſimilibus, de præſcrip.* Et dato, quod præcitatum ſtatutum valeret: nihilominus deberet interpretari ſi adſit bona fides in præſcribente, quia exiſtens in mala fide non præſcribit.

Et † ſi dictum ſtatutum permitteret expreſſe præſcriptionem cum mala fide, vtique non valeret, ſecundum Ioan. And. Bart. Bal. Ancha. Imol. & Ant. de Butr. in locis citatis à Franco *in c. poſſeſſor de reg. iur. in 6. num. 9.* vbi refert Imol. dicentem hanc opinionem eſſe communem, & ſequitur etiam cum magna caterua Doct. relata per eum, & ſcribit eſſe magis communem, & limitat Gabriel. Sarayna *in d. ſing.* Mattheſil. 23. licet Bart. *in d. §. ſi viam,* aliud voluerit, & male: ſecundum Imola. *ibi* relatum à Franco, & Alexand. *conſil. 99. num. 9. volum. 4.* Et licet aſſerat Ferratien. 2

in ſua pract. Papienſ. *in ſer. reſponſionis rei conuen. in Glo. in ver præſcriptionis*, quod opinio Bar. obſeruetur in practica, & Marc. Soc. *conſ.* 203. ſimiliter perhibeat communem eſſe: nihilominus in deciſiuis noli recedere à dicta prima ſententia, tanquam ſacroſancta, ac magis tuta, magis communi, & vera.

§ Interpretatur, ac limitatur etiam antedicta communis in principio poſita, in duobus aliis caſibus relatis per Gabrielem Sarayna *in addit.* Matthesil. *in d. ſing.* 23.

3 Nec † non interpretatur poſtremo eadem communis, vt ſi ſtatutum loquatur de negligente in petendo debitum quantitatis, pecuniæ, vel rei ſibi debitæ ex aliquo contractu, ſeu inſtrumento mutui, vel depoſiti, vel ex quocunque alio contractu, cuius tẽpus, ſeu dies, vel conditio petendi ceſſerit, qui ſteterit, vel ſiluerit per decennium, quod poſtea petere non poſſit, non obtineat locum in caſu diuerſo, & ſic in caſu, in quo nullus adeſt contractus. quoniam ſtatutũ hoc eſt duntaxat intelligendum in caſu de quo loquitur, nec de caſu ad caſum, in materia potiſſimum odioſa, extenditur. ita Ponens *deciſ.* 93 *num.* 10. *lib.* 1. Imo etiam ſtatutum fauorabile minime extẽditur vltra propriũ caſum, de quo loquitur, vti opportune tradit Iacob. Mandellus *conſ.* 81. *nu.* 18 igitur cum huiuſmodi ſtatutum loquatur in debitis prouenientibus ex quocunque contractu, vtiq; venit intelligendum in caſu, de quo loquitur, vt per Hieroni. Gabriel. *conſ.* 18 *num.* 51.
4 *vol.* 2. Et † quod tale ſtatutum, inducens præſcriptionem, aduerſus creditores ex quocunque contractu non comprehendat creditores ex quaſi contractu, extat aperta in terminis proprijs deciſio Hieroni. Gabriel. qui ita mature reſpondit *conſ.* 8 *in prin. vol.* 1.

5 Inſuper † tale ſtatutum loquens de creditoribus in genere ex quocunq; contractu, non debet eo porrigi, vt comprehendat eos creditores, qui realem actionem habent, non autem perſonalem, qui maxime impropriè, & abuſiue creditores ſunt, ſecundum Glo. & Doct. *in* §. 1. *Inſtit. de actionib.* Glo. etiam, & Saly & alij vniuerſaliter omnes *in l.* 1 *ff. ſi cert. pet.* & tanto magis, cum actio perſonalis duret 30. annis, *l. omnes*, C. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, & notat Hieroni. Laurent. *deciſ.* 86. *ſub num.* 10.

6 Nec ad rem facit, † ſi tale ſtatutum loquatur per verba vniuerſalia, quia ſtatutum per Regulam, ne quis indebite ſuum perdat, neue alter indebite acquirat, reſtringi debet. ita Bar. *in l. omnes populi, quæſt.* 6. *principali, ff. de iuſt. & iur.* quem omnes Doct. ſequuntur. quod procedit quoque cum verba ſunt vniuerſalia, vt colligitur ex *l.* 1. C *de ſacroſan. eccleſ. & l. pen.* § *fin. de vit. nupt.* quas Bar. *vbi ſupra* citat, & inſtructiſſime declarat, & Alex. *conſ.* 185. *nu.* 34. *vol.* 2.

7 Sequitur itaque † in terminis noſtris, quod ſtatuta iſta, etiam verbis vniuerſalibus concepta non comprehendant eum, qui habet actionem realem, quamuis largo modo, creditor ſit, vti aſſentiuntur Alex. *conſ.* 46. *col.* 2. *vol.* 1 & *conſ.* 64 *vol.* 3. Bal. *in l. cum neceſſitatem.* C *de fideicom.* & *conſ.* 485 *vol.* 1. Iaſ. *Inſti. de actionib. in prin. nu.* 108. Fely *in c. fin. num.* 6 *de præſcript.* Calcaneus *conſ.* 79. *nu.* 10. & Balbus *de præſcrip. in* 2. *parte, prin. q.* 14 *num.* 10. quibus in locis aperte loquuntur de ſtatutis, verbis vniuerſalibus conceptis, quam opinionem, tanquam tutiſſimam, accurate approbauit quoque Hieroni. Gabriel. qui in terminis ſtatuti huius generis ita reſpondit *conſ.* 8. *nu.* 13. & *ſeq. vol.* 1. & *conſ.* 148 *n.* 7. *vol.* 2. Et ratio ea eſt, quia qui conuenitur actione reali, non conuenitur vt debitor, ſed vt poſſeſſor, neque actor vt creditor aliquid petit, ſed ſuum, vt dominus. ita Gl. *in l. Aurelius*, §. *Menia, ff. de lib. leg.* & ex conſequenti viget profecto maior ratio, vt excludatur, qui ſibi debitum petit, quam qui ſuum perſequitur, vt explicauit Hieroni. Gabriel. *in præallegato conſ.* 8 *poſt nu.* 13.

Vnde † etiam patet, hoc ſtatuto quoque non cõprehendi eos, qui habent actiones mixtas, ſeu in rem ſcriptas, quia vt explanauimus, verba ſtatuti aperta ſunt, quod videlicet ſtatutum hoc contineat ſolum eos, qui habent perſonalem actionem. & exploratum eſt, quod in ſtatutis, mixta appellatione ſimplicium non contineantur, vt notant communiter Scribentes *in l.* 2. *in prin. ff. de verb. oblig.* & Iaſ. *in* §. 1 *nu.* 29. *Inſtit. de actionib.* Nec refert, quod propter dictionem vniuerſalem ſtatuentis, videantur voluiſſe loqui, etiam de mixtis, ſicuti propter dictionem vniuerſalẽ eo in loco, videntur in diuiſione actionum comprehẽſæ ſub ſimplicib. etiam mixtæ: quia reſpõdetur, contrarium verius eſſe, nam qui actionem mixtam, vel in rẽ ſcriptam habet, quamuis petat ſuum, vel quod ſibi debetur, non eſt creditor; ergo cum pro parte ſit creditor, pro parte vero non: & ſic creditor, & non creditor, non continetur ſub ſtatuto, & hanc opinionem fortificat Hieron. Gabriel. robuſtiſſimis rationib. *conſ.* 8. *nu.* 14 *vol.* 1. & *conſ.* 148. *n.* 9. *vol.* 2. qui reſpondit, quod huiuſmodi ſtatuto non comprehẽdantur hi, qui habent actiones mixtas, vel in rem ſcriptas. 8

Et † denique ſtatutum hoc de non exigendis debitis poſt decem annos, quãuis durum ſit, vt in principio oſtendimus, tamen illud validum, & tutum in foro poli, iudicauit Rota Auenionẽſis, teſtãte Hieron. Laurent *deciſ.* 86. *nu.* 10. vbi de liberate, ac vtiliter interpretatur, etiam in varijs caſibus locum obtinere in practica, & Anc. Cioſius *conſ.* 20 *nu* 6 & *ſeq. vol.* 1. 9

OPINIO DCCLVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum vnum imponens maiorem pœnam pecuniariam pro delicto, an per aliud minorem pœnam imponens cenſeatur correctum.*

2 *Dictio taxatiua an correctionem inducat.*

STatutum † vnum ſi pro maleficio imponeret pœnam mille librarum, aliud vero ſtatutum pro eodẽ maleficio imponeret pœnam quingentarum librarũ tantum, per hoc non cenſetur correctum aliud ſtatutum, imponens mille librarum pœnam, ſecundum Bar. eleganter *in l.* 3. §. *cum Titio ff. de adim. leg.* quem ſequitur Alex. *in l.* 1. C *de bon. poſſ. contra tab.* Are. *conſ.* 27. *col. pen.* Corn. *conſ.* 172. *col.* 3. *li.* 4. Dec. *in l. x tal* 18. *verſ. vlt. non obſtat. ff. de offic. eius*, & *in l.* 1 *col.* 3. C. *de bon. poſſ. contra tab.* vbi ait, quod hoc procedat; licet verba ſint geminata: quia adhuc per ea nõ inducitur correctio: quod etiam voluit idem Dec. *conſ.* 281. *in fin.* allegans Alex. *conſ.* 120. *col.* 2. *lib.* 4. ſed contrariũ, & male videtur velle idem Dec. *conſ.* 2. *col. pen.* 1

§ Et quod per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris, voluit Rom. *conſ.* 456 *colum.* 2. Dec. *conſ.* 87. *col. fin.* Iaſ. *in d. l.* 1. C *de bon. poſſ. contra tab. colum. fi.* Veruntamen contra iſtã partẽ arguit idẽ Iaſ. *in d. l.* 2 *ff. de off. eius, col.* 2 & *in d. l.* 1. *col.* 3. *ff. ſi quis in ius vocat. non iuerit.* & *in l. ſi conſtãte ff. ſol. matr. col.* 15. *verſ. quarto adde.* vbi ait, quod imo induci debeat correctio iuris, ex quo alias diſpoſitio taxatiua nihil operaretur: quia ſumitur argumentum à contrario ſenſu, & ad correctionẽ iuris cõis, quãdo alias in ſenſu directo nihil operaretur: tãdẽ audacter fatetur ipſe Iaſ. quod in practica difficile eſſet obtinere contra Bar. ex quo non habemus contradicentem: & ſic iſta Bar. opinio eſt communis: vt per Doct. ſupra citatos.

OPINIO DCCLIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum vltimum, an debeat diſtingui, & interpretari ſecundum ſtatutũ antecedens.* 2. *Aliter-*

2 *Alternatiua, vel de iure, vel ex forma ſtatutorum reſoluitur quandoque in coniunctam, ex mente ſtatuentium, vt euitetur correctio & contrarietas.*

3 *Statuto præcedente, & ſubſequente, contrariis inter ſe exiſtentibus, an per poſterius tollatur primum.*

1 STatutum vltimum debet diſtingui, † & interpretari ſecundum ſtatutum antecedens: cum vnum ſtatutum declaretur per aliud, *l. non eſt nouum. ff. de legib. l. ſi ſeruus plurium. § ſi ff. de leg. 1.* Bar. in *l. 1. § 1 ff. quod vi, aut clam,* Pariſ. *conſ. 54. num. 10. vol. 2.* Nec præſumitur correctio antecedentis ſtatuti, quando non conſtat de mente ſtatuentium eos voluiſſe corrigere antecedẽs ſtatutum, ſecundum Io. de Imol. *in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matr.* quem ſequitur Alex. *conſ. 107. num. 6. vol. 5.* & Iaſ. poſt Glo. communiter approbatam, & alios Doct. *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogan.* vbi Iaſ. *nu.* 4. qui dicunt, cum non conſtat de mente condentis legem nouam, quod voluerit corrigere legem antiquam, quod lex noua tunc, etiam generaliter loquens, diſtingui & intelligi debeat per iura antiqua, allegãt iura, de quibus ibi per eos. Cõ. opi.

2 Hinc † Pariſ. *conſ. 44. nu. 9. cum tribus ſeq. vol. 1.* in terminis ſtatuti Bononienſis *ſub rub. de præcep. facien. & cet. ne illud contrarietur ſtatuto ſub rub. de cauſa redactionis laudi ad arbitrium, & cæt.* dixit alternatiuam, *vel,* in ſtatutis reſolui in copulatiuam, ne vnum ſtatutum contrarietur alteri. Prædictiſque † accedunt aurea dicta per

3 Bar *in tract. de reprimen. in ver. non obſtantibus,* vbi dicit, quod ſi ſtatutum præcedens, & ſubſequens eſſet omnino contrarium, per ſecundum tollitur primum: ſi vero alia limitatione, vel diſtinctione adiuuari, & concordari poſſint, nunquam primum ſtatutum tollitur per ſecundum.

OPINIO DCCLX.

SVMMARIVM.

1 *Statuta tria, vnum deferenti arma, alterum inſultant & tertium vulnerant, eandem pœnam, 100. videlicet librarum, infligentia, ſi in vna perſona concurrant, an triplex vel vna tantum pœna debeatur.*

1 STatuta tria, † vnum puniens, in Ciuitate arma ferẽtem pœna centum: aliud puniens inſultantem eadem pœna cẽtum, & tertium ſtatutum in eadem met Ciuitate, puniens vulnerantem pœna centum, intelligantur: & interpretantur, vt ſi euenerit caſus, quod Titius vulnerauit Mæuium cum armis, non puniatur pœna 300. videlicet, pœna centum pro armis, pœna centum pro inſultu, & pœna centum pro vulnere: quia portatio armorum, inſultus, & vulneratio confunduntur: vt per Glo. notabilem, & ſingularem, *in l. qui de crimine. C. de accuſ.* quam ſequuntur omnes Scriben. communiter ibi, vt de iſta communi atteſtatur Iaffred. *in deciſ. 95.* Idem tenet Bar. *in l. quemadmodum. §. illud. ff. ad l. Aquil.* & *in l. inficiando. §. illud ff. de furt.* circa ſ. Ioan. And. *in add. Spec. in titu. de homicid. ſuper rubr. vbi vulgata eſt quæſtio,* Bal. *in l. quicunque. C. de ſeruis fug. col. 1. in l. diuortio. column. 2. ff. ſol. matr. & in l. aduerſus. in fin. C. de furt.* Anchar. *conſ 272. de titulis &c. col. pen* Gand. *in tract. maleficiorum, ſub rubr. de pœnis reorum, col. 19. ver. pone inſuper &c.* Abb. & alii *in c. 1. de pœnis ext.* & Alber. de Roſa. *in tract ſtatutorum in 2. par. q. 29.*

OPINIO DCCLXI.

SVMMARIA.

1 *Statutum prohibens rei immobilis alienationem in forenſem, valet. Et eſt fauorabile. n. 2.*

3 *Et an habeat locum in domuncula, & capanna, ſeu tigurio paſtorum.*

4 *Statutum puniens comburentem domum, an in comburente domunculam, vel tigurium locum habeat.*

5 *Etiam pro vnico ouo actio furti datur.*

6 *Diogenes in dolio habitare ſolitus.*

7 *Domus appellatione etiam capanna ſeu tigurium venit.*

STatutum † prohibens alienationem in forenſem, valet & tenet, ſecundum Bart. *in l fin. col. fin. C. de ſacroſan. eccleſ.* Bald. & Ang *in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam.* Bart. Angel. Imol. Alex. Iaſ. & cæteros omnes cõmuniter, *in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1.* Alex. *conſ. 58. col. fin. vol. 1. conſ. 154. vol. 3. conſ. 53. vol. 3. & conſ. 126. col. 1. vol. 5.* Ioan. And. Anch. Domin & Francum, *in c. fin. de immun. eccleſ. lib. 6.* Ruinum *conſ. 49. circa fin. vol. 3.* & Tiraq. cum aliis copioſe ſignatis per eum, *in tract. de vtroque retract. in præfatione. num. 14.* & Dec. *conſ. 661. nu. 1.* & Rip *num. 79 in d. §. Diui.* vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem. Et † huiuſmodi ſtatutum prohibens vendere extraneo, aut forenſi, non ſolum tenet, vt ſupra, ſed fauorabile eſt etiam, tanquam principaliter conditum ob publicam vtilitatem, vt poſſidentes bona immobilia ad onera grauari poſſint, atque exactio illorum facilior ſit, ſecundum Alex. *conſ. 116 col. pen. vol. 6.* Paul. Caſtren *conſ 142. col. 1.* Signorolum *conſ. 21. num. 3. & 5.* & Ripam *in reſponſo. 2. num. 11. & in d. §. Diui nu. 79. 80. & 102.* Et cum ſtatutum hoc variis, diuerſiſque interpretationibus neceſſariis egeat, ideo vide Io. Cephal. *conſ. 161. vol. 2.* illud ibi fuſiſſime declarantem. 2 Cõ. opi.

Licet † autem valeat, & fauorabile ſit ſtatutum ꝓhibens rem immobilem alienari in forenſem, interpretatur tamen & intelligitur locum non obtinere in domuncula, ſeu caſaleno, ſiue parua domo, vel in capanna ſine tecto, ſeu parietibus, vt per Ange. Imol. & Alex. *in l. ſenatus, §. Marcellus, ff. de leg. 1.* Iaſ. *in l. ſciendum, nu. 10. ff. qui ſatiſdar cogan.* Corn. *conſ. 206 num. 11. vol. 3.* Ant. Corſet. *in tract. minimis, in 1. par. ſub num. 13. in fine.* Marſil. *in l. ſicrem, colu. 3. ff. de ſicar. & in ſing. 276. parum.* Rom. *ſing. 334. hodie quidam procurator,* Staphilenm *in tract. de gratiis expectatiuis, & aliis literis gratiæ, & iuſtitiæ, fol. 28.* & Tiraquel. *in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo, in princip fol. par. 11. verſ. huc accedit, quod plerumque. per textum in d. §. Marcellus,* vbi appellatione domus, non venit domuncula. Et ratio ea eſt, quia de minimis, & modicis non eſt curandum, *l. ſcio ff. de reſtit. in integrum, & in l. ſi olenm, §. fin. ff. de dol mal.* & Ant. Corſet. *in tract. de minimis, in 1. par nu. 3. & ſeq.* vbi ponit pro regula, cũ 79. exemplis vtiliſſimis. 3

Item † ſtatutum puniens comburentem domum, non habet locum in comburente domunculam, ſeu in ea inſultum facientem, vt per Alex. *in d. § Marcellus,* in contrariam vero ſententiam, tanquam ſacroſanctiſſimam, inclinauere Bald. *in l 1. §. exercitoribus, ff. Naut. caup. ſtabul.* Iaſ. *in c. 1. col. 8. in 4. fallen. titu. qui feud. dar. poſſ.* Dec. *in c. de appellationib. nu. 9. de appellat.* & Tiraq. *in loco præmemorato,* vbi hanc aſſignat rationem, quia eadem militet ratio in domo, quæ militat in domuncula, cũ præbetur anſa rei illicitæ, & Apoſtilla ad Bal. *in c. 2. de duob fratrib. de noua benef inueſt. in littera B. in vſib feudorũ,* vbi aſtruit, etiam hoc eſſe notandum, ac etiam facere text. *in l. Scapham. ff. de euictionib.* ibi, *Scapham per ſe paruã nauiculam eſſe.* Imo poteſt allegari altera etiam ratio ꝓ confirmatione opinionis prædictæ Baldi, & ſequaciũ, † quod etiam pro vno ouo detur furti actio, ita Gl. *in §. gallinarum, Inſtit. de rer. diuiſ* & Dec. *in d. c. de appel. nu. 8.* allego etiã tex. in terminis pro ſuſtentatione præſentis opinionis cõis contra Alex. *in l. ſi proprietarius, ff. de damno infect.* vbi modicum etiam damnum præſtatur. 4

5

6 Allegari † quoq; poteſt alia ratio palpabilis, quod Diogenes Philoſophus Cynicus, vt narrant non pauci Scriptores, aſſuetus fuerit inhabitare dolium pro ampla domo, ſi aliquis illud combuſſiſſet in loco in quo huiuſmodi viget ſtatutum, idque in eo non procederet, foret certe res ridicula, & iniuſtiſſima. Nam Diogenes ipſe familiariter ab Alexandro magno ſalutatus, cum Corinthi verſaretur, & ad ſolem expoſitus eſſet, ſolem impediente Alexandro, rogauit eum, atteſtante Plutarcho in *vita Alexandri magni*, vt ex ſole recederet. ob quod admiratus, ac delectatus Alexander, hæc verba coram populo protuliſſe fertur. ego profecto, niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe vellē. Vnde ex his, & aliis, fuit deciſum, ac determinatum in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Moliſi anno 1584. me aſſidente in ea tunc auditore A. inquiſitum, accuſatumque de combuſtione cuiuſdam capannę, ad reſarciendum damnum totum illatum teneri, atque ad exulandum à tota prouincia per triennium continuum, condemnandum eſſe.

7 Et de hoc mirandum vtique non eſt, † quia appellatione domus venit etiam capanna, vt per Glo. in §. *cum in ſuo ſolo, in ver. appellatione, inſtit. de rerum diuiſ.* quæ licet determinet, quod appellatione domus veniat quoque capona, nihilominus ibi Gloſſella explanat, alias capanos, prout hoc idē videtur approbaſſe Ro. in *l.1. § domini. ff. ad Senatuſconſ. Syllan. & in l. cum qui ædes. ff. de vſucap.* & Bal. in *c. 2. de duob. fratr. de nouo benefic. inueſt. poſt principium, verſ. ſed nunquid capanna dicatur caſa, vel domus, in vſibus feudorum*, vbi concedit, quod attendatur communis loquendi vſus, quid veniat appellatione domus, & aſſentitur quoque Corn. *conſ. 206. ſub num. 11. in fine, vol. 3.* prout huiuſmodi loquendi vſus communiter, & vniuerſaliter inductus eſt in tota prouincia Apuliæ, ad fauorem omnium Garganorum, & paſtorum, conſtruētium capannas in locis illis aſſignatis à regia doghana, cum ipſi toto tempore hyemali in illis habitent cum dominorum ſuorum animalibus, & victualiis, ita vt capannæ reperiantur ad inſtar domorum conſtructæ, quia quolibet anno gargani, & paſtores cum ſuis familiis in illis capānis habitare toto tempore hyemali conſueuere, & in illis tunc ſimiliter citantur in regia doghana, in cauſis ciuilibus, & criminalibus, tanquam in domibus ſolitæ habitationis, quæ citatio, & intimatio fieri ſolet in ipſis capannis ſeruata norma regiæ conſtitutionis, *citationis litteræ*, ideſt concurrentibus duob. requiſitis, primo quod citandus inueniri non poſſit, ſecundo itidem, quod publice, & alta intelligibilique voce citentur, vt qui reperiuntur in capannis audiant extra, prout hæc forma traditur quoque *in c. venerabilis, de dolo.* Et ſic domus appellatio includit ſimiliter habitationem, vt per Paul. Caſtren. *conſ. 211. viſo puncto ſuprascripto. & conſilio, vol. 1.* per notata *in l. cum antiquitas. C. de vſufruct.* Et tanto magis cum ipſa loca aſſignentur ipſis garganis, & paſtoribus, ſeu potius eorum dominis à regia doghana pro habitatione, & pro paſculis animalium hinc etiam habitare quis dicitur etiam conductam domū, vt eſt textus *in l. 1. in fine, verſ. habitare. ff. de his qui deiec. & effud.*

OPINIO DCCLXII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum imponens pœnam vendentibus rem immobilem forenſibus, non excuſat hæredem, damnatum à teſtatore in teſtamento ad vendendum.*

STatutum † imponens pœnam vendentibus rem immobilem forenſibus, non excuſat hæredem damnatum à teſtatore in teſtamento vendere: quia ob præceptum teſtatoris de vendendo forenſibus, non excuſatur hæres à pœna præfati ſtatuti *l. ſi natus ff. de* [illegible] *1.* & ita tenent omnes Scriben. communiter, *in l. cæter. §. ſi. eod. tit.* vbi Doct. de iſta communi audacter atteſtantur, & Iaſ. *in l. iuſte poſſidet. num. 18. & ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ.*

¶ In contrariam vero partem inclinauit conſulendo, cum aliis relatis per eum, Lauren. Sylu. *conſ. 26. n. 17.* tamen quidquid ipſe ſuadeat, ſequor communem præmemoratam.

OPINIO DCCLXIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod inuentum nocte cum armis puniatur certa pœna, intelligitur ſi deprehendatur, non autē ſi teſtibus conuincatur.*

2 *Statutum præcipiens, ne quis vat nocte ſine lumine, vel cum armis, ſub certa pœna, comprehendit etiam fœminas.*

3 *Statutum dictans, neminem audiendum cum exceptione, quod pactum ſit nullum, comprehendit etiam fœminas.*

4 *Statutum prohibens veſtes, vel alia ferri ſub pœna, non punit niſi deprehenſos cum veſtibus.*

5 *Statutum puniens portantes veſtes vetitas certi valoris, non punit, nec comprehendit mulierem, quæ veſtem conficicurauit, ſed non tulit.*

6 *Statutum cauens, vt inueniens bannitum, conſequatur 100 florenos, non habet locum in eo qui inuenit ſimpliciter, ſed non apprehendit bannitum.*

7 *Statutum præcipiens, vt ludens teſſeris puniatur aliqua pœna, non punit teſtibus conuictum, ſed deprehenſum in ludo tantum.*

8 *Statutum puniens repertum nocte in ædibus alterius, non punit viſum ædibus, ſed deprehenſum tantum.*

9 *Statutum puniens adulterantes, lanificia non punit niſi deprehenſos.*

10 *Statutum puniens ferentes arma non habet locum in portantibus cultrum vel ſcalpellum, ſcindendo pane, vel calamus aptatu.*

STatutum diſponens, † inuentum nocte cum armis 1 puniendum certa pœna: intelligitur duntaxat de deprehenſis cum armis, non de conuictis per teſtes: & ſic in caſu præterito, teſtibus conuictus, non incidit in pœnam ſtatuti, vt per Bar. *col. 7.* Aug. Imol. Caſtren. Rom. Alex. Aret. & alios magis communiter *in l. 1. ff. de acquir. poſſ.* Marſil. *in l. qui falſam monetam. num. 33. ff. ad l. Cornel. de fal. in l. ea quæ cum telo. num. 45. C. ad leg. Cornel. de ſicar. & in ſua practica crim. in §. pro complemento. num. 24. & in ſing. 395. dubitarunt Doct. &c.* in quibus locis refert omnes Doct. in contrariam ſententiam inclinantes: tamē opinio Bar. & ſequacium videtur communis: vt atteſtatur Iaſ. & Ripa. *nu. 53. & ſeq. in d. l. 1.* & Soc. & Modes. *in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poſſeſſ.* Ang. de Aret. *in tract. maleſ. in ver. dictum Andreas armatum. num. 7.* & Chaſſan. *in conſuet. Burgundiæ rub. 1. §. 1. in ver. Aduenues, & traaes*, vbi ait ita fuiſſe iudicatum Mediolani, cum ipſe ibi eſſet aſſeſſor. Et licet contrariam partem ſuſtinere conetur Bart. Roma. *in d. l. 1. de acquir. poſſ. num. 162. cum aliis ſequent.* aſſerens, ibi, eam eſſe veritatem: tamen in deciſiuis noli recedere à præmemorata communi, tanquam iuriſſima, quam dicunt obſeruari in practica Io. de Imo. & Rom. *in d. l. 3. § Neratius ff. de acquir. poſſ.* & facit *l. nunquam. § theſaurus ff. de acq. re domin. & l. ſi Barſatoram*, & ibi Bal. Ang. & alii omnes. *C. de fideiuſſ.*

2 Imo † amplia etiam ſtatutum præcipiens, ne quis eat nocte ſine lumine, vel cum armis, ſub certa pœna, comprehendere etiam fœminam, ſecundum Cyn. & Bal. *in l. quicunque. C. de ſer. fugit. colum. 5.* Marſil. *in* [illegible]

vaſ

*vnica,num.*266. *C de raptu virg.* & Socin. nepotem *conſ.* 3.*n.*91.*lib.*1.*& in conſ.*3.*n.*19 *eod.lib.*

3 Idemque videmus in ſtatuto diſponente, † neminem audiendum volentem exceptionem opponere, quod pactum ſit nullum, quod tale ſtatutũ comprehendat etiam fœminam, vt voluit Bald. *in l.in multis. ff de ſta.hom.* quia ſtatutum loquitur in materia, quę eſt par maribus, & fœminis, in qua viget eadem ratio *l.ſi. C.de indic.vid. tollen.*

4 Idem † etiam obtinet in ſtatuto prohibente ſub certa pœna, ne mulieres ferant veſtes precioſas, gemmas, margaritas, & ſimilia, niſi ſint nobiles, vel illuſtrium maritorum vxores, quemadmodũ extat pragmatica etiam in Regno Neapol. promulgata anno 1559. ſuper veſtium & caligarum permiſſione, refrenatione, ac moderatione, ſub pœnis in ea expreſſa, & poſita in libro pragmaticarum, *tit. de veſtium, & caligar. in moderatione, & prohibitione. pragmatica.*1 *cum* 4 *ſeq* & tũc ferens veſtes probibitas, vigore prædicti ſtatuti, & pragmaticæ, non incidit in pœnam, niſi deprehendatur cum rebus vetitis, ſecundum Angel. *in auth de ſanc. epiſc. § reuerendiſſimi. col.* 9. Bald. *in §. item lapilli, Inſtit de rerum diuiſ.* & Albet. poſt Iacobum de Aret. *in l. quod ait lex de adult per illum tex.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Ant. Gomeſ. *in l. Tauri.* 45 *num.* 50. & Iulio Claro *in pract. crim recept. ſentent. §. fin. quæſt.* 82. *ſub ſtatuto* 6.

5 Simili † etiam modo ſtatutum puniens ferentes veſtes vetitas certi valoris, non punit, nec comprehendit mulierem, quæ veſtem talem confici curauit, ſed non portauit, & ſic incidit in pœnam ſtatuti, ſecũdum Felyn. *in tract. de conatu*, poſt Dominicum, *in c. auaritiæ. col fin. de elect. in* 6. & ſequitur Marſil. *in l. qui falſam monetam. nu.*19 *ff. ad leg Corn. de fal.* vbi ponit alium caſum ſimilem.

6 Idemque † concludendum eſt in ſtatuto cauente, quod inueniẽtes bannitum, conſequatur 100. florenos: tunc profecto nõ ſufficeret inueniſſe bannitum, niſi etiam apprehenderetur, ad 100. florenos conſequendos, vt voluit Alber. *in l.licet. C. de acquiren. poſſeſ.*

7 Idem etiam dicendum eſt in ſtatuto, † pręcipiente, quod inuentus in ludo teſſerarum certa pœna puniatur, vt ſi non ſit in ludo deprehenſus, quamuis teſtib. conuictus ſit, nulla pœna coerceri poſſit, vt firmauit Albet. *in d.l. quod ait lex, & in* 2. *par. ſtatutorum. q.*118.

8 Idem quoque obtinet in ſtatuto, † puniente noctũ in alterius ædibus repertum: quod videlicet ſi viſus ſaltem ſit in ædibus, non autem deprehenſus mulctãdus non ſit, vt plene conſuluit Alex. *conſ.* 24. *animad-*
9 *uerſis. col.*9. *vol.*2. Item † Veronenſis *conſ.* 13. *Spectabiles domini pratores col.* 1. dicit ſe defendiſſe quendam, qui adulterauerat laneficium cõtra ſtatuti prohibitionẽ, ita vt nõ fuerit punitus, licet laneficium adulteraſſet: quia hoc caſu etiam neceſſario adulterantis deprehenſio requiratur.

10 Poſtremo † ſtatutum puniens ferentes arma, interpretatur nõ habere locum in paruis cultellis adaptatis ad ſcindendum pennas, vel panem, & ſic de illis non intelligitur aliquo pacto, ſecundum Glo. *in verſ. Cultellis, in auth. de arm.* quam ſequuntur, dicuntq; ſingularem Aret. *in tract. maleficior. in ver. Vno ſtocco ferreo, poſt princ.* Ioan. de Platea *in l.*1. *C. vt vſm arm. lib.* 11. Ang. *in l.*1. *ff ad leg. Iul. de vi pub.* Alexan. *in l. fin. eod. tit.* Ioan. de Anan. *in c. lator. in princ. de homicid.* Rom. *in l.*1. *§. occiſorũ. ff. ad Syllan.* Corn *conſ.* 77. *col. fin. vol.* 2. Cotta *in memorab. in ver. Armorum offendibilium appellatione*, & Ioan. de Arnono, *in ſolilog.* 71. *Regni conſtitutio.*

OPINIO DCCLXIV.

SVMMARIA.

1 *Statutum imponens certam pœnam, inſligenti alterẽ vulnum, an cenſeatur multiplicare pœnam, ſi quis vnico ictu, bidente vel tridente, duo vel tria vulnera inflixerit.*

2 *Statuto diſponente quod alapam alteri inſligens puniatur in centum, an tres alapas inſligens eodem impetu, vna pœna tantum teneatur.*

STatutum † imponens pœnam centum ducatorũ, vel minorem, ſeu maiorem pecuniariam, vel corporalem, percutienti aliquem, quomodo eſt intelligendum, ſi Titius vulneraret aut percuteret Sempronium, vno ictu, cum bidente vel tridente? dic quod hoc caſu, vigore prædicti ſtatuti, non debeat puniri, niſi de vno vulnere, ſecundum communem opinionem, quæ ſeruatur in practica quotidie, vt meminit Ang. Aret. *in tract. malefi. tor in ver. & ipſum Titium, num.* 111. & ibi Auguſt. *in add.* & Marſil. *in l. ſi in rixa. nu.* 15 *ff. de ſicariis. & in pract. crim. in §. pro complemento. num.* 19. in quibus locis nonnihil aperit mentem dicti ſtatuti. 1

Et † quemadmodum ſtatutum hoc non multiplicat pœnam contra percutiẽtem: ita etiam ſtatuto diſponente, quod inſligens alapam alicui, puniatur in 100. ſi quis eodem impetu, & ſic ſimul, & ſemel inflixerit tres alapas, nõ punietur pro pluribus alapis, ſed vnica tantum pœna: ſecus vero ex interuallo, ſecundũ Abb. *in c.*1. *de pœn.* & Barbat. *in c.*1. *quod met. cauſ in c. fin de raptor & in c in præſentia. de probat* & eſt text. & ibi Bar. *in l. illud § ſi idem. ff. ad leg. Aquil* & Bal. *in l quoties. § ſi quis poſtea. ff de hæred. inſtit.* vbi allegat Gl *in l.*3. *ff. de crimine ſtell. in ver. Plurima. C de accuſ.* 2

OPINIO DCCLXV.

SVMMARIA.

1 *Statutum prohibens efferri frumentum è ciuitate, habet locum in efferente farinam.*

2 *Statutum vetans exportari vinum extra territorium, cõprehendit etiam extrahentem vnum barile tantum. Et puniens amouentem pecuniam vniuerſi atis, procedit etiam in amouente vnum tantum denarium. Et quæ ratio. nu.* 5. *&* 6.

6 *Dieta eſt duplex, vulgaris & legalis, & vtriuſque deſcriptio.*

7 *Statutum puniens repertum vel deprehenſum efferre frumentum è territorio, an puniat non ſolum perſonaliter deprehenſum, ſed etiam teſtibus conuictum, & num* 9.

8 *Statutum ſecundum ius commune interpretandum.*

10 *Statutum prohibens ſub pœna efferri frumentum equo, aſino, vel curru è territorio, habet locum etiam in exportante ſuper humeris vel collo bouum.*

11 *Statutum puniens efferentem frumentum è territorio. non comprehendit eum qui ante conditum ſtatutum efferre cœpit, & in actu extrahendi repertus fuit tempore publicati ſtatuti.*

12 *Statutum prohibens, & puniens extrahi frumentum è territorio nõ habet locum in extrahente proprii vſus cauſa. Et an in eo eius iuramento ſtetur. nu.*13. *&* 14.

15 *Vectigal, ſeu datium ſoluendum non eſt pro rebus, quæ pro vſu proprio, & familia vehuntur, & conſuetudo contraria non valet. nu.*16.

17 *Statutum prohibens efferri annonam è territorio non ligat eccleſias, & clericos, quin poſſint extrahere annonã quam colligunt ex prædiis ſuis.*

18 *Statutum prohibens efferri frumẽtum è territorio ſub pœna, locum habet in extrahente originaliter è tali territorio, ſecus ſi aliunde allatum per territorium efferretur.*

19 *Statutum prohibens apportari vinum in ciuitatem, collectum extra illius fines, non comprehendit eccleſias, & clericos.*

20 *Statutum puniens ementes & efferentes frumenta è territorio, an liget ignorantes.*

21 *Statutum in dubio eſt interpretandum, ne comprehendat foreſes.*

22 *Conſuetudo immediate compulſiua, & prohibitiua, aut pœnalis, an extendatur ad forenſes.*

23 *Statutum pœnale prohibens exportationem frumenti è territorio non ligat minorem.*

1 STatutum prohibens, † efferri frumentum è ciuitate, amplia, ac intellige habere locum etiam in efferentibus ſaccoam, ſecundum Bart. *in l. quæſitum. §. illud. ff. de legat 3. & in l. Cæſar. la 2. nu. 16 ff. de publ. & vectig.* Iaſ. *in l. non dubium. num. 40 & 45. C. de legib.* Boſſa. *in tract. maleficior. in rub. quod ſit accuſatio col. 16. verſ. quidam.* Maranta *in tract. de iudic. in princ. num. 10.* & Ripa, *in tract. de peſte, in tit. de remediis ad conſer. vbertatem. nu. 75.* vbi atteſtatur hanc eſſe commuoem opinionem, & Gandinus, *in tract. malif. in rubr. de rebus non portandis contra denotum. nu. 4.*

2 Ampliia ſecondo, † quod ſtatuto diſponente, non poſſe exportari vinũ è territorio ſub pœna, nequeat vigore ſtatuti extrahi vel voum buchale vioi, vt voluit eleganter Bald. *in l. Barbarum. C. quæ res expor. non poſſ* Afflit. *& conſtit. magiſtrat ſyndicatios in 6. nota.* Barbat. *conſ. 57. vol. 1. in l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig.*

¶ In eootrariam vero partem, ſed male inelinauit Iaſ. *in l. 2. num. 26. ff. de iuriſdict. omn. iud.* & Tiraq. *in tract. de indic. in rebus exig. ferendo, in limit. 32. ſol. par. 53.*

¶ Et ſic ſtatutum prohibens extrahi vioum, comprehendit etiam voam metretam, ſeu amphoram, vt ſupra, cauſa guſtus. & huic opinioni videntur accedere Doct. omnes, & præſertim Iaſ. reuocando ſententiam in melius *in l. non dubium. col. 11. C. de legib.* & incertus auibor, *in tract. de crim. læſæ maieſtatis, quæſt. 8. nu. 3.*

Quæ qoidem † opinio Bal. & ſequacium ita retenta,
3 & amplexa, comprobatur primo ex eo, quod ſtatutum puniens amouentem pecuniam communis, obtineat etiam locum, in amouente voum tiotum denarium, ſecundum Aog. *in l. ſi quis dederit. §. prætor in fin. commen. ff. de acq. hered.*

Secundo, † ſimiliter comprobatur, ex eo, quod
4 modica, ſeu minima contrauentio, maxime præiudicet, cum adeſt iuramentum, vt per Fulgoſ. *conſ. 213. & facto.* & Cuma. *conſ. 179 facta fuit*, & Parpaliam, *in repet. l. ſi quis maior, col. pen. qu. 11. C. de tranſact.*

Tertio † fulcitur etiam per id, qood prohibitio ne
5 quis extrahi poſſit vltra dietam, *c. ſtatutum. § cum autem, de reſcript. in 6. & ritu Regni 141 item quod Curia, & altera ipſarum*, vbi prohibet expreſſe, audientiam teſtiũ infra voam dietam committi, & ibi D. Carauita, *nu. 1.* procedat etiam, babeatqoe locom, etiam ſi modicũ vltra dietam quis extrahatur, ſecondum Gloſſ. *in verbo, Remotus.*

Et aduerte, † ne ignorentur termini præſentis ſpe-
6 culationis, quod dieta duplex ſit, videlicet vulgaris, & legalis. vulgaris enim babetur, intelligiturque, ſecundum conſuetudinem regioois: legalis vero dicta contioet viginti miliaria: & ſic illa intelligitur de viginti miliaribus, *l. 1. & ibi Doct. omnes ff. ſi quis caut.* Glo. *in c. nonnulli de reſcrip. in verſic. vltra duas dietas*, & ibi alii Doct. Bart. Cep. *in l. in ſtipulatione qu. 8. ff. de verb. ſignif.* & D. Carauita *in ritu 141. ſub nu. 1.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Sed aliquando dieta accipitur pertinere vnius diei, vt ex [illegible] Dec. in notabili quæſtione, *in c. cum olim. n. 6. cum aliis ſeq. de except.*

Amplia tertio loco ſtatutum, † puniens inuentum 7
exportare frumeotum è territorio vel ciuitate interpretari, & extendi, vt puniat non ſolum perſonaliter deprehenſum, ſed etiam teſtibus conuictum, ſecundum aliqoos Doctores *in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* & præſertim Iaſ. *ibi. nu. 88.*

Et † quod hoc caſu locus ſit pœnę, apparet: quia 8
ius commune punit babeotem, ſeo ferentem arma, extrahentemque victoalia, ſecundum ius commuoe ſtatutoni hoc ioterpretandom eſt, cum ius ipſum cõmune ioſequatur *l. 2. C. de noxal. act. vbi Scriben.* Pariſ. *conſ. 98 num 43. vol. 1* Gomeſ. *in §. in perſonam. num. 15. Inſtit. de act.* Grauet. *conſ. 236. num. 9.* Soc. Iun. *conſ. 29. n. 8. vol. 1.* & hanc ait eſſe veram opinionem Franciſc. Ripa. *in tract. de peſte, in titu. de remediis ad conſer. vbertatem. num. 104.* vbi eam ſequitur, commendat, celebrat, & ab omnibus fere contrariis tuetur. Eſt bene verum, quod Illuſtris D. Iulius Clarus *in pract. crimin. lib. 5. §. fin. qu. 82. ſtatuto 7. num. 43 & ſeq.* citando bunc locum, & animo conſilium meum improbandi affirmet, cõmunem ſententiam eſſe in contrarium, prout de ea ad ſaturitatem mentionem fecimus ſupra fuſiſſime, *in Opinio. 363. Statutum diſponens inuentum nocte.* quem locum ſupprimere voluit Clarus, forſan credẽs afferre rem nouam.

Imo † idem Ripa, *vbi ſupra* ampliat hoc dictom et- 9
iam procedere, ſi ſtatutum puniret apprehenſum frumentum exportare: quia hoc caſo comprehenderet etiam teſtibus conuictum, vt per Glo. *in l. vbi Senat. vel clariſſ.* & iſta Glo ab omnibus Scribeo. communiter approbatur: vt refert Franc. Ripa *vbi ſupra nu. 105.* quia in caſu ſtatuti huius, paria ſunt apprehendere, vel cooiuincere.

Amplia quarto, † quod ſtatutum iohibẽs, ſub pœ- 10
na efferri frumentum ſuper equo, aſino, vel curru è territorio, habeat locum etiam, ſecundum Saly. *in l. ſi ſeruus. num. 24. & ſeq. C. de noxal.* in portante frumentum ſuper humeris propriis, vel collo boom, & rationem ibi aſſignat: quia ſtatutum cooſiderauit factum exportationis, oon autem modum exportandi: & expreſſio facta de equo, aſino, & curru, eſt facta cauſa exempli.

Limita † primo loco præfatum ſtatutum, puniens 11
efferentem frumentum è territorio non comprehẽdere eum, qui ante conditum & factum ſtatutum incepit efferre, ſed antequam efferretor paulum moratus fuit: & interim ſtatutum factum, ſeu publicatum fuit, idque reſciuit, ſed nihilominus prout iocepetat, frumentum extraxit. Ratio autem cur extrahens hoc caſu oõ puniatur aliqua pœna eſt, quod initium ſpectetur iſto caſu, non autem id quod poſtea ſuperuenit, vt voluit Ioan. And. Aochar. Ant. Bal. & cæteri omnes, *in c. cognoſcentes. de conſt.* & horum doctrinam dicit eſſe commuoem Betous *ibi. num. 2. & ſeq.* licet de ea nonnihil dubitet, nonnulla io contrarium adducendo: tamen eſſet ponere os in coelum, ſi vellem recedere ab hac communi ſententia, quę res ipſa eſt adeo vera: vt eius ratio, ſeu veritas, tanquam fundata *in l. Cæſar. ff. de public.* tergiuerſari non poſſit aliquo modo: prout eandem opinionem ſequitur etiam Alex. *conſ. 7. viſo themate, & ſtatuto ſupra ſcripto, num. 2. lib. 3.* vbi ponit poſt Imol. *in d. capit. cognoſcentes*, intellectum communem *ad l. Cæſar.*

Limita † ſecundo dictum ſtatutum, prohibens, & 12
puniens extrahi fromentum è territorio, non habere locum in extrahente, ſui vſus cauſa, ſecundum Bal. *in l. cum proponas. C. de naut. fun.* Imol. *in l. cetera §. fi. ff. de leg. 1* Marſil. *in ſing. 86. ſtatutum fit à Principe.* & Iaſ. *in d. l. cætera § ſed ſi quis ad opm. ff. de leg. 1. num. 7.* vbi hanc

eſſu

13 eſſe communem opinionem affirmat. Sed † caſu eueniente, vt facile te poſſis extricare à præſenti labyrintho, ſeu diſcrimine: aduerte, quod probetur res efferri propter vſus cauſa, & pro neceſſitate, mediante iuramento efferentis: & ſic ſtatur hoc caſu eius iuramẽto, ſi id veriſimile foret, alias non, ſecundum Bal. *in l. 3. C. de naut. fœno.*
14 Et facit † Glo. *in Clem. fin. de cenſib.* concludens iuramento probari clericum ferre res cauſa ſui vſus, ſuæque familiæ, niſi rerum, & perſonarum qualitas aliud ſuadeat, ſecundum Cardin. *ibi in 4. qu.*

15 Et † quemadmodum ferens res pro ſuo vſu, ſuæq; familiæ è territorio, pœnam ſtatuti euitare ſolet: ita etiam portans res pro vſu proprio, & familiæ, de iure ciuili non tenetur ad ſoluendum vectigal, pedagium ſeu datium, *l. vniuerſi. C. de vectigalibus, & commiſſ.* Quid autem ſi pars frumenti ſit pro vſu, & pars non? vide Alberic. *in 1. par. ſtatutorum quæſt. 79.* Et an res pro reficienda, vel conſtruenda domo, dicatur pro vſu proprio, vel non Guid. Pap. *deciſ. 4.* & inuenis ſi eſt immunis à ſolutione gabellæ, etiam emptor erit. Ant. Gabr. *lib. 6. com. opin. concluſ. tit. de legib. & conſtit. concl. 3. nu. 3. in 3. ampliat.*

16 Imo etiam † de iure canonico ſolui non debet aliquo modo pedagium, nec vectigal, nec datium pro rebus, quæ portantur ſeu vehuntur proprii vſus cauſa. Et ſi forte conſuetudo in contrarium extaret, ea nõ valeret: quia irrationabilis foret, ita Hoſtien. *in ſumma. tit. de cenſib. §. ex quibus cauſis, verſ. quid ſi quis faceret portari.*

Limita tertio dictum ſtatutum, † prohibens an-
17 nonam è territorio efferri, nõn obligare, nec ligarẽ eccleſias, quin poſſint extrahere annonam, quã colligunt ex prædiis ſuis, ſecundum Ripam, *in tract. de peſte, in tit. ſuperius citato. num. 121. per c. eccleſia Sancta Mariæ. de conſt.* ¶ Et hoc ampliatur procedere, non ſolum in eccleſia, verum etiam in clericis, vt voluit idem Ripa, *in memorato tract. de peſte,* poſt Bald. *conſ. 298. vol. 2.* & iſta omnia ſequitur, & refert Grammat. *deciſ. 100. nu. 15.*

18 Limita † quarto iſtud ſtatutum, inhibens ſub pœna extrahi frumentum, vt interpretetur, ac intelligatur de extrahente originaliter è territorio prohibito, ſecus ſi aliunde portaretur per tranſitum illius territorii: vt voluit Alex. *conſ. 86. viſa inquiſitione. num. 2. & ſeq. volum. 4.* Bart. Ang. & Ioan. de Imol. *in l. ſi quis poſt hanc. C. de ædific. priuatis.* cum qua ſentiunt omnes Doctores communiter ibi, *& in l. cætera. § ſed ſi quis ad opus. ff. de leg. 1.* præſertim Iaſ. *ibi nu. 21.* vbi aſſignat rationem iſtius concluſionis, & reſtatur de communi: prout ita meminit de eadem communi etiam Barth. Chitius *conſ. 160. Quamuis in cauſa magiſtri Auguſtini, ſub nu. 14. & ſeq. poſito inter conſilia crim. diuerſorum lib. 1. in folio,* vbi ita conſuluit, & Alex. quoque *conſ. 86. viſa inquiſitione, ſub nu. 2. cum aliis ſeq. vol. 4.*

19 Limitatur † quinto, quod ſtatutum prohibens nõ apportari, vel adduci vinum in ciuitatem, collectum extra illius fines, & territorium, non comprehendere clericos, & eccleſias, vt per Feli. Dec. & alios, *in d. c. eccleſia Sancta Mariæ, de conſt.* & ita fuit deciſum, ac diffinitum in Sacro Regio Concilio Neap. caſu, ac lite euenient inter Ciuitatẽ Salerni, & Abbatem Sancti Benedicti: vt refert Grammat. *in d. deciſ. 100. num. 16. cum aliis ſeq.* Et hoc idem refert, & ſequitur Couarruuias *in repet. c. quamuis pactum, de pactis, in §. 4. nu. 8.*

Limitatur † ſexto dictum ſtatutum, puniens em-
20 ptores, vel extractores bladorum è territorio, non ligare forenſes ignorantes, vt puta, quia non diu morati ſunt in dominio ſtatuentium, quo caſu forenſis præſumitur ignorare ſtatuta illius loci, vt voluit Ripa *in tract. de peſte, in tit. de præſer. remed. cont. peſtem, in parte, qua incipit. Deuenio nunc ad modum, & normam vbertatis conſeruandæ. num. 120 & ſeq.* & Gandinus *in tract. maleficiorum, in tit. de reb. non portand. contra decretum. ver. Sed ſtatutum eſt &c.* quia ſtatutum forenſes ligare non poteſt, *l. fin. ff. de iuriſd. om. iud. l. neque. C. qui dare tut. poſſ. & c. animarum. § ſtatutum. de conſt. in 6.*

Et animaduerte, † quod ſtatutum in dubio ita ſit interpretandum, vt non comprehendat forenſes, ſecundum Cyn. *in l. 1. quæſt. vlt. C. quæ ſit longa conſ.* Ioan. Cephal. *conſ. 241. in cauſa illuſtrium, nu. 68. vol. 2.* & Guido de Suza. *in quadam diſputatione incip. Sed pone ſtatutũ, & in alia quæſt. Quæſtio talis eſt, Bononienſis &c.* dicentem, quod ſtatutum ſemper ita debeat arctari, vt extraneus non contineatur, allegat. *l. 1. § fi. ff. quod quiſque iuris.* 21

Et † dicit Bal. *in repet. l. de quibus. ff. de legib. ver. Quarto quæritur, an conſuetudo, &c.* quod conſuetudo immediate compulſiua, & prohibitiua, aut pœnalis, non extendatur ad forenſem, ſed mediante aliquo facto, vel delicto intra territorium commiſſo, bene ligat: quia conſentire tunc videtur, qui deliquit. & idem tenet Specul. *in tit. de conſtit. §. 1.* Ioan. And. *in rub. de cõſuet.* & Alex. late *conſ. 44. vol. 5.* 22

Septimo † interpretatur dictum ſtatutum pœnale prohibens extrahere frumentum de comitatu, quod non liget minorem, ſecundum Roma. *in ſing. ſuo vltimo.* 23

OPINIO DCCLXVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum inhibens efferre frumentum è territorio, an comprehendat etiam efferentes farinam, item panem. n. 5.*
2 *Statutum, ſeu lex pœnalis, vel odioſa non extenditur de vno caſu ad alium.*
3 *Statutum odioſum extenditur ſicut lex ſi tendat ad fauorẽ Reipublicæ.*
4 *Statutum tribuens præmium accuſanti delinquentem extenditur etiam ad denunciantem.*
6 *Statuto prohibente extractionem auri, vel ſimilium rerũ è territorio, ſi reperiantur apud contrauenientem alia moneta, non prohibita inter prohibitas, omnes indiſtincte cenſentur confiſcata. Et an idem ſit in mercibus. nu. 7.*
8 *Statutum puniens retinentem merces in platea, habet locũ etiam in retinente merces in manibus, ſeu in bancho, vel in terra, vel ferente per plateam.*
9 *Statutum prohibens efferre frumentum è territorio ſub pœna amiſſionis, comprehendit etiam extraneum, ita vt perdat frumentum quod effert.*
10 *Statutum inhibens extractionem bladi de dominio, non ligat forenſes, ignorantes veriſimiliter ſtatutum.*
11 *Ignorantia ſtatutorum præſumitur in extero, ſi non diu moratus ſit in territorio ſtatuentium: ſecus ſi commoratus ſit in territorio: tunc enim non excuſatur.*
12 *Ciuis nouellus, qui noniter eſt factus ſubditus ſtatuentium, etiam poteſt prætendere, & allegare iuſtam ignorantiã ſtatuti.*
13 *Statutum diſponens, quod efferens frumentum è territorio puniatur, & animalia ſuper quibus effertur, confiſcentur, non ligat dominos animalium, ignorantes talem extractionem, ac delictum: & hoc caſu extrahens tenetur fiſco ad æſtimationem huiuſmodi animalium.*
14 *Ignorantiam probabilem ſtatuti allegans, ad euitandum pœnam, auditur in delictis ſolummodo: & an ſtatuta pœnalia in delictis comprehendant forenſes.*
15 *Statutum ſuper gabellis ſoluendis, ac iure dohanarum, ac ſuper non extractione frumenti, auri, equorum, aliarumq; rerum è Regno, vel territorio, ligat etiam forenſes, nec poſſunt allegare ignorantiam.*

16 Igno-

16 *Ignorans non ligatur conſtitutionibus nouis, nec decretis, nec bannis ſi probabiliter ignoret: ſecus ſi ſit craſſa, vel ſupina eius ignorantia.*

17 *Statutum prohibens extrahere frumentum è territorio, ligat non ſolum deprehenſos, ſed etiam teſtibus, aliiſue legitimis indiciis conuictos.*

18 *Præſumptio mala militat contra repertum extra viam publicam, ferentem victualia contra decretum, & contra eum qui ingreditur, & egreditur ciuitate aliunde, quam per portam conſuetam.*

19 *Repertus cum rebus prohibitis in via ſuſpecta adeo habet contra ſe ſuſpitionem, vt arbitrio iudicis puniri poſſit, niſi metu hoſtium, vel propter maris impetum viam ordinariam mutaſſet, tunc enim repertus in via prohibita, non punitur. Neceſſitas enim eum excuſat, ſicut excuſat non ſeruantem formam ſtatuti, aliquis neceſſitatis effectus recenſentur.*

20 *Statuto diſponente, quod extrahens triticum de territorio puniatur amputatione manus, ſi accuſans in libello poneret aliquem extraxiſſe frumentum, & non facta mentione ſtatuti peteret eum puniri ſecundum ius cõmune, ſuſtineretur libellus, & accuſatio.*

21 *Statutum, & ius commune idem ſunt.*

22 *Commiſſum aliquid de iure, intelligitur ſecundum ius municipale.*

23 *Omne ius diuinum dicitur naturale, ideo princeps tollere non poteſt.*

1 STatutum † prohibens portare frumentum ex territorio obtinet locum, amplificaturque procedere primo loco etiam in extrahente farinam, qui indubitanter puniri debet pœna iſtius ſtatuti, quemadmodum, ſi extraxiſſet frumentum ipſum, vt concedunt Rayn. & Bartol. *in l. quæſitum. §. illud. ff. de legat. 3.* Bald. & Iaſ. *num. 40. & 45. in l. non dubium. C. de legib.* Fely. *in cap. ad liberandum num. 5. de Iudæis.* Guido Papæ *deciſ. 373. Verum vetitum de bladis, poſt princip.* Francit. Ripa *in tract. de peſte, in titu. de remediis ad conſeruandam vbertatem, ſub num. 43. cum aliis ſequen. & num. 51. & ſeq.* & alii allegati *in ſuperiori Opinione in princ.*

2 Et hæc † opinio corroborari facile poteſt per doctrinam Bart. *in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* vbi concludit, quod ſtatutum, ſeu lex pœnalis, vel odioſa, licet non extendatur de vno caſu ad alium, ſed potius reſtringatur ad caſum ſuum: vt *in regula odia. de regul. iuris in 6. & in l. cum quidem. ff. de libe. & poſthu.* & per alias authoritates aggregatas, per Hannib. Cauenſem *in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 176. item quod nobilis, nu. 25.* & ponit pro regula Philip. Dec. cum aliquibus vtilibus limitationibus *in l. factum cuiuſque ſuum. §. in pœnalibus nume. 9. cum aliis ſeqq. ff. de reg. iuris.* & Aymon. Crauetta *in tract. de antiq. temp. in 4. part. num. 22. cum innumeris fere aliis ſequentib.* & eſt cõmunis opinio, quod ſtatutum, ſeu lex pœnalis non extendatur, vt firmant Gloſſ. Bartol. Bal. Fulgoſ. Roma. & cæteri omnes, *in l. fin. ff. de in ius vocan.* & Hannib. Cauenſ. cum aliis ſignatis per eum, *in d. ritu 176. nu. 25.* vbi meminit de communi prædicta.

Cõe opi.

3 Nihilominus † ſi extenſio tendat ad fauorem Reipublicæ, tum lex, ſtatutumque odioſum, æque eſt extendendum, ſicut lex, vel ſtatutum fauorabile: & hoc idem firmant ipſemet Bartol. Bald. Ang. & Lud. Roma. *in l. ſi quis in graui. § hi quoque ff. ad Syllanian.* Ioan. de Imol. *in l. cætera. § ſi quis ff. de leg. 1.* Alexan. *conſ. 116. num. 3. vol. 2. conſ. 34. num. 9. volum. 5. & conſ. 171 num. 8 volum. 7. & in d. l. quemadmodum.* Auguſtin. *in add. Aret. in tract. maleficior. in verſ. Che hai tradito la tua patria. col. 3. & in verſ. Sempronium mandatorem, in additi. magna.* Felyn. *in cap. nonnullis de reſcript.* & Hannib Cauenſ. *in d. ritu 176. nu. 25. & ſeq.* & Dec. *in d. § in pœnalibus num. 12.* vbi dicit hanc eſſe claram deciſionem, & Curt. *in cap. fin. de conſuet. ſectio. 4. num. 21.* Ruio *conſ. 60. num. 5 vol. 5.* & Dec. *conſ. 372. num. 8. conſ. 661. num. 5 & conſ. 65 nu. 3.*

Inquiens facere pro doctrina hac, † quod notat Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de denunciat. §. 1.* vbi determinat, ſtatutum tribuens præmium accuſanti delinquentem, fauore publico, ne delicta remaneant impunita, ad denuntiantem quoque extendi. & hoc approbant Bald. Alex. & cæteri *in l. ſi filius famili. et. ff. ſi certum pet.* Franc. de Aret. *in cap. 2. Extra de accuſat.* Ang. *in l. Diuus. ff. de cuſt. reor.* & Roma. *in d. §. hi quoque.* 4

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod antedictum ſtatutum, prohibens extractionem tritici non puniat, nec punire poſſit extrahentem farinam, inclinauit Gandinus *in tract. de maleſic. in tit. de reb. non portandis contra decretum num. 4. & ſeq.* & Dyn. *in d. l. quæſitum. § illud.* cuius ſententiam ſcribit ibi Bar. communem eſſe *nu. 16.* licet contrarium ſentiat, & ſequitur etiam Alber. cum quodam temperamento, *in tract. de ſtatu. in 2. part. quæſt. 5. & 106.* vbi ſimiliter atteſtatur de communi præmiſſa: & re ipſa ſententia hæc fuit communis, & concors, vſque ad tempora Bart. ſed poſtquam Bart. aſſeruit contrarium, quod vigore ſtatuti præmemorati, etiam ferens farinam puniri debeat, eius opinio euaſit effectaque fuit magis communis: vt conſtat ex præcitatis authoritatibus: imo eſt adeo communis, vt non habeat contradictorem aliquem: & conſequenter eam, tanquam rationabilem, & ſacroſanctiſſimam, merito obſeruat amplectiturque totus mundus. Cæterum illuſtris D. Iul. Clar. *in practi. crimi. lib. 5. §. fin. quæſt. 82. ſtatuto. 7 verſ. Præterea quæro nunquid ſtante hoc ſtatuto*, quem comperi craſſe antedictũ locum, *in Opi. mea 286. lib. 1.* auſus eſt teſtari, Ripam *in d. tit. de remediis ad conſeruandam vbertatem, nu. 42 & ſeqq.* & citatum per me inibi, non definire huiuſmodi caſum, verum in alio propoſito loqui, forſan autumando, V. unum non viuere, & tamen, Deo annuente, vixit, & ſcripſit & ſcribit putam veritatem, tam in Cõmunium Opinionum, quam in alio quocunque genere. Ideo, ſi quis velit videre Ripam, reperireque veritatem ipſam, in loco ſuperius citato, inueniet procul dubio prælibatum D. Iulium Clarum non inſpexiſſe Ripam: nam ſi vir iſte, non mediocris equidem authoritatis, cuius doctrinam ſingularem, præſtanſque ingeniũ ſummopere admiror, & laudo: ex quo multa docte, ingenioſe, & pleniſſime ſcripſit, & ex toto iure omnibuſque veterum, ac iuniorum ſcriptis, excerpta, cumulauit, reuoluiſſet ſcripta Franc. Ripæ, inueniſſet vtique, prout inueniri poteſt quotidie, eundem Franciſc. Ripam tranſire cum Barthol. per nonnullas rationes ibi, & vberius quam alius, qui huc vſque ſcripſerit ſuper hac noſtra litteraria, ciuilique paleſtra, tractaſſe præmiſſum caſum.

Cæterum, † vt redeat ſermo noſter, vnde ſluxit, prædictum ſtatutum ampliatur itidem ſecundo, vt puniat quoque extrahentes panem, & ne locum ſortiatur non ſolum in extrahente farinam, verum etiam in efferente panem è territorio: ſecundum Franciſc. Marci. *deciſ. 162. num. 5. & ſeq. in 2. parte*, & Guid. Pap. *deciſ. 373. in fi.* vbi dicit ita in Curia Parlamenti Delphinalis deciſum fuiſſe. 5

Ampliatur tertio † ſimiliter ſtatutum hoc, vt ſi inter pecunias auri, vel ſimiles extrahi prohibitas, reperiantur aliæ monetæ non vetitæ, ſeu prohibitæ, omnes indiſtincte confiſcatæ abſque dubio cenſeantur: vt eſt ſtatax eſt teſtis Guido Papæ *in deciſ. 572. §. fuerit* 6

rit introductum extrahere blada,poſt princ. vbi aſſerit ſe alias ita vidiſſe determinari, ac iudicari.

Ampliatur etiam † quarto ſtatutum præmemora-
7 tum,vt obtineat quoque locum, ſi inter merces prohibitas extrahi è territorio reperiantur merces non prohibitæ cum prohibitis, quod tum omnes merces prohibitæ, & non prohibitæ ſint publicandæ & cōfiſcandæ:ita vt ratione illicitorum, publicētur etiam licita,ſecundum Bart.*num.2.*& Paul.Caſtren.*in l.cum proponas,per text.ibi.C.de naut.fœno.*

¶ In contrariam vero partem inclinauit Cynus ibi,& Bartol.titubanter,*in l.ſi publicanus.§.1 num.2.& in l.cotem ferro.§.dominus.num.1.ff.de public. & vectigal.* Bal.*in d.l.cum proponas,*& Felyn.*in cap ſignificauit, nume.6.de Iudæis,* Alexand.vero,*in addit.Bartol.in d.l.cum proponas, num.4* poſt Iacobum de Aret. videtur affabre diſtinguendo reſoluere præſentem difficultatem, quod ſi merces ſint mulionis,tunc omnes publicentur abſq; dubio: ſed ſi merces ſint alterius, tunc confiſcentur ſolum prohibitæ,& Fely. *num.6.de Iudæis.* Sed caſu eueniente, ſemper iudicarem & conſulerem,ſecundum opinionem Guid.Papæ *in dicta deciſ.571.poſt prin.* conſtanter aſſeuerantis, quod portans extra territorium aliquas merces prohibitas, & aliquas alias non prohibitas,ſciēter,atque doloſe: perdat omnes merces tam non prohibitas,quam prohibitas: ſed ceſſante dolo, & fraude,amittet prohibitas tantum.

8 Ampliatur † quinto antedictum ſtatutum, vel aliud ſimile, puniens retinentem merces in platea, vt vendicet ſibi locum etiam in retinente tales merces in manibus,ſeu in banco,vel in terra, vel ferente per plateam,ſecundum Bartol.& Flo.*in l.qui ſellam. de ſer. ruſti prædio.*& Ioan.Bertach.*in tract.de gabellis in 7. parte quæſt.24.*

Ampliatur† ſexto anteſignatum ſtatutum,vt pro-
9 cedat etiam contra forenſes, extrahēres bladum.nō ſtante ſtatuto hoc, quod nemo extrahere debeat frumentum de territorio,ſub pœna amiſſionis: forenſis extrahens vtique perderet rem,nec per hoc ſtatutum dicitur ligare perſonam,ſed rem,quod poteſt.*l.an totum.C.de ædific.priuat.*& ita voluit Ioan. Andr. *in addit. Specul in titu.de conſtitu §.1.verſic.Pone ergo,*cuius opinio communiter,& vniuerſaliter tenetur,& approbatur,
Com. opi. vt conſtat ex congeſtis authoritatibus per Ioan. Baptiſt de Sancto Seue.*in l.cunctos populos.fol.20.C.de ſum. Trinit.& fide cathol.*& ex aſſertione Cornei *conſ.64. in fin.volum.3.*& Imol.*in l.fina.§.licet quis.ff.de publ.*& proſequitur Bruni.*in tract.de ſtat.exclu.fœm.6.art.princ. quæſtione 1.*

Verum † hæc opinio non procederet meo quidē
10 iudicio contra forenſes,ignorātes veriſimiliter ipſum ſtatutum,vt ample concluſum eſt, *in ſuperiori opinione circa finem:*& firmat Afflict.*in conſtitut. homines per illum textum,num.1.lib.1.rub.10.de intrantib.Regnum, vt arma portarent.* Bertran *conſ.219.non eſt dubium quin ſententia. num.3.vol.8.* Ioan.Cephal.*conſ.241.in cauſa illuſtrium,n.67.vol.2.*& Lud.Roma.*in d.conſ.64.in fin.*quia ſcientem,& non ignorantem ſtatutum ipſum, intendit obligari debere, vt in notabili caſu conſuluit Franciſc.Beccius *conſ.60 proponitur.volum.1.*& etiam Lod. Roma.*conſ.473 circa etiam conſultationem*, & Alexan. *conſ.86 viſa inquiſitione. nume. 6. vol.4.* vbi in medium affert hanc eſſe communem opinionem, cui inhærent Socin.*conſ.188.col.penult.volum.1.* Frater Ioannes Tabiena *in ſua ſumma Tabiena in ver.Ignorantia §.4 in 2. part.* Pariſ.*conſ.152.in princ.volum.4.* Felyn.*in cap.1.colum. antepen.de offi.deleg.*& Gramm.*deciſ.25 num.3.*

11 Et † eo magis hoc procedit, cum probabiliter forenſis ignorabat diſpoſitionem ſtatuti, veputa quia non diu moratus fuiſſet in territorio ſtatuentium: quo caſu forenſis in dubio præſumitur ignorare ſtatuta loci.vt per Gandinum *in d. tracta. crimin. in titu. de rebus non portandis contra deuetum,verſic.præterea circa materiam quæro.nume 6.* Alexand.*in d.conſ. 86.ſub nume. 6. cum aliis ſeqq. volum. 4.*& Franc. Ripam *in d. tract de peſte,in titu de præſer.remedii contra peſtem, in parte exordiento, deuenio nunc ad modum, & normam vbertatis conſeruandæ, nume.120 & ſeqq.* Et allegans ſtatuti ignorantiam,excuſatur de æquitate, ſecundum Andr de Iſer. *in cap 1 colum.4.quæ ſint regalia,*& Lud Roma.*conſ.491. ſub num.1.*Grammat. *conſ.crimin 25.*vbi planum facit ita fuiſſe deciſum in Regia Camera Summariæ,& Cæſarem Vrſillum,cum aliis aggregatis per eum, *in ſcholiis ad Afflict.in deciſ.290.num.5.& ſeq.*vbi ponit quomodo ignorantia debeat articulari, & probari.

¶ Si vero forenſis magnam moram in territorio ipſo traxiſſet,tunc proponendo,allegandoque ignorantiam ſtatuti, certe non excuſaretur: ſecundum Petr.Bald. Cyn.*in l 1. C. de ſumma Trinitat.* Martinum Garratum *conſ.15.præſupponitur in facto.circa finem,*& Afflict.cum aliis congeſtis per eum, *in d conſtit.homines. num 6.*& Marcum Ant.Nattam *conſ.251. ſuper nouo dubio.num.3. vol.2.*

Imo † amplia hoc in tantum procedere, vt non 12
ſolum forenſis ipſe,vt ſupra oſtenſum eſt,ſed ciuis etiam nouellus,qui de nouo eſt factus habitator, ſeu nouus ſubditus ſtatuentium,iuſtam ignorantiam ſtatuti allegare poſſit,ac ei parci debet, & non eſſe locus pœnis ſtatuti mentionati contra eum,ſecundum Ludo.Roma.*conſ.228 ſub nume. 8.* poſt Bald & idem voluit idem Ludo.Roma.*conſ.451.nume 3.& in ſingul. 73.* Curt. Senior *conſ.27.nume. 18.*& Curtius Iunior *conſ.19 num 5.* Felyn.*in cap.2.poſt princ.de except.* Iaſ.*in l.1. poſt num.70.C.de ſumma Trinitate,*& Marſil.*in l.qui ignorans.nume.25.& in l.qui falſam,nume.28 ff de falſis,*& Cæſar Vrſillus *in d.deciſ.290.ſub num.5.*& ſic iſta eſt communis regula, quod conſtitutio, ſeu ſtatutum ignorantes non liget, atteſtante Roma. *in d. conſil. 228.nume.7.*

Et † facit ad corroborationem regulæ huius do- 13
ctrina Iacob.Butr.Salyc. Alexand. & aliorum, *in l.1. C.vt nemo priuatus,*& Gandinus *in dicto tract. maleficiorum in titu.de rebus non portandis contra deuetum num. 2.* concludentium ibi, quod ſi ſtatutum diſponeret, quod extrahens triticum è territorio puniatur,& animalia ſuper quibus frumentum fertur publicentur: tunc ſi animalia eſſent alicuius ignorantis huiuſmodi extractionem, ſeu delictum, vtique non publicarentur, ſed tenerentur extrahentes Fiſco ad æſtimationem talium animalium. & huic opinioni accedit etiam Felyn.*in d.c.ſignificauit,ſub nu 6.de Iudæis.*

Cæterum † hoc procederet in delictis,id eſt vt pœ- 14
na euitetur,allegare probabilem ignorantiam ſtatuti,Bartol *in l.cunctos populos,num.21.C.de ſumma Trinitate,*& Iaſ.*ibi,num.67 & alii Doct.*

¶ Et iſta ſtatuta pœnalia in delictis, an forenſes complectantur,ac ſi eſſent ſubditi ſtatuentium, profuſe & enodate etiam reſoluit referendo vtramque opinionem Corn.*conſ.199.nu.5.vol.1.*

Ideo ad inſtitutum noſtrum redeundo, † conclu-
ditur,quod ſtatuta ſuper gabellis ſoluendis, ac iure 15
doghanarum, ac ſuper non extractione frumenti, auri,equorum,aliarumque rerum è Regno, vel territorio, ligent etiam forenſes, nec poſſint allegare ignorantiam, vt ſupra concluſum eſt ex communi opinione:& ita firmat etiam Afflict.*in d conſtit. homines*

nes.num.7. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum, & iudicatum in Regia Camera Summariæ, dum ipſe ibi eſſet præſidens contra aliquos exteros, qui fraudauerant doghanam, qui, non obſtante allegata ignorantia, fuerunt ad pœnam amiſſionis rerum condemnati.

16 Hocque † hac ratione ſaltem iuſtificari poſſet. Nam licet ignorans non ligetur conſtitutionibus nouis: vt in *cap. fin. de conſtitutionibus in 6.* nec decretis, vel bannis *l. fina. C. de decretis ab ord. fac.* nihilominus intellige, ignorantem probabiliter: ſecus autem ſi craſſa, ſupinaque eſſet ignorantia: vt ibidem. Non enim eſt neceſſe ſingulorum inculcare auribus: vt in *cap. 1. de poſtulation. prælator.* Nec eſt veriſimile, nec excuſabile, publicatum edictum non fuiſſe lectum, vt in *l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtit.* licet & male Bertrandus *in d. conſ. 719. ſub nu. 3. vol. 8.* videatur concludere, & reſpondere contrarium.

17 Ampliatur † ſeptimo quoque prælibatum ſtatutum, prohibens extrahere frumentum è dominio, vt licet quis inuentus non ſit portare frumentum, ſi tamen per teſtes probari poſſit, aut per alia iudicia eum illud voluiſſe portare, vtique & abſque dubio incidet etiam in eiuſdem ſtatuti pœnam, vt concedit Bald. *in l. ſi fugitiuus C. de ſeruis fug.* & Bartol *in l. cum preparas. C. de nau. fœno* & ita diſponitur etiam in Regno, mediante pragmatica, ſeu banno in anno 1571. promulgato, ac emanato, incipien. *Bando da parte dell' Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinal Gran Vela luogotenente & Capitan Generale, per ſua Maeſtà nel preſente Regno. Benche per bandi, prouiſioni, & ordini ſia ſtato prohibito, & impoſto pena, che dall' prouincie d'Appruzzo non ſi poteſſe per terra cauare grani fuor di Regno.* Iubenteque quod extrahentes frumentum è Regno, puniantur ad triremes regias per quinquennium, viles perſonæ: nobiles vero ad relegationem per decennium, etiam in itinere reperti: & quod ſimiliter contra eos recipi, admittique debeant etiam teſtes ſingulares.

¶ Et licet ex diſpoſitione regiæ pragmaticę, inuentus in via portare vetita è territorio, puniendus ſit: tamen hoc intellige cum grano ſalis, ſi inuentus confiteatur delictum: ſecus vero ſi negaret, aſſerens ſe res illas cum quibus inuentus fuit ferre ad molendinum triturandi gratia, tunc quippe, ſi hoc veriſimile foret, puniendus non eſſet, ſecundum Gandinum in *d. tract. maleficior. in tit. de reb. non portan. contra decretum nu. 10.*

18 Et † hoc idem videtur obtinere etiam locum contra repertum extra viam publicam. Nam ſecundum Barthol. *in l. 2. C. de curſ. publ. li. 12.* repertus extra viam publicam, habet ſiniſtram, malamque contra ſe ſuſpitionem, vt eſt in portante contra decretum, per textum *in l. ſi quis eodem tit.* quod ſequitur Ioan. de Plat. aſſerens, quod euntes per viam non publicam, nec conſuetam habeant contra ſe præſumptionem. Et idem eſſe in eo, qui ingreditur, & egreditur è ciuitate aliunde, quam per portam publicam, & conſuetam.

19 Et † in tantum habet contra ſe ſuſpitionem repertus in via ſuſpecta cum rebus prohibitis, vt tali caſu arbitrio iudicis puniri poſſit, vt firmat Ioan. de Anania *in cap. ſignificauit extra de iudæis*, & Marſil. cum aliis coaceruatis per eum, *in l. qui falſam monetam, ſub num. 27. ff. ad leg. Corn. de falſ.*

¶ Imo non tranſiens per iter conſuetum, occaſione fraudandi pedagium, videtur fregiſſe pedagium, ſecundum Guid. Pap. *in d. deciſ. 572. ſuo nu. 2.*

¶ Verum aduerte vtiliter, quod præmiſſa non procederent ſi quis hoſtium metu, vel ex tuarii impetu, non ſeruaret viam ordinariam pedagii: tunc enim quanquam reperiretur in loco prohibito, nihilominus tamen non puniretur modo aliquo. *l. 2. § ſi autem. ff. ſi quis caut. l. imo. de litt. caut.* & *l. Cæſar. ff. de publ. vectigal.* Bald. Salycet. & alii, *in l. cum proponas. C. de naut. fœno. in fine.*

¶ Et hinc eſt, quod neceſſitas nos excuſet, ſi eius cauſa formam à ſtatuto traditam, non ſeruauerimus, *l. fin.* vbi Bald. Nicol. de Matarell. & Salycet. *C. de teſtamentis*, Socin. *conſil. 85. num. 5. & 9. volum. 4.* Alexan. Socyn. Iaſ. & alii omnes, *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* Petr. Gerard. *ſing. 100. Neceſſitas num. 28.* & Parıſ. *conſ. 46. nu. 23. & ſeq. vol. 3.*

¶ Nam neceſſitas non habet legem. *l. vnica ff. de offic. conſul.* & ibi Bald. *colum. 5. & l. non ſolum. §. fin. ff. de excuſ. tut. l. aliquando. ff. de offic. proconſul. & can. ſicut non alia. de conſe. diſtinct. 1. & l. 1. C. de oper. lib.* & ibi Bart. & Doctores *in l. 2. ff. ſi cert. pet.* & Petr. Gerard. *in d. ſing. 100. in princip.*

¶ Imo neceſſitatis cauſa quæ fiunt, nunquam cenſentur prohibita, etiamſi latiſſime pateat prohibitio generalis, & vniuerſalis, *l. pater filium, in princip. ff. de leg. 3. & l. alia rationis. ff. famil. ercıſc.* Doctores *in l. filius familias. §. Diui. ff. de leg. 1.* Ludo. Roma. *conſil. 519. ex themate conſu. rationis præmiſſa*, & D. Horatius Mandoſius *ibi in addit. in litera F.* Paul. Caſtren. *conſil. 83. colum. 2. & conſil. 405. colum. 2. volum. 5.* Alexand. *conſil. 105. col. 2. volum. 6.* Afflict. *in tract. de iure prothomiſeos § 3. nume. 26.* Soc. *conſ. 80. col. fin. vol. 4.* & Aymon. Crauet. *conſ. 6. nu. 91.*

¶ Et alios quamplurimos neceſſitatis effectus refert Felyn. in *cap. querelam, colum. penult. verſ. in Gloſ. in verb. neceſſitate. de iureiuran.* & Petrus Gerard. *in dicta ſing. 100.*

Sed † ſi ſtatutum de quo ſuperius egimus diſponeret, quod extrahens frumentum de ciuitate, ſeu eius territorio, ponatur pœna manus, tunc libellans, ſeu accuſans, ſi in libello accuſatorio aliquem extraxiſſe frumentum, poneret, peteretque eum puniri ſecundum ius commune, obtineret nihilominus libellus non obſtante, quod extrahens de iure communi non puniatur, ſed ſolum ex ſtatuti diſpoſitione, vt voluit Bald. *in l. vnica. C. de confeſſis.* 20

Quia ſtatutum, † & ius commune idem ſunt. *l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure & l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide cat. cap. ius ciuile. 1. diſtinct. & cap. 1. de conſtitutionibus lib. 6.* ſiquidem libellus ita ſuſtentatur, cum ius municipale dicatur ius commune iſtius populi. 21

Et † ſuſtentatur etiam per doctrinam Abbatis Panorm. *in c. in præſent. a de probationib.* vbi determinat, quod ſi quid committeretur de iure, intelligeretur quoque ſecundum ius municipale. 22

Et quemadmodum ſtatutum, † & ius commune idem ſunt: ita etiam ius omne diuinum, dicitur naturale, *c. ius naturale, 1. diſtinct.* Corn. *conſ. 64. num. 7. vol. 4.* & ſic ius naturale, & diuinum idem ſunt. Et Princeps ipſum ius diuinum tollere non poteſt, *cap. cum inferior. de maior. & obed. & 1. ſunt quidem, 25. qu. 1.* & notatur *in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit.* 23

OPI-

OPINIO DCCLXVII.

SVMMARIA.

1 *Ingrediens poſſeſſionem vigore decreti inualidi, incurrit pœnas ſtatuti, punientis turbantem poſſeſſionem alterius.*

2 *Miſſus in poſſeſſionem, vigore decreti iniuſti, poſſet accuſari de vi turbatiua.*

3 *Immiſſio in poſſeſſionem nulliter facta per iudicem, eſt ante omnia reuocanda.*

4 *Fructus percepti iudicis authoritate, & decreto, an reſtituantur, ſi poſtea appareat decretum eſſe iniquum.*

1 STATVTVM diſponens, † ſeu punieos ingredientes, vel turbantes alicuam poſſeſſionem, non excuſat Mœuium, introeuntem poſſeſſionem alienam, ex decreto iudicis inualido; huiuſmodi enim decretum, certi iuris eſt, non excuſare Mœuium à pœna prædicti ſtatuti, ſimpliciter loquentis, vt per Bartol. *in l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſ.* cum quo ſentiunt omnes communiter ibi, vt aſſeuerant Moder. ibi audacter, præſertim Socin. & Iaſ. *num. 24. & ſeq.* & Doctores apoſtillatores Bartol. Com. opin.

2 Ideo † miſſus in poſſeſſionem vigore antedicti decreti iniuſti, poſſet merito accuſari de vi turbatiua, ſecundum Bart. *conſ. 91 nu. 3.* & Soc. *conſ. 18.*

3 Imo † immiſſio ipſa in poſſeſſionem nulliter facta per iudicem, eſt ante omnia reuocanda, nec per poteſt aliquo modo confirmari, ſed vt de facto proceſſit, ita contrario imperio de facto etiam reuocari debet, vt firmauere Bald. *in l. fin. n. 22. C. de edict. Diui Adr. tollen.* Anchatan. *conſil. 192.* Alex. *conſil. 5. num. 4. volum. 2.* Roma. *ſing. 773. Poſſeſſio*, & ibi Nicol. Pignola *in addit.* Grammat. *conſil. ciuil. 150. nu. 17.* Lud. Rom. *conſil. 158. circa articulum propoſito conſultationis, num. 2. & ſequen.* & ibi C. Horatius Mandoſius fuſiſſime, cum alijs aggregatis per eum, *in addit. in litera B.* vbi etiam reſpondet contrarijs omnibus, & admittit hanc eſſe magis communem opinionem, & Petr. Ant. Anguſola quoque *conſil. 3. nu. 32. & ſequen. lib. 4. de poſſeſſorio.* Com. opin.

4 Sed aduerte, quod fructus, † percepti authoritate iudicis, puta decreto interpoſito, licet poſtea appareat iniquum, non reſtituantur, vt eſt Glo. *in l. fin. C. de Carbo. edict.* Quam limita, non procedere, ſi non fuiſſet rite proceſſum, vel decretum eſſet nullum, tanquam interpoſitum, adiudicando bona non obligata, *per l. non putauit. §. non quaeun. ff. de contrat. ab.* vt notat Doctores *in d. l. fin.* & Afflict. *deciſ. 2.8. petita ſunt aſſiſtentia. nu. 5.*

OPINIO DCCLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutũ diſponens, quod bannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem, niſi habeat pacem ab hæredib. occiſi, an comprehendat fœminas hæredes occiſi, & ſufficiat bannito habere pacem à maiori parte hæredum, & nu. 4.*

2 *Statutum permittens priuato vindictam ſumere de eo, qui eum offendit, an valeat.*

3 *Statuto permittente quod occidens occidi poſſit à conſanguineis occiſi, an eius vigore ad id peragendum liceat vocare amicos etiam extraneos.*

5 *Statutum, vt occidens occidatur, non habet locum, niſi contra occidentem ex animo, & doloſe.*

1 STATVTVM diſponens, † quod bannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem, vel vt is, qui occidit, occidatur, niſi habuerit pacem ab hæredibus defuncti, non comprehendit mulieres hæredes occiſi, ideo ſecundum Doctor. ſufficit in omnem euentum bannito habere pacem à maiori parte hæredum, ita voluit Bart. Marian. Socin. *num. 270.* & alij Doctor. *in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat.* quorum opinio communiter approbatur ab omnibus; vt per Paul. de Caſtr. *in l. 2. §. ex his ff. de verb. obligat.* Boer. *in deciſ. 121. num. 2. & ſeq.* & Moder. *in d. §. Cato.* vbi reprobant cæteras quinq. opiniones, quæ in hoc articulo reperiuntur. Com. opin.

2 Et nota, † quod ſtatutum, quo cauetur licitum eſſe alicui, vindictam ſumere de eo, qui ipſum offendit, valet, & tenet, ſecundum Iacob. Butrig. & Paul. Caſtren. *in l. refectionis, per illum text. ff. commun. præd.* quia tendit ad reſecandum maleficia, & quia priuatum facit miniſtrum Reipublicæ, *l. 1. C. quomodo lice. ſine iud. ſe vend.* Imo † Doct. *in d. l. refectionis.* extendunt hoc dictum, quod tali caſu licitum ſit congregare amicos, etiam extraneos, qui eum adiuuent; & illi conuocati non puniuntur, ſicut nec principalis, & allegant Gloſſ. *in l. cum fundum. ff. de vi, & vi arm.* & idem tenuit Bald. *in cap. fin. colum. 2. de vita m. ca. lam.* quia ſecundum eum, quando conceditur, quod aliquid impune fiat, videtur ſemper conceſſum, quod illud fieri poſſit etiam conuocatis amicis & familiaribus, *l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbor. obligat.* & idem tenet Cepol. *in tract. de ſeruit. vrban. prædio. fol. 23,* vbi aſſerit, quod ita obtinuerit in Ciuitate Veronæ, & ſequitur Iaſ. *in l. 1. §. fin. ff de noui oper. nunc.* 3

Fallit vero, † ac claudicat dictum ſtatutum, quando loqueretur in numero plurali, vt puta, ſi dicat ſtatutum, bannitum non poſſe reuerti ad ciuitatem, niſi pacem habuerit cum hæredibus occiſi: tunc enim comprehendit, tam maſculos hæredes, quam fœminas, ſecundum Bart. *in l. ſi filium qui patri. in vltima quæſt. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Et hoc non ſolum procedit de iure ſtatutario & municipali, ſed etiam de iure communi, omnibus hæredibus, etiam fœminis, competit ius vindicandi defuncti necem, *l. ſororem. C. de his quib. vt indig. & l. fœmina. C. ad Turp.* & not. omnes Doctor. *in d. §. Cato,* præſertim Iaſ. *num. 59.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & Ruinus *ibid. num. 20. in 2. lect.* & Pontanus Peruſinus, *nu. 70. & ſeq.* 4 Com. opin.

¶ Sed iſta eſt potius contraria opinio primæ ſententiæ relatæ, quam limitatio, atque eidem inhæret approbando, & citando communem Felin. *in c. cum omnes. in 7. fallen. de conſt.* Cagn. *in l. 1. num. 10 cum duobus ſeq. ff de reg. iur.* & Vaſq. *in tract. de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 3. num. 49. & ſeq.*

Et præfatum † ſtatutum ſimpliciter diſponens, quod occidens occidatur, interpretatur & limitatur ſecundo loco, non habere locum, nec incurrere pœnam ſtatuti, niſi qui ex animo, & doloſe occiderit; & ſic ſtatutum, licet ſimpliciter loquatur, debet declarari ſecundum ius commune, *vt in c. cum dilectus. de conſuet.* & ibi Doct. & tradit Cald. *conſil. 9. in tit. de conſtit. quicquid diſputetur.* Corne. *conſil. 1. pro deciſione, in conſil. 10. conſideratis. colum. 2. volum. 3.* & Bal. hoc late declarat *in l. data opera colum. 3. verſ. Item ſi ſtatutum. C. qui accuſare non poſſunt.* Et dicit magnum verbum Paul. de Caſtr. *in l. etſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infa. irrog.* quod per hoc liberauerit quendam, qui proijciendo lapidem, hominem interfecerat caſu, & præter propoſitum ſuum, licet in loco extaret ſtatutum, de quo ſupra. & determinat idem Paulus de Caſtr. *conſil. 377. in cauſa incarceratorum. in princ. vol. 2.* ſecundum nouam impreſſionem, & Dec. *conſil. 9. per totum.* vbi plurima ad propoſitum reperies. idem voluit 5

hunc Cardi. in c. lator, vbi idem dicit Feli. ext. de homicid. Barba. conſil. 40. illud adduco colum. fin. vol. 1. Alex. conſil. 140. videtur in caſu propoſito. vol. 2. lib. 2. & Iaſ. in l. prima. ff. de legib.

OPINIO DCCLXIX.

SVMMARIVM.

1 *Statuto diſponente, quod tertia pars bonorum occidentis applicetur heredibus occiſi, ſi monachus occidatur, an filii eius legitimi, & naturales, ante ingreſſum procreati illam tertiam bonorum conſequantur, an vero monaſterium.*

1 STATVTO diſponente † tertiam partem bonorum homicidæ ad hæredes interfecti tranſire, ſi monachus fuerit occiſus, tertia iſta pars bonorum, ſecundum communem opinionem, peruenit ad filios monachi legitimos, ante monaſterii ingreſſum ſuſceptos, non ad monaſterium, vt firmauerunt Ant. Bur. Aret. Andr. Barb. Feli. Pariſ. & Marcus Mantua. nu. 60. in c. in præſentia. de probat. Ioan. Palagaren. conſil. 174. inter conſilia Federici de Senis. & Boer. deciſ. 121. in quibus locis omnes prælibati Doct. admittunt hanc eſſe communem opinionem, & deciſionem Scribentium. Cōis opin.

¶ In contrariam vero partem, videlicet monaſterio, non autem filio naturali, in ſeculo nato, & relicto, antedicta bona, vigore iſtius ſtatuti acquiri debere, inclinauerunt Feder. de Senis conſ. 34. Ro. ſing. 456. ſtatutum Vrbis veteris, Auguſt. Berous in d. c. in præſentia nu. 473. & Alciat. in l. 4. §. Cato. col. fin. ff. de ver. oblig. vbi inaduertenter admonet iſtorum opinionem communem eſſe. Cōis opin.

OPINIO DCCLXX.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod bannitus poſſit impune occidi, valet. Et dicitur fauorabile, quia ob bonum publicum videtur inductum, nu. 2. Et etiam in foro animæ, numer. 3.*

4 *Statutum diſponens, quod bannitus poſſit impune occidi, poteſt præmiare etiam occidentem bannitum, quamuis per ſe homicidium ſit malum.*

5 *Occidens bannitum, ſtatuto permittente, licet non teneatur, nec puniatur aliqua pœna corporali, vel pecuniaria: efficitur tamen infamis, ita vt in facto graui non poſſit eſſe teſtis ſine tortura.*

6 *Statuto permittente bannitum impune offendi, an impune occidi poſſit remiſſiue.*

7 *Occidens bannitum vigore ſtatuti, non tenetur de pace alias conuenta cum eo, etiamſi fuerit iurata.*

8 *Filius poteſt patrem bannitum occidere impune, vigore ſtatuti: & ſimiliter pater filium, & vaſallus dominum bannitum.*

9 *Bannitus ſi proteſtatur contra volentem ipſum occidere, ne vim ſibi inferat, vel iniuriam, quia ſit abſolutus, niſi ſtatim faciat fidem de abſolutione, poteſt impune offendi.*

10 *Statutum permittens aliquem impune occidi, cenſetur etiam permittere eum verberari, & iniuria affici.*

11 *Statutum permittens bannitum impune occidi generaliter intelligitur, ſiue quis occidat per ſe, ſiue per alium, data pecunia.*

12 *Statutum de bannitis occidendis, intelligitur ſolum de conuictis ex veris probationibus delicti, non autem de bannitis per contumaciam.*

13 *Bannitum vnuſquiſque de populo in iudicio poteſt defendere, & opponere nullitates, ac alia defenſionis genera, & comparente obiici nequit, quod ſua non interſit.*

14 *Statutum, quod bannitum in centum poſſit impune occidi, non comprehendat bannitum ex duabus cauſis, in quinquaginta pro qualibet.*

15 *Statutum de occidendis bannitis non comprehendit bannitos carceratos, & captos per iudicem, in manibus iudicis.*

16 *Statutum permittens bannitum impune occidi, habeat locum in legitime rite banito.*

17 *Occidens non rite bannitum punitur ordinarie ſi habeat notitiam huius nullitatis, alias tanquam culpabilis, eſt puniendus arbitrio iudicis.*

18 *Statutum tribuens præmium occidenti bannitum, non comprehendit occidentem eum ſe defendendo.*

19 *Statutum loquens de bannito, non procedit in bannita, & muliere prægnante, & illam occidens, licet ignoret prægnantem eſſe, tenetur de homicidio.*

20 *Statutum, quod bannitus poſſit impune occidi, non habet locum in vxore, interficiente maritum, quæ puniri debet, non obſtante tali ſtatuto.*

21 *Statutum prædictum non habet locum extra territorium ſtatuentium, & occidens bannitum extra territorium ſtatuentium, poteſt à Principe illius territorii ob tale homicidium capitaliter puniri.*

22 *Bannitus extra territorium ſtatuentis capi non poteſt, & captus debet relaxari, tanquam illegitime captus.*

23 *Statutum tribuens præmium occidenti bannitum, ſeu rebellem vbique, etiam extra territorium ſtatuentis, non excuſat occidentem à pœna homicidii: & tale reputatur iniuſtum, & ſtatuentes mortaliter peccant.*

24 *Bannitus ob homicidium ab vna ciuitate Eccleſiæ, cenſetur bannitus ab vniuerſo territorio, Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiecto.*

25 *Occidens bannitum extra territorium ſtatuentium, licet non euitet pœnam homicidii, & peccatum mortale: poteſt tamen conſequi præmium ſibi in banno pollicitum.*

26 *Statutum, quod bannitus impune poſſit occidi, extenditur etiam extra territorium ſtatuentis in loca cum Principe banniente confœderata, durante confœderatione.*

27 *Statutum, ſeu bannum, quod bannitus pro crimine læſæ maieſtatis poſſit occidi, extra territorium bannientis, valet, & tenet.*

28 *Bannitus ſicut offendi poteſt vigore ſtatuti in perſona, ita etiam in rebus ſuis.*

29 *Bannitum interficiens, vigore ſtatuti, ſtatim, & incontinenti eum ſpoliare poteſt.*

STATVTVM diſponens, † quod bannitus poſſit impune occidi, valet, & tenet de iure, vt per Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de conſtit. §. 1. colum. penult. Hoſt. in c. 1. eod. tit. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, & in l. ex hoc iure, in 2. q. 3. q. princ. ff. de iuſt. & iur. & in l. vt vim eod. tit. & Canoniſtæ omnes communiter, in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Marſil. in l. 1. colum. 8. verſ. Et tale ſtatutum. ff. de ſicar. & conſil. 73. num. 75. & conſil. 32. num. 2. & in ſua pract. crimin. in §. aggredior. num. 1. Gozad. conſil. 61. & Dec. conſil. 327. ſub num. 3. vbi affirmat iſtam eſſe communem opinionem. Et ratio iſtius † ſtatuti videtur iſta, quia dicitur fauorabile, ex eo, quod ob bonum publicum videtur inductum, l. 2. vbi Bar. & alii. C. quando liceat ſine iud. ſe vind. Bar. in d. l. omnes populi. q. 2. 3. q. princ. Iaſ. conſ. 133. col. pen. lib. 1. & in l. vbi pactum. colum. 5. C. de tranſact. Bal. conſil. 491. poſt medium, lib. 3. & Moder. in d. c. quæ in eccleſiarum. & Dec. d. conſil. 327. num. 3. in fine. Et in tantum hoc ſtatutum valet, † vt etiam in foro animæ, vt apud Deum valeat, vt dicit Alex. in l. ſi plagii. in princ. ff. de verb. oblig. & Petrus Duennas in ta-

1 Cōis opin. 2 3

in regula 68. limit. 2. cum aliis per eum ibi late congeſtis, per ea quæ voluit Albetic. *in tract. ſtatut. 4. par. q. 19.* vide etiam Menoch. *de arbitrar. iud. quæſt. 90. nu. 5. lib. 1.* contrarium tradit Moron. *in tract. de fid. treug. & pace. quæſt. 107. nu. 9. fol. 191.*
4 Imo † huiuſmodi ſtatotum poteſt præmiare occidentem bannitum, quamuis per ſe homicidium ſit malum; & conſequenter occidens licite, & cum bona conſcientia poteſt præmium, promiſſum per ſtatotum, accipere, dummodo bannitus occidatur in territorio Principis ſtatuentis, ſecundom Hoſt. & alios omnes, *in c. fin. de conſuet.* Soc. *conſ. 157. præſens conſultatio. in princ. vol. 2.* cum aliis congeſtis per Dec. *in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 54. & ſeq.* vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, *& in d. conſ. quoque. 327. ſub nu. 3.* & Ioan. Baptiſta Ferrettus etiam *conſil. 330. Princeps. num. 1. volum. 2.* Cōis opin. Et ratio iſtius concluſionis videtur iſta: quia non poteſt æſtimari quantum interſit, liberam eſſe prouinciam à malis hominibus, *l. congruit. ff. de offic. præſidis.*

5 Et † licet occidens bannitum, ſtatuto permittente, non puniatur aliqua pœna corporali, vel pecuniaria; nihilominus efficitur infamis, vt per Bal. *in l. decurionum, circa fin. C. quib. ex cauſis infami. irrog.* quem ſequitur & refert Marſil. *conſ. 9. nu. 39. & in l. lege Cornelia, nu. 74. ff. de ſicar.* ita vt in facto graui non poſſit eſſe teſtis abſque tortura, ſecundom Bal. *in auth. ſi dicatur. col. fin. C. de teſtib.*

6 Si † vero ſtatutum loqueretur ſaltem quod bannitus poſſit impune offendi, an tum poterit impune occidi? hanc quæſtionem late diſputat, & reſoluit Nellus, *in tract. de bannitis, in 2. part. nu. 1. & 8.*

7 Sed † præfatum ſtatutum ſic declaratum, ampliatur primo habere locum, etiamſi ante bannitum occidens bannito promiſiſſet ſub pœna, vallata iuramento, ſe eum non offenſurum, vt puta, Titius erat Mœuio inimicus, fecit pacem cum eo, cum promiſſione, & iuramento de non offendendo; nihilominus, vigore iſtius ſtatuti de occidendo, non obſtante promiſſione, Titius poterit Mœuium impune occidere: nec tenetur pœna conuenta, vt per Bal. *in l. 2. C. quando liceat vnicui. ſine iud. ſe vind.* vbi Alex. *in apoſtil. in l. qui ſeruum. ff. de verb. oblig.* Ancha. & Barba. *n. 162. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit.* & Ripa *in repet. l. fin. C. de reuoc. dona. num. 86.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, Cōis opin. & Alex. *in l. qui inſulam. num. 2. poſt medium. ff. de verb. oblig.* Berous vero *in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 123. & ſeq.* per pulcherrimas, & ſubtiles rationes conatur ſuadere contrarium: tamen quicquid ipſe dicat non ob hoc diſcedo à communi opinione, adde Nicol. Moroo. *in tract. de fid. treug. & pac. quæſt. 107. nu. 2.*

8 Ampliatur ſecundo † præfatum ſtatutum, quod occidens patrem, filium, fratrem, vel dominum bannitum, non debeat puniri, vel aliqua pœna affici, vt voluit Bart. & Alex. *ibi in add. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. de adult.* Sali. *in l. vnica. C. de his qui paren. vel liber.* & atg. eorum Abb. *conſ. 104. lib. 1.* Imol. *in l. triticum. prope fi. ff. de verb. oblig.* Feli. *in d. c. quæ in eccleſiarum. n. 5.* Petrus Duennas *in reg. 68. nu. 8.* cum aliis, late ibi congeſtis per eum, & nouiſſime Auguſt. Berous *in memorato c. quæ in eccleſiarum. nu. 14.* vbi reſpondet contrariis, & audacter aſſeuerat, hanc eſſe magis communem opinionem. Cōis opin. Et ratio dictæ communis opinionis videtur iſta, quia bannitus eſt transfuga, & hoſtis ciuitatis, *l. amiſſione. §. 1. ff. de capit. dimin. & in l. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſica.* & not. Bar. *in l. vt vim. & in l. omnes populi. colum. 13. ff. de iuſt. & iure.* Florian. *in l. binas ædes. ff. de ſeru. ruſt. præd.* & Moder. *in d. c. quæ in eccleſiarum.* quamuis contrarium teneat Ruinus, poſt alios ibi relatos per eum, *conſil. 4. nu. 7. vol. 5.* videlicet, quod filius patrem bannitum, propter reuerentiam, occidere non poſſit vigore dicti ſtatuti, & Follerius *in ſuis commentariis ad pragmaticam editam per Illuſtriſ. & Reuerend. Card. Pacecium. de contumacibus non comparentibus infra decem dies, &c. num. 13.* & Marſil. *in repet. l. vnica, num. 232. C. de rapt. virg.* & Franciſcus Marci *deciſ. 426. nu. 1. in 1. par. 10.*

Ampliatur † tertio præfatum ſtatutum in tantum procedere, vt ſi quis vellet interficere bannitum, vigore ſtatuti, & bannitus proteſtaretur contra inſultantem, vel offendere volentem, ne vllam ſibi inferient vim, vel iniuriam, quia ſit à banno abſolutus, nihilominus proteſtans, niſi ſtatim faceret fidem de reſtitutione, vel abſolutione ſibi facta à ſuo iudice, poſſet impune offendi, ſecundum theoricam Bar. *in l. non ſolum §. morte. ff. de noui oper. nunc.* communiter approbatam ibi à Scriben. *& in c. cum M. de conſtit.* vt atteſtatur Ripa *ibi num. 178.* 9 Cōis opin.

Ampliatur † quarto allegatum ſtatutum, permittens aliquem impune occidi, quod intelligatur etiam permittere illum verberari, ac iniuria affici, ſecundum Bal. *in l. nec in ea. ff. de adult.* Bal. *in l. 2. C. de exhib. reis. in l. ſi quis non dicam rapere. in princ. C. de epiſc. & cleric. in l. pen. C. de priu. carc. in l. 3. ff. de adimen. leg. & in l. in ſuis.* & ibi Ang. & Imol. *ff. de lib. & poſthum.* Io. And. *in add. Specul. in tit. de conſuet. §. 1. in fin.* Ant. *in cap. fin. de conſuet. in c. fallent.* & Imol. *in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim.* quos ſequitur & refert Alex. *in d. l. nec in ea.* Hinc eſt, quod dicebat Gloſſ *in l. 2. C. de patrib. qui fil. diſt.* quod ſi pater poteſt filium vendere, à fortiori illum pignori dare poterit, quam ibidem ſequitur Azo *in ſumma.* 10

Ampliatur † quinto hoc ſtatutum, permittens generaliter bannitum occidi, quod generaliter debeat intelligi, ſiue quis occidat per ſe, ſiue per alium, etiam data pecunia, vt voluit Bal. *conſil. 401. ad euidentiam dicendorum, col. fin. volum. 1.* & Dec. *in d. conſil. 327. nu. 5.* Imo concludit etiam Bald. *in l. Gracchus. C. de adult.* per textum ibi, quod ſtante ſtatuto, quod bannitus pro certo crimine non poſſit occidi, niſi à ſuo inimico, quod tunc inimicus poſſet vtique alteri mandare ſimiliter, quod illum aſſaſſinaret, & mandatarius ob id non puniretur: quia quod licitum fuit in perſona mandantis, reputatur itidem licitum in perſona mandatarii. 11

Limitatur † primum iſtud ſtatutum ita, & taliter ampliatum, intelligi ſolummodo de bannitis ex veris probationibus delicti, non autem de bannitis per contumaciam, ſecundum Bal. Ioan. de Imol. *in l. ſi mora. ff. ſolut. matrim.* Alberi. *in tract. ſtatut. in 1. part. quæſt. 52. Sed hic quæro, &c.* & dictum ſequitur etiam Alexan. *in l. omne delictum, circa princ. ff. de re mil.* Marſil. *conſ. 82. num. 11. conſil. 100. num. 8 & 12. & in l. infans. num. 84. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* poſt nonnullos alios Doct. ibi per eum relatos, & Berous, *in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 117.* & Alex. per pulcherrimas rationes, *in d. l. ſi mora. num. 13.* inquiens ibi, hanc eſſe magis communem opinionem, quod bannitus propter contumaciam non intelligitur ex maleficio bannitus, & ſequitur etiam conſulendo, recitat Hieroni. Albanus *conſil. 8. doleo quod cauſa viduæ mortalis, num. 27.* quia contumacia non eſt maleficium, ac delictum, vt ſcripſimus *in Opin. 884. Teſtis vocatus & citatus, in fin.* 12 Cōis opini.

Hiſce † accedit pro maiori declaratione præcitati ſtatuti, quod vnusquiſque de populo in iudicio poſſit comparere, & bannitum defendere, ac tueri, 13

per remedium nullitatis: & taliter comparenti obiici non poſſet, eius non intereſſe, per doctrinam ſingularem Bart. *num. 10.* quam ibi ſequitur Ang. Sali. Fulgo. & Paul. de Caſtr. *num. 9. in l. vbi pactum. C. de tranſact.* Bal. *in l. de vrſonam. C. de inſe.* Abb. *in c. ſlla. de accuſat.* cum aliis, de quibus per Feli. *in c. cum ſuper. colum. 5. verſ. Non ſolum pro intereſſe. & c. num. 14. de ſent. & re iud.* & Marſil *in l. ſi quis, ne quaeſtio. verſic. Reperio etiam, nu. 125 ff. de quaeſt.*

14 Limitatur ſecundo, † quod ſi ſtatuto permittatur, bannitum condemnatum in centum, poſſe impune occidi, tunc ſi quis reperiatur bannitus condemnatus in vna cauſa, in quinquaginta, & in alia cauſa, in aliis quinquaginta, non debeat fieri in hoc caſu cumulatio, vt dicatur bannitus in centum: quoniam eſt materia odioſa *l. vbi fideiuſſor.* vbi hoc omnes Doctor. tenent, & firmatur *ff. de ſolut.* Barba. *in c. licet. num. 45. & ſequent. de fora compet.* & Iaſ. *in l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi plane deducunt hanc eſſe communem opinionem. Com. opin.

15 Limitatur tertio † praefatum ſtatutum, quod carcerati, ſeu capti per iudicem, in manibus ipſius iudicis occidi non poſſint, ſtante ſtatuto, quod poſſint impune occidi, ſecundum Bart. *in l. is ſequentis, ff. de acq. rer. do.* & probatur in *l. fin. C. de caſt. reorum,* & firmat Marſi. *ſingul. 150. acceſſus ad meretrices, & in l. 1. num. 8. circa fin. ff. de ſicar.* & Michael Ciſuentes *in comment. ſuper leges Tauri, in l. 76. colum. 1. verſ. Septimo dubita iter.*

16 Limitatur † quarto praemiſſum ſtatutum, permittens bannitum poſſe impune occidi, quod habeat ſolum locum in legitime, ac rite bannito, non autem in bannitis contra normam, formamve à iure traditam, *l. non putauit. §. ma quaeuis,* & ibi Bar. *ff. de contrarah. & l. 4. § condemnatum. ff. de re iudic.* & ita conſuluit Hieroni. Albanus *in d. conſil. 8. num. 22. cum aliis ſequent.* Et iſte occidens non rite bannitum, non iuuabitur dicto ſtatuto, ſecundum Canoniſtas *in c. 6. quae in eccl. ſiarum.* & Legiſtae omnes communiter poſt Bar. *in l. 3. § ſi ſeruus ff. de acquir. poſſ. & in l. 9. neis quaeſu.* cum aliis abunde congeſtis per Marſil. *conſil. 110. num. 10. 15. cum aliis ſeq.* vbi fit hanc eſſe communem opinionem, & Alexan. *conſil. 77. viſis ſubiecta tionibus, num. 5. 6. 7. & 10. volum. 1.* & D. Iulius Clarus *in pract. crim. in § Homicidium. verſ. Maior eſt dubitatio, quando bannum eſt nullum, colum. antepen. fol. 31.* vbi citat hunc locum, & opinionem meam, & affert animo contemnendi Marſilium, per me, *vbi ſupra conſil. 110.* allegatum non dicere hoc in libro ſuo: tamen eum rogo vt excutiat puluerem de libro: quia Marſilius citatus per me fideliter, dicet hoc & literis aureis triumphans. Com. opin.

17 Imo occidens † bannitum, qui fuit nulliter bannitus, non excuſabitur, quo minus puniatur ordinarie, videlicet ſi taliter occidens habuit notitiam huiuſmodi nullitatis; alias, cum diligenter de ea perquirere, & ſe informare de ea debuerit, tanquam culpabilis, iudicantis arbitrio plectendus erit, iuxta communem theoricam Scriben. de qua, per Alex. *conſil. 77. viſis, colum 1. lib. 3.* poſt Bart. Bal. & alios, *in l. non putauit. §. quaeuis ff. de contrah. & in l. fin. ff. de adult.* & Bal. *in l. ex morte ad leg. Aquil.* Doct. maxime Iaſ. *in l. 4 §. condemnatum. col. fin. ff. de re iudic.* cum aliis, de quibus per Dec. *conſil. 48 1. num 10* per Bald. *in l. 1. C. de ferr. & in add. Specul. in tit. de citat. colum. 4. verſic. Non valet.* Alexan. *conſil. 114. num. 4. lib. 1. & conſil 160. lib. 7.* & Felin. *in d. c. quam in eccleſiarum. colum. 2.* Com. opin.

18 Limitatur quinto † dictum ſtatutum, dans praemium occidenti bannitum, non comprehendere occidentem bannitum, ſe defendendo, ac tuendo: quoniam non fuit ſpiritu, aliter, vt occideret bannitum, verum vt ſe defenderet, vt voluit Bar. arg. illius text. *in l. ſi quis in grauit. §. vtrum. ff. ad Syllan. & in l. nulla macula, ſin. aliter per illum text. C. de delatorib. lib. 10.* vbi hoc idem tenet Alex. ſequendo Bart. & Rom. *in d. §. vtrum.* & Michael Ciſuentes *in d. l. Tauri. 76 poſt princip.*

Coarctatur iſtud † ſtatutum ſexto loco, loquens de bannitis, non procedere in bannita, & ſic in muliere, ſecundum Ioan. de Ana. *in c. intelleximus de his qui fil. occid* Bal. *in l. Imperator. la 2 ff. de ſtat. hom.* Ang. *conſil. 67. primum.* Alex. *conſil. 28. praeclare, volum 3.* & Dec. *in l. foemina. num 83. de reg. iu.* Quod procedit in foemina praegnante, ſecundum Marſil. *in pract. crimin. in §. nunc videndum, num. 50.* & Petrum Duennas, *in reg 68 num. 7. cum aliis ibi per eum congeſtis.* Et animaduerte, quod ſi quis interficiat mulierem bannitam, quae ex allegati ſtatuti diſpoſitione impune interfici potuit, & ea praegnans fuiſſet, ille de homicidio tenetur, & punitur, licet praegnantem fore ignorauerit: quia de hoc cogitare debuit, ſecundum Bal. *in l. Imperatores, in 1. lect. ff. de ſtat. hom.* quem ſequitur Sali. *in l quoniam. C. ad leg. Iul. de vi publ.* & Nellus de Sancto Gemin. *in tractat. de bannitis, in 2. par. 1. temp. q. 45.* Et illud, quod ſupra docuimus, mulierem bannitam praegnantem non poſſe occidi, probatur hac ratione, ſecundum Bal. & Ioan. de Ana *in locis ſupra relatis:* quia grauiſſimum facinus committit, qui praegnantem occidit. Et praedicta procedunt, ſecundum eos, etiamſi partus ſit adulterinus, vel in carcere conceptus. Et procedunt, etiamſi eſſet mulier praegnans decem, vel viginti dierum tantum: quia licet non ſit animatus, tamen eſt ſpes. 19

§ Sed aduerte, quod ſi mulier bannita poſſet occidi: à fortiori poſſet etiam adulterari, cum homicidium ſit maius, quam adulterium. *c. ſi quid verum. 33. q. 2.* & ita firmauit Nellus *in tract. ſub tit. bannitorum in 2. parte 2. temporis quaeſt. 46.* In contrariam vero ſententiam inclinant Bal. *in l fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* & Dec. *in c. quam in eccleſiarum. col. 7. ver. Et ideo refert. de conſtit.* vbi dilucide admonet iſtam opinionem contra Nellum communem eſſe: quam ſequitur etiam & citat Iulius Clarus *in pract. crim. in § homicidium lib 5 fol. 30. verſ. Sed an ſtante huiuſmodi ſtatuto ſi mulier bannita.* Com. opin.

Limitatur † ſeptimo antedictum ſtatutum in vxore, interficiente maritum, quae puniri debet, non obſtante ſtatuto praebente licentiam cuicunque, occidendi bannitum impune: quia mulier eum non debet offendere, quem tenetur alere, & defendere, ſecundum Cepol. *conſ. 5 caſus talis eſt.* 20

Limitatur † octauo praedictum ſtatutum non habere locum, nec extendere vires ſuas, extra territorium ſtatuentium; & ſic occidens bannitum extra territorium ſtatuentium, non iuuabitur tali ſtatuto, nec erit immunis à poena homicidii, ſed à Principe illius territorii poteſt pro tali homicidio capitaliter puniri, ſecundum Ioan. Bapt. Ferret. *in d. conſil. 330. num. 3. & ſeq. vol. 1.* & Iaſ. *in l. fin. col. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* poſt Ioan. de Imol. *in Clemen. paſtoralis, colum. 4. de ſent. & re iud.* & Anchatan. *in c. canonum ſtatuta, de conſtit. 1. lect. 17. verſ. Tertio principaliter.* & hoc tenet & optime probat Roinus *conſil. 84. num. 1. 4. & 6. volum. 4.* Marſil. *conſil 121 num. 1. & ſeq.* licet ipſe in ſing. 294. *Octauo reſtringit, & conſ. 32 & in pract. crim. in § aggredior. num. 21. & in l. eiuſdem. §. transfugas. num. 3. ff. ad leg.* 21

Corn.

Corn. de ſicar. in præmemoratis locis, dicat poſt Bal. *conſil.* 434. *præmittendum eſt ad euidentiam, &c. lib.* 5. & in multis alijs locis, quod ſtatutum tribuens occidenti bannitum, præmium, comprehendat etiam interficientem talem bannitum extra ſtatuentis territorium, & huic ſententiæ inhæret etiam Tobias No-
22 nius *conſil.* 98. *ſub nu.* 7. *& ſeq.* Mihi vero † magis placet prima opinio, tanquam melioribus rationibus, & pluribus, ac fere grauioribus authoritatibus vallata: quam hac potiſſimum ratione comprobo, quod bannitus non ſolum extra territorium impune occidi nequit, verum etiam nec capi poteſt: quia bannitus extra territorium ſtatuentis captus, debet relaxari, cum ſit illegitime captus, vt per Bal. *in auth. Item nulla communitas, in fin. C. de epiſco. & cler.* Nellum *in tract. de bannitis, in 2. par. 2. temporis, in q.* 30. &
23 Iaſ. *in l. vbi pactum. col. 6. C. de pactis.* Comprobo † etiam altera ratione: quia ſi ſtatutum in fortioribus terminis, ſtatueret præmium occidenti bannitum rebellem, vel hoſtem ciuitatis, vbique, & ſic extra territorium ſtatuentis; tunc non excuſaret occiſorem, etſi occiſor ex huiuſmodi ſtatuto, ſeu publico edicto, caperetur extra territorium ſtatuentis, & in loco commiſſi homicidii, iuſte puniri poſſet vt homicida, vt optime firmat S. Ant. Archiepiſc. Floren. *in ſua ſumma in* 1. *part. tit.* 7. *c.* 8. *de homicidio. col.* 7. *& ſeq. verſ. Sed nunquid licet cuilibet occidere.* vbi appellat etiam tale ſtatutum iniuſtum, & ait, quod illud ſtatuentes mortaliter peccent.

24 Bene verum tamen eſt, † quod bannitus ob homicidium ab vna ciuitate Eccleſiæ, cenſeatur ex Bullis Pontificum bannitus ab vniuerſo territorio, Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiecto, & ita conſuluit in terminis Tobias Nonius *in d. conſil.* 98. *nu.* 6. *& ſeq.*

25 Et quamuis † occidens bannitum in territorio alieno, non euitet pœnam homicidii, nec peccatum; nihilominus meretur præmium ſtatutum, & pollicitum in banno, vt voluit Bal. *conſ.* 434. *præmittendum eſt vol.* 5.

26 Sed ſi bannitus † occideretur in locis, ſeu ciuitatibus cum Principe banniente confœderatis, durante confœderatione, tunc hoc ſtatutum extenderet vires ſuas extra territorium bannientium, & conſequenter in mentionatis locis confœderatis: ſecus autem ſi interficeretur bannitus in locis confœderatis finita confœderatione, vt ita diſtinguendo voluerunt Bar. Albert. & alii *in l. non dubito. per illum text. ff. de capt.* & Ioan. Bapt. Ferretus *in d. conſ.* 330. *num.* 2.
Cōis *volum.* 2. vbi dicit iſtam eſſe communem diſtinctio-
opin. nem, & opinionem. Et ibi † reſpondendo conclu-
27 dit etiam *num.* 5. *& ſeq.* quod in crimine læſæ maieſtatis valeat bannum, ſeu ſtatutum, quod extra territorium bannientis occidi poſſit reus bannitus.

28 Limitatur modo † memoratum ſtatutum, quod licet bannitus in perſona offendi poſſit; nihilominus in rebus ſuis, aliqua moleſtia, quantumuis minima, inferri nequit, & conſequenter in bonis offendi non poteſt, vt doctiſſime firmauit, & probauit Illuſtriſſimus D. Hieroni. Albanus Cardinalis, *in d. conſil.* 8. *num.* 29. *cum aliis ſequent.* contra Iaſ. & ſequaces, *in l.* 1. *C. de hered. inſtit.* contrarium aſſeuerantes. Sed tamen in contrariam ſententiam reperio inclinaſſe
Cōis communem Scholam omnium Doctorum, vt ſi ſta-
opin. tutum permittat impune bannitum offendi, eius etiam res auferri poſſint, *l.* 1. *§. quod prætor. ff. de aleatoribus.* Bar. *in l. nec in ea ff. ad legem Iul. de adult.* Angel. Paul. de Caſtr. & Alexand. *in l. in ſuis. ff. de lib. & poſt hum.* Ant. Trigo. *ſingul.* 42. Bald. *in c. in litera. colum.* 1. *de reſtitut. ſpoliat. & in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & in l.* 3. *C. ſi penden. appell. mors inter.* & Iaſ. & Dec. *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure.*

Addo inſuper, † quod ſi ſtatutũ impune bannitũ 29
offendi permittat, quod eum interficiẽs, ſtatim, & incontinenti eum ſpoliare poſſit, ſecundum Auguſt. Armil. *in add. ad Ang. in tract. maleſic. in verb. Et veſtem cæleſtem. add.* 1. Hieroni. Butrig. *in l. lecta. ff. ſi cert. pet.* Marſil. *conſil.* 90. Albert. Brun. *in repert. ſuo. in verb. Stante ſtatuto, quod bannitus poſſit impune offendi.* Ant. Trigo. *in d. ſing.* 42. Felin. *in c. quæ in eccleſiarum. col.* 2. *de conſtit.* & Dec. *in d. l. vt vim.*

OPINIO DCCLXXI.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod pater teneatur ſoluere legitimam, pro delicto filii, an valeat. Et quid hoc caſu de iure communi obtineat, nu.* 2.

3 *Et an tale ſtatutum habeat locum in nepote. & nu.* 6.

4 *Extenſio non fit in pœnalibus per identitatem rationis, cum conſtitutio pœnalis odium irrationale contineat.*

5 L. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. *qua filii puniuntur ob delictum parentum, non extenditur ad filias.*

6 *Pater punitur ob crimen læſæ maieſtatis commiſſum per filium.*

7 *Statutum obligans patrem ad ſoluendam legitimam pro delicto filii, an locum habeat, ſi ſtatutum extra territorium delinquentium commiſſum ſit.*

8 *Statutum, quod pater teneatur ſoluere pro crimine filii legitimam, non procedit in filio pupillo committente delictum, nec etiamſi filius ſit condemnatus propter contumaciam, num.* 9. *Et procedit quo ad patres ciues, non autem quo ad patres forenſes, nu.* 10.

11 *Statutum imponens patri, vel auo pœnam pecuniariam, pro delicto filii, vel nepotis, valet, & ſuſtinetur.*

12 *Statutum, quod vnus teneatur pro alio, an valeat, nu.* 13. *&* 14.

15 *Pater ſoluens pro redemptione filii legitimam fiſco ex forma ſtatuti ipſum ad id obligantis, non cogitur deinde filio in teſtamento eam relinquere.*

16 *Pater ſoluens condemnationem pro delicto filii, præſumitur in dubio ſoluere de bonis filii, non de ſuis, ſi filius habeat bona aduentitia & materna.*

STATVTVM diſponens, † quod pater teneatur 1
ſoluere pro filio condemnationem vſque ad legitimam, vel quod pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filii, valet, & tenet, ſecundum Alex. *in l. lex Cornel. num* 8. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* & iſta eſt
communis opinio, & obſeruatur in practica. vt atte- Cōis
ſtatur Marſil. *ſing.* 362. *Statutum volens, & ſing.* 481. opin.
Communis opinio. Bal. vero *in d. l. lex Cornelia.* inclinauit in contrariam ſententiam, videlicet, quod non valeat, nec teneat aliquo pacto ſtatutum, diſponens, quod pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filii: quia tyrannidẽ ſapit, quæ nullitatis cauſa eſſe debet, ex quo non habet legis requiſita, *c. erit autem lex* 3. *diſt. & l.* 1. *&* 2. *ff. de legib.* Et quod ſapiat tyrannidem, facit: quia diſpoſitum eſt alibi, ne pater pro filio teneatur, ſicuti nec filius pro patre, nec vxor pro marito, *l.* 1. *& tot. tit. C. ne filius pro patre, nec vxor pro marito, cum ſimilibus.* & not. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi pars hered. pet.*

¶ Secundo ad idem eſt bonus text. *in l. ſi filius. C. de bonis proſcrip.* vbi pro delicto filii peculium eius caſtrenſe, vel quaſi non publicatur, & ibi Bal. ergo quanto minus legitima patre viuente, quæ eſt ipſius, *l.* 1. *§. ſi impuberi. ff. de coll. bonor.* ergo ſtatutum ini-

Y 3 quum

Digitized by Google

quum valere non debet, & ita etiam dicit per *l. ſi ſi-lius.* Bar. *in l. ſi finita. §. ſi de vect g. col. 3 ff. de damno infect.* & latius Angel. *in l. ſi filius, in prin. ip. ff. de inoffic. teſt.*

¶ His tamen non obſtantibus contrarium verius videtur, quod etiam communiter tenetur, vt ſupra recenſui, per text. *in c. 1. de delictis puer.* vbi hoc Anchar. & poſt eum Ioan. de Ana. not. & tenent, etiam Glo. *in rubr. C. de decretis decurionum, lib.* 10. Bal. *in l. 1. C. ne filius pro patre.* Iaſ. *in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſt.* Ruinus *conſil.* 149. *num.* 13. *volum.* 3. Pomates *in add. ad Bart. in l. Stichus, in littera A. circa fin. ff. de pe. ulte leg.* & Mantua *in d. auth. nouiſſima.* vbi vſque ad ſatietatem reſpondet argumentis ſuperius relatis, & alliis inſiniis, quæ pro contraria parte per Doctor. adducuntur. Et quod iſta opinio ſit communis, & ita ſeruetur in practica, teſtatur Alex *in d. l. lex Cornelia. colum.* 2. Aldobrandinus *in §. praterea. num.* 56. *Inſtit. quibus mod. ius patria poteſt. ſol.* & Chaſſan. *in conſuet. in tit. de ſucceſſ rub.* 7 §. 2. *nu.* 5. *ſol.* 320.

2 Sed limitatur † hoc ſtatutum non habere locum de iure communi: quia ſi condemnatus ſit ex delicto filius, pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ, non tenetur. *auth. ſi qua mulier. C de ſacroſanct. eccleſ.* & ibi Bar. *in fin.* tradit Abb. quoque *in c. 2, de delictis puer. colum.* 3. & hanc opinionem tenet etiam Specul. *in tit. de execut. ſentent. num.* 2. Bald. *conſil.* 257. *per totum, volum* 3. Doctor. omnes *in l. in ſuis ff de liber. & poſthum.* Guil. de Cun. Bart. Albert. & Bal. *in l ſi qua pœna ff de his qui ſunt ſui, vel alien iuris* & hanc ſententiam ait eſſe communem Bertan. *conſ.* 33. *ponitur in facto, poſt medium, volum.* 5. Soc. Iun. *conſil* 51. *num.* 5. *lib.* 1. & Petrus Duenna *in reg.* 357. *in ſecunda ampliat.* poſt alios ibi relatos per eum, & Ruinus *conſil.* 149. *volum.* 3. & Ioach. Mynſing. *in obſer.* 25. *centuria.* 4. vbi refert ita obſeruari in iudicando, in Camera Imperiali, quod filius non habeat ius in legitima, viuente patre.

Com. opin.

3 Limitatur † ſecundo præallegatum ſtatutum non habere locum in nepote, ſecundum Bal. *in l ſi qua pœna. in pen. quæſt.* quem refert & ſequitur Ruinus *conſil.* 8. *num.* 6. *lib.* 5. licet nepos large veniat appellatione filii: quia huiuſmodi ſtatutum continet odium irrationale, ſecundum Rayner. de Forl. *in l. talis §. 1. ff. de ritu nupt.* & Crotum *in l. omnes populi. col.* 35 *ff de iuſt. & iure.*
4 Vnde in † pœnalibus non fit extenſio per identitatem rationis, *c. ſtatutum, & c. licet. de elect. lib,* 6. quem text. ad hoc citat Calder. *conſil.* 1. *in tit. de heret.* Quod ſine dubio procedit, quando conſtitutio pœnalis continet odium irrationabile, vt ſupra
5 docuimus. Prout † etiam apparet *in l ſi quiſquam C ad l. Iuliam maieſt.* vbi filii puniuntur propter delictum parentis, Ideoque illa lex, loquens in filiis, non extenditur ad filias, vt ibi habetur, & not. Bar. *in l.* 5. *ff. de verb. ſign* Angel. *in l. qui ingenii. C. de ſeruis fugit.* Iaſ. *in l. quæ id quod. colum.* 4. *in 6 limit. ff. de iur. omn. iud.* quia continet odium irrationale. Simul tenet non ha-
6 bet locum e contra, † ſi filius committat crimen læſæ maieſtatis: quia propterea non punietur pater, ſecundum Sal. *in d. l. quiſquis.* quem ſequitur Dec. *conſ* 64. *colu & 2.* Et illud, quod ſuperius retulimus, quod appellatione filiorum non veniant nepotes, ſequitur etiam Bar. *in l. patrſ ff. de adult.*

7 Limitatur † tertio loco præfatum ſtatutum procedere, cum delictum per filium eſt commiſſum in territorio ſtatuentium, alias ſecus, vt per Bar *in tract. repreſal. in 1 q.* & Iaſ. *in §. actiones, n.* 88. *Inſtu. de act.*

8 Limitatur † quarto, hoc ſtatutum per Marſil. *in ſing ſupra citato,* non habere locum in filio pupillo,

Quinto † limitat idem Marſil. dictum ſtatutum non procedere, quando filius eſt condemnatus propter contumaciam *l. infans. n.* 20 *ff. de ſic. arcu, & in l. de vnoquoque, nu.* 173. *ff. de re iud.* & Corn. poſt Bal. & alios ibi per eum, *conſ.* 97. *nu.* 5. *lib.* 4. 9

Sextu fallit † præallegatum ſtatutum, quod pater teneatur aſſignare legitimam fiſco pro filio delinquente, procedere, quo ad patres ciues, non autem quo ad patres forenſes, ſecundum Bal. *in l. ſi qua. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.* 10

Et quemadmodum † valet præcitatum ſtatutum, ita etiam valet aliud ſtatutum, patri, vel auo pecuniariam pœnam imponens pro delicto filii, vel nepotis: vt per Bal. *in l. 1. C. ne filius pro patre, & in l. ſancimus C. de pœn.* poſt Guid. de Suza. *in l. ſi quis in tantam.* poſt Glo. *ibi. C. vnde vi.* & Barba. *in c. cognoſcentes. de conſt. nu.* 7. *circa fin.* & alios quamplures, relatos per Ruin. *conſ* 8. *nu.* 1. *lib* 5. vbi hoc optimis rationibus probat, limitat, & declarat. 11

Et iſtud ſtatutum, † quod vnus teneatur pro alio, tenet, vt ſupra docuimus, & iſta eſt vera, & communis opinio, teſte Dec *in d. c. cognoſcentes, de conſtit. nu* 8. 12 Com. opin.
Et dic; † quod iſtud ſtatutũ ita demum valeat, quando inest cauſa legitima, ſicut cum pater obligatur pro delicto filii, quia ineſt cauſa, vt quis retrahatur à delicto, quamuis non ſubſit culpa patris, ſecũdum Bal. *in l ſancimus, C de pœn.* Imol. *in l. cum filius. in princ. ff de ver. obli.* & Alex *in l. ſæpe, chat.* 2. *ff de re iud.* Limitatur autẽ dictum ſtatutum, † ſi diſponeret, quod quis corporaliter puniatur pro alio, tunc enim non valet, ſecundum Bal. *in l. 1. C. ne filius pro patre,* & Sal. *in l ſi filius eod. tit.* & Bal. & Sali. *in rub C. res inter alios acta.* Ancharan. *in d. c. canonum ſtatuta, de conſtit. verſ. Quæro vlterius, ſcriptum eſt &c.* & Alex. *in d. l. ſæpe.* 13 14

Et nota ex prædictis, † quod ſi pater ſoluiſſet pro redemptione filii legitimã fiſco, ex forma ſtatuti ſupra relati, non cogeretur illam filio in teſtamento relinquere, nec per conſequens teneretur ad aſſignandam et aliam, ſecundum Bald. *in l. ſi cum dotem §. ſi poſt ſolutum ff. ſol. matr. & in d. l. lex Cornelia. col.* 1. & Guid. Papæ *ſing.* 568 *poſt medium* Sed ſuper hoc Bar. diſtinguit *in d. l. ſi Stichus nu. 2. in fine.* quod ſi pater ſolueret emendam pro condemnatione filii voluntarie, tunc taliter ſoluta non ſunt imputanda in legitimam; ſecus vero ſi ſoluiſſet ex neceſſitate, forte per ſtatutũ, tunc ſoluta proculdubio imputanda eſſent, quã diſtinctionẽ ſequitur Bal. *in l. omnimodo §. imputari. C de inoffi. teſt* Sed eam reprobat Fabia de Monte, *in repet. auth. nouiſſ. n.* 4. *C. de inoffi. teſt q* 8. eand. reprobat Ripa *in l. in quartam, n* 185. *ff ad l. g. Fal.* vbi dicit ita communiter teneri. Et pro iſta communi facit text. *in l. relegatorum. §. fi. ff. de interdi. & releg.* vbi dicitur, quod ex delicto quis non debeat habere beneficium, & multo minus, ſi pater filio, vtendo liberalitate, legitimã dono dediſſet. Et hoc caſu, ſi filius præfatam legitimam aſſignatam diſſipauit, non tenetur pater rurſus legitimam aſſignare, ita tenet Bar. & ibi Paul. de Caſtr. & Doctor. *in d. l. ſi cum dotem. §. poſt ſolutum. ff. ſolut. matrim.* Paul. de Caſtr. *conſil.* 80. *num.* 3. *vol.* 1. & Bal. *in l data. C. de don.* Et dato, quod pater ſolueret legitimam pro filii delicto, nullo iure, nec ſtatuto cogente, ſi eo prætexto eam illi aſſignaret, non teneretur aliquo modo ad aliam, vt voluit expreſſe Bal. *in d. § ſi poſt ſolutum.* Et ſic pater ab initio quando ſoluit legitimam integram vel partem eius, debet proteſtari, quod ſoluat animo compenſandi, & repetendi, *l. at ſi quis. §. plerique. ff. de relig. & ſump fun.* & not Gloſſ. & Doct. *in l.* 1. *C. de neg. geſt. & in l. alimenta eod. tit.* 15 Com. opin.

Similiter

25 Similiter his accedit, † q̄ patet generaliter ſoluendo condemnationem pro delicto, per filium perpetrato, & confeſſato, habentem peculium aduentitium, id eſt, bona materna, nulla facta mentione de vna cauſa magis quam de alia, in dubio cenſeatur ac præſumatur ſoluere de bonis filii, & non de ſuis, & illud computabitur in partem ipſi filio, ſecūdum Bar. *in l. Si. hus ff. de pecul. leg. num. 2. circa medium per l. Neſennius ff. de negotiis geſt.* quem ſequitur Bald. *in authent. ex teſtam. C. de collat. in 5. q.* & iſtam Bat. opinionem ait eſſe magis communem Alexand. *in d. l. in quartam, n. 23. ff. ad l. Falcid.* & Ruin. *conſil. 149. num. 14. vol. 3.* Cōis opin.

OPINIO DCCLXXII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum in partibus Thuſciæ, loquens de inteſtato an habeat locum in pupillo propter communem vſum loquendi in Tuſcia, ita vt ſtatuto diſponente matrem filiis ins ſtatis, vel ab inteſtato non ſuccedere, ipſa ad hæreditatem pupilli defuncti non admittatur.*

1 STATVTVM † in partibus Tuſciæ, loquens de inteſtato, habet locum in pupillo, propter communem vſum loquendi in Tuſcia: & ſic ſtatutum hoc diſponens, quod mater filiis inteſtatis, vel ab inteſtato, non ſuccedat, de verbi proprietate in pupillo, qui propriè inteſtatus non decedit, locum habet, & per conſequens, mater ad hæreditatem pupilli defuncti non admittitur, ſecundum Bart. *in l. 1. ff. de ſuis & legit. per text. ibi.* quem ait interpretationē huiuſmodi, ſeu extenſionem facere, ex communi vſu loquendi. ¶ Et licet magna ſit altercatio ſuper hoc dicto Bart. ſ ceres, quæ latè tradit Alex. *in l. generaliter, col. 1. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* vbi ponit duas opiniones principales, & latiſſimè per Dec. *con. 466.* vbi refert & ponit duas communes, *& conſ. 563. n. 2.* vbi ſe præſe eam magis communem eſſe Bar. *in d. l. 1.* & vberius per Cart. *con. 14 a. per totum, & nu. 5.* & Io. Cephal. *a 10. l. g. a ſtatuto diſponitur, nu. 13. vſque ad num. 66. volum. 2.* vbi conſuluit pro illa parte contra Bart. aſſerendo eam magis communem eſſe.

¶ Tamen quicquid ſit quando Deci. & alii inferunt contra Bar. videntur ſe fundare ex diuerſitate rationis vnius caſus ab altero: ſed ratio diuerſitatis aſſignari non poteſt; & ideo Corn. *conſ. 318. ex pluribus lectur. num. 7. vol. 1.* firmat quod omnes fateantur quod ſi apparentiter communi vſu loquendi, talia ſtatuta, etiam correctiua, extendantur, & quod communis vſus loquendi ampliet, & reſtringet diſpoſitionem. Et ſic opinio Bar. ex rationibus, & authoritatibus congeſtis per præcitatos Doctores in locis præallegatis, videtur verior, & communior. & eam ſequor, prout eam quoque ſequitur, & ab omnibus contrariis tuetur Ruinus *conſ. 50. num. 2. 7. & 12. vol 3.* vbi profitetur hoc magnum & vtile verbum, quod renera communis opinio non ſit in contrarium, vt præſupponit inaduertenter Alex. *in d. l. generaliter* & ei inhæret etiam Dec. *conſ. 34. nu. 1.* & Georg. Natta *in tract. quod ſtatut. ib. maſcula. q. 4. principali nu. 6.* & Fel. *in rub. de fide inſt. ſub num. 3.* & D. Brunorus à Sole *ibi in add. a. 10.*

OPINIO DCCLXXIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens fœminas à ſucceſſione ab inteſtato, propter agnatos, an eis tollat ius veniendi contra teſtamentum.*

2 *Statutum quamuis exorbitans, & odioſum ex parte fœminarum, loquens de ſucceſſione inteſtati extenditur ad cauſam etiam teſtati. Et ſic filia ab inteſtato excluſa à legitima, cum ſtatutum præfert maſculos, multo magis à matre poteſt excludi, condito teſtamento, vltra id quod ei relictum eſt.*

3 *Conſuetudo excludens matrem à ſucceſſione, & à legitima, licet loquatur in ſucceſſione ab inteſtato, procedit tamen etiam in cauſa teſtati, adeo vt mater à filio inſtituta & grauata poſt mortem teſtatoris, fratri hæreditatem reſtituere inſtar extranea legitimam deducere non poſſit.*

4 *Filia ab inteſtato excluſa etiam ex teſtamento petere nō poteſt ſupplementum legitimæ.*

5 *Conſuetudo auferens teſtandi facultatem fauorabilis cenſetur, ac ſic extendenda.*

6 *Extenſio fit in exorbitantibus de caſu ad caſum in materia fauorabili, etiamſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio, quam in alio, & quamuis non adſit omnino eadem ratio.*

7 *Statutum matrem excludens à filii ſucceſſione, etiam reſpectu legitimæ valet.*

8 *Conſuetudo poteſt prohibere mulieri inſtitutionem extraneorum.*

9 *Statutum inducens, quod filia non ſuccedat ex teſtamēto, valet, & tenet.*

STATVTVM † excludens fœminas, propter agnatos, à ſucceſſione ab inteſtato, an tollat eis ius veniendi contra teſtamentum? dic, quod ſi extraneus ſit hæres inſtitutus, non intelligi tunc ſtatutum velle, quod mulier aliquo iuris remedio teſtamentum infringere nequeat, nec poteſtate impugnandi cenſetur in eo caſu priuata à ſtatuto, ſi agnatus aliquis non ſit inſtitutus hæres, cum in fauorem agnatorum illud ſtatutum ſit editum: vt pleniſſimè conſulendo tradit Paul. Caſtr. *conſ. 196. in puncto quæritur de quadruplici volum. 1.* & Dec. *conſil. 296 in caſu, nu. 4. & conſ 378. viſo themate, & conſ 383. viſo puncto,* Soci. *con. 150. num. 26.* vbi aſſerit hanc eſſe communem opin. & ſe per multos vidiſſe ita conſultū, & Alexand. idem atteſtando quam plurimos congerit *conſ. 47. circa ſinem 9. & ibi apoſtil. vol. 2.* & Alber. Brun. *in tract. de ſtat. excluſ. fœm. propter maſculos, in 10 artic. qualiter & quando in q. 4. in princ. in 2. membro.* & Duc. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthum.* 1

2 Et † retenta ipſa communi in deciſiuis, facit etiam, quod ſtatutum quamuis exorbitans, & odioſum, ex parte fœminarum, loquens ab inteſtato, extendatur quoque ad cauſam teſtati, & ſic filia ab inteſtato excluſa à legitima, quando ſtatutum præfert maſculos, multo magis ab eo poteſt excludi condito teſtamento, vltra id quod ei relictum eſt: quia tunc concurrit duplex prohibitio, ſcilicet legis, & hominis quæ plus ſolet operari, quam ſimplex legis prohibitio. *§ ſanctiſſimas, in authent. de ſanct. epiſ. & l. 2. C. de vſucap. pro empt.* ſecundum intellectum Bar. *in l. filiusfamilias. §. Diui ff. de leg. 1.* cum quo tran. eunt alii communiter. & not. Gloſ. *in c. rerum. de condit. appoſit. & in c. licet de maior. in 5.* & per Imol. & alios *in c. de cetero de praben.* cū aliis concordantib per Alex. *in l. §. Diui. in princ.* 2

3 Congruit † etiam præmiſſis, quod ſi conſuetudo excluderet matrem à ſucceſſione, & à legitima, quāuis loqueretur in ſucceſſione ab inteſtato, procederet nihilominus etiam in cauſa teſtati, adeo, vt ſi à filio mater inſtituta, grauata fuerat poſt mortem teſtatoris fratri hæreditatem reſtituere, cenſeretur tunc extranea, ita vt ne cale gare poſſet, legitimam ſibi deberi in reſtitutione fideicommiſſi; quoniā ſatis eſt matrē excluſā eſſe à ſucceſſiōe inteſtati: & ſic etiā à legitima. Nā eod. modo in cā teſt. ei excluſa cenſetur, propterea q legitimā ita in cā teſtati meretur, ſicut in 3

cauſa inteſtati, à qua ſumit initium, & regulam, *l. Papinianus, § ſi quis mortis & §. quoniam autem quarta ff. de inoff. teſta.* Portius *in § ſed hoc quidem, nu 9. inſtit. de exhered.* Affl. *in deciſ. 158. num. 6.* & Bru. *in d. tract. art. 9. q. 1.* Mater itaque cum ſit excluſa ab inteſtato exiſtente ſtatute filii defuncti, non poteſt in aliqua cauſa teſtati legitimæ ſibi debitæ facere menſurationem.

4 Adducitur † quoq; quod cũ filia ab inteſtato eſt excluſa, tũc inteſtati & etiã cauſa militet ſtatutum, ita vt ſupplementũ legitimæ nequaquã debeatur; & ſic in hoc caſu filia ab inteſtato excluſa in teſtamento, non pót petere ſupplementũ legitimæ, ſecund. magis cõmunem opinionẽ, quam ſequuntur Alexan. & Aret. *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum* vbi etiam Ruin. *col. 71.* Barbat. *conſ. 50. col. 8. & ſeq. vol. 3.* Alex. *in l. ſi emancipati col. 3. C. de collat.* Ruin. *conſ. 17. in princ. vol. 2.* & Brun. *in d. tract. artic. 9. q. 1.* vbi reſpondet omnib. contrariis. Com. opin.

5 Quibus † quidem omnibus accedat ſimiliter, quod conſuetudo, auferens teſtandi facultatem, fauorabilis cenſeatur, & ideo extendenda eſt, vt cõſuluit Grauet. *conſ. 118. in hac cauſa non mediocriter graui. num. 7. cum aliis ſeq.* & Roland. à Valle *conſ. 72. ſtatuto ciuitatis Caſalis volum. 1.* non mirum ergo ſi iſta cõſuetudo oſtendatur.

6 Quoniam † in exorbitantibus, ſit extenſio de caſu ad caſum, in materia fauorabili, etiamſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio, quam in alio, & ſic quãuis non adſit omnino eadem ratio: vt probatur ex notatis per Gloſ. *in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul.* dum vult, quod illa lex exorbitans, quæ diſponit, quod hæreditas delata deſcendenti ex teſtamento, non adita trãſmittatur ad deſcendentes, locum etiam habeat in hæreditate delata ab inteſtato, & tamen potentior eſt ratio quando defertur ex teſtamẽto propter voluntatem teſtatoris expreſſam quam ab inteſtato, ob voluntatem tacitam, *l. conſtituuntur ff. de iur. codicil.* & ita etiam declarat Imol. *in l. ſi vero. §. de viro ff. ſolut. matr.* dum tractat de extenſione facienda in exorbitantibus. & Natta *conſ. 210. legatum factum per nobilem quondam Mattheum num. 5. volum. 1.* & Albert. Brun. *in d. tractat. quod ſtantibus maſculis, articul. 8. nu. 15.*

7 Conſiderandum † eſt itidem quod ſi ſtatutum diſponens matrem excludi à filii ſucceſſione, tenet & valet etiam reſpectu legitimæ, Ang. *conſil. 32. nu. 10.* vbi ait hoc dubietatem non habere vel minimam, Alex. *conſil. 3. volum. 7.* Cor. *conſ. 276. volum. 4.* Soc. *con. 466. num. 1.* & Pariſ. *conſ. 20. volum. 2.*

8 Multo fortius † poterit cõſuetudo prohibere teſtamenti factionem mulieri & inſtitutionem extraneorum: quia fundatur talis conſuetudo in ratione conſeruandæ agnitionis, iuxta Bar. *in l. fin. ff. de hered. inſtit. l. cum hi, in princ. ff. de tranſact.* & Dec. *conſ. 10. n. 11. & con. 683. num. 7.*

9 Facit † etiam hoc quod ſi ſtatutum ſinducere poteſt, ne filia ſuccedat ex teſtamento, quod quidem ſtatutum valet, & tenet vt præſupponit Bart. & omnes *in l. fin. C. de pact.* & voluit Bal. *in l. 1. C. de ſa. ſanct. eccleſ. ver. dixi de ſtatutis* & Anchar. *in c. canonũ ſtatuta de conſt.* quare non poſſet inducere idem ſtatutum, vt non ſuccedat extraneus ex teſtamento?

OPINIO DCCLXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quod delinquens in feſto Beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri, non comprehendit delinquentem, ſeu vulnerantem in nocte, quæ ſubſequitur feſtum B. Virginis.*

1 STATVTVM † diſponens quod delinquens in feſto Beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri, non comprehendit delinquentem, ſeu vulnerantem in nocte quæ ſubſequitur feſtum Beatæ Virginis: quia nox ipſa quæ ſequitur huiuſmodi feſtiuitatem non comprehenditur ſub die præcedenti. & ſic delinquens non eſt puniendus aliquo modo duplici pœna, nec ſub diſpoſitione huius ſtatuti cõprehẽditur vt tenet per optimas rationes cõſulendo Federic. de Senis *conſ. 44. factum tale eſt.* quem ſequũtur omnes Scrib. in *l. Romano ff. de feriis,* Felin. cum aliis citatis per eum, *in c. eccleſ. Sanctæ Mariæ de conſtit. in c. ſi perfodiens, in 2. not. ... de homicid. & in c. conſuluit de offi. deleg.* in quibus locis ipſe fatetur iſtam eſſe cõmunem opinionem, & idem teſtatur Coſta, *in memorab. in ver. diem, circa finem.* Com. opin.

OPINIO DCCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum cum requirit ad probationem alicuius rei teſtes optimos, vel optimæ famæ, & conditionis: tunc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari, & probari.*

STATVTVM †, requirens ad probationem alicuius negotii teſtes optimos, vel optimæ famæ & conditionis; tunc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari, & probari; vt voluit Ang. *in l. 2. §. diem ff. quemad. teſt. apert.* Marſ. *ſing. 187. Qualitas appoſita, poſt mediũ.* Pet. de Monarchada cũ aliis ſignatis per eum, *in tract. de teſtib. num. 392. cum a. in ſeq.* quem fecit ad perficiendum tractatum Io. Crotti, qui morte præuentus ſuum tractatum de teſtibus perficere nequiuit: ideo iſte tract. Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Crotti, & eandem opinionem ſequitur tuetur, & magis communem opinionem ſequitur, tuetur, & magis communem ac veram eſſe refert Alciatus *in tract. de præſumpt. in 2. reg. præſumpt. 2. num. 10.* Com. opin.

OPINIO DCCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum factum, conditumque in odium, ſeu præiudicium certæ perſonæ, non poteſt dici nullum licet ab eo poſſit appellari.*

STATVTVM † factum, conditumque in odium, ſeu præiudicium certæ perſonæ, non poteſt dici nullum; ſecundum Dec. *in c. cum omnes in 1. lect. num. 15. cum aliis ſeq. de conſt. in c. conſuluit el. 3. num. 32. de app.* vbi atteſtatur hanc eſſe communem contra Abb. ibi contrarium aſſeuerantem; & de eadem communi contra Abb. facit mentionem Curt. Iun. etiam *in l. 2. num. 7. ff. quod quiſque iuris, & in l. fin. num. 25. C. de edic. Diui Adr. tollen.* Com. opin. ¶ Cæterum opiniones iſtas ad realem cõcordiã reducere nititur Aret. *in rub. num. 7. de iorſt.* 1

¶ Et licet de nullitate ſtatuti huius, conditi in præiudicium particularis perſonæ, dici nequeat: tamen ab eo appellari poteſt, atque permittitur, ſecundum Bar. *in repet. l. omnes populi, num. 53. ff. de iuſt. & iur.* Iaſ. *in l. 1. num. 3. & ſeq. ff. de legibus* Ripam *in 1. lib. r. ſponſorum c. 22. num. 4.* & Dec. *in d. c. cum omnes, in 1. lect. nu. 15.* in quibus locis ponunt hoc pro regula cũ ampliationibus, limitationibuſque quam plurimis.

OPINIO DCCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de compromiſſo faciendo inter coniunctos valet, eſtq; fauorabile, & ob publicam vtilitatẽ inductũ.* 1

STATVTVM † de cõpromiſſis faciendis inter coniunctos, valet, & tenet, eſtque fauorabile & ob publicam vtilitatem inductum; ſecundum Bar. Bal. *colum. fin.* & Paul. Caſtr. *colum. 1. in 1. conſt. Codicis,* Bar. *in l. am-*

ambitioſa, col. 5. & Alexand. *in add. ibi ff. de decret. ab ord. fac.* Affl. cit. *deciſ.* 46. Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa,* 1. *parte in princ. num.* 34. Brutium *conſ.* 26 *num.* 4. *volum.* 3. & Hanibalem Cauenſem *in pragmatica* Od.a *quæ inter coniunctos, num.* 8. quorum opinionem approbat, limitat, & à contrariis quibuſcunque tutam reddit & denique communem eſſe, atque contradictorem habere nullum, fatetur Marcus Ant. Blanc. *in tract. de compromiſſ. in* 1 *quæſt. nu.* 1. & *ſeq.* & Roland. à Valle etiam *conſ.* 57 *num.* 12. & *ſequentibus vol.* 2. vbi dictam communem extendit, & ampliat in tribus caſibus & in 11. aliis caſibus limitat Marſil. *ſing.* 463. *Viget ſtatutum* & *in* 7. *ampliat.* & *in* 19. *limitat.* per Duen. *in reg.* 36. *Affines ad compromittendum ad totam.*

Com. opin.

OPINIO DCCLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod cauſa inter affines compromitti debeant, fauorabile reputatur.*

2 *Statutum, quod cauſa inter affines debeant compromitti, tanquam fauorabile comprehendit etiam filios emancipatos, & nepotes ex eis conceptos poſt emancipationem.*

1 STATVTVM † diſponens, quod cauſæ inter affines cõpromitti debeãt, vltra quod valeat, ac publicæ vtilitatis occaſione inductum ſit, vt in præcedenti Opin. docuimus, eſt etiam fauorabile, vt voluerunt Bald. *in l. affirmatum. C. communia, de ſucceſſ.* Fulg. *in l.* 4 §. *prætor ff. de in ius vocand.* Bald. Paul. Caſt. Rom. & Sali. Cor. Dec. & cæteri *in l. qui ſe patris. C. vnde lib.* Roma. & Sali. *in l.* 1. *C. vnde vir, & vxor.* Iaſ. *in l. ex quibus. ff. de leg.* Anchar. conſulendo *conſ.* 158 Alexand. *conſil.* 107 *in prin. vol.* 6 Socin. *conſ.* 4. *in fin vol* 1. Cuma. *conſ.* 50. Han. Cauenſ. *in pragmat.* 20. Od.a *quæ inter coniunctos ſub n.* 8. & Marcus Anton. Blanc. *in tract. de compromiſſ. in* 1. *q. num.* 3 & *ſeq.* vbi citat complures alios eiuſdem ſententiæ, reſpondet contrariis ferè omnibus eam limitat, ac ſimul magis communem eſſe inquit, & ei pariter inhæret, atque profitetur communem Petrus de Benintendis *deciſ.* 21. *ſub num.* 23. & Roland. à Valle etiam *conſ.* 57. *num.* 13. *volum.* 2.

Com. opin.

2 Et effectus † qui oritur ex hac communi, inter cæteros vnus eſt iſte, quod ante dictam ſtatutum, tanquam fauorabile ampliandum ſit, vt comprehendat etiam filios emancipatos, & nepotes ex eis conceptos poſt emancipationem, ſecundum Bald. Rom. Caſt. Alexand. & Moder. *in l. qui ſe patris. C. vnde liberi.*

¶ Et licet Dec. cõſulendo ſi mauerit, contrarium *conſ.* 13 & *pro tenui facultate mea num.* 3. *cum aliis ſequent.* Tamen in deciſionis tutum non foret à prima ſententia tanquam vera recedere.

OPINIO DCCLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum concedens creditori, deſcripto inſtrumẽto, executionem paratam perſonalem contra debitorem, an proſit quoque ceſſionario creditoris, vt ipſe etiam poſſit petere executionem inſtrumenti contra debitorem.*

2 *Ceſſionarium non poteſt petere executionem inſtrumenti contra debitorem, niſi prius conſtet de ceſſione, & eius iuribus.*

1 STATVTVM † paratam executionem perſonalem in inſtrumento quarentigiati concedens, ſeu promittens creditori principali mẽtionato, ac in inſtrumento deſcripto, prodeſt quoque ceſſionario creditoris prædicti, vt ipſe etiã poſſit, vigore iſtius ſtatuti, petere executionem inſtrumenti contra debitorem obligatum, ſecundum Ioann. Andr. *in add. Specul. in tit. de aſſ. & act. ſub rub.* Iacob. But. Bal. Sali. Ro. & Dec. *in ſin. aul.* 1 *ff. ſi cert. pet.* Ang. *conſ.* 58. Cyn. Bal. & Alex. *num.* 24 *in l. ſi ſi. ff. de leg.* 1. Sali. *in l. ſi* 2. *creditore C. de act. & oblig.* Benedict. de Blaſ. *in tract. de inſtrum. quarentigiato, in* 1. *parte principali, quæſt.* 9. Paul. Caſtr. *col.* 2. & Alexand. *num* 9 *in l. poſtulante. ff. ad Senatuſcon. Treb.* vbi ſcribit, iſtam eſſe magis communem opinionem; & ſimiliter Barthol. de Capua *in c. Regni, incip. Item, quod ſi debitores num* 11. atque artificioſiſſimus D. Caramta *in ritu* 286 *ſub num.* 4 & Io. Bapt. Bouius etiam, *in tract. de ſtat. verb præſcripti. titul. contra om. cred. Glo.* 19. *num.* 48 *fol. paru.* 53. & ita conſuluit Rom. *conſ.* 142. adde eundem Rom. *conſ.* 38. Et ſic petere poteſt executionem dicti inſtrumenti ceſſionarius, ſicut poteſt creditor principalis: ſiquidem tranſitus in ceſſionarium cum priuilegio, eius inſtrumento cohærente, ſecundum præmiſſam communem ſententiam. Et ob hæc certè in Regno Neapol. ceſſionarius Inſtrumentum vndique liquidum poſſet præſentare ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ *incip. item quod ſi debitores, aut debitrices in tit. de inſtrumẽ. & eorũ præſentationib.* vt voluit Gloſſator ibi, & Matt. ſub dubiis, & in reſolutis verbis *in tract. de indiciis, in* 6. *part. prin. in verb. Propoſui in principio huius ſeptimæ par. num* 9 *fol.* 107. nihilominus practica contrarium obſeruat in regno videlicet, quod ceſſionarius præſentare nequeat inſtrumentum ſecundum formam ritus, teſte Bolognetto *in d. l.* 1. *ff. ſi certum pet. num* 59. per rationem ibi aſſignatam per eum, & expreſsè firmat ac optime probat Afflict. *in conſtit. eos qui ſecunter num.* 14. *rub.* 55. *lib.* 3. & Dec. Caramta *in d. rit.* 286. *per tot.* vbi *ſub nu.* 4. explanat opinionem hanc veriorem eſſe, & in practica ſeruari in toto Regno: & ſic ita vidiſſe iudicari aliquando meminit Abb. Paulus Fuſcus, *in ſcholiis ad Marinum Frecciam, in tract. de præſen. inſtru. ſecundum formam ritus in* 11. *part. q.* 10. & ita vidi etiam obſeruari iudicari, & practicari in magna Curia Vicariæ, in Regia Aprutina audientia, & in Curia noſtra Aquilana quam plurimis vicibus.

Et † quod hoc fieri, & admitti nequeat, videtur colligi planè ex deductis, ac notatis per Bald. & Sali. *in l. per diuerſas q.* 10. *C. man.* vbi tenet, quod vbicunque ex ſtatuti vel inſtrumenti forma, et diſpoſitione capi, & excommunicari poſſit, debitor ad inſtantiam creditoris, nulla citatione interueniente: tunc equidem hoc fieri, ac peti non poſſet per ceſſionarium ſicut creditor poterat vigore inſtrumenti prædicti, niſi in primis, & ante omnia conſtet de ceſſione, & eius iuribus; & ſic neceſſario apparere debet ante executionem faciendam, audito, & citato prius debitore, iſtum eſſe verum ceſſionarium. & ſequitur Ang. *in d. l. poſtulante,* Ro. *in d. conſ.* 142 *in fin.* Alexand. *conſ.* 95. *col.* 4. & *conſ.* 443. *col.* 2. *vol.* 1. Barb. *conſ.* 15 *lib.* 1. & iſta eſt communis opinio vt conſtat ex citatis per Boer. *deciſ.* 10. vbi ait ita fuiſſe notatum, ac decitum in ſacro Burdegalenſi Senatu, & ſequitur Marſil. *in l. ſi quis ne quæſt. num.* 8. *ff. de q.* & *ſing.* 26. vbi inquit, hoc in actu practico pluries obtinuiſſe: ideo non mirandum eſt de aſſertione facta per Bulog. *in d. l.* 1. Sed contrarium obſeruari ſe vidiſſe, teſtatur Cotta *in memor. in ver. Heres cenſetur eadẽ perſona cum defunc. poſt med.* 2

Com. opin.

OPINIO DCCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Statutum conditum per ciuitatem, de præſtanda certa eleemoſyna eccleſiæ quolibet anno, an poſſit reuocari per eandem ciuitatem, etiam poſt acquiſitionem factam ipſi eccleſiæ.*

STATV-

1 STATVTVM † conditum per ciuitatem, de præſtanda certa eleemoſyna eccleſiæ quolibet anno poteſt reuocari per eandem ciuitatem, etiam poſt acquiſitionem factam ipſi eccleſiæ, ſecundum Cyn. Imol Alex. nu. 5. & Iaſ num. 9. *cum aliis ſeq. in l. non amplius §. 1 ff. de leg. 1.* Fulgoſ & Paol. Caſtr. *in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Sali *in auth. caſſo in 5. q. eod. tit.* Dec. *in c. eccleſ. Sancta Maria, de conſtit. num. 231. & ſeq.* vbi etiam Felin. *in q. 12.* oſtendens iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

§ In contrariam vero partem, videlicet quod ciuitas eleemoſynam, quæ vigore huiuſmodi ſtatuti religioſis dari conſueuit, reuocare nequeat, inclinarunt Bar *in d. l. priuilegia. num. 3.* Gemin. *in c. quia in eccleſiarum, colum. 3. de conſtitut. & in c. 1 colum. 7. de conſtit. in 6* Roma. *in auth ſimiliter in q ſpeciali Cod ad l. Falcid.* Caccialupus, *in repet. l. admonendi fol. 14 ff. de iureiur.* & Anton. Franc. de Doctoribus *in ſ. bolis ad Alexandr. in d. l. non amplius §. 1. in litera* C. vbi aperta fronte atteſtatur iſtorum ſententiam eſſe veriorem, atque ſecundum eam ſe conſoluiſſe apud partes Germaniæ, Collegium Patauinum: tamen ſpreta hac opinione concurro cum prima Cyn. & Sequacium aſſertione communi cui videtur inhærere Iaſ. etiam cum aliquo modeßamine *conſ. 1. col. 6. volum. 1.* prout facis *in d. l. non amplius. §. 1. num 15.* Alexand *conſ. 160. volum. 2. pol. 5. & ſeq* Calcan. *conſ. 12. colum. 4.* & Ægidius Boſ *in tract. crim. in tit. de Principe, & priuilegiis ſuis, num. 222, fol. 255.* vbi pariter meminit de communi opinione.

OPINIO DCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudine, vel ſtatuto induci poteſt, vt valeat captatoria voluntas id eſt, vt alter pro altera teſtetur.*

1 CONSVETVDINE, † vel ſtatuto induci poteſt, quod valeat captatoria voluntas, vt alter pro altero teſtetur; & ſic captatoria voluntas vltima per ſtatutum approbari poteſt, ſecundum Ang. *in l. captatorias ff de hered. inſtit.* Alex. Socin. Ripam, & alios *in l. 2. ff de vulg. in princ.* qui cum Iaſ. perhibent, iſtam eſſe communem opinionem & ſequitur Alexand. *in l. captatorias C. de teſt milit.* & Couarruuias *in c. cum tibi. num. 13. de teſta.* & eruditiſſimus D. Cardinalis Albanus, *in lucub. in Bar. in l. 1. num. 12. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & Proſper Caratuta, *ſuper pragmatica Filiorum familias in §. 8. nu. 24. & ſeq.* Statutum. Com. opin.

OPINIO DCCLXXXII.

SVMMARIA.

1 *Statutum puniens maleficium, an extendatur ad mandantem.*

2 *Item an ſtatutum puniens mandantem, intelligatur etiam punire facientem.*

1 STATVTVM † puniens maleficium, an extendatur ad mandantem: dic quod cum ſtatutum, diſponit, per verba in rem concepta, vtputa, pro homicidio perpetrato, vel pro furto, ſit pœna mortis: tunc etiam mandans tenebitur ea pœna: ſed ſi in perſonam loqueretur ſtatutum puta ſi quis homicidium commiſerit; tunc mandans propriè homicidium feciſſe non videtur, ſicque pœnam ordinariam non ſubire, verum aliam mitiorem ſecundum Bar. *in l. aut qui aliter §. fin. num. 3. ff. quod vi. aut clam,* Dec. *num 3. & ſeq.* & Cagnolum *nu. 2. in l. is damnum dat. ff de reg iur.* Iaſ cum aliis congeſtu peteum *in l. ſi is qui pro emptore. num. 82. ff. de vſucap* & Carrer. copioſè *in ſua pract. crim. in §. circa igitur tertium de homic. idem 10. in fi. num. 59.* in quibus locis audacter firmat iſtam eſſe communem opinionem Sed huiuſmodi diſtinctio, tanquam verbalis, à pleriſque reiecta eſt, & ſic quod vtroque caſu pœna ordinaria teneatur, firmat eſſe cõmunem ſententiam Gandinus, *in rubrica C. de tranſact. colum. 10 & in rub. de pœnis col. 4.* Ipſe vero primæ ſententiæ Bart. & Sequacium minori, veriori in puncto iuris, & communiori, inhæreo. Com. opin.

Sed † quid in caſu contrario, an ſtatutum puniens mandantem, intelligatur punire facientẽ? quod nõ ſecundum Bal *in c. 1. in princ. num. 23. in fin.* vbi Barbat. *in ald. in tit. quibus mod feud amitt. fol. 21.* Sed hodie in Regno non eſt dubitandum, quin vterque comprehendatur vigore Regiæ Pragmaticæ. 2

OPINIO DCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quod per iudicem in certis caſis, nulla iuris ſolennitate ſeruata, procedi poßit, extendit iudicis facultatem, vt etiam diebus feriatis in honorẽ Dei procedere poßit.*

STATVTVM † diſponens quod per iudicem in certis cauſis nulla iuris ſolennitate ſeruata, procedi poſſit; intelligitur vt etiam diebus feriatis, in honorem Dei, procedere poſſit iudex, ſecundum Bart. *num 3.* Bal. & Ang *in l. milites. C. de teſtam. milit.* Rom. *in rub de arbitr q 17.* Bar. & Bal. *in l. 1 ff. de milit. teſt.* Bar. *in l. prouinciarum C. de feriis,* & Anchatan. *in Clementin. ſæpe. de verb ſig.* quia hæc feriarum obſeruatio iure humano cenſetur inducta. § Contrariam vero partem firmauere Imol. & Roma. *in l. ſi cum filiumfamil. de dona. pcrd. Clem ſæpe cum ibi notat* Alexand. *num. 4. & ſeq. in d. l. milites.* & Tiraquel. *de priuileg. piæ cauſæ. priuilegio 156.* ſed quicq id Doctor. iſti ſuadeant, ob hoc tamẽ in actu practico, nullo modo recedendum foret à prima opinione Bar. & ſequacium, quæ vera, communiſque ex relatis apparet. 1 Com. opin.

OPINIO DCCLXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Dotis cauſa non comprehenditur ſub ſtatuto, requirente conſenſum propinquorum, generaliter loquente.*

STATVTVM, † ſeu lex generaliter loquens, non videtur comprehendere dotem, ac bona dotalia: & conſequenter cauſa dotis in ſtatuto generaliter diſponente, nõ cõtineretur *l. fin. C. de iur. dot.* vbi Sali. Iaſ. *in l. 1. 3. notab. ff. ſolut matr. & in l. quod dicitur, col. 2. ff. de verb. oblig.* Bald. Nouellus *in tract. dotis, in 9. part. priuileg. 47.* Gozad. *conſ. 43. num. 11. & ſeq.* Ruin. *conſ 61. num 3. volum 3.* & Neguſan. *in tract. de pignorib. in 8. par. 1. membro, ſub nu. 23.* vbi perhibet iſtã eſſe communem ſententiam atque Decio, contrariam aſſeueranti reſpondet. idemque teſtatur Illuſtriſſimus, & cõſummatiſſimus in legali ſcientia D. Cardinalis Albanus *in lucubrat. ad Bar in d. l. 1 ff. ſolut. matr. num. 3.* & comprobat Iaſſin. è Tiraq. *in tract. de rete act. cauſang. §. 1. Gloſ. 14. num. 91. cum aliis ſeq.* 1 Com. opin.

OPINIO DCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & creditorem ius hypothecæ habentem.*

STATVTVM † loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & ſic procedit quoque in creditore ex legato, vt per Dec. *n. 26.* Curt. Iun. *nu. 69* & Iaſ. *nu. 36. in l. 1. ff. ſi cert. pet.* vbi docet iſtam eſſe communem opinionem, attento communi vſu loquendi, & Alexand. *ibi, num. 37.* 1

&

40. & Socinus *num.* 42. & Ripa *num.* 89. *cum aliis ſeq.* § Præterea ſtatutum hoc extenditur quoque ad creditores ius hypothecæ habentes; ideoque debet etiam legatarium comprehendere, qui habet tres actiones, ex teſtamento, rei vendicationem, & hypothecariam: vt not. Guid. Papæ *deciſ.* 437. & ſcripſimus de hac materia vberius *ſupra*, 1. *lib. in Opinione* 49. *Appellatione cuiuslibet rei, num* 5. *& ſeq.*

OPINIO DCCLXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod credi debeat iuramento damnum paſſi vel creditoris, non procedit in fauorem forenſis etiam ſi forenſis ſolueret onera merè realia.*

2 *Statutum diſponens, quod iuramento alicuius fides adhibeatur, intelligitur, niſi contrarium probetur.*

1 STATVTVM † diſponens quod credi debeat iuramento damnum paſſi, vel creditoris, non procedit in fauorem forenſis, vt per Dec. *conſ.* 550. *num.* 8. & Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 26. *vol.* 3. vbi docet iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

§ Quod ſtatutum equidem procedit, etiamſi forenſis ſolueret onera mere realia: vt per Alex. *conſ.* 5. *alias* 41. *volu.* 7. Sed ſtatutum hoc latius, & vtilius interpretabimur infra, *in Opin.* 798. *ſequenti. Statutum diſponens quod de damno dato.*

2 Itidem † hoc ſtatutum, quod credi debeat iuramento alicuius, intelligitur, niſi contrarium probetur, vt firmauere Aug. & Io. de Imol. *in l. qui bona. §. qui dam. de dam. infect.* Abb. *in c. propoſuiſti in princ. de probat.* Aocharan. *in c. canonum ſtatuta de conſt.* Paul. de Caſtr. *in leg. fin. de prat. ſtipul.* Sali. *in l.* 1. *C. de reb. cred.* Paul. de Caſtr. & Alex. *in l.* 2. *§. ſi obſeruus §. ex noxa. cauſa agatur.*

OPINIO DCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, teſtamenta ſine inſinuatione non habere firmitatem procedit etiam ſi teſtator inſinuationem fieri prohiberet.*

1 STATVTVM † diſponens, quod teſtamenta ſi nō inſinuentur, non habeant firmitatem aliquam locum habet, etiamſi teſtator prohiberet in ſuo teſtamento illud inſinuari debere, nam nihilominus ex defectu huiuſmodi inſinuationis, teſtamentum eius non valeret: quia teſtator prohibere nequit inſinuationem, à lege municipali requiſitam, ſecundum Bar. *num.* 8. & omnes *in l. nemo poteſt. ff. de leg.* 1. cuius opinionem communem eſſe ſcribunt ibi Iaſ. *in* 2. *lect. num.* 41. Ioan. Hanib. *num.* 272. & Ripa *nu.* 57. Cōis opin.

OPINIO DCCLXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, de damno dato ſtari debere iuramēto damnum paſſi, non habet locum in furto.*

2 *Statutum, quod de damno dato ſtetur iuramento damnū paſſi, non procedit cum ſi accuſatus inſtet, vt Iudex ipſe inſpiciat locum, dicens ex inſpectione oculari damnum nullum appariturum, & tunc iudex non obſtante ſtatuto id facere poteſt & pronunciare prout ex aſpectu apparebit.*

3 *Statutum, quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, non habet locum, quando accuſatus petit exprimi diem à damnum paſſo vt eum de falſo poſſit redarguere nunc enim neceſſario debet exprimi dies per damnum paſſum alioquin eius iuramento non creditur.*

STATVTVM † diſponens, de damno dato ſtari debere iuramento damnum paſſi, non obtinet in furto, ita vt, ſi alicui ſit commiſſum furtum, non ſtetur eius iuramento cum furtum ſit mere criminale licet in furto inſit damnum: ita voluit eleganter Bald. *in l. nauta. §. quæcunque ff. nau. caup. & ſtabul. in l. aut prætor, in principio ff. de iureiur. & in l. ſi ſeruus ſeruum §. alteram, ff. ad l. Aquil.* Hoſtienſ. *in ſumma in tit. de damno dato. § locum habeat, in princ.* Albe. *in l.* 1 *§. occiſorum ff. ad Syllan. in* 2. *parte ſtatutorum q.* 6. 3. *item quæro aliam &c.* Alex. & R. Ioan. *in l.* 2. *ff. de damn. infect.* & idem Alex. *conſ.* 167. *requiſitum colu.* 1. *volum.* 2. & Marſil. poſt alios relatos per eum, *in l. de minore §. tormenta n.* 3. *ff. de quæſt. & in ſua pract. crim. in §. expedita num.* 75. & Io. Bapt. Plotus *in repet. l. ſi quando C. vnde vi num.* 823. *circa fin.* vbi aſſerit hanc eſſe cōem opinionem, & Ripa *in d. l.* 2 *ff. de dam. infect. num.* 3. licet ibi de ea nonnihil dubitet, complura ſatis vrgentia in contrarium adducendo. Cōis opin. 1

2 Interpretatur † ſecundo præfatum ſtatutum, ac limitatur (quod accuſatoris iuramēto de damno illato fides exhibeatur) non procedere, ſi accuſatus, contra quem iuratum fuit inſtaret apud iudicē, vt ad inſpiciendum locum accederet: quia ex euidentia & inſpectione propriorum oculorum nullum damnum illatum appariturum ſit: eo caſu Iudex requiſitus à parte non obſtante prææallegato ſtatuto proficiſci poterit ad locum damni, & pronūciare illud quod ex aſpectu conſtabit, ſecundum Bald. & Sali. *in l. contra negantem C. ad l. Aquil. & in l.* 1. *C. ſi aduer. lib.* & Mar. poſt alios relatos per eū, *in l.* 1. *§. ſi ſerui quæſt nu.* 4 *& ſeq ff. de quæſt.* & Barbat. *in c. perniciſam. nu.* 105. *de offic. ordin.* & Cotta *in memora. in ver. Statuto Ciuitatis Mediolani &c. & in ver. Damnum.* & ita refert ſe vidiſſe in practica obſeruari Curt. Iun. *in repet. l. admonendi num.* 91. *ff. de iureiur.*

§ Et ratio huius concluſionis hæc eſſe videtur; quia nulla lex prohibet, vel excludit probationem per rei euidentiam, vt voluit Azo *in ſumma. C. ad leg. Aquil.* & Bal. *in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. & in rub. C. de prob. & in d. l. contra negantē*, vbi Sali. & Cæpolla, *in cautela* 104. *num.* 1. licet titubanter, & parum ſibi conſtans ipſemet Bald. *in l.* 2. *ff. de iureiur.* teneat expreſſè contrarium, reſpondendo dictæ rationi. Exploſa tamen iſta Bald. ſententia, tanquam in nube fundata amplector primam opinionem, quæ etiam videtur communis, vt meminit, & atteſtatur Curt. *in d. l. admonendi. num.* 352. Cōis opin.

3 Interpretatur, † ac coarctatur tertio dictum ſtatutum, quod credatur iuramento damnum paſſi, ſi reus accuſatus petat exprimi diem per damnum paſſum: quia intendit illū redarguere de falſo, & probare, ipſum damnum paſſus eſt, vel accuſatorem fuiſſe alibi: tunc neceſſario debet exprimi dies per damnum paſſum, alioqnin eius iuramento non creditur, ſecundum Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de iud.* & iſta eſt communis opinio, de qua per Doct. *in l. arbitraria. §. ſi quis Ephesi ff. de eo quod certo loco*, *& in l. libellorum. ff. de accuſat.* Et dictum ſtatutum, volens, credi iuramento damnum paſſi, limitat *in d. l. ſi quando*, Io. Bapt. Plot. *in* 61 *caſibus & in* 55. *aliis caſibus ampliat. nu.* 251. *vſque ad numer.* 755. Cōis opin.

OPINIO DCCLXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Statutum in fauorem viduarum inductum non habet locum in viduis meretricib. ſeu luxurioſè viuentibus.*

2 *Statu-*

2 *Statutum excludens mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota à ſucceſſione filiorum primi matrimonii, habet locum in vidua luxurioſè viuente.*

3 *Mulier comitatina, nupta ciui, gaudet priuilegio ciuis, mortuo viro, quamdiu vidua manet, ſi honeſtè viuat ſecus ſi inhoneſtè.*

1 STATVTVM † in fauorem viduarum inductum non procedit nec habet locum in viduis meretricibus, ſeu luxurioſè viuentibus, ſecundum communem opinionem omnium Doct. quia illæ non gaudent, nec gaudere poſſunt viduarum priuilegiis: vt per Felin. *in c. ſignificantibus. colum. penult. de offic.* deleg. Maria Soc. & Doct. *in c. ex tenore, circa fin. de foro comp.* Alciat. *in l. malum §. viduam ff. de verb. ſignif.* facit text. vbi Doct. *in § quæ vero, vbi Doct. in auth. de nupt.* Gloſ. & Doct. omnes, *in authent. ſacramentum C. quando mulier tut. offic. fung. pot. & authen. eiſdem pœnis C. de ſecund. nupt.*

Cōis opin.

¶ Et hoc diligenter nota ad intellectum ſtatutorum, quæ in cauſis viduarum volunt procedi ſummariè, vel volunt earum iuramento credi ſuper intereſſe dotis, vel taxant intereſſe ſuper earum dotibus: quia non procedunt in talia ſtatuta in viduis inhoneſtè viuentibus, ſecundum Felin. *in d. c. ſignif. colum pen.* & Soc. *in d. c. ex tenore, & in d. authent. de eiſdem pœnis.*

¶ Idem videmus in ſtatuto Mediolani, concedente terminum ſex menſium viduis præſentibus, pro dotibus, vel rebus paraphernalibus, ad contradicendum creditis: quod ſtatutum non habet locum in vidua meretrice, ſeu inhoneſtè, luxurioſeque viuente: quia illa gaudere nequit aliquo modo viduarum priuilegio, & per conſequens non debet, nec poteſt contradicere pro dote & paraphernalibus ipſi creditis, in termino trium menſium, vt eſſet præſens, ſicut alii præſentes tenentur contradicere, ſecundum Fel. *in d. c. ſignificantib. colum. pen.* Alciat. *in d. §. viduam*, Soc. *in d. c. ex tenore*, Bart. & Sal *per text. ibi in l. hi ſolis. C. de reuocand. don.* Et iſta eſt cōmunis opinio, & hoc omnes tenent; vt aſſeuerat Felin. *in præallato c. ſignificantibus. colum pen.*

Cōis opin.

2 Idem † concludendum eſt etiam in ſtatuto, excludente mulierem, tranſeuntem ad ſecunda vota ſucceſſione filiorum primi matrimonii: quod habeat locum etiam in vidua, luxurioſè, inhoneſteque viuente ſiquidem pœnæ ſecundo nubentibus impoſitæ militant quoque in viduis inhoneſtis, & conſequenter, omnes pœnae, de quibus *in l. fœmina. C. de ſecun. nupt.* quas patitur mulier ſecundo nubens, patitur etiam vidua inhoneſtè viuens: vt voluerunt Bar. Bald. cæterique communiter *in d. l. hi ſolis*, per illum textum etiam Brunus, qui hoc latè probat *in tract. quod ſtantibus maſculis. q. 5. art. 6. nu. 304 cum aliis ſeqq.*

Cōis opin.

3 Facit † etiam ad præmiſſa illud, quod firmat Bal. *in l. Cum te C. ne nupt.* videlicet, quod mulier comitatina nupta ciui, gaudeat priuilegio ciuis, mortuo viro, quamdiu vidua manet quod tamen verum intellige, ſi honeſtè viuat: quia ſi inhoneſtè, non gaudet priuilegio mariti, ſecund. Bal. & Ang. *in l. eum quidam puella ff. de iuriſdict. omn. iud.*

OPINIO DCCXC.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens matrem non poſſe diſponere de bonis ſuis, niſi de vna quarta, reliquas vero tres partes teneri liberis ſuis relinquere, valet, & tenet.*

2 *Et in tantum procedit vt lucrum delatum ipſis vigore, ſtatuti poſſit ad hæredes filiorum tranſmitti.*

3 *Statutum prohibens mulierem liberos habentem teſtari præterquam de quarta parte dotis extenditur ad viduam, filios habentem, quæ dotem recuperauit.*

4 *Statuto diſponente quod mulier decedens ſine liberis, teneatur relinquere certam partem dotis fratribus, ſi mulier non habeat fratres tenetur vigore relinquere iſtam partem ſororibus, & ſi non reliquerit, poterunt ſorores petere dictam partem.*

5 *Statutum prohibens, mulierem filios habentem vltra quartam partem ſuæ dotis alienare limitatur non procedere in bonis relictis mulieri cum licentia & poteſtate alienandi.*

STATVTVM † diſponens quod mater non poſſit diſponere de bonis ſuis, niſi de vna quarta, reliquas vero tres partes teneat relinquere ſuis liberis, valet, & tenet; ſecund. Bartol. Ang. Imo. cæteroſque Doct. communiter poſt Gloſ. *in l. ſi ita quis §. cal g. ff. de verb. oblig.* & quamuis dictum ſtatutum ſit durum, & odioſum, ac contra æquitatem naturalem, & ciuilem, ſeruandum tamen eſt vt per Ant. Natan. *conſil.* 189 *col.* 2 Soc. *conſ.* 48. *col.* 2. *volum.* 1. *& conſ.* 93. *col.* 7 *eod. vol.* 1

Cōis opin.

¶ Et eo magis cum ordinatum ſit pro familia cōſeruanda. & hinc eſt, quod mulieres nō debēt admirari propter talia ſtatuta, atteſtante Ang. Aret. *in §. hæc quidem Inſtit. de exhared. lib.*

Imo † amplia hoc ſtatutum in tantum procedere quod lucrum eius vigore delatum poſſit ad hæredes ipſorum filiorum tranſmitti ſecundum communem opinionem omnium Scribent. quam citat, & ſequitur Alexan. *in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber.* Soc. *conſ.* 096. *lib.* 2. *& conſ* 67. *colum.* 1. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 331. *col.* 4. *in l. ſi maritum. C. de collat.* & Crauet. *conſ.* 185. licet contrarium, & male tenuerit Ang. *conſ.* 81. *Domina Maria. & in duobus aliis conſil. ſeq.* 2

Cōis opin.

Ampliatur † præfatum ſtatutum, quo mulier liberos habens prohibetur teſtari, præterquam de quarta parte dotis, ſecundo loco vt extendat vires ſuas etiam ad viduam, filios habentem, quæ dotem recuperauit, ſeu non recuperauit, ſecundum Bald. aliosque Doct. communiter *in l. 1. C. vnde vir, & vxor. & in l. qui liberos ff. de ritu nuptiar.* vbi iſtam communē attēſtatur, declarat, & optimis rationibus comprobat Coraſius *in 2. lect. nu. 86. & ſeq.* & Laurent Sylnan. *conſ.* 19 *num.* 83 vbi declarat quomodo intelligendum ſit hoc ſtatutum. 3

Cōis opin.

Ampliatur † tertio iisdem ſtatutum ante ſignatū vel aliud ſimile diſponens, quod mulier decedens abſque liberis, relinquere teneatur certam dotis partem fratribus, in tantum vt ſi careat fratribus, teneatur abſque ſcrupulo aliquo vigore iſtius ſtatuti, relinquere huiuſmodi partē ſororib. & poſſunt ſorores petere prædictam partem, quod vtique eſt perpetuò mente tenendum, vt per Marſil. *ſing.* 39. *Capiat vnum de parte lucrando.* 4

Sed † ſtatutum præmemoratum, prohibens mulierem, habentem filios, vltra quartam partem bonorum alienare, ita amplificatum, limitatur vtiliter locum non obtinere in bonis acquiſitis, relictiſque mulieri cum licentia, poteſtateque alienandi: & ita iudicauit pluribus vicibus religioſè, more ſuo, Rota Neap. teſte Illuſtri D. Vincentio de Franchis *deciſ.* 4 *ſub nu.* 4. de quo vt de Alexandro dici poteſt; *Maximus ingenio, corpore paruus erat.* 5

OPINIO DCCXCI.

SVMMARIA.

1 *Statutum annullans mulieris, vel minoris contractum ſine conſenſu propinquorum, non obſtante iuramento an valeat. Et an vires iuramenti ſtatuto infringi poſſint.*

2 *Statutum laicorum poteſt tollere vires iuramenti præſuppoſito dolum.*

STATV-

1 STATVTVM prohibens mulierem, † vel minorem contrahere ſine conſenſu propinquorum, vel obſtante iuramento, non valet: quia per ſtatutum non poteſt tolli vis iuramenti, quod ſeruari debet, quando poteſt, ſine interitu ſalutis æternæ, imo propter huiuſmodi ſtatutum daretur occaſio peccandi: quia iuramentum eſt res ſpiritualis, nec laicali prouiſioni ſubiacet, *in c. cum contingat, de iureiur.* & hanc deciſionem tenuit Bar. & alii, *in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem.* Abb. *in d. c. contingat. verſ. 3. de iureiur.* Rom. & Iaſ. *in l. fina. ff. qui ſatiſd. cogan.* Franc. Aret. *conſil.* 8. Alex. *conſil. 59. vol. 1. & conſil. 126. num. 4. volum. 4.* & Ferrarius *in caute. 16.* vbi ſcribit, opinionem iſtorum eſſe communem, & cæteri quamplures Doctores, congeſti per Moder. ibi, & per Bolognettum *in repetitio. l. omnes populi, num. 97. ff. de iuſtit. & iure*, vbi aſſerit, hanc eſſe communem ſententiam omnium Doct. quam ibidem limitat, & declarat *in nu. 98.*

Cōis opin.

¶ In contrariam vero partem, quod vires iuramenti poſſint ſtatuto infringi, inchoauit Bald. *in d. l. omnes populi*, cuius opinio communiter ſeruatur, ſecundum Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. *in d. auth. ſacramenta puberum.* Et pro iſta communi obſeruantia, & opinione Bald. per pulcherrimas rationes conſuluit Corneus. *conſil. 252. volum. 4.* vbi præſupponit iſtam eſſe communem opinionem, & eam titubanter, & nihil ſibi conſtans, ſequitur quoque *conſil. 135. volum 1.* & videtur ſequi pariter D. Folleriusin *pragmatica, de conſiliar. in rubr. Nicolaus Epiſcopus. num. 90. & 102.* tamen in hoc conflictu nunquam in actu practico diſcederem à prima opinione Bartoli magis communi, quam citat etiam, & limitat Curt. Iun. *conſ. 118. n. 1. & 6.*

Cōis opin.

2 Imo limitatur etiam, † quod iuramentum indirecte per ſtatutum laicorum tolli poteſt, & ſic concludit, ſtatutum laicorum poſſe tollere vires iuramenti, præſumendo dolum, ſecundum Abb. *conſil. 72. quinque dubia.* & Roman. *conſil. 12. ſub num. 2.* vbi Horat. Mandoſ. *in add. ib. in litera A.* alios eiuſdem ſententiæ referendo, refert iſtam eſſe magis communem opinionem, idemque clamat Iaſ. *in d. auth. ſacramenta puberum. col. fin.*

Cōis opin.

OPINIO DCCXCII.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium derogans ſtatuis, intelligitur etiam de futuris.*

2 *Priuilegium conceſſum, ne quis teneatur ad tributa, decimas, vel collectas, extenditur etiam ad prædia futura poſt priuilegium, & immunitatem quæſita.*

3 *Priuilegium Monaſterio, vel eius cappellis conceſſum, non extenditur ad Cappellas poſtea conditas.*

4 *Clauſula,* motu proprio, *non operatur derogationem Statutorum, vel priuilegiorum, niſi de illis ſtatutis fiat ſpecialis mentio.*

5 *Statuto derogari petens, quid debeat in ſupplicatione exprimere.*

6 *Conſuetudini immemoriali cenſetur derogatum per clauſulam,* non obſtantibus conſtitutionibus, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quorum tenores, &c.

1 PRIVILEGIVM conceſſum Comiti, † creandi tabelliones, non obſtantibus ſtatutis, intelligitur vt per huiuſmodi priuilegium derogatum etiam ſit ſtatutis fiendis, teſte Raym. de For. *in l. ſi ita eſſet. ff. de auro, & argen. leg.* Flor. *in l. ſi ſeruum. in prin. ff. de verb. prad.* Dyn. & Bar. *in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, alias §. fi. ff. de leg. 1.* quorum opinio approbatur ibi communiter, & vniuerſaliter per omnes, vt non obſcure explicat ibi quoque Alex. *nu. 7.* & Iaſ. *in 1. lect. circa fin.*

Cōis opin.

Necnon priuilegium conceſſum, † ne quis teneatur ad decimas, tributa, vel collectas, extenditur etiam abſque ſcrupulo aliquo ad prædia futura, & ſic poſt priuilegium, & immunitatem quæſita, ita Bart. *in l. damni. § si quis ades vicinas in vlt. quaſt. ff. de damn. infect.* per text. *in c. quia circa, de priuil.* & eſt text. etiam *in c. ex parte, & in c. pen. de decim.* & ſic firmant Doct. omnes quoque *in l. 1. ff. de leg. 1.* Imol. & alii *in d. §. ſi quis ades*, Alex. *conſil. 178. in occurrenti caſu, vol. 2. & conſil. 193. ex themate præmiſſo, num. 8. & ſequent. eodem volum.* & Iaſ. *in l. ſi ſtipulatus fuero. §. cum ſtipulamur. ff. de verbor. obligat. & conſil. 170. num. 6. volum. 2.* Pariſ. *conſil. 68. Quæritur primo, volum. 1.* & Guid. Papæ *deciſ. 489. Princeps, num. 1. & 3.* vbi teſtatur hanc opinionem obſeruari in Curia Delphinali de conſuetudine, verum illam videtur nimis coarctare Bald. *conſil. 112. Quæritur qui intelligantur laboratores, num. 4. & ſequent. volum. 1.* vbi concludit, rigide quidem immunitatem extendi ad bona poſtea quæſita, ſi illa ſint ſuccedanea veterum bonorum, id eſt, empta ex pecunia, redacta de rebus antiquis, vel permutatione. 2

3 Sed hoc claudicat re ipſa, † & non procedit, ſi priuilegium monaſterio, & eius cappellis, conceſſum foret: tunc enim, ad cappellas poſtea conditas illud extendendum non eſſet, ſecundum Gloſſ. & cæteros omnes *in c. cum capella de priuileg.* Alexan. *in d. conſil. 178. num. 5.* & Alciat. *conſil. 22. num. 5.* Dec. *conſil. 523. alias ſcripſi. num. 4.* vbi dicit iſtam eſſe communem regulam.

Cōis opin.

Et quamuis, † redeundo ad inſtitutum noſtrum, priuilegium derogans ſtatuto, intelligatur etiam de futuro: tamen ſi hæc clauſula derogatoria in priuilegiis appoſita non ſit, ſed ſolummodo in eis, inter alias clauſulas repetiatur clauſula, *motu proprio:* tunc ea nullatenus operatur derogationem ſtatutorum, vel priuilegiorum, niſi de ſtatutis fieret ſpecialis mentio, *c. conſtitutus de reſcrip.* vbi Imol. *colum. 10.* & Felin. *colum. 4.* & alii, & Gloſſ. *in c. ſi motu proprio. de præb. & dignit. in 6.* Vnde petens † ſtatuto derogari per Principem, tenetur neceſſario in ſua ſupplicatione non ſolum de ſtatuto facere mentionem, ſed etiam de eius tenore, *c. ſuper literis. de reſcrip.* vbi *Gloſſ. & omnes alii.* Necnon debet de confirmatione ſtatutorum à Principe facta, idem ſupplicans facere etiam expreſſam mentionem, ita Alex. *conſil. 122. viſo puncto, & accurato penſato, num. 6. & ſequent. volum. 4.* Rom. *conſ. 327. iſta ſunt rationes ſub num. 6. & ſequent.* Felin. *in d. c. conſtitutus, de reſcrip.* & Pariſ *conſil. 140. inſpectis indultis, num. 6. volum. 4.* Imo non modo de Principis confirmatione, verum etiam de iuramento, præſtito per tertium ſuper eodem ſtatuto, mentio fieri deberet, text. eſt *in d. c. conſtitutus*, & ibi Abb. Felin. & cæteri. Et hinc eſt, quod in omnibus fere Pontificiis bullis huiuſcemodi clauſula apponi conſueuerit, videlicet, *non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dicta eccleſia iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque:* † & per hanc clauſulam conſuetudini etiam immemoriali cenſetur derogatum, ſecundum M. I. *deciſione 34.* 4 5 6

OPINIO DCCXCIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod naturales, & ſpurii poſſint ſuccedere patri ſicut legitimi, non valet.*

2 *Filius illegitimus ex coitu non accuſabili natus. ad ſucceſſionem matris admittitur, niſi mater ſit illuſtris.*

Et mater locuples tenetur etiam alere filium ſpurium. Et pater licet filium ſpurium inſtituere non poſſit: matrem eius tamen inſtituere poteſt, ad hoc, vt poſt eius mortem ſpurius omnia conſequatur, nu. 3.

1 STATVTVM diſponens, † quod naturales & ſpurii poſſint ſuccedere patri, ſicut legitimi, non valet, nec tenet, ſecundum Bar. & alios omnes, *in l. 3. ff. de teſtam.* Bald. *in l. 1. C. de iure aur. an. colum. 2.* quia ſtatutum præberet fornicandi occaſionem, *l. commitere. ff. de pact. dot.* & ita per iſtam rationem tenet Feder. de Senis, *conſ. 215. & conſil. 227. colum. 17.* Bald. *in l. tam quam. C. de fideicom.* & Imol. *in l. 3. ff. de teſta.* & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur & citat Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. *in repetit. l. omnes populi. colum. 41. ff. de iuſt. & iure.* Ang. Aret. *in tract. de teſta. colum. 40. circa medium.* Dec. *in c. 1. colum. 2. in 2. lect. de conſtit. & in c. in præſentia, num. 123. & ſequent. de prob.* & Ruin. *conſil. 189. num. 7. vol. 1. conſil. 202. colum. 1. volum. 2. & conſil. 138. colum. 3. volum. 5.* licet ipſemet Dec. parum ſibi conſtans, conſuluerit contrarium, *conſil. 271.* & iſtam partem contra communem efficaciſſimis fundamentis ſequitur, & ſuſtinet Paleotus *in tract. de nothis, & ſpuriis in q. 54.* tamen quicquid iſti ſuadeant, ob hoc non diſcedo à dicta communi ſententia, tanquam magis æqua, ac melioribus rationibus vallata. *Cōis opin.*

2 Sed limita prædicta, † quod quamuis filius illegitimus vigore ſtatuti præfati patri ſuccedere non poſſit: tamen de iure communi omnis filius illegitimus ex coitu non accuſabili natus, ad ſucceſſionem matris admittitur, niſi mater ſit illuſtris, *l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.* & voluit Corn. *conſil. 25. in præſenti, in fin. lib. 1.* & per conſequens, ante obitum matris filii habebunt alimenta: † quia mater locuples tenetur alere filium ſpurium, vt notat Bart. *in auth. ex complexu. C. de inceſ. nupt.* ideoque pater, ſciens filium naturalem ei ſuccedere non poſſe ex diſpoſitione huius ſtatuti. poteſt facere hæredem matrem ſpurii, ad hoc, vt poſt matris mortem ſpurius poſſit conſequi omnia. Et ſcias, quod etiam concubinæ donari, ac in teſtamento relinqui poſſit, *l. donationes. ff. de dona. & l. qui concubinam, & l. vxorem. §. concubina. ff. de leg. 3.* 3

OPINIO DCCXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ab Imperatore, vel alio Principe, ſeu Conſiſtorio relaxari poteſt.*

1 STATVTVM, lex, † vel Princeps, poteſt prohibere, ne iuretur ſuper contractibus, & ſic relaxare poteſt iuramentum Imperator, ſeu Princeps, ſecundum Bald. *in l. non dubium. in fin. C. de legibus,* per text. *in l. fina. ff. qui ſatiſd. cog.* & Doctor. omnes communiter *in c. laicus de foro compet. in 6.* quam communem præcitati Doctor. ibidem ſequuntur, & pleno ore atteſtantur, Follerius copioſiſſime, *in pragmatica, de cenſibus in rubric.* *Nicolaus Epiſcopus, num. 90. & 102.* & alii paſſim, in iure noſtro, & Ioach. Mynſing. *in obſeruat. 99. Imperator, centuria 3.* vbi dicit ita iudicatum fuiſſe in Camera Imperiali. Et vide alteram etiam concluſionem conſimilem ſupra *in Opinione 791.* *Cōis opin.* *Statutum mulierum, vel minorē prohibens, &c.* Item quod Princeps, cum obtineat vicem Apoſtolici, poſſit ſuper iuramento diſpenſare tradit Gloſſ. *in l. adigere. §. quamuis ff. de iure patron.*

OPINIO DCCXCV.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non cenſetur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis.*

2 *Dato vno inconueniente aliud dari non debet, etiam conſeruandæ agnationis cauſa.*

3 *Cauſa agnationis conſeruandæ in prædicto ſtatuto non expreſſa, habetur pro expreſſa.*

4 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non excludit eam à ſucceſſione ſororis.*

5 *Maſculinum reſpectu perſonæ, cui ſuccedendum eſt, non continet fœmininum.*

STATVTVM excludens † ſororem à ſucceſſione fratris, non propter ea cenſetur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis, vt not. voluit Bald. per illum text. *in §. lege duodecim tabularum. C de leg. hæred.* quem ſequitur ibi Paul. & Alex. *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff de verbor. obligat.* & cumulatiſſime Laurus de Palatiis *in tract. quod ſtantibus maſculis, num. 110. cum aliis ſequent.* & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. *in rubr. ff. de acquiren. poſſ. ff. & in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* *Cōis opin.* 1

Quæ † comprobatur iſta potiſſimum ratione per Bald. *in d. l. lege duodecim tabularū.* quia dato vno inconuenienti aliud dari non debet. Et hoc procedit, etiam conſeruandæ agnationis cauſa, ſecundum Socin. *in d. rubric ff de acquiren. poſſ. ff. num. 12 & ſequent.* & Dec. *in d. l. ſecundum naturam, nu. 5.* Etſi hæc † cauſa agnationis conſeruandæ non eſſet in iſto ſtatuto expreſſa, quia ſimpliciter loquitur, vt ſupra, habetur tamen pro expreſſa, ſecundum communem opinionem Doctor. quam celebrat, & allegat Alber. Brunus *in tract. ſtatutorum, in 3. part. vel quæſtione prin.* 2 3 *Cōis opin.*

¶ Contrarium vero tenet per pulcherrima fundamenta Socin. *in d. rubric. circa fin. de acquiren. poſſeſſ.* Iaſ. tamen ibi audacter aſſerit, communem opinionem eſſe contra Socin. quam ſequitur etiam, citat, comprobat, & tuetur ab omnibus contrariis Bartol. Romuleus *ff. de acquiren. poſſeſſ. num. 18. cum aliis ſequent.*

Et licet dicto † ſtatuto caueatur, quod ſoror non ſuccedat fratri, non ob hoc erit excluſa à ſucceſſione ſororis. 4

Eo enim caſo, † maſculinum reſpectu perſonæ, cui ſuccedendum eſt, non continet fœmininum: ita per nonnullas, & fere optimas rationes, determinat Paul. de Caſtr. *conſil. 340. hæreditas prædicta, alias ſecundum aliam impreſſionem eſt, conſil. 119. volum. 1.* idem concludit Capra *conſil. 62. in 4. dubio,* Corneus *conſil. 11. colum. 1. volum. 1. & conſil. 94. colum. 1. volum. 2.* & Iaſ. *in d. rub. de acq poſſ. col. fin.* 5

OPINIO DCCXCVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum licet diſponat, quod mulier, & minor, non poſſint contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, poterunt tamen mulier, & minor non obſtante dicto ſtatuto, bona ſua offerre eccleſiæ. Eius q; ratio, nu. 2.*

3 *Mulier per ſtatutum prohibita contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, non prohibetur donare cauſa mortis.*

4 *Prohibitus teſtari non intelligitur prohibitus donare cauſa mortis.*

§. Cōſ.

5 *Conſenſus propinquorum requiſitus ex forma ſtatuti, accommodatus ad proprium commodum, an validet actum. & nu. 6.*

7 *Propinqui ſine cauſa renuentes præſtare conſenſum, coguntur à ſuperiore.*

8 *Statutum requirens in contractibus mulierum, & minorum, propinquorum conſenſum, non habet locum inter maritum, & vxorem.*

9 *Conſenſus vnius conſanguineorum non ſufficit cum plurium requiritur.*

10 *Licentia patris, & poſt eius mortem, ſolius matris, & poſt matris mortem, agnatorum ſufficit, cum ſtatutum requirit licentiam patris, & matris, vel agnatorum.*

11 *Hermaphroditus non prohibetur contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, ex ſtatuto prædicto.*

12 *Vxor poteſt contrahere abſque conſenſu mariti, exſtante ſtatuto, quod abſque eius conſenſu contrahere non poſſit, cum maritus eſt furioſus.*

13 *Iudex poteſt ſupplere defectum conſenſus propinquorum, requiſiti per ſtatutum; quando propinqui, qui conſentire debent, ſunt inhabiles ad conſentiendum.*

14 *Conſenſus tacitus, vel fictus propinquorum inductus ex ſola præſentia, ac taciturnitate, non ſufficit cum ſtatutum requirit conſenſum, & maxime cum requirit præſentiam, & conſenſum.*

15 *Mulier in contractibus ſibi lucroſis poteſt contrahere abſque conſenſu propinquorum, non obſtante prædicto ſtatuto, & quando conſanguinei, quorum conſenſus requiritur, ſunt abſentes, nec haberi poteſt. nu. 16.*

17 *Actus celebratus per mulierem abſque præſentia conſanguineorum, requiſita per ſtatutum, non conualidatur per ratificationem, ſaltem per conſanguineos.*

18 *Ratificatio repræſentat conſenſum, non tamen præſentiam corporalem.*

19 *Mulier licet ex ſtatuto contrahere non poſſit abſque conſenſu conſanguineorum, poteſt tamen abſque eorum conſenſu extra territorium condere teſtamentum, etiam de bonis vbique ſitis.*

20 *Non tamen poteſt abſque huiuſmodi conſenſu facere compromiſſum.*

21 *Mulier prohibita contrahere per ſtatutum, abſq; conſenſu conſanguineorum, non cenſetur prohibita acceptare tutelam.*

22 *Mulier non poteſt renunciare conſtitutioni prohibitoriæ ſtatuti diſponentis, quod ſi mulier contraxerit abſque conſenſu conſanguineorum, contractus ſit nullus.*

23 *Mulier poteſt contrahere cum patre, omiſſa ſolemnitate ſtatuti, renunciantis in manibus ipſius patris.*

24 *Statutum diſponens nullam eſſe obligationem, factam per mulierem abſque præſentia conſanguineorum, recipit interpretationem iuris communis, & non habet locum in obligatione neceſſaria.*

25 *Minor prohibitus per ſtatutum contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, etiamſi iurauerit ſe maiorem, poteſt dicere contractum factum abſque tali conſenſu, nullum.*

26 *Minor, iurans ſe maiorem, & dicens mendacium, per mendacium excluditur à reſtitutione in integrum, non autem à remedio ordinario nullitatis, & poteſt ex capite minoris ætatis infringere actum.*

27 *Minor, dolo aduerſarii inductus, ad iurandum ſe maiorem, ſtante ſtatuto, quod contrahere non poſſit abſque conſenſu conſanguineorum, poteſt dicere actum nullum.*

28 *Mulier alieno nomine, abſque conſenſu conſanguineorum, requiſito per ſtatutum in contractibus in alterum, contrahere poteſt.*

29 *Minor poteſt contrahere per procuratorem abſque conſenſu conſanguineorum, requiſito per ſtatutum.*

30 *An ſtatutum Romanum, mittens Pacta de non petendo, Renunciationes, Donationes, & Quietationes ſi ſine certis ſolemnitatibus fiant, comprehendat etiam Renunciationes iuris futuri, ſi ſpes ſit nata.*

31 *Renunciatio propriè eſt iuris futuri, & non valet, niſi fiat parte præſente, & acceptante.*

32 *An tali ſtatuto prohibita cenſeatur donatio ob cauſam, & donatio propter nuptias.*

33 *Actus ex neceſſitate factus non comprehenditur ſub lege actum prohibente.*

34 *An prædictum ſtatutum Romanum locum habeat, eiuſq; ſolennitates requirantur in muliere faciente compromiſſum.*

35 *Tutor licet compromittere non poſſit, ſuper lite pupilli, tamen ex neceſſitate ſtatuti id facere poteſt.*

36 *Mulier litigans cum conſanguineo, compromittere tenetur abſque ſolemnitatibus iuris, eiuſq; ratio.*

37 *Statutum non comprehendit caſum dotis, quando dos eſt ſpecialiter priuilegiata. Nec etiam prædictum ſtatutum Romanum eam comprehendit. nu. 39.*

38 *Mulier, quæ ſtatuto, ſine certa forma contrahere prohibetur, poteſt ſe obligare pro dote alterius mulieris, etiam prauiro, pro dote promiſſa . . . filiæ, nec iuuatur hoc caſu Velleiano. nu. 40.*

41 *Statutum prædictum an in donatione propter nuptias procedat.*

42 *Statutum etiam fauorabile non extenditur vltra proprium caſum.*

STATVTVM licet diſponat, † quod mulier, & minor non poſſint contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, poterunt tamen, non obſtante ſtatuto, bona ſua offerre eccleſiæ, ſecundum Bal *in l. generali. col. fin. C. de ſacroſ. eccl.* quem ſequitur Anch. *in c. 1 de conſt.* Abb *in c. relatum. il. 2. de teſt.* Anan. *conſ. 57.* & Dec. *in c. in præſentia. n. 98.* & Aug. Beroous ibidem *n. 158. de prob.* & alii Doct. magis communiter, *in d. c. relatum.* Et ratio eſt, † quia eſt actus ſpiritualis, ſuper quo laicus ſtatuere non poteſt, *l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccleſ.* Com. opin. 2

Limitatur ſecundo † ac interpretatur iſtud ſtatutum, quando mulier diſponeret donando cauſa mortis, nam poteſt mulier ita donare, non obſtante hoc ſtatuto, ſecundum magis cōmunem opin. Doct. de qua atteſtatur Soc. *in l. 2 ff. de leg. 1.* & ſequitur inibi Iaſ. *col. 3. & 4.* Aquen *nu. 7.* Alcia. *n. 2.* Ruin. *col. 14. & 20.* & Soc. Iun. *n. 60.* & Rubeus *conſ. 27. in fin.* Nam † prohibitus facere teſtamentum, non intelligitur prohibitus donare cauſa mortis, *l. tam is §. ſi ff. de don. cauſa mor.* vt per Dec. *conſ. 196. in caſu propoſ.* & per Bal. *conſil. 298. vol. 2.* Adde hic breuiter, quod non valeat ſtatutum, prohibens mulierē teſtari ſine conſenſu mariti, quia eſt iniquum, vt per Paul. Caſtr. *in l. ex facto. in pr. per illum text. ff. de vulg. & pupill.* Alex *conſ. 155 viſis & diſtrate. col fin vol. 1.* quos refert Iaſ. *in l nemo. n. 2. C. de codi ill.* & firmauimus etiam *deciſ. 245. mulier iure Longobardorum. n. et lib. 1.* vbi citauimus alios quoque Doct. contrarium tenentes. Com. opin. 3 4

¶ Contraria vero opinio videtur cōmunis: quam declarat, & citat Iaſ. *in d. l. 2. ff de leg. 1.* & Ripa *ibi n. 10.* & Tiraq *in tract. de legib. connub. in 3. Glo q. 4.* & ei inhærent Abb. *con. 50 col. 2. vol. 2* Corn. *conſ. 41. col. 2. volum. 1* Anch *conſ. 384. col. 1.* & Dec. *conſ. 79 col. 1. & 2.* Aret. *col 5.* Alex. *in prin.* & Barb. *col. 9. ver. item in dicto, in l. 2. ff. de verb. oblig.* Iaſ. titubanter, . . . ibi contrarium in *§. 1. col 6 inſt de act.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. 4 q. 7. nu. 10.* Guil. Benedi. *in c. Raynutius de teſt. in ver. Teſtamentum. el 4. n. 31.* Alex. *col. fi* Soc. ſibi parum conſtans, *col. pen.* & D. Guil. Pontan. *num. 32. in d. l. 2. ff. de leg. 1.* Com. opin.

Digitized by Google

vbi docet, iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequuntur etiam, & citat Pariſ. con. 97. n. 4. vol. 3 Sed primam opinionem ſequendam mihi conſtitui, quæ videtur magis communis, & æqua, vt patet ex congeſtis per Alex. Soc. & Moder. in d. l. 2.

5 Fallit tertio huiuſmodi ſtatutū, † quando propinqui, ſeu conſanguinei mulieri conſenſum præſtarent ad vtilitatem propriam, veluti, ſi mulier vellet propinquis, quorum cōſenſus deſideratur ex forma ſtatuti in teſtamēto, ſua bona relinquere: tunc propinqui ad proprium commodum conſenſum accōmodare non poſſunt, per notata per Glo. & Bar. in l. 1. ff. de auth. tut. & Bar. in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. cum allegatis per Soc. conſ. 172. & per Corn. conſ. 294. eleganter, lib. 1. & ita ſe habet cōis opin. vt afferit Dec. conſil. 612. conclusionem, circa fin. contra Bald. qui in oppoſitam opin. inclinauit in conſ. 6. hac eſt copia. lib. 2. & in

Cōis opin.

6 l. 1. C. vnde vir & vxor. Limitatur hoc aūt, † quotiescunq; per propinquos ante teſtamētum mulieri accōmodatur conſenſus in genere, ad faciendum teſtamentum ſuo arbitrio, non aūt in ipſo teſtamento, vt probatur per Alex. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. & per Corn. conſ. 242. vol. 2. Eſt tamen neceſſe, poſt huiuſmodi conſenſum præſtitum, teſtamentum fieri ſine interuallo, vt per Dec. conſ. 245. in cauſa.

7 Interpretatur quarto dictum ſtatutū, † diſponens, quod mulier non obligetur ſine conſenſu propinquorum, quod ſi ipſi propinqui ſine cauſa recuſent, coguntur à ſuperiore conſenſum præſtare, ſecundum nor. doctrinam Ant. de But. in c. cum conſuetudinis, de conſue. quem ſequitur Abb. per illum text. in c. nullus. de iure patr. in c. quod Dei timorē, circa fi. de ſtat. mon. de qua Bar. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo tempor. ff. ſolut. mat. & iſta eſt cōis opin. vt inquit Plot. poſt alios ibi per eum congeſtos, in rep. l. ſi quando, n. 352. C. vnde vi.

Cōis opin.

8 Interpretatur quinto dictum ſtatutū, † requirens in contractib. minorum, & mulierum, propinquorū conſenſum, non habere locum in donatione viri & vxoris, vt conſuluit Caſt. conſ. 82. in iſta donatione, in 2. dubio. lib. 2. quem refert & ſequitur Tiraq. in repet. l. ſi vnquam. C. de reuoc. don. in verſ. libertis, n. 113.

9 Limitatur ſexto huiuſmodi ſtatutum, † exigens, ac requirens conſenſum propinquorum non verificari in vno: quia plures pro firmiori iudicio requiruntur, ſecundum Aneb. conſ. 35. col. 2. viſa quidem petitione, quem refert & ſequitur Dec. in c. prudentiā, n. 17. extra de offic. deleg.

10 Sed hoc non habet locum, † ſi ſtatutum prohiberet, quod contractus, vel actus non poſſit fieri abſq; patris & matris, vel duorum agnatorum licētia: tunc enim ſola patris licentia ſufficeret, dum viuit, & eo defuncto, ſola licentia matris ſufficit, abſq; licentia patris prædefuncti, & ſine etiā licentia agnatorū, ſecundum Glo. in l. Gallus. §. quidam recte. in ver. non exprimatur quam ſequuntur ibi Bar. n. 4. Ray. Bal. Alb. Nicol. de Neap. Ang. Cum. Caſt. & Alex. & iſta eſt cōis opinio, teſte Iaſ. ibi, n. 12. & 20. Ripa. in c. ex parte, el 2. n. 54. de reſcrip. & Ploto, in d. repet. l. ſi quando, n. 345. & ſeq. cum alijs ibi per eum relatis.

Cōis opin.

11 Fallit vlterius præcitatum ſtatutū, † quod mulier contrahere non poſſit abſq; conſanguineorum conſenſu, non comprehēdere hermaphroditum, ſecundum Bal. in l. omnes populi, col. 9. ver. quid ſi ſtatutum dicat. ff. de iuſt. & iur. quia hermaphroditus, eſt homo mixtus, non autem [illegible] mulier. Idem tenuit Anth. in repet. c. canonum ſtatuta in ver. venio ad 4. membr. de conſtit. de quo vide ſolemnem Doctor. Præceptorem meum, Pontanum Perusinum, in l. ſtipulationum. col. 8. ver. quid firmat Bal. &c. ff. de verb. oblig.

Interpretatur octauo † hoc ſtatutum, vel huic ſimile, quod conſenſus viri in contractibus vxoris requiritur, non habere locum in viro furioſo: ideo contractus valet ſine conſenſu mariti, l. cum heres. ff. de acq. hered. & ita per illum text. tenet ibi Imol. & Aret. vt refert Ruin. conſ. 145. nu. 4. 12

Fallit nono, † quando iudex ſuppleret defectum conſenſus propinquorum, ſua præſentia, & authoritate, quod poteſt facere iudex, vbicunq; aliquorum conſenſus ad actum requiritur, ſi illi ſint inhabiles ad conſentiendum, vt per Bal. in l. ſi furioſi. per illum text. C. de nup. & in l. bonorum. vbi alij Doct. communiter. C. qui admitti. & per Alex. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. & ſequitur Socin. conſ. 87. in præſenti col. 1. vol. 1. 13

Cōis opin.

Fallit decimo dictum ſtatutum, † requirens propinquorum conſenſum, non verificari in tacito, vel ficto, qui ex ſola præſentia, & taciturnitate inducitur: quemadmodum debet intelligi in caſu vero, & non ficto l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. g. ſt. vbi Bar. & ita in hoc caſu concludit Bal. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſol. matr. cum quo ſentiunt communiter omnes Doct. vt meminit Dec. in c. at ſi clerici de iud. nu. 77. Plot. in repet. l. ſi quando, nu. 366. C. vnde vi Ruin. conſ. 62. nu. 1 vol. 3. vbi dicit, hoc præſertim procedere, quando ſtatutum copulatiue vult adeſſe, præſentiam, & conſenſum, in aliquo actu, declarando per mulierem. 14

Cōis opin.

Vndecimo prææ̃llegatum ſtatutum, † requirens propinquorum conſenſum in contractu mulierum, habet tantum locum in contractib. damnoſis mulieribus, ſecus in contractib. lucroſis, vt voluit Bal. in l. neq; C. de contrahen. & commit. Angel. & Imol. in l. non tantum. §. fin. ff. de acq. hered. 15

Interpretatur † duodecimo præfatum ſtatutum, quādo conſanguinei eſſent præſentes, quorum conſenſus haberi poſſet: ſecus ſi abſint in longinquo, nec eorum conſenſus haberi poſſit: nam valebit contractus ſine conſanguineorū conſenſu, ita Bal. conſ. 488. ſeq. quæſt. vol. 1. & conſ. 394. ſtatuto Cōmunis, vol. 5. Graner. conſ. 12. n. 5. & Io. Cephal. conſ. 89. n. 11. vol. 1. 16

Hiſq; accedit, ſiue addendum eſt, † vnum valde notabile, quod ſi ſtatuto caueatur, mulierē non poſſe contrahere ſine præſentia conſanguineorum: tunc ſi actus fiat ſine conſenſu conſanguineorum, nō poteſt ratificari poſtea per conſanguineos. Quia † licet ratificatio repræſentet conſenſum, non tamen repræſentat præſentiā corporalem: vt voluit eleganter Bal. in l. 1. in verb. extra quæritur. C. qui admitti. 17 18

Fallit 13. qn̄ mulier † faceret teſtm̄ extra territorium, vbi non extat huiuſmodi ſtatutum. arg. l. 2. C. quæ ad teſt. aptr. Bar. in l. 1. col. 6. C. de ſum. Trin. & trahitur tunc teſtam. ad bona vbiq; ſita, vt ibi per Bar. & alios Doctor. quamuis titubanter, & ſibimet contrarius aliud ſenſerit, in l. ſi arrogator. col. 6. ff. de adopt. 19

Interpretur vlterius † dict. ſtatutum, quod mulier non poſſit contrahere ſine duorum propinquorum cōſenſu, vel decreto iudicis, habere locum, vt etiam non poſſit compromiſſum facere abſq; dicta ſolennitate, ſeu conſenſu conſanguineorum, vt per Ang. l. fi. §. neceſſitatem. C. de bonis quæ lib. quem ſequitur Lanfrancus in tract. de arbitri. in §. iuſtu. quæſt. 4. 20

Fallit 15. hoc ſtatutum, † prohibens mulierē contrahere abſq; propinquorum conſenſu, in eo quod videatur ex hoc eam nō prohiberi acceptare tutelā, vt per Bar. & alios in l. 2. ff. de leg. 1. licet hoc relinquat cogitandum Alciat. in tract. de præſ. in reg. 1. præſ. 52. n. 7. 21

Decimoſexto Interpretatur, † cum ſtatuto cauetur, quod, ſi mulier contraxerit ſine propinquorum conſenſu, contractus ſit nullus. quod tunc, ſecundum doctrinam Bal. in l. 2. C. qui admitti, patres 22

non

non poſſint huic conſtitutioni prohibitoriæ renunciare, & facit text. *in c. denique. 4. diſtinct. in finalibus verbis.*

23 Fallit decimo ſeptimo iſtud ſtatutum, † requirens ſolennitatem in contractibus mulierum, vt non habeat locum, quando mulier contrahit cum patre, & omiſſa ſolennitate ſtatuti, id eſt, conſenſu propinquorum, in manibus patris renunciat, vt voluit Bal. *in l. pactum. q. 21. C. de collat.* quem ſequitur Alex. *conſil. 106. quo ad præſens, circa fin. volum. 1. in conſil. 29. cuius exordium eſt, præclare, ſubtiliter. colum. penult. vol. 3. & in l. ſi quis mihi bona in fin. ff. de acq. hæred.* poſt Rom. *ibi.* & Tiraq. cum aliis compluribus ibi per eum congeſtis, in *d. l. ſi vnquam, in præfatione, nu. 24.*

24 Limitatur decimooctauo hoc ſtatutum, † diſponens nullam eſſe obligationem, factam per mulierem abſque præſentia propinquorum, quod recipiat interpretationem à iure communi, vt non habeat locum in obligatione neceſſaria: ita in terminis conſuluit Rom. *conſ. 394. per l. 1. C. quando decre. opus non eſt.* quem ſequitur Alex. *conſ. 215 col. 2. volum. 6.* Iaſ. *in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. n. 29. ff. de pact.* & Soc. *conſil. 80. col. fin. vol. 4.*

25 Et hoc ſtatutum, † quod minor, ſeu mulier contrahere nequeat abſq; conſenſu conſanguineorum, interpretatur decimonono, quod ſi minor ſe maiorem iurauerit, & per conſequēs, ſine propinquorum conſenſu contraxerit, non obſtante huiuſmodi iuramento, vtique poſſit dicere contractum nullum, & admittitur ad probandum minorem ætatem, etiam per teſtes, ſecundum Io. Andr. *in add. Spec. in tit. de ſtat. §. vt aūt. in add. in ver. procedendum.* quē ſequitur Rom. *conſ. 12. col. fin.* Ang. *conſ. 160* Cremen. *ſing. 162. Statuto cauetur.* Soc. *conſ. 6. nu. 5. vol. 1.* Curt. *conſil. 118. & ſeq.* & Pet. de Benint. *deciſ. 47.* vbi ait, ita concluſum fuiſſe in Rota Bononienſi, ac pariter iſtam eſſe magis communem opinionem. Et non † obſtat commu-
26 ni præmiſſæ. *l. 3. in fi. C. ſi minor ſe maiorem dixerit,* diſponens, quod ſi quis iuraret ſe eſſe maiorem 25. annis, manu tactis ſcripturis, & in veritate diceret mendacium, contra tale iuramentum, nullum cenſeretur habere remedium, nec reſtitueretur in integrum, ex capite minoris ætatis: quia loquitur eo caſu, quo minor venire vult mediante beneficio reſtitutionis in integrū, à qua certe excluderetur per mendacium, ſecus vero, ſi ex capite minoris ætatis infringere vellet actum iuratū, deducendo remedium ordinarium nullitatis actus: prout ita reſpondet Io. And. & Rom. *in locis prætatis, & d. l. 3. C. ſi minor ſe maiorem dixerit.*

Com. opin.

27 Limitatur † ſimiliter non habere locum, ſi minor dolo aduerſarii inductus foret ad iurandum ſe maiorem; ſecundum Doct. omnes *in d. l. 3.* & ita fuit deciſum in facto Regio Concilio Neap. teſte Afflicto, *deciſ. 393. Hieronymus, nu. 12. & ſeq.*

28 Fallit ſimiliter † antedictum ſtatutum, quod mulier contrahere non poſſit ſine propinquorum conſenſu, procedere, ſi contraheret nomine proprio, ſecus ſi alieno, puta tutorio, curatoriove nomine, vt voluit Caſtr. *in l. quicunque. §. ſi ab alio. ff. de inſtito.* & Alex. *in l. quæſitum. col. 2. ff. de in ius voc.*

29 Limitatur etiam † poſtremo mentionatum ſtatutum, quod licet mulier contrahere non poſſit ſine conſenſu propinquorum, procurator tamen ipſius mulieris ſolus contrahere poſſit, non ſeruata forma ſtatuti antedicti, & ſic mulier per procuratorē cōtrahere poteſt, nulla forma ſtatuti ſeruata, Bar. Ang. & Cuma. *in l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quibus cauſis in poſſ. eat.* & Ruin. *conſ. 1. §. item acquirimus, nu. 1. & 5. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi ait, iſtam eſſe veriorem opinionem, & late tuetur reſpondendo contrariis. Alios vero caſus complures, in quibus mulier poteſt agere, & contrahere abſque mariti, ſeu conſanguineorum licentia, ponit Michael Ciſuentes *in commentariis ſuper leges Tauri in l. 55. per totam.*

30 Sed † hic non abs re inueſtigandum venit, de duobus. primo, an ſtatutum Vrbis Romæ, *lib. 5 cap. 9.* quod irritat, ſi ſine ſolennitatibus, quas exprimit, fiant Pacta de non petendo, Refutationes, Donationes, & Quietationes, comprehendat etiam Renunciationes iuris futuri, ſi ſpes ſit nata? ſecundo præſuppoſito, quod ſic, an comprehendat donationes ob cauſam, & propter nuptias? Quo ad primum, reſpondendum eſſe puto affirmatiue, ſcilicet, non ſolum Refutationes iuris iam quæſiti, quæ ſub donationibus, & quietationibus comprehenduntur, & donationes ſunt, vt ſenſit Bal. *in l. contra iuris. §. filius familias. ff. de pact.* Dec. *in l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur.* & plures alii, quos cumulat Tiraquel. *in repet. l. ſi vnquam. num. 144. C. de reuocan. donat.* ſed etiam Refutationes iuris quærendi comprehendi. Quoniam alias expreſſio Refutationum foret ſuperuacanea, & quia † ſimiliter, proprie Refutatio, & Re- 31
nunciatio intelligitur iuris futuri, vti explicant paſſim Scriben. *in l. 1. C. de pact.* vbi notatur, etiam iuris futuri remiſſionem, ſeu refutationem dici proprie, ſed non valere, niſi præſente parte, & niſi fiant per modum pacti, & ideo ſine dubio exploratum eſt, huiuſmodi ſtatutum comprehendere etiam Refutationes iuris futuri, quæ præſente parte fiunt, & ita in terminis ſenſit Iaſon, qui in caſu magis dubitabili; ſcilicet in ſtatuto, prohibente mulierem obligari, voluit comprehendi Renuntiationem iuris futuri, in *conſil. 93. colum. fin. volum. 1.* quocirca compertum eſt, in hoc ſtatuto indubitanter contineri Refutationem iuris futuri, ſicuti aſſentitur etiam Tiraquel. *de legib. connub. glo. 5. num. 32.* & nouiſſime in terminis ſtatuti huius Romani, reſpondit eleganter Hieronim. Gabriellius *conſ. 6. in princ. vol. 2.*

Nec vllatenus refragatur *Deciſio* Rotæ Romanæ 228. *inter deciſiones diuerſorum*, quod ſcilicet in terminis noſtris, ipſa Rota determinauit, non contineri tali ſtatuto Vrbis, Renuntiationes iuris quærendi, quia reſpondeo, prout reſpondet Hieronim. Gabriellius *eo in loco, num. 3.* quod aut ius, cui renuntiatur, non competat, nec re, nec ſpe, quia antequam in ſpe competat, fiat renuntiatio, & tunc, quoniam ante ſpem natam penitus ab initio acquiri obuiatur, ita vt ſpes oriri amplius, nec etiam poſſit, vt notat Bal. in *l. illud, num. 6. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & hoc caſu facile admitti poteſt, non eſſe locum ſtatuto, veluti contingit, ſi eo tempore, quo contrahitur cum pacto, videlicet, lucro dotis, aut donationis propter nuptias, vt tunc ei locus minime ſit.

Aut vero ſumus in alio caſu, videlicet, quo ab initio ius cæpit ſpe competere, vt ſi poſt contractum matrimonium, ſecundum formam ſtatuti, ambo coniuges lucro renuntient, ſine difficultate verum eſt, non poſſe (niſi inæqualitas perſonarum, & aliæ circumſtantiæ concurrant, quibus aliud ſuaderi queat) conſiderari læſionem, aut fraudem per dubium euentum, *l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* Scriben. in *l. 1. C. de pact.* ſtatutum autem intelligi debet de actibus, ſui natura læſiuis, vt colligitur ex eodem ſtatuto, & reſoluit Rota Romana *in cauſa Perighinæ dotis,* atteſtante Puteo *deciſ. 153 lib. 3.* & notat Hieronim. Gabriellius *d. conſil. 6. poſt num. 4* licet male alleget *deciſ. 154.* tamen bene concludit, quod hoc

cauſa inteſtati, à qua ſumit Initium, & regulam, *l. Papinianum. § ſi quis mortis. & §. quoniam autem quarta ff. de inoff. teſta.* Portius *in § ſed hoc quidem, nu 9. inſtit. de exhered. lib.* Affl. & *deciſ. 158. num. 6.* & Bru. *in d. tract. art. 9. q. 1.* Mater itaque cum ſit excluſa ab inteſtato exiſtente ſtatuto filii defuncti, non poteſt in aliqua cauſa teſtati legitimæ ſibi debitæ facere menſurationem.

4 Adducitur † quoq; quòd cū filia ab inteſtato eſt excluſa, tūc inteſtati, etiā cauſa militet ſtatutum, ita vt ſupplementū legitimæ nequaquā debeatur; & ſic in hoc caſu filia ab inteſtato excluſa in teſtamento, non pōt petere ſupplementū legitimæ, ſecund. magis cōmunem opinionē, quam ſequuntur Alexan. & Aret. *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum* vbi etiam Ruin. *col. 71.* Barbat. *conſ. 50. col. 8. & ſeq. vol. 3.* Alex. *in l. ſi emancipati col. 3. C. de collat.* Ruin. *conſ. 17. in princ. vol. 1.* & Brun. *in d. tract. artic. 9. q. 1.* vbi reſpondet omnib. contrariis. Cōis opin.

5 Quibus † quidem omnibus accedat ſimiliter, quod cum conſuetudo, auferens teſtandi facultatem, fauorabilis cenſeatur, & ideo extendenda eſt, vt cōſuluit Grauet. *conſ. 118. in hac cauſa non mediocriter graui. num. 7. cum aliis ſeq.* & Roland à Valle *conſ 71. ſtatuto ciuitatis Caſalis volum. 1.* non mirum ergo ſi iſta cōſuetudo oſtendatur.

6 Quoniam † in exorbitantibus, ſit extenſio de caſu ad caſum, in materia fauorabili, etiamſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio, quam in alio, & ſic quāuis non adſit omnino eadem ratio: vt probatur ex notatis per Gloſ. *in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul.* dum vult, quod illa lex exorbitans, quæ diſponit, quod hæreditas delata deſcendenti ex teſtamento, non adita trāſmittatur ad deſcendentes, locum etiam habeat in hæreditate delato ab inteſtato, & tamen potentior eſt ratio quando defertur ex teſtamēto propter voluntatem teſtatoris expreſſam quam ab inteſtato, ob voluntatem tacitam, *l. conficiuntur ff. de iur. codicil.* & ita etiam declarat Imol. *in l. ſi vero. §. de viro ff. ſolut. matr.* dum tractat de extenſione facienda in exorbitantibus. & Natta *conſ. 210. legatum factum per nobilem quondam Matthæum num. 5. volum. 1.* & Albert. Brun. *in d. tractat quod ſtantibus maſculis, articul. 8. nu. 13.*

7 Conſiderandum † eſt itidem quod ſi ſtatutum diſponens matrem excludi à filii ſucceſſione, tenet & valet etiam reſpectu legitimæ, Ang. *conſil. 32. nu. 10.* vbi ait hoc dubietatem non habere vel minimam, Alex. *conſil. 3. volum. 7.* Cor. *conſ. 176. volum. 4.* Soc. *con. 466. num. 1.* & Pariſ. *conſ. 20. volum. 2.*

8 Multo fortius † poterit cōſuetudo prohibere teſtamenti factionem mulieri & inſtitutionem extraneorum: quia fundatur talis conſuetudo in ratione conſeruandæ agnitionis, iuxta Bar. *in l. fin ff. de hered. inſtit. l. cum hi, in princ. ff. de tranſact.* & Dec. *conſ. 10. n. 12. & con. 683. num. 7.*

9 Facit † etiam hoc quod ſi ſtatutum inducere poteſt, ne filia ſuccedat ex teſtamento, quod quidem ſtatutum valet, & tenet vt præſupponit Bart. & omnes *in l. fin. C. de pact.* & voluit Bal. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. ver. dixi de ſtatutis* & Ancharan. *in c. canonū ſtatuta de conſt* quare non poſſet inducere idem ſtatutum, vt non ſuccedat extraneus ex teſtamento?

OPINIO DCCLXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quod delinquens in feſto Beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri, non comprehendit delinquentem, ſeu vulnerantem in nocte, quæ ſubſequitur feſtum B. Virginis.*

1 STATVTVM † diſponens quod delinquens in feſto Beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri, non comprehendit delinquentem, ſeu vulnerantem in nocte quæ ſubſequitur feſtum Beatæ Virginis: quia nox ipſa quæ ſequitur huiuſmodi feſtiuitatem non comprehenditur ſub die præcedenti. & ſic delinquens non eſt puniendus aliquo modo duplici pœna, nec ſub diſpoſitione huius ſtatuti cōprehēditur vt tenet per optimas rationes cōſulendo Federic. de Senis *conſ. 44. factum tale eſt.* quem ſequūtur omnes Scrib. *in l. Romano ff. de feriis.* Felin. cum aliis citatis per eum, *in c. eccleſ. Sancta Maria de conſtit. in c. ſi perfodiens, in 2. notabili. de homicid. & in c. conſuluit de offic. deleg.* in quibus locis ipſe fatetur iſtam eſſe cōmunem opinionem, & idem teſtatur Cotta, *in memorab. in ver. dies, circa finem.* Cōis opin.

OPINIO DCCLXXV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum cum requirit ad probationem alicuius rei teſtes optimos, vel optimæ famæ, & conditionis: tunc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari, & probari.*

STATVTVM †, requirens ad probationem alicuius negotii teſtes optimos, vel optimæ famæ & conditionis; tunc per fundantem ſe in eo debet illa qualitas articulari, & probari; vt voluit Ang. *in l. 2. §. diem ff. quemad. teſt. aperi.* Marſ. *ſing 187. Qualitas appoſita, poſt mediū.* Per. de Monachada cū aliis ſignatis per eum, *in tract. de teſtib. num. 392. cum a in ſeq.* quem fecit ad perficiendum tractatum Io. Crotti. qui morte præuentus ſuum tractatum de teſtibus perficere nequiuit: ideo iſte tract. Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Croti. & eandem opinionem ſequitur tuetur, & magis communem opinionem ſequitur, tuetur, & magis communem ac veram eſſe refert Alciatus *in tract. de præſumpt. in 2. reg. præſumpt. 2. num. 10.* Cōis opin. 1

OPINIO DCCLXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Statutum factum, conditumque in odium, ſeu præiudicium certæ perſonæ, non poteſt dici nullum licet ab eo poſſit appellari.*

STATVTVM † factum, conditumque in odium, ſeu præiudicium certæ perſonæ, non poteſt dici nullum; ſecundum Dec. *in c. cum omnes in 1. lect. num. 15. cum aliis ſeq. de conſt. in c. conſuluit cl. 3. num. 32. de app.* vbi atteſtatur hanc eſſe communem contra Abb. ibi contrarium aſſeuerantem; & de eadem communi contra Abb. facit mentionem Curt. Inn. etiam *in l. 2. num. 7. ff. quod quiſque iuris, & in l. fin. num. 25. C. de edic. Diui Adr. tollen.* ¶ Cæterum opiniones iſtas ad realem cōcordiā reducere nititur Aret. *in rub. x um. 7. de conſt.* Cōis opin. 1

¶ Et licet de nullitate ſtatuti huius, conditi in præiudicium particularis perſonæ, dici nequeat: tamen ab eo appellari poteſt, atque permittitur, ſecundum Bar. *in repet. l. omnes populi, num. 53. ff. de iuſt. & iure,* Iaſ. *in l. 1. num 3. & ſeq. ff. de legibus* Ripam *in 1. lib. r. ſponſorum c. 32. num. 4.* & Dec. *in d. c. cum omnes, in 1 lect. nu. 15.* in quibus locis ponunt hoc pro regula cū ampliationibus, limitationibuſque quam plurimis.

OPINIO DCCLXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de compromiſſis faciendis inter coniunctos valet, eſtq; fauorabile, & ob publicam vtilitatē inductū.*

1 STATVTVM † de cōpromiſſis faciendis inter coniunctos, valet, & tenet, eſtque fauorabile & ob publicam vtilitatem inductum; ſecundum Bar. Bal. *colum fin.* & Paul. Caſtr. *colum. 1. in 1. conſt. Codicis,* Bar. *in l. cum-*

ambitioſa, col. 5. & Alexand. in add. ibi ſ. ac dictus ab ord. ſac. Affl. &. deciſ. 46 Traquel. in tract. ceſſ. cauſ. 1. 5 in part. in princ. num. 54. Bertum conſ. 26 num. 4 volum. 3. & Hanibalem Cacciuſem in pragmatica Odia quæ inter coniunctos, num. 8. quorum opinionem approbat, limitat, & à contrariis quibuſcunque tutum reddit & denique communem eſſe, atque contradictorem habere nullum, fatetur Marcus Ant. Blanc. in tract. de compromiſſ. in 1 quæſt. nu. 1. & ſeq. & Roland. à Valle etiam conſ. 57. num. 12. & ſequ. in vol. 2. vbi dictum communem extendit, & ampliat in tribus caſibus & in 11. aliis caſibus limitat Marſil. ſing. 465. Viget ſtatutum & in 7. ampliat. & in 19. limitat. per Doen. in reg. 36. Affines ad compromittendum ad tutam.

Cōis opin.

OPINIO DCCLXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod cauſa inter affines compromitti debeant, fauorabile reputatur.*

2 *Statutum, quod cauſa inter affines debeant compromitti, tanquam fauorabile comprehendit etiam filios emancipatos, & nepotes ex eis conceptos poſt emancipationem.*

1 STATVTVM † diſponens, quod cauſæ inter affines compromitti debeat, vltra quod valeat, ac publicæ vtilitatis occaſione inductum ſit, vt in præcedenti Opin. docuimus, eſt etiam fauorabile, vt voluerunt Bald. in l. affinitatis. C. communia, de ſucceſſ. Fulg. in l. 4 §. prætor ff. de in ius vocand. Bald. Paul. Caſt. Rom. & Sali. Cor. Dec. & cæteri in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Roma. & Sali. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. Iaſ. in l. de quibus ff. de leg. Anchar. conſulendo conſ. 158. Alexand. conſil. 107 in prin. vol. 6 Socin. conſ. 4. in fin. vol. 1. Cuma conſ. 50. Hin. Ciuenſ. in pragmat. 20. Odia quæ inter coniunctos ſub n. 8. & Marcus Anton. Blanc. in tract. de compromiſſ. in 1. q. num. 3. & ſeq. vbi citat complures alios eiuſdem ſententiæ. reſpondet contrariis ferè omnibus eam limitat, ac ſimul magis communem eſſe inquit, & ei pariter inhæret, atque profitetur communem Petrus de Benintendis deciſ. 21. ſub num. 13. & Roland. à Valle etiam conſ. 57. num. 13. volum. 2.

Cōis opin.

2 Et effectus † qui oritur ex hac communi, inter cæteros vnus eſt iſte, quod ante dictum ſtatutum, tanquam fauorabile ampliandum ſit, vt comprehendat etiam filios emancipatos, & nepotes ex eis conceptos poſt emancipationem, ſecundum Bald. Rom. Caſt. Alexand. & Moder. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi.

¶ Et licet Dec. cōſulendo ſi mauerit, contrarium conſ. 13 & pro tutum ſaluiatt man. num 3. cum aliis ſ. quæſt. Tamen in deciſiuis tutum non foret à prima ſententia tanquam veriori recedere.

OPINIO DCCLXXIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum concedens creditori, deſcripto inſtrumento, executionem paratam perſonalem contra debitorem, an proſit quoque ceſſionario creditoris, vt ipſe etiam poſſit petere executionem inſtrumenti contra debitorem.*

2 *Ceſſionarius non poteſt petere executionem inſtrumenti contra debitorem, niſi prius conſtet de ceſſione, & eius iuribus.*

1 STATVTVM † paratam executionem perſonalem inſtrumento guarentigiati concedens, ſeu promittens creditori principali mētionato, ac in inſtrumento deſcripto, prodeſt quoque ceſſionario creditoris prædicti, vt ipſe etiā poſſit, vigore iſtius ſtatuti, petere executionem inſtrumenti contra debitorem obligatum, ſecundum Ioann. Andr. in add. Specul. in tit. de exec. ſent. ſub rub. Iacob. But. Bar. Sali. Ro. & Dec. in ſuis in l. 1 ff. ſi cert. pet. Ang. conſ. 58. Cyn. Bal. & Alex. num. 24 in l. ſi ſi. ff. de leg. 1. Sali. in l. ſi à creditore C. de act. & oblig. Benedict. de Biſi. in tract. de inſtrum. guarentigiato, in 1. parte principali. quæſt. 9. Paul. Caſtr. col. 2. & Alexand. num 9 in l. poſtulante. ff. ad Senatuſcon. Trel. vbi ſcribit, iſtam eſſe magis communem opinionem; & ſimiliter Barthol. de Capua in c. Regni, incip. Item quod ſi debitores num 11. atque artificioſiſſimè D. Carauita in ritu 286 ſub num. 4 & Io. Bapt. Bouius etiam, in tract. de ſtat. verb. præſcript. titul. contra om. cred. Glo. 19. num. 48 fol. paru. 53. & ita conſuluit Rom. conſ. 148. adde eundem Rom. conſ. 38. Et ſic petere poteſt executionem dicti inſtrumenti ceſſionarius, ſicut poteſt creditor principalis: ſiquidem tranſit ius in ceſſionarium cum priuilegio eius inſtrumento cohærente, ſecundum præmiſſam communem ſententiam. Et ob hoc certè in Regno Neapol. ceſſionarius Inſtrumentum vndique liquidum poſſet præſentare ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicariæ incip. item quod ſi debitores, aut debuerint in rit. de inſtrumē. & eorū præſentationib. vt voluit Gloſſa. ordin. ibi, & Mart. ſub dubiis, & in reſolutis verbis in tract. de iudiciis, in 6 part. prin. in verb. Propoſui in principio huius ſ prima par. num 9 fol. 107. nihilominus practica contrarium obſeruat in regno videlicet, quod ceſſionarius præſentare nequeat inſtrumentum ſecundum formam ritus, teſte Bolognetto in d. l. 1. ff. ſi certum pet. num 59. per rationem ibi aſſignatam per eum, & expreſſè firmat ac optime probat Affl. &. in conſtit. eos qui ſciente. num. 14. rub. 55. lib. 3. & Dec. Carauita in d. rit. 286. per tot. vbi ſub nu. 4. explanat opinionem hanc veriorem eſſe, & in practica ſeruari in toto Regno: & ſe ita vidiſſe iudicari aliquando meminit Abb. Paulus Fuſcus, in ſcholiis ad Martinum Trecciam, in tract. de præſen. inſtru. ſecundum formam ritus in 11. part. q. 10. & ita vidi etiam obſeruari iudicari, & practicari in magna Curia Vicariæ, in Regia Aprutina audientia, & in Curia noſtra Aquilana quam plurimis vicibus.

Cōis opin.

2 Et † quod hoc fieri, & admitti nequeat, videtur colligi planè ex deductis, ac notatis per Bald. & Sali. in l. per diuerſas q. 10. C. man. vbi tenet, quod vbicunque ex ſtatuti vel inſtrumenti forma, ac diſpoſitione capi, & excommunicari poſſit, debitor ad inſtantiam creditoris, nulla citatione interueniente: tunc equidem hoc fieri, ac peti non poſſet per ceſſionarium ſicut creditor poterat vigore inſtrumenti prædicti, niſi in primis, & ante omnia conſtet de ceſſione, & eius iuribus; & ſic neceſſario apparere debet ante executionem faciendam, audito, & citato prius debitore, iſtum eſſe verum ceſſionarium. & ſequitur Ang. in d. l. poſtulante, Ro. in d. conſ. 148. in fin. Alexand. conſ. 95. col. 4. & conſ. 443. col. 2. vol. 1. Barb. conſ. 15. lib. 1. & ita eſt communis opinio vt conſtat ex citatis per Boer. deciſ. 10. vbi ait ita fuiſſe notatum, ac decitum in facto Burdegalenſi Senatu, & ſequitur Marſil. in l. ſi quis ne quæſt. num. 8. ff. de q. & ſing. 26. vbi inquit, hoc in actu practico pluries obtinuiſſe; ideo non mirandum eſt de aſſertione facta per Bolog. in d. l. 1. Sed contrarium obſeruari ſe vidiſſe, teſtatur Cotta in memor. in ver. Heres cenſetur eadē perſona cum defunc. poſt med.

Cōis opin.

OPINIO DCCLXXX.

SVMMARIVM.

1 *Statutum conditum per ciuitatem, de præſtanda certa eleemoſyna eccleſiæ quolibet anno, an poſſit reuocari per eandem ciuitatem, etiam poſt acquiſitionem factam ipſi eccleſiæ.*

STATV-

1 STATVTVM † conditum per ciuitatem, de præſtanda certa eleemoſyna eccleſiæ quolibet anno poteſt reuocari per eandem ciuitatem, etiam poſt acquiſitionem factam ipſi eccleſiæ, ſecundum Cyn. Imol. Alex. nu. 5. & Iaſ. num. 9. cum alijs ſeq. in l. non amplius §. 1. ff. de leg. 1. Fulgoſ. & Paul. Caſtr. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. Sali in auth. caſſa in 5. q. eod. tit. Dec. in c. eccleſ. Sanctæ Mariæ. de conſtit. num. 231. & ſeq. vbi etiam Felin. in q. 12. oſtendens iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin.

¶ In contrariam vero partem, videlicet quod ciuitas eleemoſynam, quæ vigore huiuſmodi ſtatuti religioſis dari conſueuit, reuocare nequeat, inclinarunt Bar. in d. l. priuilegia. num. 3. Gemin. in c. quæ in eccleſiarum, colum. 3. de conſtitut. & in c. 1. colum. 7. de conſtit. in 6. Roma. in auth. ſimiliter in q. ſpeciali Cod. ad l. Falcid. Caccialupus, in repet. l. admonendi fol. 14. ff. de iureiur. & Anton. Franc. de Doctoribus in ſcholiis ad Alexandr. in d. l. non amplius §. 1. in litera C. vbi aperta fronte atteſtatur iſtorum ſententiam eſſe veriorem, atque ſecundum eam ſe conſoluiſſe apud partes Germaniæ, Collegium Pataianum: tamen ſpreta hac opinione concurro cum prima Cyn. & Sequacium aſſertione communi cui videtur inhærere Iaſ. etiam cum aliquo moderamine conſ. 1. col. 6. volum. 1. prout facit in d. l. non amplius. §. 1. num. 15. Alexand. conſ. 260. volum. 2. col. 5. & ſeq. Calcan. conſ. 12. colum. 4. & Ægidius Boſ. in tract. crim. in tit. de Principe, & priuilegiis eius, num. 222. fol. 255. vbi pariter meminit de communi opinione.

OPINIO DCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudine, vel ſtatuto induci poteſt, vt valeat captatoria voluntas id eſt, vt alter pro altero teſtetur.*

1 CONSVETVDINE, † vel ſtatuto induci poteſt, quod valeat captatoria voluntas, vt alter pro altero teſtetur; & ſic captatoria voluntas vltima per ſtatutum approbari poteſt, ſecundum Ang. in l. captatorias ff. de hered. inſtit. Alex. Socin. Ripam, & alios in l. 2. ff. de vulg. in princ. qui cum Iaſ. perhibent iſtam eſſe communem opinionem & ſequitur Alexand. in l. captatorias C. de teſt. milit. & Couarrunias in c. cum tibi. num. 13. de teſta. & eruditiſſimus D. Cardinalis Albanus, in lucub. in Bar. in l. 1. num. 12. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Proſper Caranita, ſuper pragmatica Filiorum familias in §. 8. nu. 24. & ſeq. (Statutum. Com. opin.)

OPINIO DCCLXXXII.

SVMMARIA.

1 *Statutum puniens maleficium, an extendatur ad mandantem.*

2 *Item an ſtatutum puniens mandantem, intelligatur etiam punire facientem.*

1 STATVTVM † puniens maleficium, an extendatur ad mandantem? dic quod cum ſtatutum, diſponit, per verba in rem concepta, vtputa, pro homicidio perpetrato, vel pro furto, ſit pœna mortis: tunc etiam mandans tenebitur ea pœna: ſed ſi in perſonam loqueretur ſtatutum puta ſi quis homicidium commiſerit; tunc mandans propriè homicidium feciſſe non videtur, ſicque pœnam ordinariam non ſubire, verum aliam mitiorem ſecundum Bar. in l. aut qui aliter §. fin. num. 3. ff. quod vi. aut clam, Dec. num. 3. & ſeq. & Cagnolum nu. 2. in l. in damnum dat. ff. de reg. iur. Iaſ. cum alijs congeſtis per eum in l. ſi is qui pro emptore. num. 82. ff. de vſucap. & Carrerium copioſè in ſua pract. crim. in §. circa igitur ternum de homicidio in fi. num. 59. in quibus locis audacter firmat iſtam eſſe communem opinionem. Sed huiuſmodi diſtinctio, tanquam verbalis, à pleriſque reiecta eſt, & ſic quod vtroque caſu pœna ordinaria teneatur, firmat eſſe cõmunem ſententiam Gandinus, in rubrica C. de tranſact. colum. 10. & in rub. de pœnis col. 4. Ipſe vero primæ ſententiæ Bart. & Sequacium mitiori, veriori in puncto iuris, & communiori, inhæreo. Com. opin.

2 Sed † quid in caſu contrario, an ſtatutum puniens mandantem, intelligatur punire facientẽ? quod nõ ſecundum Bal. in c. 1. in princ. num. 13. in fin. vbi Barbat. in c. 1. de inſtit. quibus mod. feud. amitt. fol. 21. Sed hodie in Regno non eſt dubitandum, quin vterque comprehendatur vigore Regiæ Pragmaticæ.

OPINIO DCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quod per iudicem in certis cauſis, nulla iuris ſolennitate ſeruata, procedi poſſit, extendit iudicis facultatem, vt etiam diebus feriatis in honorẽ Dei procedere poſſit.*

1 STATVTVM † diſponens quod per iudicem in certis cauſis nulla iuris ſolennitate ſeruata, procedi poſſit; intelligitur vt etiam diebus feriatis, in honorem Dei, procedere poſſit iudex, ſecundum Bart. num. 3. Bal. & Ang. in l. milites. C. de teſtam. milit. Rom. in rub. de arbitr. q. 17. Bar. & Bal. in l. 1. ff. de milit. teſt. Bar. in l. prouinciarum C. de feriis, & Ancharan. in Clementin. ſæpe. de verb. ſig. quia hæc feriarum obſeruatio iure humano cenſetur inducta. ¶ Contrariam vero partem firmauere Imol. & Roma. in l. ſi cum filiusfamil. de dona. per d. Clem. ſæpe cum ibi notat Alexand. num. 4. & ſeq. in d. l. milites, & Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ. priuilegio 156. ſed quicquid Doctor. iſti ſuadeant, ob hoc tamẽ in actu practico, nullo modo recedendum foret à prima opinione Bar. & ſequentium, quæ vera, communiſque ex relatis apparet. Com. opin.

OPINIO DCCLXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Dotis cauſa non comprehenditur ſub ſtatuto, requirente conſenſum propinquorum, generaliter loquente.*

1 STATVTVM, † ſeu lex generaliter loquens, non videtur comprehendere dotem, ac bona dotalia: & conſequenter cauſa dotis in ſtatuto generaliter diſponente, nõ cõtineretur l. fin. C. de iur. dot. vbi Sali. Iaſ. in l. 1. 3. notab. ff. ſolut. matr. & in l. quod dicitur, col. 2. ff. de verb. oblig. Bald. Nouellus in tract. dotis, in 9. part. priuileg. 47. Gozad. conſ. 43. num. 11. & ſeq. Ruin. conſ. 61. num. 5. volum 3. & Neguſan. in tract. de pignorib. in 8. par. 2. membro, ſub nu. 23. vbi perhibet iſtã eſſe communem ſententiam atque Decio, contrariam aſſeueranti reſpondet. idemque teſtatur Illuſtriſſimus, & cõſummatiſſimus in legali ſcientia D. Cardinalis Albanus in lucubrat. ad Bar. in d. l. 1. ff. ſolut. matr. num. 3. & comprobat latiſſimè Tiraq. in tract. de retract. conſang. §. 1. Gloſ. 14. num. 91. cum alijs ſeq. Com. opin.

OPINIO DCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & creditorem ius hypotheca habentem.*

1 STATVTVM † loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & ſic procederet quoque in creditore ex legato, vt per Dec. n. 26. Curt. Iun. nu. 69. & Iaſ. nu. 36. in l. 1. ff. ſi cert. pet. vbi docet iſtam eſſe communem opinionem, attento communi vſu loquendi, & Alexand. ibi, num. 37.

&

& 40. & Socinus *num.* 41. & Ripa *num.* 89. *cum aliis ſeq.* ¶ Præterea ſtatutum hoc extenditur quoque ad creditores ius hypothecæ habentes; ideoque debet etiam legatarium comprehendere, qui habet tres actiones, ex teſtamento, rei vendicationem, & hypothecariam: vt not. Guid. Papæ *deciſ.* 437. & ſcripſimus de hac materia vberius *ſupra*, 1. *lib. in Opinione* 49. *Appellatione cuiuslibet rei, num* 3. *& ſeq.*

OPINIO DCCLXXXVI.

SVMMARIA.

1. *Statutum diſponens, quod credi debeat iuramento damnum paſſi vel creditoris; non procedit in fauorem forenſis etiam ſi forenſis ſolueret onera merè realia.*
2. *Statutum diſponens, quod iuramento alicuius fides adhibeatur, intelligitur, niſi contrarium probetur.*

STATVTVM † diſponens quod credi debeat iuramento damnum paſſi, vel creditoris, non procedit in fauorem forenſis, vt per Dec. *conſ.* 550. *num.* 8. & Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 26. *vol.* 3. vbi docet iſtam eſſe communem opinionem.

¶ Quod ſtatutum equidem procedit, etiamſi forenſis ſolueret onera mere realia: vt per Alex. *conſ.* 3. *alias* 41. *volu.* 7. Sed ſtatutum hoc latius, & vtilius interpretabimur infra, *in Opin.* 798. *ſequenti. Statutum diſponens quod de damno dato.*

2 Itidem † hoc ſtatutum, quod credi debeat iuramento alicuius, intelligitur, niſi contrarium probetur, vt firmauere Ang. & Io. de Imol. *in l. qui bona.* § *quo dam. de dam. infect.* Alb. *in c. propoſuiſti in princ. de pro.* Ancharan. *in c. canonum ſtatuta de conſt.* Paul. de Caſtr. *in leg. fin. de præt. ſtipul.* Sali. *in l.* 1. *C. de reb. cred.* Paul. de Caſtr. & Alex. *in l.* 2. §. *ſi abſens* §. *ex noxa. cauſa agatur.*

OPINIO DCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1. *Statutum diſponens, teſtamenta ſine inſinuatione non habere firmitatem procedit etiam ſi teſtator inſinuationem fieri prohiberet.*

STATVTVM † diſponens, quod teſtamenta ſi nõ inſinuentur, non habeant firmitatem aliquam locum habet, etiamſi teſtator prohiberet in ſuo teſtamento illud inſinuari debere, nam nihilominus ex defectu huiuſmodi inſinuationis, teſtamentum eius non valeret: quia teſtator prohibere nequit inſinuationem, à lege municipali requiſitam, ſecundum Bar. *num.* 8. & omnes *in l. nemo poteſt. ff de leg.* 1. cuius opinionem communem eſſe ſcribunt ibi Iaſ. *in* 2. *lect. num.* 41. Ioan. Hanib. *num.* 272. & Ripa *nu.* 57. Com. opin.

OPINIO DCCLXXXVIII.

SVMMARIA.

1. *Statutum diſponens, de damno dato ſtari debere iuramẽto damnum paſſi, non habet locum in furto.*
2. *Statutum, quod de damno dato ſtetur iuramento damnũ paſſi, non procedit cum ſi accuſatus inſtet, vt iudex ipſe inſpiciat locum, dicens ex inſpectione oculari damnum nullum appariturum, & tunc iudex non obſtante ſtatuto id facere poteſt & pronunciare prout ex aſpectu apparebit.*
3. *Statutum, quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, non habet locum, quando accuſatus petit exprimi diem à damnum paſſo vt eum de falſo poſſit redarguere nunc enim neceſſario debet exprimi dies per damnum paſſum alioquin eius iuramento non creditur.*

STATVTVM † diſponens, de damno dato ſtari debere iuramento damnum paſſi, non obtinet in furto, ita vt, ſi alicui ſit commiſſum furtum, non ſtetur eius iuramento cum furtum ſit mere criminale licet in furto inſit damnum: ita voluit eleganter Bald. *in l. nauta.* §. *quæcunque ff. nau. caup. & ſtabul. in l. aut prætor, in principio ff. de iureiur. & in l. ſi ſeruum ſeruum* §. *olinam, ff. ad l. Aquil.* Hoſtieoſ. *in ſumma in tit. de damno dato.* § *locum habeat, in princ.* Albe. *in l.* 1. §. *occiſorum ff. ad Syllan. in* 1. *part. ſtatutorum q.* 6. 3. *item quæro aliam &c.* Alex. & Roman. *in l.* 2. *ff. de damn. infect.* & idem Alex. *conſ.* 167. *requiſitus coln* 1. *volum.* 1. & Marſil. poſt alios relatos per eum, *in l. de minore* §. *tormenta n.* 3. *ff. de quæſt. & in ſua pract. crim. in* §. *expedita num.* 75. & Io. Bapt. Plotus *in repet. l. ſi quando C. vnde vi num.* 829. *circa fin.* vbi aſſerit hoc eſſe cõem opinionem, & Ripa *in d. l.* 2. *ff. de dam. infect. num.* 3. licet ibi de ea nonnihil dubitet, complura ſatis vrgentia in contrarium adducendo. Com. opin.

2 Interpretatur † ſecundo præfatum ſtatutum, ac limitatur (quod accuſatoris iuramẽto de damno illato fides exhibeatur) non procedere, ſi accuſatus, contra quem iuratum fuit inſtaret apud iudicẽ, vt ad inſpiciendum locum accederet: quia ex euidentia & inſpectione propriorum oculorum nullum damnum illatum appariturum ſit: eo caſu Iudex requiſitus à parte non obſtante præallegato ſtatuto proficiſci poterit ad locum damni, & pronũciare illud quod ex aſpectu conſtabit, ſecundum Bald. & Sali. *in l. contra negantem C. ad l. Aquil. & in l.* 1. *C. ſi aduer. lib.* & Mar. poſt alios relatos per eũ, *in l.* 1. § *ſi ſeruis quaſi nu.* 4 *& ſeq ff de quæſt.* & Barbat. *in c. pernicioſam. nu.* 105. *de offic. ordin.* & Cotta *in memora. in ver. Statuto Ciuitatis Mediolani &c. & in ver. Damnum.* & ita refert ſe vidiſſe in practica obſeruari Curt. Iun. *in repet. l. admonendi num.* 91. *ff. de iureiur.*

¶ Et ratio huius concluſionis hæc eſſe videtur; quia nulla lex prohibet, vel excludit probationem per rei euidentiam, vt voluit Azo *in ſumma. C. ad leg. Aquil.* & Bal. *in l. Deo nobis. C de epiſc. & cler. & in rub. C. de prob. & in d. l. contra negantẽ*, vbi Sali. & Cæpolla, *in cautela* 104. *num.* 1. licet titubanter, & parum ſibi conſtans ipſemet Bald. *in l.* 2. *ff. de iureiur.* teneat expreſsè contrarium, reſpondendo dictæ rationi. Exploſa tamen iſta Bald. ſententia, tanquam in nube fundata amplector primam opinionem, quæ etiam videtur communis, vt meminit, & atteſtatur Curt. *in d. l. admonendi. num.* 352. Com. opin.

3 Interpretatur, † ac coarctatur tertio dictum ſtatutum, quod credatur iuramento damnum paſſi, ſi reus accuſatus petat exprimi diem per damnum paſſum: quia intendit illũ redarguere de falſo, & probare, ipſum damnum paſſus eſt, vel accuſatorem fuiſſe alibi: tunc neceſſario debet exprimi dies per damnum paſſum, alioquin eius iuramento non creditur, ſecundum Bald. *in l.* 1. *in fin. C de iud.* & iſta eſt communis opinio, de qua per Doct. *in l. arbitraria.* §. *ſi quis Epheſi ff. de eo quod certo loco, & in l. libellorum. ff. de accuſat.* Et dictum ſtatutum, volens, credi iuramento damnum paſſi, limitat *in d. l. ſi quando*, Io. Bapt. Plot. *in* 61 *caſibus & in* 55. *aliis caſibus ampliat. nu.* 251. *vſque ad numer.* 755. Com. opin.

OPINIO DCCLXXXIX.

SVMMARIA.

1. *Statutum in fauorem viduarum inductum non habet locum in viduis meretricib. ſeu luxurioſè viuentibus.*

2 Statu-

2 *Statutum excludens mulierem tranſeuntem ad ſecunda vota à ſucceſſione filiorum primi matrimonij, habet locum in vidua luxurioſè viuente.*

3 *Mulier comitatiua, nupta ciui, gaudet priuilegio ciuis, mortuo viro, quamdiu vidua manet, ſi honeſtè viuat ſecus ſi inhoneſtè.*

4 *Statuto diſponente quod mulier decedens ſine liberis, teneatur relinquere certam partem dotis fratribus, ſi mulier non habeat fratres tenetur vigore relinquere iſtam partem ſororibus, & ſi non reliquerit, poterunt ſorores petere dictam partem.*

5 *Statutum prohibens, mulierem filios habentem vltra quartam partem ſuæ dotis alienare limitatur non procedere in bonis relictis mulieri cum licentia & poteſtate alienandi.*

1 STATVTVM † in fauorem viduarum inductum non procedit nec habet locum in viduis meretricibus, ſeu luxurioſè viuentibus, ſecundum communem opinionem omnium Doct. quia illæ non gaudent, nec gaudere poſſunt viduarum priuilegio: vt per Felin. in c. *ſignificantibus. colum. penult. de offic. deleg.* Maria Soc. & Doct. *in c. ex tenore, circa fin. de foro comp.* Alciat. in l. *malum §. viduam ff. de verb. ſignif.* facit text. vbi Doct. in § *quæ vero, vbi Doct. in auth. de nupt.* Gloſ. & Doct. omnes, *in authent. ſacramentum C. quando mulier tut. offic. fung. pot. & authen. eiſdem pœnis C. de ſecund. nupt.* [Cōm. opin.]

§ Et hoc diligenter nota ad intellectum ſtatutorum, quæ in cauſis viduarum volunt procedi ſummariè, vel volunt eas iuramento credi ſuper intereſſe dotis, vel taxant intereſſe ſuper earum dotibus: quia non procedunt in talia ſtatuta in viduis inhoneſtè viuentibus, ſecundum Felin. *in d. c. ſignif. colum. pen.* & Soc. *in d. c. ex tenore, & in d. authent. de eiſdem pœnis.*

§ Idem videmus in ſtatuto Mediolani, concedente terminum ſex menſium viduis præſentibus, pro dotibus, vel rebus paraphernalibus, ad contradicendum cridis: quod ſtatutum non habet locum in vidua meretrice, ſeu inhoneſtè, luxurioſeque viuente: quia illa gaudere nequit aliquo modo viduarum priuilegio, & per conſequens non debet, nec poteſt contradicere pro dote & paraphernalibus ipſis cridis, in termino trium menſium, vt eſſet præſens, ſicut alij præſentes tenentur contradicere, ſecundum Fel. *in d. c. ſignificantib. colum. pen.* Alciat. *in d. §. viduam*, Soc. *in d. c. ex tenore*, Bart. & Sal. *per text. ibi in l. hic ſolis. C. de reuocand. don.* & iſta eſt cōmunis opinio, & hoc omnes tenent; vt aſſeuerat Felin. *in præallegato c. ſignificantibus. colum. pen.* [Cōm. opin.]

2 Idem † concludendum eſt etiam in ſtatuto, excludente mulierem, tranſeuntem ad ſecunda vota à ſucceſſione filiorum primi matrimonij: quod habeat locum etiam in vidua, luxurioſè, inhoneſteque viuente: ſiquidem pœnæ ſecundo nubentibus impoſitæ militant quoque in viduis inhoneſtis, & conſequenter, omnes pœnas, de quibus *in l. fœmina. C. de ſecun. nupt.* quas patitur mulier ſecundo nubens, patitur etiam vidua inhoneſtè viuens: vt voluerunt Bar. Bald. cæterique communiter *in d. l. hic ſolis*, per illum textum etiam Brunus, qui hoc latè probat *in tract. quod ſtantibus maſculis. q. 5. art. 6. nu. 30. & nu. alijs ſeqq.* [Cōm. opin.]

3 Facit † etiam ad præmiſſa illud, quod firmat Bal. *in l. Cum te C. ne nupt.* videlicet, quod mulier comitatiua nupta ciui, gaudeat priuilegio ciuis, mortuo viro, quamdiu vidua manet quod tamen verum intellige, ſi honeſtè viuat: quia ſi inhoneſtè, non gaudet priuilegio mariti, ſecund. Bal. & Ang. *in l. cum quadam puella ff. de iuriſdict. omn. iud.*

OPINIO DCCXC.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens matrem non poſſe diſponere de bonis ſuis, niſi de vna quarta, reliquas vero tres partes teneri liberis ſuis relinquere, valet, & tenet.*

2 *Et in tantum procedit vt lucrum delatum ipſis vigore, ſtatuti poſſit ad hæredes filiorum tranſmitti.*

3 *Statutum prohibens mulierem liberos habentem teſtari præterquam de quarta parte dotis extenditur ad viduam, filios habentem, quæ dotem recuperauit.*

1 STATVTVM † diſponens quod mater non poſſit diſponere de bonis ſuis, niſi de vna quarta, reliquas vero tres partes teneatur relinquere ſuis liberis, valet, & tenet; ſecundum Bartol. Ang. Imo. cæteroſque Doct. communiter poſt Gloſ. *in l. ſi ita quis §. cal. g. ff. de verb. oblig.* & quamuis dictum ſtatutum ſit durum, & odioſum, ac contra æquitatem naturalem, & ciuilem, ſeruandum tamen eſt vt per Anchar. *conſil. 289. col. 2* Soc. *conſ. 48. col. 2. volum. 1. & conſ. 93 col. 7 eod. vol.* [Cōm. opin.]

§ Et eo magis cum ordinatum ſit pro familiis cōſeruanda. & hinc eſt, quod mulieres nō debēt admirari propter talia ſtatuta; atteſtante Ang. Aret. *in §. hæc quidem Inſtit. de exhæred. lib.*

Imo † amplia hoc ſtatutum in tantum procedere 2 quod lucrum eius vigore delatum poſſit ad hæredes ipſorum filiorum tranſmitti ſecundum communem opinionem omnium Scribent. quam citat, & ſequitur Alexan. *in l. cum antiquioribus. C. de iure delib.* Soc. *conſ. 296. lib. 2. & conſ. 67. colum. 1. lib. 4.* Dec. *conſ. 331. col. 4. in l. ſi maritus. C. de collat.* & Crauet. *conſ. 185.* licet contrarium, & male tenuerit Ang. *conſ. 81. Domina Maria. & in duobus alijs conſil. ſeq.* [Cōm. opin.]

Ampliatur † præfatum ſtatutum, quo mulier li- 3 beros habens prohibetur teſtari, præterquam de quarta parte dotis, ſecundo loco vt extendat vires ſuas etiam ad viduam, filios habentem, quæ dotem recuperauit, ſeu non recuperauit, ſecundum Bald. aliosque Doct. communiter *in l. 1. C. vnde vir, & vxor. & in l. qui liberos ff. de ritu nuptiar.* vbi iſtam communē atteſtatur, declarat, & optimis rationibus comprobat Curtius *in 2. lect. nu. 86. & ſeq.* & Laurent Syluan. *conſ. 19 num. 83.* vbi declarat quomodo intelligendum ſit hoc ſtatutum. [Cōm. opin.]

Ampliatur † tertio itidem ſtatutum ante ſignatū 4 vel aliud ſimile diſponens, quod mulier decedens abſque liberis, relinquere teneatur certam doris partem fratribus, in tantum vt ſi careat fratribus, teneatur abſque ſcrupulo aliquo vigore iſtius ſtatuti, relinquere huiuſmodi partē ſororib. & poſſunt ſorores petere prædictam partem, quod vtique eſt perpetuò mente tenendum, vt per Marſil. *ſing. 39. Capias vnum de pulchris ante.*

Sed † ſtatutum præmemoratum, prohibens mu- 5 lierem, habentem filios, vltra quartam partem bonorum alienare, ita amplificatum, limitatur vt vllitenus locum non obtineret in bonis acquiſitis, relictiſque mulieri cum licentia, poteſtateque alienandi: & ita iudicatur pluribus vicibus religioſè, more ſuo, Ro. in Neap. teſte illuſtri D. Vincentio de Franchis *deciſ. 4 ſub nu. 4.* de quo vt de Alexandro dici poteſt; *Maximus ingenio, corpore paruus erat.*

OPINIO DCCXCI.

SVMMARIA.

1 *Statutum annullans mulieris, vel minoris contractum ſine conſenſu propinquorum, non obſtante iuramento an valeat & an vires iurament. ſtatuto ſuppoſitum.*

2 *Statutum laicorum poteſt tollere vires iuramenti præſupponendo dolum.*

1 STATVTVM prohibens mulierem, † vel minorem contrahere ſine conſenſu propinquorum, vel obſtante iuramento, non valet: quia per ſtatutum non poteſt tolli vis iuramenti, quod ſeruari debet, quando poteſt, ſine interitu ſalutis æternæ, imo propter huiuſmodi ſtatutum daretur occaſio peccandi: quia iuramentum eſt res ſpiritualis, nec laicali prouiſioni ſubiacet, *in c. cum contingat, de iureiur.* & hanc deciſionem tenuit Bar. & alij, *in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem.* Abb. *in d. c. contingat. verſ. 3. de iureiur.* Rom. & Iaſ. *in l. fina. ff. qui ſatiſd. cogan.* Franc. Aret. *conſil.* 8. Alex. *conſil. 59. vol. 1. & conſil. 126. num. 4. volum.* 4. & Ferratiua *in conto.* 16. Cōis opin. vbi ſcribit, opinionem iſtorum eſſe communem, & cæteri quamplures Doctores, congeſti per Moder. tnibi, & per Bolognettum *in repetitio. l. omnes populi, num. 97. ff. de iuſtit. & iure*, vbi aſſerit, hanc eſſe communem ſententiam omnium Doct. quam ibidem limitat, & declarat *in nu.* 98.

¶ In contrariam vero partem, quod vires iuramenti poſſint ſtatuto infringi, inclinauit Bald. *in d. l. omnes populi*, cuius opinio communiter ſeruatur, ſecundum Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. *in d. auth. ſacramenta puberum.* Et pro iſta communi obſeruantia, & opinione Bald. per pulcherrimas rationes conſuluit Corneus. *conſil. 252. volum.* 4. vbi præſupponit iſtam Cōis opin. eſſe communem opinionem, & eam titubanter, & nihil ſibi conſtans, ſequitur quoque *conſil. 135. volum* 1. & videtur ſequi pariter D. Follerius *in pragmatica, de cenſibus. in rubr. Nicolaus Epiſcopus. num. 90. & 102.* tamen in hoc conflictu nunquam in actu practico diſcederem à prima opinione Bartoli magis communi, quam citat etiam, & limitat Curt. Iun. *conſ. 118. n. 1. & 6.*

2 Imo limitatur etiam, † quod iuramentum indirecte per ſtatutum laicorum tolli poteſt, & ſic conclude, ſtatutum laicorum poſſe tollere vires iuramenti, præſumendo dolum, ſecundum Abb. *conſil. 72. quinque dubia.* & Roman. *conſil. 12. ſub num. 2.* vbi Horat. Mandoſ. *in add. ib. in litera A* alios eiuſdem ſententiæ referendo, refert iſtam eſſe magis communem Cōis opin. opinionem, idemque clamat Iaſ. *in d. auth. ſacramenta puberum. col. fin.*

OPINIO DCCXCII.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium derogans ſtatuto, intelligitur etiam de futuro.*

2 *Priuilegium conceſſum, ne quis teneatur ad tributa, decimas, vel collectas, extenditur etiam ad prædia futura poſt priuilegium, & immunitatem quæſita.*

3 *Priuilegium Monaſterio, vel eius cappellis conceſſum, non extenditur ad Cappellas poſtea conditas.*

4 *Clauſula*, motu proprio, *non operatur derogationem Statutorum, vel priuilegiorum, niſi de illis ſtatutis fiat ſpecialis mentio.*

5 *Statuto derogari petens, quid debeat in ſupplicatione exprimere.*

6 *Conſuetudini immemoriali cenſetur derogatum per clauſulam*, non obſtantibus conſtitutionibus, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quorum tenores, &c.

1 PRIVILEGIVM conceſſum Comiti, † creandi tabelliones, non obſtantibus ſtatutis, intelligitur Statutū. vt per huiuſmodi priuilegium derogatum etiam ſit ſtatutis fiendis, teſte Raym. de For *in l. ſi ita eſſet. ff. de auro, & argen. leg.* Flor. *in l. ſi ſeruum. in princ. ff. de ſeruis. præd.* Dyn. & Bar. *in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, alias §. fi. ff. de leg. 1.* quorum opinio approbatur ibi Cōis opin. communiter, & vniuerſaliter per omnes, vt non obſcure explicat ibi quoque Alex. *nu.* 7. & Iaſ. *in d. lect. circa fin.*

Necnon priuilegium conceſſum, † ne quis teneatur ad decimas, tributa, vel collectas, extenditur etiam abſque ſcrupulo aliquo ad prædia futura, & ſic poſt priuilegium, & immunitatem quæſita, ita Bart. *in l. damni. § u qui ades vicinas in vlt. quaſt. ff. de damn. infect.* per text. *in c. quia circa, de priuil.* & eſt text. etiam *in c. ex parte, & in c. pen. de decim.* & ſic firmant Doct. omnes quoque *in l. 1. ff. de leg. 1.* Imol. & alij *in d. §. u qui ædes*, A ex. *conſil. 178. in occurrenti caſu, vol. 2. & conſil. 193. ex themate præmiſſo, num. 8. & ſequent. eodem volum.* & Iaſ. *in l. ſi ſtipulatus fuero. §. cum ſtipulamur. ff. de verbor. obligat. & conſil. 170. num. 6. volum. 2.* Pariſ. *conſil. 68. Quæritur primo, volum. 1.* & Guid. Papæ *deciſ. 489. Princeps, num. 1. & 3.* vbi teſtatur hanc opinionem obſeruari in Curia Delphinali de conſuetudine, verum illam videtur nimis coarctare Bald. *conſil. 112. Quæritur qui intelligantur laboratores, num 4. & ſequent. volum. 1.* vbi concludit, rigide quidem immunitatem extendi ad bona poſtea quæſita, ſi illa ſint ſuccedanea veterum bonorum, id eſt, empta ex pecunia, redacta de rebus antiquis, vel permutatione.

Sed hoc claudicat re ipſa, † & non procedit, ſi 3 priuilegium monaſterio, & eius cappellis, conceſſum foret: tunc enim, ad cappellas poſtea conditas illud extendendum non eſſet, ſecundum Gloſſ. & cæteros omnes *in c. cum capella de priuileg.* Alexan. *in d. conſil. 178. num. 5.* & Alciat. *conſil. 22. num. 5.* Dec. *conſil. 523. alias ſcripſi. num. 4.* vbi dicit iſtam eſſe com- Cōis opin. munem regulam.

Et quamuis, † redeundo ad inſtitutum noſtrum, 4 priuilegium derogans ſtatuto, intelligatur etiam de futuro: tamen ſi hæc clauſula derogatoria in priuilegiis appoſita non ſit, ſed ſolummodo in eis, inter alias clauſulas reperiatur clauſula, *motu proprio*: tunc ea nullatenus operatur derogationem ſtatutorum, vel priuilegiorum, niſi de ſtatutis fieret ſpecialis mentio, *c. conſtitutus de reſcrip.* vbi Imol. *colum.* 10. & Felin. *colum.* 4. & alij, & Gloſſ. *in c. ſi motu proprio. de preb. & dignit. in 6.* Vnde petens † ſtatuto derogari 5 per Principem, tenetur neceſſario in ſua ſupplicatione non ſolum de ſtatuto facere mentionem, ſed etiam de eius tenore, *c. ſuper literis. de reſcrip.* vbi Gloſſ. *& omnes alij.* Necnon debet de confirmatione ſtatutorum à Principe facta, idem ſupplicans facere etiam expreſſam mentionem, ita Alex. *conſil. 122. viſo puncto, & accurato penſato, num. 6. & ſequent. volum.* 4. Rom. *conſ. 327. iſta ſunt rationes ſub num. 6. & ſequent.* Felin. *in d. c. conſtitutus, de reſcrip.* & Pariſ. *conſil. 140. inſpectis indultis, num. 6. volum.* 4. Imo non modo de Principis confirmatione, verum etiam de iuramento, præſtito per tertium ſuper eodem ſtatuto, mentio fieri deberet, text. eſt *in d. c. conſtitutus*, & ibi Abb. Felin. & cæteri. Et hinc eſt, quod in omnibus fere Pontificiis bullis huiuſcemodi clauſula apponi conſueuerit, videlicet, *non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dictæ eccleſiæ iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque*: † & per hanc clauſulam conſuetudini etiam 6 immemoriali cenſetur derogatum, ſecundum M. ſ. *deciſione* 34.

OPINIO DCCXCIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod naturales, & ſpurii poſſint ſuccedere patri ſicut legitimi, non valet.*

2 *Filius illegitimus ex coitu non accuſabili natus, ad ſucceſſionem matris admittitur, niſi mater ſit illuſtris.*

Et mater locuples tenetur etiam alere filium ſpurium. Et pater licet filium ſpurium inſtituere non poſſit: matrem eius tamen inſtituere poteſt, ad hoc, vt poſt eius mortem ſpurius omnia conſequatur, nu. 3.

1 STATVTVM diſponens, † quod naturales & ſpurii poſſint ſuccedere patri, ſicut legitimi, non valet, nec tenet, ſecundum Bar. & alios omnes, *in l. 3. ff. de teſtam.* Bald. *in l. 1. C. de iure aur. an. colum. 2.* quia ſtatutum præberet fornicandi occaſionem, *l. conuenire. ff. de pact. dot.* & ita per iſtam rationem tenet Feder. de Senis, *conſ. 215. & conſil. 227. colum. 17.* Bald. *in l. iam quam. C. de fideicom.* & Imol. *in l. 3. ff. de teſta.* & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur & citat Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. *in repetit. l. omnes populi. colum. 41. ff. de iuſt. & iure.* Ang. Aret. *in tract. de teſta. colum. 40. circa medium.* Dec. *in c. 2. colum. 2. in 2. lect. de conſtit. & in c. in præſentia, num. 123. & ſequent. de prob.* & Ruin. *conſil. 189. num. 7. vol. 1. conſil. 202, colum. 1. volum. 2. & conſil. 138. colum. 3. volum. 5.* licet ipſemet Dec. parum ſibi conſtans, conſuluerit contrarium, *conſil. 171.* & iſtam partem contra communem efficaciſſimis fundamentis ſequitur, & ſuſtinet Paleotus *in tract. de nothis, & ſpuriis in q. 54.* tamen quicquid iſti ſuadeant, ob hoc non diſcedo à dicta communi ſententia, tanquam magis æqua, ac melioribus rationibus vallata. *Com. opin.*

2 Sed limita prædicta, † quod quamuis filius illegitimus vigore ſtatuti præfati patri ſuccedere non poſſit: tamen de iure communi omnis filius illegitimus ex coitu non accuſabili natus, ad ſucceſſionem matris admittitur, niſi mater ſit illuſtris, *l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.* & voluit Corn. *conſil. 25. in præſenti, in fin. lib. 1.* & per conſequens, ante obitum matris filii ha-
3 bebunt alimenta: † quia mater locuples tenetur alere filium ſpurium, vt notat Bart. *in auth. ex complexu. C. de inceſ. nupt.* ideoque pater, ſciens filium naturalem ei ſuccedere non poſſe ex diſpoſitione huius ſtatuti, poteſt facere hæredem matrem ſpurii, ad hoc, vt poſt matris mortem ſpurius poſſit conſequi omnia. Et ſcias, quod etiam concubinæ donari, ac in teſtamento relinqui poſſit, *l. donationes ff. de dona. & l. qui concubinam, & l. vxorem. §. concubinæ. ff. de leg. 3.*

OPINIO DCCXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ab Imperatore, vel alio Principe, ſeu Conſiſtorio relaxari poteſt.*

1 STATVTVM, lex, † vel Princeps, poteſt prohibere, ne iuretur ſuper contractibus, & ſic relaxare poteſt iuramentum Imperator, ſeu Princeps, ſecundum Bald. *in l. non dubium. in fin. C. de legibus,* per text. *in l. fina. ff. qui ſatiſd. cog.* & Doctor. omnes communiter. *in c. laicus de foro compet. in 6.* quam communem præcitati Doctor. ibidem ſequuntur, & pleno ore atteſtantur, Follerius copioſiſſime, *in pragmatica, de cenſibus in rubric. Nicolaus Epiſcopus, num. 90. & 102.* & alii paſſim, in iure noſtro, & Ioach. Myſing. *in obſeruat. 99. Imperator, centuria 3.* vbi dicit ita iudicatum fuiſſe in Camera Imperiali. Et vide alteram etiam concluſionem conſimilem ſupra *in Opinione 791.* *Statutum mulierem, vel minorē prohibens, &c.* Item quod Princeps, cum obtineat vicem Apoſtolici, poſſit ſuper iuramento diſpenſare tradit Gloſſ. *in l. adigere. §. quamuis ff. de iure patron.* *Com. opin.*

OPINIO DCCXCV.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non cenſetur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis.*

2 *Dato vno inconuenienti aliud dari non debet, etiam conſeruandæ agnationis cauſa.*

3 *Cauſa agnationis conſeruandæ in prædicto ſtatuto non expreſſa, habetur pro expreſſa.*

4 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, non excludit eam à ſucceſſione ſororis.*

5 *Maſculinum reſpectu perſonæ, cui ſuccedendum eſt, non continet fœmininum.*

STATVTVM excludens † ſororem à ſucceſſione fratris, non propter ea cenſetur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis, vt not. voluit Bald. per illum text. *in l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred.* quem ſequitur ibi Paul. & Alex. *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat.* & cumulatiſſime Laurus de Palatiis *in tract. quod ſtantibus maſculis, num. 10. cum aliis ſequent.* & iſta eſt communis opinio, vt per Moder. *in rubr. ff. de acquiren. poſſ. ff. & in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.* Quæ † comprobatur iſta potiſſimum ratione per Bald. *in d. l. lege duodecim tabularū.* quia dato vno inconuenienti aliud dari non debet. Et hoc procedit, etiam conſeruandæ agnationis cauſa, ſecundum Socin. *in d. rubric. ff. de acquiren. poſſ. ff. num. 12. & ſequent.* & Dec. *in d. l. ſecundum naturam, nu. 5.* Etſi hæc † cauſa agnationis conſeruandæ non eſſet in iſto ſtatuto expreſſa, quia ſimpliciter loquitur, vt ſupra, habetur tamen pro expreſſa, ſecundum communem opinionem Doctor. quam celebrat, & allegat Alber. Brunus *in tract. ſtatutorum, in 3. part. vel quæſtione prin.* 1 *Com. opin.* 2 3 *Com. opin.*

¶ Contrarium vero tenuit per pulcherrima fundamenta Socin. *in d. rubric. circa fin. de acquiren. poſſeſſ.* Iaſ. tamen ibi audacter aſſerit, communem opinionem eſſe contra Socin. quam ſequitur etiam, citat, comprobat, & tuetur ab omnibus contrariis Bartol. Romuleus *ff. de acquiren. poſſeſſ. num. 18. cum aliis ſequent.*

Et licet dicto † ſtatuto caueatur, quod ſoror non ſuccedat fratri, non ob hoc erit excluſa à ſucceſſione ſororis. 4

Eo enim caſo, † maſculinum reſpectu perſonæ, cui ſuccedendum eſt, non continet fœmininum: ita per nonnullas, & fere optimas rationes, determinat Paul. de Caſtr. *conſil. 340. hæreditas prædicta, alias ſecundum aliam impreſſionem eſt, conſil. 119. volum. 1.* idem concludit Capra *conſil. 62. in 4. dubio,* Corneus *conſil. 11. colum. 1. volum. 1. & conſil. 94. colum. 1. volum. 2.* & Iaſ. *in d. rub. de acq poſſ. col. fin.* 5

OPINIO DCCXCVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum licet diſponat, quod mulier, & minor, non poſſint contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, poterunt tamen mulier, & minor non obſtante dicto ſtatuto, bona ſua offerre eccleſiæ. Eiuſq; ratio, nu. 2.*

3 *Mulier per ſtatutum prohibita contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, non prohibetur donare cauſa mortis.*

4 *Prohibitus teſtari non intelligitur prohibitus donare cauſa mortis.*

1 Con-

5 *Conſenſus propinquorum requiſitus ex forma ſtatuti, accommodatus ad proprium commodum, an validet actum. & nu. 6.*

7 *Propinqui ſine cauſa renuentes præſtare conſenſum, coguntur à ſuperiore.*

8 *Statutum requirens in contractibus mulierum, & minorum, propinquorum conſenſum, non habet locum inter maritum, & vxorem.*

9 *Conſenſus vnius conſanguineorum non ſufficit cum plurium requiritur.*

10 *Licentia patris, & poſt eius mortem, ſolius matris. & poſt matris mortem, agnatorum ſufficit, cum ſtatutum requirit licentiam patris, & matris, vel agnatorum.*

11 *Hermaphroditus non prohibetur contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, ex ſtatuto prædicto.*

12 *Vxor poteſt contrahere abſque conſenſu mariti, exſtante ſtatuto, quod abſque eius conſenſu contrahere non poſſit, cum maritus eſt furioſus.*

13 *Iudex poteſt ſupplere defectum conſenſus propinquorum, requiſiti per ſtatutum; quando propinqui, qui conſentire debent, ſunt inhabiles ad conſentiendum.*

14 *Conſenſus tacitus, vel fictus propinquorum inductus ex ſola præſentia, ac taciturnitate, non ſufficit cum ſtatutum requirit conſenſum. & maxime cum requirit præſentiam, & conſenſum.*

15 *Mulier in contractibus ſibi lucroſis poteſt contrahere abſque conſenſu propinquorum, non obſtante prædicto ſtatuto, Et quando conſanguinei, quorum conſenſus requiritur ſunt abſentes, nec haberi poteſt. nu. 16.*

17 *Actus celebratus per mulierem abſque præſentia conſanguineorum, requiſita per ſtatutum, non conualidatur per ratihabitionem, factam per conſanguineos.*

18 *Ratificatio repræſentat conſenſum, non tamen præſentiam corporalem.*

19 *Mulier licet ex ſtatuto contrahere non poſſit abſque conſenſu conſanguineorum, poteſt tamen abſque eorum conſenſu extra territorium condere teſtamentum, etiam de bonis vbique ſitis.*

20 *Non tamen poteſt abſque huiuſmodi conſenſu facere compromiſſum.*

21 *Mulier prohibita contrahere per ſtatutum, abſque conſenſu conſanguineorum, non cenſetur prohibita acceptare tutelam.*

22 *Mulier non poteſt renunciare conſtitutioni prohibitoriæ ſtatuti diſponentis, quod ſi mulier contraxerit abſque conſenſu conſanguineorum, contractus ſit nullus.*

23 *Mulier poteſt contrahere cum patre, omiſſa ſolennitate ſtatuti, renuncians in manibus ipſius patris.*

24 *Statutum diſponens nullam eſſe obligationem, factam per mulierem abſque præſentia conſanguineorum, recipit interpretationem iuris communis, & non habet locum in obligatione neceſſaria.*

25 *Minor prohibitus per ſtatutum contrahere abſque conſenſu conſanguineorum, etiamſi iurauerit ſe maiorem, poteſt dicere contractum factum abſque tali conſenſu, nullum.*

26 *Minor, iurans ſe maiorem, & dicens mendacium, per mendacium excluditur à reſtitutione in integrum, non autem à remedio ordinario nullitatis, & poteſt ex capite minoris ætatis infringere actum.*

27 *Minor, dolo aduerſarii inductus, ad iurandum ſe maiorem ſtante ſtatuto, quod contrahere non poſſit abſque conſenſu conſanguineorum, poteſt dicere actum nullum.*

28 *Mulier alieno nomine, abſque conſenſu conſanguineorum, requiſito per ſtatutum in contractibus, in alterum contrahere poteſt.*

29 *Mulier poteſt contrahere per procuratorem abſque conſenſu conſanguineorum, requiſito per ſtatutum.*

30 *An ſtatutum Romanum, irritans Pacta de non petendo, Renunciationes, Donationes, & Quietationes ſi ſine certis ſolennitatibus fiant, comprehẽdat etiam Renunciationes iuris futuri, ſi ſpes ſit nata.*

31 *Renunciatio propriè eſt iuris futuri, & non valet, niſi fiat parte præſente, & acceptante.*

32 *An tali ſtatuto prohibita cenſeatur donatio ob cauſam, & donatio propter nuptias.*

33 *Actus ex neceſſitate factus non comprehenditur ſub lege actum prohibente.*

34 *An prædictum ſtatutum Romanum locum habeat, eiuſque ſolennitates requirantur in muliere faciente compromiſſum.*

35 *Tutor licet compromittere non poſſit; ſuper lite pupilli, tamen ex neceſſitate ſtatuti id facere poteſt.*

36 *Mulier litigans cum conſanguineo, compromittere cenſetur abſque ſolennitatibus iuris, eiuſque ratio.*

37 *Statutum non comprehendit caſum dotis, quando dos eſt ſpecialiter priuilegiata. Nec etiam prædictum ſtatutum Romanum eam comprehendit. nu. 39.*

38 *Mulier, quæ ſtatuto, ſine certa forma contrahere prohibetur, poteſt ſe obligare pro dote alterius mulieris, etiam pro viro, pro dote promiſſa communis filiæ, nec renatur hoc caſu Velleiano. nu. 40.*

41 *Statutum prædictum an in donatione propter nuptias procedat.*

42 *Statutum etiam fauorabile non extenditur vltra proprium caſum.*

STATVTVM licet diſponat; † quod mulier, & 1 minor non poſſint contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum: poterunt tamen, non obſtante ſtatuto, bona ſua offerre eccleſiæ, ſecundum Bal *in l. generale, col. fin. C. de ſacroſ. eccl.* quem ſequitur Anch *in c. 1 de conſt.* Abb *in c. relatum. il 1. de teſt.* Anan. *conſ. 57.* & Dec. *in c. in præſentia. n. 98.* & Aug. Beroius ibidem *n. 158. de prob.* & alii Doct. magis communiter, *in d. c. relatum.* Et ratio eſt, † quia eſt actus ſpiritualis, ſuper quo laicus ſtatuere non poteſt, *l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccleſ.* Com. opin. 2

Limitatur ſecundo † ac interpretatur iſtud ſtatutum, quando mulier diſponeret donãdo cauſa mortis: etiam poteſt mulier ita donare, non obſtante hoc ſtatuto, ſecundum magis cõmunem opin. Doct. de qua atteſtatur Soc. *in l. 2 ff. de leg. 1.* & ſequitur ibi Iaſ. *col. 3. & 4.* Aquen *nu. 7.* Alcia. *n. 2.* Rum. *col. 14. & 20.* & Soc. Iun. *n. 60.* & Rubeus *conſ. 27. in fin.* Nam † prohibitus facere teſtamentum, non intelligitur prohibitus donare cauſa mortis, *l. cum in §. fi. ff. de don. cauſa mor.* vt per Dec. *conſ. 196. in caſu propoſ.* & per Bal. *conſil. 298. vol. 2.* Adde hic breuiter, quod non valeat ſtatutum, prohibens mulierẽ teſtari ſine conſenſu mariti, quia eſt iniquum, vt per Paul. Caſtr. *in l. ex facto. in pr. per illum text. ff. de vulg. & pupill.* Alex *conſ. 151 viſis & d. iurate. col. fin vol. 2.* quos refert [illegible] *C. de codic ill.* & firmauimus etiam *deciſ. 245. mulier iure Longobardorum. n. 11 lib 1.* vbi citauimus alios quoque Doct. contrarium tenentes. 3 Com. opin. 4

¶ Contraria vero opinio videtur cõmunis: quam declarat, & citat Iaſ. *in d. l. 2. ff de leg. 1.* & Ripa ibi *n 10.* & Tiraq *in tract. de legib. connub. in 3. Glo. q. 4.* & ei adhærent Abb. *con. 50 col. 2. vol. 2* Curt. *conſ. 41. col. 2. volum. 1.* Anch *conſ. 384. col. 2.* & Dec. *conſ. 179 col. 1. & 2.* Aret. *col 5.* Alex. *in prin.* & Barb. *col. 9. ver. item dico, in l. 2. ff. de verb. oblig* Iaſ. titubanter, [illegible] contrarium in *§. 1 col 6 Inſt de act.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. 4 q. 7. nu. 10.* Guil. Benedi. *in c. Raynutius de teſt. in ver. Teſtamentum. n. 4. n. 15.* Alex. *col. fi* Soc. ſibi pugnans, *conſtans; col. pen.* & D. Guil. Pontan. *num. 32. in d. l. 2. ff. de leg. 1.* Com. opin.

 vbi

non poſſint huic conſtitutioni prohibitoriæ renunciare, & facit text. *in c. denique. 4. diſtinct. In finalibus verbis.*

23 Fallit decimo ſeptimo iſtud ſtatutum, † requirens ſolennitatem in contractibus mulierum, vt non habeat locum, quando mulier contrahit cum patre, & omiſſa ſolennitate ſtatuti, id eſt, conſenſu propinquorum, in manibus patris renunciat, vt voluit Bal. *in l. pactum. q. 21. C. de collat.* quem ſequitur Alex. *conſil. 106. quo ad præſens, circa fin. volum. 1. in conſil. 29. cuius exordium eſt, præclare, ſubtiliter. colum. penult. vol. 3. & in l. ſi quis mihi bona. in fin. ff. de acq. hæred.* poſt Rom. ibi. & Tiraq. cum aliis compluribus ibi per eum congeſtis, *in d. l. ſi vnquam, in præfatione, nu. 24.*

24 Limitatur decimooctauo hoc ſtatutum, † diſponens nullam eſſe obligationem, factam per mulierem abſque præſentia propinquorum, quod recipiat interpretationem à iure communi, vt non habeat locum in obligatione neceſſaria: ita in terminis conſuluit Rom. *conſ. 394. per l. 1. C. quando decre. opus non eſt.* quem ſequitur Alex. *conſ. 215. col. 2. volum. 6.* Iaſ. *in l. ſi vnum. §. pactum ne peteret. n. 29. ff. de pact.* & Soc. *conſil. 80. col. fin. vol. 4.*

25 Et hoc ſtatutum, † quod minor, ſeu mulier contrahere nequeat abſq; conſenſu conſanguineorum, interpretatur decimonono, quod ſi minor ſe maiorem iurauerit, & per conſequẽs, ſine propinquorum conſenſo contraxerit, non obſtante huiuſmodi iuramento, vtique poſſit dicere contractum nullum, & admittitur ad probandum minorem ætatem, etiam per teſtes, ſecundum Io. Andr. *in add. Spec. in tit. de ſent. §. vt abſ. in add. in ver. procedendum.* quẽ ſequitur Rom. *conſ. 12. col. fin.* Ang. *conſ. 160.* Cremen. *ſing. 162. Statuto cauetur.* Soc. *conſ. 6. nu. 5. vol. 1.* Curt. *conſil. 118. & ſeq.* & Pet. de Benint. *deciſ. 47.* vbi ait, ita concluſum fuiſſe in Rota Bononienſi, ac pariter iſtam eſſe magis

Com. opin. communem opinionem. Et non † obſtat commu-

26 ni præmiſſæ. *l. 3. in fi. C. ſi minor ſe maiorem dixerit,* diſponens, quod ſi quis iuraret ſe eſſe maiorem 25. annis, manu tactis ſcripturis, & in veritate diceret mendacium, contra tale iuramentum, nullum cenſeretur habere remedium, nec reſtitueretur in integrum, ex capite minoris ætatis: quia loquitur eo caſu, quo minor venire vult mediante beneficio reſtitutionis in integrũ, à qua certe excluderetur per mendacium, ſecus vero, ſi ex capite minoris ætatis infringere vellet actum iuratũ, deducendo remedium ordinarium nullitatis actus: prout ita reſpondet Io. And. & Rom. *in locis præcitatis, & d. l. 3. C. ſi minor ſe maiorem dixerit.*

27 Limitatur † ſimiliter non habere locum, ſi minor dolo aduerſarii inducta foret ad iurandum ſe maiorem; ſecundum Doct. omnes *in d. l. 3.* & ita fuit deciſum in facto Regio Concilio Neap. teſte Afflicto, *deciſ. 393. Hieronymus, nu. 12. & ſeq.*

28 Fallit ſimiliter † antedictum ſtatutum, quod mulier contrahere non poſſit ſine propinquorum conſenſu, procedere, ſi contraheret nomine proprio, ſecus ſi alieno, puta tutorio, curatoriove nomine, vt voluit Caſtr. *in l. quicunque. §. ſi ab alio. ff. de inſtit.* & Alex. *in l. quæſitum. col. 2. ff. de in ius voc.*

29 Limitatur etiam † poſtremo mentionatum ſtatutum, quod licet mulier contrahere non poſſit ſine conſenſu propinquorum, procurator tamen ipſius mulieris ſolus contrahere poſſit, non ſeruata forma ſtatuti an edicti, & ſi e mulier per procuratorẽ cõtrahere poteſt, nulla forma ſtatuti ſeruata, Bar. Ang. & Cuma. *in l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quibus cauſis in poſſ. eat.* & Ruin. *in l. 3. §. item a quæritur, nu. 1. & 5. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi ait, iſtam eſſe veriorem opinionem, & late citetur reſpondendo contrariis. Alios vero caſus complures, in quibus mulier poteſt agere, & contrahere abſque mariti, ſeu conſanguineorum licentia, ponit Michael Ciſuentes *in commentariis ſuper leges Tauri in l. 55. per totam.*

Sed † hic non abs re inueſtigandum venit, de 30
duobus. primo, an ſtatutum Vrbis Romæ, *lib. 5 cap. 9.* quod irritat, ſi ſine ſolennitatibus, quas exprimit, fiant Pacta de non petendo, Refutationes, Donationes, & Quietationes, comprehendat etiam Renunciationes, iuris futuri, ſi ſpes ſit nata: ſecundo præſuppoſito, quod ſic, an comprehendat donationes ob cauſam, & propter nuptias? Quo ad primum, reſpondendum eſſe puto affirmatiue, ſcilicet, non ſolum Refutationes iuris iam quæſiti, quæ ſub donationibus, & quietationibus comprehenduntur, & donationes ſunt, vt ſenſit Bal. *in l. contra iuris. §. filius familias. ff. de pact.* Dec. *in l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur.* & plures alii, quos cumulat Tiraquel. *in repet. l. ſi vnquam. num. 144. C. de reuocan. donat.* ſed etiam Refutationes iuris quærendi comprehendi. Quoniam alias expreſſio Refutationum fuiſſet ſuperua- 31
canea, & quia † ſimiliter, proprie Refutatio, & Renunciatio intelligitur iuris futuri, vti explicant paſſim Scriben. *in l. 1. C. de pact.* vbi notatur, etiam iuris futuri remiſſionem, ſeu refutationem dici proprie, ſed non valere, niſi præſente parte, & niſi fiant per modum pacti, & ideo ſine dubio exploratum eſt, huiuſmodi ſtatutum comprehendere etiam Refutationes iuris futuri, quæ præſente parte fiunt, & ita in terminis ſenſit Iaſon, qui in caſu magis dubitabili ſcilicet, in ſtatuto, prohibente mulierem obligari, voluit comprehendi Renunciationem iuris futuri, in *conſil. 93. colum. fin. volum. 1.* quocirca compertum eſt, in hoc ſtatuto indubitanter contineri Refutationem iuris futuri, ſicuti aſſentitur etiam Tiraquel. *de legib. connub. glo. 5. num. 32.* & nouiſſime in terminis ſtatuti huius Romani, reſpondit eleganter Hieronim. Gabriellius *conſ. 6. in princ. vol. 2.*

Nec vllatenus reſtagatur *Deciſio* Rotæ Romanæ *228. inter deciſiones diuerſorum*, quod ſcilicet in terminis noſtris, ipſa Rota determinauit, non contineri tali ſtatuto Vrbis, Renunciationes iuris quærendi, quia reſpondeo, prout reſpondet Hieronim. Gabriellius *eo in loco, num. 3.* quod aut ius, cui renunciatur, non competat, nec re, nec ſpe, quia antequam in ſpe competat, fiat renunciatio, & tunc quoniam ante ſpem natam penitus ab initio acquiri obuiatur, ita vt ſpes oriri amplius, nec etiam poſſit, vt notat Bal. *in l. illud, num. 6. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & hoc caſu facile admitti poteſt, non eſſe locum ſtatuto, veluti contingit, ſi eo tempore, quo contrahitur cum pacto, videlicet, lucro dotis, aut donationis propter nuptias, vt tunc ei locus minime ſit.

Aut vero ſumus in alio caſu, videlicet, quo ab initio ius cœpit ſpe competere, vt ſi poſt contractum matrimonium, ſecundum formam ſtatuti, ambo coniuges lucro renuntient, ſine difficultate verum eſt, non poſſe (niſi inæqualitas perſonarum, & aliæ circumſtantiæ concurrant, quibus aliud ſuaderi queat) conſiderari læſionem; aut fraudem per dubium euentum, *l. de fideicommiſſ, C. de tranſact.* Scriben. *in l. 1. C. de pact.* ſtatutum autem intelligi debet de actibus, ſui natura læſiuis, vt colligitur ex eodem ſtatuto, & reſoluit Rota Romana, *in cauſa Puteolianæ dotis,* atteſtante Puteo *deciſ. 154. lib. 3.* & notat Hieronim. Gabriellius *d. conſil. 6 per ſummam. 4.* licet male alleget *deciſ. 154.* tamen bene concludit, quod hoc

 etiam

etiam caſu valeat renuntiatio, cæterum, ſi vxor tantum renunciet, tunc exploratiſſimum putat, comprehendi huiuſmodi ſtatuto.

Quoniam negari nequit, quin refutatio ſit, & ius competat ſpe, & ſpe probabili, vt ita ea notatis à Bar. & aliis diuulga. ut *in l. 1. C. de pact.* & ab ipſo Bartol. etiam *in l. fin. §. fin. eod. tit.* Aretin. *conſil. 164. in fin.* Pariſ. *conſil. 127. colum. 2. num. 13. volum. 1.* & in terminis declarat idem Hieron. Gabriellius *d. conſil. 6. poſt num. 3. cum ſequent.* vbi quando ius non competiſſe nec ſpe, nec re, explicat veriſſimum eſſe, huiuſmodi ſtatuto renunciationes non contineri iuris quærendi: & ita ſenſit procedere, prout vere innuit *præallegata deciſio Rotæ Romanæ in diuerſorum 228* idcirco quando ius ſpe competit, vt hoc caſu competitum eſt competiiſſe, ſtatutum ſine dubio comprehendit renuntiationem huiuſcemodi iuris futuri.

32 Quo vero † ad ſecundum dubium, exploratum habeo, tali ſtatuto non cenſeri prohibitam donationem ob cauſam, nec donationem propter nuptias, tam in minori, quam etiam in maiore: tuta enim eſt iuris regula, quod quæcunq; generalis alienationis prohibitio non includat in ſe neceſſariam alienationem *l. alienationes. ff. famil. hereiſcun. l. d. uus. ff. de pet. hæred. & l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Trebell.* cum ſimilibus, notat Bart. *in l. quemadmodum C. de agricol. & cenſ. lib. 11. & in l. ſi finita. §. ſi de vectiga. ff. de damn. infect.* Al-

33 teram quoque † in medium adduco regulam, quod actus ex neceſſitate factus non comprehenditur ſub lege, prohibente actum fieri, *l. 1. ff. de excuſat. tutor. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. l. generaliter. § ſpuris. ff. de excuſat.* cum ſimilibus & ideo cum eiuſmodi donatio propter nuptias fiat ea neceſſitate, vt ex alterius ſtatuti verbis notiſſimum eſt, ſequitur eam non comprehendi ſub ſtatuto, prohibente donationes in genere, attenta non ſolum prima ratione, quod talis prohibitio generalis nõ comprehendat neceſſariam alienationem, ſicut probauit etiam Roma. *conſ. 107. n. 2. & conſ. 457. n. 3* Curt. Sen. *conſ. 27. n. 15 & ſeq. & conſ. 62. n. 20.* Pariſ. *conſ. 98 n. 98. n. 79. vol. 1.* Afflict. *in tract. de iure congrua. §. 3. num. 26.* & idem Roman. *conſ. 219. nu. 8.* ſed etiam ſecunda ratione, quod actus ex neceſſitate factus, non comprehendatur ſub lege prohibitoria actus fiendi.

34 Qua ratione attenta, † competitum eſt, quod huiuſmodi ſtatutum Vrbis Romæ, de pactis, & donationibus non valituris, non obtineat locum in muliere faciente compromiſſum, quia ad tale compromiſſum partes cogi poſſunt, ex neceſſitate alterius ſtatuti: & ſic ad faciendum actum neceſſarium non erat neceſſaria ſolennitas ſtatuti, *l. 1. §. ſed ſi patri ſpoliatis. ff. de rebus eorum*, & text. & ibi Scriben. *in l. petitam, in 4. not. ff. ſi cert. pet.* vbi Glo. pen. & Bald. qui hanc dicit eſſe communem, & Salicet. quoque, & Ang. *in l. fin. C. de legit. tutor.* & ita in vna lucana hæreditatis, coram D. Iohanne Paulo Tholomeo 4. *Aprilis* 1541. conſuluit Rota Romana, prout exponit Puteus *deciſ. 105. lib. 1.* per allegata conſilia Romani, 280. & 394 prout refert etiam, & teſtificatur Horatius Mandoſius *in add. Roma. d. conſ. 219. in v. fieri*, quod conſilium potius allegare voluit Rota Romana quam *d. conſ. 280.*

Com. opin.

35 Similiter etiam, † ob eandem rationem exploratum eſt, quod licet tutor compromittere nequeat ſub cauſa, vel lite pupilli, vt per Angel. *in l. nuper ff. de pact.* Paul. Caſt. Alex. & Iaſ. *in l. iuriſgentium. §. fin. ff. de pact.* tamen poteſt compromittere ex neceſſitate ſtatuti, ſicuti Imol. Ang. & Bal. eo in loco aſſerunt ſeruari in practica, & ſequitur ibi quoque Alex. & Iaſ. *in d. l. iuriſgentium. §. fin.* & ita ſenſit Rota Romana, ſecundum Puteum *in præmiſſa deciſ. 105. in fine.*

Imo idem † etiam habet locum in minore, qui dum litigat cum conſanguineo, compromittere tenetur abſque ſolennitatibus, ob eandem rationem, ſtante ſtatuto, quod cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti, vti voluere Ang. Paul. Caſtr. Alex. & Iaſ. *in l. ſi plures. ff. de pact.* & Salicet. & Aret. & idem Iaſ. qui ſcribit iſtam opinionem veriſſimam eſſe, *in l. fin. C. de reſtit. in integrum*, & explanauimus communem, etiam ſupra, in *Opinione 505. minor litigans cum conſanguineo.* Idcirco cum in caſu noſtro ſimus in obligatione neceſſaria, ſtatutum prædictum Vrbis, in nouis reformationibus, *de pactis & donationibus non valituris*, non procedit in contractu dotis, & donationis propter nuptias, quo ad contractum dotis, quamuis hic non ſit caſus noſter. Vnde † res 36

Com. opin.

clara redditur, quia ſecundum dictum Saliceti communiter receptum *in l. fin. C. de iure dot.* quia dos reperitur ſpeciali et priuilegiata in aliquo ſtatu, quod tunc ſtatutum generaliter non comprehendat caſum dotis. Sed † iſto caſu dos reperitur ſpecialiter priuilegiata, vt mulier poſſit pro dote ſe obligare, iuxta text. *in l. fin. & in l. ſi dotare. C. ad Velleian.* ergo exploratum eſt, † quod ſtante ſtatuto, quod mulier non poſſit contrahere ſine certa forma, poſſit tamen ſe obligare pro dote alicuius mulieris, ſicuti ſenſit etiam Baldus Nouellus *in tract. de dot. in 6. part. priuileg. 48. n. 1.* & Neguſan. *in tract. de pignorib. in 1. membr. vlt. partis num. 16. verſ. inſuper ſi eſſemus.* vbi citat Bal. & Soc. Sen. ita tenentes, ac Soc. Iun. *conſil. 80. nu. 23. vol. 2.* Quocirca † cum dos iſto caſu reperiatur priuilegiata ſpecialiter, abſque difficultate ſtatutum prædictum Vrbis Romæ non comprehendit obligationem pro dote factam, quam opinionem, mature, re diſcuſſa, ſæpiſſime approbauit Rota Romana, & præſertim *die 19. Octobris 1548. in vna Romana dotis. coram D. Reomano*, atteſtante Puteo *deciſ. 160. lib. 3.* Et *die 22. Martii* eodem anno in eadem cauſa coram D. Reomano ipſo, concluſit ita Rota Romana, quod etiam dictum † ſtatutum non comprehenderet cauſam dotis, etiam ſi vxor intercesſiſſet pro viro pro dote, promiſſa communi filiæ, & ſimiliter iſto caſu mulier, promittens, minime iuuaretur Velleiano, veluti ſenſit Bal. *in l. 1. col. 2. ff. ſolut. matr.* & eo in loco etiam Roman. *col. 6. in c. ſpecial.* & Soc. *q. 80.* & Baldus Nouellus *in tract. de dote, in 6. parte, priuil. 3. in fi. & priuil. 12.* 37

Com. opin.

38

39

40

Quo vero † ad contractum donationis propter nuptias, hoc caſu, ea allegatis, illud locum habere non dubito, vt ſcilicet huiuſmodi ſtatutum, quemadmodum in contractu dotis, ita in contractu donationis propter nuptias non procedat: tum quia hæc donatio propter nuptias fit ex neceſſitate alterius ſtatuti, quo caſu in obligatione neceſſaria ſtatutum non habet locum, quia ſolennitates ſtatutariæ non requiruntur, iuxta *conſ.* Romani 394. & *conſ.* Cornei 154 *lib. 1.* tum etiam, quia eiuſmodi ſtatutum enumerat quatuor caſus, inter quos non eſt iſte: & ideo de caſu hoc cum non loquatur ſtatutum, in eo locum non habet. Cum † ſtatutum etiam fauorabile non extendatur vltra proprium caſum, de quo loquitur, & notabiliter tradit Iacob. Mandellus de Alba *conſil. 81. n. 38.* idcirco concludendum eſt, huiuſmodi ſtatutum Vrbis non obtinere locum in contractu dotis, & donationis propter nuptias, ſicuti voluere etiam Socin. Sen. *conſil. 80. num. 23. & ſeq. vol. 4.* Iaſ. *in l. ſi vnus. §. pactum. col. 8. & ſeq. ff. de pact.* Ruin. *conſ. 61. colum. 4. vol. 3.* Bal. Nouelli *in tract. de dote,* 41

42

& dett in 17. & 18. ſpecial. Rom. d. conſ. 180. & conſ. 394. quam opinionẽ frequentiſſimè ſecuta eſt Rota Romana, & potiſſimum, *in vna Pitigliana dotis, coram Domino meo ordinario, die 30. April. 1554.* & ita fuit quoque concluſum, *die 10. Decemb. eiuſdem anni*, atteſtante Capſucaquen. *deciſ. 3. lib. 3. & deciſ. 199. eodem lib.* & in terminis ita nouiſſimè reſpondit etiam Hier. Gabri. quamuis aliis rationibus motus, nec præmemoratas deciſ. Rotæ Romanæ, nec alias authoritates allegãs *in allegato conſ. 6. nu. 10. vol. 2.* atque ita etiam nouiſſimè concluſit eadem Rota Romana *in vna Romana dotis* coram Domino de vicecomitibus.

OPINIO DCCXCVII.

SVMMARIA.

1 *Statutum Florentinum, diſponens patrem ſcientem filium negotiari, & exercere mercaturam, teneri & obligari, niſi prohibeat de quibus obligationibus & contractibus intelligi debeat, & nu. 3.*

2 *Filius prohibitus obligari, vel contrahere per ſtatutum, niſi ſit artifex intelligitur de contractibus & obligationibus, quæ ſiunt occaſione artis vel mercaturæ non de aliis.*

4 *Statutum Florentinum, quod pater permittens filium negotiari, & non contra dicens, pro filio obligetur, non trahitur ad negotia extra territorium geſta.*

1 STATVTVM † Florentinum, diſponens patrem, habentem domicilium Florentiæ, ſcientemque filium ſuum negotiari, exercereque mercantiam in ipſa Ciuitate, teneri, ac obligari, niſi à dicta negotiatione filium expreſſè prohibeat, ſecundum Gloſ. *in rub. C. de decret. decur. lib. 10.* quã ſequũtur omnes Scribent. communiter *in l. filiusfam. ff. de verb. oblig. & in d. rub.* & Boer. *dec. 22. n. 13.* vbi expreſsè atteſtatur de cõmuni opin. Gloſ. Interpretatur primo huiuſmodi ſtatutum, quod pater teneatur pro contractibus filii mercatoris, reſtringi ad contractus filii, qui fiunt & celebrarentur ob cauſam mercaturæ, non autem ex alia cauſa, vt tradit Alexander *conſ. 131. colum. 2. vol. 3.* Grammat. *conſ. 3. num. 15. & conſ. 171. colum. 3. in fin.* (Com. opin.)

2 Idem † vidimus in alio ſimili ſtatuto, diſponente quod filius non poſſet ſe obligare, vel contrahere, niſi ſit artifex, vel mercator: nam valet contractus, vel obligatio, ſi fiat occaſione artis, vel mercaturæ alias, ſecundum Bald. & Salic. *in l. fin. C. ad Maced.* Bal. *in l. 3. §. ex hoc edict. ff. nau. caup. & ſtabul.* Iaſ. *in l. ago C. de tranſact.* Dec. *in c. poſt ceſſ. enem, de prob.* & Marſil. *in rub. ff. de fideiuſ. num. 210.*

3 Interpretatur † ſecundo loco dicta communis opinio, quod pater, vigore prællegati ſtatuti ex contractibus filii celebratis extra territorium, non teneatur, nec obligetur, ſecundum Dec. *conſil. 359. in cauſa Domini Marci*, & ita conſuluit, vt refert Soc. *in l. Modiſtinus ff. de ex. ep.* genitor ſuus, & Aret.

4 Quod † ſtatutum Florentinum, quoad patrem qui permiſit filium negotiari, & non contradixit pro filio obligatum, iubet non trahi ad negotia quæ extra territorium filius geſſit.

OPINIO DCCXCVIII.

SVMMARIA.

1 *Fructus in ſtatutis, ſiue lege expreſſi, intelliguntur deductis expenſis.*

2 *Penſio ex fructibus, detrahi debet in æſtimando valore beneficii.*

3 *Expenſa custodiendorum fructuum cauſa facta, & operæ a de fructibus etiam deducuntur.*

1 STATVTVM † ſeu lex, faciens mentionem de fructibus, intelliguntur deductis impenſis, ſecundum Bart. *in l. fructus, per iſtum tex. ff. ſolut. matrim.* Bal. Ang. & omnes Moder. *in l. non amplius in princ. ff. de leg. 1.* & idem tenet Bal. *in l. 1. col. 2. per illum text. C. de fruct. & lit. expenſ.* cum aliis late congeſtis per Alexand. *in d. l. fructus in 4. notab.* & per Felin. *in c. ad noſtram. in 1. & 2. col. ext. de iureiur. & in c. ad aures, col. pen. de reſcript.* Et † 2 Decaon. 159. *ſtatutum col. 1.* vbi idem conſuluit de penſione, quæ ex fructibus detrahi debet, in æſtimando valore beneficii, & opin. præcitatorum Doct. videtur communi calculo approbata ab omnibus, vt aſſerunt Mod. *in d. l. non amplius*, & alii Scrib. paſſim, & ſequitur eam, ampliatque poſt alios relatos per eum Tiraq. *in tract. de retract. lib. 1. §. 15. in Glo. 1. n. 1. & ſeq.* Et ad hoc facit tex. *in l. ſi à non Domino § fi. ff. de petit. hæred.* vbi ad literam dicit Iureconſultus, quod fructus intelligantur deductis impenſis, quæ quærendorum colligendorumq; fructuum gratia fiunt; quem tex. dicit vnicum ad hoc, & ſingularem Rom. *in ſing. 334. Malæfidei poſſeſſor. n. 1.* (Com. opin.)

Et † ob hoc tenent Bal. & Ang. *in l. 1. C. de fruct. & lit. expen.* quod poterunt deduci expenſæ, factæ propter cuſtodiendos fructus & operas factas; licet Bar. & Alex. *in l. cum quæritur §. prædiu, ff. de leg. 3.* velint contrarium, videlicet quod expenſæ, factæ cuſtodiæ cauſa, repeti non poſſint, nec reperantur aliquo pacto, etiam ſi ſint maiores, quam fructus rei cuſtoditæ, ſecundum Bertach *in ſuo repert. in 1. par. in verb. Expenſa, ſub ver. ſen. nu. 40. & cæteros per eum ibi.* 3

OPINIO DCCXCIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum prohibitio vel ordinatio, facta per laicos in præiudicium Eccleſiæ, aut eodem ſubditorum, etiam per indirectum, non valet nec tenet.*

STATVTVM † prohibitio, vel ordinatio in præiudicium eccleſiæ, aut laicorum, etiam ſubditorum molendina habentium, ſeu de nouo conſtruentiũ, facta, vel factum, etiam per indirectum, non valet, nec tenet aliquo modo, vt conſuluit Collegium Bononienſe; vt conſtat *in con. 13. inter con. Anch.* in eodemq; caſu conſuluit Calder. vt eſt videre *inter conſ. Anch. con. 155.* quæ conſ. refert & ſequitur Alex. *con. 211. col. fin. vol. 2.* Soc *con. 272. col. 4. lib. 3.* Iaſ. *in l. ciuitas col. 4. ff. ſi cer. pet. in l. quo minus q. 25. ff. de flum. in l. 1. ff. de leg.* & Boer. *deciſ. 125.* Sed tamen contrariã partẽ, quod tale ſtatutũ valeat, etiam in præiudiciũ eccleſ. tenet Bal. *inter con. Anch. in conſ. 31.* Calder. titubanter, & ſibi cõtrarius, *conſ. 21. tit. de conſt.* cui conſ. ſe ſubſcripſit Anchar. ſibi parum conſtans. & præcitatum con. Bal. 11. ſequitur Iaſ. ſibi contrarius, *con. 136. col. 3. vol. 2. & conſ. 39. in fi. lib. 3.* Curt. Iun. *con. 147. circa fi.* Dec *in c. eccleſ. S. Mariæ de conſt. 24 verſ. tertio, concluſio ſupra facta, in conſ. 269. colum. 4. & conſil. 271. colum. 4. & conſil. 293. colum. pen.* & Iaſ. *in l. filiusfam. §. Diui, col. 11. verſ. in vltra alios ff. de leg. 1.* Tamen in iſtis, tam ambiguis iuris noſtri interpretum ſententiis, quid dicendum? profecto caſu eueniente, intrepide ſemper conſulerem pro prima opinione, tanquam magis communi, & in iure veriſſima: & quod ſit magis communis, atteſtatur Iaſ. *in d. l. quo minus in q. 25.* & Boer. *dec. 125.*

OPINIO DCCC.

SVMMARIA.

1 *Statuto diſponente, quod poſitionib. ſimpliciter & præciſe reſpondendum ſit, aliàs reſpondens habeatur pro confeſſo. ſi quis ita reſpondeat. Nego me recepiſſe 100 petita & ſi vlterius appareat me recepiſſe, affirmo ea in negotiis petentis expenſa eſſe: an quia non ſimpliciter reſpondit. vigore ſtatuti habeatur pro confeſſo. & num. 2.*

3 *Reſponſio ex forma ſtatuti, ſimpliciter facienda poſitionibus quando modificari poſſit.*

Exceptione, iudex etiam, actore non opponente, ſupplere poteſt num. 7.

8 *Non implens in ſua parte, non poteſt alium in mora conſtituere.*

9 *Exceptioni non implementi nulla poteſt obiici præſcriptio. & impedit ea litis ingreſſum. n. 10. poteſtque etiam in executione opponi. etiam ſtante iuramento. Eiuſque ratio nu. 11.*

12 *Exceptione non implementi contra actorem appoſita, actori incumbit onus probandi ſe impleuiſſe.*

13 *Promiſſionem etiam iuratam an promittens ſeruare non poſſit ſine periurio ſi aduerſarius, à ſua parte promiſſa non impleat.*

1 STATVTVM † diſponēs q̃ inſtrumēta executioni mandentur: qualia ſtatuta repetiūtur in omnibus ferè Italiæ partib. locum etiam habet, ſi aliquod Inſtrumentū foret obſcurū, & non liquidū, vt quia cōtineret ꝓmiſſionē refectionis damnorū, & intereſſe nihilominus hoc caſu abſq; dubio eius pōt peti executio, & ſatis eſt, ſi in ꝓceſſu fiat liquidatio damnorū & intereſſe ſm̄ Bar. *in l. 1. ff. de eden. n. 8. per tex. in l. 2. C. de ſen. quæ ſine cert. quant. proferūtur:* quem ſequitur ibi Alex. *in d. l. 1. n. 17. ff. de leg. 2.* & Bar. refert, & ſequitur conſulendo Rom. *con. 79. n. 5.* qui quidem Doct. vno ore omnes concludunt, Inſtrumēti nondum liquidati: & hāc opin. cōem eſſe atteſtatur Iaſ. *in d. l. 1. n. 31. ff. de eden.* licet ibi Iaſ. cōtrarium ſentiat, & Rom. *conſ. 211. n. 5. allegat.* conetur diſtinguendo reſoluere iſtam materiam, tñ à p̄dicta cōi ſatuum eſſet recedere, &c. quam ſequitur, declarat, & ait eſſe cōem, & in practi obſeruari Cou. *in tract. de variis reſol. iur. Pont. & Cæſar in 2. lib. c. 11.* vbi refert omnes contrariū aſſeuerantes.

2 Et † notat hic, quod inſtrumentū non liquidum regulariter nullam mereatur executionē: vt late ponit Dec. *con. 107 n. 2.* poſt infinitos Doc. ab eo citatos Cæphal. *conſ. 768. n. 37. vol 5* Ant. Maſſa. *in tract. ad formul. 3, Cameral. oblig. in 3 part. q. 5. tit. de vi Inſtr. obligationis cameral. n. 1. cum aliis ſeq fol. par. 120 & ſeq.* & ratio eſt quia inſtrumentum dicitur quædam obligatio velata dū non diſcernitur, an quis debitor ſit, vt Afflictus diſcurris Marinus Freccia *in tract. de præſentat. inſt. ſecund. formam. ritum magnæ curiæ vicariæ lib. 3. quæſt. n. 227. & ſeq. fol. 52.*

3 Sciendum autem hic eſt, quod contra Inſtrumentum, vallatum vinculo obligationis cameralis, ſeu magnæ Curiæ vicariæ, nec non etiam iuramento poſſit opponi, quod actor non ſeruauerit à ſua parte promiſſa; quia non tenetur quis ad obſeruantiam contractus, cum per alteram partem ei non obſeruatur, licetque eo caſu fidem fallere, etiamſi intercesſiſſet iuramentū, *l. Iulianum §. offerri, ff. de action. empt. & l. ſiue proponas la 2. C. de pact.* cum cumulatis eo in loco à Iaſ. *in 3. & 4 not.* & Crauet. *conſ. 172. venerabilis ſub num. 5 vol. 1.* vbi optimè quoque probat quod dolus etiam præſumatur in eo, qui id non facit, ad quod tenebatur.

4 Sicque † opponi poteſt de pretio per actorem non ſoluto, vel de re non tradita, vt affluentiſſimè ſcriptum eſt à Corn. *conſ. 297. per totam, & conſ. 291. col fin volum. 3.* & in terminis decidunt Canar. *in trac. de execut. inſtr. q. 17,* Dec. *conſ. 119 in princ.* & Ant. Maſ. *in tract. ad formulam cameralis obligationis, in 1. quæſt. ad 4 particulam num. 7. & ſeq. fol. paru 66.*

5 Quoniam regula *d. § offerri* habet locum rueta in omni contractu, tam nominato, quam innominato ſecundum Corn *conſ. 245. num. 2. vol. 4.* Beccium *conſ. 45. nu. 12. vol. 1.* & Fiber Decian *conſ. 25. vol. 1.*

6 Imo † ſemper opponi poteſt, implementi non ſecuti exceptio, etiamſi extaret ſtatutum, quo excludetur in omnes exceptiones ita Bar. *in l. 1. §. & potuit ff. quod vi aut clam* Roman. *conſ. 244. col. 2. verſ. ſupereſt* Rubens Alexandrin. *conſ. 30.* cum aliis cumulatis per Crauet. *conſ 151. nu. 10.* Cæphal. *conſ. 407. num. 19. vol 3.* Rolan. *conſ. 53. nu 32. vol. 1. & conſ. 69. num. 13. volum. 4.* Menoch. *conſ. 1. nu 366. & conſ. 55. num. 3. vol. 1.* & Becc. *con. 45. nu. 13. vol. 1.*

Imo † in huiuſmodi exceptione implementi non ſecuti iudex, etiam parte non opponente, ſupplere poteſt vt per Roman. in *allegato conſ 244. poſt n 5.* & Cæphal. *conſ. 148. num. 144. & conſ. 406. num. 20. vol. 3.* Crauet *in præallegato conſ. 151. ſub nu. 10.* 7

Et † tanta eſt vis huius exceptionis, vt non poſſit quis conſtitui in mora ab eo, qui deſiit adimplere à parte ſua, *c. non eſt in mora, de regul. iur. in 6 l. ſecta, verſ. non in mora, ff. ſi cert. pet. & l. nulla intelligi, ff. de regul. iur.* Cæphal. *conſ. 307. nu. 16. vol. 3.* Decian. *conſ. 102. nu. 9. vol. 3.* & Burſat. *conſ. 101. nu. 16. vol 1.* 8

Neque huic † etiam exceptioni obiici poteſt temporis præſcriptio; quia in exceptionibus non ſolet præſcribi, cum nō ſit in poteſtate rei quādo velit excipere. *l. licet. C. de except. l. pure, §. fin. ff. de dol. except.* Bar. *in l. 2. ff. de except.* Bal. *in l. ſicut, col pen.* poſt Gloſ. & ſcribentes *eo in loco, C. de præſcript. 30. annorum,* Nattan. *340. nu. 12.* 9

Et † exceptio impedit quoque litis ingreſſum ita Paul. Caſt. *in d. l. Iulianus, §. offerri* Grauet *conſ. 127. nu. 14.* Menoch. *conſ. 1. nu. 365 & 369. & conſ. 55. n. 2. vol. 1.* & dicitur exceptio litis finitæ, vt per Rolan. cum aliis aggregatis per eum *conſ. 69. nu. 13. vol. 4.* 10

Nec non † talem exceptionem, etiam in executione opponi poſſe, veriſſimum eſt, veluti per Grao. *conſ. 79 numer. 5.* & Menoch. *conſ. 1. num. 367. & conſ. 55. nu. 4. volum. primo* etiam ſtante iuramento. Quia prima mora non nocet; ſecundum Alex. *conſ. 101. ſub num. 6. vol. 2,* Grauet. *conſ. 1. num. 11. conſil. 292 num. 15. & conſ. 248. col. pen.* & Beccium *conſil. 45. num. 18. volum. 1.* Nam iuramentum non ligat iurantem, cum adimplere debens, qui etiam iurauit, non adimpleuit ex parte ſua, vt notat Menoch. *conſ. 8. num. 10. volum. 1.* & tanto magis hoc procedit ſine ſcrupulo; quod huiuſmodi exceptio directè ſententiam non impugnet, ſed ſolummodo limitet, ſeu executionem differat, donec impleatur; vt per Paul. Caſt. *conſ. 266. viſis actis, & actitatis in iſta cauſa ſub num. 3. verſ. ſed bene videtur probabile dici poſſe, vol. 2.* & Grauet. *conſ. 152. ſub nu. 10. vol. 1.* 11

Vnde † etiā, ꝓpoſita exceptione huius generis q̃ videlicet actor non adimpleuerit contenta & promiſſa in inſtrumento, tunc onus probandi ipſi actori incumbit ſe videlicet ea adimpleuiſſe. Quia vbicunq; reus excipit negatiue, dummodo negatiua non ſit coarctata loco, & tempore non ipſe reus, ſed actor probare tenetur ita Glo. Sali. & alii vniuerſaliter omnes, *in l. actor, C. de probat.* Octauian. Cacheran. *deciſ 51. num. 1. & 18.* vbi optimè declarat, & affluentius Franciſ. Herculan. *in tract. quis teneatur probare negatiuam. & quibus modis negatiua probetur, num. 35. num. cum aliis ſequent fol. paruo. 25. & ſequ.* vbi hoc ampliat, & limitat multis modis. 12

Et † licet non videatur venire contra iuramentum, nec deierare, ex iuſta cauſa illud deſerit, *c. quemadmodum, & capitul. veniens. et. de iure patron. leg. ſi. ff. qui ſatiſdare cogant. leg. adigere, §. fin. de iure patronat. & l. ſi ex falſis, C. de tranſactionib.* Rom. *conſ. 429. nu. 4.* Maſcard. *de probationib. concluſ. 1568. num. 26. vol. 3.* taliter, quod ſi duo iurēt mutuē aliquid facere, vno alteri non ſeruante iuramentū nec alter ſeruare tenetur. Ita Innoc 13

[illegible] in c.

in 1. pertinentis, de inveñtur, facit. l. quero, § inter locatorem, ff. locat. l. Iulianus. § offerri, ff. de act. empt. Abb. in c. ſicut de iureiur. vbi determinat, quod non ſit periurus, qui pertina ciòn ſeruat fidem, & facit l. donationis C. de cōtrahen. empt. ſecund Bald. Nihilominus tamen, ceſſante cauſa, vel iuſto impedimento, an reus ſuum iuramentum ſeruare tenentur, notat, & reſoluit Innocent. in c. ſignificante. de offic. deleg cap per 32. q. 2. apud

OPINIO DCCCIII

SVMMARIA.

1 Statutum, vel conſuetudo diſponens teſtamentum fieri poſſe coram quinque vel paucioribus teſtibus, tam in leuibus quam grauibus valet, & tenet.

2 Lex municipalis, vel conſuetudo poteſt addere formam teſtandi vltra ſolennitatem traditam a iure ciuili.

3 Conſuetudo Venetorum, diſponens teſtamentum fieri poſſe coram presbytero parochiali, valida eſt.

4 Statutum 5. aut pauciores teſtes in teſtamento requirēs, etiam forenſes ibi teſtant comprehendit. E valet tale teſtamentum etiam quo ad bona alibi ſita. n. 5. Et poteſt etiam coram totidē teſtib. reuocari n. 6.

7 Statutum, aut conſuetudo diſponens teſtamentum valere coram quinq; aut paucioribus teſtibus, non extenditur ad codicillos, vt ii fieri poſſint coram tribus.

8 Teſtamentum factum coram quinque aut paucioribus teſtibus a Vaſallo, extra locum vbi viget tale ſtatutū in loco, vbi ſeruatur ius commune, non valet, ſed ſeruari debet ius commune.

9 Chriſtianus exiſtens in territorio ſacramentorum poteſt teſtari ſecundum formam iuris gentium, ſeruari ſolitam à Saracenis.

10 Peregrini poſſūt teſtari, nō ſeruata ſolēnitate iuris ciuilis.

1 STATVTVM † vel conſuetudo, diſponens, quod teſtamentum poſſit fieri coram quinque aut paucioribus teſtibus, tam circa leuia, quam circa grauia, valet, & tenet, ac integerrimè ſeruatur, ſecundum Cyn. Bar. Bal. & omnes Doct. in l. 1. C. de ſum. Trin. in l. cunctos populos, & in l. 3. ff. de teſt. & in l. ſi non ſpec ali C. eod. tit. Ciſuentes, in commentariis ſuper leg. Tauri. in l. 3. nu. 20. & iſta eſt communis opinio teſte Iaſ in d. l. 1. nu 33. num 7. alias ſiq. Dec. in c. ſicut de prob. num. 71. vbi nu 69 & ſeq. retulit omnes fere Doct. in contrariam partem inclinantes licet ipſe demum reſideat cum communi, & Boer. deciſ. 228 nu 6. & ſeq. *Cōis opin.*

2 Et † ſic manifeſtè apparet, legem municipalem, vel conſuetudinem poſſe addere formam teſtandi vltra ſolennitatem traditam à iure ciuili d. l. ſi non ſpecialis vbi per illum text. ita communiter notant Doc. vt conſtat ex congeſtis per Alex. ibi, & per alia ſuperius relata.

3 Imo † conſuetudo Venetorum, introducens, ſeu diſponens, quod teſtamentum fieri poſſit corā presbytero parochiali, tamen valida eſt, ſecundum Bal. in d. l ſi ſpecialis.

4 Ampliatur † primò dictum ſtatutum, quod comprehendat non ſolum ciues, verum etiam forenſes ibidem teſtantes, ſecundum Bar. in præallegata leg 1. cum quo ſentiunt omnes Doctores, communiter, vt meminit ibi Iaſ. num. 40. *Cōis opin.*

5 Ampliatur † ſecundo loco præfata concluſio, q teſtamentum, ſecundum formam dicti ſtatuti conditum, vbique poteſt eſſe validum ſortiri etiam quo ad bona ibi exiſtentia, vt volunt omnes Scrib. in d. l 1. præſertim Iaſ ibi nu. 44. ibi aſſerit hanc eſſe communem opinionem quam ſequitur etiam Cyn. Bar. Bal. Fab. 1. Sal. & Iaſ. in d. l cunctos populos. & Ciſuen. in d. l. 3. Tauri nu 21. *Cōis opin.*

6 Interpretatur † tertio loco dictum ſtatutum, quod ſicut quinque teſtes ſufficiant in confectione teſtamenti, ita etiam totidem ſufficiunt in eius reuocatione, ſecundum Dec & alios ibi relatos, per eum in c. cognoſcentes, in 2. lect. num. 16. de conſt.

Limitatur † primum præfata concluſio, quod habeat locum duntaxat in teſtamento, non autem in codicillis: quia ſtatutum noſtrum diſponens, in teſtamento ſufficere quinque teſtes, non ob hoc velle præſumitur, q in codicillis ſufficiant tres teſtes, tm notabile dōct. ioā Bar. in l. 1. circa ſi. ff. de leg. 1. cōiter ibi ab omnib. Scrib. approbatā, vt teſtatur Modes. in ibi, & R. in trac. de peſt in tit. de priu. vlt. volunt. tanſ. peſt. n. 47. 7 *Cōis opin.*

Limitatur † ſecundo dicta cōis concluſio, quādo aliquis ſubditus, vel Vaſal. conderet teſtament. extra territor ū ſtatuentiū & in loco, vbi ſeruatur ius commune: tunc n. valet teſtamentū factum ſm formam iuris cōis, arg. l. ſi fund. ff de euic. cū alus relatis per Cur. cū, 13 2 circa 1. col 2. lib. 4 & per Ciſuentes in d. l. 3. Tauri, n 22. quia nēpe ſeruanda eſt forma, quæ ſeruari conſueuit in loco vbi fit teſtamentū. Ita † vt Chriſtianus teſtator, exiſtens in territorio Sacramentorū, poſſit condere teſtamentū, ſeruata ſolēnitate iuris gentium quā ſeruant hoſtes Chriſtianæ fidei, in ſuu teſtamētis, ſecund. Pau Caſt. eleganter & Ang. in l 2 C quæ ad. uſu ap. quos refert & ſequitur Iaſ. in d. l. cunct. populos, col 8. licet Bar. contrariū aſſeueret in l. qui a latronibus ff. de teſt. & Barba. in rub de teſt. fol. 14. vbi poteris videre multa congeſta per eum. Et † vide Aug. in auth. cōi peregrini. C. vbi de ſucceſſionib. vbi per illum text. tenet, peregrinos poſſe facere teſtamentū, non ſeruata ſolennitate iuris ciuilis, cuius ſpiū opin. impugnare nititur Barb. in d. rub. de teſta. fol. 15. Ego vero inhæreo dictæ Ang. ſententię ne verba d. auth. omnis peregrini. nō aliquid operentur argū. l. ſi quando. ff de leg. prim. & c. ſi Papa de priuilegiis libro ſexto & leg. 1 ff. de mil. teſtam. 8 9 10

OPINIO DCCCIV.

SVMMARIA.

1 Natus per tranſitū, vel caſu, extra ciuitatē, in qua extat ſtatutū, diſponens neminem admitti ad eius collegium niſi natū ibi vel originarium poteſt admitti ad collegiū non obſtante, quod natus ſit extra ciuitatem.

2 Originarius an quis dicatur loci illius in quo natus eſt caſu, vel tranſeundo, & num. 4.

3 Natus extra ciuitatē ſuorum maiorum, nòn obligatur oneribus ciuitatis, vel loci. vbi iure natus eſt.

5 Doctor eminentis ſcientiæ poteſt admitti ad collegium, nō obſtāte ſtatuto, diſponēte neminē admitti ad collegium, niſi ſit natus in ciuitate, vel niſi ſit originarius.

STATVTVM † alicuius ciuitatis diſponens q nemo debeat ad collegiū ipſius admitti, niſi ſit natus ibi vel niſi ſit ciuis originarius, nō habet locum ſi quis eſſet natus alibi, & ſic extra dictā ciuitatē tranſeundo, vel caſu poteſt. n. is nihilominus eſſe de collegio, etiā ſi ſit natus in alio loco & ciuitate per tranſitū, vt per Io. de Plate. in l. filiae. Cod. ad municip. Tamen huiuſmodi opinio. non auſus eſt firmare Bar. ibi ſed caſu eueniente ſemper conſulerē, & iudicarē per opin. Io. de Plat tanquā in iure veriſſima. Quia † originarius nō dicitur quis loci, in quo natus eſt caſu, & tranſeundo, vt per Canon. omnes in c. Rodulphus. de reſcri. & ita ſe haberet cōis opin. de qua teſtatur Moder. in d. l. & Boer deciſ. 51. n. 53. & ita fuit deciſum in Concil. Salmaticenſi D. Iac teſte Vaſquius in tract. de ſucceſ. progreſſu. lib. 1. §. 2. n. 9. vbi ſequitur opin. hanc, ac demonſtrat eam eſſe veriorem, & æquiorem. 1 2

Comprobatur & alia rōne hæc ſententia Ioan. de Plat. Nam per hanc natiuitatē, filius, in Ciuitate, vbi vere natus fuit, oneribus non obligatur, cū ibi parēs eius fuerit ſolum ad tempus l. & vbi Bartol. ff. de capt. & poſt.

& poſt lim. reuer. quem ſequitur Abbas & Felin. *in d.c. Rodulphus* & iſtam opinionem ait eſſe communem Cōis opin. Auguſt. de Arimi. *in l. huiuſmodi legatum. ff. de leg. 1.* Ripa *in tract. de peſte, in 2. par. verſ. 18.*

4 In † contrariam vero partem inclinarunt nonnulli Doct. quod natus caſu in loco, vbi mater non cogitabat permanere, dicatur ibi, vbi natus fuit, ſortiri originem, quorum opinionem docet cōem eſſe Cōis opin. Iaſ. *in l. huiuſmodi. § legatum, nu. 14 ff. de leg. 1.*

5 Item † hoc ſtatutum non admittens in collegiū Doct. forenſem, limitatur vt non habeat locum in aliquo eminentis ſcientiæ: ſecund. Barbat. in rub. de rebus eccleſiaſticis non alienand. col. 3.

OPINIO DCCCV.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens in vno ex æquiparatis per modum regulæ, habet locum etiam in alio.*

2 *Statutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ, loquens de literis cambii habet locum in ſcriptis priuatis.*

1 QVANDO duo per modū regulæ æquiparata ſunt à iure, tū ſtatutū, loquēs in vno ex æquiparatis habet locū etiā in alio, ſm Glo. cōiter approbatam, Cōis opin. *in l. ſi quis ſer. in prin. C. de fur.* & tradit Soc. *in l. 1. col. 1. ff. de leg. 1.* Curt. Iun. *conſ. 150. n. 4.* & Aug. Beco. *in q. ſua. 105. num. 9.*

2 Vbi † arguit de literis cambii, ad ſcriptū priuatum dicens ſtatutū fori mercatorū ciuitatis Bononiæ, loquens de literis cambii habere locū in ſcriptis priuati velut per regulam æquiparatis.

OPINIO DCCCVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum iubens libris mercatorum, ſeu campſorum adhibere plenam fidem, valet & tenet.*

2 *Liber mercatorū ex forma ſtatuti, faciens plenā fidē vbique, etiā extra territoriū, plene pbat Eiuſq; ratio n. 3.*

4 *Statutum indiſcretum, vtputa diſponens, quod omni ſcriptura mercatoris pro eo credatur, non tenet nec valet, & eſt pronum ad falſum.*

5 *Statutum iubens libris campſorum, ſeu mercatorum adhiberi plenam fidem, non extenditur ad negotia non pertinentia ad mercaturā, & ad eorū officiū. & n. 6.*

7 *Statutum diſponens, quod Poteſtas teneatur pro ſua familia non extenditur ad geſta extra officium.*

8 *Liber mercatorum infamium nō probat ſicut liber aliorum mercatorum, ſtante ſtatuto, quod libris mercatorum adhibeatur plena fides.*

9 *Liber rationū deſcriptus à mercatorib. alibi cōmorantib. extra territoriū, vbi viget ſtatutū, non probat in loco ſtatuti, diſponentis, eorum libris plenā adhiberi fidē.*

1 STATVTVM † iubens libris campſorū, ſeu mercatorū adhiberi plenā fidē, valet, & tenet, quaſi tunc publica authoritate nitatur, ſm Io. An. *in add. Spec. in tit. de inſt. edit. § nunc dicendū.* Bal. & Ang. *in l. quadam. § nummularios ff. de eden.* Innoc. *in c. cū P. tabellio. de fide inſt.* eundē Bal. *in l. cunctos populos. col. 14. C. de ſum. Trin.* Archar. *in c. Can. ſtatuta Ext. de conſt.* Benue. Stracca, *in tract. de mercat. in tit. quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit n. 31.* cū alijs abundè congeſtis per Grauet. *in tract. de antiq. temporū. in 1. par. n. 27.* vbi ait, huic concluſ. neminē ex Scrib. aduerſari. Et iſta eſt cōis ſententia Cōis opin. probatur *in c. cum delect. de fide inſt.* vt latè Moder. *in l. admonendi ff. de iureiurand. & in cap. ſecund. de fide inſtrument.*

2 Ampliatur † hoc ſtatut. extendere vires ſuas extra territoriū ſtatuentiū: & liber ſeu ſcriptura mercatoris, corroborata a ſtatuto, vbiq; probat, licet in iudicio, in quo pducitur, non adſit huiuſmodi ſtatutum ſm Io. And. *in d. § nunc dicendū.* Bar. & Doct. *in l. 1. in 7. q. prin. C. de ſum. Trin. & fide cath.* Bald. *in l. exemplo C. de prob. & in l. non ſpeciali n. 4. per illum text C. de teſt.* Ant. de Butr. *col. 3.* cæterosq; Canoniſt. *in d. c. 2. de fide inſt* Rochum Curt. *in repet. c. fi. n. 56 de conſuet.* Dec. *in c. 1. col. 17. de prob.* Benuen. Strac. *in d. tract. de mercat. in tit. quomodo in cauſa mercatorum proceden. ſit. n. 31.* & Iaſ. *in l. ſi arrogator. col. 16. ff. de adopt.* vbi aſſerit ſe huic ampliationi nunquā interueniſſe cō. tradicentē, & Grauet *in trac. de antiq. tēp. in 1. par. n. 9.* atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem. Cōis opin.

Et † ratio illius cōis videtur iſta: quoniā circa ſcripturæ fidē inſpicitur locus, vbi celebrata eſt vbicūq; poſtmodū pducatur, vt voluit Bal. *conſ. 79. lib. 3 per text. in l. ſi fundus ff. de euict.* Guid. Papa. *in quæſt. 272.* & Iaſon *in leg. ius autem ciuile. column. fin. ff. de iuſt. & iure.* 3

Limitatur † primum ſtatut. non procedere, ſi eſſet indiſcretum videlicet, q omni ſcripturæ mercatoris pro eo crederetur; quia tunc careret ratione, imo eſſet pronū ad falſum cōmittendum, vt per Bald. *in l. vnica n. 13. C. de confeſſ.* cuius dictū reputat ſingulare, & ſequitur Panor. *in c. 1. bono, el 2. circa fin. ext. de poſt prælat.* Iaſ. *in repet. d. l. admonēdi, n. 102.* vbi oēs Moder. hoc idē tenēt, Mari. *in ſing. 458. Liber mercatoris, circa medium* & Benuen. Strac. *in præcitato tract. de mercatura. in tit. quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit numer. 37. & ſeq.* 4

Dictumq; † ſtatutū, q libris mercatorum detur plena fides, interptatur ſecundo loco in pertinentib. ad mercaturā, & eorū officium, non. a. in alijs; prout tradit Rom. *conſ. 204. col. 2* poſt Io. And. *§. nunc dicendū in addit. magna.* Aret. *con. 33. col. 1. & con. 44.* Alex. & Iaſ. *in d. l. admonendi.* Idē Iaſ. *in l. age n. 4 C. de tranſact.* Dec. *in c. poſt ceſſionē de probat. n. 39. & in cō. 30. col. 2.* Gra. *3 n. 15.* Riminal *conſ. 35. n. 12. & con. 279 n. 1. con. 297. & 301. n. 3.* Marſ. *in rep. rub. ff. de fideiuſ. n. 109. & in rep. l. fi. n. 168. ff. de iuriſ. om. iud.* & Benuen Strac. *in alleg. tract. de mercatura in tit. quomodo procedendū ſit in cauſa mercatorum, num. 40. fol 244.* 5

Licet † idem Dec. titubanter, & parum ſibi conſtans, contrarium teneat *in d. l. age num. 5.* quem taxat Alciatus ibi, & primam opinionem dicit eſſe communem, putà ſi ſit mercator pannorum, & in libro ſi ſit ſcriptum aliquid de mercatura pannorum: ſecus ſi ſcriberet de aliquo depoſito, vel mutuo, quod non eſſet de arte ſua, argumen. *l. tertia §. eodem modo. ff. nau. caup. ſtabu.* 6 Cōis opin.

Idem videmus † in alio ſimili ſtatuto, diſponente, quod Poteſtas teneatur pro ſua familia: quod quidem ſtatutum reſtringitur ad ea, quæ pertinent ad officium puta ſi familia delinqueret in officio, non ſi extra cauſam officii ſecundum Roman. *conſ. 11. & conſ. 25.* Grauet. *in d. conſ. 3.* & Alciat. *in d. l. age col. pen.* poſt Angel. *in l. 1. C. ſi rector prouinc.* 7

Tertio † limitatur præfatum ſtatutum, quod creditur libris mercatorum, vt intelligatur procedere niſi talis mercator ſit infamis, vel alias incurrerit infamiam. ita voluit Bal. *in d. l. cunctos populos, colum. 41.* quem refert & ſequitur Iaſ. *in §. ſed iſte, colu. 24. Inſtit. de act. & in repet. d. leg. admonendi num. 102.* & Stracca, *in d. tract. de mercatura, in tit. quomodo in cauſa mercatorum procedendum ſit ſub nu. 30. fol 253.* 8

Limitatur † quarto mentionatum ſtatutum, intelligendum, ac interpretandum eſſe, quatenus liber mercatoris conſcriptus ſit in territorio ſtatuentium, & non alibi: vnde, ſi Aquilanus Romæ commorans & ibi in libro ſuo annotaret, ſe ſolu ſſe centum, quæ Martino Aquilano debebat, ſeu ſoluere tenebatur tunc virtute prædicti ſtatuti non probaretur ſolutio vt voluit Seuer. *in d. l. cunctos populos nu. 164.* poſt Bald. 9

in c.

in c. cum dilectum extra de fide inst. & Ias. *in d. l. cunct. populos.* Sed contra istã limitationẽ cõplura ſcribit, & refert prætermiſſa authoritate Bal. Corn. *con. 319. circa primũ, in vlt. dubitatione, vol. 3.* vbi dictã quæſt. inſolutã reliquit. Verũ vt libro rationum mercatoris credatur, ſeptem requiri vult Guid Papæ *deciſion. 441.*

OPINIO DCCCVII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum iubens cauſas inter affines vertentes compromitti, non comprehendit Socerum, & generum mortua eius vxore, cuiuſq; ratio n. 2. Et an comprehendat filios illegitimos num. 3.*

1 STATVTVM † diſponẽs, ꝗ cauſę vertentes inter affines debeant compromitti, non habet locum nec ꝓcedit, ſi cauſa vertatur inter quondã ſocerũ, &
2 generũ. Quoniã eſt † diſſoluta affinitas, ꝓpter mortẽ alterius coniugũ; ſtã Bar. Bald. Ang. *in l. cum eorũ §. affinitatis ff de poſtulan.* hocidẽ firmat, ac tenet idẽ Bal. *in l. fin. C. de verb. ſigni.* & *in l. res iudicata ff. ſolut. mat.* & Sali Paul. Caſt. & Alex. *ibid.*, & Iaſ. *in l. non tantũ ff. de re iud.* vbi Alex. audacter aſſeuerat hanc cõem opin. *n. 27.* & Crot. *in tract. de teſt. in 2. q. 6. quæſtionis princ.* Sali. vero præcipitanter videtur tenere cõo tantũ, *in d. l. ſi.* cuius fundamẽtis optimè reſpondet Alex *in præcitat. l. non tantum* & *con 207. vol. 7.* vbi concludit ꝓ dicta cõi. q. ã diſputando ſequitur et ã. declarat, & citat Marc. Ant. Blanc. *in tract. de comprom. § q. 3. n. 23. & ſeq. vol. par 62.*
Cõe opin.
3 Itẽ † ſub hoc ſtatuto non cõprehẽdũtur filii illegitimi. Quod quippe non habet diffi ultutẽ aliquã ſed intelligitur in filiis naturalib. de agnatione paterna. Quia quo ad eos non dicerentur coniũctio tamen quoad matrẽ, & coniunctos per matrẽ, bene comprehenderentur. Cum inter eos bene ſit coniũctio, cognatio, & proximitas *l. ſi ſuſpecta §. de inofficioſo. ff. de inof. teſt & §. vulgo, Inſt. de ſuc. cog.* & not. Cyn. *in authentica itaque C. communia de ſucceſſ.*

OPINIO DCCCXIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod compromiſſum fieri debet, inter coniunctos, & affines, eſt fauorabile.*
2 *Statutum, quod lites, & controuerſia debeant compromitti inter coniunctos, & affines, comprehendit etiam fœminas & nuptas. num. 15.*
3 *Dictio* quiſquis *vel* quicunque *comprehendit ex propria ſignificatione, etiam fœminam.*
4 *Relatiuum* quis *vel* quis *comprehendit etiam fœmininũ cuiuſque ratio n 5.*
6 *Relatiuũ* quis *vel* q *generale eſt, ad maſculũ & fœmininũ maiores & minor. liberos & in poteſtate exiſtent.*
7 *Statutum, quod nullus proficiſcatur de nocte, ſub certa pœna, comprehendit etiam fœminam.*
8 *Statutum diſponens, quod nullus audeatur, volens opprimere tu. ... ſionem, quod pactũ ſit nullum, comprehendit etiam fœminam.*
9 *Adiectiuũ,* coniuncti *prolatũ ſine termino, cõprehendit etiã ex propria ſignificatione tã maſculũ quã fœmininũ.*
10 *Maſculinum in materia ſtatutaria concipit fœmininũ.*
11 *Coniunctorum, proximorum & propinquorum appellatione, veniunt, tam fœmina, quam maſculi.*
12 *Statutum loquens in maſculo, comprehendit etiam fœminam, ſi agatur de fauore, ſecus vero ſi de odio.*
13 *Maſculinũ in diſpoſitione l. gu correctoria in materia fauorabili, concipit fœmininũ vbi militat eadem ratio.*
14 *Fœmina comprehenditur etiam ſub propria hominis ſignificatione.*
16 *Mulier non poteſt compromittere ſine conſenſu propinquorum, ſi ſtatutum diſponat quod mulier contrahere non poſſit ſine præſentia duorum conſanguineorum, vel iudicis decreto ... .*
17 *Statutum iubens compromitti de litibus inter affines non procedit inter ſponſum, & ſponſam.*
18 *Affinitas non contrahitur per ſponſalia puerorum.*
19 *Diſpoſitio loquẽs de affine, nõ habet locũ in ſpõſo & ſpõſa.*
20 *Affinitas non cenſetur contracta inter virum, & vxorem, & eorum affines, matrimoniũ conſummatum ſit per carnis copulam. Eiuſque ratio. n. 21.*
22 *Affinitas per ſolum coitum, & commiſtionem carnalem contrahitur. & nu. 23.*
24 *Affinitas quid.*
25 *Affinitas non inducitur, nec contrahitur, etiam ſi interuenerit oſculum.*
26 *Affinitas non contrahitur, per pollutionem extra clauſtra pudoris, & vaſa naturæ.*
27 *Affinitas non contrahitur ex vitio Sodomitico. Vnde vir coiens contra naturã cũ vxore non inducit affinitatẽ.*
28 *Affinitas contrahitur ex illicito coitu. Et per concubinatum num. 29.*
30 *Coitus eſt de ſubſtantia ad inducendã affinitatẽ, ſiue interueniat ſpõte, ſiue coacte, & per vim, ſiue in dormiente.*
31 *Statutum cogens affines ad compromittendum, habet locum etiam inter virum, & vxorem.*
32 *Cautio præſtita inter inimicos, de non offendendo affines & attinentes, tam actiuè, quam paſſiuè vſque ad tertium gradum ad quas perſonas ſeſe extendat. & an ſponſum, & ſponſam eorumq; conſanguineos, & affines comprehendat. & num. 41.*
33 *Affinitas inter ſponſos non dicitur propriè affinitas ſed impropriè.*
34 *Affinitas contrahitur per matrimonium cõſummatum, non autem per ſponſalia.*
35 *Affines propriè qui dicantur.*
36 *Viro non licet dimittere vxorem cum qua conſummauit matrimonium per copulam carnalem, ſecus vero ſponſam: cũ vxor nondũ cognita, poſſit ingredi religionem.*
37 *Matrimonium vocatur, cum mulier eſt tradita viro ita, vt ea vtatur.*
38 *Sponſa etiam per vim cognita à ſponſo poteſt contra voluntatem ſponſi religionem ingredi.*
39 *Statut faciẽs mentionẽ de affinib. nõ cõprehendit ſponſos.*
40 *Verba in ſtatutis propriè intelligenda ſunt.*
41 *Cautio de non offendendo dicitur odioſa, & ideo reſtringenda eſt.*
42 *Matrimonium dupliciter probari poteſt, verè, & præſumptiuè: & in præſumptionem præſumptiua quæ debeant concurrere.*
43 *Matrimonii præſumptio non inducitur per oſcula, & cohabitationem maris & fœminæ.*
44 *Matrimonium non probatur, probata copula, ſeu cohabitatione maris & fœminæ.*
45 *Pater fide iubens pro filio ſub certa pœnã, filium non offenſurum alterum, an offenſione ſecuta liberetur præſtando, ſeu ſoluendo legit. mam filii Filio; & num. 47.*
46 *Fideiuſſ. de nõ off. ... æquiparatur fideiuſſori in iudicatũ ſolui, cõtra quẽ ſine nouo proceſſu ... executio.*
47 *Pater fideiuſſor liberatur filio in bonis confiſcatis, ſi ſit delinquentis pro quo pater fideiuſſ erat de non offendendo ſuccedente & num. 48. & Fiſcus ſuccedens delinquenti, habetur loco hæredis & ſucceſſoris vniuerſalis, & tenetur ſatisfacere creditoribus delinquentis & ad reſtitutionem dotis, & donationis propter nuptias.*
49 *Legitima non debetur filio viuente patre.*
50 *Statutum diſponens, quod pater, etiam viuus, teneatur ex delicto filii vſque ad legitimam, valet.*
51 *Stylus notiſſimus ius facit.*
52 *Si delinquens pro quo quis cautionem de non offendendo præſtitit, nulla bona habeat, vel legitima filii delinquẽtis nõ ſufficiat ad ſolutionẽ pœnæ promiſſæ an tunc fideiuſſores teneantur ad ſummam quã dixerit.*

33 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*
34 *Filia dotata excluſa à ſucceſſione per ſtatutum an connumerentur cum filiis in computatione legitimæ. & nume. 38.*
35 *Opinioni vltimo loco poſitæ Scribens, & Doctor, cenſetur adhærere, vt veriori.*
36 *Filia computatur in numero filiorum, ſi hoc ſit vtile & fauorabile ipſis filiis, alias ſecus.*
37 *In dubio opinio quæ eſt contra fiſcum ad fauorem rei attenditur.*

1 STatutum, † quod fieri debeat compromiſſum inter coniunctos & affines, dicitur fauorabile, ſecundum Bal. *col. fin.* Paul. Caſtren. Salyc. Roma. Alex. Corn. Iaſ. Dec. & cæteros omnes vniuerſaliter, *in l. quis ſi patris. C. vnde liber.* Dec. *conſ. 13. & pro tenui facultate mea, ſub num. 6. & ſeq. & conſ. 44. & diligenter ſub nu. 2.* Anch. *conſ. 187. apud me quæſtio iſta*, Fulgoſ. *conſ. 15. in fin.* Alex. *conſ. 125. viſo proceſſu cauſa, num. 11 & ſeq. vol. 7. & in l. 1 col. antepen. ff. ſolu. matr.* & Marc. Ant. Blanc. *in tract. de compromiſſ. in 2. qu. princ. num. 3.* vbi tollit omnia obſtacula, & aſſerit iſtam eſſe communem opinionem: prout explicauimus etiam ſupra *in Opinione* 778. Com. opi.

2 Itaque ſtatutum hoc, † tanquam fauorabile, non ſolum comprehendit maſculos, verum etiam fœminas, teſte Alex. *in d. conſ. 125. num. 4. 13. 14. & 16.* vbi plane demonſtrat iſtam eſſe magis cõmunem, vbi mouetur etiam ad hue corroborandum, ſi ſtatutum memoratum, loquatur per adiectiuum, ſeu terminum communem, vt apertiſſime diſcernitur in illa dictione, *Coniunctos*. ideo ex propria ſignificatione comprehenditur fœmina etiam in iſtis ſtatutis, *l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iud. & l. 1.* cum ibi not. per Bart. *ff. de verb. ſignif.* etiam non obſtante relatiuo, *qui*, vt *in d. l. 1.* & ibi Bart. dum loquitur † hãc dictionem, *quiſquis vel quicunq;*

3 comprehendere ex propria ſignificatione fœminam, & not. Bar. *in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi*, & Dec. *in l. fœmina. ſub nu. 100. ff. de reg. iur.*

4 Et † ſic relatiuum, *quis*, vel *qui*, concipit ſimiliter quoque fœmininum, vt vltra Barto. *in d. l. ſi quis in tantam.* firmat itidem Alex. *in l. 2. num. 16. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* & alii Doct. omnes vnanimiter, & concorditer, *in l. quicunq; ff. de ſer. fugit. & in l. 1. ff. de verb. ſignif.* & Dec. *conſ. 339.* conſului alias reſpectu legitimationis, *ſub nu. 1.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem. Relatiuum autem, *quis*, coniunctum cum aliquo indeterminato, reſoluitur in conditionem. *l. quid ſi venditione. ff. de hæred. vel act. vend.* & Doct. notant *in l. Si is hi qui ministerit ff. de leg. 1.* & Signorol. de Homodeis, *conſ. 70. ſub nu. 14 verſ. præterea dicunt verba priuilegii.*

5 Et † ratio cur relatiuum, *quis*, vel *qui*, concipiat quoque relatiuum, hæc eſſe videtur, quoniam relatiuum, *quis*, vel *qui*, declaratiuum eſt, vt *l. omnes populi ff. de iuſt. & iu. & l. cunctos populos*, & ibi Bar. *C. de ſum. Trinit. & fid. cath.*

6 Imo † ipſum relatiuum, *quis*, vel *qui*, generale eſt, ad maſculum, & fœminam, maiores, & minores, liberos, & in poteſtate conſtitutos. *l. 1. §. de pupillo.* & ibi Bar. *ff. de conſti. pecu.* & Dec. *in d. conſ. 339. ſub nu. 1.*

7 Sed † hoc vtique vendicat ſibi locum in materia indifferenti: vt explicat affabre Bart. *in l. 1. col. 1. ff. de pocul. & in l. cura ff. de leg.* Cyn. & Bald. *in d. l. quicunque. ff. de ſer. fugit.* vbi determinant, quod ſi ſtatutum diſponeret, quod nullus proficiſceretur de nocte, ſub tali pœna, comprehenderet abſque dubio etiam fœminam, & ſequitur etiam Dec. *in d. conſ. 339. nu. 2.*

8 Et hinc † non ab re firmat Bald. *in l. in multis. ff. de ſtatu hominum*, ſtatutum, diſponens, quod nullus audiatur, volens opponere exceptionem, quod pactum ſit nullum, comprehendere etiam fœminam: cum in ſtatutis exploratum ſit, maſculinum concipere fœmininum: quia ſtatutum loquitur in materia, quę par eſt maribus, & fœminis, in qua profecto viget eadem ratio, *l. fi. C. de indic. vid. tollen.*

Et † facit ſimiliter doctrina Alex. *in conſ. 115. circa dubitationem. num. 10. vol. 2.* vbi explicat adiectiuum, *coniunctis*, prolatum abſque alio termino, comprehendere ſimiliter ex proprio ſignificatu, tam maſculinum, quam fœmininum, vbi allegat Bar. *in l. 1. per illum text. ff. de verb. ſign.* & ſequitur Iaſ. *in d. l. ſi quis id quod, col. 2.* V- 9

bi concedit † in materia ſtatutaria indubitanter maſculinum concipere in ſe fœmininum & Dec. etiam *conſ. 213. in caſu propoſito tria occurrebant. num. 2. & ſeq.* V- 10

bi huius † rei ſummam excuſſam tradit, ſub nomine *coniunctorum*, venire tam fœminas, quam maſculos. & idem quoque appellatione *proximorum* & appellatione *propinquorum*. & idem vult ipſemet Dec. *in d. l. fœmina. num. 125. ff. de regulis iuris.* 11

Concludens, † quod in materia fauorabili, maſculinum comprehendat etiam fœmininum. & hæc fuit doctrina originaliter tradita per Hoſtien. *in 1. Rainaldus de teſta.*, & Archid. *in c. ſi quis ſuadente 17. qu. 4.* quod præmemoratum ſtatutum, loquens duntaxat in maſculino, comprehendat abſque dubio effectualiter, & virtualiter quoque fœminam, ſi agatur de fauore, ſecus vero ſi agatur de odio *per l. 1. § ſed ſi ff. de ventre in poſſ. mitten. & in l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum.* & ita demum intelligunt ſane, *l. 1. cum ſimilibus. ff. de verbor. ſignif.* 12

Et † facit etiam Glo. *in l. Gallus. ff. de liber. & poſthu. in ver. Neptis* ſecundum Alex. *in d. conſ. 125.* quæ probatatque in medium adducit, quod diſpoſitio legis correctoriæ, vt eſt diſpoſitio illius legis, ſi loquatur in maſculino, concipiat fœmininum etiam, ex identitate rationis, ſaltem in materia fauorabili. & ad hoc illã Glo. ponderat ibi Raph. Cuma. potiſſimum: quia loquitur ſtatutum, per adiectiuum, nõ autem per ſubſtãtiuum in maſculino genere, & etiam loquitur per terminum communem, ex quo concludit, quod cõprehendatur fœmina: prout ſe habet magis communis omnium Scribentium ſententia, ſaltem quando concurrit ac militat eadem ratio indifferenter. & ſic firma remanet concors omnium opinio, quod ſtante eo, quod prælibatum ſtatutum fauorabile ſit, fœmina ſine dubio ſub eo comprehendatur. 13 Com. opi.

Et de hoc mirandum non eſt, † nam ſub propria hominis ſignificatione comprehenditur etiam fœmina, *l. hominis ff. de verb. ſignif.* 14

Et hæc † communis eſt adeo vera, vt ea extendat vires ſuas, procedatque etiam in fœmina nupta, vt & ipſamet, cum ſuis propinquis teneatur compromittere, vt concedit Alex. *in d. conſ. 125. vol. 7.* 15

Cæterum † eadem communis ita explanata, & amplificata, claudicat, & locum non obtinet, ſi extet ſtatutum, quod mulier contrahere nequeat, niſi ſub certa forma, vt puta cum præſentia duorum propinquorum, vel cum decreto iudicis: nam tunc abſque illa ſolennitate non poſſet compromiſſum facere, vt efficax teſtimonium eſt Ang. *in l. fin. §. neceſſitatem. C. de bonis, quæ lib.* cui innititur Laufranc. *in tract. de arbitris in § iuxta, qu. 4.* 16

Vnde ſtatutum hoc, † de compromiſſis faciendis inter affines, & coniunctos, tanquam fauorabile, finaliter haberet locum etiam ſi impropriè foret contracta affinitas, ad eum finem, vt inter eos, & eorum affines eſſet locus compromiſſo, vt firmat Iaſ. cum aliis ſignatis per eum, *in l. quod Seruius. ff. de condi. ob cau.* Sed hæc opinio erronea, & falſa diſcernitur: prout 17

Digitized by Google

contrarium aſſeuerauit Couarruuias *in epit. de ſpon. ſeu ſponſal. in 2. par. cap. 6. §. 7. de affinitatis impedimento, in*
18 *fine* Quare † ſi ſponſalia eſſent contracta per pueros, nulla cenſeretur tunc inter eos contracta affinitas. *c. 1. de ſponſal. in prin. in 6.* & firmat Glo. *in ver. Affinitas*, Bar. *col. 2* & alii vniuerſaliter *in d. l. quod Seruius.*

19 Quoniam † diſpoſitio in affine loquens, non habet locum in ſponſo, & ſponſa, ita ample Chaſſan. *in commen. conſuet. Burg. Des droitz, & appar des gens maries. §. 5. in prin.*

20 Imo † eatenus hoc amplio, vt ſi foret contractum matrimonium per verba de præſenti, & illud non eſſet conſummatum per carnis copulam, non videretur contracta aliquo modo affinitas inter virum, & vxorem, & eorum affines, ita Couarru. cum aliis congeſtis per eum, *in d. §. 7. ſub num 3 & ſeqq.* Licet † enim
21 matrimonium perfectum quidem ſit quoad vinculũ & ſanctitatem ſacramenti, vt fuit inter Mariam & Ioſeph. *c. Beata c. coniux, & c. omne 17. qu. 11.* Imo illud tanto ſanctius eſt, quanto à carnali coniunctione alienius, teſte Auguſt. *ad Armentum*, & Magiſtro *in 4. ſenten. diſ. 29.* & Tabiene *in ſua ſumma Tabiena, in ver. Matrimonium, el. 2. §. 6.* nihilominus tamen ipſum matrimonium imperfectum eſt, quoad ſignificationem: non enim illa omnia ſignificat, quæ ſignificaret carnali copula conſummatum, ſecundum Concilium Colonienſe, *in tit. de ſacramento matrimonii, cap. ſed dices.* Hoſtiẽ. *in ſumma in tit. de matrimonio. § quid ſit matrimoniũ*, Tabienſ. *in d. ſumma Tabiena in ver. Matrimonium, el. 3. §. 1.* & Aug. de Clauaſio *in ſua Sum. in ver. Matrimonium, el. 1. qu. 3.*

22 Nam affinitas † per ſolum coitum, & commiſtionem carnalem contrahitur, & non aliter nec alio modo, textus eſt apertus, *in c. diſcretionem, in c. ſuper eodem, & in c. pen. de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ*, & no. *in regula, non præſtat impedimentum, de reg. iur. in 6. in c. ſponſam. de ſponſal. in c. litter. & de deſponſa. impub. & in c. de mulier. 35. qu. 3.* Quia affinitas ipſa eſt vinculum, † cauſatum ex
23 carnis copula conſanguineorum, ſecundum Beatum Thom. *in 4. ſent. diſt. 42 art. 1.*

24 Et † ideo nõ immerito diffiniebant affinitatẽ Hoſtien. & Rayn. *in ſumma* eſſe proximitatem perſonarũ ex coitu prouenientem omni carentem parentela. quibus accedit Ioa. And. *in commento arboris de affinitate*, & ibi etiam Iac. de Zochiis, & Præpoſitus Papienſis. Bartholomæus Fumus, *in ſua Summa Armilla, in ver. Matrimonium. §. 26* & Couar. *in d. § 7. nu. 1. & ſeq.* & non intempeſtiue adnectunt, *de coitu*: quia nunquam affinitas, niſi per coitum contrahitur, *c. lex diuina. 27. quaſt. 2.*
25 Vnde inibi arbitrantur, † quod ſi interueniret oſculum tantum, quod nõ ſufficeret aliquo modo. Et eodem modo † ſi fieret pollutio extra clauſtra pudoris,
26 & vaſa naturæ, vt not. Glo. *in c. extraordinaria. 35. qu. 3.* & Card. *in Clem. 1. in 3. qu. de conſang. & affinit.* vbi refert tres pollutionis extraordinariæ ſpecies, & conſtanter firmat, non induci alteri affinitatem, ſi vir non fregerit clauſtra pudoris: ceſſante enim commiſtione ſanguinis, ceſſat quoque affinitas.

27 Nec ipſa † affinitas contrahitur quoque ex vitio ſodomitico: & ſic vir coiens contra ordinem naturæ cum ſua vxore, non inducit affinitatem, ſecundum Card. *in 1. Clem. in 3. q. de conſang. & affinit.* nam non fit tunc commiſtio ſanguinis *d. c. lex diuina. 27. q. 2.* Alias autem † affinitas contrahatur ex illicito coitu, ſecun-
28 dum Ioan. And. *in arbore affinitatis*, Abb. & Aret. *per tex. ibi, in c. in litteris de teſtib.* Glo. Abb. Henric. & alios *in d. c. diſcretionem* Syluest. *in eius ſumma. in ver. Matrimoniũ, l. octauo, impedimento 15.* vbi non obſcure deducit iſtam eſſe communem opinionem, & Couarr. *in d. §. 7. ſub num 3.* Sicut etiam † contrahitur affinitas per concu- 29
binatum, aliumque illicitum coitum, *l. liberi*, & ibi Bal. *C. de nupt. l. 1. §. fin.* & ibi Glo. *ff. de concubinis*, Glo. Inno. Sicul. & alii omnes *in d. c. diſcretionem*, & Bal. *in Mar. in ver. Affinitas, & in l. cum acutiſſimi. col. 1. C. de fideic. om.* licet & male contrarium aſſeueret Coraſ. *in miſcell. lib. 1 cap. 3* quem refert Couar. *in d. §. 7 ſub nu 5.*

Eſt ergo † coitus de ſubſtãtia, ſiue interueniat ſpõ- 30
te, ſiue coacte, & per vim, *vt in d. cap. diſcretione*, ſiue interueniat eum dormiente: vt no. Hoſt. *in ſumma, de ſponſalib. §. & qualiter.* & ſequitur Io. And. *in commento ſuper arbore Affinitatis*, & Couar. *in d. § 7. ſub nu 2.*

Quamuis † autem ſtatutum affines cogens ad cõ- 31
promittendum, ſortiatur etiam locum inter maritum, & vxorem, qui etſi affines non ſint, ſunt tamen principium, & cauſa affinitatis, ita Bal. & Saly. *in l. affinitatis. aa. 1. C. communia de ſucceſſionib.* Paul. Caſtr. & Alex. *in l. 1. C. vnde vir & vxor.* Iaſ. *in d. l. quod Seruius. col. 2.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Curt. Iun. *in d. l. qui ſe patris nu. 79.* & Hannib. Troyſiu Canenſe *in pragmat. Odia quæ inter contrahentes, ſub nu 36.* Nihilominus Cons. opt.
iſta communis intelligenda eſt cum grano ſalis, ſi, vt ſupra concluſum eſt, matrimonium per carnis copulam inter virum & vxorem conſummatum ſit.

Et † quemadmodum ſponſus, & ſponſa cogi nequeunt ad compromittendum, vigore ſtatuti præ- 32
memorati, ceſſante copula: ita pariter mitter cautione data, de non offendendo conſanguineos, affines, & attinentes, tam actiue, quam paſſiue, vſque in tertium gradum ea non comprehendit aliquo modo ſponſum, & ſponſam, & conſequenter eorum agnatos, & cognatos.

Nam † inter ſponſos non dicitur propriè affinitas, ſed impropriè, vt not. Glo. *in d. l. quod Seruius in ver. Affi-* 33
nitas, quæ communiter approbatur, atteſtante ibi expreſſe apoſtilla, à latere poſita, & hoc idẽ firmat Ang. Aret. *in § affinitatis, nu. 6. Inſtit. de nupt.* & facit Glo. *in l. Liberorum in ver. Continuatur. ff. de grad. affinit.* & eſt bonus tex. *in l. ſi quis. & ibi Glo. in ver. Non proprie. ff. de rit. nup.* Et ratio † poteſt aſſignari iſthæc. Nam affinitas contra- 34
hitur per matrimonium conſummatum, non autem per ſponſalia ex iuribus, & authoritatibus antea ſignatis, & eſt tex. *in c. non debet, de conſang. & aff.* Quia affines † propriè ſunt, quando duæ agnationes, ſeu co- 35
gnationes, quæ inter ſe diuiſæ ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationem accedit, iuxta notata *in d. § affinitatis, inſt. de nupt. & in l. non facile. § affines ff. de gra. affi.* & ita firmat Franc. Hercul. *in tract. de cautio. de non offendendo, in cap. 32. nu. 8.* Et ad præmiſſorum † corroborationem facit etiam altera viuax 36
ratio, ſiquidem tex. *in c. ex publico, de conuer. coniug.* interpretator legem diuinam, quod non liceat viro dimittere vxorem, vt intelligatur de matrimonio copula carnali conſummato: quod non habet locum in ſpõſa: ex eo, quia non prohibetur vxor nondum cognita ingredi religionem *c. verum, & c. ex publico, de conuerſ. coniug.* & ſic patet, quod copula ad perfectionem matrimonii requiritur. Et † notatur per Dec. *in l. nuptias,* 37
num. 6. ff. de reg. iur. quod coniugium vocatur, vbicunque mulier eſt tradita viro, ita vt ea vtatur, *ex iuribus per eum allegatis.* Et Abb. *in d. c. ex publico*, infert ad quæſtionem, quod ſi ſtatutũ diſponat, quod maritus lucretur dotem, muliere decedẽte ſine liberis, an ſi decederet ante copulam lucraretur dotem?

Quinimo etiamſi † cognita ſit ſponſa per vim à 38
ſponſo, nihilominus poteſt contra voluntatem ſpõſi religionem introire: vt firmat Ang. *in l. 1. § ſi moneat ff. de poſtul.* cui innititur non vulgaris Anchora Maſſil. *in l. 1. §. præterea, nu. 15 ff. de quaſt.* & Hier. Cuchalon *in add.*

Decis

39 Deci. in d.l.nuptias,& Cagnol.ibi,n.111. Et † ideo ſtante ſtatuto, faciente mentionem de affinibus, in eo nullatenus includuntur ſpõſi, teſte Bar. in d.l. quod Seruius, vbi ſubdit ſe hoc habuiſſe in facti cõtingẽtia in quo-
40 dam ſtatuto Peruſino. Quia ſtante † differentia inter matrimonium ratum, & inter matrimoniũ conſummatum, & ſic inter ſponſalia, & matrimonium, verba in ſtatutis proprie intelligenda forent: vt cõcedit Gl. in ver. Non continebuntur, in l.librorum.§.quod autem, & ibi Bar.ff.de leg.3.& in l. Labeo.ff de ſuppel.leg. Imo † cautio
41 ipſa, de non offendendo dicitur odioſa, & ideo merito eſt reſtringenda: vt explanat Franc.Herc. in d.tract. de cau.de non offendendo, in c.19.nu.9. Nam odia ſemper reſtringenda ſunt: vt habetur in l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. in l.fi.in fi. C.de edic. Diui Adr. tol. inſt.de vſucap. in prin & in regula. odia de reg.iur.in 6.

¶ Et cum eueniſſet præſens caſus in Ciuitate Ducali de facto, in anno 1577. quod frater carnalis ſponſę Curtii Falconii, de Villa Sanctæ Rufinæ, comitatus eiuſdem Ciuitatis, offenſus fuerit per Syluium Giraldum, germanum fratrem Panidis Giraldi, inter quos, [...]eſt, inter ipſos fratres ex vna, & ipſum Curtium ex [al]tera parte, præſtita fuerat cautio de ſe inuicem non offendendo, tam pro ſe, quam pro eorum conſanguineis, affinibus, & attinentibus actiue, & paſſiue, vſq; in tertium gradum, ſecundum ius canonicum, incluſiue computandum, fuerunt fideiuſſores bis condemnati ad ſolutionem pœnę vnciarum 25 promiſſæ in ipſa cautione, tanquam ſi illa incurſa fuiſſet ex memorata offenſione: & introducta eadem cauſa in Magna Curia Vicariæ per remedium appellationis, ex eiſdem actis ipſi fideiuſſores, in ea me patrocinante, anno 1578. fuere abſoluti. Imo ſententia ipſa, poſtmodum eodem anno fuit confirmata in Sacro Regio Concilio, cum cautio prędicta rupta nullatenus fuiſſet per offenſionem factam in perſonam fratris ſponſæ: qui alioqui appellatione affinium non fuit comprehenſus.

Vnde † vt ſcias te extricare in præſenti negocio,
42 illud ſignanter aduertendum eſt, quod matrimoniũ dupliciter probari poteſt, vno modo quidem probatur vere, vbicũq; teſtes perhibent per verba de præſenti in faciem Eccleſiæ fuiſſe contractum: quo nempe caſu eſt ad fauorem matrimonii ferẽda ſententia. Altero vero modo, verificatur matrimonium ipſum iuris coniectura: & tũc præſumptiue illud probatur, quando quatuor requiſita copulatiue concurrerent, videlicet diutina in eadem domo cohabitatio. Tractatus recipiens ad inuicem. Specialis mentio tractatus, vt iudex qualis fuerit arbitretur. Et vltimo loco eos ita notos extitiſſe in vicinia, in qua commorabãtur: ſecundum communem omnium in iure Scriben.
Com opi. opin. de qua expreſſe meminit Soc. conſ.39.vol.1. Alex. conſ.150. in cauſa, & lite inter dominam Lucretiam, vol.5. Dec in c. in præſentia nu.75.& ſeq.de prob. & Io.Bapt. Ferret. conſ 346 pro aſſerto matrimonio.nu.7.vol.2. Et † ideo
43 non ab re concludebat Inno. in c.attestationes, de deſponſatio. impub. oſcula, & ſimul cohabitationem non inducere aliter matrimonii præſumptionẽ, niſi ſequatur cognitio, & copula carnalis: licet & male conſuluerit contrarium Mart. Garrat. Landenſ. conſ.30. contracta ſunt ſponſalia. Quia † de iure canonico ex coha-
44 bitatione maſculi, & fœminę non præſumitur matrimonium, ſed fornicatio. c. aliter. 30. qu.5 & Glo. in c. illud. de præſ. in vir & vxorem, & Ab. ibi in fi & in c. Eccleſia, de conſt. Et hinc etiam quod adulteri ad occultandum adulterium ſolent ſe mutu vocare coniuges, vt aduertit Innoc. in c. ex parte M. col. fin. de reſtit ſpol.

¶ Itaque aduerte in articulando, ô Aduocate ne erres: quia vidi nonnullos ex illis aduocatis, qui conſueuere ſedere ad Eurotam, amiſiſſe præcipitaſſeque varias diuerſaſque cauſas, non abſque leui alterius iactura. Vnde hęc omnia non didici, ſpatiando frequẽter per Ciuitatem, ſed potius aſſidue ſedendo, & reuoluendo diu, noctuque libros. Nam qui ſedendo aſſidue ſtudet, continuo ſeſſu braceas terer, & ſoleas conſeruat. Singulare itaq; remedium eſt, Haue le brache rotte, & le ſcarpe ſane. i. habere manicas ruptas, & calceos integros.

Cæterum proſequendo materiam cautionis præſtitæ, de non offendendo, cum ſit circa hoc reſoluta vna tantum difficultas ſatis perplexa, reſtat, vt in præſentiarum enodentur quoque duo alia dubia, ſimiliter ad inſtitutum noſtrum pertinẽtia. Quorum † pri- 45
mum eſt, ſi pater fideiubens ſub pœna ducatorum mille, vel maiori, quod filius eius offenſurus non ſit, nec offendere debeat Titium, eius inimicum, ab illo offenſum, & alios de ſua domo, vſque ad tertium & quartum gradum, & reciprocata iſta ſit fideiuſſio, eaque poſtmodum per filium rumpatur, an pater liberetur ab eiuſmodi fideiuſſione, ſoluendo legitimam ad filium ſpectantem Fiſco, qui ipſi filio ſucceſſit, ob crimen de quo agitur? Et cenſeo patrem liberari a ſolutione dictæ fideiuſſionis, ruptæ, quia is qui promiſit iudicis mandato, alium non offenſurum, ſi ille, pro quo promiſit, poterat cogi officio iudicis nobili, ad cauendum, per ea quæ tradit Bart. & alii Scriben. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præſid. & Ripa. in rub. ff. de dam. inf. ct. intelligitur quod ſit fideiuſſor, etiamſi nulla obligatio præcedat, nam ſatis eſt, quod poterat ille, pro quo fideiuſſio præſtita eſt, cogi, ad illam præſtandam, quia habetur pro obligato, ita Ang. de Vbaldis in l.1. in fin ff. qui ſatiſd. cogan. & in l.2.§.1. eo. tit. & ex in locis etiam Alex. col. fin. Iaſ. num.6. & Iacob. de Sancto Georgio, num.2.

Talis † enim fideiuſſor de non offendendo æqui- 46
paratur fideiuſſori iudicatum ſolui, ſecundum Bart. & Paul. Caſtren in l. capitis ff de fideiuſſ & ideo quemadmodum ſine alio proceſſu ad inſtantiam fiſci, cõdemnato principali, fit executio cõtra fideiuſſorem, vt planum facit Bart. in l.1.ff. iudic. ſolui, ita quoque fit executio contra principalem pro fideiuſſore de non offendendo, abſque alio proceſſu, vt per Bart. eo in loco, & eſt text. in l. fin. C de vſur rei iudic.

Ex † hac itaque concluſione ſequitur, quod con- 47
fiſcatis bonis filii, patrem, qui fiſco promiſerat, ſub pœna ducatorum mille, quod filius non offenderet, & deinde offendit, tunc liberari, nam fiſcus habetur loco hęredis, l. inter eos. § fin. ff de fideiuſſ. & l. 2. C. ad legẽ Iuliam de vi public. l. citra libertorum. ff. de iure patron. Matil. conſ.59 num.52. Soc. conſ.121 num.18. vol.4. Alex. conſ.23. col.2. vol.1. & Io. Batta cum aliis aggregatis per eum conſ.23. num.2. & ſeq. vbi hoc itidem amplificat, quod fiſcus dicatur etiam ſucceſſor vniuerſalis, & quod teneatur ſatisfacere creditoribus delinquentis, teneaturque etiam ad reſtitutionem dotis, & donationis propter nuptias, ſtante potiſſimum inſtrumẽto, prout concedit etiam D. Marcus Aret. Peregrinus de iure fiſci per doctrinas, & iura allegata per eum lib.5. tit. primo, num.82.

Et ideo † per huiuſcemodi ſucceſſionẽ fideiuſſor
omnino, & ſtatim liberatur, vt eſt textus in terminis, 48
in l. ſi debitori creditor. & in l. inter eos, § fin ff de fideiuſſ. & optime approbant Bar. & Paul. Caſtren. in l. capitis ff. de fideiuſſ Glo. & alii omnes in l.1. C. de fideiuſſ. Bar. in l. ſi debitori deportato ff. de fideiuſſ Paul. Caſtren. conſ.209. col. 2. vol.2. Raphael. de Raymundis Comenſ. conſ.12. in fi. quibus in locis eſt deciſio in terminis terminantibus

eorundem Pauli, & Raphaelis, quod fideiuſſores ſtatim liberentur, cum fiſcus ſucceſſit reo principali, pro quo fideiuſſionem de non offendendo præſtiterunt. Et conſequenter, fiſcus tenetur hoc caſu, ex bonis ſibi ex iſta ſucceſſione obuentis, ſoluere ſibi ipſi id, quod propter treguam ruptam ei debetur, nec poteſt fideiuſſores moleſtare vllo modo, & cum iſta deciſione concurrit etiam Marſil. *in rub de fideiuſſor num.* 346. & poſt eum, & alios, in terminis proprijs conſuluit Hierony. Gabriel. *conſ.* 179. *per totum, vol.* 2.

49 Et ſi dicatur, † quod bona filij non poſſint confiſcari, neque fiſcus poſſit dicere eidem ſuccedere in bonis, cum ei legitima non debeatur viuente patre, *l.* 1. § *ſi impuberi, ff. de collat. bonorum*, & *l.* 2. § *interdum, ff. de vulg. & pupil.* Dec. *conſ.* 438. *num.* 13. Petrus de Benintend. *deciſ.* 89. Poteſt dari hæc facilis reſponſio, hoc verum eſſe, attento iure communi, ſed ſecus eſſe de iure municipali, tunc enim pater tenetur ad ſolutionem legitimæ filij banniti: & ſic ipſo patre viuente, tenetur tunc ex delicto filiorum vſque ad legitimam: taliter quod legitima fingantur eſſe in bonis filij delinquentis, & venit in confiſcationem bonorum, *c.* 2. vbi Anan. & Ancharan. *de delict. puer.*

50 Et ſtatutum hoc, † quod pater, etiam viuus, teneatur ex delicto filij, vſque ad legitimam, valet & tenet, & pater cogi mi pati huiuſmodi confiſcationem legitimæ, prout hæc eſt magis, magiſque communis opinio omnium in iure Scribentium, & ita etiam in practica obſeruatur quotidie, vt per Iaſ. *in auth. nouiſſima, nu.* 8. & tradit Ioſeph. Ludouici *in deciſ. Vmbria* 11. *n.* 26. *lib.* 1. Marſil. *ſing.* 361 *ſtatutum volens*, & Clarus *q.* 86. *verſ. valebit igitur, in pract. cauſarum criminalium*. Cum itaque legitima filij veniat in confiſcationem bonorũ, in quibus ſuccedit fiſcus, vt hæres, ſequitur, quod fideiuſſores dicantur liberati, *l.* 2. *C. ad legem Iuliam, de vi public.* & ita etiam reſpondit Hierony. Gabriel. *in alleg. conſ.* 176. *nu.* 10. *vol.* 2. vbi *in fi.* concludit, quod ſtante ſtatuto iſto, ſeu conſtitutione Marchiæ Anchonitanæ, qua pœnę ex delicto incurſæ à filio, ſoluuntur à patre, vſque ad legitimam, debeat hæc pœna fractæ treguæ, ad quam filius fuit, tanquam principalis, obligatus, ſolui ex ipſa legitima, & hac ſolutione facta, remanent fideiuſſores liberati, per textum in *l. Vranius, ff. de fideiuſſ.* & per Paul. Caſtren. *conſ.* 209. *col.* 2. *vol.* 2. Et tanto magis hanc ſententiam, inquit Gabriel. veram eſſe, quia de ſtylo releuantur indemnes ab eo, pro quo iudice cogente promittunt, & pro quo ipſe poterat,

51 † quatenus legitima ſufficiẽs erat promiſit, qui ſtylus cum notiſſimus ſit, & ius faciat, *c. ex literis, de conſtit. c. licet, & c. quam graui, de crim. falſ.* Glo. *in clem.* 1. *de ſumma Trinit. lib* 6. Rom. *conſ.* 321 ſequitur, quod fiſcus non poſſit moleſtare fideiuſſores, cum legitimam habeat, ex qua poſſit ſibi ſatisfacere, & ex ea legitima ſimiliter fideiuſſores ipſi conſeruantur indemnes.

52 Si autem fiſcus ſuccederet alieni delinquenti, qui nihil haberet in bonis, † vel haberet, & ea non ſufficerent ad ſolutionem fractę treguę, in tunc tenerentur fideiuſſores ad ſummam, quę deficit vſq; ad quãtitatem promiſſam in treguis: hęc res non paruam habet dubitationem, quia Bar. *in l. capite ff. de fideiuſſor.* & Glo. *in l.* 1. § *an bona*, cenſuerunt, publicatis bonis, fideiuſſores fiſco obligatos, liberari, etiamſi bona non ſufficiant, & hæc opinio, vt inquit Gabriel. *in allegato conſ.* 179. *ſub num.* 16 in huiuſmodi fideiuſſoribus, qui à fiſco de iure cauere coguntur, maximam habet æquitatẽ. Verum conſiderans iſtam opinionem, non carere difficultate perardua, in hoc articulo ſilet Gabriellius, eo in loco, aſſerens in terminis ſui caſus, legitimam excedere quantitatem promiſſam, & ideo ſe ſuperſedere in hac re ſuam proferre ſententiam. Ego vero, cum induſtriæ plurimum ſit adhibendum circa reſolutionem tam arduæ difficultatis, puto de iure veram eſſe opinionem Bar. & Glo. cum fiſcus deuenit ad publicationem bonorum antequam exigat pœnam treguæ factæ, vel ſi deuenerit abſque proteſtatione, de non præiudicando, exactioni treguæ ruptæ contra fideiuſſores: ſecus ſi proteſtatus fuerit.

Quoniam † proteſtatio conſeruat iura proteſtantis, 53
l. ſi creditor. § *fin ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol.* Tiber. Decianus *conſ.* 72 *num.* 38. *vol.* 2. Iacob. Beretta *conſ.* 108. *nu.* 2. & *ſeq.* Rolan. à Valle *conſ.* 11 *nu.* 14. & *conſ.* 38. & *conſ.* 54. *n.* 13 *vol.* 4. vel deuenerit ad exactionem pœnæ fractæ treguæ, poſt condemnationem filij delinquentis vel alterius malefactoris in bonorum publicatione, & ideo ad euitandas præadductas difficultates, cauti iudices obſeruant in practica, vt ſemper exigant pœnas treguæ ruptæ, antequam deueniant ad publicationem bonorum, contra principalem delinquentẽ, atque exequantur contra fideiuſſores, & ita euitatur doctrina allegata Bartoli, & Gloſſæ, prout ita quoque hodie ab omnibus iudicibus in practica obſeruatur.

Secundum vero dubium, † quod remanet ex[...] 54
cãdum, illud eſt an filiæ dotatæ, excluſæ à ſtatuto, fauore maſculorum, & conſeruandæ agnationis, computentur in numero filiorum, ad computationem faciendam legitimæ: in hac re fuere, vt video, plures diuerſæque Doctorum ſententiæ, prima fuit Baldi *in l. vnica*, § *in primo, C. de cadu. toll.* quod filiæ etiam excluſę, connumerentur, perinde ac ſi cum filijs maſculis in ſucceſſione concurrerent, & in eadem opinione perſeuerauit continuauitque idemmet Bal. *in l. huiuſmodi*, § *ſi Titio ff. de leg.* 1. *in* 1 *dub. in* 2. *q.* & *conſ.* 176. *quidam nomine, vol.* 2. *conſ.* 90 *proponitur quod Chriſtianus*, *in conſ.* 99. *ſuper quæſito*, & *conſ.* 480 *ſtatuto. a. etas vol* 4. & ſecutus eſt Bar. *in l.* 1. § *pen. q.* 4. *ff. de bon. poſſ. contra tab.* Curt. Sen. *conſ.* 5. Soc. *conſ.* 75. *col.* 3. *vol.* 3. Guid. Pap. *deciſ.* 295. *deciſ.* 599. & *ſing.* 709. Capicius *deciſ.* 158 & *deciſ. vltima*, ait Soc. Iun. *conſ.* 25. *col.* 1. *vol* 1. & iſta eſt magis, magiſq; communis opinio teſte Ant. Gabriellio *concluſ.* 2. *in ti. de legitima, in prin. lib.* 6. *comm. opinio.* vbi poſt Pariſ. *conſ.* 39 *nu.* 29 *vol.* 2. declarat procedere, quando filiæ non eſſent ſimpliciter excluſæ, ſed forent tantum excluſæ fauore maſculorum, & hanc addidit quoque eſſe magis communem opinionem poſt Brunum, & Ruin. quos refert.

Secũda vero fuit opinio in contrarium, quod perſonæ filiarum excluſarum, non conſiderentur, perinde ac ſi in rerum natura nunquam fuiſſent, & legitima filiorum computetur tantum, habito reſpectu ad maſculos, & non ad fœminas excluſas, deducta ſolũmodo dote earum, tanquam æs alienum: & opinionem hanc ſecuti ſunt Ang. Imol. Pau. Caſtren. *in l. placet.* § *ſi duobus, ff. de leg.* 1. Ang. conſulendo, Alex. Curtius. Corn. Soc. Paul. Caſtren. Aretin. Pariſ. atteſtans eſſe magis communem, Decius, & alij Doctores, nõ pauci legentes, & conſulentes relati ab Ant. Gabriellio *in allegata concluſio* 2 *poſt nu.* 3. *vbi in fi.* poſt Decium *conſ.* 607. *col. fin.* inquit, quod prima, vel ſecunda ſententia poſſit teneri, & non mereatur reprehendi, qui vnam vel alteram ſectatur, & ſecundum iſtam ſecundam opinionem, poſt longam terribilemque altercationem iudicauit Senatus Pedemontanus, anno 1585. atteſtante Antonio Theſauro *deciſ.* 159. *filia excluſa per ſtatutum.* Non vagando vlterius, prædictus Ant. Gabriellius *in loco mentionato*, poſitis duabus alijs opinionibus, ad rem noſtram non facientibus, videlicet, quod filiæ excluſæ computentur in numero filiorũ, & ſi-

Com. op.

Glo. op.

& faciant partem, ſed illud quod eis debetur ratione legitimæ, vltra dotem, accreſcat filiis maſculis, ex Craſſanen *conſ.53. col fin.* Corneo, Alexandro, Comenti, Baldo, Paulo, Caſtrenſe, Romano, Boerio, & aliis per eum adductis, & poſita ab eodem, diſtinctione Socini *in conſ.73. nu 8. vol.3.* quod aut ſtatutum ſimpliciter excludat, & mandat dotari, quale non eſt hoc ſtatutum noſtrum, quo dotata tantum, ꝓprius excluditur, & tunc filia non habetur in conſideratione, perinde ac ſi nunquam fuiſſet in mundo.

Sed in caſu noſtro, in quo non ſimpliciter per ſtatutum non excluditur filia, ſed tantum prius dotata, & tunc facit partem in legitima, & habetur ac ſi ſuccederet cum maſculis, & ſequitur Pariſ. *conſ.53. nu.75. vol.3.* relatis itaque his opinionibus Ant. Gabriel. *in loco præmemorato*, ponit vltimam opinionem, cui tanquã vltimæ, & vltimo loco poſitæ, cenſetur adhærere, tanquam veriori, & magis communi. Nam opinio vlti-

35 mo loco relata, † cenſetur approbata, ita Riminal. cũ aliis aggregatis per eum, *conſ.213. nu 5. vol.2.* & Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Vmbriæ 112. poſt nu.35.*

36 Quæ † quidem opinio fuit Ioannis Antonii de Rubeis *conſ 122.* qui diſtinguit, vt ſi fauorabile ſit maſculis, filiam computari, perinde ac ſi integraliter ſuccederet, quod tunc computetur vnà cum maſculis in numero filiorum: ſi vero hoc eſſet incommodum, & oneroſum filius non debeat computari, & eandem ſententiam ſecutus fuit Pariſ. *conſ.53. nu 75 vol.1.* & hæc opinio eligenda retinendaque eſt: quia diſtinguẽdo conciliat opiniones contrarias, *l. adeo, §. cum quis, verſ. & tamen ne illa ſententia ff de acquir. rerum domin.* Glo *in c. querente, de offi. deleg.* Gratus *conſ.63. num.26. vol. 1.* Soc. Iun. *conſ.19. nu.78. vol.2.* & Cacheran. *deciſ. pedemontana 161. nu 8.*

37 Et tanto magis de plano, † & abſque difficultate procedit hæc opinio, cum ſimus in caſu dubio, in quo eſt contra fiſcum attendenda, ad fauorem rei, iuxta notata à Decio, Cagnolo, & aliis *in l in ambiguis. ff. de reg. iur.* quia ſi filiæ computentur in numero maſculorum, minor profecto eſt quantitas legitimæ, in qua ſuccedit fiſcus, & vtilius eſt reo, & aliis filiis patris, ſoluere debentis. Et ſic exploratiſſimum eſt filias cõputari, etiam excluſas, & dotatas, ad faciendum concurſum cum maſculis in legitima contra fiſcum.

OPINIO DCCCIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod coniuncti, & affines teneantur ad compromittendum, non comprehendit nouercam, & priuignum.*

2 *Affinitas extinguitur inter nouercam, & priuignum per mortem patris, eiuſq; ratio. nu.3.*

4 *Statutum, de cauſis compromittendis inter coniunctos non procedit, cum opponitur exceptio litis ingreſſum impediens.*

5 *Statutum hoc, non comprehendit clericos, etiam in minoribus ordinibus conſtitutos.*

6 *Prædictum ſtatutum, non obtinet locum contra habentem ſententiam, vel inſtrumentum, paratam executionem habens.*

7 *Compromiſſum in Regno non poteſt fieri inter coniunctos in cauſis feudalibus, & in caſibus, in quibus adſunt inſtrumenta ſententia, vel obligationes liquida.*

8 *Statutum hoc ſimiliter non habet locum, cum actor fundat intentionem ſuam in inſtrumẽto promiſſionis iuratæ: liquido ſcilicet, nu.29. non illiquido num. 9. ratio habetur nu.10. & 25.*

11 *Iuramentum appoſitum in inſtrumento illiquido nullum habet vinculum.*

12 *Iurans, etiam lege permittente, contra inſtrumentum illiquidum ſine metu præſtitum, ſeſe opponere poteſt, & an in inſtrumentum iuratum ſtatutum de compromittẽdis cauſis locum habeat, ſi ea ſint illiquida n. ſeq.*

14 *Iuramentum non validat contractum prodigi, vt nec contractum initum metu. nu. 15.*

16 *Ex iuramento illicito nemo poteſt conueniri, nec illud ſeruandum eſt nu.17.*

18 *Iurans illicite etiam propria authoritate, contrauenire poteſt abſque abſolutione.*

19 *Appellatione inſtrumentorum, inualida non veniunt.*

20 *Pragmatica odia quomodo ſumatur, eiuſq; explicatio. n. 21. & 22.*

23 *Legis verba cum effectu intelligenda.*

26 *Inſtrumentum illiquidum proprie non dicitur inſtrumentum, etiamſi ſit iuratum. nu. fin.*

Sva ſtatuto diſponente † coniunctos, & affines teneri ad compromittendum, non comprehendũtur nouerca & priuignus: nec aliquo pacto habẽt beneficium iſtius ſtatuti, vt alter alterum poſſit ad compromittendum compellere. Et † ſic ſtatutum hoc ceſſat inter priuignum, & nouercam mortuo patre, ſtante affinitate ſopita: ſecundum Bal. *in l. affinitatis C. com. de ſucceſſ.* & Alex. *conſ.207 circa fi. volu. 2.* vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem omnium Docto. & Moder. apoſtillantes Alex. *ibi*, Hannib. Cauenſ. *in pragmatica 20. Odia, quæ inter coniunctos*, & Marcum Antonium Blancum, *in tract. de compromiſſis. quæſt 3. nu. 20. fol par.67.* — 1, 2

Quoniam affinis, † ſopita affinitate non ſeruat amorem, ita Bal. *in c. in literis, in fine*; & ibi Pelyn. *extr. de teſtib.* Et ſic ſeruus, ſeu famulus expulſus non ſeruat amplius amorem, vide Glo. *in l. ſed hoc ita, ff de re iudic.* vbi inquit, quod ſicut mortua vxore, affinitatis, ita etiam amoris vinculum ſoluitur: & extenditur quoq; quod ſicut mortua vacca perditur ſoccida, ita mortuã vxore perditur amicitia, vt per Ripam *reſpon. 1. nu. 4. in tit. de probat. & præſumpt.* 3

Nec nõ † ipſum ſtatutum minime haberet locum, vbicunque opponeretur aliqua exceptio, litis ingreſſum impediens: tunc enim illa indubitanter impediret compromiſſum. ita Fal. Salyc. Fulgoſ. & Alex. *in l. fratris, per text. ibi. C. de tranſact.* Bal. *in l ſi iudex. ff de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & idem Alex. *in l. non diſtinguemus. § de liberali ff de arbit.* Roma. *in repet. rub. col. 18. ff. de arbit.* & Marſil. *in ſing. 467. Viget ſtatutum poſt princ.* 4

Similiterque præſens ſtatutum limitatur, † vt nullatenus comprehendat clericos ad cõpromittẽdum: ſecundum Doct. omnes communiter & vniuerſaliter, *in c 1. de oper. noui nunciat. & in l.1. C. de ſum. Trinit. & fid. cath.* & Alex. *conſ.210. conſideratis his omnib. & conſ. ſeq. vol.6.* ¶ Imo hoc eatenus verum eſt, vt procedat etiã in clericis in minoribus ordinibus conſtitutis, vt nec ſtatutum ipſum illos vllo pacto arctare queat ad cõpromittendum: vt voluit Bal *in c. cum veniſſent, de eo qui mit. in poſſ.* Alex. *in d. conſ. 210. & ſeq.* & Soc. *conſ.71. & conſ. 57. in cauſa filiorum, col. 7. vol. 3.* 5

Iisdem etiam ſtatutum memoratum, † non ſortiretur vtique locum contra eum, qui haberet ſententiam, vel inſtrumentum, habens executionem paratam, ex forma ſtatuti: ſecundum Bart. & Ang. *in l. poſt rem. ff. de tranſact.* Bart Bald. & Iaſ. *in l. eleganter. ff. de condict. indeb* Paul Caſt. *conſ.79. ſuper prima dubio.* Ang *in l. poſt rem ff de tranſact* Lanfranc. *in tract. de arbit. in 7. par. qu.45. in fin.* Roma. *in d. repet. rub. col.17. ff de arbit.* Franc. Aret. *conſ.95 & conſ.139.* Marſil. cum aliis coacervatis per eum *in d. ſing 467. col.1.* & Capicium, *deciſ 48.* 6

7 Et eſt † textus in Regno apertiſſimus *in d. pragmatica, O ſta quæ inter coniunctas*, diſponens compromiſſum fieri non poſſe inter coniunctos, in cauſis feudalibus, & in ciuilibus etiam, in quibus vigerent atque concurrerent inſtrumenta, ſententiæ, & obligationes liquidæ: vbi Hannibal Troylius Cauctius, *in ſuo commenta, nu. 77. & ſeq.* ample explicat, quæ dicantur inſtrumenta, & ſententiæ liquidæ.

8 Imo † ſi ſtatutum ſimiliter præciperet, quod ad inſtantiam rei conuenti fieret compromiſſum, minime gentium illud locum obtineret, ſi actor agens, fundaret intentionem ſuam in inſtrumento promiſſionis iuratæ: quia tunc ratione periurii, compromiſſum fieri prohibetur: vt firmat Paul. Caſtren. *conſ. 13. viſis & conſideratis omnibus, vol. 2.* Soc. *conſ. 117* Lanfran. *in ſ. tra. de arb. q. 50.* Marc. Anto. Bauer. *in tract. de virtute iuramenti. 24 caſu*, Iaſ. *in d. l. eleganter, col. 2. §. de cond. ind. bit.* Marſil. *in d. ſing. 467 in prin.* & Alex. *conſ. 57. viſo. & appoſite diſcuſſo proceſſe, n. 29. vol. 2.* vbi recenſuit ita actas apud Parmam ſic iudicatum.

9 Cæterum animaduertendum eſt, † ne in erroris labyrinthum incidas; quia hæc limitatio intelligenda eſt, locum obtinere in inſtrumento iurato, & liquido, non autem in inſtrumento illiquido, etiam iurato, prout prag. ipſa *o d. ta quæ inter coniunctas.* loquitur, ac diſponit capi eſſe in inſtrumento liquido, & non aliter: prout ita firmat in terminis Roma. *conſ. 211. allegationis doctores in extremis, ſub nu. 5* quod ſtatutum tribuens executionem inſtrumentis, intelligatur de liquidis, non autem de illiquidis, & huic opinioni acquieuere etiam Alex. *conſ. 188. viſa præceſſ. in prima dubio. volum. 5.* Marſil. *ſing. 89. ſummi D. 1, nu. 12* Berruan. *conſ. 33. in proceſſi. nu. 3. vol. 1.* Iaſ. *in l. 1. nu. 51. ff. de eden.* Dec. *conſ. 618 in caſu propoſito, nu. 5.* vbi concludit poſt Bar. & Alex. quod ſtatutum, tribuens executionem laudo, intelligatur, intelligique debeat, ſi illud liquidum ſit, vnde ſi ſtatutum ſimpliciter loquendo de inſtrumento, ſeu laudo, intelligitur de liquido: tanto que magis, dũ prag. *o d. ta quæ inter coniunctos.* diſponendo, ac exigendo inſtrumentum, obligationem, & ſententiam liquidam, nullam profecto dubitationem, quod inſtrumentũ illiquidum, etiam iuratum, nullatenus excludat compromiſſum inter coniunctos, & affines. Et ratio † eſt
10 euidens & palpabilis: nam inſtrumentum non liquidum nullam meretur executionem, vt per Dec. & alios per eum aggregatos, *conſ. 107 ſub num. 2.* & Iacob. Machellum in terminis *in patrocinio 28 nu. 17. & ſeqq.* Marinum Freccium *in tract. de præſentatione inſtrument. 1, ſecundum formam ri. nu. in 7 par. ſeqq. nu. 1. cum aliis ſeq.* vbi magiſtraliter interpretatur illud verbum, *liquidũ*, appoſitum *in d. prag. ad ta*, quod ad excluſionem compromiſſi, inſtrumenta, & obligationes iam liquidæ eſſe debeant, vt aliqua exceptione eligi non poſſint: & quod ſententia ita, & tali. et liquida pariter eſſe debeat, vt appellari nequeat ab ea vllo modo.

11 Taliter † quod iuramentum appoſitum in inſtrumento illiquido nullum habeat vinculum: imo iurans ſe contractum ſeruaturum, cenſetur ſe obligare in quantum alius obſeruat pro parte ſua, & non aliter, vt per Felyn. *in c. peruenit col. fin. de iureiur.* & Io. de Selua cum aliis congeſtis per eum, *in tract. de iureiur. in 3. par. q. 1. nu. 47.* vbi *nu. 46.* aſſignat veracem rationem, quod iuramentum non teneatur ſeruare vna pars, ſi contrafactum ſit ab altera parte nam tunc frangenti fidẽ fides frangenda eſt *c. peruenit, & ibi not. de iureiuran. l. cũ proponas. C. de pac. & l. cum qui, §. 1 ff. de inoff. teſtam.* Imo
12 lex ipſa habilitat † hab literque ſolet in quampluribus caſibus iurantem, vt abſque metu periurii, contra inſtrumentum illiquidum, iurans opponere poſſit, vt contingit in caſu *l. fin. C. de non numerat. pecun.* vt confeſſus ſpe futuræ numerationis, ſiue contractus ſit mutui gratuiti, ſeu vſurarum, etiam appoſito iuramento, habet exceptionem non numeratæ pecuniæ ib: *nd. q. buati iure eſt, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere, & in talibus nominibus, vel fœneratitiis, vel aliis cautionibus, quæ etiam ſacramenti habẽ. mentionem quæ enim differentia eſt in huiuſmodi exceptione ſiue ſ. ſiuram. non poſitum eſt, ſiue non: tam in fœneratitiis, quam in aliis inſtrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt.* & pot it pro hoc regula Per Dueno. *in tract. regularum, reg. 160. nu. 1. & ſeqq.* cum 12. ampliationibus, & 10. limitationibus, quod exceptio non numeratæ pecuniæ poſſit obiici, ac opponi intra biennium.

Et cum † de præſenti menſe Iunii 1599. tractare in 13
Curia Ciuitatis noſtræ Aquilana, ſuper compromiſſo, petito per Horatium. Gratioſum, noſtrum clientulum. Et cum opponeretur ſimiliter ei obſtare inſtrumentum do ale productum, iuratum, & facta reſponſione, illud nõ eſſe liquidum, & potuiſſe, ac poſſe cautam iſtam compromiſſi, vigore p. allegata pragmati *c. o d. ta quæ inter coniunctos.* reqonentiam inſtrumẽtum liquidum, nihilominus D. El ſæ. Geruaſius, iudex eiuſdem Curiæ, vig Lantes dil. inſtẽdo, materiam ex ſuo diuino fere ingenio, allegabat præmemoratã limitationem, quod videlicet dicta pragmatica non procedat in inſtrumento iurato, pro excluſione compromiſſi. atque duximus nunc hanc reſolutionem in medium propalare, & ideo magis, quod ſi hoc verũ foret, ſequeretur non vnum tantum inconueniens, atque abſurdum, quod etiam inſtrumentum vſurarium, cauſa ſum, ſimulatum, ſeu ſimile iuratum, excluderet compromiſſum, quod equidem deſtrueret regiam illam pragmaticam, quia inſtrumentum falſum, non eſt inſtrumentum, vt per Pariſ. *conſ. 141 n 6. vol. 4.* imo inſtrumentum iuratum, nõ tenſium prium cum ſuis neceſſariis circumſtantiis, ſolenr itatibuſq; requiſitis nec legis me confectum, ſimiliter excluderet compromiſſum, quod dicendum non eſt, tanquam legibus cõtrarium, atque exoſum: vtpote quia inſtrumentum præſumitur falſum, cum caret debitis ſolennitatibus, vt conſiderat Dec. *conſ. 139. nu 8 & ſeq.*

Iuramentum † quoque non validat contractum 14
prodigi, vt per Doct. vnanimiter omnes, *in l. his cui b. nu ff de verb. oblig.* & Laurent. de Pino *conſ. 161 nu. 24.* vbi hoc ampliat procedere etiam in contractu furioſi: videlicet per iuramentum non validari.

Neque etiam † iuramentum obſtat, ſi contractus 15
metu fuerit initus, vt per Docto. vniuerſaliter omnes *in c. quamuis de pact. in 6.* Taliter quod iuramentum in huiuſmodi contractu non valeat, ſicut nec valet contractus ipſe metuculoſus, ita Aret. *conſ. 14. col. pen. verſ. ſed reſtat* & Capitaquen. *deciſ. 220. Statutum vel ar. num. 5. & ſeq. in 3. part.* vbi hanc aſſignat rationem quia iuramentum omnes conditiones actus recipit, & naturã contractus ſequitur, & iuramentum, & contractus vnico pariter actu celebrari cenſentur. Vnde mirum quoque non eſt, quod reus etiam periurus, ſe defendere poſſit in iudicio, atque in eo iura ſua proponere, vt eſt textus *in c. dilecti tuta medium, de excep tionib.* Et ſic iuramentum vi, ſeu metu, aut dolo præſtitum, non obligat iurantem, nec ſeruandum eſt. ita Bero. *conſ. 37. num. 24. vol. 1.*

Et propterea quoque virtute, † occaſioneque iu- 16
ramenti illiciti non poteſt quis conueniri, vt per Gui. Pap. *deciſ. 465.* vbi inquit, ita fuiſſe obſeruatum in Curia Parlamenti.

Et † eo magis ſeruandum non eſt iuramentum il- 17
licitum, cum illud non debeat eſſe iniquitatis vinculum

lum non habens comites veritatem, iudicium, & iuſticiam, *c. inter cætera, & c. ſeq. 22. q. 4.* Pariſ. *conſ. 12. num. 74. & conſ. 20. nu. 111. & conſ. 54. nu. 59. vol. 1. & conſ. 75. n. 89. vol. 3.*

18 Imo † iuramentum illicitum, non ſolum non eſt obligatorium, neque itidem ſeruandum, ſed iurans propria authoritate, abſque licentia, & abſolutione ſuperioris, & abſque metu periurii, poteſt einſmodi iuramento, etiam contrauenire, vt per Bero. *conſ. 91. n. 8. vol. 1.* & Guid. Pap. remiſſiue *ſupra allegata deciſ. 463. n. 2.* ita vt producta prag. *odia*, non excludat compromiſſum ob inſtrumentum iuratum illiquidum: ſed ſequitur neceſſario inſtrumentum liquidum, & iuratum, ad excluſionem compromiſſi, quia loquitur expreſſe de inſtrumento liquido, ergo intelligit de iurato, & publico, cum ridiculoſa res ſit, inſtrumenta celebrari ſine iuramento. Et fatui forent quoque contrahentes, contrahendo ſine interuentu, & appoſitione in inſtrumentis iuramentorum neceſſariorum, cum inſtrumenta tunc ſine iuramentis redderentur

19 inutilia, & ſine ſpiritu: † cum appellatione inſtrumentorum non veniant inſtrumenta inualida, vt per Rui. *conſ. 144. nu. 1. vol. 4.* & tanto magis, cum notarius, ſtante omiſſione iuramenti in inſtrumento, illud ex interuallo addere nequaquam poſſet, vt conſuluit Laurent. de Pinu. *conſ. 18. in cauſa arbitraria nu. 17.*

20 Quin † & ipſa prag. *odia*, reddit caſum expeditum ac clarum, cum loquitur nedum de inſtrumento liquido, verum etiam de ſententia, & obligatione, ſimiliter liquida: vnde ipſa obligatio, etiam ſi fiat in iudicio, tamē debet eſſe liquida, ad excluſionem compromiſſi: nec obſtat confeſſio partis in iudicio facta, quæ habet vim inſtrumenti publici, & in probando idem operatur, quod inſtrumentum publicum, imo eſt efficacior probatio, quam inſtrumentum publicū, cæteræque probationes, vt diffuſe tradit Cantuccius *deciſ. 98. ſuis reſol. tum. ſtatutum non intrare, nu. 2. & ſeqq. vol. 2. inter deciſiones diuerſorum.* Quia pragmatica iſta non requirit ſimplicem obligationem, ſeu confeſſionem, ſed obligationem etiam liquidam pro excluſione compromiſſi. prout in Sacro Concilio Neap. fuit habitum, reputatumque pro liquido, inſtrumentum dotale, præſentatum contra Socerum, vigore confeſſionis eius liquidæ in iudicio factæ, de matrimonio conſummato, atteſtante D. Vincent. de Franch. *deciſ. 366. conuent. ſuper tenore inſtrumenti, in 2. par.* etſi enim in caſu, de quo agebatur in Sacro conſilio, fuiſſet producta fides parochi ſuper matrimonio rato, quæ nō erat ſufficiens, nihilominus tamen fuit quoque producta etiam alia fides confeſſionis iudicialis ſuper matrimonio conſummato. prout talem quoque fidem parochi tantum non ſufficere, niſi etiam probetur in facie Eccleſiæ cum deſponſatione, benedictioneque ſacerdotali celebratum matrimonium, explanauim' ſolito ſtylo, neceſſarioque apparatu, *in deciſ. noſtra 39. Inſtrumentum promiſſionis dotis, num. 1. cum aliis ſeq. lib. 1.*

21 Et licet † prag. allegata *odia* loquatur in quatuor duntaxat caſibus, in ea expreſſis, tamen dubitandum non eſt hodie vllo pacto, extendi eam poſſe ex identitate, vel maioritate rationis ad alios caſus, prout in terminis conſuluit Soc. Sen. *conſ. 38. per totum, vol. 1.* & deciſum quoque in Sacro Concilio Neap. in caſu teſtamenti, atteſtante Capycio *deciſ. 48.* vbi motum appare: Sacrum Concilium vigore teſtamenti liquidati ex probatione mortis teſtatoris, & aditionis hæreditatis ad excluſionem compromiſſi, veluti pleniſſime tornu diſcorrit Ant. Maſſa Gallerius *in tract. ad formam cameralis obligationis, quæſt. 5. in 2. conſideratio. nu. 4. & ſeq. fol. par. 121.* & D. Camillus Borellus *in d. prag. odia. in §. 2. gl. 1. nu. 163. & ſeq. fol. 65.* Et nihil mirum, quia prag. ipſa loquitur expreſſe, quod compromiſſum fieri nequeat, extantibus inſtrumentis, ſententiis, & obligationibus liquidis, à quibus verbis legis non eſt vllatenus recedendum, *l. non aliter ff. de leg. 3.* & facit *l. vnū. § item imperator ff. de leg.*

Cum † ergo hæc prag. diſponat, mediante illo verbo, de liquidis inſtrumentis, ſententiis, & obligationibus, quomodo poterunt cōtra tam perſpicua verba, admitti inſtrumenta non liquida, ſeu in continēti non liquidata, ad impediēdum compromiſſum, nullam certe poſſum ad mille annos vſque, inuenire rationem. eam legis beneficio non fruantur ii qui eocontemnendam eam cenſuerunt *l. fin. §. fin. vero, C. de iure deliberan.* itaque contra legem agit qui præcepto legis obtemperat. *l. filia licet. C. de collat. & l. an. ſuri. C. de furt.* 22

Et † conſequenter legis verbis inhærendum eſt, *c. ad audientiam, de decim. c. tranſlato, de conſtit. & l. 1. ſi in quit. ff. de exc. inſtit.* imo lex nec ſyllabam dicitur habere ſuperfluam, ita Glo. *in l. 1. ff. quod met. cauſ. & in c. ſolitæ, de maior. & obedien.* vbi dicit, quod dictio *tanquam* non ſit ibi appoſita ſuperflue, ſed cum miniſterio, & ſic verba legis ſunt cum effectu intelligenda, *c. in his, de verb. ſignif. c. relatum, de cleric. non reſiden. & l. pen. § ſi quis decem. ff. ne quis eum qui in ius vocatum.* 23

Quod † vero dicitur de iuramento interpoſito in inſtrumento, quod illud, & ſcriptura iurata, excludat compromiſſum, vt per Alex. *conſ. 37. vol. 8. & conſ. 61. num. 10 volum. 7* animaduertendum eſt, quod loquatur Alex. cum aliis Doctoribus per eum allegatis, de inſtrumento liquido. 24

Et ratio ea eſt, † quia conditiones illiquidæ in cōtractu appoſitæ, debent vltro citroque obſeruari, *iuribus vulgaribus.* imo inſtrumentum quantumcūque nitidum cum poteſt reprobari, *c. cum toties, de fid. inſtrumen. l. cum precibus, C. de probat.* Glo. *in c. ſi teſtes, 4 qu. 11. in ver. teſtimonia.* 25

Quinetiam † inſtrumentum non liquidum, non poteſt dici inſtrumentum, & iſta exceptio nunquam intelligitur excluſa, vt per Alex. *conſ. 33. col. 1. vol. n. 1.* & Bar. *in l. ſi non ſortem § 1 ff. de cond. indeb.* 26

Adeo vt, † inſtrumentum illiquidum, etiam iuratum, reddat rem inutilem, & iuramentum in eo appoſitum, nihil operatur, nec poteſt rei mortuæ tradere ſpiritum. vnde non immerito concludendum eſt in his fructibus, inſtrumentum dotis, de quo agitur, non probare matrimonium, textus eſt *in c. illud de præſumpt.* vbi Abb. & Felyn. nec fidem parochi præſentatam probare, niſi matrimonium ratum, non autem conſommatum, nec traductionem neceſſariam vxoris ad domum viri, pro oneribus matrimonialibus ſuſtinendis fuiſſe vllatenus probatam, apertiſſime liquet. 27

OPINIO DCCCX.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, monaſterium, vel religionem ingredientes patri, vel matri ſuccedere non poſſe, an valeat. & nu. 2.*

3 *Statutum quod non petentes creditum ſuum intra certum tempus, illud amplius petere non poſſint non valet, nec tenet.*

STatutum diſponens, † quod monaſteriū, vel religionē ingrediētes, patri, vel matri ſuccedere nō poſſint, 1

valet & tenet ſecundum Bart. in l. fin. C. de pact. cum iniiciat vinculum an eiogreſſum.

Secus autem eſſet, † ſi dictum ſtatutum vteretur
2 verbo futuri temporis, velut, *ſi ingreſſus erit &c.* tunc enim ſecundum eundem Bart. valeret ſtatutum. Sed Doct. omnes vnanimiter tenent hoc ſtatutum indiſtincte non valere, præcipueque Ang. Imol. Rom. & Iaſ. in *l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verborum oblig.* & idem Iaſ. cum alijs late ibi congeſtis per eum, *in d. l. ſi.* vbi hoc idem tenet Deci. Claud. Aquen. Riminal aliique Moder. Soc. in *l. fin. ff. de his, qua pœnæ nomine,* &
Cau. opi. Georg Natta *in tract. quod ſtantibus maſculis q. 2. prin nu.* 58. & ita eſt vera, indubitate, & cōmunis opinio contra Bar. vt aſſerit Alexan. *conſ. 136. viſo themate, col. penul. vol. 2.* Dec. *int. in præſentia txt. di prob nu 197.* Ioan. Bapt. Caſtel *in addit. ad Matth. ſil. ſing. 145 Nota dictum &c.* Roions *conſ. 205 nu 2. vol. 1.* Bolognettus, *in d. l. fin. nu. 105.* & Mantua *ibi num. 78 cum alijs ſeq.* & idem Dec. *in c. Eccleſia Sancta Maria, nu. 188 de conſtit.* & Fely. *in d. cap. in præſentia, nu. 38* & ibi D. Brunorus à Sole *in addit.* & Campegius *in tract. quod ſtantibus maſculis, qu. 12. nu. 60. cum alijs ſeq.*

3 Item nec valet ſtatutum præcipiens, † quod qui nō petierit creditum ſuum infra tale tempus, vt puta infra decennium, amplius petere non poſſit: ſecundum Bar. *in l. omnes populi. in 3 qu. princ. ff. de iuſt. & iur.* & alios quamplures congeſtos per Thom. Ferrat *in caut. 38. n. 2.* vbi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, & nouiſſime Antonius Galleſius, *in tract. de formulis cameralis obligationis ſuper form cam. obli. 3 q. num. 11. fol. 123.* quamuis ibi dicat iſtud ſtatutum non ſeruari in vrbe Romæ. & de hac communi diximus *ſupra in ver. Statutum diſponens, quod qui non petierit creditum ſuum à debitore &c.*

OPINIO DCCCXI.

SVMMARIA.

1 *Statuto filiam excludente à ſucceſſione patris, & præcipiente eam dotari arbitrio propinquorum, quāta dos à propinquis conſtituenda. & nu. 2.*
3 *Bonus vir non poteſt arbitrari, quod legitima filiæ ſit auferenda.*
4 *Legitima cenſetur æs alienum, & debetur iure natura.*
5 *Legitima ſuccedit loco alimentorum.*
6 *Subſtantia contractus regulariter conferri non poteſt in arbitrium alterius contrahentium. Secus quo ad ſubſtātiam dotis nu. 7.*
8 *Arbitrium boni viri ſemper videtur ſtipulationi inſertum eſſe.*

1 STatutum † excludens filias à ſucceſſione patris, præcipiensque eas dotari arbitrio propinquorum: tunc non poſſent propinqui minus legitima arbitrari: ſecundum communem opinionem omnium Do. quam allegat Gram. *in deciſ. 101. nu. 20.* Et quamuis allegent quod propinqui in caſu præallegato, minus legitima arbitrari nequeant: nihilominus poterunt arbitrari in plus, quando legitima non ſufficeret: ſecūdum Saly. & Fulgoſ. *in authen. res qua, in 2. notab. C. com. lega.* Alex. *conſ. 69. vol. 1.* dicentem, quod ita conſuluit
2 Ang. *conſ. incip. Dominus Gregorius Pagani &c.* Quia † ſecundum eum, legitima eſt pars minuſcula. *l. ſi quis plures filios. C. de inoff. teſtam.* & Bal. *conſ. exordiente, Antonius*
3 *plures filios* Vtpote, † quia bonus vir nō poteſt arbitrari, quod legitima filiæ ſit auferenda. Quæ cēſetur æs
4 alienum. † & debita iure naturali. *l. Papinianus. § ſi quis impubes ff. de inoff. teſt.*
5 Et † ſuccedit in locum alimentorum, & legitimæ per not. per Cyn. in *l. ſanctimus. C. de ſec. nupt.* & idem per eaſdem rationes tenet Alex. *conſ. 7. vol. 2. conſ. 8 vol. 4.* & iſtam opinionem approbare videtur Soci. in *l. heredes mei § cum ita ff ad Trebell. col. pen.* dicens quod iſtam ſententiam tenet & firmat Salyc. *in d. ſi puta .... bonanto Statuto cauetur, &c.* & Bal. *conſ. incip. materia dubitatur, & conſ. exordiente, Statutum tria capita,* ſubdensque ibi, quod ſecundum hanc opinionem ſæpius Moder. Peruſini conſuluerunt habentes iſtam opinionem pro canonizata, & quod alias fuit iudicatum in ardua cauſa in Ciuitate Florentiæ, in qua vtrinque erant cōſilia Docto. totius Italiæ. Et dictam ſententiam tenet etiam, ſequiturque Corn. *conſ. 197. vol. 1 conſ. 91. 107. 162. col. fin. vol. 2. & conſ. 111. in conſ 115. vol. 3 & conſ. 1. & conſ. 258. vol 4.* & Curt. *conſ. 17 38. & ſeq & 78. col. 32.*

Et ſi † quis oppone et præfatæ communi concluſioni hoc fundamentum, videlicet, quod regulariter ſubſtantia contractus in alterius ex contrahentibus voluntatem, conferri non poteſt. *l. quod ſepr. § 1 ff. de contrahen. empt.* 6

Reſponde breuiter † quod dotis ſubſtantia poteſt *l. cum poſt. § gener. ff de iu dot.* & non ſolum per verba reſonantia, ſeu importantia arbitrium boni viri, vt promitto dotem arbitrio meo, & quam æſtimauero, ſeu arbitratus fuero. *l. ſi ſic ff. de leg. 1.* ſed etiam per verba liberam voluntatem importantia, vt promitto dotem quam voluero *l. ſi fidei com. § quanquam ff. de leg. 3.* 7

Idcirco † ſemper videtur boni viri arbitrium ſtipulationi inſertum eſſe. *l. 3. C. de dot. prom ff.* vbi omnes not. & in *l. 1 ff. ſol. matr.* 8

OPINIO DCCCXII.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, an ſit fauorabile vel odioſum. & nu. 2. & 4.*
3 *Et an in totum legitimam tollere poſſit.*
5 *Nepos ex filio, excludit fœminam extante einſmodi ſtatuto. Eiuſque rationes. n. 6. 7. 8 & 9.*
10 *Clerici excludunt fœminas ſtante ſtatuto, quod maſculi excludant fœminas eiuſque ratio. n. 11. Item legitimati per ſubſequens matrimonium. nu. 13.*
12 *Iudicare contra communem opinionem, eſt contra ſtimulum calcitrare.*
14 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, ligat etiā fœminas ingredientes religionem.*
15 *Hoc ſtatutum an etiam in Iudæis ad religionem Chriſtianam conuerſis, locum habeat.*
16 *Vnum etiam maſculum excludit fœminas ſtāte hoc ſtatuto.*
17 *Maſculi excludentes fœminas vigore dicti ſtatuti à ſucceſſione. excludunt etiam venientes ex earum perſona.*
18 *Arrogatus in ſuum ab auo materno, excludit fœminas ſtante prædicto ſtatuto, eiuſque ratio n. 19.*
20 *Arrogatus continetur appellatione filiorum, diciturque filius legitimus, & naturalis nu. 21.*
22 *Statutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, eſt de iure licitum.*
23 *Prædictum ſtatutum continet maſculos qualitercunque inhabiles, ad ſobolem procreandam, & conſeruandam familiam.*
24 *Impedimentum accidentale non attenditur, ſed naturale.*
25 *Maſculi non excludunt fœminam à ſucceſſione bonorum exiſtentium extra territorium ſtatuentium.*
26 *Filia ſimpliciter a ſtatuto excluſa in teſtamento patris præterita, poteſt illud dicere nullum. Secus ſi à patre eſſet dotata nu. 27. vel ſi renunciaſſet legitimæ. nu. 28.*
29 *Pater tenetur nec ſſ...ario vocare filium in ſuo teſtamento, vel cum filijs etiam ſtante dicto ſtatuto.*
30 *Filij legitimati per reſcriptū Comitis Palatini, nō excludunt*

dunt fœminas ſtante d. ſtatuto, ſecus in legitimatis à Principe. num. 31. Eiuſque ratio. nu. 32.
33 Maſculi incapaces ſucceſſionis, vt deportati vel fratres ſancti Franciſci, & ſimiles, vigore d. ſtatuti fœminas excludunt Eiuſq; ratio. nu. 34.
35 Maſculi non excludunt fœminas vigore ſtatuti illius, ſi ſuccedere nolint.
36 Fœmina excluſa per ſtatutum, maſculis non exiſtentibus, ſuccedere non prohibentur.
37 Rex in Regno filiabus minoribus, filiis non extantibus, in feudalib. dat Balium, & cum peruenerint ad ætatem nubilem 14. vel 15. annorum, procurare ſolet illas maritare ſecundum paragium.
38 Fœmina excluſa à ſucceſſione per ſtatutum non cenſentur excluſa à bonis emphyteuticis.
39 Adoptiuus non excludit fœminas vigore d. ſtatuti.
40 Fœmina excluſa à ſucceſſione per ſtatutum, non cenſentur excluſa à ſupplemento legitimæ.
41 Fœmina excluſa à ſucceſſione, per ſtatutum, & iuſſa eſſe dote contenta, non poteſt petere ſupplementum legitimæ.
42 Legitima nõ debetur ei, qui ab inteſtato ſuccedere nequit.
43 Statutum prohibens ſupplementum dotis, vel legitimæ, nõ extenditur ad magnum exceſſum.
44 Dos ſtante d. ſtatuto, an ſuccedat loco legitimæ.
45 Fœmina excluſa per ſtatutum, quouſque ſuperſunt maſculi illis deficientibus, etiam poſt quadraginta annos, admittũtur ad ſucceſſionẽ, ſecus ſi ſimpliciter ſint excluſa.
46 Fœmina momento ſaltem à ſucceſſione excluſa per ſtatutum, perpetuo cenſentur excluſa.
47 Fœmina, quibus dos eſt promiſſa, cenſentur excluſa per ſtatutum prohibens fœminas dotatas ſuccedere, ſecus ſi ſtatutum exigeret dotem eſſe datam.
48 Maſculus moriens, antequam portionem ſibi debitam adeat, ſimiliter excludit fœminam à ſucceſſione ſtãte ſtatuto, eam excludente, & ſufficit maſculum momento viuere, vt perpetuo fœminam excludat. nu. ſeq.
50 Fœmina per ſtatutum excluſa, an computetur in numero filiorum, quo ad faciendum partem in legitima.
51 Soror licet dotata, à ſtatuto excluſa, non cenſetur excluſa a ſucceſſione fratris, morientis ab inteſtato, ſecus ſi dotata ſit à fratrib. poſt mortem patris. nu. 52. & 54.
53 Dos conſtituta à fratribus ſorori de paragio, ſtante ſtatuto, dicitur data de bonis paternis, & non fraternis.
55 Hæreditas adita per fratrem non dicitur amplius hæreditas patris, ſed fratris.
56 Fœmina vt per ſtatutum, quod dotatam excludit repellatur à ſucceſſione, alicuius debet eſſe, dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur. & n. 59.
57 Feudum paternum poſtquam peruenit ad filium non dicitur amplius paternum, ſed filii.
58 Filia vt excludatur ab hæreditate paterna, requiritur. vt ſit dotata de bonis paternis, antequã tranſeant ad filiũ.
60 Statutum excluſiuum fœminarum, an porrigatur ad bona exiſtentia extra territorium Et quomodo, & quib. caſibus forenſis ſtatuto ſubiicitur.
61 Filia dotata præterita in teſtamento patris, filiis maſculis inſtitutis, & iis mortuis, an clauſula codicillari appoſita, admittatur, & teſtamentum rumpere poſſit?
62 Clauſula codicillaris in teſtamento quid operetur. Et an ex mente teſtatoris, vel ex capite notarii potius cenſeatur appoſita.
63 Patre filios non habente, condenteq; teſtamentum inter filias, vna earum præterita, tanquam dotata, an ea teſtamentum hoc rumpere poſſit. controuertitur nu. 64. 65. 66. 67. & ſeq vſque ad nu. 74.
68 Paragium eſt loco legitimæ.
71 Conceſſum maſculo, vt maſculo denegatur fœmina, vbi eſt diuerſa ratio.
73 Statutum excludens fœminas propter maſculos, non extantibus maſculis, fœminas non excludit.
74 In qualibet renunciatione beneficii, vel iuris requiritur eius certioratio per notarium.

STatutum excludens † fœminas propter maſculos 1
eſt principaliter fauorabile: vt per Bar. in l. maximũ
vitium. C de lib. præt. & per Alex. conſ. 89. & conſ. 132. vol.
6. & conſ. 141. vol. 2. & per And. de Iſer. & Afflict. in conſt.
In aliquibus, lib. 3. rub. 23. nu. 11. & ſeq. & Gramm. ibi, & Io.
de Neuiz. in ſua ſylua nuptiali, lib. 1. n. 169. quia † pro cõ- 2
ſeruatione agnationis, & familiarum eſt introductũ
vt volunt Bal. & cæteri in d. l. maximum vitium, Corasius in ſuis miſcellaneis iuris ciuilis. lib. 5. c. 16. n. 2. Afflict. in
d. conſt. In aliquibus, ſub nu. 71. & alii quamplures eiuſdẽ
ſententiæ relati per Curt. Iun. conſ. 87. nu. 5. vbi aſſerit
hanc eſſe communem opinionem, & per Loffredum
conſ. 41 ſub nu. 13. & ſeq & luculenter Georg. Nattam,
in tract. quod ſtantibus maſculis in 1. q. principali, nu. 16. cum
aliis omnib. ſeq. vbi nonnihil corroborat dictam communem. Soc. Iun. vero conſ. 1 nu. 46. & 108. lib. 1. circa
iſtam materiam refert quatuor opiniones, & deniq;
ſecundam opinionem, videlicet, quod dictum ſtatutum ſit odioſum aſſeuerat eſſe magis communem.
Sed quid concludendum in tam variis iuris noſtri interpretum ſententiis? Ego pro nunc inhæreo primæ
opinioni, hac potiſſimum ratione omiſſis aliis. Quia
huiuſmodi † ſtatutum tuorum legitimam tollere nõ 3
poteſt, ſed diminuere, ex quo legitimam reduxit ad
dotem datã, vel promiſſam, quæ dicitur eſſe loco legitimæ: vt tenent Bald. & Saly. in 2. no per illum tex. in l.
quoniam nouella. C de inoff. teſt. Sed opinio † hæc de pla- 4
no procederet, & ſtatutum hoc fauorabile reputaretur, vbicunque excluderet fœminas tranſuerſales: ſecus vero ſi excluderet deſcẽdentes, vt filiam, vel aſcẽdentes, vt matrem: tunc quippe odioſum diceretur.
ita Corn. conſ. 90 ſcrupuloſe videtur, nu. 11. vol. 3. Curt. Iũ.
conſ. 9. circa præmiſſam. & Rubeus conſ. 45. viſo ſtatuto, n. 3.
Ampliatur † primum hoc ſtatutũ diſponens, quod 5
filius maſculus excludere poſſit fœminam, vt procedat etiam in nepote ex filio, qui quidem poteſt dictã
fœminam excludere: ſecũdum Bal. Alex. & alios Do.
in l. venia. C. de in ius voc. Ant. h. in c. canonum ſtatuta de cõſt.
Ruinum conſ. 141. nu. 3. vol. 2. & conſ. 58. nu. 5. poſt alios
ibi per eum congeſtos, vol. 5 Natta in d. tract. quod ſtantib. maſculis, in 3 q. princ. n 63. cum aliis ſeq. & Laurum de
Palatiis in tract. quod ſtantib. maſculis, n. 25. Affl. in d. conſt.
In aliquib. nu. 64. Quoniam † appellatione filii nepos 6
cõprehenditur, l. liberorum. vbi Bar. ff. de ver. ſig. & Mod.
in d. l. venia. Ro. conſ. 129. Rocchus de Corte in rep. c. fin.
de conſuet. Gozad. conſ. 90. col. 4 Marſil. conſ. 85. nu. 14. &
latius in ſing. 303. Filiorum appellatione, & Iaſ. in l. de quibus, nu. 16. ff. de leg. vbi atteſtatur hanc eſſe cõem opin.
& Soc. Nepos, conſ. 144 nu. 83. lib. 3. poſt Dec. in l. 2. col.
3. C. de in ius voc. Comprobatur † etiam iſta cõis: quia 7
conſuetudo extenditur quãdo caſus, ad quem fit extenſio, comprehenditur ſub caſu expreſſo, ſiue ẽ ex lata vocabuli ſignificatione: nam ad talem caſum extẽditur conſuetudo etiam contra ius, aut à iure exorbitans. l. filium habeo. ff. ad Maced. Comprobatur † poſtre- 8
mo iſthæc concluſio: quoniam nepos in caſu noſtro
locum patris tenet: ſecund. Paul. Caſt. conſ. 154. præſens
caſus, & Fran. de Aret. conſ. 64. Subrogatũ † etenim ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi cũ. §. 9
qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. l. 1. § hæc actio, vbi Bar. ff. ſi quis
teſta. lib. eſſe iuſſus fuerit. Et perſona ſubrogata vtitur eiſdem priuilegiis, quibus ille, cuius loco ſubrogatur. l.
decernimus, & ibi per Bar. C. de aquæduct. lib. 11. & l. competimus, vbi etiam Bar. C. de proximis ſacr. ſcrin. Declara &
amplia ſecundum Ant. Gabriel. lib. 6. com. opin. tit. de
reg. iur.

Am-

10 Amplia ſecundo præfatum ſtatutum,† vt non ſolùm habeat locum in laicis, verum etiam in clericis, qui abſq; dubio poſſunt gaudere beneficio dicti ſtatuti contra fœminas, easque excludere: ſecundum Sand. in c. Eccleſia Sancta Maria, col. 27 verſ. Septimo quæro &c. de conſtit. Bald. in l. cunctos populos, in 2. lect. col. 0. verſ. Sed hic vl. ...ius quæritur, & conſ. 30. vol. 1. Abb. in c. conſtitutum de in integ. reſt. in 3 not. Lapus in alleg. 100. & ſeq. in quæſtione propoſita, Barba. conſ. 54. in fin. Soc. Iun. conſ. 10. nu. 13 vol. 1. & alios quamplures relatos per Ioan. Bapt. Caſte lionei, in add. ad Roma. in ſing. 441. Habes caſum in facto, vbi atteſtatur hāc eſſe communem opinionem, Com. opi. Pariſ. quoque conſ. 47. num. 62 vol. 3. Brun. in tract. quod ſtantib. maſcul. in 12. art. prin. qu. 11. & Dec. in d. c. Eccleſia ſancta Maria, num. 117 & ſequitur etiam, aduertitq; ab ea non eſſe recedendum, ac tollit omnia obſtacula Natta in d. tract. quod ſtantibus maſculis, q. 3. principali, nu. 82. cum aliis ſeq.

11 Quoniam † ſtatutum inter laicos eſt obſeruādum etiam inter clericos, quando ſtatutum iniecit vinculum ante clericatum. c. reſtitutum de in integ. reſt. & notāt Canoniſtæ in d. c. Eccleſia ſancta Maria.

¶ Contrariam vero ſententiam ſequutus eſt, Laurus de Palatiis in dicto tractatu, quod ſtantibus maſculis. n. 306 & Soc. Iun. in d. conſ. 1. nu. 63. vol. 1. vbi dixit hanc opinionem eſſe veriorem: tamen quicquid ipſe Soc. ſuadeat, ob hoc in iudicando, & conſulendo ſemper

12 ſequeretur communem. Quia † iudicare contra communem, eſſet contra ſtimulū calcitare: vt per Grauet. conſ. 91. nu. 11.

13 Amplatur † tertio iſtud ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, quod excludat etiam per legitimatos per ſubſequens matrimonium: ſecundum Ang. conſ. 242 ex tenore, & Dec. conſ. 155. & diligenter pro ... col. pen. & fi. & in c. ... in ... nu. 29. de elect. But. in c. innotuit col. 0 eod. tit. Pau. Caſt. in l. fi. C. de his, qui ven. ætat. impet. Campeginum, in tra. de doto. in 1 par. 5 par. prin. quæſt. 59 in fi. Crot. in rep. l. Gallus §. & quid ſi tantum nu. 82. & 169 ff. de lib. & poſth. & Pariſ. conſ. 13. vol. 2.

14 Ampliatur † quarto dictum ſtatutum excludens fœminas, extantibus maſculis, ligare etiam fœminas ingredientes religionem, & ſic operatur contra fœminas profeſſas religionem, ſeu monıales: vt per Io. And. in reg. ſine culpa de reg. iur. in 6. in mercurialib. Paul. Caſt. conſ. 339 primum dubium, de quo quæritur, col. 1. & 3. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de ver. obl. Abb. & alios, in c. quod cleri. ... de foro comp. Abb. & Fely. col. 18. in d. c. Eccleſia S. Maria, & Ripam in ſum reſpon. in tit. de longa conſuetudine. c. 6 nu. 11. vbi audacter atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. & Soc. Iu. conſ. 25 nu. 11. vol. 3. & Io. Cephal. conſ. 146. n. 26. vol. 1. ac ei inhæret quoq; conſulendo, Iacob. Mandel. oſtēditque magis communem eſſe, conſ. 98. nu. 1. & Affl. ... in d. conſ. in aliquib. nu. 17. qui ait in hoc nō dubitare, præſertimque ſi ſtatutum conditum eſſet ab Imperatore, ſeu Rege. Nōnulli vero Doct. & male fuerunt in contraria ſententia. quos refert Ruinus conſ. 206. num. 8. lib. 2. & Laurentius Syluanus conſ. 49. nu. 4.

15 Amplia † quinto hoc ſtatutum, quod fœminæ excludantur propter maſculos, extēdi etiam ad Iudæos, & ſit inter Iudæos hoc caſu à filiis maſculis fœminæ excluduntur: vt voluit Ana. in c. Iudæi il 2. col. 5. de Iudæis, & Fely. ibi nu. 4. Coraſius in miſcell. iuris ciuilis, lib. 5. c. 16. ſub n. 8 Laurus de Palatiis in tract. quod ſtantibus maſculis. n. 058. cum aliis ſeq. Natta in d. tract. quod ſtantib. maſculis. qu. 2. prin. nu. 105. cum aliis ſeq. Campegius in tract. quod ſtantibus maſculis. q. 60. nu. 239. cum aliis ſeq. vbi refert cōſulentes, pro hac parte, tollitque obſtacula, & meminit ...eſſe ... iudicatum & obſeruatum Mantuæ, in facti contingentia, & nouiſſime Marq. de Suſan. in tract. de Iudæis, & infidelibus in 2. par. c. 2. nu. 4 & ſeq. poſt alios ſibi relatos per eum, vbi audacter aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem. Com. opi. Quam arbitratur de plano procedere Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis. q. 5. art. 6 num. 55. cum aliis multis ſeq. vbicunque maſculi eſſent conuerſi & Chriſtiani, ac fœminæ ſimul cum eis, de quorum ſucceſſione ageretur Iudæi forent, vt tunc haberet locum antedictum ſtatutum.

16 Amplia † ſexto loco, quod dictum ſtatutum, quod ſtā tibus filiis maſculis fœmina excludatur, habet locum, & procedit etiam ſtante vno: ſecundum Bal. in l. ... C. de cond. inſer. per illum text. quem refert & ſequitur Dec. in c. prudentiam. §. adiicimus n. 8. de of. deleg.

17 Amplia † ſeptimo, vt procedat, vt tam filia, quam venientes ex perſona eius à ſucceſſione repellantur: vt per Bar. in l. 2. § videndum. in fi. ff. ad Tertull. & in d. l. liberorum. col. pen. per illam legem. C. de colla. Ruin. conſ. 120. nu. 2. vol. 1 & conſ. 151. nu. 6. vol. 2. cum aliis congeſtis per Dec. conſ. 656. ... Laur. Sylua. conſ. 1. n. 65. & Rui. conſ. 8. nu. 9. vol. 3. & iſta eſt vera & indubitata concluſio.

18 Amplia vlterius, † quod ſub huiuſmodi ſtatuto excluſiuo fœminarum, comprehenditur non ſolum filios legitimus & naturalis, ſed etiam arrogatus in filium ab auo materno. Quia † per omnia eſt ſimilis fi- 19 lio vero legitimo & naturali, tam ratione patriæ poteſtatis, quam quo ad effectum ſuitatis, ac etiam reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato: vt § in noſtra. inſt. de ... §. pen. inſt. de her. quæ ab inteſt. ... l. cum in adoptiuis. circa fi. ff. adop. & l. ſi ... parens. & ibi Bar. C. de ſuis & legit.

20 Imo dic, † quod arrogatus filii appellatione continetur l. filii appellatione l. iuſta, & d. l. liberorum. ff. de ver. ſignifi. Ergo ſequuta arrogatione, † cum in eo concurrāt 21 vinculum ciuile, & naturale, d. § in noſtra, ſuus legitimus, & naturalis dicetur, & eadem ratione, qua filius legitimus & naturalis fœminam excludit, eadem met ipſe arrogatus excludere videtur.

22 Ampliatur, † ſeu interpretatur nono dictum ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, quod ſit de iure licitum, & conſequenter, quod valeat, & teneat: ſecundum Bal. in l. cum lege. C. de epiſ. & cler. Ioan. And. Ant. de Butr. & cæteros omnes in c. Raynutius, de teſta. vbi deducunt iſtam eſſe communem opinionē: quam ſequitur etiam, & citat Brunus in tract. quod ſtantibus maſculis. q. 1. art. 1. n. 12. Georg. Natta, in d. tract. quod ſtantibus maſculis, in 1. q. principali. nu. 1. cum aliis ſeq.

23 Ampliatur † decimo mentionatum ſtatutum excludens fœminas, extantibus maſculis habere etiam locum in maſculo virilia ſua non habente, vel quomodocunque, & qualitercunque incapaci, ac inhabili ad ſobolem procreandam, & conſeruandam familiam: vt voluit Bal. notabiliter, conſ. 68 Marianus Ioannes de Florentia. col. 2. verſ. nō obſtat, quod quidam ſunt agnati poſito inter conſilia Angeli. Cum † iſtud ſit impedimē- 24 tum accidentale, & non naturale, attendi non debet, & ideo natura communis hominum, & non alicuius ſpeciale vitium attendi debet. l. nam ad ea. ff. de legibus. l. iuſto §. non mutat. ff. de vſucap. cum aliis concordantib.

25 Fallit primo loco, † iſtud ſtatutum, excludens fœminas propter maſculos, non habere locum extra territorium ſtatuentium, & ſic non propagatur, nec extendit radices. & vires ſuas quo ad bona exiſtētia extra territorium ſtatuentium: ſecundum Bar. in l. cunctos populos q. 6. C. de ſumma Trinit. & fide cath. Alex. conſ. 108. conſiderata verba inſtrumenti col. 1. vbi latiſſime reſpondet omnibus fere rationibus Saly... contrarium aſſeuerantis, in l. cunctos populos C. de ſumma Trinitate: & iſta videtur communis opinio: vt teſtatur Alexan.

lib

in allegato conſ. 48. num. 1. circa medium, vol. 3. vbi ait ab iſta ſententia communi non eſſe recedendum. & Roland. à Valle poſt alios relatos per eum *in tract. de lucro dotis, in qu. 20. nu. 14.* Et ſequitur etiam citando hunc locum Ioſeph. de Ludou. *in deciſ. Vmbriæ 76. Fuit dubitatum in quadam cauſa. in 2. par.* vbi refert quoque ita in facti contingentia iudicaſſe.

26 Interpretatur † ſecundo dictum ſtatutum, excludens filiam à ſucceſſione patris, quod per id non excludatur ad inualidum teſtamentum, inter liberos conditum. Et ſic, filia ſimpliciter à ſtatuto excluſa, ſi in teſtamento patris fuerit præterita, poteſt illud rumpere, ſi pater extraneos, vel filios inſtituerit: quia in hoc, filia extranea perſona non reputatur ſecundum Corn. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, col. 3. verſ. prædicta ſaluat. C. de teſta.* Cuma. *conſ. 119. circa fin.* cum alijs relatis per Boer. *deciſ. 241. nu. 9.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem, & Berous poſt alios relatos per eum, *in repet. c. Raynutius, nu. 234. cum alijs ſeq. de teſta.* vbi ad vtramque partem ducto, ſubtiliter ac late hanc quæſtionem diſputat.

Com. opi.

Stante ſtatuto prædicto, † nota, quod filia in teſta-
27 mento paterno præterita non poteſt cõtrat bulare, vt dicit Ang. Aret. *in § eadem. poſt nu. 8. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur.* Quod videtur intelligere Afflict. *deciſ. 158.* quando à patre eſſet dotata, & maritata. vide tamen ibi V. filium *in addit.* vide in materia Bal. *in l. ſi quis poſthumos § ſi filium poſt nu. 1. ff. de liber. & poſthum.* & ibi Alex. & alios.

28 Quod † minus difficultatis haberet ſi filia renunciaſſet etiam legitimæ, tempore contracti matrimonij: quia propter talem renunciationem eſt excluſa, etiam à legitima vt per Marantam *diſput. 10. poſt n. 26.*

29 Ratio † autem dictæ communis opinionis videtur iſta, quia pater tenetur neceſſario vocare filiam in ſuo teſtamento, vel eius filium, vt decidunt Bart. Iaſ. cæterique Doct. communiter, *in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. ob.* &c. & de dicta communi atteſtantur Moder. *inibi* & Guil. Benedic. *in repet. d. c. Raynutius, de teſta. num. 81.*

30 Fallit † tertio præfatum ſtatutum diſponens, quod ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, nõ habere locum in filijs legitimatis per reſcriptum Comitis Palatini, vel alterius habentis poteſtatem legitimandi, cum non excludant fœminam: ſecundum Nattam, *in d. tract. quod ſtantibus maſculis qu. 3. nu. 1. cum qua not. ſeq. Dec. in l. liberos. circa fin. C. de collat. in c. in præſentia n. 40. ext. de prob.* & ſic conſuluit, *conſ. 52.* & Curt. Senior *conſ. 16. nu. 5. & ſeq. & conſ. 15. nu. 16.* cuius conſilio complures Excellentes, & Illuſtres Doctores ſe ſubſcripſerunt & ita in opulenta hæreditate fuit Mediolani iudicatum, & iſta eſt communis opinio: ſecundum eundem met Dec. *in d. l. liberos* & de dicta communi atteſtatur etiam Franc. Curt. *in præallegato conſilio*, & D. Cardinalis Albanus *in l. in ſub. ac Bar. in l. ſi tum, num. 1. & ſeq. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* & Gozad. *conſ. 6. nu. 9.* vbi ſequitur etiam, & dicit ab ea non eſſe diſcedendum in iudicando & conſulendo. Et de veritate iſtius concluſionis communis plura ſcribit Iaſ. *in l. fin. quæ pro emptore ff. de vſucap.* Crot. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſthu.* Brunus *in tract. quod ſtantibus filiis maſculis filia fœmina non ſuccedant. q. 12. art. 4.*

Com. opi.

31 Declaratur † hoc non procedere in filio ſpurio legitimato per Principem qui quidem ſub ſtatuto prædicto ad excluſionem fœminarum comprehẽditur. Quia ipſe vere ac proprie legitimus † & naturalis cẽ-
32 ſetur: vt concludunt Bart. & alij omnes communiter, *in d. l. fin. quæ pro emptore*, & late per Alex. *conſ. 52. vol. 1.* ergo filius iſte dicetur excludere fœminas, ſicut legitimus & naturalis, & hoc voluit idem Alex. *in l. ſed ſi hac. §. patronum ff. de in ius voca.* qui atteſtatur iſtud Doctores communiter tenere. *& in d. conſ. 11. col. 5. & conſ. 87. col. 5. vol. 2.*

Limitatur quarto, † quod dictum ſtatutum excluſiuum fœminarum ceſſat ſi maſculi ſint incapaces, vt puta ſi ſint deportati, vel fratres Sancti Franciſci. 33

Quia † tunc habentur pro mortuis, & pro non ſtãtibus: vt per Bart. *in l. 1. §. pen. ff. de bonorum poſſ. ſecundũ tab.* quem ſequitur Bald. *in auth. ing. eſt, circa fin. C. de ſacroſan. eccleſ.* Ruinus, *conſ. 154. num. 5. vol. 2.* & Afflict. *in d. conſtit. in aliquibus num. 10.* 34

Interpretatur † ſimiliter hoc ſtatutum habere etiã locum ſi maſculi extarent, & ſuccedere nollent *l. 2. §. ſed ſi ſint ſui ff. ad Tertul.* & ibi notat Bart. quia huic ſtatuto poteſt maſculus renunciare: vt per Bal. *in l. maximum vitium ſolum. 7. verſ. ſed pone frater. C. de lib. præt.* & Afflict. cum alijs aggregatis per eum, *in d. conſtit. in aliquibus nu. 9.* & hoc non habet difficultatem aliquam. 35

Fallit † ſexto hoc ſtatutum, quod ſtantibus filiis maſculis, fœminæ non ſuccedant, quod ſi maſculi nõ ſuperſint, ſed ſolum fœminæ, ipſæ admittentur: vt per Bart. *in l. ff. in queſt. 1. ff. ad Tertul.* Bald. *in l. in quibus C. de ſecun. nupt.* & iſta eſt communis ſententia omniũ Scribentium, & longo & diuturno tempore obſeruata: vt refert & atteſtatur Soc. Nepos *conſ. 80. num. 6. volum. 2.* & eſt text. *in Regno, in d. conſtit. in aliquibus*, vbi diſponitur quod pater non habens filios maſculos, nec nepotes maſculos, ſed duntaxat filias fœminas, tũc ipſæ filiæ fœminæ ſuccedunt patri in omnibus bonis burgenſaticis, & feudalibus, excluſis agnatis tranſuerſalibus. 36

Cæterum † ſi antedictæ filiæ minores reperirentur, Rex daret eis balium in feudalibus, & cum peruenerint ad ætatem nubilem 14 vel 15 annorum prouideret eis dare virum atque maritare ſecundum paragium earum. & ex hoc text. *in d. conſtit. In aliquibus:* decidit tres veteres, & quotidianas quæſtiones *ibi* Affl. *nu. 5. & ſeq.* 37

Limitatur † ſeptimo hoc ſtatutum excludens fœminam dotatam à ſucceſſione dotantis, non excludere eam à bonis emphyteuticis, cum de ipſis nõ fiat mentio: prout voluit Bal. *in l. liberti, libertæque. C. de oper. liber.* & alij Doct. communiter *in l. vt iuſiurandi §. ſi liberi. ff. de ope. libert.* Imol. & alij omnes, *in c. potuit, de loca. & conducto*, & Ruinus, *conſ. 4. num. 6. vol. 1.* vbi hoc declarat & limitat. 38

Interpretatur † octauo loco dictum ſtatutum præferens maſculos fœminis, non habere locum in adoptiuis, vt voluit eleganter Ioan. de Ana *conſ. 37. viſo caſu* cuius dictum refert, comprobat, & ſequitur Dec. *in d. c. in præſentia, n. 117. & ſeq.* & Tiraquel. cum alijs infinitis ibi relatis per eum, *in repet. l. ſi vnquam C. de reuo. donat. in verb. ſuſceperit liberos. n. 11. fol. 146.* 39

Interpretatur † nono præallegatum ſtatutũ, quod licet excludat fœminas à ſucceſſione, non propter hoc excludit à ſupplemento legitimæ: vt per multa concludit Saly. *in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. in l. ſerui noſtri, prope fin. ff. de noxal. in l. ſancimus C. de nupt. & in auth. res quæ. C. communia de lega.* vbi etiam Raph. Cumanus. Hoc idem tenet Alex. *conſ. 7. colum. 2. lib. 1. conſil. 49. vel 69. vol. 1. & conſil. 78. vol. 4.* Et hoc idem tenuit Soc. Iunior *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum* & ita conſuluit, *conſ. 30. & 150. vol. 1.* & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Soc. *in l. hæredes mei. §. cum ita, colum. fin. ff. ad Trebell.* & Gram. vltra alios per eum congeſtos, *deciſ. 101. nu. 46. & in d. conſtit. in aliquib. nu. 22. & ſeq.* Et iſtam quæſtionem late diſputat ad vtranque partem Aug. Berous, *in repet. d. c. Raynutius, nu. 230.* 40

Com. opi.

Mode-

41 Moderatur † & coarctatur decimo, hoc ſtatutum non procedere, quando ex diſpoſitione ſtatuti, fœmina non poſſet ſuccedere, ſed deberet eſſe dote contenta: tunc filia non poſſet petere ſupplementum legitimæ: ſecundum Bart. & alios, *in d. §. & quid ſi tantũ.* Ang. *conſ. 105. in fin.* & iſta eſt communis opinio ex allegatis per Alex. *in d. §. & quid ſi tantum,* & Iaſ. *in d. auth. noniſſima,* Soc. *conſ. 150 primo igitur radix.* Iaſ. *conſ. 82. ſtatuto ciuitatis: lib. 2.* Dec. *conſ. 26. diligenter, in conſ. 89. viſo puncto, in fin. & conſil. 103. in caſu, & cæt.* Curt. *conſ. 57. conſiderato themate,* Brun. *in conſ. ſuo poſito in fin. dicti tract. quod ſtantibus maſculis num. 8.* Calca. *conſ. 11. colum. penult. & fin.* Com. opi.

42 Quia legitima non debetur illi, † qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt, vt filiæ ipſi dotatæ, quæ ſtante hoc ſtatuto non ſuccederet: ſecundum Ang. *in d. conſ. 105. ſtatuto cauetur, quod ſi aliquis deceſſerit ab inteſtato,* & Alber. Brunum cum magna caterua Doctorum relata per eum *in memorato conſ. ſuo poſito in fin. d. tract. quod ſtantibus maſculis, num. 6.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem.

43 Et † quamuis illud ſtatutum prohibeat ſupplementum dotis, vel legitimæ: nihilominus non habet locum in magno exceſſu, ex quo detegitur patris dolus *l. vnde ſi Nerua ff. pro ſocio,* & tenet, & declarat Paul. Caſtren. *conſ. 310. col. pen.* quod refert Ruinus, *conſ. 98. nu. 4. poſt princ. vol. 2.*

44 Et † quia etiam dos ipſa in caſu mentionati ſtatuti ſuccedit loco legitimæ: ſecundum Bal. *in auth. res quæ colum. pen. C. communia de leg.* Cyn. & Bart. *in l. ſancimus. C. de nupt.* And. de Iſer. & Afflict. cum magna caterua Doctorum relata per eum, *in d. conſtit. In aliquibus, ſub num. 42. & ſeq.* Alex. *conſ. 209. num. 201 vol. 5.* Iaſ. *in l. 1. §. veteres, ſub num. 26 ff. de acquir. poſſ.* & Curt. Sen. *conſ. 5. num. 3.* vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionẽ: quam ſequitur Laurus de Palatiis *in tract. quod ſtantibus maſculis, ſub num. 36.*

¶ Et quamuis Brunus *in tract. præcitato, quod ſtantibus filiis maſculis. qu. 5. ſub num. 34.* aſſerat contrariam partẽ, videlicet, quod dos non ſubrogetur, ſeu ſuccedat loco legitimæ, eſſe magis communem, nihilominus ſpreta huiuſmodi aſſertione vti falſa, concurrendum eſt in practica cum prima opinione, tanquam realiter communi, & ſacroſancta, cum qua concurrit etiam Corn. *conſ. 107. num. 3. vol. 1.* Dec. *conſ. 160. nume. 3.* Afflict. *deciſ. 111. nume. 13.* Capic. *deciſ. 176. nume. 9* Pariſ. *conſ. 63. num. 51. vol. 2. & conſ. 56. num. 83. volum. 3.* Afflict. cum cæteris aggregatis per eum, *ſub num. 42. & ſeq.* & Grammat. *in d. conſtit. In aliquibus, nume. 18.* vbi pariter concludit, quod dicta legitima portio debeatur filiabus ipſis ex rebus, & bonis hæreditariis, & ita aſſeruit vidiſſe de facto ſeruari: prout latius ſcripſimus *ſupra in Opin. 455. Legitima non debetur poſt prin.*

45 Fallit vndecimo, † quod filia excluſa à ſtatuto donec ſuperſunt maſculi, poſſit aliquando ſuccedere: Vnde ſcias, quod filia, quam ſtatutum à ſucceſſione donec ſuperſunt maſculi, excludit, etiam poſt quadraginta annos ſi deficerent maſculi, ad ſucceſſionẽ admitteretur: vt per Bar. *in l. fin. ff. ad Tertul.* cuius opinionem fatetur eſſe communem Soc. *conſ. 63. in cauſa vertente, col. 1. lib. 1.* Dec. *conſ. 607. num. 16.* Ioan. Dilectus, *in tract. de arte teſtandi, caut. 6. num. 5. cit. 11.* & Soc. Nepos, *conſ. 110. num. 4. & 56. vol. 2. & conſ. 1. num. 1. lib. 1. & conſ. 31. nu. 1. eodem vol.* quam quidem Bart. doctrinam communem ſequuntur Bal. Pau. de Caſt. Saly. Corn. cæterique omnes, *in l. 2. C. de liber. præt.* poſt alios quamplures relatos per Soc. *conſ. 1. nu. 1. lib. 1.* Et intelligit procedere vltra præallegatos Doct. ipſemet Soc. Iunior. *in d. conſ. 110. num. 16. & conſ. 114. num. 1. 2. & 3. eodem vol.* quando fœmina nõ ſimpliciter excluditur, ſed temporaliter, veluti donec, & quandiu maſculi ſuperſint, ſecus autem eſſet, ſi fœminæ excluderentur ſimpliciter per ſtatutum extantibus maſculis: quia hoc caſu excluſio earum eſſet perpetua.

¶ Et hoc idem procedit etiam in feudo, vt conſtitutio Regni, *In aliquibus* amplificetur, atque locum ſortiatur ſimiliter, vbicunque tractatur de ſucceſſione in feudo plano, & de tabula: adeo quod deficientibus maſculis, fœminæ in eo ſuccedant: vt fuit religioſe quidem deciſum in facti cõtingentia *in Sacro Concilio Neap.* atteſtante intelligentiſſimo Domino Vincentio de Franchis *in deciſ. 7. in cauſa Angelæ, ſub nu. 1.*

Interpretatur † duodecimo loco dictum ſtatutum, 46
quod filius maſculus excludat fœminam ſimpliciter, locum habere etiam in ea, quæ momento fuit excluſa, vt in perpetuum excludatur, & ſic ſufficit tunc, quod momento maſculus fœminam excluſerit, vt ſit excluſa in perpetuum: ſecundum Bald. *in l. ſi quis poſthumus, §. 1. col. fin. ff. de lib. & poſthum.* quam ſequitur Dec. *conſ. 613. colum. 1.* & Alex. *conſ. 43. lib. 3. repetito in conſ. 53. conſiderato his, quæ in themate, nu. 4. vol. 6.*

Interpretatur † decimo tertio prædictum ſtatutũ 47
excludens fœminas dotatas à ſucceſſione verificari etiam in ea fœmina, cui dos promiſſa fuit: vt per Bal. *in l. 2. in fine: C. de bonis quæ liber.* Affl. *deciſ. 61.* & Iaſ. *conſ. 11. vol. 2. lib. 1.*

¶ In contrariam vero ſententiam videtur inclinare Iacob. de Aret. Pet. Cy. & Fulgoſ. *in d. l. 2. in fine,* Cuma & Imol *in l. Titio centum. § Titio genero ff. de condi. & demonſt.* Alex. *conſ. 13. colum. 4. vol. 3.* & Soc. *conſ. 107. col. 2. vol. 2.* Sed in iſto conflictu opinionum caſu eueniẽte ſemper conſulerem pro prima opinione, quæ videtur verior, vbi ſtatutum ſimpliciter excluderet fœminam dotatam, ſecus vbicunque exigeret dotẽ eſſe datam: vt per Soc. *conſ. 92. col. 3. volum. 1.* quem ſequitur Brunus *in tract. excluſ. fœminarum, in 7. qu. col. pen.*

Limitatur † decimoquarto hoc ſtatutum, vbicunque filius maſculus moreretur antequam portionem 48
ſibi debitam ex forma dicti ſtatuti adiret, & agnoſceret: quia tunc portio, ad quam ipſe filius admittitur ex diſpoſitione ſtatuti excludentis fœminam non tranſmittitur ad quoſcunque hæredes: vt voluit Sali. *in l. 1. col. 2. & ſeq. C. de adult.* ſed Salyceto noli adhibere fidem, ne te decipiat: quia contra eum eſt communis opinio: vt per Alex. *conſ. 20. vol. 1.* Soc. *conſ. 143. vol. 1. & conſ. 196. volum. 1.* & per Brun. *in ſuo tract. excluſ. fœm. in 13. art. prin. qu. 6.* Tiraquel. *in tracta. res inter alios acta, in limit. 41. & ſequen. fol. par. 54.* & Nattam *in add. Alexan. in d. conſ. 20. num. 1.* Com. opi.

Quia † ſecundum præcitatos Doct. ſufficit, quod 49
filius maſculus fuerit momento temporis, vt perpetuo excludat fœminam, & ſic ex potẽtia ſuitatis ipſe filius infans, ſi horam vixerit tãtum poſt mortem patris, hæreditatem patris ſui non aditam tranſmittit ad quoſcunque hæredes.

Limitatur † decimoquinto mentionatum ſtatutum, quod filiæ iſtæ excluſæ per ipſum ſtatutũ à ſucceſſione patris, computentur in numero filiorum ad 50
faciendum partem in legitima: quia non excluduntur in totum, ſed vocantur ad dotem ipſam, quæ loco legitimæ ſuccedit. Vnde ſi extarent quatuor filiæ fœminæ, & vnus maſculus: tunc legitima dicti maſculi non eſſet triens, tanquam fœminæ haberentur pro non exiſtentibus, ſed eſſet ſemis, tanquam filiæ ipſæ excluſæ facerent partem cum maſculo, & in numero filiorum computarentur ad calculandum eandem legitimam: vt voluit Curt. Sen. cum magna caterua Doct. relata per eum *conſil. 5. vbi ſub num. 1. & ſeq.* ſi[illegible]

opi-

Com. opin. nionem communem vocat, quam, vt veriorem ſequitur Thomas Afflict. *in d. conſtit. In aliquibus. nu. 54. & seq.* vbi profert vtile, & magnum verbum, ſe intellexiſſe ita ſemper iudicatum extitiſſe *in Sacro Regio Conſilio Neap.* Et licet contrariam partem, videlicet, quod ipſæ filiæ excluſæ aliter non numerentur in filiorum numero in minuenda legitima, firmauerit Brunus cum aliis Doct. aggregatis per eum, *in d. tract. quod ſtantibus maſculis. q. 5. art. 13. nu. 9. cum cæteris multis ſeq.* aſſerendo eam veriorem, & communem, ac ita fuiſſe in facti contingentia iudicatum in patria ſua; nihilominus à prima opinione, vti ſacroſancta, & continuò obſeruata in *ipſo Sacro Regio Concilio*, & realiter & re vera magis communi, fatuum foret in deciſiuis diſcedere. Et iſta opinio ita retenta aduerte, quod eſt vtilis ad multa in practica: vt oſtendit Brunus *in d. art. 13. nu. 42.*

51 Limitatur decimoſexto † antedictum ſtatutum, vbicunque filia vigore eiuſdem ſtatuti dotata eſſet à patre, & poſt mortem ipſius moreretur vnus ex fratribus ſuis ab inteſtato: quia tunc repelli non deberet à ſucceſſione ſui fratris præmortui ipſa ſoror, eſto quod ampliùs non ſint bona patris à quibus per ſtatutum filia excludebatur ſed patrimonium ipſius fratris effectum apparet, & conſequenter ſoror ipſa poſſet ſuccedere cum aliis fratribus in bonis quondam patris, quæ reperirentur in hæreditate ipſius fratris vltimo loco mortui: vt voluit Bal. & Paul. Caſtr. *in l. 1. C. de leg. hered.* Bal. *in c. 1. §. quin etiam, num. 3. in tit. Epiſcopum, vel Abbatem, in vſib. feud.* Ang. *conſil. 126. teſtamenti factio,* Io. Campeg. *in tract. de dote, par. 5. quæſt. 67.* Rom. *conſ. 46. viſis, ut diſcuſſis punctis, & conſtitutionibus, & conſil. 442. vt deciſionem accipiat, ſub num. 1. cum aliis ſeq. & in d. l. 1. § veteres. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi iſtam opinionem ſequuntur Alex. *n. 8. & ſeq.* & Iaſ. *num. 20. cum cæteris ſeq.* vbi adiicit communem eſſe, Com. opin. & *in l. ſicut maior, num. 3. C. de repud. hæred. & in l. bella. §. quod ſi ſtipulatus, ſub nu. 8. ff. ſi cert. petat.* Curtius Iun. *conſil. 65. num. 1.* & Afflict. etiam

52 *in d. conſtit. In aliquibus, nu. 21. & ſeq.* Sed † vbicunque ſoror eſſet maritata, & dotata à fratre pòſt mortem communis patris, ei ſuccedere nequiret ſtantibus aliis fratribus, & præſertim in bonis, quæ habebat tempore dotationis ipſius ſororis: deberet enim remanere contenta dote recepta, ſecundũ formam allegati ſtatuti: vt voluit Glo. *in conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus, in ver. coniugata,* Afflict. *in d. conſtit. In aliquibus, nu. 16. & in deciſ. 248. nu. 5. & ſeq.* & eſt text. expreſſus *in d. conſtitut. vt de ſucceſſionibus,* vbi apertiſſimè diſponitur, quod coniugatæ & dotatæ à fratrum ſucceſſione repellantur. Semper enim in excludendo fœminam à ſucceſſione per exiſtentiam maſculorum conſideratur an de bonis illius, de cuius ſucceſſione agitur, dotem receperit. *l. quoniam nouella, in fin. C. de inoff. teſta. & l. vt liberis. C. de collat.* And. de Iſer. *in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. & in d. conſtit. In aliquibus, num. 32. & in d. conſtitut. vt de ſucceſſionibus, num. 18.* Com. opin. & communiter Doct. *in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ.* Nec obſtabit, † ſororem extitiſſe nuptam, ac do-

53 tem recepiſſe poſt mortem patris, vt ſic dicatur dotata de bonis fraternis, & non paternis, *iuxta l. ſed ſi plures. §. 2. ff. de vulgari & pupil.* & per Afflict. *in dicta conſtit. vt de ſucceſſionibus, 10. not.* quia, cum hæreditas peruenerit ad filios cum onere dandi paragium ſorori, & ſic ex neceſſitate, non diceretur de bonis fraternis, ſed de hæreditate patris, & erit dos profectitia à bonis paternis, non autem aduentitia de bonis fratris.

54 Vnde ex his concluditur, † eam excludi ab omnibus bonis, quæ de hæreditate paterna fuerunt: à bonis autem poſtea quæſitis per fratrem ſuccederet fratri, vna cum aliis fratribus: quia de illis bonis noviter acquiſitis per fratrem non eſt dotata, ſed tantum de bonis fratris, quæ fuerunt paterna, & tranſierunt cum onere prædicto, videlicet, dandi dotem ſorori, & ab illis excluſa reperitur per dotationem: vt eleganter determinauit Afflict. *in d. conſtit. In aliquibus, num. 23.* Et ita in facto vidimus conſultum, & reſponſum, obtentumque *in anno* 1563. per D. Ioannem Franciſcum de Nobilibus de Ciuitate Ducali compatrem meum, & Iuriſconſultum equidem eminentæ natis, & inſignis eruditionis, in quo conſilio apparet elegantiſſima, & profundiſſima ſubſcriptio illuſtris D. Alexandri Oliuæ conciuis mei, aduocati conſiſtorialis, & præclaris animi dotibus mirificè ornati.

Et cum præſens † res non careat difficultate: ideo 55 inuento alto mari, neceſſario nauigandum arbitror, ne poſt terga diſcrimina, obſtaculaque obſcura remaneant, & lectores in labyrinthum erroris facile incidere poſſint. Diſcurro itaque, quod hæreditas adita per fratrem non dicatur amplius hæreditas patris, nec bona paterna, ſed fraterna: ſecundum Bal. *in c. 1. §. quin etiam, in tit. epiſc. vel abbat.* Iaſ. *in l. 1. §. veteres, colum. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. eius qui in prouincia col. 5. ff. ſi cert. pet.* Ioan. de Neuiz. *in ſylu. nupt. lib. 2. num. 81.* Grammat. *conſil. ciuil. 53. in cauſa hereditatis. num. 9. & ſequen.* & Cæſarem Vrſill. *in addit. Afflict. in deciſ. 178. num. 3.* vbi explodit, deridetque diſtinctionem Afflicti, & ſequacium *ſupra* relatam *in d. conſtit. In aliquibus, ſub num. 16.* & refert etiam ita obtinuiſſe in facti contingentia *in magna Curia Vicaria.* Et ratio eſt. Nam † mutata perſona mutatur quidem condi- 56 tio rei. *l. per procuratorem, alias Paulus. ff. de a quir. hæred.* & firmat And. de Iſer. *in c. 1. in tit. donat. ſucceſſ. feud. ſub num. 14. cum aliis ſeq.* quod ad hoc, vt repellatur mulier dotata à ſucceſſione alicuius, requiritur, quod ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, & refert, ſequiturque Afflict. *in conſtit. ob filiorum culpas, nu. 9. in tit. vt pater ſors indicati nihil ex delicto filii poſſit condemnari, in 2. part. rubric. 9.* & idem Andr. de Iſern. & Afflict. *in d. conſtit. In aliquibus. num. 20. & ſequent.* & Grammat. *conſil. ciuil. 31. Vincentius, ſub num. 25. & ſequent.* Et hinc † merito con- 57 cludebat And. de Iſern. *in d. cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. in vſibus feudorum,* quod feudum paternum poſtquam peruenerit ad filium non dicatur amplius paternum, ſed ipſius filii.

Et ad hoc, † vt ab hæreditate patris excludatur fi- 58 lia, neceſſe eſt, vt ſit dotata de bonis patris, antequam tranſeant ad filium: ſtante maxime, quod prememorata conſtitutio, *In aliquibus*, eſt ſtricti iuris, & ſtricte debet intelligi, & ſolummodo in caſu, de quo loquitur, & non dilatatur. Alex. *conſil. 151. n. 3. vol. 2. & conſ. 29. vol. 1.* vbi proprie loquitur *de antedicta conſtit. Regni, In aliquibus.* Et inter alia ponderat accurate quidem conſtit. illam continere illud verbum, *debere,* (quod neceſſitatem importat) intelligi, quod dotata excludatur ſolum, & duntaxat ab hæreditate dotantis. Et licet ibi loquatur in materia feudali: tamen quantum ad intellectum ipſius conſtit. concordat cum aliis. Vnde Afflict. *in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus, num. 23.* determinat non obſtare, quod filia habuerit dotem de bonis paternis, & frater teneat, & poſſideat per ſucceſſionem bona paterna: quia non dicuntur amplius ea bona paterna, ſed fraterna: ea ratione potiſſimum, mutata perſona, &c. vt *d. l. per procuratorem, alias Paulus.*

59 Et ſic † denique ſtatutum excludens ſimpliciter fœminam à ſucceſſione, intelligendum vtique fo ret à ſucceſſione dotatis, & non vlterius: ſecundum communem opinionem omnium in iure Scribentium, trutinatam, diſcuſſam, atque citatam per Curt. Iuniorem, *conſil. 65. caſus talis eſt. ſub num. 1.* Et hanc partem andiui alias verbotenus, & in ſcriptis fulcitam ſubtiliſſimis & nouis argumentis, & realiſſimis rationib. per accuratiſſimum, peritiſſimumque D. Terentium Turcanicum V. I. D. conciuem meum, quem in conſulendo, atque diſceptando ſemper noui infractione panis, veritatis ſtrenuiſſ defenſorem. Cum itaque ego infœlix peccator videam quæſtionem hanc controuerſiſſimam, atque pleniſſimam ſentibus, & ſpinis, in qua certatim omnes variant, difficulter quidem eius exitum, & veritatem inuenire poſſum. Vnde in iam dubitali, & tenebroſo paſſu expectarem videre deciſionem *Sacri Regii Conſilii Neap.* pro reſolutione, & extricatione præſentis quæſtionis: & tanto magis, cum *Viſillus in add. Afflict. in d. deciſ.* 178. *num.* 3. recenſeat præſentem caſum in eo pendere, & controuerti per remedium appellationis indeciſum. Attamen fateor alias præſtitiſſe patrocinium *in anno* 1573. ad fauorem Reuerendi D. Marii de Altonatis, contra Magnificam D. Violantem eius ſororem ciues meos, penes grauiſſimum D. Alphonſum de Hoyo, tunc meritiſſimum, & laudatiſſimum auditorem Sereniſſimæ D. Margaritæ de Auſtria, in Ciuitate noſtra, quæ quidem D. Violante, cum prætenderet ſuccedere in bonis Pompeii ſui fratris ab inteſtato mortui ſimul cum prædicto D. Mario, conſului ex diſtinctione memorata Afflicti, & ſequacium prælibatam ſororem non potuiſſe ſuccedere in bonis antedicti Pompeii ſui fratris, & cum partes ipſæ vidiſſent tam magnum torrentem controuerſiarum, non aliter expectato dubio litis euentu, & ſententia, inter ſe ad concordiam deuenerunt.

Sed ſtatutum † hoc excludens fœminas dotatas, ab hæreditate patris decedentis ab inteſtato, an excludat eas à bonis vbique exiſtentibus, vel à bonis ſolummodo in loco ſtatuti ſituatis? Et quia materia hæc, quomodo, & quibus caſibus forenſis ſtatutis ſubiiciatur, confuſe admodum tractatur, conſiderandi neceſſario ſunt complures caſus.

60 ¶ Et primus eſt, quando defunctus, de cuius ſucceſſione agitur, & fœmina, quæ prætenditur excluſa ab hæreditate, & is, qui vult ſuccedere, omnes ſubſunt iuriſdictioni alicuius loci, in quo viget ſtatutum excludens fœminas: defunctus vero alia bona habebat in alieno territorio, in quo huiuſmodi ſtatutum viget; & quæritur an vires ipſius ſtatuti porrigantur ad iſta bona; ita quod fœmina excluſa à bonis in territorio ſtatuti exiſtentibus, cenſeatur ab aliis, quæ alibi reperiuntur excluſa. Et Alex. *conſil.* 16. *& conſ.* 128. *volum.* 1. Lap. *in allegat.* 91. *nu.* 7. & *ibi* Quintil. Mandoſ. *in addit. in litera* P. Card. *conſil.* 2. Corn. *conſ.* 202. *num.* 11. *volum.* 2. *& conſil.* 162. *num.* 6. *vol.* 3. Iaſ. *conſil.* 163. *per totum. vol.* 2. *& in l. ex coniunctis, num.* 215. *ff. de leg.* 3. Gozad. *conſil.* 49. *num.* 8. Curt. Iun. *conſil.* 110. *num.* 7. Pariſ. *conſil.* 68. *num.* 9. *volum.* 2. omnes indiſtincte firmauerunt ſtatutum non extendi ad bona in alieno territorio ſita, & plerique ex eis planum faciunt iſtam eſſe communem opinionem: cui inhæret Rota Romana, atteſtante Puteo, *deciſ.* 357. *lib.* 1. *& hæc eſt quæſtio* Bar. *in l. cunctos populos, num.* 42. *C. de ſumma Trinit. & fide cathol.* qui in ſua diſtinctione eſt communiter reprobatus, vt in medium reſeruauit Curt. Iun. *conſ.* 5. *nu.* 42.

Com. opin.

Com. opin.

¶ Secundus vero caſus eſt, quando defunctus ſtatuto erat quidem ſubditus, ſed tam is, qui vult ſuccedere, quam fœmina excluſa, ſunt forenſes. Et in hoc caſu Ruinus *de ſtat. fœmin. & cogn. lin. à ſucceſſione excludit.* ... 6. *prima quæſt. num.* 26. *verſ. In hoc difficult.* ... Iun. *conſil.* 25. *num.* 15. *volum.* 3. & Ruinus *conſil.* 48. *num.* 1. *volum.* 3. tenuerunt, quod fœmina non excludatur. Mens enim ſtatuentium non eſt ſtatuere in commodum illorum, quibus incommodum, & damnum præſtare non poſſunt. Natta, *conſil* 148. *num.* 1. *volum* 1. Nam in huiuſmodi ſucceſſione, quæ ab inteſtato per ſtatutum defertur, habenda eſt ratio vocatorum, non autem defuncti, vt concedit Alexand. *conſil.* 100. *num.* 2. *volum.* 3. Et vt idem Alex. inquit, *conſ.* 44. *num.* 15. *vol.* 5. requiritur, quod & perſona defuncti, & is, qui vult ſuccedere, ſint ſubditæ ſtatuto, & Alexandrum ſequitur Pariſ. *conſ.* 12. *nu.* 26. *vol.* 3.

¶ Tertius caſus eſt, quando & defunctus, & fœmina, & is, qui vult excludere, ſunt forenſes. Et iſte eſt caſus, in quo conſuluit Ruinus *in d. conſil.* 48. *volum.* 3. qui firmat, fœminam non excludi: cuius opinio adiuuatur, & optima ratione. Quia forenſes non debent gaudere beneficio ſtatutorum. Bruhus *in d. articul.* 6. Pariſ. *vbi ſupra*, & Tiraquel. *in tractat. de primigen. quæſt.* 44. *num.* 4. & etiam ex his, quæ ſupra adducta fuerunt; & in hoc caſu loquitur etiam Bart. *in d. quæſt.*

¶ Quartus caſus eſt, quando perſona, quæ venit excludenda, eſt ſubdita ſtatuto, forenſis autem ille, qui prætendit ſuccedere, & excludere. Et hoc caſu Alex. *conſ.* 131. *nu.* 3. *&* 14. *vol.* 7. concedit, quod forenſis ſuccedit de iure communi: cum per ſtatutum ſit remotum obſtaculum fœminæ: ſed contrarium firmauit *conſ.* 41. *per totum, eod. vol.* & hoc caſu Rota Romana tenuit in cauſa Parmen. de Valentibus, forenſem non excludere perſonam excluſam à ſtatuto; cuius tamen præcipua intentio fuit excludere nubentes extra territorium, non autem includere conſanguineos.

¶ Quintus caſus eſt, quando is, qui vult excludere & fœminæ ſunt ſubditæ ſtatuto, defunctus autem forenſis. Et hoc caſu conſuluit Ruin. *conſ.* 195 *num.* 5. *vol.* 2. fœminam non excludi, licet male, ſecundum aliquos ex præcitatis Doct.

¶ Sextus igitur & vltimus caſus eſt, quando is, de cuius hæreditate agitur, eſt forenſis: perſona autem, quæ vult excludere, eſt ſubdita, & incola, & fœminæ ſunt forenſes. Qui caſus cum in ſpecie diſcuſſus, & deciſus non reperiatur, authoritatibus decidi non poteſt, ſed rationibus, in quibus Doctor. inter ſe diſcordes reperio, qui enim aſſeuerant ſubditum, & incolam poſſe excludere ſorores, mouentur primo: Quia cum ſubditus, tanquam incola, debeat gaudere beneficio ſtatuti, & intentio ſtatuti ſit, non tam excludere fœminas, quam includere maſculos: cum excluſio oriatur propter incluſionem; vnde ipſe poteſt ſui incluſionem, tanquam id, quod fuit principium in mente ſtatuentium, allegare, contra forenſem, dicentem excluſionem ſibi non obſtare. Secundo, ſi cum vterque eſſet ciuis, maſculus excluderet fœminam, multo magis dicendum eſt, quod ex tacita ſtatuentium mente excludat forenſem non agnitam à ſtatuto, & ideo male conſuluit Alexand. *conſil.* 44. *volum.* 5. *vt ibi in additione.*

¶ Tertio, cum Bart. diſtinctio *in d. l. cunctos populos, num.* 42. quod ſi ſtatutum loquatur in perſonam, ſi defunctus erat forenſis, ſtatutum non liget: ſi autem ſubditus ſtatuto, ſecus, ſit communiter reprobata,

neceſſe

neceſſe eſt, quod Doct. noluerint conſiderari perſonam defuncti, & reprobent Bar. etiam quando defunctus eſſet forenſis. Doctores enim vt plurimum generaliter loquendo reprobant diſtinctionem Bar. & conſequenter intelligunt ſtatutum habere locum ſiue defunctus ſit forenſis, ſiue ſubditus, Cyn. *in d. l. cunctos populos. colum. fin.* & Bald. *num. 17. cum ſequen.* Alex. *conſil. 19. num. 7. volum. 6. vbi apoſt. & eadem conſil. 44. vol. 5.* quando iſta eſt communis, & vera opinio, Soc. Iun. *conſil. 25. num. 8. cum ſeq. volum. 3.* Brun. cumulatiſſime *in loco præſtato*, Ioan. Lecirier, *de primogeni. lib. 2. quæſt. 7. num. 6.* Pariſ. *conſil. 84. num. 42. & ſequent. volum. 1.* Tiraquel. *de primogenit. quæſt. 46. num. 2.* qui *in fine d. quæſtionis* planum facit ita ſeruari in Gallia, & Natta, *conſil. 148. num. 1. volum. 1. & conſ. ſeq. num. 13 & conſil 14. volum. 3.* Et opinio hæc adiuuatur ex eo, quod perſona defuncti non videatur habenda in conſideratione, cum ſtatuentes prouideant non defunctis, ſed ſuperſtitibus. Reſpectu enim defuncti ſtatutum non poteſt diſponere, niſi de rebus: cum enim poſt obitum perſonæ tractetur de ſucceſſione ipſius, ipſa perſona non eſt habenda in conſideratione, ſed perſona potius, cui ſtatuentes prouidere voluerunt, alioquin nullus daretur caſus, in quo procederet antiquorum Doctorum opinio, & eorum, qui illos ſequuntur, qui conſtituunt communem opinionem, vt ex eorum numero *ſupra* allegato, vt ex authoritatibus eorum, qui teſtantur de communi, apparet, niſi detur iſte. Quarto, quia Doct. antiqui ea moti ſunt ratione, ſiquidem, ſtatutum quomodocunque ſit conceptum, ſemper de bonis diſponere Cyn. *in d. l. cunctos populos, cum aliis præſtatis*, & quamplures refert d. apoſt. ad Alex. *in d. conſ. 44. volum. 5. & in conſ. 16. volum. 1.* quæ dicit & explanat hanc rationem veram, & diſtinctionem Bar. verbalem. Nec illos mouebit maximus numerus, & caterua Doct. quos refert Rolan. *conſ. 24. vol. 3.* Alex. enim *conſil. 41. in fin. volum. 7.* quærit, an ſtatutum comprehendat clericum, idem *conſil. 131. num. 3. & 14. eo. vol.* loquitur iuxta quartum caſum, cuius contrarium tenuit *in d. conſil. 41. in prin.* & in his terminis procedit conſil. Bald. 460. *vol.* 1. & Sign. 168. loquitur in longe diuerſa materia, Abb. etiam *conſil. 52. num. 0 vol. 0.* quærit an ſtatutum reſpiciens ſolemnitatem actus, liget forenſem. Soc. *conſ. 97. vol. 1.* loquitur in ſtatuto habilitante notarium, & ſequitur opinionem Bart. quod ſtatutum loquens in rem, afficiat forenſem, idem *conſ. 132. volum. 2.* loquitur de ſtatuto habilitatore minorem. Corn. *conſil. 45. lib. 1.* ne verbum quidem, & *conſ. 152. eod. lib.* loquitur etiam in aliis terminis Iaſ. *conſil. 59. col. 2. volum. 3.* agit de ſtatuto, quod minor habeatur pro maiori. Aretin. *conſil. 54. colum. 2.* loquitur de ſolennitate adhibenda per mulierem. Tiraquel. *de leg. connub. Gloſſ. 1. nu. 225.* Menoch. *in l. fin. num 91. de iuriſd. omn. iudic.* Brun. *conſil. 20.* Alciat. *conſ. 84. num. 2.* Franc. Marci *deciſ. 155. in fine*, & Natta. *conſil. 47.* omnes tractant longe diuerſas materias ab iſta, de qua agitur, & Dec. *conſil. 276. col. 3. verſ. 2.* refert doctrinam Bart. ſed aſſerit, quod requirat altiorem indaginem, qui omnes ſi deducantur ex his, quos refert Roland. non admodum multi pro ſua opinione remanebunt. Præterea omnes ſequi videntur Bar. quando tam is, qui vult ſuccedere, quamuis is, qui vult excludere, ſunt forenſes, quorum opinio conuenit his, quæ primo, & ſecundo caſu ex ſupra diſtinctis dicta fuerunt, qui nihil habent commune cum propoſito: cum is, qui vult excludere, ſit ſubditus ſtatuto, & conſequenter ab eo vocatus.

¶ Qui vero contrariam opinionem tenebant, mouebantur, quod veniens ab inteſtato, venire dicitur ex tacita defuncti voluntate. *l. ſi quis cum nullum, & l. conſtituatur. ff. de iure codicill.* & illa voluntas defuncti cenſetur conformis ſtatuentium menti. Bar. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* quod nempe intelligendum eſt ſecundum legem ſuæ patriæ. Georg. Natta, *in tract. de ſtat. quæſt. 2. num. 36. verſ. 7. & 8.* Si igitur pater in propria patria potuit ſecundum legem ipſius patriæ vocare filias vna cum filio: ita & tacite, quod argumentum fuit Iacob. Butrig. *in d. l. cunctos populos in 3. col. verſ. Quidam dicunt.* & Sali. *ibidem, num. 13. & ſeq.* & Puteus *deciſ. 31. lib. 2.* licet non ſit deciſio, ſed votum particulare ipſius datum Ioanni Aloyſio Aragoniæ, qui ſecutus fuit opinionem Putei, & vidi in voto ſuo iiſdemmet rationibus, quæ leguntur *in d. deciſ.*

¶ Secundo arguebant à cauſa teſtati ad cauſam inteſtati, Bald *in l. precibus. C. de inoffi. dot* & Eue *ar. in loco à cauſa ſtati.* Sicut enim ſtatutum excluſiuum fœminarum ceſſat ſtante teſtamento, Alex. *conſil. 1. num. 2. in fin. & num. ſeq. volum 1.* Iaſ. *in l. fiendæ cipatio. num. 34. C. de collat.* & Ruin. *conſil. 144. num. 15. & conſil. 152. num. 3. vol. 2. cum aliis, de quibus* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verſ. Suſceperit liberos, num. 123.* ne filiæ fœminæ ſint deterioris conditionis, quam extraneus. Et quia ſtatutum diſponit in cauſa inteſtati, cuius diſpoſitio ex teſtamento refragatur: ita etiam debet ceſſare in cauſa inteſtati. Voluntas enim tacita teſtatoris habetur pro expreſſa. *vt in d. l. ſi quis cum teſtamentum nullum.* ponderanda ex ratione text. in illis verbis: *Intelligitur enim is quoque hæres ſcriptus.*

¶ Quibus in contrariam partem inclinantes reſpondebant, quod opinio Sali. reprobatur per Doct. & Bald. *in d. l. cunctos populos, num. 17.* & Alexandrum, *conſil. 128. colum. 3. volum. 1.* & Corn. *conſ. 162. prope finem. volum. 3.* & quod in caſu Putei defunctus erat ciuis & inter forenſes de ipſius ſucceſſione agebatur, ſecundum terminos ſecundi caſus ſupra conſtituti: hic vero verſamur in caſu, in quo ciuis vult excludere forenſes à ſucceſſione bonorum illius, qui non erat ſubditus ſtatuto, ſed habebat bona in territorio ſtatuentium, & allegabant ad hoc præmemoratam deciſio Putei, 357. *lib. 1. incip. Dubitatum ſuper 2. Octob.* & in Rota fuiſſe reſolutum teſtatur, quod ſtatutum Parmen. excluſiuum fœminarum non porrigitur ad bona exiſtentia extra territorium, quæ Rotæ deciſio vna cum opinione omnium, qui firmant ſtatutum non extendere vires ſuas vltra ſuum territorium neceſſe eſſet concludere, quod ſit falſa, ſi præſumendum eſt mentem teſtatoris decedentis ab inteſtato fuiſſe conformem ſtatuto patriæ ſuæ, & ita indirecte ſtatutum habebit locum extra ſuum territorium.

¶ Quo vero ad argumentum à cauſa teſtati ad cauſam inteſtati, aſſerebant Doctores ipſi, quod ex eo ſequeretur, quod nunquam daretur caſus, in quo ſtatutum excluſiuum fœminarum locum haberet. Nam ſi ex præſumpta mente teſtatoris deberet ceſſare diſpoſitio ſtatuti, ſicut per expreſſam, certe daretur præſumptio, quod ex æqualitate: & conſequenter erga filios vtriuſque ſexus defunctus ab inteſtato ex æquis portionibus ſemper vocaſſet maſculos, & fœminas, & eo magis, cum mens ipſius adiuuetur ex diſpoſitione *l. maximum vitium C. de lib. præter.* quæ cum ſit clara, adiuuat dubiam defuncti mentem, ex quo ſtatutum redderetur eluſorium, quod eſt abſurdum. Ruin. *conſil. 160. num. 4. vol. 4. cum multis ſimilibus.*

¶ In hac igitur quæſtione, plena ſentibus, & ſpinis, in qua certatim omnes ita variant, vt difficulter eius rei exitum inuenire poſſim, videndum eſſe duxi de veritate opinionis Salic. *in d. l. cunctos populos. n. 14. verſ. Si vero bona. C. de ſumma Trinit. & de fide cathol.* an ſit vera, vel pro ipſa, & an contra ipſam ſit communis opinio: & infiniti prope Doct. ruminantes hunc tenebroſum, diſputabilemq́; articulum in medium reſeruarunt illam eſſe communiter reprobatam, & præſertim Tiraquel. *de primogenit. quæſt. 46. num. 15. & 23.* & contra illam vigent duæ concluſiones pariter communi calculo receptæ, videlicet, quod ſtatutum non porrigat vires ſuas extra ſuum territorium, magis communem pateſacit Grauer. *conſil. 30. num. 3.* qui plures refert Rub. Alexand. *conſil. 71. in vlti. dub.* & Tiraquel. *in loco allegato, num. 1. & ſequen.* & hanc opinionem ſecuta fuit Rota Romana *in deciſ. Puteí 355. lib. 1.*

Cōis opin.

¶ Altera etiam eſt, quod ſtatutum, ſiue ſit conceptum in perſonam, ſiue in rem, ſemper afficiat bona contra diſtinctionem Bart. ſicut conſuluit doctiſſime quidem Iacob. Beretta, *conſil. 123. viſis actis, vol. 1. & conſil. 119 in facti ſpecie,* quam opinionem eſſe communem teſtantur allegati *in diſcurſu in 3 fundamento,* Doctorum aſſeuerantium, ſtatutum excluſiuum fœminarum habere locum, etiam quando teſtator, & perſona excluſa ſunt forenſes: quæ opinio vix poteſt habere locum in alio caſu, præterquam in hoc, in quo verſamur, vt ex diſtinctione caſuum, quæ habetur in diſcurſu, videri poteſt. Quo vero ad veritatem rationis, quæ per Salycet. allegatur, pariter explanauerunt Doct. illam ſubſiſtere: nititur enim in diſpoſitione *l. conficiuntur. ff. de iur. codicill.* vbi hæredes venientes ab inteſtato, ideo intelliguntur inſtituti ex teſtamento, quia creditur, quod teſtator relinquendo ab illis fideicommiſſum, illos hæredes inſtituerit: quæ ratio Baldo, Corneo, & aliis allegatis in diſcurſu non placet: quia hæc eſt præſumptio, & ſupra præſumptionem diſpoſitio: & ideo Gloſſ. *ibi in verſic. Creditur,* dicit, quod non admittit probationem in contrarium, ex quo Bald. *ibi* colligit, quod ſi defunctus reputauerit hæredem ab inteſtato indignum, & inteſtatus deceſſerit, ipſe hæres ſuccedet perinde, ac ſi fuiſſet inſtitutus, non obſtante reputatione defuncti. Lex enim eſt, quæ defert hæreditatem decedentium ab inteſtato, *l. ſecunda. §. hac autem bonorum. ff. vnde legit. & §. primo, inſtitut. de hered. quæ ab inteſtato defer.* ibi in illis verbis: *ex lege duodecim tabularum,* quæ denotant eam immediatam.

Cōis opin.

Vnde licet perſona defuncti ſit cauſa mediata, tamen immediata debet attendi Sarn. *in reg. de iur. quæſt. non tollen. quæſtio. 3. prope fin. verſic. Et hoc plurium,* cum aliis congeſtis per Tiraq. *in tract. ceſſan. cauſa limit. 20. num 6.* Et ideo non à teſtatore, ſed à lege dicuntur habere titulum Bald. *in l. ſi emancipati, nu. 11. C. de collat.* Ioan. de Gatron. *in repet. auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. num. 7 & ſeq.* Non enim poteſt dici inſtitutus, licet veniat ex tacita mente defuncti. Mat. Salom. *in repet. l. Gallus, in princ. nu. 39. ff. de lib. & poſthum.*

¶ Præterea ſicut ex præſumpta mente defuncti non poteſt argui, quod in bonis in alieno territorio exiſtentibus ſuccedatur, ſecundum ſtatutum ſuæ patriæ, & originis: quia cenſetur conformare ſecum diſpoſitione iuris communis, quod ſtatuta non porrigant vires ſuas extra territorium: ita iſte forenſis cenſebitur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis volentis, quod ſuccedatur ſecundum ſtatuta locorum, in quibus ſita ſunt bona, cum præſumatur quodammodo hæc ſtatuta ſciuiſſe: quia de illis ſaltem in genere potuit cogitare. Aretinus *conſil. 11. num. 4.* Alexand. *conſil. 33. num. 29. & ſequent. vol. 2.*

Ex alio etiam tollebant Doctor. diſpoſitionem *d. l. conficiuntur.* vt non mirum ſit, ſi ſibi ex fideicommiſſo iniuncto hæredibus ab inteſtato iidem ex teſtamento cenſeantur inſtituti: quia cum aliter grauari non poſſint, *l. ab eo. C. de fideicom.* in neceſſario antecedens cenſetur eos teſtator honoraſſe. Sicut dicitur de ſeruo ſimpliciter hærede inſtituto, cui neceſſarium eſt relicta libertas, de qua nulla fuit habita mentio. *l. quidem. C. de neceſſ. ſeru. hered. inſtituen. §. 1 inſt. quib. ex cau. manu. non licet.* Non quippe obſtant authoritates, quæ allegantur ad probandum, quod quando teſtator eſt forenſis, ſtatutum loci, in quo ſita ſunt bona, non debet attendi: quia Ruinus *conſil. 48. volum. 3.* reſpondet in caſu, quo & defunctus, & is qui volebat excludere, & fœmina excluſa erant forenſes. Idem *conſil. 49. num. 5. eod. volum.* recedit ab opinione pro qua allegatur, *num. 7.* idem *conſil. 39. num. 16. verſ. Nec prædictis, volum. 4.* loquitur in caſu, quo teſtator erat ſubditus, & bona erant in territorio ſtatuentium, Iaſ. *conſil. 80. num. 3. volum. 3.* videtur facere in contrarium, dum vult in ſucceſſione habentis bona in diuerſis locis attendi debere ſtatuta vniuſcuiuſque loci. Grat. *conſil. 21. num. 30. volum. 1.* fuit potius in contrarium, dum firmat, quod attendatur perſona filii ſubditi ſtatuto excludenti matrem, non autem matris forenſis, & hanc opinionem dicit magis communem, Alexand. *conſil. 19. num. 7. volum. 1.* propoſuit caſum, quando defunctus ratione incolatus erat ſubditus ſtatuto: nos autem verſamur in defuncto forenſe. Cōis opin.

¶ Præterea ipſe teſtatur de communi, quod ſtatutum, ſiue ſit conceptum in rem, ſiue in perſonam, ſemper afficiat ipſas res, idem *conſil. 44. volum. 5.* reprobatur per addit. Curt. Iun. *conſil. 5. num. 42. verſ. Ad ſeptimum,* meminit de communi concluſione diſtinctionis Bart. Et licet aſſeueret, quod debet attendi domicilium viri: tamen adiicit copulatiue. & vbi bona ſunt ſita, nam ſi ſimpliciter attendi deberet locum domicilii, ſequeretur, quod adhæreret opinioni, quam ipſemet reprobatam communiter teſtatur, & Buttigarii, qui pariter communi voto Doctorum omnium reiicitur Bero. *conſil. 60. nu. 30. & ſequen.* loquitur in diuerſo ſtatuto, videlicet, prohibente aliquid relinqui.

Et mouetur, quod ſtatutum loquens in perſonam, non afficiat forenſem, & non ex ratione Salice. Sociu. *conſil 36. num. 4.* ſequitur opinionem Saliceti, quod ſtatutum loci originis porrigat vires ſuas extra territorium, quæ eſt damnata, Natta, *conſil. 581. num. 24. volum. 3.* eſt merus relator opinionum, & de veritate illarum nihil affirmat, ſed vnamquamque earum ſupra quo conſuluit, dicit applican. & ita Cephal. *conſil. 309. num. 68. volum. 3.* Riminald. *conſil. 268. num. 14. volum. 2.* nititur ea ratione, quod defunctus cenſetur relinquere bona venientibus ab inteſtato, quibus contra ſuam voluntatem non poteſt adimere hæreditatem: quæ ratio falſa vtique eſt.

Cum diſponendo de rebus ſtatuta ligent etiam forenſes: vt inquiunt Doct. omnes. Paril. *conſ. 3. n. 84.* ſequitur diſtinctionē Bart. quę vt plures dictum fuit diſcernitur aperiſſime cōmuniter reprobata. Grau.

conſ.

conſ. 271. *num.* 4. conſuluit in ſtatuto dante formam actui. Votum Putei *inter ſuas deciſiones* 31. *lib.* 2. continet diuerſum caſum à propoſito, videlicet, quando defunctus erat ſubditus ſtatuto. Et non ſequitur, quod rationes, quas ipſe ſequutus extiterit, fuiſſet etiam amplexus, quando defunctus eſt forenſis, & is, qui vult excludere, eſt ſubditus. Ex quibus reducendo omnia, quam ſimpliciſſime ad veras, & genuinas ſententias concurro cum regula, quod quando defunctus, & perſona ſunt forenſes, is vero qui agit ad excluſionem ſubiacet ſtatuto excluſiuo fœminarum excludat ſorores vigore, *l. maximum vitium. C. de lib. præterit.* prætendentes ex æquis portionibus cum fratre ſuccedere.

Cōe opin.

61 Erit in materia † ſupradicti ſtatuti de filia, per tale ſtatutum excluſa, præterita à patre in teſtamento vide Capram *conſil.* 117. *ſubſcripſi me cuidam conſilio*, vbi filiis institutis, filia dotata, præterita in teſtamento, clauſula codicillari appoſita, admittitur filiis mortuis, Et tanquam præterita, rumpit teſtamentum, prout clauſula ipſa codicillaris: *ſi non valet, vel valebit*: operatur etiam poſthumo ignoranter præterito, ſecundum deciſionem Rotæ Romanæ, relatam per Puteum, *deciſ.* 234. *die* 27. *Februarii*, *lib.* 2. & communem opinionem relatam per Diaz. *reg.* 90.

62 Et nihil mirum, cum hęc clauſ[illegible] codicillaris, appoſita in teſtamento, nihil ope[illegible] [illegible]enſeatur appoſita ex capite notarii potius, [illegible] voluntate, ac deliberatione teſtatoris, cu[illegible] [illegible] effectu non fuerit alter cogitatum, vt per [illegible] [illegible] 1. *quaſt.* 6. *ff. de iure codicillorum*, Barbatium, *in c. R*[illegible] *ynaldus, char.* 56. *de teſtam. conſ.* 52. *col.* 7. *& conſ.* 58. *col.* 6. *vol.* 4. Curt. Sen. *conſil.* 66. *col.* 7. Goxadinum, *conſ.* 80. *in hac cauſa de pluribus eſt videndum, ſub nu.* 15. Ancha. Iun. *in ſuis familiarib. quæſtionib. quæſt.* 11. *ſub num.* 14. *& ſeq. in prima part. lit.* a. Marium Frecciam, *in tract. de repræſentatione inſtrumentorum, ſecundum formam ritus magnæ curiæ vicariæ, quæſt.* 15. *nu.* 10. *in* 9. *parte*, & per Matthæum Brunum *conſ.* 116. *num.* 70. *vol* 2. vbi concedit etiam, quod clauſula illa operetur in omnem euentum circa alios effectus, à iure attributos, non autem extendatur vltra effectum ſuum. In contrariam vero partem, videlicet, quo clauſula codicillaris appoſita in teſtamento videatur appoſita ex tacita mente teſtatoris, inclinauere quamplurimi Doctores, congeſti per Tiraq. *in tract. de iure conſtituti poſſeſſori, in* 3. *part. limitatio.* 31. *nu.* 12. *& ſeq.* vbi annectit etiam opinionem iſtam eſſe communem, imò reducere quoq; ſtudet ad concordiam eo in loco ambas iſtas opiniones, poſt Galliaul. *in l.* 2. *ff. de verb. oblig.* quod cum clauſula ea id importet, quod re ipſa non eſt contra mentem teſtatoris, tunc ſtandum eſſe huic clauſulæ, ſed ſi clauſula veriſimiliter foret contra mentem teſtatoris, eo caſu nihil operetur, prout iſta eſt veritas, & ſperata, expeditaque reſolutio, imo ad hunc ſcopum reducitur finaliter, tota præſens ſpoliatio.

63 Sed ſi pater conderet teſtamentum, † & nullum filium haberet maſculum, ſed tantum fœminas, & instituerет aliquas ex eis hæredes, præterita vna tantum filia in ipſo teſtamento, tanquam dotata, an ea ita præterita, poſſit illud tunc rumpere? Pro parte hæredum ſunt qui dicunt, nos eſſe in claris, virtute conſtitutionis regni *in aliquibus*. diſponentis, filiam maritatam, & à patre dotatam, excludi ab eiuſdem patris ſuc[illegible]ſſione: ſemel igitur excluſa, ſemper cenſetur excluſa, vt per Bal. *in l. ſed etſi quis. C. de ſecun. nupt.* ſed ius huius argumenti militaret vtique, niſi allegata conſtitutio annexa haberet verba temporalia, ſunt enim fœminæ excluſæ, ſtantibus maſculis, vt expreſſe verbis eiuſdem cauetur, cuius diſpoſitio, non obſtantibus maſculis, vt in caſu noſtro, ceſſat per textum *in c.* 1. §. *ſimiliter, ſi primo. de Capitu. qui cur. vendi.* quem allegat And. de Iſern. *in c.* 1. *de nat. ſucc. feud.* D. Vincent. de Franchis, *deciſ.* 32. *num.* 3. Roma. *in l. ventre. ff. de acquiren. hæred.* & Calcaneus *conſil.* 81. & ſic patet, non eſſe fœminas excluſas à ſucceſſione parentum, ſed bene impeditas propter maſculos, quod impedimentum ceſſat in præſenti caſu, quia omnes filiæ ſunt fœminæ, nec vllus extat maſculus, & ideo filia præterita dicit, dicereque poteſt teſtamentum nullum, vt per Dec. *conſ.* 181. *n.* 1.

Secundo adducunt quoq; rationem ii, † qui ſcriptos hæredes defendere conantur ex Bart. *in l.* 1. §. *qui habeat. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.* vbi excluſa à ſtatuto præterita, non dicit teſtamentum nullum, quod confirmat Afflict. *in d. conſtit. in aliquibus, n.* 54. *& ſequent.* Sed recognitis verbis vtriuſque, apparebit eadem ſolutione tolli. 64

Tertio † fundantur ex conſtitutione ſimiliter regni, *vt de ſucceſſionibus*, vbi filia in capillo, excludit maritatam, & dotatam, inferuntque ob hoc, quod ſi teſtator eam præteriit, hoc fecit iure permittente, conſequenterque eius teſtamentum non mereri dici nullum, fieri præſertim authoritate *l. Gracchus. C. de adulter.* Lex *tamen, vt vim. ff de iuſt. & iur.* tollit hoc argumentum; quia qui vult vti legis auxilio, finem ſeruare debet, finis autem prædictæ conſtitutionis non eſt ſeruatus in præſenti teſtamento, cum nulli maſculi extabant, ergo retorquenda eſt in eum dicta conſtitutio, tantoque magis, quod ſi verum inſpiciamus, vt Afflicti deciſio ibi dicit, eadem conſtitutio de feudis quaternatis loquatur, & non de Burgenſaticis, vt And. de Iſer. pariter animaduertit, & quanta ſit differentia inter libertatem, & ſeruitutem, nemo eſt qui neſciat, mihi placet adducta ab And. de Iſer. *in c.* 1. § *huius autem generis. Ex quibus cauſ. feud. amitt. & in pleriſque aliis locis.* & cum nihil commune habeat feudum cum allodiis, illatio nulla inter vtrunque fieri debet, argumento *l. naturaliter*, §. *nihil commune. ff. de acquiren. poſſ. & l. Papinianus exuli. ff. de minoribus.* 65

Quarto † etiam loco, ii qui putant, exploſa iuris ſubtilitate, & apicibus, veritatem ſe attigiſſe, adducunt deciſionem ſacri conſilii, 158. relatam per Afflictum, quam ſynodalem appellant, ibi enim pater aliis filiis inſtitutis hæredibus, filiam à ſe dotatam præteriit: & tamen, quod non poſſit dicere teſtamentum nullum, ab illis ingenii acutiſſimi patribus conſcriptis, communi voto, nomine regiæ, & catholicæ maieſtatis pronunciatum eſt: ſat enim eſt dotatum eſſe de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, vt aduertit Minad. *in d. conſtitutio.* & alii quamplurimi deciſionarii Regni: verum enimuero ceſſante ratione legis, ceſſabit & ipſa lex, *l. fin. ff. ad Syllea. l. etſi maritus*, §. *ſcripſi. ff. de adult. & l. fin. C. de praſcript. long. temporis*, at ſacrum conſilium videtur eo in loco, patrem habuiſſe filium maſculum, & fœminam dotatam, & à ſe maritatam, quam conſulto in ſuo vltimo teſtamento præteriit; merito itaque iudicauit contra filiam, quia militabat diſpoſitio conſtitutionis *in aliquibus*. at in caſu noſtro, nulli extant maſculi, rationabiliter itaque præterita dicit teſtamentum nullum. 66

Quinto, & † vltimo afferunt quoque illud terribile obſtaculum, filiam ipſam maritatam, dotatam, atq; præteritam, virtute allegatæ conſtitutionis Regni, non eſſe ſuam, vtpote quia ſicut exhæredatus non eſt ſuus, pari ratione filia excluſa à ſtatuto, non 67

eſt

eſt ſua, ita Bar. in l. 1. *ff. de ſuis, & legit. hered.* & hinc Baldum volunt dixiſſe in *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* hanc non poſſe dicere teſtamentum nullum, quod etiam reſpondiſſe dicunt Aretin. *conſil.* 19. Bal. *conſ.* 329. *num.* 34. & 40. *vol.* 1. *vol.* 3. Soc. Iun. *conſ.* 103. & *conſ.* 328. Guid. Pap. *deciſ.* 498. & legendu Alex. Paul. Caſtren. & Dec. *in l. filia dotem. C. de collationib.* Iaſ. *in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.* & Napodon. *in conſuetud. ſi moriatur.* hancque communem ſimiliter dicit Brunus *in tractat. ſtatu. exclud. fœmin.* 2. *art. quæſt.* 7.

Cæterum hæc nullatenus nobis aduerſantur: non enim ita filia deſinit eſſe ſua, quia ſtatutum eam non ſimpliciter excludit, ſed mandat dotari, de paragio:
68 quis † autem negabit paragium eſſe loco legitimæ? & quis inficiabitur non dici exhæredatam illam filiam, cui debetur legitima? ita Brunus eo in loco limitat communem opinionem, & Alexan. & Iaſon *in l. ſi emancipati. C. de collationib.* vnde remanet ſua, & capax eſt ſucceſſioni, etſi repertatur præterita, dicit teſtamentum nullum, ita Capicius, *deciſion.* 176.

69 Tantoq; magis † cum iſta filia non reperiatur renunciaſſe paternæ, nec maternæ ſucceſſioni, quare exploſa iſta opinione, concurro cum Decio, *conſ.* 105. *conſil.* 296. *conſil.* 319. *conſil.* 334. *conſil.* 378. *conſil.* 505. cum Bal. *conſil.* 57. Corneo, *conſil.* 81. Alexandro, *conſil* 168. *volum.* 5. & cum Aquilino, Ruino, & cæteris *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* hancque opinionem principaliter fundo *ex auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis*, ac etiam per textum *in l. inter cætera ff. de liber. & poſthum.* præmiſſo, quod de iure communi filia maritata non deſinit eſſe in patris poteſtate, ita Gloſſ. aurea, *in §.* 1. *in ver. parentum, inſtit. de ſenatuſconſult. Tertull.*

70 Comprobatur etiam † ſecundo hæc eadem opinio, quia vnica eſt ratio inductiua ſtatuti, vt bona conſeruentur in familia, ſed in præſenti hæc cauſa eſt redacta ad non cauſam; ergo ſumus in terminis iuris communis ſecundum quod filia præterita dicit teſtamentum nullum, vt per Alex. *conſ.* 64. *volum.* 2. & Dec. *conſ.* 26.

71 Tertio facit itidem, † quia illud, quod conceſſum eſt maſculo, vt maſculo, denegatur fœminæ, quia non eſt eadem ratio concedendi, *l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrim.* vnde dempto maſculo, demitur priuilegium, & ſeruanda eſt æqualitas inter ſorores, & ſic filia maritata, atque dotata, collata dote, pariter ſuccedit cum cæteris ſororibus, vt per Afflict. *in prælibata conſtit. in aliquibus, nu.* 39.

72 Quod fortificatur etiam quarto, † quia ſi filia ſit maritata à patre, & eius frater mortuus ſit, relicta filia, iſta ſoror ſuccedit patri, collata dote, pro æquis portionibus cum nepte, prout ita multoties deciſum fuiſſe in facto conſilio referunt Capyc. *deciſ.* 21. & Grammat. *deciſ.* 63.

Poſtremo † ſuſtentatur quoq; huiuſmodi opinio
73 iſta robuſtiſſima authoritate, nam ſtatutū excludens fœminas propter maſculos, intelligitur extantibus maſculis, qui patri ſuccedant, alias fœminas non excludit, ita Bar. in *l.* 2. §. *ſed etſi ſunt ſui. ff. ad Tertull.* in *l.* 1. §. *ſi filius, ff. de contra tabul.* & *in l. liberor. ff. de ver. ſignifi.* & Dec. *conſ.* 87. & *conſ.* 114. & hoc vtiq; diſponit conſtitutio allegata, *in aliquibus*, quæ conſideratione generis, & familiæ, per mentem ſtatuentium ceſſat in caſu noſtro, reducitur q; ad diſpoſitionem iuris cōmunis, *l. cum notiſſimi. ff. de liber. & poſthum.* vt minus lędat ius commune, vnde iſte caſus, vel eſt præuiſus, & prouiſus ab ipſa conſtitutione, vt non ſtantib. maſculis fœminæ ſuccedant, vel non, & ſumus in caſu *d. l. inter cætera.* & ita demum iudicatum fuit *anno* 1598. in ſacra regia Audientia Barenſi, me exiſtente in ea iune auditore, & cauſæ commiſſario, ad fauorem Hippolitæ Vulpicellæ, maritatæ, ac dotatæ per Cæſarem Vulpicellam, eius patrem, atq; præteritæ per eum in ſuo vltimo teſtamento, vt ſuccedere æqualiter deberet ſimul cum Dorothea, Regina, & Angela aliis filiabus, & ſuis ſororibus inſtitutis, collata dote per eam, & annullato pariter teſtamento paterno, patrocinanteque in cauſa hac eo tempore, & victoriam reportante D. Fabio Cannalonga, & ſummi ingenii, atque eminentis ſcientiæ iuriſconſulto.

Et † quemadmodum, vt ſupra, *num.* 62 oſtendi- 74
mus. Notarius apponens clauſulam codicillarem in teſtamento, videtur eam appoſuiſſe ex ſuo cerebro, non declarata ea teſtatori, ita quoque, ne iſta materia, tam vtilis, & frequens imperfecta remaneret, notarius tenetur quoque certiorare minorem, cum renunciat beneficio reſtitutionis in integrum, & filiumfamilias, renunciantem beneficio Senatusconſulti Macedoniani, ac etiam mulierem, renunciantem Velleiano, vt per Cæpollam *in cautela* 196. *notarius ſcripſit inſtrumentum. in princ.* & Marſil. etiam, cum aliis aggregatis per eum, *in repet. rub. ff. de fideiuſſorib. num.* 37. & *ſeqq.* vbi rationabiliter determinat, quod in qualibet renunciatione requiratur etiam certioratio notarii.

Tunc enim, † facta certioratione, in omnibus his 75
caſibus per notarium, ei vtique credendum eſt, tanquam perſonæ publicæ, vt per Bar. Ang. & alios vniuerſaliter omnes, *in l. ſciendum. ff de verb. oblig.* Albert. *in l. fin. §. ſi miles. ff. ad Velleian.* & *in l. fin. §. fin. ff. ad Trebell.* & *in l.* 2. *C. de hered.* Ioan. de Imol. *in repet. c.* 5. *cum contingat. col. fin. Extr. de iureiur.* & Cæpoll. *cautela* 197. *dictum eſt in præcedenti cautela*, vbi *ſub num.* 2. annectit etiam, hoc communiter teneri, & tradit reſponſum omnibus obſtaculis contrariis, & huic opinioni aſſentitur quoque in terminis, tanquam veriori, Bertan. *conſ.* 103 *circa proceſſum, nu.* 46. & *ſeq. vol.* 2. *in* 1. *parte.*

Sed † vbicunque notarius aſſereret in inſtrumen- 76
to, ſe certioraſſe aliquem de beneficio ſibi competente, atque illum ita renunciaſſe, & interrogaretur tunc à iudice, quale ſit illud beneficium, & reſponderet ſe ignorare, tunc ob hoc, inſtrumentum ipſum redderetur nullum, & huiuſmodi renunciatio non valeret, ita Alberic. de Roſat. *in l. fin. § ſi mulier ff ad Velleian.* cuius opinioni aſſentitur Marſil. *in repet. rub ff de fideiuſſorib. nu.* 39. *cum aliis multis ſeq.* vbi eam vocat ſimiliter veriorem, atque tuetur etiam quamplurimis rationib. reſpondetque ſimul omnibus obſtaculis contrariis. Alex. vero *in l. ſciendum col.* 7. *ff. de verb oblig.* & Raph. Fulgoſ. *in d. l. fin. § ſi mulier*, inclinantes in contrariam ſententiam, tanquam tutiorem, quod talis reſponſio notarii non attendatur, & quod nullum præiudiciū afferri poſſit illi, in cuius commodum facta eſt renunciatio, & hanc quoque opinionem, robuſtiſſimis rationibus commendat Cæpolla, *in cautela* 196. vbi prudenter admonet, inſtruitque contrahentes, vt per notarium, in contractu celebrando inter eos, exprimatur id, quod contineant huiuſmodi beneficia, & ita per cautos notarios in regno hoc paſſim obſeruatur, ad tollendas omnes, & quaſcunque altercationes, quæ circa hoc oriri poſſent, & ita conſuluit etiam Bertan. *in prælleg. conſ.* 103. *n.* 46. & *ſeq. vol.* 2. *in* 1. *parte*, credendum videlicet eſſe aſſertioni notarii, cum in inſtrumento reperiatur, legiturque, quod Titius dixerit, & aſſeruerit ſe fuiſſe veraciter inſtructum

infan-

informatum, & certificatum de ſubſtantia, vigore & virtute inſtrumenti, & de omnibus, vniuerſis, & ſingulis clauſulis, capitulis, & aliis omnibus in eo expreſſis, deſcriptis, recitatis, & contentis.

77 Et † tunc ſine omni dubio, quicquid appoſuit notarius in inſtrumento, quod reſpicit factum partis præſumitur appoſuiſſe de aſſertione, & voluntate partium, ita Bal. *conſ. 263. verba, col. 1. vol. 1. & in l. 1. circa fin. C de priuil. dot.* Bar. *in l. ſi quis filiabus. ff de teſtam. tutel.* Rom. *conſ.* 176. *ampliſſima, num.* 6. Dec. *conſ.* 450. *& conſ.* 639. *col.* 2. Curt. Senior *conſ.* 49. *memoriæ recolenda, poſt num.* 75. Grat. *conſ.* 112. *viſis dubiis, num* 27. *vol.* 2. Alc. *in tract. de præſumption. lib.* 3. *præſumption.* 13. Guid. Pap. *conſ. ſi factum tale eſt, ſub num* 5. & Iacob. Mandel. *conſ.* 59 *quamuis in præſenti caſu, nu.* 7. *& ſeq.* Si vero deſideras habere perfectam notitiam atque explanationem ſupradictæ clauſulæ codicillaris, recurrere poteris ſupra ad opinionem 461. *legitima, matri, per ſubſtitutionem pupillarem excluſa, non debetur, num.* 23. *cum aliis quamplurimis ſequentibus.*

OPINIO DCCCXIII.

SVMMARIA.

1 *Filius faciens teſtamentum in caſibus à iure permiſſis tenetur parentes in aliquo hæredes inſtituere; alias teſtamentum eſt nullum.*
2 *Legitima cur debeatur parentibus in bonis filii.*
3 *Teſtamentum filii in quo mater ſine cauſa eſt præterita eſt ipſo iure nullum.*
4 *Legitima matri debita in bonis filiorum an per ſtatutũ tolli poſſit.*
5 *Legitima filiorum, an ſtatuto tolli poſſit, diſtinguitur numer. 6 & 7.*
8 *Statutum an ex certa cauſa legitimam tollere poſſit.*

1 INSTITVTIO † patris, & matris eſt neceſſaria de iure communi in teſtamento filiorum: vnde filius faciens teſtamentum in caſibus à iure permiſſis, tenetur parentes in aliquo inſtituere hæredes: quia illa prætermiſſis teſtamentum viribus caret. § *ſine igitur & §. hac autem diſpoſitum, in authent. vt cum de app. cognoſ.* notat Calder. *conſ.* 5. *an ſi teſtator. in tit. de teſta.* Bal. *conſ* 84. *veritas, lib* 4. & hæc eſt communis opinio: vt conſtat ex congeſtis per Scriben. *in authentica non-ſiti. C. de inoffi. teſtam.* & per Barbat. *in cap Raynutius, col.* 67 *de teſtam. contra* Bartol. *in d. authentica nouiſſima.* (Cōis opin.)

2 Quia † legitima debetur parentibus propter honorem & reuerentiam, quam filii erga illos præſtare tenentur d. §. *hoc autem.* Et præcipue debetur matri, ne à luctuoſa filii hæreditate dicatur excludi. *l. fin. C. de inſt. & ſubſtit. ſub cond. factis, & licet liberis* §. 1. *C. de inoffic. teſta.* & hoc latè docuimus *ſupra in verb. Filius, in concluſione incip. Inſtitutio parentum &c.*

3 Imo † ipſa matre ſine cauſa præterita, teſtamentum iure communi eſt ipſo iure nullum: vt notat *in §. exhæredatos, in authent. de hæred. & Falcid.* Azo. *in ſumma de lib. præter. circa fin.* & Bar. *in l. filio præterito. col.* 1. *c ff. de iniuſt. teſtam.* Cagnol. *in l.* 1. *num* 5. *ff. de inoffi. teſtam.* & Doctores. *in* §. *fin. inſt. de exhæred. liberor.*

4 Limitatur † iſthæc communis opinio, ſeu limitari poteſt per ſtatutum, contrarium diſponens: vnde legitima matri debita, cum ſit de iure poſitiuo, poteſt per ſtatutum tolli, ſicut legitima debita patrono: ſecundum Bald. *in leg.* 1. § *ius naturale, colum. fin ff. de iuſt & iure* Alex. *conſ.* 3. *circa præmiſ. colum.* 3. *volum.* 7. & Corn. *conſ.* 150. *circa præſentem, colum.* 2. *& ſeq. vol.* 2. & iſtam eſſe communem opinionem aſſeuerant addactus Io. de Imo. *in l. quod de bonis* §. *fin. ff. ad leg. Falc.* Alex. *conſ.* 168. *co um.* 1. *volum.* 7. Dec *conſ* 372. *colum.* 2. & Pariſ. *conſ.* 23. *col.* 2. *volum.* 2. & ſequitur Alciat. *in tract. de præſumpt. regula* 1. *præſump* 8 *ſub nu.* 3. Vide Roman. *conſ.* 32. *viſa municipali, nu.* 10. & *ibi* Horat. Mand. *in add. in litera R & S.* (Cōis opin.)

§ Et licet hoc nullam in ſe dubitationem habeat vt meminit Georg. Natta *in tract. quod ſtantibus maſculis in* 1. *q. princip num.* 7. *& ſeq.* nihilominus ſi ſtatutum tolleret in totum legitimam filiorum, iſta nempe eſſet quæſtio difficilior difficultate ipſa, & ſic difficillima omnium quæſtionum; quæ inter Doctores hactenus diſcuſſæ appareant.

Sed † quod ſtatutum ipſum penitus legitimam 5 filiorum auferre poſſit, voluerunt, Dy. *in c. indultum, de regul. iuris in ſexto* & Ioan. Andreas *ibi in mercur.* Bar. & Imol. *in l. Titio centum* §. *Titio genero. ff. de cond. & demonſtr.* Bald. *in l.* 1. *num* 17. *C de ſumma Trinitat.* Oldr. *conſ.* 107. Ang *in authentica de hæred & falcid. in princ.* Signorol. de Homodeis *conſ.* 37. Alexand. *conſil.* 75. *colum.* 4. *volum.* 1. Corn. *conſ.* 210. *colum penult. volum.* 1. Auguſtinus Berous *in cap. Raynutius, num* 209. *de teſta.* & Dec. *conſ.* 19. in quibus locis iſtam communem opinionem eſſe perhibent: prout hoc idem fatentur Nicolaus Arelatanus *in ſcholiis ad Alciat. in d. præſumpt.* 8. & Ripa, *in prima reſponſion. cap. ſeptim. in nonis reſponſis, reſponſo* 218. & magis communem affirmat Luffred. *conſil.* 14. *numer.* 21. *& ſequent.* & Natta *in d. q.* 1. *num.* 1. *& 6.* (Cōis opin.)

§ In contrariam vero partem videlicet, quod legitima liberorum per ſtatutum prorſus tolli non poſſit, ſed tantummodo diminui, inclinauere Cyn. & Bal. *in l. ſancimus. C. de inoff.* Sali. *in auth. nouiſſ. C. de inoffic. teſt. q.* 2. Alber. *in l. quoniam in prioribus. C. eod. titul. col pen* Iacob. de Belui. *in d. auth. de hæred. & falc. in prin.* & Alex. cum aliis concordant. ſignatis per eum *conſ.* 35. *colum. fin. vol.* 2. & iſtam præſupponunt eſſe communem Canoniſtarum ſententiam Steph. Auffrerii *in deciſ Cap. Tholoſ* 437. Barbat. *in c. Rayn. col.* 45. *de teſt.* & Arelata. *in loco præcitato.* (Cōis opin.)

Cæterum † in huiuſmodi varietate atque opinio- 6 num conflictu pro reſolutione admittenda veniret iſta veriſſima diſtinctio, videlicet, quod aut ſtatutum inductum eſt ex cauſa æqua, iuſta & rationabili, & tunc valet & tenet, poteſtque legitimam penitus tollere.

Aut † ſtatutum caret ratione (& vt apertius loquar) 7 abſque cauſa conditum ac inductum ſit, eo caſu tanquam irrationabile nõ tenet. & diſtinctionem hanc tradit Curt Iun. *conſ.* 10. *col.* 2. vbi teſtatur iſtam communem opinionem eſſe, & Dec. *conſ.* 525. *viſis his, quæ accurate & eleganter ſcripta ſunt, nu.* 5. & ei inhærens pariter Arelatanus, *in d. adit. ad Alciat. circa finem,* & Couarruuias *in epit tit de ſponſalib. in* 2. *part. c* 8 § 6. *nu.* 5 *fol. par.* 175 in quibus locis faciunt mentionem de huiuſmodi communi. (Cōis opin.)

Quod † per ſtatutum cum cauſa poſſit in totum 8 tolli legitima, tenet Bald. *in l. cum lege nu.* 4 *C. de epiſc. & cler.* vbi dicit ita ſeruari per totam Italiam, & ita ſe habet communis reſolutio ſecun. Curt Iun. *in auth. præterea, nu.* 17. *C. vnde vir & vxor.*

OPINIO DCCCXIV.

SVMMARIA.

1 *Statutum habilitans, vel inhabilitans perſonam alicuius, aliàs inhabilem, ſeu habilem de iure communi, non extenditur ad forenſem.*
2 *Filiusfamilias forenſis an teſtari poſſit in loco, vbi ex ſtatuto filiusfamilias teſtari permittitur. & nu.* 3.

1 STATVTVM † habilitans, vel inhabilitans perſonam alicuius alias inhabilem, ſeu habilem de iure communi, non extenditur aliquo modo ad foreuſes. ſecundum Bar. *in l. 1. ff. de tut. vel cura datis ab his* vbi aliter it eleganter quod ſtatutum Ciuitatis, quod diſponit circa perſonam legitimandam ad aliquem actum non extenditur, nec porrigitur ad omnes, qui non ſunt ſuæ iuriſdictionis.

2 Hoc idem † videtur intrepidè tenere ipſemet Bar. *in l. cunctos populos colum. 6. in 3. q. C. de ſum. Trinitat.* vbi concludit quod ſi ſtatutum diſponeret filiumfamilias forenſis in ciuitate, in qua reperitur huiuſmodi ſtatutum, non poterit teſtari.

3 Nam † ſtatutum legitimare nequit perſonam ſibi non ſubditam nec circa ipſam diſponere aliquid & cum Bar. tranſeunt omnes Doct. *in præcitatis locis* & præſertim Iaſ. *ibi, in 1. lect. col. 5 & in 2. lec. col. antep.* Marſ. *in l. fi. col. 30. verſ. Hanc tamen concluſ. ff. de iur. om. iud.* Alex. *conſ. 45. colum. 3. vol. 5.* Corn. *conſ. 45. col. pen. volum. 2. & conſil. 94. col. 2. volum. 2.* & Roinus *conſ. 120. colum. fin. vol. 1. & conſ. 201. col. 1. eod. vol.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem. Co. opin.

OPINIO DCCCXV.

SVMMARIA.

1 *Statutum ſimpliciter diſponens, maritum lucrari dotem, aut bona mobilia, mortua vxore in matrimonio, recipit interpretationem, ex l. hac edictali.*

2 *Et an idem ſit ſi ex coniectura, vel mente ſtatuti, illiusque verbis colligeretur,* d. l. hac edictali *derogatum eſſe.*

3 *Statutum diſponens maritum vxore præmortua lucrari totam dotem vel partē, vel bona mobilia in præiudiciū liberorum primi matrimonii, valet, & tenet. Eiuſque ratio: numer. 4.*

5 *Statutum prædictum non habet locum in matrimonio putatiuo, ſed in vero tantum.*

6 *Statutum diſponens maritum lucrari dotem vxore præmortua an locum habeat in dote promiſſa.*

7. *Dare & promittere paria ſunt.*

8 *Mulier ex ſola promiſſione dotis dicitur habere dotem.*

9 *Maritus ſtante dicto ſtatuto, dotem lucratur, etiamſi momento tantum matrimonium, carnali copula conſummatum duraſſet.*

10 *Maritus etiam dotem ex forma ſtatuti lucratur, ſi vxor moriatur antequam ad eius domum ducatur.*

11 *Item ſi poſt contractum matrimonium, per verba de præſenti ante copulam conſecutam, vxor ingreſſa fuerit monaſterium.*

12 *Lucrum dotis vigore ſtatuti acquiſitum maritus non communicat cum fratribus.*

13 *Maritus ex ſtatuto, prædicto dotem quoad proprietatem non lucratur ſi tranſeat ad ſecundas nuptias.*

14 *An hoc caſu ſtatutum domicilii viri vel vxoris ſit attendendum & nu. 15.*

1 STATVTVM † ſimpliciter diſponens, ſeu loquens de marito lucrante dotē; aut bona mobilia, mortua vxore in matrimonio, recipit interpretationem per *l. hac edictali. C. de ſecund. nup.* id eſt, niſi ſuperſint filii prioris matrimonii: vt per Bart. Bal. Sali. & alios communiter, *in d. l. hac edictali in 6. quæſt.* & ſic filii primi matrimonii, non obſtante dicto ſtatuto, poſſunt totā dotem & bona mobilia petere: iuxta diſpoſitionem text. *in d. l. hac edictali.* & iſtam opinionem ſequuntur omnes Doct. *in l. vnica C. de inoff. dot.* & dicunt eſſe magis communem, Iaſ. & Curt. Iun. *in auth. præterea num. 14. C. vnde vir & vxor.* & Auguſt. Berous Co. opin. *in ſua quæſt. familiaribus. quæſt. 119. num. 2.* & iſtam ſententiam communem ſequebatur ſimiliter, publice legēdo Peruſii D. Ranaldus Ridolphius, præceptor meus, interpretans annis præteritis cum non modica vtilitate ſuorum ſcolarium. *d. auth. præterea.* qui omnibus fundamentis reſpondebat Bar. & ſequacib. *in hac leg. in 4. q. C. de condic. ob cauſam*, contrarium aſſeuerantibus

2 Nota † tamen quod ſi ſtatutum non faceret mentionem expreſſè, & ſpecifice, quod maritus, etiam exiſtentibus filiis primi matrimonii lucretur dotem ſed ex coniecturis, ac verbis ſtatuti, menteque ſtatuentium colligi poſſet, quod vellet derogare *d. l. hac edictali*, & ita præiudicare filiis prioris matrimonii, tūm cenſeretur derogatum *d. l. hac edictali*, abſque aliquo dubio, licet expreſſe ſtatuentes non feciſſent mentionem de ipſa derogatione, & maritus tunc lucrabitur dotem, etiam exiſtentib. filiis primi matrimonii; ſecundum Baldum, *conſ. 495 colum. 2. vol. 5.* Salicet. *in d. l. hac edictali in 6. q.* Paul. de Caſtr. *conſ. 192. colum. 2. vol. 1.* Rom. *conſ. 44. colum. 3.* & iſtam aſſerit eſſe communem opinionem omnium Doct. Parıſ. *con. 91. colum. 4. lib. 3.* Co. opin.

§ In contrariam vero partem præcipitanter inclinauit Soc. *conſ. 55. colum. 2. volum. 4.* & Curtius Senior *conſ. 78. colum. 5.* videlicet quod ſi ſtatutum ſpecifice *d. leg. hac edictali*, non deroget, non cenſeatur aliquo modo derogatum. Tamen quicquid iſti Doct. ſuadeant, temerarium & fatuum eſſet in iudicando, & conſulendo recedere à præallegata communi opinione: quam declarat; ſequitur & tuetur Rolan. à valle poſt alios ibi per eum relatos, *in tract. de ſtatuto de lucro dotis, in q. 25. num. 1. & 3.*

3 Sed † hoc dubium ceſſat, ſi ſtatutum diſponeret, quod vxore præmoriente ſine liberis, maritus lucretur totam dotem, aut partem dotis, vel bona mobilia in præiudicium filiorum primi matrimonii: tunc valet dictum ſtatutū, & præiudicat filiis primi matrimonii, ſecundum Bal. *in l. 1. colum. 3. C. de inoffic. dotibus*, & Paul. Caſtrenſ. *ibidem col. 2.* idem tenet Bal. *in d. conſ. 495. & in d. l. hac edictali colum. 2.* & ibi Salic. *in 6. q.* Paul. de Caſt. *in d. conſ. 192. col. 2. & conſ. 448. colum. 2. volum. 2.* & ita ſe habet communis opinio omnium Doc. de qua teſtatur Boerius *deciſ. 125. num. 4.* Berous *in d. q. 119. num. 1.* Roinus *conſ. 58. col. 6. & conſ. 59. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 91. colum. 2. vol. 3.* & Rolan. à Valle *conſ. 72. Statuto Ciuitatis Caſſa'a, num. 2. volum. 1.* Brun. *in tract. quod ſtantibus maſculis, artic. 1. nu. 15.* & Hippol. Riminald. *conſ. 166. Magnifica D. Ioanna, num. 2. & ſeq. poſito inter conſ vltimarum voluntatum, vol. 1.* Co. opin.

4 Et † iſtud ſtatutum fuit inductum rationabili, & iuſta cauſa, & dicitur fauorabile, ve inductū fauore matrimonii, & publicæ vtilitatis, vt viduæ citius, & facilius virum reperire poſſint: vt per Bal. *in d. conſ. 495. colum. 4.* & Dec. *conſ 19. colu. 2.* Alciat. *in tract. de præſumpt. in 1. reg. præſumpt. 8. nu. 6.* Pariſ. *d. conſ. 91. col. 3.* Et ita per iſtam rationem, & alias quam plures concludebat acutiſſimus præceptor meus D. Ranaldus Ridolphius Peruſinus, cū eſſem ſub eius diſciplina Peruſii, interpretans *d. authent præterea.*

5 Interpretatur † ſecundo loco prædictum ſtatutum, quod procedat in matrimonio vero, nō autem in matrimonio putatiuo: Ideo ſtatutum de lucrando dotem per maritum, non habet locum in marito putatiuo, ſecundum Baldum, Salic. *in l. 1. C. de condictio ob cauſam*, Alexand. *in l. ſi cum dotem §. fin. ff. ſolut. matrim.* & Ripam *in rub. cod. tit. colum. 19.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Rolandus, *in tract. de ſtatuto de lucro dotis, in q. 97. num. 1. 6. 7. & 15.* Co. opin.

Inter-

6 Interpretatur † tertio dictum ſtatutum, diſponens, maritum lucrari debere dimidiam partem dotis, & aliam partem reſtituere, quod tunc maritus non lucrabitur dotem promiſſam, ſed tantum ſolutam, ſecundum Bartol. *conſ. 153. ſtatuto Ciuitatis Angelinæ cauetur*, & iſta eſt magis cōis opinio Doctor. de qua meminit Boerius *deciſ. 22. num. 7. 9. 13.* Cōis opin.

¶ In contrariam vero ſententiam idem Bartol. *in l. iubemus §. ſane. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Angel. ſibi contrarius, *in lege ſi donaturus §. fin. colum. pen. ff. de condition. cauſ. dat.* Alexand. *in l. non tantum col. 6. ff. de re iud.* Soc. *in l. de diuiſione. colum. 2. ff. ſolut. matrim.* Crottus, *in rub. eodem tit.* & *ibi* Parpal *colum. 7.* Ruinus ſibi contrarius *conſ. 197. volum. 1.* Tiraquel. *in tract. de retract. conuentionali, in §. fin. num. 33 & ſequen. circa fin. dicti tractatus*, videlicet, quod maritus ea forma huiuſmodi ſtatuti lucretur dotem non ſolum ſolutam, ſed etiam promiſſam. Tamen quicquid iſti Doctores dicant, videtur prima pars tutior, & magis communis: ſecundum Salyc. *in l. ſi conſtante, colum. 1. C. de donat. ante nupt.* & Iaſ. *in rub. ff. ſolut. matrim. colum. 6.*

7 Et ratio eſt, † quia dare, & promittere paria ſunt *l. fin. C. ad l. falc.*

8 Et quia † mulier ex ſola promiſſione dicitur habere dotem vt not. *in l. cum poſt. §. 1. ff. de adm. tut. & in l. 1. §. accedit C. de rei vxor. act.* & ita reſidebat, cum prædicta communis præcitatus D. meus Ranaldus Ridolphius, quem imitantem veſtigia Bat. & omnium Illuſtrium Doctorum de habendo veritatem præ oculis, per ſeptem annos audiui defenſorem communium opinionum: ideo non eſt mirum ſi Peruſii hac tempeſtate in eum virum euaſit, quem totus orbis prædicat, & iſtam partem ſequitur etiam, & tuetur Illuſtriſſimus D. Cardinalis Albanus *in lucubra. in Bar. in d. § ſane num. 3. & ſeq.*

9 Interpretatur † quarto loco dictum ſtatutum deferens lucrum dotis marito mortua vxore, quod habeat locū etiamſi vno momento matrimonio carnali copia conſummatū duraſſet, ac vna nocte concubuiſſet vxor cum marito: ſecundum Bald. *in l. non tantum C. de leg.* & cum Bal. ſentiunt Ang. Corn. & alii Doctor. communiter *ibi*, licet *ibi* Iaſ. contradicat opinioni Bal. & malè vt per Mod. *in d. authent. præterea* & per Tiraq. qui ſequitur communem etiam *in repet. l. ſi vnquam, in ver. Donatione largitus C. de reuo. do. & in tract. res inter al. act. in limit. 44. fol. par. 54.* Cōis opin.

10 Imo † dic in fortioribus terminis, quod ſi ſtatutum in Ciuitate viri diſponeret ſimpliciter, quod vxore præmoriente, maritus lucretur dotem, habet locum & ſi mulier præmoriatur ante, quam ad domum ſui mariti ducta fuerit, & tūc maritus lucrum dotis poteſt conſequi: vt per Bat. eleganter, *in l. nihil. ff. rer. amo.* & iſtam ait eſſe communem opinionem Rolan. à Valle *in tract. de lucr. dotis, in quæſt. 16. num. 9.* Cōis opin.

11 Interpretatur † vlterius hoc ſtatutum de lucro dotis locum etiam habere, ſi vxor poſt matrimoniū per verba de præſenti, ante tamen copulam conſecutam, ingreſſa fuerit monaſterium mendicantium & in ea profeſſa fuerit: quia hinc maritus poteſt cōſequi & lucrari dotem: ſecundum Bartol. & Paul. Caſtr. *in l. Deo nobis, in princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Fely. *in rub. de ſponſal. colum. 4.* Iaſ. *in authent. ſi qua mulier col. 2. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. ſi decefferit. colum. 2. ff. qui ſatisd. cog. & in l. ex ea §. in inſulam colum. 2. ff. de verb. oblig.* & ita conſuluit ipſemet Iaſ. *conſ. 135. col. 1. volum. 2.* in quibus locis ait hanc eſſe veram, & communem opinionem Doct. quam ſequitur etiam Alciat. *in 2. lib. de verb. ſignif.* Cōis opin.

12 Et † animaduerte circa præmiſſa vtiliter quod dictum lucrum dotis non ſit communicandum per maritum cum fratribus: quia tanquam aduentitium præcipuum eſt mariti: ſecundum Bart. *in l. ſi cum dotem § tranſgrediamur. ff. ſolut. mat. l. 1. C. de bonis quæ lib.* cum quo tranſeunt Bal. *in l. ſi donaturus. §. fin. col. 1. & in l. in actione. §. fin. ff. pro ſocio.* Florian. Saly. Angel. Cor. & Fulgo. *ibi* & Alex. *in addi. ad Bar. in ibi*, Corn. *conſ. 249. colum. 2. vol. 1.* Aret. *in §. fuerat colum. 19. inſtit. de act.* & iſta opinio communi calculo ab omnib. Scriben. eſt approbata ſecundum Florian. *in l. filia §. ſi filius. col. 4. ff. famil. erciſ.* Crot. *in d. l. frater à fratre ff. de cond. indeb. col. 14.* & omnes Moder. per Baldum Nouellum *in tract. de dote, in 9. part. ſpeciali 37.* Campeg. *in eod. tract. de dot in 5. part. q. 7.* & Moder. *in c. in præſentia, de probat.* Cōis opin.

¶ Sed in iſta quæſtione reperiuntur tres aliæ opiniones contrariæ, quæ communiter reprobantur per Moder. *in d. l. frater à fratre*; & per Doct. ſupra citatos.

13 Interpretatur † vlterius præmiſſum ſtatutum, diſponens, quod maritus per mortem vxoris ſuperſtitibus liberis, lucretur dotem non habere locum cū maritus tranſit ad ſecunda vota; & ſic propter tranſitum ad ſecundas nuptias, maritus perdit huiuſmodi lucrum, quoad proprietatem, ſecundum Bald. *in authent. vxore. C. de ſecund. nupt. in authent. ex teſtament. C. eod. tit. & in l. pro hæreditariis, colum. 2. C. de hæred. act.* idem voluit Saly. *in l. fœminæ § illud C. de ſecundis nuptiis* Roma. *in l. ſi cum dotem. co. um. 10. ff. ſolut. matrim & con. 190. col. fin.* Alex. *in l. 1. §. hæc autem colum. 2. ff. ad Treb.* Corn. *conſ. 269. colum. fin. volum. 4. & in d. auth. ex teſtam.* Paul. de Caſt. *in l. fin. C. de bonis mat. & in leg. 2. ff. ſolut. matrim.* & iſtam fatentur eſſe magis communem opinionem Boerius *deciſio. 185. num. 7. cum aliis ſequentibus* Ruinus *conſ. 101. vol. 1.* & Ripa *in d. l. fœmin.* Cōis opin.

¶ In contrariam vero partem titubanter inclinarunt Bal. & Corn. *in l. fin. C. de bonis mat. per illum text.* Tamen reperio Clemen. *in ſing. vltimo.* aſſeuerantem ſe conſuluiſſe contra Bal. *in d. l. fin.* vbi admonet quod Ant. de But. idem conſuluerit *in conſ. exordiente, circa examinationem*, & reperio ſimiliter fuiſſe iudicatum *in Curia Burdegalenſi* contra dictum Bal. *in d. l. fin.* vt atteſtatur per Boer *in d. deciſ. 183. n. 7. cum aliis ſeq.* Vnde reprobata communiter per Scriben. iſta ſecunda opinione Bal. quæ de iure optimis fundamentis, & rationibus reprobari poteſt, inhæreo primæ opinioni communi, ſecundum meum ſolitum, & conuentum inſtitutum, ſtylum, & morem.

14 Interpretantur † prædicta ſeptimo loco ſimiliter quod ſi ſtatutum loci vxoris, ea præmortua abſque liberis diſponeret, deferendum eſſe vltimo ſuperſtiti lucrum totius dotis: tunc attendendum eſſet ſtatutum loci mariti, non autem vxoris, ſecundum Archid. *in c. illud 12. diſtinct.* Bar. & omnes communiter *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & fide cathol & in l. exigere dotem ff. de re iud.* Bal. *conſ 32. col. 1. & conſ 208 vol. 3. con. 53. col fi. vol 3.* Alex. *con. 100. col. 1. vol. 1. & con. 129. colum. 2. vol. 7.* Corn. *conſ. 26. col. 1. & con. 109. col. 2.* vbi aſſerit hanc eſſe communē opinionem & Curt. Iun. *conſ. 129.* Cōis opin.

¶ Et quamuis nonnulli Doctor. & præſertim Ang. *in d. l. exigere dotem* aduerſentur, ac contradicant mentionatæ communi ſententiæ, tenendo, quod ſtatutum loci vxoris inſpiciendum ſit, vbi celebratus fuit contractus dotis: attamen propter hoc non diſcedo à dicta communi, à qua diſcedere hæreticum eſſet in iudicando, & cōſulendo: vt aſſeuerat Soc. Iun. *conſ. 14.*

vol. 1.

col. 2. ſequendo communem opinionem, & Iaſ. in l. 1. num. 24. cum aliis ſequentib. C. de ſumma Trinit. & fide Catholica vbi iſtam communem opinionem limitat 10 ſeptem caſibus.

15 Et † an tantum hoc procedit, quod ſi vxor duxerit maritum ad ſuam domum, attendatur ſtatutum domicilij mariti in lucro dotis, & non ſtatutum loci vxoris, vt per Bald. in l. cum quadam puella, volum. 1 ff. de iuriſd. om. iud. cui conſentit Ioan. Bapt. de ſancto Seuerino, aſtas Caccialupus, in repet. l. cunctos populos, fol. 19. C. de ſumma Trin. & fide cathol.

¶ Sed contrarium tenuit idem Bal. reuocādo ſententiam in melius in l. fin. C. ſi a non compet. iud. iudic. fuer. colum. 1. videlicet, quod in iſto caſu attendatur domicilium vxoris, & non viri, & hoc idem voluit ſequendo Bald. in d. l. fin. Alexād. in addit. ad Bart. in d. l. exigeri dotem, in princ. & Curt. Iun. ibi, & Cagnol col. 4. Dec. conſ. 293. col. 5. Fel. in c. 1. colum. 14. de ſponſal. & Iaſ. in d. l. cum quadam puella, col. 1. & iſta eſt communis opinio, ſecundum Purpuratum in d. l. cunctos populos, Cō. op. num. 120. quam communem declara, & intellige procedere, vt per Fel. in d. c. 1. in 3. limit.

OPINIO DCCCXVI.

SVMMARIA.

1 *Statuta inferiorum appellationē prohibentia, nullam firmitatem habent.*

2 *Statutum condere poteſt Ciuitas, vt in cauſis ſummarijs procedatur appellatione remota.*

3 *Statutum conditum à ciuitate, primam atque ſecundam inſtantiam habente, poteſt prohibere appellationem.*

4 *Appellationē ſolus Princeps poteſt prohibere, & nō committere in reſcripto, vt procedatur in cauſis, appellatione remota.*

5 *Appellatione prohibita, non cenſetur prohibitus recurſus ad ſuperiorem per viam ſupplicationis, & querelæ.*

6 *Appellare licet non poſſit officialis, in ſyndicatu condemnatus: poteſt tamen ſupplicare in terris eccleſiæ, ſed in regno obſeruatur contrarium.*

7 *Statutum quo prohibetur appellatio, princeps confirmare poteſt.*

8 *Statutum diſponens quod exceptio nullitatis opponi non poſſit contra ſtatuta non valet.*

9 *Statutum licet prohibeat appellationem, & querelam, poteſt tamen opponi nullitas.*

10 *Nullitas proponi poteſt, etiamſi appellatio ſublata ſit per clauſulam* appellatione remota.

11 *Partes an renunciare poſſint nullitati.*

12 *Statutum tollens facultatem proponendi nullitates non procedit, ſi nullitas ſit euidens, & manifeſta vel ſi proceſſus ſit nullus ex defectu iuriſdictionis nu. 21.*

13 *Manifeſtum habet vim quaſi ſententiæ.*

14 *Manifeſtum non indiget probatione, nec aliqua expreſſione.*

15 *Notorium notorietate iuris inducunt acta iudicis. & numer. ſeq.*

17 *Nullitas notoria impedit executionem ſententiæ.*

18 *Nullitatis notorium induci poteſt, etiamſi adhuc notoriū non ſit, ſed fieri poſſit ob paratas probationes.*

19 *Notorium reſultans ex actu & factis iuris non indiget allegatione, & nu. ſeq.*

22 *Statutum tollens exceptionem non cenſetur tollere exceptionem notoriam.*

23 *Statuto licet prohibeatur appellatio, poteſt tamen appellari à ſententia, quæ quis pronunciat ſe iudicem incompetentem eſſe.*

24 *Statutum, prohibens à ſententia arbitri appellari item ſupplicare & de nullitate opponere & vllo modo exciperé item Iudicis officium implorare non tollit remedium reſtitutionis in integrum & num. 25.*

26 *Statutum tale etiam non impedit, nec ligat manus iudicis, ne officium ſuum exercere poſſit, & minorem in integrum reſtituere.*

27 *Statutum tollens iudicis officium non cenſetur tollere officium, quod iudex à ſeipſo interponit.*

29 *Statutum tollens omnia remedia, non videtur tollere remedium extraordinarium, & ſic officium iudicis. & num. 29 & 30.*

31 *Statutum prohibens appellare reductionē laudi ad arbitrium boni viri petere non habet locum in enormiſſima læſione.*

32 *Laudum latum ad fauorem alicuius per arbitros, confirmatum per iudicem reclamationis, mandatur executioni in Regno, nec auditur appellans niſi primo facta reali executione. Secus ſi laudum impr. batum ſit à iudice num. fin.*

STATVTA † inferiorum prohibentia appellationem, nullam penitus firmitatem habent: ſecundum Bar. in l. omnes populi. 3. q. principali. ff. de iuſt. & iur. cuius doctrinam ſecuti ſunt omnes Legiſtæ vniuerſaliter ibi, & Canoniſtæ in c. ſicut Romana de reſcript. vbi Ripa num. 19. tradidit iſtam eſſe communem opinionem Doctorum vtriuſque claſſis, & ſequitur etiam Bal. conſ. 86. vol 2. & Rolan. à Valle. conſ. 29. Quæritur an à ſententia lata, num. 5. cum aliis ſequent. volum. 4. 1 Cō. op. 11.

Sed † iſthæc cōmunis claudicat primo licet quod licet ſtatutum conditum à Ciuitate, quod in cauſis ſummarijs procedatur appellatione remota, ita Bal. in l. fin. C. quorum appell. non rec. Alex. poſt Bar. in 1 conſtit. Digeſtorum §. omnem. 2

Secundo † claudicat etiam communis memorata, vbicunque ciuitas habet cognitionem primarum, ſecundarum, & tertiarum cauſarum: tunc enim ſtatutum conditum à ciuitate primam, atque ſecundam appellationem habente, poſſet indubitanter prohibere appellationem: ſecundum Raph. Cuma conſ. 136. col. 3. & Rolan in d. conſ. 29 ſub num. 5. 3

Tertio † limitatur quoque eadem communis loco non obtinere in ſupremo Principe, qui ſolus poſſet prohibere appellationem, & committere mediante reſcripto, vt procedatur in cauſis appellatione remota, & tunc appellari nequit modo aliquo. l. 1. in fin. & ibi Gloſ. & Bar. ff. à quibus appel. non lic. & c. paſtoralis, vbi Dec. & alii de appel. 4

Quarto † coarctatur ſimiliter præſens communis opinio, quod vbicunque eſſemus in caſibus in quibus eſſet prohibita appellatio à ſententia: non tamen tunc foret modo aliquo prohibitus recurſus ad ſuperiorem per viā ſupplicationis, & querelæ: quia etſi non valet appellari, poteſt vtique querelari l. 1. & authent. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer. & eſt Glo. in c. querelam, de procurat. communiter approbata ibi ab omnibus, & in clementin. conſtitutionem §. inſuper de elect. cui inhærent etiam Coſter. in ſi. q. in verb. Querela el 2. & Rolan. à Valle conſ. 38. de duobus quæritur, num. 7. cum aliis ſeq. volum. 2. qui ambo iſt. Doct. ſiue teſtant eſſe communem ſententiam, & obſeruandam in conſulendo, & iudicando, & ſequitur etiam Ioan. Cephal. conſ. 165. Philippus Giordanus; num. 6. vol. 2. 5

Et infert † ex his vtiliter quidem Amad. Iuſtinus, in tract. ſyndicatus. fol. 15. & 35. ad quæſtionem an officialis condemnati in ſyndicatu, quod ſi certo ſciret iniuſtè ſe condemnatum, poſſet vtique recurrere ad ſupplicationis remedium: nam non eſſet ſibi aliter prohibita ſupplicatio, per d. auth. quæ ſupplicatio, & ita obſeruatur in practica in terris eccleſiæ: vt meminit 6

Giam-

Grammat. cum aliis congeſtis per eum, *deciſ.35.nu.5.* Sed in Regno etiam per quærelam, & appellationem interpoſitam non retardatur modo aliquo executio ſententiæ prolatæ per ſyndicatores contra officiales: vt apertiſſimè diſponitur *in pragmatica 38. Regiæ dignitati ante fin.*

7 Quinto † reſtringitur quoque prælibata communis, quod Princeps ſtatutum ipſum, ob quod prohibetur appellatio, confirmare poſſit: vt efficax extat teſtimonium Saly *in l.fin.C de ſentent. & interloc. om. iud.* Bald. in *d.conſ.86.* & Marſil. *in ſing.71.*

8 Sexto † itidem interpretatur hæc eadem communis ſententia, quod quemadmodum non valet ſtatutum appellationem prohibens ita pati formiter ſtatutum diſponẽs, quod exceptio nullitatis opponi nequeat contra ſtatuta, minimè valeret, neque teneret, ita Bald. *in l.2. col.2. C. de his qua pæn. no.* Barth. Cæpol. *in rub. de ver ſigni. in vltima part. princ.* & Alex. *in l.1.§.& paruiſſ. quod vi, aut clam.*

9 Septimo † interpretatur etiam vtiliter antedicta communis, quod quamuis valeret ſtatutum, appellationem admitti prohibens: tamen nullitas proponi poſſet tunc, etiamſi ſtatutum ipſum tolleret appellationem, vel quærelam: ſecundum Papienſ. *in ſua pract. in forma execut. ſent. diffi. num. 8. & ſequent.*

10 Necnon † nullitas ipſa proponi poſſet etiam vbicunque appellatio ſublata foret per clauſulam *appellatione remota*: vt voluit Gloſ. *in c. conqueſtione de reſtit. ſpoliat.* Bal. & Angel. *in l.1.C. qui pro ſua iuriſdict.* Doct. omnes *in c. licet de ſent. excommun. in 6.* & Bald. *in addit. Specul. in tit. de appel. ver. Dicit ſtatutum.* Vide *addit ſupra in opin.77. num.32.* Com. opin.

11 Sed † an partes poſſint nullitati renunciare, vide textum *in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact.* vbi Ang. *colum.16. verſ. iuxta prædict. quæro,* Felin. *in c. de cauſis, num.7. de offic. iud. deleg.* vbi limitat, ſicut appellationi renunciare poſſunt, per textum *l. fin.§ ſi. C. de temp. appell. & in d.§. qui prouocauit, l. ſi quis libellos, C. de appellat. c. ſollicitudinem, de appell.* vbi Franc. & Marant. *in tract. iudiciorum, part. 6. tit. de appellat. num. 330.* & huic opinioni quod nullitati ſententiæ pacto poſſit quis renunciare, aſſentitur etiam idem Ang. conſulendo *con.197. inchoante A, & B,* & licet ei contradicat Pariſ. *conſ.45. ſatis num.19. volum.1.* tamen illam quoque tanquam veriſſimam limitat. in quatuor caſib. Philip. *in c. dilecto de appellat. col.32. quæſt.1.*

12 Et † eſto quod valeret etiam ſtatutum, tollens facultatem opponendi nullitates aduerſus ſententiam: nihilominus tamen hoc ſtatutum non procederet primo, vbicunque nullitas eſſet, euidens & manifeſta, eaque ſcaturiret ex actis, & proceſſu: tunc quippè non obſtante huiuſmodi ſtatuto opponi liceret de nullitate. teſte Ant. de Butr. *in c. cum Bertold. de re iudic. colum pen.* Ang. *in l. tale pact. §. qui prouocauit. ff. de pact.* Ruin. *conſ.74. clariſſimè nu.2. & conſ.144. viſis iis nu.5. volum.4. & conſ.62. diſcuſſo laborioſo in fin. volum.5.* Dec. *conſ.8. viſo puncto, colum. fin.* Pariſ. *conſ.97. vt præſentis, num.10 & 23. vol.1. & conſ.98. aſſerta, nu.23. vol.3.* Boſſ. *in ſua pract. in tit. de proclam. quod ſit bon. publ. nu. 15.* & Corn. *conſ.4. diu poſt conſilium redditum, nu. 8. & ſeq. volum. ſecundo.*

13 Et † ratio eſt. Nam manifeſtum habet vim quaſi ſententia ita Bar. Alexand. *colum. pen.* & alii omnes *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matr.*

¶ Et conſequenter nullitas euidens ex actis nunquam excluſa cenſetur Alex. *conſ.200. viſe, & diſcuſſe, in fin. vol.2. & conſ.47. perſpectis in, num.9. volum.5.* Old. *conſ.106 quod litera num 4.* Curt. Sen. *conſ.59. Dux Philippus, nu.10.* Barbac. *conſ.38. exordior, nu.2. vol.2.* Rimi. *conſ.180. viſa facti, num.8.* & Ruin. *in d. conſ.74. ſub n.2.*

Imo † etiam manifeſtum ipſum, redeundo ad propoſitum noſtrum, nec indiget probatione, nec expreſſione aliqua *l.1.* & *ibi* Bart. *ff. de reſti. in integ. & l.1. ff. de exercitoria,* & Spec. *in tit. de actore. verſ Quid ſi iſte.* 14

Vnde † cum acta ipſa iudici reddant notorium notorietate iuris. *c. veſtra & c. fin. de cohab. cle. & mul.* 15

Et tanto † magis, cum notorium eſſe, debeat conſtare iudici ex actis: ſecundum Bal. poſt Cyn. *in l. ea quidem ſolam. pen. C. de accuſa.* & Alex. *conſ.98. volum.4.* Ideo non mirandum eſt, ſi nullitas præallegata, tanquam manifeſta, & patẽs opponi queat, ſtatuto prælibato non obſtante. 16

Quia † vbicunque appareret notoriè de nullitate, ipſemet iudex poſſet procul dubio retardare, & impedire executionem ſententiæ: & tunc ex eodem officio prouideretur: ex quo ipſum officium ſubeſt vt notatur *in c. ex litteris in fin. de reſt. ſpo. & in cap. alieni. 2.q.7.* & per Archid. *in c. ſi eo tempore, de reſcrip. in 6.* per Innocent. *in c. ſi ſertè. de elect. & in c. cenſuit. de filiis presbyt.* & per Papienſ. *in d. tit. ſeu forma execut. ſent. diffi. ſub n.5.* & per apoſtil. *ibi poſt literam B.* 17

Imo † Card. *in Clem.1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. in fin.* idem arbitratur dicendum, ſi non eſſet adhuc notorium, ſed fieri, & induci poſſe notorium ipſius nullitatis propter probationes paratas, & ſequitur etiã Oldr. *conſ.12. quæſt. eſt prima in fin. 1 num.* 18

Et † denique notorium ipſum reſultans ex actis eſt tam maximæ efficaciæ, vt illud nullatenus indigeat allegatione, ſeu propoſitione. ita Specu. *de iud. delig. §. 7. verſ. item ſi eſt ſuffraganeus & decita. §. 1. verſ. Sed quid ſi citatus* Rota Rom. *deciſ. 2. de appell. in nouis* & Fely. *in c. cum ordinem nu.11. & ſeq de reſcrip.* vbi hoc interpretatur, atque limitat in duobus caſibus non procedere. 19

Nam † notorium prædictum reſultans, vt ſupra oſtenſum eſt ex facto iuris, non eſt opus aliter, quod id à parte allegetur: quia aliunde elicitur Abb. *in cap. aſſerte col.2. de præſump. & l.1.* & *ibi* Doct. *C. qui & aduerſus quos,* & eſt tex. ſecundum Innocent. *in c. Reinaldus. §. fin. de teſtam.* & facit ad hoc etiam text. *in c. venerab. §. quia vero conſtitut. de except.* & *ibi* Bal. *in poſitione caſus,* & Abb. *vltimo notabili.* 20

Secundo † ſtatutum hoc auferens occaſionem proponendi nullitates claudicat etiam non ſortiri locum, vbicunque proceſſus eſſet nullus ex defectu iuriſdictionis iudicis iudicantis: tunc enim nullitas proueniens ex defectu ipſius iuriſdictionis nunquã ſublata intelligitur: ſecundum Gloſ. vniuerſaliter ab omnibus receptam, *in Clement. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* & Corn. *conſ.203. in hac conſultatione videtur prima facie dicendum, num. 108. vol 2.* vbi mentionem facit expreſſe da ipſa communi. 21 Com. opin.

Et † ſicut ſtatutũ auferens facultatem proponendi nullitatem non procedit, quando nullitas eſſet manifeſta: ita etiam ſtatutum tollens exceptionem, non intelligeretur vtique tollere exceptionem notoriam: vt concedit Bal. *in rub. C. de probat. poſt prin.* Feli. *in c. ex parte. el 2. fallen.5 de offi. deleg.* & Abb. *conſ. 44. in præſenti quæſt. in ver. poſt appellationem. de reſtitut. ſpoliatorum.* 22

¶ Cæterum aduerte ne decipiaris amantiſſime lector: quia dicentes de nullitate in regno à ſententiis, ſiue decretis diffinitiuis magnæ Curiæ Vicariæ ſeu vim diffinitiuĩ habentibus, quæ ex natura cauſarum, vel ex forma ritus aut regiarum pragmaticarum haberent executionem paratam, non obſtante appellatione, ſi ſuccubuerint, tunc ſi ſententia, ſeu decretum fuerit à ducatis 75. infra procuratori,

ſeu

ſeu principalis, qui ipſas nullitates propoſuerit, ſoluere teneatur pœnam ducatorum ſex. Si vero fuerit ſumma ſupra ducatos ſeptuagintaquinque, proponens nullitates, ſeu nullitatem, ſoluere obnoxius eſt pro pœna ducatos duodecim, abſque dilatione aliqua, & actuarius, & ſcriba cauſæ tenentur ſtatim interpoſito decreto, per quod fuerit declaratum nullitates non ſubſiſtere, id denunciare magnifico Perceptori prouentuum magnæ Curiæ Vicariæ, alias ipſi ex huiuſmodi incuria de propria eorum pecunia inſolidum debent ipſam pœnam ſoluere. Vnde ſi cauſa per procuratorem agitaretur, iſque compareret coram eodem cauſæ actuario proponendo nullitates, ſeu nullitatem, & ſuccumbēdo poſtmodum teneretur vtique ad ſolutionem pœnæ antedictæ, à cliente non repetendæ, niſi haberet mandatum ſpeciale à ſuo principali. Sed ſi cauſa per principalem agitaretur, & ipſe proponeret nullitatem, ſeu nullitates memoratas, teneretur ad ſolutionem ante ſignatæ pœnæ. Dicentes vero à nullitate à decretis interlocutoriis ſimiliter ad finem differendi, ſi decreta ipſa fuerint interpoſita per magnam Curiam, facto verbo in banca ſuccumbentes tunc ſoluere teneātur pœnam ducatorum trium: ſi vero per iudicem domi prouidentem, ſoluere debēt carolenos quindecim, exigendos eadem forma ſupra ſeruata. vt ſancitum extitit in *anno 1574. die vltimo menſis Martii* per regiam pragmaticam, exordientem, *Quotidie apud nos multis conqueruntur actores.*

23 Octauo interpretatur ſimiliter præmemorata cōmunis opinio, quod licet valeret ſtatutum prohibēs quod appellare non liceret: attamen tunc ipſo ſtatuto non obſtante, poſſet indubitanter appellari à ſententia, qua quis pronunciaſſet ſe iudicem incompetentem: vt determinat Ang. *conſ. 195. in fin.* cui innititur Dec. *conſil. 49 colum. 2. & conſ. 360. vol. 1.* & Curt. Iun. *conſ. 124. num. 13.* An valeat tale ſtatutum, variæ ſunt DD. opiniones, *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure* Dec. *conſ. 533. num. 2. in vidicas puto*, tenet quod valeat.

24 Nono † coerceretur quoque mentionata communis, quod vigore ſtatuti diſponentis, vt à ſententia arbitri non poſſit appellari, nec ſupplicari, nec de nullitate opponi, nec aliquo modo excipi, non impediatur quis petere reſtitutionē in integrum: quoniam per ſtatutum ipſum, nunquam videtur tolli ſingulari beneficium reſtitutionis in integrum: vt conſuluit Bald. *conſ. 208. præmiſſis tribus, & conſ. 236. ſtatuto Ciuitatis, volum. 1.* Roma. *conſ. 90. viſo themate quæſtionis materia propoſita*, & Socinus Iunior cum aliis cōgeſtis per eum *conſ. 48. viſo puncto ſupra ſcripto, ſub n. 55. vol. 1.* vbi expreſſe deducit iſtam eſſe cōem opin.

Com. opin.

25 Nec † vtique diſſimile videtur huic communi ſententiæ Bal. quod notat Alex. *in l. ab arbitro, num. 11. qui ſatiſd. cogant.* quod licet per ſtatutum prohibeatur appellari, vel iudicis officium implorari: tamen poterit peti tunc reſtitutio in integrum. & ſequitur Alciat. *in l. poſtquam lites, in fin. C. de pact.*

26 Decimo † cohibetur etiam ante ſignata communis, quod per ſtatutum prohibens remedium appellandi, nec de nullitate opponendi, non impediatur iudex officium ſuum exercere, & minorem in integrum reſtituere, ita Barbac. *conſil. 80. duo ſunt, n. 8. volum 3.*

27 Imo † ſecundum eum *ibi* ſi ſtatuto foret iudicis officium ſublatum, minime intelligeretur ſublatum officium, quod Iudex à ſe ipſo interponeret. & ſequitur Dec. *conſ. 524. viſis his, colum. fin.*

28 Vndecimo † non extendit communis præmiſſa vires ſuas, vbicunque ſtatutum tolleret omnia remedia: tunc enim illud videretur tollere remedium extraordinarium, & ſic officium iudicis: ſecundum Calc. *conſ. 28. illud aſſ. ram, num. 36.*

29 Et † non idem videtur concludere Barbac. ... *9. viſo num. 5. & ſeq. volum. 1.* ibi aſſerendo, quod ſtatutum excludens omne remedium, intelligatur tantum excludere remedium ordinarium, non autem extraordinarium.

Nam † quotieſcunque remotum foret omne remedium, non cenſetur modo aliquo excluſum officium iudicis: ſecundum Bar. *in d. l. 1. § & parui* ... *vi, aut clam*, Alexan. *conſ. 113.* ... *themate, num. 1.* ... & ... apoſtil. Barbac. *in d. conſ. 80 num. 8. vol. 3.* B. ... & Angel. *in l. plane ff. de pet. hæred.* Dec. *in d. conſ. 5*[illegible]*4 col. fin.* & I. C. *conſil. 133. primo conſideratione, num. 1.* ... & iſta eſt concors, communiſque opinio, vt plane ... ſtat ex allegatis authoritatibus. 30

Com. opin.

31 Duodecimo † claudicat præcitata cōmunis, vbicunque ſtatutum prohiberet appellari ... reductionem laudi ad boni viri arbitrium: tunc etenim ſtante enormi, enormiſſimaque læſione, ... ſet abſque dubio aliquo peti huiuſmodi reductio vt conſuluit Soc. Iun. cum aliis aggregatis per eum *in d. conſ. 48. num. 49 & 51. volum. 1.*

Sed † in Regno, ex diſpoſitione *Regiæ pragmaticæ 21. Et ſi aliqua partium ſe grauatam ſenſerit, tit. de reclamatione laudi, ſeu ſententiæ arbitrorum.* Laudum latum ad fauorem alterius per arbitros non obſtante quod compromiſſum fuerit neceſſarium, ſeu voluntarium approbatum tamen per iudicem loci poſt reclamationem factam, mandatur executioni, nec auditur modo aliquo appellans: niſi prius facta reali executione. 32

Cæterum † ipſa Regia pragmatica non vendicaret ſibi locum, vbicūque ſuper reductione, reclamationeque laudi ad boni viri arbitrium, laudum, hoc improbatum eſſet: tunc non obſtante d. Regia prag. ſeu ſtatuto, pars læſa appellare poſſet ab illa ſententia: vt voluit Alexand. *conſ. 106. viſo themate antepoſito colum. 3. volum. 5.* & Socin. Iuo. *conſ. 15. duplex inſpectio, ſub num. 12. & ſeq & 32. vol. 1.* 33

OPINIO DCCCXVII.

SVMMARIA.

1 *Gabella ſolui non debet de contractu nullo, ſtante ſtatuto in diſponente, quod de contractibus, vel qualibet negociatione ſolui debeat gabella. ratio aſſignatur nu. 2.*

3 *Gabella quæ ſoluenda eſt ex forma ſtatuti de libello nullo & ratio num ſeq.*

5 *Libellus nullus, ſeu ineptus à iudice lacerandus eſt.*

6 *Statutum diſponens, quod de qualibet negotiatione ſoluatur gabella, non comprehendit legatum. & ratio num. ſeq.*

8 *Nec intelligitur de contractu ſuper re ineſtimabili, ſeu quo æſtimari non poteſt.*

9 *Gabella ſoluenda de quolibet inſtrumento vigore ſtatuti, an debeat iterum ſolui de eodē inſtrumento reſ. 20.*

10 *Gabella quæ ſoluenda eſt de negotiatione vini, olei, & ſimilium rerum, non ſoluitur ab iis, qui vendunt tales fructus in prædiis ſuis collectos.*

11 *Gabella ſoluenda non eſt de contractu, per reſtitutionem in integrum reſciſſo.*

12 *Gabella non eſt ſoluenda per fideiuſſorem de fideiuſſ. etc. quia non debet duplici onere grauari.*

13 *Statutum faciens quod de pretio cuiuſcunque rei inter ... deducta ſoluatur gabella, intelligitur de ... tantum ſolummodo.*

STATVTVM † diſponens, quod de contractibus 1 vel de qualibet negotiatione ſoluatur gabella, non

non habet locum in contractibus nullis: ideoque de contracto nullo non erit ſoluēda gabella aliquo modo vigore dicti ſtatuti: ſecundum Aluarot. *in c. 2. quo tempore miles, in vſib ſeu* Bal. *in l. non dubium. C. de legib. & in l. fin. §. ſed quia. C commun. de leg.* Guliel. de Cu. *in l ab emptione. ff de pact.* Bat. *in l. ſi conſtante. C de donat. ant nupt.* Ang. & alios omnes vniuerſaliter, & communiter *in l. Marcellus § res qua. ff. ad Trebell.* Marſil. *conſ. 117. num. 54. conſ. 120. num. 4. & conſ. 131. nu 25. vol 2.* Iaſ. *in l. poſſideri §. Nerua filius nu 7. ff. de acq. poſſ.* Riminal. *conſ. 86. nu 13. vol. 1* & ita conſuluit Roma. *conſ. 78. licet communi iure, quo vtimur*, vbi copioſius D. Horatius Mandoſ. *in add. in litera A*, congerit alios Doct. compluꝛes eiuſdem ſententiæ

2 Et † ratio vinax huiuſcemodi communis aſſignari poſſet iſthæc. Nam gabella nullatenus ſoluitur, niſi quando ex contractu agi poteſt. ita Bart. & Alex *in l. lege Falcidia non habetur in fi. ff. ad leg. Falc d.* Ruin. *conſ 34. num. 9. vol. 4.* & Maria Soc. *conſ. 150 n. 5. vol. 3.*

3 Et † quemadmodum gabella nō ſoluitur de contractu nullo: ita pariformiter gabella ipſa cum de libello eſt ſoluenda ex forma ſtatuti, de libello nullo tunc ſoluenda non eſt: ſecundum Iaſ. Claud. Seyſel. Dec. Rip. Cagnol. *nu. 117.* Bologne. *nu. 69.* & alios Moder. omnes communiter *in l edita. C. de eden.* quo in loco aliud videtur innuere Bart. & male quidem, contra quem ſtare cummunem omnium Scribentium ſcolam non obſcure explanat Cagnol. *vbi ſupra num.* Cōis opi.

4 117. *& ſeq.* Quia † libellus nullus non eſt aliter libellus. *l. filiusfam. ff. de teſtam.*

5 Et † eo magis cum libellus nullus, vel ineptus, eſt à iudice ſcindendus. ita Gloſ. Bart. & cæteri omnes vniuerſaliter *in l. 1 ff. de offi aſſ ff.* Spe. *in tit. de aſſeſ. § officiū, in prin. & in tit. de libellis conceptio §. ſequitur, verſ. Index autem ſi viderit*, Bald. *conſ. 54. col. 2. vol. 1.* Abb. *conſ. 88. col. 2. vol. 1. in c. cum inter, in fin de conſuet. in c ſi clericus Laicum de foro compet. & in c. fin. de libel. oblat.* & Curt. Iun. *conſ. 163. nu. 2. vol. 1.*

6 Interpretatur † ſimiliter antedictum ſtatutum, quod in illo non comprehendatur legatum: vt per Io. Lupi. *in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor § 68. nu. 13.* & per Ioan. Berbach. *in tracta. de gabell. in 8 part. de gabel. contractuum. 3. queſt.*

7 Ex quo † legatum ipſum non eſt proprie negociatio: ſecundum Bart. *in l. cætera § ſed & ſi quis ad opus ff de leg. 1.* quem ſequuntur omnes Doct. communiter ibi, & paſſim in iure noſtro, teſte Iaſ. *nu. 16.*

8 Tertio † non intempeſtiue declaratur ſtatutum hoc quod de contractu ſoluatur gabella, vt non intelligatur de contractu ſuper re inæſtimabili; vt voluit Bart. *in l 4 §. toties. in fin* quem legit cum § *prætor ait ff. de damn. inf.* & *in l ita tamen, in princ ff. de adminiſt. tut.* Bart. Cepol *in rub. col. 14. ff. de ver. ſignif.* Paul. Caſtr. *in l benignius, de legi.* Cagnol. *in l. 1. ff ſi certum pet. num 61.* Ang. Imol. Alex. & alii omnes communiter *in d. § ait.* vbi Roma. explanat hoc procedere ſi res nullo modo poſſet æſtimari, alias ſecus.

9 Quarto † interpretatur quoque ſtatutum memoratum, quod gabella ſoluendū de quolibet inſtrumēto per ſtatutum, vt non debeat ſolui iterum gabella ipſa de eodem inſtrumento refecto. ita Anto. de But. *in c. 3 in Gloſſ. de iudic.* & Alex. *in l. 1 § ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig. & in l. 1. § ſi quis ædificium ff. de oper. non. nunc. in locis & in add.*

¶ Sed hoc non ſortitur locum, vbicunque huic inſtrumento refecto aliquid adderetur: vt firmat Alex *in d. § ſi quis ſimpliciter, per notata ibi in Glo.*

¶ Nec itidem procederet ſtatutum prædictum quotieſcunque contractus foret omnino refectus: tunc enim cum is nouus cenſeatur, gabella ſoluenda venit. teſte Ant. Butr. *col. pen. de iure patro.* & Iaſ. *in l. ius ciuile, nu 19. ff. de iuſt. & iur.*

Quinto † prædicta interpretantur etiam, quod licet gabella ſoluenda ſit de negociatione vini, olei, & ſimilium rerum: tamen ea ſoluenda non eſſet ab iis, qui vendunt huiuſmodi res in prædiis ſuis perceptas, ſed ab iis qui emunt, & vendunt *ex eiciem, d ſt. 88* Ab. *conſ. 6. in fin. vol. 2.* Dec. *in c Eccleſia ſancta Mariæ, co' fin. de conſt.* & Iaſ *in d. l. cætera §. ſed & ſi quis ad opus, col. 2 ff de leg. 1.* & Graue. *conſ. 6. n. 116.* 10

Sexto † interpretandum neceſſario venit quoque prælibatum ſtatutum, quod quamuis gabella de contractu ſoluenda ſit: nihilominus tamen gabella ipſa ſoluenda aliter non eſt de contracto per reſtitutionē in integrum reſciſſo. ita Riminald. *conſ. 306. præſens articulus vol. 2.* 11

Septimo ſimiliter † hoc ſtatutum de ſoluenda gabella pro contractu claudicat etiam, vt locum ſibi nō vendicet modo aliquo in fideiuſſore propter rationis diuerſitatem: ne ille grauetur duplici onere: ſecūdum Ripam, *col. 10.* & alios Moder. omnes *in l. 1 ff ſi cert. pet.* 12

Octauo ſtatutum diſponens, † quod de pretio cuiuſcunque rei in contractu deductæ ſoluatur, ſoluiq; debeat gabella, intelligitur abſque dubio aliquo de emptione duntaxat, ob verbum *pretii* in ſtatuto appoſitum. teſte Bald. per Gloſ. *ibi, in l. cum dotem. C. de iure dot.* cui non vulgari quidem anchora innititur Iaſ. *in l. 1, col. 7. C. de iur. emphy.* 13

OPINIO DCCCXVIII.

SVMMARIA.

1 *Iura limitatoria, ſeu ſpecialia, non tolluntur per ſtatutum, vel per nouam legem, etiamſi in eo, vel in ea reperiatur clauſula*, non obſtantibus ſtatutis & legib.

2 *Ius ſpecialiter competens nunquam cenſetur ſublatum per generalem diſpoſitionem ſtatuti, ſeu legis.*

PEr ſtatutum † vel legem nouam iura limitatoria, ſeu ſpecialia non videntur ſublata, etiamſi in ea, vel in eo reperiretur clauſula, *non obſtantibus ſtatutis & legib. auth. de hered. quæ ab inteſt* vbi Glo *in ver. Vacantib.* & ibi Scriben. *l. ſecundum. ff. qui ſatiſd. cogan.* vbi Gloſſ *in verſ. non compelli*, & omnes Docto. communiter Rom. *conſ. 40. viſis, conſ. 322 in caſu & conſ. 399. vt præſ nt, col. 3.* 1

Quia ius † ſpecialiter competens nunquam videtur ſublatum. & iſta eſt communis opinio. *l. d. curioſib.* vbi text. Gloſ. & Doct. *C. de ſilentiar. lib. 12* & Gloſſ. communiter approbatam § *præterea ſi quis infeudarim*, & vbi Bald. Iſer. Aluarot. Præpoſ. & alii Docto *de prohib feu. alien. per Federi.* Fely. *in c. 1 col. 6. ver. Declara de reſcrip.* Iaſ. *in l. quod dicitur, in ſecunda not. ff de verb. oblig. & in l 1. 3. nota. ff ſol. matr.* & Cotta, *in memorali, in ver. Doḿ habet &c.* 2

OPINIO DCCCXIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum imponens pœnam corporalem pro homicidio, vel alio delicto, intelligitur ſi dolus adſit, nec lata culpa ſufficit, & an idem ſit ſi ſtatutum pœnam talem imponat pro homicidio qualitercunq; commiſſo. n. 2.*

3 *Homicidium committens ad neceſſariam defenſionem, non incurrit peccatum mortale. cuiusque ratio nu. ſeq.*

5 *Clericus, ſicut & laicus poteſt vim vi repellere defendendo ſe, ſuaque bona. Et taliter occidendo clericus non efficitur irregularis, etiamſi factum ſit inter celebrationem miſſæ & nu. 6. & 7.*

8 *Homicidium quid.*

9 *Statutum excludens omnes exceptiones, non excludit exceptionem innocentiæ.*

1 STatutum † imponens pœnam corporalem pro homicidio, vel pro alio delicto interpretatur, & intelligitur ſi dolus adſit, nec lata culpa ſufficit: vt per Bart. *in l. 1. §. non autem ff. ſi quis teſt. lib. eſſe.* Bal. *in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ.* Cyn. Bald. Ang. & Paul. Caſtr. *in l. 1. ff. de legib.* Ang. Aret. *in § ex maleficiis, Inſt. de act. n. 7.* nam delictum ſine dolo commiſſum, non eſt pœna corporali puniendum, Gloſſ. not. *in c. 1. in verb. homicidium, de pace tenenda,* Iul. Clar. *in pract. crim. q. 84. in prin.* & Marſil. *conſ. 4 nu. 27 lib 1.* & per eandem doctrinam Pau. de Caſtro *in l. & ſi ſeuerior. C. de his, qui not. infa.* refert ſe euaſiſſe quendam à morte, vbi etiam Alex. *vol. 2.* ſequitur quoque Dec. alios citaua legendo *in cap. 2. de conſt.* & conſulendo *conſ. 9.* & Marſil. *in l. legis Corneliæ, num 3 ff. ad leg. Corn. de ſicar.* & opinionem hanc admittit communem eſſe Claud. Aquen. *in d. l. 1 ff. de legib. n. 33.* & Iaſ. *in l. in actionibus, nu. 16 ff. de in l. iur.* vbi Dec. & alii reſpondent omnibus fundamentis pro contraria parte allegatis. Et circa hoc ſcripſimus *ſupra late in Opi. Statutum diſponens, quod bannitus non poſſit reuerti ad Ciuitatem. circa fin.*

2 Sed † coarctatur mentionatum ſtatutum non procedere, quando diſponeret quem corporaliter puniri pro homicidio qualitercunque commiſſo: tunc enim quamuis culpa homicidium committatur, debet reus decapitari: ſecundum Saly. *in l. 2. col. 3. C. de noxa.* & huiuſmodi caſu, vt voluit ipſe Saly forte non diſtingueretur vtrum homicidium factum ſit ad defenſionem, & hoc dictum Saly ſequitur Alex. *in l. 1. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cau. infam. irrog.* & Fely *in c. teſtes, col. 9. de reſcript.* Licet hoc firmare non auſus ſit ob contraria relata per eum, Caſſaneus *in conſuet. Burgundiæ rub. 1 nu. 4.*

¶ Nam opinio hæc Saly. & ſequacium videtur nimis ſcrupuloſa, & penitus cœca & inutilis, & quo tendat neſcio. labitur enim à veritate omnino in maximam fallaciam, atque inſaniam: & ideo merito contra ipſam Saly. opinionem doctiſſime, religioſiſſimeque conſuluit Franc. Beccius *conſ. 51 in caſu propoſito prima fronte dicendum videbatur, vol. 1.* quem comperi ibi hunc locum præſentis meæ opinionis citaſſe.

3 Et † ratio aſſignari poſſet iſthæc vltra alias quamplurimas allegatas per Bec. *vbi ſupra* contra Saly. Nam ob homicidium commiſſum ad neceſſariam defenſionem non incurritur peccatum mortale: vt firmat S. Thom. *in 2. ſecunda qu. 64. art. 5.* ad cuius ſententiæ corroborationem multa fundit Io. Tabienſis *in ſua ſumma Tabiena, in ver. Homicidium § 8.* & Bartho. Fumus *in ſua ſumma Armilla, in ver. Homicidium, ſub § 2.*

4 Quia † homicidium patratum ad defenſionem perſonæ pro neceſſitate ineuitabili eſt excuſabile, & ex eo minime incurritur irregularitas *Clem. 1. de homicid.* & firmat Bart. Brix *in c. de his, in quæſt. exordiente aliquis repellendo violentiam,* quod in præſenti caſu, nulla incurratur irregularitas. cui accedit Hoſtien. *in c. 2. de homicid. & tuc. ſunt,* vbi protulit magnum, & vtile verbum, Clementem 4 ita alias pronunciaſſe, & ſic etiã Curiam tenere, & obſeruare.

5 Imo † hoc amplificatur viliter procedere etiam in clerico, qui quidem poteſt ſicut & laicus vim vi repellere defendendo ſe, bonaque ſua. *arg. c. ſignificaſti, extra de homicid. & c. dilecto. de ſent. excommu. lib. 6.* vbi diſponitur etiam, quod quilibet tenetur propulſare iniuriam à vicino, & proximo.

Quare † ſi clericus ita aggrediatur, vt aliter mortẽ euitare nequeat, niſi occidat, vel inuaſorem mutilet, hoc agendo, non euadit, neque efficitur irregularis: vt *in Clem. ſi furioſus, extra de homicid.* Nam potius aggreſſor videtur ſeipſum occidere, quam ab aggreſſo occidi: & ideo ille nullum tunc peccatum incurreret. 6

Et hinc eſt, † quod ſi clericus, ſeu presbyter dum actualiter celebraret, inuaderetur recte profecto, inſteque dimittere poſſet eo caſu celebrationem: & ſi ſe tuendo, occideret aggreſſorem ipſum, poſſet in continenti reuerti ad altare, & ſacrificium, remque diuinam perficere etiam alieno ſanguine pollutus: ſecundum Ioan. de Lignano, *in tract. de iuſto bello,* & Panor. *in c. clerici arma portantes, extra de vit. & honeſt. cler.* & Dec. *in l. vt vim, nu. 8 ff. de iuſt. & iur.* 7

Vnde ceſſante peccato, † doloque malo, in præſenti caſu, neceſſario debet ſimiliter ceſſare pœna. Et eo magis cum opinio Saly. præmemorata penitus diffinitionem ipſius homicidii deſtruere videatur. Nam homicidium, ſecundum S. Thom. *in 2. ſecunde, qu. 100. art. 8. ad tertium, & in qu. de mal. qu. 13. art. 4. ad vndecimũ,* eſt occiſio hominis iniuſta. cui quidem diffinitioni innituntur omnes Theologi, & Canoniſtæ communiter *varii in locis,* & Bartho. Fumus *in d. ſum. Armilla, in ver. Homicidium. § 1.* 8 Cõis opi.

Vnde ſtante innocẽtia, † puritateque animi ipſius homicidæ, non mirandum ergo eſt ſi innocentibus iura ſubueniunt, vt in præſenti caſu nulla pœna imponi debeat. Quia ſtante ſtatuto, excludente omnes exceptiones, non excluderet modo aliquo exceptionem innocentiæ, ita Bald. *in l. edita, in repet. Paduana, col. pen. ver. Ex tribus autem conſtat. C. de eden.* & Ioan. de Ana. *conſ. 59. viſa inquiſitione, col. 1.* & Marſil. cum aliis aggregatis per eum, *in ſing. 59. Innocentibus.* 9

OPINIO DCCCXX.

SVMMARIA.

1 *Statutum, pactum, vel conſuetudo introducta ad dandum aliquid publicæ vtilitatis cauſa, velut pro fabrica facienda, vel pro conſequendis ſpiritualibus non valet, ſecus ſi poſt traditionem in rebus ſpiritualibus pactum factũ ſit. nu. ſeq.*

3 *Statutum vel conſuetudo diſponens ſimpliciter ſoluendum eſſe aliquid pro lampada ardente, ante ſacram Eucharistiam. eſt rationabilis, & valet: & quomodo inducatur talis conſuetudo. n. 4. & an obliget totum populum. nu. 5.*

STatutum, † pactum, vel conſuetudo, diſponens ad dandum, & tradendum aliquid publicæ vtilitatis cauſa, veluti pro fabrica conſtruenda, vel pro paramentis faciendis, pro conſequendo ſpiritualia, non valet nec tenet; ſecundum Docto. omnes *in c. veniens, ext. de teſtib.* Panor. & alios communiter *in c. cum M. Ferrarien. de conſtit.* vbi Ripa, *nu. 174.* Sed † hoc non procedit in pacto facto poſt traditionem rerum ſpiritualiũ: tunc profecto obſeruandum eſſet huiuſmodi pactũ, vel ſtatutum: ſecundum Io. And. & Panor. *in d. c. veniens,* & iſta eſt communis opinio, teſte Ripa, & aliis Mod. *in d. c. cum M. Ferrarien. num. 176.* 1 2 Cõis opi.

Nec † habet locum antedicta concluſio, vbicunq; conſuetudo ipſa diſponeret aliquod ſoluendum eſſe ſimpliciter pro lampada ardente ante ſacram Euchariſtiam: tunc enim dicta conſuetudo dicitur rationabilis. *c. ad apoſtolicam. de ſimo.* 3

Et

4 Et animaduerte,† quod hæc conſuetudo non dicitur inducta ea hoc duntaxat, quod aliqui homines Vniuerſitatis particulariter ex deuotione fecerunt ſumptus, pro ipſa lampada: quia opus eſt vt prædicti homines particulares fecerunt impenſas intentione inducendi conſuetudinem, non autem ea particulari deuotione: vt per Abb. *in c. fin. col. 4. de conſuetudine.* Imò
5 requiritur neceſſario,† quod tales impenſæ, ſciente, conſentienteque vniuerſo populo, vel ſaltem maiori parte eiuſdem fuerint facta.

6 Et † hoc caſu dicta conſuetudo obligat Vniuerſitatem, & totum populum ad ſoluendum pro eadem lampada: ſecundum Canoniſtas communiter *in d. c. fi.* & Legiſtas *in d. l. de quibus ff. de legi.* quam quidem communem ſequitur, & atteſtatur Roccbus Curt. *in d. c. fi.* & Ripa *in ſuis ſingularibus reſponſis, in tit. de legib. & conſuetud. c. 20. nu. 7.*

OPINIO DCCCXXI.

SVMMARIVM.

1 *Mutus, cæcus, fœmina & aliæ perſonæ inhabiles, admittuntur ad feudum, ſtatuto diſponente, quod qui ceperit bannitum, habeat tale caſtrum in feudum.*

1 STatutum,† vel proclama, diſponẽs, quod qui cœperit bannitum, ſeu aliquem malefactorem, habeat tale caſtrum in feudum: tunc mutus, cæcus, fœmina, & aliæ ſimiles perſonæ de iure inhabiles, vt *in c. 1. an mutus, vel aliter imperfectus, in vſib. feu.* ad feudum admittuntur: ſecundum Gui. de Cu. Bal. Salyc. Ro. & Alex. *in l. filiusfamilias. ff. ſi cer. pet.* & Iaſo. *ibi nu. 3. cum a'iis*
Cõm opi. *ſeq.* dicit iſtam doctrinam Gui. ab omnibus communiter approbari. & hoc idem tenet ipſemet Iaſ. *in l. 1. n. 14. in 2. lect. C. de ſacroſan. Eccle. & l. 1. §. nunciatio ff. de oper. noui nun.* Alex. *conſ. 35. nu. 5. lib. 6.* Albgt. *in tract. de ſtat. in 3. par. q. 181.* Bald. *in tract. de ſtat. in ver. Capere, ver. Caſtrũ,* & Alciat. *de ver. ſignif. lib. fol. 8.*

OPINIO DCCCXXII.

SVMMARIA.

1 *Statutum puniens delicta intelligitur de conſummatis, non de attentatis.*

2 *Verba ſtatutorum ſunt propriè, & non impropriè intelligenda.*

3 *Conſuetudo generalis, quæ viget per vniuerſum mundum, derogauit omnibus legibus diſponentib. conatum puniri, non ſecuto effectu, excepto crimine læſæ maieſt. & proditæ patriæ. nu. 4.*

5 *Expugnans patriam committit crimen læſæ maieſtatis.*

1 STatutũ puniens delicta,† intelligitur de conſummatis, & non de attentatis. vnde ſi ſtatutum diſponeret, quod ſi quis doloſe occiderit hominem pœna mortis puniatur, intelligitur ſecuta morte effectualiter tantum, & non aliter: ſecundum Barth. & omnes communiter, *in l. ſi quis cum telo. C. ad legem Corn. de ſicar.* Bart. *in l. 1. § Diuum. ff. eo. titu.* Bald. & omnes *in l. ſi quis ſeruo C. de furt. & in authen. ſed nouo iure eod. titu.* Iuan. de Imol. *in c. 1. de præſumpt.* & hoc late probat & confirmat per nonnulla alia ſimilia exempla Marſil. *in l. qui falſam monetam, nu. 23 cum multis ſeq. ff. de falſis,* & Gramm. *deciſ. 2. per totam,* vbi refert ita in cõtingentia facti fuiſſe iudicatum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano.
2 Nam † ſtatutorum verba neceſſario debent propriè intelligi, non autem impropriè, & ficte, vbi abſonus intellectus non ſequitur: & ſic ſtatuta ipſa requirunt caſum verum, & non fictum *l. 3. §. hæc verba,* ubi Bart. *in ff. de negotiis geſtis,* & alii Docto. *in l. 1. ad leg. Corn. de ſicar* & iſtam aiunt eſſe communem opinionem Dec. *in l. non vult hæres, nu. 4. cum aliis ſeq. ff. de reg. iur.* & Augu. Beroius, *in c. ſi quis epiſcopus. nu. 6. de accuſat.* Et circa hoc diffuſius ſcripſimus, *ſupra in Opinio Statutum diſponens, quod mulier, & minor non poſſint contrahere in eo. lamentatione.*

Et † eo maxime prædicta vera ſunt: cum hodie per conſuetudinem generalem totius mũdi derogatum ſit omnibus legibus diſponentibus conatum puniri, & conſequenter et talem conſuetudinem conatus non punitur, niſi ſequatur effectus: ſecundum Spec. *in tit. de accuſa. §. 1.* cum quo ſentiunt Ang. Pao. de Caſtr. Alex. Iaſ. & cæteri *in l. 1. §. hæc autẽ verba ff. quod quiſq. iur.* Fely. *in tract. quando conatus puniatur, in 4 col.* cum aliis abunde congeſtis per Marſil. *in d. l. qui falſam monetam, nu. 24.* & hoc idem tenet Boer. *deciſ. 306. nu 3.* & Hieronymus Cuchalon, *in add. ad Dec. in d. l. non vult hæres.* vbi admonet hanc eſſe communem opinionem, 3
& Grammat. quoque *in d. deciſ. 2. nu 19.* Sed † hoc declarant non procedere Ang. Paul. Caſtr. & Iaſ. *in d. §. hæc autem verba,* in crimine proditæ ac expugnatæ patriæ: quorum opinionem in iſtis duobus caſibus dicit communem Boerius, *in tract. de ſeditioſis, circa fi. n. 41. & ſeq.* Et † iſte vltimus caſus comprobatur ea eo, quod ſcripſit Sòci. *conſ. 121. prætermittenda eſt diſputatio, col. 2. vol. 4.* vbi dixit, quod ille, qui venit ad expugnandum patriam committit crimen læſæ maieſtatis: vt habetur per Bart. *in extrauag. qui ſint rebelles, in ver. Tenore, & in ver. Rebellando,* & per Docto. *in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* 4 5

OPINIO DCCCXXIII.

SVMMARIA.

1 *Immunitas alicui conceſſa ab omnibus, & quibuſcunq, oneribus, cum clauſula, non obſtantibus quibuſcunque, an includat onera taxarum equorum, & hoſpitationis militum.*

2 *Onera taxarum equorum, & hoſpitationis militum, ſunt onera realia, à quibus nemo excuſatur.*

STatutum diſponens, † quod ad onera taxarum equorum, & hoſpitationis militum, etiam exempti teneantur, exceptis his, qui à Principe literas ſpeciales cum ſpeciali derogatione illius ſanctionis habuerint, quo caſu non ſufficit clauſula immunitatis, *ab omnibus, & quibuſcunque onerib.* cum clauſula *non obſtantibus quibuſcunque, etiamſi de verbo ad verbum deberet fieri mentio in ſpecie, quibus omnib. derogetur:* niſi in ſpecie fiat mentio de immunitate, etiam reſpectu taxarum equorum, & onerum belli cum derogatione iſtius ſtatuti, ſecundum communem opinionem omnium Doct. quam citat, & ſequitur Dec. *conſ. 165. viſo, col. 2. & ſeq. conſ. 168. verecunde, col. pen.* Iaſ. *conſ. 121. vol. 4.* Fely. *in c. accedentes, col. 3 de reſcript.* & Gomeſi. *in proœmi. reg. can. col. 95.* & ita eſt communis opinio. Et comprobatur. Nam ſtatutum circa onera dicitur tranſire in contractum, ita vt non poſſet reuocari, ſaltem abſque eius ſpecialiſſima derogatione, ſecundum Lud. ro. Bolog. *conſ. 4. viſo, col fi.* & Rub. Alex. *conſ. 9. in cauſa, col 2.* Onera enim taxarum † equorum, & hoſpitationis militum, ſunt onera realia, à quibus nemo poteſt ſe excuſare. Etiamſi eſſet alias priuilegiatus, & exemptus: vt per Pariſ. *conſ. 52. tenetur, vol. 1.* Rube. Alex. *in præturato, conſ. 9. nu. 6. per tex. in l. 3. §. minus, & in l. reſcripto. § ſiciendum,* vbi Bart. *nu. 3. ff. de mu. er. & hon.* Et quia etiam ſtatus pacificus, & publica quies conſeruantur armorum intuitu, vt voluit Signorol. de Homod. *conſ. 82. num. 6. in quæſtionib.* 1 2

OPINIO DCCCXXIV.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens ſuper gradibus, intelligi debet de gradibus iuris ciuilis, & computatio fieri debet ſecundum ius ciuile Etiam in terris Eccleſiæ. & n. 3.*

2 *Computatio graduum, ſecundum ius canonicum, dicitur impropria.*

1 STatutũ diſponens ſuper gradibus, vel de gradibus loquens, debet interpretari, & intelligi de gradib. iuris ciuilis, & fieri computatio graduum ſecundum ius ciuile ita tenent, & concludunt per quamplures rationes Iacob. Butrig. & Bal. *in l. fin. C. de ſucceſſ. edict.* & 2 inter alias rationes aſſignant iſtam. Quia † computatio graduum ſecundum ius canonicum eſt impropria. ſequitur ibi Alex. *nu. 6.* Bar. *in l. Iuriſconſultus. §. 1. ff. de grad. affin. & in d. l. fi.* & idem ibi Saly. & Iaſ. *in d. l. fi. n. 12.* & Dec. *nu. 14.* & Albet. Brun. *in tract. quod ſtantibus moſculis, art. 5. nu. 20. ſub qu. 2.* vbi etiam late diſtinguit *ante nu. 20.* & idem conſuluit Bar *in conſ. exordiente. quæritur virum gradus.* & iſta eſt communis opinio: vt per Cottam *in memorali, in ver. Graduũ computatio,* & Mod. *in d. l. fin.* vbi Iaſ. Dec. & alii Scriben. ampliant, limitãt, ac diffuſe declarant in pluribus caſibus dictam com- Cõis opi. 3 munem. Et † quia etiam computatio ipſa graduum regulariter fieri debet ſecũdum computationem iuris ciuilis, non autem computationem iuris canonici etiam in terris Eccleſiæ. Nam cõmputatio graduum, quæ fit de iure canonico, habet locum duntaxat quo ad matrimonia, non tamen quoad alia: vt firmauere Glo. & alij omnes Doct. *in § hactenus, inſtit. de grad. cog.* Cy. Bal. Alex. Iaſ. & cæteri *in d. l. fi.* & Fely. *in c. ex litteris, de conſti.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem.

OPINIO DCCCXXV.

SVMMARIA.

1 *Condemnatus ad mortem pro delicto capitali efficitur ſeruus pœnæ.*

2 *Condemnatus ad pœnam mortis per ſententiam vigore cõtumaciæ & fictæ confeſſionis, non item. Eiuſque ratio nu. ſeq.*

4 *Sententia lata contra contumacem nunquam tranſit in rem iudicatam.*

1 REus † pro crimine, ac delicto capitali cõdemnatus ad mortem, mediante ſententia diffinitiua, ſecũdum formam iuris communis, efficitur ſeruus pœnæ. *l. qui vltimo ff. de pœnis.*

2 Sed † condemnatus ad pœnam mortis per ſentẽtiam vigore contumaciæ, ac fictę confeſſionis, ex forma ſtatuti, non efficitur ſeruus, donec venerit in iudicis poteſtatem, ſecundum Bal. *in l. data opera. C. qui accu. non poſſ. & in l. 1. C. de ha. inſt.* vbi omnes hoc ſequuntur, *& in l. eius. § ſi cui. ff. de teſtam.* Et ſic iſta ſententia nõ operatur effectum ſuum, donec præfatus reus condemnatus ad mortem, repertus fuerit: tunc enim ipſi pœna vltimi ſupplicii erit imponenda: & ita ſe habet communis opinio, vt patet ex allegatis per Boer. *deciſ. 268 nu. 8. cum aliis ſeq.* vbi refert nonnullos Doct. in contrariam ſententiam inclinantes.

3 Et ratio † huiuſmodi communis opinionis videtur iſta. Quia ſententia lata contra aliquem cõtumacem, potius præſumitur propter vitium contumaciæ lata, quam propter ius partis tex. eſt *in l. præſens. ff. de pig. & in l. ſi ideo. ff. de euic. & in l. ſi. de emp. & vend.* quæ iura ad hoc allegat Rom. *conſ. 329 præſens conſultatio, col. penult.* vbi etiam citat Bar *in l. ſæpe. ff. de iud. & in l. res inter alios. ff. res inter alios acta,* & Ant. *in c. quamuis, de re iud.*

4 Imo vlterius dicas, † quod dicta ſententia lata ex forma ſtatuti contra contumacem, nunquam tranſeat in rem iudicatam: vt firmauit Ioan. de Anania, *in c. de his, extr. de accuſ.* cuius dictum pro valde ſingulari, & notabili refert, & ſequitur Ludo. Bolog. *conſ. 34. circa fi.* & Marſil *in ſua pract. crim. in § ordine ſucceſſiuo. nu. 2.*

OPINIO DCCCXXVI.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod capi poſſit debitor perſonaliter ad ſimplicem creditoris nutum, nulla præcedente citatione, non debet extendi ad ceſſionarium.*

2 *Ceſſio facta etiam non potentiori, lite pendente, non valet, & cedens incidit in vitium litigioſi.*

3 *Ceſſio facta ante litis conteſtatam valet, ſecus poſt litis conteſtationem.*

4 *Ceſſio facta per minorem non valet ſine iudicis decreto, & authoritate.*

5 *Ceſſio actionum facta ex falſa cauſa ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ipſo iure non valet.*

6 *Ceſſio facta ſine cauſa non valet.*

7 *Ceſſio facta per laicum clerico, tanquam facta in potentiorem, in dubio præſumitur ſimulata, & nulla ratio. n. 8.*

9 *Ceſſio facta potentiori bona fide, valet, ſecus ſi malitioſe, cauſa opprimendi aduerſarium. & nu. 10.*

11 *Ceſſionarius, & creditor, an ſimul poſſint præſentare inſtrumentum in Regno, ſecundum formam ritus, licet ceſſionarius ſolus id facere non poſſit. & nu. 12.*

13 *Cautela pro fratribus & ſociis in diuidendis debitis ſeu nominibus communibus.*

1 STatutum diſponẽs † quod debitor capi poſſit perſonaliter ad inſtantiam creditoris, nulla præcedẽte citatione, ampliari non debet modo aliquo, vt id etiã tunc locum obtineat in ceſſionario: ſed prius denunciandum neceſſario eſſet debitori, ceſſio facta, liquidandumque, & diſcutiendum ius ceſſum, nec nõ fuerit valide ceſſum: ſecundum Bal. *qu. 10.* & Salyc. *in l per diuerſas. C. mandati,* Alex. *in l. poſtulante, col. 2. ff. ad Trebell.* vbi non obſcure deducit iſtam eſſe communem opinionem, & Dec. quoque *in l. 1. col. fi. ff. ſi cert. pet.* cui innituntur etiam idem Alex. *conſ. 95. viſis proceſſibus cir. a lites, num. 16. vol. 2.* & Marſil. *ſing. 26. Licet ex forma ſtatuti,* vbi refert communem opinionem iſtam alias practicaſſe Bononiæ, in foro mercantię in cauſa magni momenti: licet & male quidem aſſeuerent contrarium Paul. Caſtren. *conſ. 91. col. 2. vol. 1.* Franc. Scaglionus *in ritu 163. Inſtrumentorum appellatione, ſub nu. 21.* & Roma. *conſ. 38. in caſu propoſito approbo quæ conſulta fuerunt, in prin.* videlicet ſtatutum hoc concedens executionem, & capturam contra debitorem, comprehendere etiam ceſſionarium. Cõis opi.

§ Sed retenta communi memorata tanquam ſacroſancta, aduerte, quod præſens difficultas ceſſaret hodie, ob clauſulas quę apponuntur in inſtrumentis, atteſtante apoſtil. ad Alex. *in d. conſ. 95. in litera A. in fin.* Cæterum autumarem ipſas clauſulas in inſtrumento ceſſionis debiti appoſitas non poſſe afferre præiudicium debitori, vt is vigore ipſarum clauſularum capi poſſit ad inſtantiam ceſſionarii nõ diſcuſſa prius prædicta ceſſione, & citato, vocatoq; debitore.

2 Nam † multa occurrere poſſent, vt non teneat ceſſio hæc: & præſertim ſi ea celebrata ſit, lite pendente: ceſſio enim quæ fieret non potẽtiori, ſi actio eſſet dubitata, vt quia foret in litigium deducta, ſtante dubio ipſius litis euentu, non poſſet regulariter alteri cedi, & cedens indubitanter tunc incideret in vitium litigioſi. & puniretur *l. fin. C. de litig. & c. Eccleſia,* & ibi Gl. *vt lit. pen.* Quod fallit in caſib. ibi poſitis, & not. etiam

Abb. *in c. ex parte col. 2. de alien. iudic. mut. cauſa fact.* Sed
3 hoc † procederet cum grano ſalis, ſi foret facta ceſſio poſt litem conteſtatam, ſecundum Glo. & alios óes, *vt lite, & in l. fi. C. de litig.* & Ang. *in auth. nod. int.* concludentes, quod ante litis conteſtationem in perſonalibus actionibus teneat ceſſio, nec habeat locum vitiũ litigioſi, verum poſt litis cõnteſtationem ſic. Licet Petr. Duennas & male quid. in, *in reg. 88. ceſſio regulariter in potentiorem facta eſt nulla, in 3. ampliat. n. 3* aſſeueret ipſam ceſſionem iam ante, quam poſt litem conteſtatam non valere.

E. hinc eſt, quod fruſtra laboret procurans habere titulum affectatum, ad effectum, finemque aliquem expellendi, atque iure ſuo priuandi, ita Bart. *in l. fiat autem, §. ſi duobus ff. de pub. iciana,* & Fely. *in c. non debet. & ſic in c. fin. ſub nu. 4. cum aliis ſeqq. de teſtib.* vbi congerit vtiliter quamplures alios caſus ſimiles, in quibus quis non releuatur, nec vllo modo iuuatur, mediante actione, præuentione, tutela, officio, accuſatione, occaſione eundi, & redeundi, priuilegio, atteſtatione, & titulo affectato, mendicato, & procurato, & aliis ſimilibus modis, cum affectans remanere debeat penitus exclusus ab omnibus commodis affectans.

4 Si autem † contingat, ceſſionem fieri per minorẽ ſciendum eſt, quod minor cedere iura ſua nequeat vllo modo abſque iudicis decreto, & authoritate. ita Spec. *in tit. de act. ceſſ. §. 1. num. 19* & Iacob. Philip. Port. Imol. *conſ. 198 num. 4.*

5 Poteſt † iidem occurrere, vt ceſſio ipſa actionum facta ſit ex falſa cauſa: & tunc, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illa facta ſit, ipſo iure non valet. Bal. *in l. fi. C. de*
6 *fal. cau. adiect. leg.* Si uilt eque † etiam poteſt accidere, quod ceſſio præmemorata fiat ſine cauſa: tunc enim illa nullatenus valeret neque teneret *d. l. per diuer. ac, & l. ab Anaſtaſio. C. mandati,* & Bar. *in l. in cauſa §. ex parte. in fi. C. de proc.*

7 Poſtremo † contingere poſſet etiam, quod ceſſio fieret per laicum clerico, quæ, tanquam facta in potentiorem in dubio præſumitur nulla & ſimulata. ita Glo. *in c. fin. de alien. iudic. mu. cauſa fact.* cui inhæret Iaſfred. Lanfranc. cum aliis aggregatis per eum, *deciſ. 87. Ceſſio facta per laicum clerico* Sed hæc opinio Gloſ. & ſequacium communiter reprobatur, atteſtante Abb. *in d. c. fin. num. 2.* Iacob de S. Georgio *in l. 1. nu. 13. C. ne liceat potentioribus.* Verum opinio Glo. ſaluari facile poſſet procedere ſecundum Petr. Duen. *in d. reg. 88 in 4. ampliat. nu. 4.* cum aliis aggregatis per eum, vbicunq; ceſſio facta eſſet Epiſcopis, ſeu aliis clericis iuriſdicti-
8 onem habentibus ſuper laicos. Et ratio eſt, † iudicio meo: Nam ceſſio, quæ fit inter viuos potentiori ratione officii, vel dignitatis, non valet, & cedens debet perdere ius quod habebat. vt *in l. 1. C. vt lit. pen.*

9 Quod † de plano procederet, quotieſcunque ceſſio ipſa fieret potentiori malitioſe, cauſa opprimendi aduerſarium, ſecus autem ſi fieret bona fide. arg. *in l. ſtipendia. C. de procur.* & tot. Spec. *in tit. de ceſſ. act. §. 1. verſ. Quod autem dixi,* & Abb. *in d. c. ex parte, col. 1.* Et hinc eſt, quod † ſi ceſſio fieret potentiori, non equidem ma-
10 litioſe, ſed eo tantum reſpectu, ex quo ille nobilior, & ditior eſt: ſi fieret inquam cauſa mutandi iudicium, poſſet vtique tunc excludi ceſſionarius per exceptionem *l. pen.* & ibi Doct. *ff. de alien. mu. iud.* verumtamen in caſu hoc non perderetur vtique actio, deberetque, ac teneretur ille qui ceſſit agere: ſed profecto nõ poſſet amplius illam actionem alteri cedere, nec in eã procuratorem ſtatuere, cæterum teneretur perſonaliter proſequi. ita tus eſt *in d. l. pen.* & ibi Bart. & Abb. *in d. c. ex parte.*

11 Itaq; † vt eo redeamus vnde vtiliſſimis digreſſionibus diſceſſimus, aduertẽdum eſt, quod licet in Regno inſtrumentum, ſecundum formam laudabilis ritus præſentari nequeat per ceſſionarium, vt diſſeruimus ample *ſupra in Opinio. 779.* Tamen vterque ſimul ceſſionarius, & creditor poſſet dubio procul præſentare inſtrumentum ipſum ſecundum formam ritus: vt voluit Bologner. *in d. l. 1. ſub nu. 59 ff. ſi cert. pet.* & potiſſimum ea ratione, ſecundum eum ibi, quia ſtante renunciatione, facta per ceſſionarium iuri ſuo, cenſetur reintegratum creditum in perſonam creditoris. Et quamuis contra opinionem hanc complures rationes efficaciſſimæ allegari poſſent, nihilominus in practica ab ea non eſt recedendum.

Sed ad euitandum horribiles illas diſſentientium opinionum procellas, ſuadeo, vt creditor in inſtrumento ceſſionis ſibi reſeruet actionem, facultatemque præſentandi inſtrumentum ſecundum formam ritus: & ſic ſe obliget in ipſo inſtrumento ceſſionis creditor de illud præſentando congruo tempore, & ita ex præſenti remedio, & cautela tollitur omnis altercatio, & res ſeſe id turpe ni ius iura, & clara, & ſic alias ex meo conſilio appoſita extant iſthæc clauſula in variis, diuerſiſq; ceſſionis inſtrumentis, qua mediante inſtrumẽta ceduta eadem ſtere præſẽntata per creditorem & ceſſionarium ſecundum ipſius ritus formam: & ita in ſ. cti cõ ir gentia memini S. agliouus *in d. ritu. 163 ſub nu. 21.* in practica obſeruatum vidiſſe. 12

Et hinc † negociari caute admoneo ſocios, & fratres in diuiſionibus bonorum inter eos faciendis: id eſt, vt nomina debitorum, quæ partim in faciem vnius ex fratribus proprio nomine cantari videntur, & partim in perſonam alterius ex ipſis ſociis ita diuidant mediante contractu, ſpecialique reciproca promiſſione, vt alter alteri ſe obliget de præſentando inſtrumenta contra debitores ſecundum formã ritus: quia cum iſta ſic reciprocantur, vnuſquiſq; ex ſociis, & fratribus poſſet vtique recuperare, conſequique ſuum creditum, via executiua contra debitores ſibi in diuiſione aſſignatos: dummodo ex huiuſmodi conuẽtione vnus ex ſociis, & fratribus præſentet inſtrumẽta ſecundum ritus formam ad fauorem alterius. Et ditum ad meum conſilium alias aliqui clientes conſugere, ita diuiſiones & contractus celebrati extiterũt, & præſentati omnes alii contractus crediti poſtmodum ſecundum ipſius ritus formam. 13

OPINIO DCCCXXVII.

SVMMARIA.

1 *Statutum, vel conſuetudo, quod ceſſio bonorum fieri debeat modo vituperabili, an valeat.*

2 *Ceſſio bonorum in Regno quomodo fieri debeat.*

3 *Conſuetudo ſtatutum, vel præceptum contra honeſtatem, & bonos mores non valet.*

4 *In quacunque diſpoſitione generali intelligitur ſemper exempta honeſtas.*

5 *Principe per reſcriptum mandante quem admitti debere ad ceſſionem bonorum, is ſimpliciter admitti debet ſine aliqua ignominia.*

6 *Conſuetudo contra honeſtatem, à Principe approbari non poteſt.*

7 *Cedens, modo non vituperabili, an fiat infamis.*

8 *Ceſſione facta modo vituperabili, cedens nõ poterit amplius conueniri ſi ad meliorem fortunam peruenerit.*

9 *Beneficio ceſſionis an renunciari poſſit.*

10 *Ante lite pendente contra cedere volentem executio permittatur.*

STATVTVM, † aut conſuetudo, quod volens cedere bonis ducatur cum tubis per Ciuitatem, vel faciat ignominioſum, probroſumque 1

actum,vt dare terga leoni, vel percutere anum, aut nates ad columnam;prout moris eſt in Capitolio Vrbis,non valet,neque tenet, ſecundum Doct. omnes per tex.ibi in l.fin.C.qui bonis ced.poſſ. nam hoc videtur inductum contra honeſtatem, bonoſque mores. ita Cyn.Bald.& cæteri omnes communiter in d.l.fi.& Iaſ. cum aliis aggregatis per eum in § item ſi quoque,nu.28.Inſtit.de actio Et Pet.Bell in tract.de bello in 9.parte n.41. Et
2 ideo merito in Regno, † mediante Regia pragmatica,in anno 1546 emanata,inc.Priſcorum legum duritiem, ſancitum extitit ad reprimendum modum hactenus cum infamia obſeruatum in ceſſione bonorū, quod recurrens ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorum,debeat omnium bonorum, iuriumque ſuorum nomina creditoribus aſſignare,& in actis magnæ Curiæ Vicariæ inſinuare,& debitam ſummam confiteri, & alta ſeruare, quæ priſcis legib. in huiuſcemodi bonorum ceſſione ſtabilita fuere:& denique vocatis inſtantibus creditoribus publice,in die qua regitur Curia in ipſa magna Curia Vicariæ, debeat voce præconis publicari nomen volentis cedere,& deinde aſcendere ipſe tenetur ſupra columnam erectam ad hunc effectum ante palatium eiuſdem magnæ Curiæ,aſſereréque alta,& intelligibili voce ſe bonis ſuis cedere, & in actis ipſius magnæ Vicariæ Curiæ inſinuare: put iſte modus moderatus, modeſtuſque ſeruatur hodie in ceſſione bonorum.Et ſi aliter fieret in Regno,ceſſio bonorum redderetur vtique nulla: & officiales tunc incurrerent etiam pœnam mille ducatorum,per d.prag.Priſcorum legum duritiem.
3 Et hinc eſt,† quod non valet cōſuetudo,ſeu ſtatutum contra honeſtatem.& bonos mores c.cum decorē, & c.cum ab omni,de vi.& honeſt.cler. Abb.in c. cum inter, in 5.not.de conſuet. & Rnch. Curt. in repert. c. cum tanto, poſt ceſſionem primam, num.3 in fol.par. 19.de conſuet. vbi hoc ampliat ſortiri quoque locum in præcepto contra honeſtatem emanato,vt id tūc nullatenus valeat, & refert,diſcurritque etiam complura exempla, quibus conſuetudo dicatur cōtra bonos mores. argum. textus cum Gloſſa in l.cum ſupra virtutes, C.de re militari.
4 Adde † quod in quacunque diſpoſitione generali intelligitur ſemper excepta honeſtas, quibuſcunque rebus quaſi dignior anteferenda, ſecundum Bal. in l.quod ix liberta,C.de oper.liber. adeo quod Domini Ferrarum non poſſint compellere ſuos ſubditos, vt eant ad tripudiandum in caſtro, cum ab omni ſuperioritate ius honeſtatis intelligatur eſſe exemptum, vt per Bar.to in loco,vt refert Bonus de Curtili in tract. de nobilit. in 2 par.n.40.& 41.refert etiam Dec. ad l.ſemper in contractibus, nu.3 ff.de reg.iur. vbi plura infert.
5 Vnde † ſi Princeps mādaret, mediante eius reſcripto aliquem ad ceſſionem bonorum admitti, deberet admitti ſimpliciter abſque opprobrio aliquo: Nā in Principis actu gloſſandum non eſt.ita Bal.conſ 303.
6 vol 5.Imo † nec cōſuetudo contra honeſtatem à Principe approbari poſſet,vt concedunt Bal.& Fely. col.3. verſ.Vltimo nota, inc.ad noſtram, de probat.
7 Sed an † cedens modo non vituperabili efficiatur infamis, Glo ſecundum eius expoſitionem in l.vlt. C. de ceſſ bonorum, tenet, quod non & ibi etiam Salycet. nu.1.& vide Pet.Bell.in tract.de bello,in 9.par.nu.41.
8 Nota † ſimiliter in præſenti materia,quod ſi ceſſio fuerit facta modo vituperali,vt hic,cedens etiamſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, non poſſit amplius conueniri à creditoribus,ita Gloſ. in c.ſicut dignum, §. nos inſuper,in verb.ſi habent,ext.de homicid. & in c.peccatū, de reg.iur.in 6. & Pet.Bel. in tract.de bello in 9. parte,num. 47.ex argumento l.interdum.§.qui furem ff.de furt.Gui. Pap decif.343.cedens bonis,Glo.in §.fin.inſtit.de actionibus, in verb ex integro,in fine,Salycet.in rub. C.qui bonis cedere poſſ.ſub nu.12.verſ quæro decimo tertio, vbi concludit, traditque exempla ſcholaris,militis,& clerici, redactorum poſt ceſſionem ad pinguiorem fortunam,quod non poſſit tunc exequi in eorum libris,& armis, emptis poſt ceſſionem ipſam, D. Cornel. Benincaſius in tract.de paupertate. in qu.7. in 8.ſpeciali,ſub nu. 16. & ſeqq. & Io Franciſ Scaglinnus cum aliis aggregatis per eū, in prag.de ceſſione bonorum,nu.39 & ſeq. vbi commemorat quoque magnam Curiam Vicariæ de æquitate obſeruare, quod cedens antequam admittatur ad bonorum ceſſionem promittat creditoribus ſatisfacere caſu quo ad pinguiorem fortunam peruenerint. & hoc idem teſtificatur etiam, vidiſſe obſeruatum ſua tempeſtate Stephanus Aufrerius in additionibus ad deciſiones Capellæ Tholoſanæ,deciſ.61.item fuit quæſitum in ceſſio bonorum in tra.6.
Adde in ſumma in materia † præſentis opinionis,quod beneficio ceſſionis bonorum renunciari non poſſit, vt per Port.in princ.Inſtit de vſufruct nu.16.in fine, & ibi Iaſ.& in § fin. inſtit.de actionib.nu.30.& eſt text.ſingularis in l.aſſia, §.eleganter,ff ſolut.matrim. Addit.ad Franciſ. Ant.de Iudice,ſuper pract.ſuper liquidatione inſtrum. poſt nu.66.fol.58.in vltima conſideratione,vbi plura refert. & quod talis renunciatio beneficii ceſſionis bonorum facta per debitorem,promittendo non cedere bonis non teneat, eſt communis opinio, atteſtante Alex. conſ.37.viſo,col.2.vol.2.& Io Libra in §.fin.nu. 7.inſtit.de actionib. quæ communis adeo vera eſt, vt rationabiliter amplificetur per Doct.vt locum obtineat etiamſi facta foret renunciatio etiam cum iuramento, ita Guid.Pap.deciſ.211.debitor non poteſt renunciare, poſt nu.1. quod mirabile reputatur per Apoſtillam ibi,conantem rationem reddere. In contrarium vero partem tanquam minitiorem, quod poſſit renunciari beneficio ceſſionis bonorum cum iuramento, & quod ea tunc valeat & teneat,inclinauere Alex. cū quamplurimis citatis per eum,in l.aſſia, §.eleganter,col. 11.ff ſolut. matrim Capella Tholoſana deciſ.61.per c.licet de iureiur. lib 6 & c.quamuis de pact.eod tit.& Rota Romana ma- [illegible] ceſſatoque ordine,deciſ.2.vtrum poſſit renunciari ceſſioni bonorum, in rub. de iureiuran. in antiquis, & [illegible]co.Machellus in patrocinio 42.in hac cauſa qua Mat- [illegible] num.3 planum facit iſtam eſſe veriorem ſententiam.

Cæterum † vt attingam centrum præſentis materiæ an aduertendum eſt, quod lite pendente, & cæteris creditoribus,ad videndum ceſſionem, contra volentem cedere, poſſit exequi,ita Capella Tholoſana deciſ.18.vbi Additio rationem affert, & plures caſus congerit.

Clo opi. (margin)

9 (margin)

10 (margin)

OPINIO DCCCXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod mulier contrahere non poſſit ſine conſenſu propinquorum, an habeat etiam locum in quaſi contractu, vt in aditione hæreditatis, & n.ſeq.*

STatutum,quod mulier contrahere non poſſit abſque propinquorum conſenſu: ita & taliter interpretatur,atque procedit, vt illa tunc adire hæreditatem nequeat modo aliquo, ſine ipſorum conſanguineorum conſenſu,& ſic quaſi contrahere: quoniam pro contractu accipitur omnis obligatio l.omnem ff de iud. Abb.& alii omnes in c.quā fronte de appell.Paul. Caſtren Rom.& cæteri vniuerſaliter, in l.multum ff de acq. hæred.Signotol.conſ.165.Roma.conſ.394.præſuppoſito, in princ.Bar.& alii communiter in l.more.ff.de acq.hæred.& 1 (margin)

in

in l.1.multum.§.1 & ita etiam tenet Matth. de Afflict. *in deciſ.106.num 6.* & Iaſ *in §.omnem,col.11.& ſeq. inſt.de act. & in l.ſiue apud acta col.1.C.de tranſact.*

2 Et iſthæc communis,† concorſque opinio procederet de plano, atque indiſcriminatim: ſecundum Roma.*in conſ.12.viſo facto propoſito,cæteriſq; conſiliis,ſub n.6* vbicunque eadem met ratio militaret, vigeretque in quaſi contractu, quæ concurreret in contractu: vt explicat etiam D.Horat.Mandoſ. *in addit. Roma. in d. conſ.394 ſub litera B.* vbi in medium exponit iſtam eſſe communem ſententiam.

OPINIO DCCCXXIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum diſponens, quod vxor teſtari non poſſit abſq; conſenſu viri, an valeat.*
2 *Statutum exigens tantum præſentiam Mundualdi in Regno in teſtamento vxoris, valet.*
3 *Statutum, quod minor 25 annis non poſſit teſtari ſine conſenſu, vel præſentia propinquorum, valet.*
4 *Statutum, quod filiusfamilias teſtari poſſit abſque patris conſenſu, valet. Sed prohibetur teſtari de vſufr. ad patrē ſpectante, nu.ſeq.*
6 *Nec filiafamilias poſſet teſtari de dote profectitia.*
7 *Statutum, quod pupillus poſſit adire hæreditatem, & ſe obligare ſine tutore, valet.*

1 STatutum,† quod vxor teſtari nequeat ſine viri ſui conſenſu non valet, neque tenet. ita Pau.Caſt. *in l. ex facto, in prin. per tex. ibi ff. de vulg. & pupil.* & Alex.*conſ.55. conſideratis verbis dicti ſtatuti, in fin. volum.1. & conſ.155. volum.2.*

In contrarium vero partem, videlicet, quod ſtatutum prohibens vxori teſtamentum condere abſq; conſenſu viri valeat, inclinauit Ang. *in §.1.in auth. vt facta no.conſtit. & conſ.126.teſtamenti facto,* Bal. *in l.3 ff. de teſtam.* & Dec.*conſ.455.placet concluſio.* Quia ſecundum allegatos Docto. poteſtas teſtandi inducta eſt de iure ciuili, quod illo iure tolli poſſet. Sed quicquid iſti Doct. ſuadeant nolt aliter recedere à prima ſententia præmemorata tanquam ſacroſancta & communi: cui accedit etiam Ioan Lup. *in rebr. 4. per veſtras §.81 ſub n.14.& ſeq. de don.inter vir & vxorem,* & Cotta *in memorab. in ver. Statutum, quod vxor non poſſit teſtari,* vbi meminit non obſcure quidem de prædicta Pauli Caſtrenſis opinione communiter recepta.

2 Cæterum† vbicunque ſtatutum exigeret tantummodo præſentiam Mundualdi in teſtamento vxoris, tunc ex quo tractatur de re mere fauorabili vxori, fragilitatique ſexus proficua, & non dependenti aliter ab alieno arbitrio valeret vtique, & teneret: ſecundū Afflict. *deci.160. Nunquam mulier de iure Longobardorum,* vbi refert ita extitiſſe deciſum, & iudicatum in Sacro Conſilio: & etiam *in conſt. Inſtrumentorum robur.* cui innititur non vulgari anchora Maran. *in tract. de iudic. in 3.par.princ.nu.95.cum aliis omnibus ſeq.* & Viſil. *in add. Afflicti in d. deciſ.160.* & ita ſeruatur quotidie in Regno ſine ſcrupulo aliquo.

3 Sed hæc † communis opinio ita explanata coarctatur primo non ſortiri locum in minore. Nam ſtatutum, quod minor vigintiquinque annis non poſſit teſtari ſine conſenſu, vel præſentia propinquorum valet, faciatque alias teſtamentum eſſe nullum: & ſic teſtamentum ipſius minoris conditum tunc ſine conſenſu requiſito à ſtatuto non tenet modo aliquo. teſte Bal. *in l.non id iure.C.de codi.* cum quo ſentiunt ōes ibi communiter, *& in l.3.ff.de leg.1.* Bal. *in l.fin.col.vlt. Extra quaro.C de fideicom.*

4 Secundo † claudicat eadem communis etiam, vt locum non obtineat in filiofamilias: quoniam ſtatutum, vt filiusfamilias teſtamentum abſque patris cōſenſu condere poſſit, valet, & tenet. ita Ioan. Ceph. *conſ.256.videbatur prima fronte, num.36.vol.2.*

Verum ſtante huiuſmodi ſtatuto,† vt teſtamentū filiusfamilias condere liceat, non licebit vtique tunc filius in teſtamento diſponere de vſufructu, quem in eorum bonis ad parentes ſpectare legumlatores decreuerunt: vt voluit expreſſe, conſtanterque Bald. *in l. ſi quæramus.ff de teſt.* & Ceph. *in d. conſ.256 nu 37.* 5

Nec † ſimiliter ſtante prædicto ſtatuto, vt filiifamilias teſtamentum conficere poſſint, minime valet teſtamentum filiæ de dote profectitia conditum: ſecundum Ceph. in terminis *in d.conſ.256.* 6

Et licet † ſtatutum non valeat, quod vxor teſtari non poſſit abſque viri conſenſu: tamen ſtatutum diſponens, quod pupillus poſſit adire hæreditatem, & ſe obligare ſine tutore, indubitanter valet. ita Ang. *in l.more ff.de acquir.hæred.* 7

OPINIO DCCCXXX.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod vicinus præferatur cuilibet emptori, non obtinet locum, cum via publica eſt in medio.*
2 *Vicinus ſuo nomine quis dicatur.*
3 *Ius congrui ſeu protomiſeos non tollitur, exiſtente in medio via vicinali. Et quid requiratur, vt dicatur via vicinalis. nu.ſeq. & quomodo definiatur nu.5.*
6 *Via vicinalis, licet ſumat publicæ viæ naturam: tamen non dicitur publica.*
7 *Datio in ſolutum, etiam voluntaria, ex ſolutione neceſſaria, excluditur à rigore ſtatuti, & conſtitutionis Regni, Sancimus. ius congrui, & protomiſeos.*
8 *Datio in ſolutum dici poteſt voluntaria: ſed ſolutio quæ fit mediante datione in ſolutum, dicitur neceſſaria.*
9 *Datio in ſolutum non fit officio iudicis, ſed potius adiudicatio fit iudicis decreto.*
10 *Seruitutes eundi & redeundi non connumerantur inter res immobiles & conſequenter domini earum non habent ius congrui.*
11 *Conſtitutio Sancimus, eſt correctoria iuris communis, & per conſequens odioſa, & ſtricte intelligenda.*
12 *Ius congrui vigore ſeruitutis eundi vicinus petere non poteſt, exiſtente alia re immobili vicina.*
13 *Seruitus eundi non poteſt proprie dici immobilis. cuius quæ ratio. nu 14.*
15 *Ius coquendi panem in furno alieno, poteſt dici ſeruitus.*
16 *Seruitus viæ promiſcuè poteſt per non habentem fundum.*
17 *Ius congrui competit marito, ratione rei dotalis, cum ſit dominus.*
18 *Ius eundi habens per aliquam domum, vel fundum, non eſt dominus illius, cuius eſt prædium ſeruiens.*
19 *Vſufructuarius alicuius fundi, non poteſt agere iure congrui.*
20 *Procurator cum libera, in iure congrui nondum nato, renunciare vel id cedere poſſit. & nu.33.*
21 *Mandatum habens in principali, non videtur habere in acceſſorio.*
22 *Obligatio ſine cauſa velut indiſcreta non valet.*
23 *Cauſa vbi non exprimitur præſumitur error.*
24 *Error in origine fuit deſtruere conſenſum.*
25 *Stipulatio ſine cauſa non valet, nec libellus ſine cauſa expreſſione tenet. nu.26.*
27 *Procurator habens plenum mandatum, ſeu cum libera poteſt omnia, quæ poteſt dominus, excepta dilapidatione.*
28 *Procurator habens mandatum ad vendendum cum libera ſimpliciter, non poteſt remittere neque donare.*

29 *Procurator nomine domini re vendita poteſt concedere emptori tempus ad ſoluendum.*

30 *Argumentum à maiori in mandatis, non procedit nec poteſt argui ex tacita mente conſtituentis.*

31 *Procurator cum libera non poteſt agere illicita.*

32 *Clauſula cum libera, in conſtitutionibus quibus mandata graue praeiudicium afferunt mandantibus, potius ex tabellionum ſtylo, quam ex mandantis voluntate, inſerta cenſetur.*

33 *Mandantem habuiſſe notitiam, & ſcientiam aſſerenti, incumbit onus probandi.*

34 *Donatio cauſa mortis licet hodie nudo pacto fieri poſſit, nõ procedit tamen in pacto praeſumpto.*

36 *Ius retractus an duret 30 annis, & non minori ſpatio praeſcribi poſſit. Et an ſola ſcientia vicini ſufficiat, an vero ſolennis denunciatio requiratur. nu. 37.*

1 STatutum diſponens, † quod vicinus præferatur cuilibet emptori in emptione rei immobilis, limitatur primo locum non obtinere vbicunque via publica extaret, reperiretur que in medio: ſecundum Bal.
2 *in tract. de iure protomiſeos*, licet & male quidem Barth. Cepol. *in tit. de ripa*, aſſeueret contrarium. Et † quod vera ſit Bald. opinio, oſtenditur hac viuaci ratione. Nam vicinus fundus dicitur, qui ad vnguem cohæret, non autem ſi reperiatur via in medio. *l. 4. §. hoc iudicium. ff. finium regun.* & ibi Bar. & alii, & eidem ſententiæ Bald. inhæret etiam Marc. Mant. *in tract. de iure protomiſeos, q. 10.* vbi illam ab omnibus contrariis tuetur, atque veriorem eſſe enunciat.

3 Cæterum vbicunque via vicinalis extaret in medio, tunc vicinus indubitanter quidem poſſet agere iure congrui, & protomiſeos, non obſtante huiuſmodi vicinali via: Et ſic ipſa via vicinalis nullatenus impedire videtur ius congrui: ſecundum Afflict. *deciſ. 62. per magnam Curiam Vicariæ*, vbi mentionem facit alias ita iudicatum extitiſſe in Sacro Concilio.

4 Quod † interpretatur de plano procedere ibi Vrſillus *in add. ſub nu. 1. & ſeq.* cum conſtet viam conſtructam eſſe à vicinis alias hoc non apparente, via vicinalis haberet vim viæ publicæ, & tunc ceſſaret prælibatum ius congrui in via vicinali, quemadmodum & in publica. Sed curioſitas hæc mihi non arridet, & eã penitus periculoſam eſſe non me prætereit. Nam in præſenti caſo non conſideratur vtrum à vicinis via vicinalis confecta, conſtructaque ſit, verum ſolummodo attenditur, vt acceſſus per eam pateat vicinis, & non aliis. Vnde hoc ſtante ſatis plane colligitur viam eſſe vicinalem abſque aliqua alia oſtenſione, & verificatione, vt illa via vicinalis ſumptibus priuatorum, & vicinorum conſtituta ſit.

5 Itaque hæc limitatio, † & reſtrictio omnino deſtruitur ex definitione viæ vicinalis, tradita à lege: Nã via vicinalis illa dicitur, ob quam acceſſus vicinis patet, & non aliis, & exit ad vicinorum prædia duntaxat, & non ad viam publicam: & ſic vicinales viæ ſunt, quæ in vicis reperiuntur, & in vicos ducunt, *l. 2. ſub § ſi quis nemine prohibente, verſ. Viæ autem publicæ, ff. ne quid in loco publico*, & notat Bal. *conſ. 385. ex quadam ſcriptura orta eſt, nu. 2. vol. 5.* Ergo eo ipſo, quod colligitur viam eſſe vicinalem, attenta eius natura, & ſituatione, non
6 poteſt dici illam ſumpſiſſe vim publicæ viæ. Et † licet aliquando naturam via vicinalis publicæ viæ aſſumat, vt quando illæ non collatione priuatorum reſectæ ſint, & vbicunque etiam collatione priuatorum, ſed non extet memoria: tamen tunc non diceretur publica via: vt firmat Gloſ. *in d. l. 2. § ſi quis nemine prohibente, in ver. Publicas.* Vnde ea definitione viæ vicinalis ſupra tradita, & ex authoritate Gloſſ. præmemoratæ, apparet nullatenus poſſe procedere opin. Vrſilli *in loco præstato.*

Secundo † recipit etiam interpretationem ſtatutum memoratum in datione in ſolutum vltro emanata alicuius rei ſtabilis, id eſt, neceſſitate vrgente, & ſic pro debito. Nam res ipſa in ſolutum data ſponte creditori pro ſuo credito à debitore, à propinquioribus retrahi nequiret: imo tunc ius retractus vigore præmemorati ſtatuti, ſeu conſtitutionis Regni *ſancimus*, locum non ſortitetur: vt firmauere Spec. *in tit. de emptio. & vendit. § nunc dicendum*, & ibi Ioan. And. *in addit.* Franc. Arei. *conſ. 123.* Alex. *conſ. 52. volum. 1* Lucas de Penna *in l 3. colum. 2. C. de præd. curia. lib. 10.* Neapod *in t. conſtit ſub tit. de iure congrui in Glo. in ver. Emit, col. 3.* & Afflict. *in tract. de iure protomiſeos. § 3. nu. 16.* vbi plane exprimit ita practicari. & eidem opinioni diſputando videtur accedere quoque Marc. Man. *in d tract. de iure protomiſeos, q. 1 ſol. paruo 21. & ſeq.* vbi accuratiſſime quidem remouet omnia obſtacula vrgentia pro contraria parte. & eidem ſententiæ adſtipulatur indem Tiraq. cum magna Scribentium Illuſtrium cohorte coaceruata per eum *in tract. de vtroque retract. in § 1. Gl. 14. nu. 5.* & iſta eſt concors & communis opinio, vt aperte conſtat ex numero tam probatiſſimorum authorum. 7 *Com. opi.*

¶ Quæ profecto ratione non caret: quoniam præcitata conſtitutio *ſancimus*, cum odium contineat, eſto quod ad reſcindendum cõtractum tendat, quem tamen partium voluntate finitum, imperiali, ſeu regio reſcripto, extingui non oportet. *l. cauſas. C. de tranſact.*

¶ Idcirco non extendenda de venditione, quæ actus voluntarius reputatur, ad dationem in ſolutum neceſſariam *l. rem legatam ff. de adimen. lega.* Vndè cum conſtitutio ipſa *ſancimus*, loquatur ſolummodo in alienatione per venditionem, vel per emphyteuſim, vel per locationem, tanquam odioſa, & ſtricti iuris, non deberet excedere proprium caſum. *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. & in l. in noſtra, de iniur.* & firmat Alex. *in d. conſ. 52. nu 4.* Et præſertim cum tendat ad contractus reſciſſionem, quod etiam odioſum eſt. *l. ſi diuerſa. C. de tranſact.* Præterea ipſa datio in ſolutum fit ex neceſſitate, ad euitandum potiſſimum expenſas litis, ad euitandum quoque ingratitudinem, & opprobrium redundans ex non ſolutione debiti: inſpecto tamen ſtatu, & tempore tranſacto ipſius debiti, & denique ad ſubterfugiendum acclamationes ſatellitum in exequendo. Et nihilominus *d. conſtitutio ſancimus*, in præſenti materia loquens, debet intelligi in alienatione voluntaria: vt not. *in l. quemadmodum. C de agric. & cenſi. lib. 10.* & per Roma. *conſ. 117.* Et † eſto 8
quod hæc datio in ſolutum dici poſſet voluntaria: tamen ſolutio, quæ fit mediante ipſa datione in ſolutũ, neceſſaria eſt: vt per Cephal. *conſ. 125. vol. 1.* & per Rolan. à Valle, *conſ. 21. vol. 1.* Stante igitur, quod debitor, vigore contractus, & obligationis potuerit res ſuas immobiles in ſolutum tradere, loco pecuniarum promiſſarum, in ipſo contractu, & hoc fuerit in eius arbitrio, videlicet, vel pecunias, vel bona dare: ſecundum Dec. *conſ. 12.* & So. Iu. *conſ. 41. vol. 3.* ceſſaret vtiq; omnis fraus quæ forte præſumi poſſet.

¶ Et licet Tiraq. *in d. § 1. Gloſſ. 14.* & Coraſ. *in miſcellan. iuris ciuilis, lib. 3. cap. 3. nu. 2. & ſeq.* admittant præmiſſam opinionem procedere tantummodo in datione in ſolutum neceſſaria, cum interpoſitione decreti iudicis: tamen conſideratio, ſeu curioſitas iſtorum Doctorum penitus inutilis, & impoſſibilis omnino redditur.

Nam † datio in ſolutum non fit officio iudicis, ſed 9

po-

ſed potius adiudicatio ſolet fieri ex iudicis decreto: Ideo datio in ſolutum de iure appellatur, quãdo debitor ſponte creditori dat rem pro aliquo debito. *l. pretii. C. de reſcin. ven.* Quando vero aſſignatur res debitoris iudicialiter creditori, res illa adiudicatur creditori. *l. à Diuo Pio. §. ſi pignori, de re iud.* Alex. *conſ. 52. col. 1. vol. 1.*

¶ Nec obſtare videtur illud principale fundamentum pro contraria parte adductum, quod appellatione alienationis, contineatur omnia ſpecies, per quã dominium transfertur, & ſic ipſa datio in ſolutum, vt *l. 1. C. de fundo dotali*, & gl. *in l. 1. C. de iure emphyteu.* Redoã. *in tract. de reb. eccleſ. non alien. in princ. c. 1. de alien. feud. pat. & c. nullum, de reb. eccle. non alien.* quia hoc procederet, quando probatum foret, quod conſuetudo generaliter diſponeret alienationes fieri. Sed cum prælibata conſtitutio *ſancimus*, loquatur, & diſponat ſuper venditione non extenditur ad dationem in ſolutum, vel ad alium caſum ſimilem, etiamſi eadem ratio militaret, quod fortius procedit in caſu iſto, ex quo eſt contra ius commune, & contra ius quæſitum tertio, & in eius præiudicium. Et vbicunque tractatur de præiudicio alicuius, nedum non fit extenſio, ſed reſtrictio fit improprijando verba. Bar. *in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberan.* & ibi etiam Alex.

¶ Imo toleraretur tunc, quod verba nil operarentur: vt iuſiſſime per Moder. Canoniſt. *in c. 1. de reſcript. in 6. cum ſimilib.* & eſt Glo. *in cap. imperialem, in princ. de prohib. alien. feud. per Fed.* quod licentia de alienando in inueſtitura concesſa, quia eſt contra naturam feudi, reſtringitur quantum eſt poſſibile. Et enim alia obſtantia adducta in contrarium parum, aut nihil vrgeãt: & tanto magis cum ſufficiant reſponſiones traditæ per Marc. Mant. *in d. tract. de iure protomiſeos in 1. qu.* & per Alex. *in d. conſ. 52. vol. 1.* vbi ita affabre in propriis terminis conſuluit: non auderem vnquam me opponere contra torrentem tam Illuſtrium Doct. præcitatorum. Concurro itaque ex his rationibus, & authoritatibus antecignatis, cum ipſa ſacroſancta, & communi opinione ſuperius roborata, quod ex allegata datione in ſolutum ſecuti voluntaria, & ſolutione neceſſaria emanata ad fauorem creditoris non competere vicino rei traditæ in ſolutum ius congrui, prout hinc eandem communem ſententiam aliis facibus illuminanimus etiam ſupra, *in opin. 174. Datio in ſolutũ. nu. 9. cum alia ſeq.*

10 Tertio † claudicat etiam antedictum ſtatutum, vt minime locum obtineat in ſeruitutibus accedendi, & recedendi. Nam ſeruitutes nullatenus connumerantur inter res immobiles: & conſequenter domini ipſarum ex eis non obtinent ius congrui ad alias res,
11 per quas tales ſeruitutes habent, quia † *d. conſtitutio ſancimus*, eſt correctoria iuris communis, & per conſequens odioſa, & ſtricte intelligenda, prout frequentiori Doctorum calculo teneri ait Tiraq. *in præfat. retract. municipalis, nu. 60. & ſeq.* vbi id tenentes dicit eſſe ætate, numero, & authoritate ſuperiores, Inter quos Illuſtris Afflict. noſter, Bal. & Modet. omnes *in d. conſtitut. ſancimus* id aſſeuerant, ita vt de hoc non ſit vllo pacto dubitandum.

12 Vnde concludendum eſt, † quod vigore ſeruitutis eundi, exiſtente aliare immobili vicina, non poſſit vicinus prætendere ius congrui. Nam *d. conſtitutio ſancimus* loquitur, & ſic omnes Doct. ibi intelligunt, de re immobili, vt eius verba ſonant: at hæc ſeruitus eundi, per ſe conſiderata, & proprie, vti conſideranda est in caſu *d. conſtitutionis ſancimus*, contra ius commune non poteſt vllo modo dici immobilis: ergo nũ comprehenditur in præſenti facti ſpecie.

Et † quod ita conſiderata ſeruitus, non ſit immobilis, firmat Panor. *in c. nulli colum. 3. verſic. Quid autem in ſeruitutibus, de reb. eccle. non alien.* cui innititur Alexand. *conſ. 52. num. 3. vol. 1.* & Tiraquel. *in loco præcitato. §. 1. gloſ. 5. num. 1. & gloſ. 7. num. 58.* vbi prorumpit, quod propter ipſæ ſeruitutes non poſſunt dici immobiles. 13

Et † primo hoc ideo eſt. Nam ſeruitutes non poſſidentur, ſed quaſi poſſidentur, ita Specul. *de empt. & vendit. §. 1. verſ. Primo autem*, & Bar. *in l. ſeruitutes la grande. in 1. opposit. ff. de ſeruit.* 14

Imo † ſeruitus dici poteſt quoque ius coquendi panem in furno alieno: vt voluit Bal. *in l. pen. colum. 3. verſic. Item ſi debeas. C. de conditio inſert.* Vnde ſi habens ſeruitutem iſtam, prætenderet ex hac ratione habere ius congrui, fatuus abſque dubio aliquo reputaretur. Nam non valeret conſequentia, habet quia ſeruitutem, ergo & ius congrui. 15

Imo † eidem ſeruitus viæ, promitti poteſt per non habentem fundum: ſecundum Alex. *in l. non exiſtimo. ff. de verbor. obligat. per l. heredes. §. an ea. ff. de conſtit. pec.* itaque ex mera ſeruitute non conceditur ius congrui. 16

Secundo ad hoc, † vt agens iure congrui poſſit obtinere, neceſſe eſt, quod rem collateralem habeat, & ipſius rei ſit dominus: vt loquitur *d. conſtit. ſancimus*, vbi Bald. *in prin.* aſſeuerans, illud competere marito ratione rei dotalis, cum ſit dominus per *l. doce ancillam. C. de rei vend.* & Afflict. *in d. conſt. ſancimus*... 17

C. de res vend. & Afflict. *ibi etiam §. 1. nu. 36. & ſeq. & ante num. 41.* Et † habens ius hoc eundi per aliquam domum ſeu fundum, non eſt dominus illius ſoli per quod tranſit, ex quo remanet in dominio illius, cuius eſt prædium ſeruiens per text. apertum, *in l. loci corpus, in princip. ff. ſi ſeruit. vendic. & in l. 2. §. viæ priuatæ ſolum ff. ne quid in loco publico.* ergo deficit actio, cum hoc ſubſtantiale requiſitum deficiat. 18

Tertio † dubium non eſt, quod habens vſum in aliqua re minus ius habet, quam vſufructuarius. Quia habens ius eundi ad domum, ſeu prædium, videtur vſum habere, quod minus eſt. Sed vſufructuarius alicuius fundi non poteſt agere iure congrui ea quo res fructuaria, non eſt fructuarii. ergo multo minus agere habens tantum vſum. vt ita affabre concludit Afflict. *in d. conſtit. ſancimus. §. 1. num. 37.* referens ita teneri etiã Sebaſtianum Neap. *ubi* & ita me patrocinante extitit iudicatum *in anno* 1577. per Magnificum D. Capitaneum Terræ Collis ſeccati ex voto & conſilio Excellentia D. Ioannis Vincentii Butri ciuis mei ſui auditoris, in cauſa iuris congrui mota per Reuerendum D. Fœlicianum, contra Franciſcum Auſonii de eadem Terra ſuper ſtabulo, in quo rem nullam collateralem habebat, ſed tantum vigore tranſitus, & iuris eundi per ipſum ſtabulum ad aliud ſuum ſtabulum remotum, & non coniunctum, vt ei ub hue nullum competeret ius congrui, patrocinanteque in cauſa hac eo quoque tempore in prima potiſſimum inſtantia & victoriam etiam reportãte D. Ioh. Paulo Guadagnolo aduocato expertiſſimo, atque politiſſimo. 19

Quarto † coarctatur etiam ſtatutum antedictum non procedere vbicunque eſſet conſtitutus procurator etiam cum libera, vt tunc illud minime extendatur ad cedendum & renunciandum iuri protomiſeos nondum nato. Et primo hoc iuſtificatur ea ratione. Nam hic agitur de contractu mandati, qui eſt bonæ fidei. *§. actionum inſtit. de actio.* Nec poteſt extendi, niſi de veriſimili mente mandantis. Quia alias fines mandati diligenter obſeruandi ſunt. *l. diligenter ff. mandat.* Nec procurator poteſt facultatem, authoritatem prætendere, niſi quatenus ex verbis mandati appareat ſibi conceſſa. *l. non diſtinguemus §. de officio ff. de arb. & qui arbit. recep.* 20

21 Secundo † habens mandatum in principali non cenſetur habere in acceſſorio, quod poteſt expediri ſine principali, ſecundum Paul. Caſtren. *conſ. 12. vol. 1.* Vnde conſtat procuratorem non poſſe præiudicium inferre ſuo principali, aliter, quam loquatur mandatum, & conſequenter ſuper ipſo acceſſorio, & iure congrui.

22 Tertio † cum in obligatione facta per procuratorem, non exprimantur, nec exprimi poſſint cauſæ, ob quas obligari voluerit ad cedendum prædicto iuri congrui, ideo obligatio veluti indiſcreta, & ſine cauſa non ſubſiſtit. *l. 2. §. circa. ff. de doli mali excep. & c. ſi cautio, de fid. inſtru.* cum alijs per Alexan. adductis, *conſ. 13. col. 1. volum. 1. & conſ. 18. col. 2. volum. 4.* & conferunt plura per Marſil. citata *in rubric. num. 90. C. de probat.* & per Pariſ. *conſ. 96. num. 8. volum. 3.* & præter eos Bald. *in l. 2. §. creditorum, colum. 2. ff. ſi cert. pet.* & Anchar. *conſ. 330. alias 331. viſa facti, col. 2.*

23 Et ratio eſt, † quia vbi non exprimitur cauſa, ibi præſumitur error, qui excludit conſenſum. *l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. om. iud.* ita Abb. & Fely. *in c. ſi cautio in-ca pr. n.*

24 Et ſic † error in origine facit deficere conſenſum, ita Bal. *in l. non idcirco, in prin. C. de iuris, & facti ignoran.* & facit *l. 3. §. ſubtilius, ff. de condict. ob cauſam data cauſa non ſecuta.*

25 Nam † ſtipulatio ſine cauſa non valet, cum obſtet exceptio doli. *l. palam. §. circa. ff. de doli mali, & metus exceptione,* & D. Beroard. Alphanois, *collect. 628.* & Dec. *in l. nihil conſenſui, § non videntur. ff. de reg. iur.*

26 Nec non † libellus etiam ſine cauſæ expreſſione non tenet, ie x iure eſt *in c. fin. extr. de libelli oblatione, in 6.*

27 Quarto habens † plenum mandatum, ſeu cum libera, etiam poteſt omnia, quæ poteſt dominus, excepta dilapidatione: vt voluit Bart. *in l. quis Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. oblig.* & plane colligitur ex not. per Bart. Bald. Ang. Salyc. Alex. & alios vniuerſaliter, *in l. ſi procurator C. de procurat.* Itaque ſtante, quod procurator dilapidat expreſſe ex ceſſione facta puerilitet abſque cauſa, ac nulla recepta pecunia, ſeu præmio actus in præiudicium ſui principalis nullatenus ea ſubſiſtere poteſt.

28 Quinto † habens mandatum ad vendendum cum libero arbitrio ſimpliciter, minime poteſt tūc remittere, neque donare: vt not. *in l. procurator cui generaliter,*

29 & ibi Glo. & Doct. *ff. de procurat. & l. filius. §. item videamus ff. de don. l. 3. §. plane ff quod vi, aut clam.* Imo † procurator ipſe ſi bene venderet bona conſtituentis, tenetur recipere pretium conuentum rei venditæ, & reſtituere illud ſuo principali: & ſolummodo authoritate ſibi tradita, in mandato, poteſt prorogare terminum ſolutionis. teſte Bar. per illum tex. *in d. §. Callimachus in fin.* vbi hoc Doct. communiter ſequuntur, & præſertim Alex *col. 3.* & ſic procurator ipſe tunc poteſt concedere tempus ad ſoluendum.

30 Sexto † fines mandati non debent præteriri: & in mandatis, & facultatibus alicui conceſſis non procedit argumentum ſumptum à maiori, nec poteſt argui ex tacita mente conſtituentis. *vt c. cum de ſacerdotalis, & c. quamuis cum ibi not. de praben. in 6.*

31 Septimo † in generali mandato etiam libera non conueniunt illicita, ſecundum Bart. & alios, præſertimque Illuſtriſſimum D. Card. Albanum *in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb.*

32 Octauo, † ſtante, quod talis ceſſio de iure congrui tendat in præiudicium mandantis, prælibata clauſula *cum libera* appoſita in mandato, non obtinet locum in præſenti caſu Nam in his, quę ſolent graue damnū mandata afferre, clauſula hæc, potius ex tabellionum ſtylo, quam mandantis voluntate exprimitur, non habet eam vim, vt ſpeciale mandatum inducat: & ſic clauſula præmiſſa apponitur tunc abſque conſenſu mandantis, & eo prorſus ignorante: vt vtiliter aduertit Couarru. cum aliis concernatis per eum, *in rubric. de teſtam. in 2. par. ſub nu. 14.*

Et vlterius aſſerenti, † mandantem habuiſſe notitiam, & ſcientiam, incumbit onus probandi. *c. 1. de conſtit. in 6. l. verius. ff. de probat. l. fin. ff pro ſuo,* Glo. *in cap. ſtatutum, in prin. in ver. Lucratur, de reſcript.* Alex. *conſ. 135. col. 1. vol. 7.* 33

Item † in ſimili concludendum videatur in donatione cauſa mortis, quæ etiam hodie nudo pacto fieri poteſt. Gloſſ. *in l. cum pater. §. Mæuio. ff. de leg. 2.* Bald. *in l. cum virum. col. 1. C. de fideicom.* Iaſ. *in l. 2. ff de leg. 1.* Quod non procedat in pacto præſumpto, eadem ratione, ne duo concurrant ſpecialia. voluit Aret. *in d. l. 2.* Dec. *in l. ſemper quis non prohibet, col. 1. ff. de reg. iur. & conſ. 245. in cauſa, in 2. dubio,* & Corne *conſ. 254. col. 3. vol. 1.* 34

Et † ex his itaque me patrocinante *in anno 1573.* ita iudicauit Excellentiſſimus D. Trinuitius Gualdenius Vrbeuetanus, tunc Auditor Sereniſſimæ D. Margaritæ de Auſtria ad fauorem Nutarij Nardi Pallutij de Terra Montis Regalis, vt mandatum factum cum libera per eum in perſonam Ioannis Tudini non extenderetur ad cedendum, ſeu renunciandum iuri congrui, & prætermiſſis: & cum ipſe procurator illicita egerit contra formam mandati merito non potuit conſtituenti inferre præiudicium quamminimum. Et ideo fuit ſententialiter prædicta ceſſio iuris congrui declarata nulla, & inualida: & poſtmodum eandem ſententiam per iudicem ad quem in eodem met anno confirmatam vidi. 35

Nec non † commodiſſimum eſt in præſentiarum etiam admonere, quod non deſſunt quamplures graues authores, quorum ſcripta, & doctrina eos reddunt inſignes, & præclaros, pro vera concluſione affirmantes, ius hoc retractus regulariter durare annis triginta: in primis autem ſeſe offert Paul. Caſtren. *conſ. 430. circa primum quæſitum, vol. 2.* relatus à Tiraquel. *in tract. de vtraque retract. §. 1. art. 1. glo. 10. nu. 10.* cui fit obuiam Bartholom. Cepoll. *in conſ. ciuil. 43. clariſſime, col. fin.* relatus ſimiliter à Tiraq. *eo in loco.* Tertio fit comes ambobus Dec. de quo, & Iaſone, Neuizan. *conſ. 1. nu. 10.* Solitos eſſe inquit ſequi veras, reales, communeſque opiniones *in conſ. 122. col. fin. verſ. vltimo*, cuius meminit Tiraquel. *in eodem loco, & in §. 36.* dicens memoratas tres Doctores in cauſa retractus nuncupatim tenuiſſe, non facta notificatione, ſemper intra 30. annos peti poſſe, & audiri. quarto à prædictis non diſſentit Io. de Amicis, doctor regnicola *conſ. 149. num. 3.* dicens non reperiri determinatum quanto tempore ius congrui præſcribatur, ideoque peti poſſe, ad 30. annos vſq;. Quinto eiuſdem eſt claſſis Mantua quoque, doctor, & lector Patauinus, qui *in ſuo tract. iuris congrui, qu. 5.* inquit denunciatione non facta, habere parentes, ſocios, contubernales, & vicinos, tempus annorum 30. quo omnis actio præſcribitur, *l. ſicut, & l. omnes. C. de præſcript.* Sexto planum etiam facit Tiraquellus ipſe *in loco non ſimel ſupra adducto*, qui itidem hæc formali protulit verba. *Et ego quidem in ea ſum ſententia, vt ſi ſtatutum, aut conſuetudo admittens conſanguineum ad retractum, non præſcriberet huic rei aliquod certum tempus, ſed ſimpliciter ſtatueret, conſanguineum poſſe rem venditam, reſtituto pretio, redimere ſine aliqua pretij præfinitione, id poſſe intra 30. annos, & non vltra,* idem quoque antea affirmauit *in d. §. 1. glo. 9. nu. 92.* licet cum quodam temperamento, videlicet, *remanente re penes primum emptorem*, quæ tamen limitatio de iure ſuſtentari ne n

poſ

poteſt vllo modo. Septimo in eadem perſiſtunt ſententia Moder. Pariſien *in conſuetud. Pariſien. tit.1.§.13.in fin.* in caſu magis dubitabili, qui eius eſt ſententiæ, vt nec tertius poſſeſſor præſcribat, niſi 30. annis, cuius contrarium Tiraquel. *in d. tract. de retract.§.1.glo.10.nu.15.* non fuit auſus firmare. Octauo eiuſdem ſententiæ ait ſimiliter Caſſane. *in conſuet. Burgun* relatus à Tiraq. *in 1. art.§ 8.glo.5.nu.1.* dicto, & multis modis probans actionem competentem ad retractum eſſe perſonalem, & conſequenter durare annis 30. *d. l. ſicut, & l. omnes.* Nono, etiam Iacob. Monellus, doctor Venetus *in commen. d. conſtit. ſancimus, §.7.§.82.* vt ita dixerim, inuitatus ad has nuptias, veſtem habens nuptialem, ingreſſus eſt, & cum tot præclaris ſcriptoribus concedis, exclamans audacter, quod ſi non fuerit facta denunciatio, admittatur conſanguineus ad retractum ſemper intra annos 30. ſequens doctrinam Pauli Caſtrenſis, & Decii *in conſiliis præcitatis*, idemque repetit etiam *in §.8.nu.47.* aſſerens eam eſſe communem Scribentium ſententiam. Decimo, Marantia *in tract. indiciorū, in 7. diſtin. iud. remed. 19. num.52.* ingreſſus ſimiliter fuit viam aliorum, dicens actionem perſonalem in rem ſcriptam non præſcribi minori ſpatio 30. annorum. Vndecimo Afflict. *in tract. iuris congrui, §. vt infra, nu.3.* de mente Baldi ait, non præcedente denunciatione nunquam currere tempus vicino, ad petendum ius congrui. Quid plura? quis ſani capitis audeat contra tot Doctores, & Scriptores ætate venerandos, ſcientia conſpicuos, & doctrina eminentes, ire in contrariam ſententiam? profecto id neminem attentaturum exiſtimo.

Cōis opi.

37 Imo † non ſufficit in præſenti caſu ſola ſcientia vicini, venditionem factam fuiſſe, quæ ei tunc non nocet, ſed neceſſario requiritur ſolennis denunciatio, facienda cum omnibus & quibuſcunque neceſſariis, opportuniſque qualitatibus ſuper iure congrui, prout ita in terminis conſuluit Ant. Cioſius *conſ.3. Illuſtriſſimi Domini, nu.4 & ſeq.* & ita alias fuit quoque iudicatum in regia Audientia Apuliæ, & in Sacro Concilio Neap. vt videre eſt *in deciſ. noſtra 334. forma eſt quæ dat eſſe rei nu.7. lib.2.*

OPINIO DCCCXXXI.

SVMMARIA.

1 *Lex, vel ſtatutum an per ſolum non vſum tollatur, non accedente contrario vſu. & nu.3. & 4.*

2 *Statutum per ſolum non vſum, etiam ſpatio mille annorū nunquam tollitur.*

5 *Statuti non vſum allegauti, incumbit onus probandi.*

6 *Allegari, & probari debet id quod facit ad victoriam reportandam.*

7 *Præſcriptio contra legem per contrarium vſum intra quantum tempus inducatur, remiſsiue.*

8 *Priuilegium continens actum reiterabilem per contrarium vſum perditur ſpatio 30. annorum.*

9 *Statutum, vel lex vt tollatur per contrarium vſum, neceſſario requiritur, vt vſus obtineatur in contradictorio iudicio, vel ſcientibus, & non contradicentibus dominis.*

10 *Priuilegium quod eſt priuata lex, non tollitur per non vſum neceſſarium.*

1 STatutum †, ſeu conſtitutio *Sancimus*, concedens vicinis ius congrui, non vendicat aliter ſibi locum in aliquibus locis Regni, in quibus illa non extiterit vſu recepta, & per deſuetudinem antiquata. Nam ipſa lex per non vſum tolli videtur. *§. primo. in authen. de hæredibus & Falcid.* ibi: *Sed quoniam ita poſitas leges tanti neglectas venimus reparare. & §. quibus. in 1. conſtit. C.* ibi, *ab illis, quæ in deſuetudinem abierunt.* & ita firmat Alexand. *conſ.6. viſo themate, num.2. vol.1.* vbi nunciat iſtam eſſe communem opinionem: cui accedit per quamplurima fundamenta Ioan. Igno. *in repet. l. neceſſarius. §. non alias, n.122. ff. ad Sylla.* & Rolan. à Valle, *in tract. de lucro dotis q.99. Proponitur.*

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod per non vſum non tollatur lex modo aliquo, inclinauit Cyn. *in l.2. C. quæ ſit longa conſuet.* Doct. omnes vniuerſaliter, *in l. rem non nouam. C. de iudic. & in l. falſo. C. de diuer. reſcrip.* Aret. magiſtraliter, *in proœm. inſtit. in §. igitur, num.2. cum aliis ſeq.* And. de Iſer. *in princ. libri feud. nume.10. & in c. ſi ruſticus, de pace tenend. & eius violat.* Afflict. *in d. conſt. ſancimus, de iure congrui, c.1.§ ſcriptum, in 1. not. ad fin.* Albert. Brun. *conſ.99* Alex. *conſ.45. num 5. & conſ.196. num.15. vol.1.* Fely. *in c.1. col. nu.4. & ſeq de treuga, & pace,* & Petr. Rauen. *in tract. de conſuet. ſectione 4. num.58. & ſequen.*

Et ſic † præcitati Doct. concludunt etiam, quod ſi per mille annos ſtatutum, ſeu *d. conſt. ſancimus*, non extitiſſet obſeruata, quia caſus non contigiſſet, non propterea tolleretur *d. conſtit.* vt firmat etiam, & probat Ioan. de Amicis, *conſ.1. num.43 & ſeq.* Rocch. Cur. *in l. fin. cum cæteris longè ſuper eum, ſectione 4. nume.76. de conſuet.* & Chiſ. *deciſ.177.* 2

§ Et dum eſſet mota lis in Curia noſtra Aquilana, *in anno 1555.* per Gabrielem Graſciam contra Iacobum Colettæ tanquam emptorem cuiuſdam viridarii cōtigui, & collateralis rebus ſuis, & oppoſitum extitiſſet per DD. Aduocatos ipſius Iacobi, non mediocris equidem authoritatis, *d. conſtit. ſancimus*, non fuiſſe in patria noſtra vſu receptam, ac illam in deſuetudinem abiiſſe, fundando ſe in doctrina Alex. *in d. conſi.96.* & ſequacium: tamen hoc non obſtante, prolata extitit tunc ſententia in eadem Curia Aquilana ad fauorem prædicti Gabrielis, patrocinante pro eo D. Paſchali Tuſcanico compatriota meo maximo practico: q. non obſtante deſuetudine allegata, eidem Gabrieli competeret ius congrui in memorato horto. Quæ quidem ſententia extitit poſtmodum, ſeruatis ſeruādis, confirmata in magna Curia Vicariæ, & denique introducta cauſa hac per remedium appellationis in Sacro Regio Conſilio, eaq; trutinata, & facta diſcuſſione, me præſente, inter ambarum partium per principales Illuſtres Docto. Neapolitanos, *in anno 1559.* vidi eandem ſententiam hiſce oculis in ipſo Sacro Conſilio confirmatam & approbatam. Et exinde in poſterum, dictum ius congrui ſemper extitit, & extat in viridi obſeruantia, quamuis antea penitus eſſet incognitum: ſed ex patrocinio ſupradicti D. Paſchalis Aduocati cæpit eſſe in vſu, & quotidie vtitur tam in hac Ciuitate, quam etiam in eius comitatu.

Et † de hoc mirandum non eſt. Nam opinio præmemorata, quod per non vſum tollatur lex, procedit abſque ſcrupulo aliquo, vbicunque in illo non vſu implicitus ſit contrarius vſus: tunc enim lex nunquā tollitur per deſuetudinem, ſed per contrariam conſuetudinem ſic. ita Bal. *in l. non recepti ria. C. de conſtit. pecun.* Ioan. And. & alii Canoniſtæ omnes *in cap. Ioannes, de cler. coniug.* Cyn. & cæteri omnes vnanimiter & concorditer *in l. fin. C. de iure domin. impe.* Glo. Bal. Alex. & reliqui *in l. de quibus. ff. de legib* Barth. *in proœm. Digeſtorum §. antea,* Ioan. de Amicis *in d. conſ.1. num. 43.* Bertrand. *conſ.255. exiſtimo ſub correctione, ſub num 6. vol.6.* Auguſt. Bero. *conſ.173. in cauſa nobilium de Gonzaga, num.29. vol.1.* & Roderic. Suares *in ſuis allegat. in proœmio fori, poſt allegat.28. num.4. cum aliis ſeq. fol. par.329.* vbi ad corroborationem & clariorem intelligentiam preſentis communis 3

Digitized by Google

munis opinionis plurima exempla recenſuit.

4 Per nō † vſum lex, vel ſtatutum, accedente contrario vſu, tollitur, arg. Glo. *in c. 1. verſ. treugas, in fin. de treug. & pace*, notat Bar. *in l. fin. § cum antiquitas, in fine, C. de cur. fur. & conſ. 142. index*, Dec. *conſ. 638. communitas, n. 11.* vbi de communi teſtatur, *lib. 2.* Sed per non vſum abſit à ſeculo, quod tollatur, ſunt verba Bart. *in allegato §. & antea*, quem refert Roch. de Curt. *in tract. de cōſuet. in 4. ſect. nu. 58. fol. 145.*

5 Vnde † alleganti non vſum ſtatuti incumbit onus probandi, poſtquam redactum eſt in volumine ſtatutorum: ſecundum Miſ. *deciſ.* 170.

6 Quia † omne id, quod facit ad victoriam reportandam, allegari, & probari debet. *l. ſi adulterium cum inceſtu. § item Polliont ff de adult. l. cum allegas, de vſuris, l. 1. & 2. C. de iure haſt. fiſ. lib. 10.* & Ange. *in l. nemo carcerem, char. pen. C. de exact. trib. lib. 10.* Et quod allegans teneatur probare quod allegat, eſt textus *l. actor. C. de prob.* & ibi Cyn. Bar. Bal. & alii omnes.

7 Sed † intra quantum tempus præſcribatur contra legem per contrarium vſum, vide Docto. explicantes & ſimul reſoluentes *in d. cap. 1. de treuga & pace*, & per Marc. Anton Bauer. *in rubric. inſtit. de teſtamen. num. 11.* Balb. *in tract. de præſcript. in 5. parte 5. partis principalis, quæſt. 10.* & Ang Bero. *conſ. 137. conſideratis diligenter in hac cauſa, nu. 35. vol. 3.*

8 Et † quemadmodum præſcriptio contra legem, infra aliquale ſtabilitum tempus, inducitur: ita pariformiter etiam priuilegium alicui conceſſum cōtinēs actum reiterabilem, per contrarium vſum perderetur, vbicunque per triginta annos continue, pacifice, & ſine lite contrarium ſeruatum fuiſſet, ſecundum Innoc. Card. Ant. Butr. Abb. & alios omnes vniuerſaliter *in c. accedentibus, per tex. ibi, extra de priuileg. & in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.* Alexan. *conſ. 33. ponderatis his quæ continentur in priuilegio ſub num. 2. cum aliis ſeq. volu. 5.* & Zaſium *conſ. 16. ordo Ciſtercienſis, ſub nu. 8. & ſeq. volu. 1.* vbi non obſcure explicat iſtam eſſe communem opinionem, vt etiam explicauimus *ſupra in opin. 641. priuilegium potest concedere, nu. 5.*

¶ Et tunc certe priuilegium ipſum amiſſum, perditumque ex non vſu per vſum contrarium nunquā reuiuiſcit. *l. qui res § aream. ff. de ſolut.* & Grauet. *conſ. 322. Domina Abbatiſſa, num. 3.*

Et qualis vſus eſſe debeat, † vt ſtatutum, ſeu lex
9 tollatur per contrarium vſum, explicat Auguſt. Bero. *in d. conſ. 173. num. 61. vol. 1.* vbi concludit, quod neceſſario requireretur, quod ipſe contrarius vſus inductus, obtentuſque eſſet in contradictorio iudicio, vel ſciente, & non contradicente domino.

10 Vnde concludo, † priuilegium, quod eſt priuata lex per non vſum neceſſarium, minime tolli poſſe, vt probat, & firmat in terminis Pet. Rauennat. *in c. 1. col. fin. verſ fuit à me quæſitum, de V. S. in 6.*

OPINIO DCCCXXXII.

SVMMARIA.

1 *Statutum, quod vicinus, ſiu agnatus, poſſit rem venditam retrahere oblato eodem pretio, non habet locum, ſi res ſit ſimulate vendita.*

2 *Contractus ſimulatus habetur pro infecto.*

3 *Simulatus contractus, non dicitur contractus. ratio. numero 4.*

5 *Contractus ſimulatus eſt ipſo iure nullus, nec firmatur iuramento.*

6 *Simulatio contractus probari poteſt præſumptionib. & coniecturis.*

7 *Simulationum plures ſpecies remiſſiue. & nu. ſeq.*

9 *Præſumptiones, indicia, & coniecturæ quænam probent ſimulationem, reſidet in iudicis arbitrio.*

10 *Vt in nullum præiudicium fraudulenter afferri poteſt ſuper iure congrui & competente, & fraudans vicinum iure congrui mortaliter peccat, ſimq. ratio. num. 11. 12. 13. & 14.*

15 *Leges ſæculares dicuntur emanaſſe diuino quodam motu. & nu. 16.*

17 *Imperatores Deus de cælo conſtituit, vt leges conderent.*

18 *Legibus omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus.*

19 *Lex ciuilis, & imperialis lux eſt dirigens in iudiciis decernendis, & nulla eſt, quæ rem iniquam fieri velit. nu. 20.*

21 *Legis virtus quæ.*

22 *Peccatores legem ciuilem odio habent.*

23 *Pater fraudans filium legitima, mortaliter peccat, vt & patri conſilium dans. nu. 24. Et omnes cautelæ ad priuationem legitimæ tendentes, facile ſubuertuntur. nu. 25.*

26 *Donatio omnium bonorum velut inofficioſa reuocatur, ſaltem vſq. ad legitimam.*

27 *Legitima prius detrahenda eſt, quam legata.*

28 *Legitima detrahitur etiam ex legatis piis. Trebellianica non item.*

29 *Filio debetur legitima tam in proprietate quam vſufructu, nec in eo grauari poteſt.*

30 *Donatio facta filio per patrem, ob benemerita ſi probentur, valet, nec minuit legitimam.*

31 *Patris confeſſioni, etiam cum iuramento, non ſtatur in præiudicium legitimæ filii.*

32 *Patris alienantis, bona confeſſio ſuper receptione pretii, non præiudicat filiis: niſi de reali pecunia, & pretii numeratione conſtiti. & nu. ſeq.*

34 *Legitima non debetur de bonis feudalib.*

35 *Filia præſens diſpoſitioni paternæ, qua in aliqua parte inſtituitur, & plus petere prohibetur, eiq. conſentiens, an ad ſupplementum legitimæ agere poſſit.*

36 *Pater an aſſignando aliqua bona vni, vel plurib. ex filiis pro ipſorum laboribus, & induſtria, reliquis in legitima præiudicare poſſit.*

37 *Filia admittitur ad reuocandum bona alienata per patrē in filios in fraudem ſuæ legitimæ: ſecus ſi ſint alienata ex cauſa oneroſa, abſq. fraude.*

38 *Cur author plures cautelas minuendi legitimam non tradat:*

39 *Statuto prohibente omnes exceptiones contra contractum vel Inſtrumentum opponere, præter exceptionem ſolutionis, an ſimulationis exceptio opponi poſſit. Et quotuplex ſit ſimulatio, quot modis contrahatur, item quando, quomodo, & à quibus opponi poſſit. & nu. 44. 45. & 63.*

40 *Simulatio quid ſit, & contractus ſimulatus. nu. 41.*

42 *Notarius rogans de ſimulato contractu, pœna falſi punitur Et qua pœna afficiatur notarius falſum Inſtrumentum conficiens.*

43 *Deus diſſimulat hominum peccata propter pœnitentiam.*

44 *Simulatio eſt multiplex.*

45 *Simulatio tripliciter contrahi poteſt & nu. 46 & 47.*

48 *Differentiæ plures inter contractum ſimulatum, fictitium & fraudulentum. & nu. ſeq.*

50 *Simulatio pluribus modis probari poteſt.*

51 *Simulationis exceptioni renunciari nequit, etiam per pactum in continenti appoſitum, ſecus ſi ex interuallo nu. 52. & quando dicatur in continenti & ex interuallo. num. 53.*

54 *Simulationis exceptio opponi poteſt, etiamſi in inſtrumento adſit clauſula*, omnia & ſingula &c. *quod ampliatur nu. 55.*

56 Sta-

56 *Statuto diſponente, quod nulla exceptio opponi poſſit contra inſtrumentum cenſuale, an intelligatur excluſa exceptio ſimulationis.*

57 *Simulationis exceptionem opponens, propriam detegit turpitudinem.*

58 *Iuramentum appoſitum in contractu ſimulato non ligat.*

59 *Iurans omnia & ſingula in inſtrumento contenta fuiſſe, & eſſe vera, non poteſt opponere exceptionem ſimulationis, parte reluctante.*

60 *Inſtrumentum ſimulatum non venit appellatione inſtrumenti.*

61 *Inſtrumentum principale ſi ſit nullum, omnia in eo contenta redduntur inualida.*

62 *Simulatio vitiat omnem contractum, & ſententiam.*

64 *Regia pragmatica & ſtatutum prohibens opponi exceptiones contra inſtrumentum annuus cenſus, excepta ſolutionis, non cenſetur excludere exceptiones ſimulationis, & alias rationabiles, & legitimas, & ex ipſo ſtatuto colligi poſſunt, nu. 65.*

66 *Statutum prohibens contra inſtrumentum opponere omnes exceptiones, non cenſetur excludere exceptionem compenſationis, item peremptorias & exceptiones limitantes executionem, & ea, quæ in continenti probari poſſunt, & nu. 68.*

67 *Statutum loquens de contractu, intelligitur de contractu vero, & non ficto.*

69 *Statutum mandans & diſponens inſtrumentum, mandari debere executioni, intelligitur, ſi inſtrumentum de iure ſubſiſtit.*

70 *Modus à lege, vel ſuperiore traditus, habetur pro forma, & à tali forma, etiam partium conſenſu, recedi non poteſt, & nu. 71.*

72 *Actus vitiatur, ſi vnum ex pluribus requiſitis pro forma, deficiat.*

73 *Regia pragmatica, & diſpenſatio ſuper cenſibus eſt ſtricti iuris, & ſtricte debet intelligi.*

74 *Contractus Emphyteuticus, quomodo, & in quib. à contractu cenſuali differat.*

1 STATVTVM diſponens, † quod agnatus, ſeu vicinus poſſit retrahere rem venditam, oblato eodem pretio, non vendicat alter ſibi locum, ſi res ipſa fuerit ſimulate vendita: & talis ſimulatio, ſecundum communem ſcholam omnium in iure Scribentium, vt probatur per tres coniecturas, teſte Paul. Caſtr. *conſ.* 74. *vol.* 2. *Cōis opin.*

2 Et ratio, quare hoc † ſtatutum non procedit in contractu venditionis ſimulato, ea eſt: quia ſimulatione geſtum, pro infecto haberi debet: & ſic contractus ſimulatus habetur pro non facto, & celebrato, ita Specul. *in tit. de confeſſionibus.* § *nunc videndum, in fin. & de donat. v. r. Item pone,* Ripa, *in* 5. *reſponſ. num.* 28. *in tit. de conſtitut.* & Paul. Caſtren. *conſ.* 7. *per l. nuda. ff. de contrahen. empt. & per l. imaginaria. ff. de regulis iuris.*

3 Imo ipſe † contractus fictus non dicitur contractus, cum deficiat in ſubſtantialibus, vt voluit Ripa, *in d. reſponſ.* 5. *num.* 31. & Barto. *in l. filius. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. per l. emptor. ff. de aqua pluuia arcend. & per d. l. imaginaria.*

4 Et ſic contractus † ſimulatus non habet veram eſſentiam, ſeu ſubſtantiam contractus, ſed dicitur figuratus, ſeu depictus: extrinſecus enim apparet, intrinſecus nihil habet: ſecundum Bartol. Soc. *conſ.* 67. *circa primam quæſtionem, vol.* 1. Rip. *in d. reſponſ.* 5. *n.* 30. & Iaſon. *in* § *fuerat, nu.* 88. *inſtit. de actionibus.*

5 Et poſtremo † contractus iſte ſimulatus eſt ipſo iure nullus, & non firmatur aliter iuramento, vt concedit Gloſſ. *in ver. Simulauit, in fin. in l. emptione. C. plus valet quod agit*, cui innituntur Bald. & alii vniuerſaliter ibi Innoc. *in* 7. *membro.* & Anto. Butr. *in* 8. *membro,* & alii Canoniſtæ omnes, *in cap. cum contingat, de iureiurand.* Bart. & Paul. Caſtren. *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & in l. contra leges, in fin. ff. de legib.* & Bald. *in l.* 1. *circa medium. C. de oper. libert.*

Cæterum redeundo † ad inſtitutum noſtrum, 6
quod ſimulatio contractus probari poſſit præſumptionibus & coniecturis, vltra Paul. Caſtren. *in prætitat. conſil.* 74. ita firmant etiam Bartol. & cæteri omnes, *in l. poſt contractum, ff. de donat.* Bald. *in l.* 3. *C. plus valet quod agitur.* Corne. *conſil.* 4. *num.* 2. *& conſ.* 135. *num.* 34. *volum.* 1. Alexan. *conſil.* 197. *num.* 7. *volum.* 7. Iaſ. *in l. cum ea quæ, num.* 4. *C. de tranſact.* Socin. *conſ.* 18. *num.* 24. *volum.* 1. Afflict. *in tract. de iure protomiſeos.* §. 4. *num.* 10. Bar. *in l. pacta. C. de pact.* Grauett. *conſil.* 73. *num.* 7. Franciſ. Aret. *in l. is qui. ff. de acq. hered. in prin.* Dec. *conſil.* 644. *num.* 4. & Cephal. *conſil.* 198. *nu.* 16. *vol.* 2.

Et licet † reperiantur innumerabiles fere ſpecies 7
ſimulationum, quæ probari, verificarique conſueuere per indicia, & coniecturas, quæ ſparſim tractantur per Scriben. *variis in locis iuris noſtri:* tamen aliquæ diſcutiuntur, atque teruntur per Afflict. *in d. tract. de iure protomiſeos.* §. 4. *num.* 10. *cum aliis ſeq.* Et in tribus caſibus † præſumitur etiam ſimulatio ipſa, de 8
quibus *in l. ab Anaſtaſio:* ſecundum Bal. *ibi in* 1. *not. C. mandati.* Eſt bene verum, † quod quænam indicia, 9
coniecturæ, & præſumptiones ſint, probantes, inducentesque ſimulationem, iudicis arbitrio diiudicandum relinquitur, ſecundum Bald. *conſ.* 311. *vol.* 5. Corn. *conſ.* 346. *vol.* 1. Afflict. *deciſ* 40. *num.* 19. Grauet. *conſ.* 156. *num.* 14. & Cephal. *in d. conſ.* 198. *nu.* 17. *vol.* 2.

Et cum nullum † remedium tradi queat, quo priuari poſſit vicinus iure congrui: Ideo aliquos reperi peruerſæ conſcientiæ, qui fraudulenter, laborando contra propriam ſalutem, mediante donatione, vel permutatione, vel aliis ſimilibus contractibus ſimulatis, vicini in iure congrui ad eos ſpectante præiudicium attulere. Et quemadmodum † fraudans vicinum iure congrui, merito peccat: quia contrauenientiens prohibitioni legis etiam ciuilis, mortaliter & indubitanter peccare cenſetur, *c.* 2. *de maior. & obed.* & probatur *in c. ſolitæ, eod. tit. & in cap. qui reſiſtit.* 11. *q.* 3. *& in c. Iulianus,* 11. *q.* 3. & ita firmant Card. Abb. & cæteri omnes, *in d. c.* 2. *& in c. concupiſcentiam, de conſtitut.* & Feli. *in c. Eccleſia ſancta Mariæ, num.* 37. *cum aliis ſequen. de conſtit.* vbi hoc ponit pro regula cum quatuor limitationibus, & Boer. etiam *in deciſ.* 1. *num.* 73. *cum aliis ſeq.* & iſta eſt communis, & concors opinio, atteſtantibus pleriſque ex memoratis Doctor. cum qua videtur concurrere etiã cum quodam temperamento Couartu. *in reg. peccatum, part.* 2. §. 5. *num.* 2. *& ſeq. de reg. iu. lib.* 6. & Illuſtriſſ. D. Card. Albanus *in conſ.* 27. *ſub num.* 2. Quæ etiam † comprobatur primo. Nam conſulte agit qui præcepto legis obtemperat, *l. vniuerſalem. C. de furtis, & l. filia licet de collat.* Secundo fulcitur quoq; † quia lex ſecularis eſt donum Dei, *l.* 3. *ff. de legib.* Et leges ipſæ † nobiliſſimos aperiunt theſauros. §. *nos vero, in proœm. Digeſtorum.* Imo leges ipſæ † ſeculares dicũtur emanaſſe diuino quodam motu, & ſubtiliſſimo animo. *l. fin. C. de præſcript. long. temp* Et ſic † leges ciuiles diu nutus per ora Principum fuerunt promulgatæ. *d. l. fin. ver. Ideoque enim, & §. quia igitur, in prin. in auth. de fid. inſtru. & c. nemo.* 16. *q.* 3. Et hinc eſt, † quod Deus de cœlo conſtituit Imperatores, vt leges conderent. *d.* §. *quia igitur. c. quo iure.* 8. *diſt. c. fin.* 16. *q.* 3. Felin. *in proœm. Decret. in*

10
11
Cōis opin.
12
13
14
15
16
17

prin. & in d. c. eccleſia mis, de conſt. Abb. *in c. ſuper, ne cler. vel mona.* & Bald. *in conſ. Schiſmatis, colum.* 1. Le-
18 gum deniq; omnes † ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus, atteſtante Cicerone *in orationibus.* Hoc enim vinculum huius dignitatis, qua fruimur in Republ. hoc fundamentum libertatis; hic fons æquitatis, mens, animus, & conſilium; & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus, vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine legibus, ſuis partibus vt neruis, ac ſan-
19 guine, & membris vti non poteſt. Et † denique lex ciuilis, & Imperialis, lux eſt dirigens in iudiciis decernendis, *vt in c. in iſtis temporalibus legibus, diſtinct.* 4.
20 Nam † ſecundum Ciceronem *in veteri Rethorica.* Nulla eſt lex, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri velit; Omnia ſupplicia, quæ à legibus proficiſcuntur: culpæ, aut malitiæ vitandæ cauſa conſtitutæ ſunt. Hæc igitur Imperialis lux, & lex vetat, & prohibet vſuras, rapinas, furta, homicidia, falſa teſtimonia, iniuſtam occupationem alienæ rei, venena, diuinationes, & innumera vitia, ſicut patet per to-
21 tum iuris ciuilis corpus. Quia legis † virtus eſt imperare, vetare, permittere, & punire, *l. legis. ff. de legib.*

22 Hanc autem † lucem, & Imperialem legem peccatores odio habent, fugiunt, & declinant furtum, rapinam, vſuram, & homicidia perpetrando, occupando iniuſte alienas res, falſo teſtificando, venena propinando, & varias, diuerſaſque fraudes ad alienam iacturam committendo.

23 Ita etiam, † vt redeat ſermo noſter vnde fluxit, concludendum eſt, quod pater fraudans filium legitima ſua, ſimiliter peccat mortaliter: ſecundum Bart. *in l. hæreditarium. ff. de bo. auth. iud. poſſi.* & Gloſ. *in c. de his, de ſepulturis, & Cle. Paſtoralis. de re iud.* vbi ob delictum patris filius non priuatur legitima, & *l. quando quis. C. ne filius pro patre, & principis certis iudicibus liceat confiſcare,* vbi ſi deportatus, damnatuſve de crimine capitali habeat filius, vel nepotes, dimidia pars bonorum remanebit penes filios, & cætera alia penes fiſcum, & ideo ſi furtiue filius ipſe tunc patrem ſuam abſcondit, non tenetur in foro conſcientiæ. Imo quemadmodum ſanxerunt, filium legitima fraudari nullo modo debere: ita etiā nec tempore, conditione, vel alio onere grauari. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta.* Vnde
24 nō tantum † pater fraudans filium legitima, mortaliter peccat, ſed etiam dans ei conſilium fraudandi huiuſmodi legitimam: vt determinat Bar. *in d. l. hæreditarium.* vbi merito damnat conſilium Dy. ſuper hoc tanquam peccati nutritiuum, & damnat quoq; Aret. *in §. item ſi quis in fraudem. in fi. inſt. de act.* Io. Dilectus *de arte teſtandi, in tit. de exhared. libe. cautela* 17. & Marc. Mantua. *in auth. nouiſſima, ver. Secundo dubitare contingit. fol. paru.* 17. *C. de impub. & aliis ſubſtit.*

25 Et hinc eſt. † quod ex omnibus remediis, & cautelis circa hoc traditis, à noſtris maiorib. ratæ erunt, quæ non ſubuerti poſſint: cum difficile ſit priuare filium ſua legitima, vt Veronenſ. aduertit *cautel.* 21. ex eo quod leges plurimum abhorrent quemlibet modum priuandi filium legitima, teſte Alexan. *conſ.* 47. *num.* 3. *in fin. volum.* 1. & Cotta *in memorali, in ver. Anima.*

¶ Quare ex centum limitationibus in materia hac, traditis per Vaſquium ad *d. l. quoniam in prioribus* merito non potuiſſe cautelam ſeligi audacter affirmo, quæ potuiſſet adaptari ad priuandam filium legitima.

26 Et primo † ſubuerti facile poteſt illa cautela donationis omnium bonorum, quæ tanquam inofficioſa reuocatur, ſaltem vſque ad legitimam, *l.* 1. *& in toto tit. C. de inoffic. dona.* Bart. in l. *Titia. §. Imperator Alexander. ff. de leg.* 2.

Nec tuta aliter † diſcernitur ſecunda cautela præ- 27
legati faciendi: cum prius detrahenda nempe ſit legitima, quam legata, *l. fin. §. etſi præfatam C. de iur. delib.* Alexan. *conſil.* 175. *volum.* 6. Bartol. *in l. in quartam, quæſtio. fin. ff. ad leg. Falcid.* vbi Bering. *num.* 118. cum concordantibus adductis per Roland. à Valle, *conſil.* 59. *num.* 24. *volum.* 3. Imo etiam † de legatis 28
piis detrahitur legitima. Alexan. *conſil.* 45. *volum.* 1. *in fin.* Mantua *in d. auth. nouiſſima. in princ. verſ. Quibus præuiſis, & ver. Nono dubitare contingit.*

Etſi legata ad pias cauſas facta, non diminuant legitimam, tamen eam diminuunt, & in totum extenuant legata libertatum, licet communiter talis opi- Com.
nio reiiciatur per Doct. *in l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffic. teſtam.* & Iaſ. *vbi ſupra, poſt nu.* 6. opin.

Cæterum Trebellianica de legatis ad pias cauſas relictis, non detrahitur, vt per Specul. *in tit. de inſtrumen. edit. §. compendioſe, verſ. ſed cum deductio,* vbi aſſerit etiam ita fuiſſe iudicatum, Bartol. *in l. Marcellus. §. quod autem, ff. ad Trebell.* Bal. & alii legiſtæ, communi Com.
conſenſu omnes, *in auth. ſimiliter. C. ad legem Falcid.* opin.
& Canoniſtæ *in c. ſi pater. de teſtam. in* 6. Roman. *conſil.* 206. *num.* 7. vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem, *& conſ.* 239. *num.* 2. vbi aſſignat viuaciſſimas rationes, & dicit ab ea non eſſe recedendum in iudicando, & hanc eſſe communem aſſeruere etiam Alexan. & Iaſ. *in d. l. Marcellus,* & Card. Albanus *eo in loco, in lucubrationib. ad Bartolum,* Bal. *conſil.* 8. *num.* 2. *vol.* 4. Capra *conſil.* 29. *num.* 2. Aret. *conſil.* 67. *num.* 7. *volum.* 1. & Curt. Iun. *conſil.* 120. *nu.* 15. de qua affluentiſſime per Tiraquel. *in tract. de priuileg. pia cauſa, in* 20. *priuileg.* Taliter quod ſicut non detrahitur falcidia de legatis piis, vt eſt textus *in allegat. auth. Similiter,* ita nec etiam trebellianica, ſecundum allegatam communem ſacroſanctiſſimam, atque veriſſimam opinionem, cui aſſentitur etiam Dec. *conſil.* 299. *num.* 4. & Marcus Ant. Peregrinus cum aliis non paucis, aggregatis per eum *in tract. de fideicommiſſis art.* 3. *de Trebellianica, & falcidia, num.* 63. *& ſequent. fol.* 29. *& ſeq.* vbi inquit, iſtam ſententiam ſimiliter communem eſſe, atq; in practica receptam, & hanc eandem opinionem ſequitur etiam Alexan. *conſil.* 12. *num.* 33. *vol.* 3. vbi ait ſe illam ſemper ſequutum fuiſſe legendo, & conſulendo, tanquam magis communem, & magis communiter in practica ſeruatam, prout teſtificatur etiam *conſil.* 20. *num.* 15. *eod. vol.* 3. Quæ communis adeo vera eſt, vt ea locum quoque obtineat, etiam in filiis grauatis, vt per Dec. *conſ.* 299. *num.* 4. Bart. *conſil.* 12. *in fine, volum.* 3. ſicut refert etiam Marcus Ant. Peregin. *in loco præcitato.* Quin etiam cum eſt ſubſtituta pia cauſa, debet ſimiliter excludi mater, ſtante quod ſubſtitutio, ea ex parte ſit facta Eccleſiæ, vt per Rolan. à Valle, *conſ.* 69. *viſis ac perlectis verbis, nu.* 29. *& ſeq. vol.* 1.

Alias vero duas † cautelas tradit Gloſſ. in §. *prohibemus, authen. de triente, & ſemiſ.* quarum vna de ſeruis 29
manumittendis hic non adaptatur: aliam vero impugnat Marc. Mant. *in d. auth. nouiſſima, verſ. Reſtat,* eandemque cautelam ponit quoque Veronenſ. *in d. cautel.* 21. Nec illa ſuſtineri poteſt modo aliquo: quia filius debet habere legitimam in proprietate, & vſufructu, nec poteſt in vſufructu grauari, *d. l. quoniam in prioribus.* ita Anton. Gabrielius *in rubric. de legit. concluſ.* 1. *num.* 3. & Vaſqui. *in d. l. quoniam in prioribus, nu.* 454.

Aliam, † & quinto loco tradunt cautelam Doct. 30
vt ſiat

vt fiat donatio filio propter benemerita, quæ tamen in ſpecie probentur, per notata per Bart. *in l. ſi forte, de caſtrenſ. pecu.* & per Doct. *in l. ſi donatione. C. de collat.* qui dicunt habere vinculum neceſſarium, pro quibus agere poſſit contra patrem. Grauet. *conſ.* 165. *n.* 6. alias donatio propter benemerita non minuit legitimam, vt not. *in authen. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſta.* quæ pariter poteſt impognari, per ea, quæ tradit Pinellus *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 63. *verſ. Inſertur vndecimo. C. de bon. matern.* Et Tiraquel. *in l. ſi vnquam. verſ. Donatione largitus. num.* 20. *C. de reuoc. donat.*

31 Sexta colligitur cautela ex dictis, † & traditis per Grauett. *conſil.* 41. quod pater donet filio, & aſſerat eum iuramento, acquiſita fuiſſe ex bonis dotalibus, vel ex induſtria filii, ſed & hæc itidem periclitatur, cum non ſtetur confeſſioni, aſſertionique patris, etiam cum iuramento in præiudicium legitimæ filii: ſecundum Bart. *in l. cum quis decedens. §. codicillis, nu.* 4. *ff. de leg.* 3. Afflict. *in tract. de iure protomiſeos. §.* 4. *ſub num.* 11. *& ſequent.* Iacob. Menoch. *conſil.* 39. *noua excitatur dubitatio, num.* 49. *& ſequent. volum.* 1. & Pinell. *in dicta l.* 1. *in* 3. *part. ſub num* 77 *C. de bonis matern.* Si tamen vere probarentur, prædicta ſubſiſterent. Vn-
32 de in præſenti † caſu requireretur vtique actualis numeratio pecuniæ, facta patri, ad euitandam quamlibet fraudis ſuſpicionem. Nam non ſufficeret, patrem alienantem bona ſua, confiteri in inſtrumento ſe recepiſſe pretium, ſed neceſſaria foret vera, actualis, & realis pecuniæ, & pretii numeratio, vt firmauit Ioan. de Plat. *in §. item ſi quis in fin. inſtit. de inutil. ſtipul.* & Iaſ. *in l. ſi arrogator, num.* 24. *ff. de adop.*
33 Cum † confeſſio ipſa patris de debito, ita ſimpliciter facta non præiudicaret filio modo aliquo, quoad minuendam legitimam ſuam, ita Spec. & *ibi* Ioan. And. *in addit. in tit. de confeſſ §. nunc videndum.* Alex. *conſ.* 45. *habita ſuper his in fin. vol.* 1. & apoſtilla *ibi in litera* E. & Iaſ. *in d. l. ſi arrogator, nu.* 25.

34 Septima poteſt aſſignari cautela, † vt ex quo legitima non debetur de bonis feudalibus, Deci. *conſil.* 269. *num.* 15. Pariſ. *conſil.* 17. *num.* 30. *volum.* 2. Menoch. *conſil.* 104. *num.* 14. & Marc. Mant. *in d. authen. nouiſſima, verſ. Septimo dubitare contingit, vendat pater bona burgenſatica, & emat feudalia:* verum nec iſta poteſt ſuſtineri.

35 Octaua extat cautela, † quod pater teſtetur coram filia, eique aliquam portionem titulo inſtitutionis relinquat, & prohibeat eam amplius non petere de bonis ſuis, & ſtudeat, quantum poſſibile ei ſit (& hic punctus) quod filia præſens conſentiat, & expreſſe teſtamentum approbet, ita in ſpecie Rum. *conſil.* 56. *num.* 9. *& ſequent. volum.* 2. Pariſ. *conſil.* 1. *num.* 104. *volum.* 3. Ant. Rubeus Alexan. *conſil.* 73. *num.* 5. Soc. Iun. *conſ.* 122. *num.* 9. *in fi. & nu.* 21. *& ſeq. vol.* 1. tum concordantibus per Menoch. adductis, *conſ.* 71. *nu.* 21.

36 Nona colligitur cautela, † & melior cæteris, ex allegatis per Grauett. *in conſil.* 165. quod pater declaret in teſtamento, quod talis filius, vel etiam omnes filii, multa bona ſuperlucrati ſint ſua induſtria, & laboribus; vnde pro exoneratione conſcientiæ ſuæ, & ne ipſi eorum laboribus defraudentur; ante omnia ipſis aſſignat certa bona præcipua, tanquam eorum peculium aduentitium, & hanc crederem poſſe ſubſiſtere: dummodo veritas opituletur, vt Corta oſtendit *in d. memorial. in ver. Anima*, & Francif. Aretin. *conſil.* 6. *verb. Vanto*, & ita conſului *anno* 1577. *in aliis multis vicibus*, & ſemper ob iſtiui penes grauiſſimos, & intelligentiſſimos iudices.

Poſtremo pro nunc, † & ſic decima poteſt aſſignari cautela, quod pater emancipet filios, & poſtmodum ipſis bona vendat, præſente pecunia lucrata, per ipſos filios, eorum induſtria, eoſque poſtea inſtituat in reliquis bonis, & filiam in dote aſſignata: & ſic diminuetur legitima ipſius filiæ: vt colligitur ex allegatis per Pinell. *in d. l.* 1. *num.* 76. *& ſequent. part.* 3. *C. de bonis mater.* & per Doct. *in l. prima, & fin. C. ſi quid in fraud. patro.* Sed & hæc cautela eodem morbo laborat: cum non liceat patri alienare ſimili fuco, vt extrinſecus cauſa videatur oneroſa, intus vero lucratiua contineatur donatio, in fraudem filiæ: nec poterit filia excludi à iure reuocandi, cum ſit de fraude, cum plus valeat quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, ita Pinell. *vbi ſupra, num.* 77. Si vero alienatio eſſet ex cauſa oneroſa, & eſſet vera, & ſine fraude: tunc vtique filia non admitte[...] ad reuocandum, per ea quæ notat Pinell. *in loc. præcitato.* 37

Poſſent & multæ † aliæ cautelæ tutiores in medium afferri, verum quia legalem philoſophiam profiteor, qua cautum eſt ius ſuum vnicuique tribui ne mihi obiiciatur reſponſum Diocletiani Imperatoris *in l. profeſſis C. de muner. patrimon. Profeſſio, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant. Nam cum te leges profiteri proponas, legum dogmata penitus dilaceras, & contra iurus præcepta inniteris.* Qua igitur fronte iuris poſſeſſor in leges committet, & de iure alieno auferendo inueſtigabit? non equidem ſine rubore, propterea ne filii locupletentur cum iactura ſororis, cui legitimæ ſupplementum deberi non me latet, & ne conſultor fraudis fabricet in gebeonam, cum dans tale conſilium, peccet mortaliter tam ipſe, quam pater, vt ſupra apertiſſime concluſum extitit. Vnde ex his, & aliis iuſtis, rationabilibuſque cauſis, conſulentes, & aduocati penitus ſe abſtinere debent ab huiuſmodi conſilio. Cautelæ tamen, vt ſupra aſſignatæ, procedant, & dictæ ſint, dummodo veritas ita ſe habeat, remoto omni dolo, fraude, fuco, & machinatione, & non aliter, nec alio modo, & ita proteſtor coram Deo. 38

¶ Et cum nequiuerim tam breuius, & clarius, vt præſens negotium exigebat totius rei ſummam excuſſam tradere, decreui conſiderate quidem, inuocato prius omnium rerum patre, ad explendam materiam ſimulationis, apponere præſens, artificioſam, & vndique vtiliſſimam quæſtionem ſummi practici, & in legali ſcientia conſummatiſſimi D. Paſchalis Turcanici, vt patris colendiſſimi: & tanto libentius, cum huic noſtræ opinioni illud in aduocando, & conſulendo maximam opem præſtare poſſe non verear. Quam quæſtionem idem D. Paſchalis optimo adductus zelo, ad communem mortalium vtilitatem, antequam diem vltimum clauderet, ſatisfaceretque naturæ multis & variis neceſſariis vtiliſſimis additionibus illuſtrare deliberauit; quas omnes, tanquam magnum pondus habentes, his temporibus in medium referare non dubitaui.

Quæſtio ſuper ſtatuto, prohibente exceptiones, excepta ſolutionis, contra inſtrumentum annui cenſus, an intelligatur excluſa exceptio ſimulationis, in qua potiſſimum de interpretatione Regia pragmatica de cenſibus, *verſatur: vbi etiam dilucide, compendioſeq; ſimulationis materia reſoluitur, Authore D. Paſchali Turcanico, V. I. D. Aquilano.*

QVi alicuius artis vel doctrinæ ſcribendi genus profitetur, præludia quædam (vt exacta mate-

riæ omnium reddatur cognitio) executioni demandare tenetur: vt cum ibi ventum fuerit, clariorem valeant præſtare intellectum, ita exordiente Caio, I.C. *in l. 1. ff. de orig. iur.* & Vlpiano *in l. 1. ff. ſi cert. pet. & idem in l. 1. ff. de dolo.* Quorum ſententia niueis calculis ſignanda, ac tantis viris digna, ſi recte ponderetur: Migraret profecto ex hominibus inſcitia, & rerum ambiguitas tolleretur; Hæc etenim prolegomeon ſunt illa, quæ diuinus Plato admodum neceſſaria eſſe prædicauit: ex horum, inquit, cognitione, ambages omnes, ænigmata cuncta, loca dubia, abſtruſæ Scribentium mentes, Doctorum ardui explicantur conceptus, & denique tota materies digitis percalletur.

39 Et cum quæſtionem † euentilaturus eſſem, An ſtante ſtatuto in Ciuitate, prohibente, omnes exceptiones, opponi poſſe contra contractum, ſeu inſtrumentum annui cenſus, excepta ſolutionis exceptione, exceptio ſimulationis opponi poſſit: his omnibus viuum me fore decreui, & ante omnia propalandum eſſe reor.

¶ Quid ſit, ſiue potius quomodo deſcribatur ſimulatio, Fictio, ſiue Paliatio, ne incognita pro cognitis habeantur, iuxta vulgare illud Ciceronis *in 1. Officiorum*: Omnis enim quæſtio, quæ à ratione ſuſcipitur, debet à diffinitione proficiſci, vt ſciatur id, de quo diſputatur, vt etiam meminit Bal. *in prælud. feud. num. 8.*

Cuius quidem ſimulationis materiam, valde vtilem, quotidianam, & neceſſariam eſſe dicebat idem qui (vt aiunt) omnia ſcripſit, Bal. *in l. 1. num 5. C. plus valere quod agitur.* Ideo tractanda & fauorabiliter admittenda eſt, iuxta terminos text. *in l. legati. ff. de liber. leg.* Secundo quotuplex ſit ſimulatio. Tertio quot modis contrahatur. Quarto an, & quando, quomodo, & à quo opponi poſſit. Quinto & vltimo, vt nihil intactum remaneat, an tali exceptioni renuntiari poſſit, vel ne.

40 Et quo ad primum, † Simulatio eſt quædam falſitatis imago, veri ſuperficiem, non autem medullam habens: prout elici poteſt ex Bal. *in l. & qui, num. 1. C. de diſtract. pign.* & Iaſ. *in l. nemo poteſt, num. 57. cum ſeq. in 2. lect. ff. de leg. 1.* & Ripa poſt ea quæ *ibi* allegat & congerit, *in l. mutuum damus, num. 40. ff. ſi cert. pet. & in lib. 1. reſponſ. reſpon. 5.* Arelatenſis, *num. 30. ſub*

41 *tit. de conſtit. & ſtatu.* Cum etiam † contractus ipſe dicatur ſimulatus, qui extrinſecus eſt coloratus, intrinſecus vero ſubſtantiam non habet. *l. ab Anaſtaſio,*

42 vbi Bal. *C. mandati.* Vnde bene † concinit ad hoc, Rom. *in ſing. 385. Pone quod*, vbi dicit, notarium rogantem, de ſimulato contractu, pœnæ falſi puniri, vt *in c. Imperialem. §. callidis, in verſ. Scriba, de prohib. feud. alien. per Frider. in vſib. feudo.* inde verſus:

Quod non eſt ſimulo, diſſimulo quoque quod eſt.

Sed ſi notarius non doloſe falſum committeret, deberet abſolui, ita Bald. *conſil. 214. dubitata, volum. 3.* quem refert Marſil. *conſil. 4. num. 30.* Et qualiter puniatur conficiens falſa inſtrumenta, vide Iacob. de Belloui. *in ſua practic. iudic. crim. tit. de inimr. num. 11. fol. 9. à tergo*, vbi diſtinguendo, plures ponit caſus. Necnon facientis falſum inſtrumentum immunitatis alicuius, flamma erit ſupplicium, *l. 2. C. de immun. nemini conced. lib. 10.* Et notat Iacob Belnis. *in allegata pract. tit. de pœna ignis & concremat. num. 87.* Marſil. *in l. ſi ſciente, col. 1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.* Et Arnotus, *in dialogo 49 quare abita*, vbi aperte ſatis explicat, notarium puniendum pœna manus, & perpetuæ infamiæ, ſcribentem inſtrumentum ſimulatum, ac notariis omnibus textum, *in d. §. ſcriba*, tanquam terribilem, ante oculos ponendum, Et ſic notarius, conficiens inſtrumentum illicitum, & à iure reprobatum, eſt infamis, vt concedit etiam Bal. *in c. 1. §. callidis. n. 7. de prohib. feudi aliem. per Frider.* Et Mohedan. *deciſ 2. de ſimonia.* vbi poſt Hoſtienſ. Abb. & alios congeſtos Dd. per eum, annectit etiam, notarium ex confectione inſtrumenti ſimoniaci, & cuiuſcunque alterius generis illiciti, effici ſimiliter periurum, quia in creatione iurat, de non conficiendis inſtrumentis à iure reprobatis.

Sicut clementiſſimus † Dominus Deus noſter, ob ſuam immenſam clementiam, & infinitam miſericordiam diſſimulat hominum peccata propter pœnitentiam, vt *Sapientia c. 11. & Geneſ. c. 19.* vbi Loth: diſſimulabat exire Sodomam, vnde eo diſſimulante, Angeli apprehenderunt manus eius, ac vxoris, & filiarum, & extraxerunt eos extra Ciuitatem, & hæc breuiter quo ad deſcriptionem ſimulationis. 43

Secundo vero loco, † dico ſimulationem multiplicem eſſe, alia propria, alia eſt impropria, alia diſcreta, alia indiſcreta, alia honeſta, alia inhoneſta, alia eſt deteſtabilis, & alia vtilis *c. vtilem. 22. q. 1.* de quibus omnibus breuitatis ſtudio remiſſiue me expedio & refero ad Alberic. de Roſate *in ſuo Dictionario. in ver. Simulatio*, & ad Roland. à Valle, *conſil. 47 lib. 4.* & Gloſſ. ſing. *in proœm. Conſuet. Neap. in verſic. Simulationis, num. 65.* 44

Tertio alio † ex tribus modis committitur ſimulatio; Vno modo, quando contrahitur vel ſimulatur certus contractus fieri, tamen non fit vt ſimulatur Et tunc vendicat ſibi locum titulus, *C. plus val. quod agi.* Bar. *in l. ſi ex pretio. C. ſi cert. pet.* & Curt. Ion. *in l. iuris gentium. §. dolo. num. 3. ff. de pactis.* Et in tali caſu, tam ipſi contrahentes, quam eorum hæredes, ac etiam tertius, poſſunt opponere huiuſce ſimulationis exceptionem: dummodo non allegent, & opponant eorum fraudem in eorundem vtilitatem, & alterius detrimentum, textus eſt apertus, *in l. poſt mortem, & ibi Scrib. ff. de adopt. & l. cum profitearis. C. de reuocan. don.* 45

Alio & ſecundo modo, † contrahitur ſimulatio, videlicet quando vere agitur, vt ſic fiat: tamen agitur vt contractus ipſe cito diſtrahatur. per text. *in l. 4. §. ab ignoto. ff. de manu teſt.* Et talis ſimulationis natura eſt, vt per pactum inter ipſos contrahentes agatur expreſſe, vt diſſoluatur. 46

Tertio & alio vltimo modo, † contrahitur ſimulatus, ſeu fictitius contractus, quando ex mente contrahentium non procedit: videlicet, quando agitur inter ipſas partes, vt contractus ipſe ſit nullus. Et tunc habet locum text. *in l. nuda ff. de contrahen. empt. & in l. imaginaria. ff. de regul. iur.* vbi Dec. & Cagnol. & text. *in l. emptor. ff. de aqua plu. arcend.* Alex. *in l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pactis, & ibi etiam cæteri.* 47

Sed aduertendum eſt, † qualiter inter contractum ſimulatum, ſeu fictitium, & fraudulentum plures ſunt differentiæ. Nam fraudulentus contractus eſt, quando fit in fraudem creditorum, ſeu alterius tertii, & vere eo animo agitur, vt valeat, & teneat, vt agitur, ad hoc vt tertius decipiatur: Et tunc habet locum titulus. *ff. de his, quæ in fraud. cred.* Et in tali caſu contrahentes ipſi non poſſunt allegare & opponere talem ſimulationis exceptionem, per text. *in præalleg. l. cum profitearis. C. de reuoc. don. vbi not.* 48

Alia eſt etiam † differentia inter prædictos contractus. Nam ſimulatus contractus eſt ipſo iure nullus, & fraudulentus eſt aliquid, valet & tenet, quando ſit in fraudem creditorum, ſed obſtat exceptio doli, diffuſe per Bartol. & Bald. *in l. per diuerſas,* 49

& in

& in l. ab Anaſtaſio. C. mandati, & multum eleganter & magiſtraliter Rota Romana *in deciſ. 484. in nouis. & in deciſ. 716. in antiquis*, & optime Bat. *in ſuo eleganti conſ. 65.* Petrus Nicolæ, *1. lib.* in quibus locis prædicti Doctor. tradunt veram practicam opponendi talem ſimulationis exceptionem; & ſimiliter Angel. Aret *inſtit. de act. in §. fuerat, num. 14. & inſtit. de except. in princ. nu. 28. & 40.* Et ibi quoq; ſimulatio ipſa non ſolum eſt in ſpecie probanda, ſed etiam ipſius ſimulationis cauſa.

50 Quarto † pluribus probari modis poteſt ipſa ſimulatio, quamuis difficilis ſit probationis, cum fiat ſecrete inter ipſas partes; per ſcripturas, teſtes, indicia, argumenta, præſumptiones, & coniecturas, quæ dicuntur legitimæ probationes. Paul. Caſtr. *conſ. 116. num. 2. lib. 1. & conſil. 169. num. 4. & conſil. 319. num 3. & conſil. 337. num. 1. lib. 2.* Et *in l. cenſium. C. de teſtibus.* vbi dicit ſimulationem per duos teſtes poſſe probari, & ad ſatietatem per Tiraq. *in tract. de vtroque retract. Gloſſ. 14. §. 1. num. 35.* Et in his, quæ ſunt difficilis probationis, lex contentatur bis probationibus quæ haberi poſſunt, prout eſt ſimulatio, firmat Inno. *in c. Michael, de fil. presby.* & quæ alias non admitterentur. Boer. *deciſ. 105.* Soc. *in reg. 187.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſ. 38.* Paul. Caſtr. *conſ. 327. num. 2. lib. 2.* Et quæcunque ſit probatio, ante concluſionem fieri debet: & poteſt probari & opponi, tam per actorem, quam per reum, & etiam per tertium, & eorum hæredes, per prædicta, & diffuſe per Tiraq. *in d. tract. de vtroque retract. Gloſſ. 2. §. 1. nu. 11. cum ſeq.* Poteſt etiam ſimulationis exceptio opponi, non obſtante ſtatuto, illam prohibante, quando adiunatur iuris præſumptione Socin. *conſ. 27. num. 30. vol. 4.* prout eum refert Ant. Gabr. *lib. 3. concluſ. in tit. de donat. concluſ. 3. nu. 9. fol 293.*

51 Quinto & † vltimo loco ignorandum non eſt, qualiter huiuſce ſimulationis exceptioni renuntiari non poteſt, firmat Paul. Caſtr. *in l. ſi falſum. C. plus valere, num. 5.* Ripa *in l. nemo poteſt, num. 6. ff. de leg. 1.* poſt Bart. & alios antiquos, dicit communem eſſe Doctorum ſententiam, pactum etiam expreſſum, in continenti appoſitum, non valere de renunciando tali exceptioni: cum (vt aiunt) eadem facilitate, & ratione renunciant, qua inducti fuerunt ad ſimulate contrahendum: vt per Rip. *in d. l. nemo poteſt. num. 68.* & per Scrib. communiter *in l. 2. C. de reſcin. vend.* Secus

52 ſi ex interuallo, † vt *in d. l. nemo poteſt.* vbi communiter per Scrib. habetur.

53 Et quando dicatur † fieri pactum in continenti & ex interuallo, varii varia ſentiunt; quidam aſſerunt ex interuallo fieri, quando aliquid fit poſt tres dies, per Gloſſ. *in l. ſi conuenerit. in 1. ff. de pign. act.* Alii aſſerunt, quorum opinio crebriori calculo recipitur; quod tunc dicatur fieri in continenti, quando eodem loco & die aliquid fit: ſed ſi non eodem loco & tempore, tunc dicatur ex interuallo, vt copioſe per Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in ver. Donatione largitus, n. 110. C. de reuoc. don. per text. in l. ſi ex duobus. ff. de duob. reis, & in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. conuen. §. 1. Glo. 5.* vbi late in materia. Tamen alii aſſerunt, quod in continenti aliquid fieri dicatur, antequam partes ad extraneos, diuerſoſque actus diuertantur, & tunc dici actum continuum, per text. *in l. continuum*, & *ibi Scriben. ff. de verb. oblig.* Sed quicquid dicant, hoc totum in iudicis arbitrio remittendum, ſeponendumque arbitror, vt per Grauet. *conſ. 56.* Iaſ. *in l. ſi ita quis. §. Seia nu. 14. ff de verb. oblig.*

Adde in hac materia Marian. Socin. *in c. ex literis, verſ. Gloſſ. ſuper ver. in continenti, de mut. pet.* & vide text. *in l. fin. C. de iudiciis*, ibi, illico, id eſt, intra triduum. Et dictio, *in continenti*, intelligitur ſine interuallo, ita Celſus Hugo, *conſil. 119. eſſet opus, num. 3.* & dictio, *Confeſtim*, quando profertur à lege, intelligitur abſque intermedio, *l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui oper. nuntiation.* & *ibi* Iaſ. *in princ.* Celſus Hugo, *conſil. 1. poſt num. 52. & in d. conſil. 119. num. 3.* Et dictio, *ſtatim*, intelligitur intra decem dies. Gloſſ. *in c. omnis, in verb. Confeſtim, Inſtit. de verbor. obligat.* text. *in l. ſi debitori, vbi Gloſſ in verb. modicum. ff. de iudic.* Maſcard. *in tract. de probat. concluſ. 687. num. 20. & ſequen. lib. 2.* Roman. *ad d. l. 1. §. 1. ff. de verbor. obligat. argumento l. ratam. & l. quod dicimus. ff. de ſolut. Et in l. ſi periculum. ff. de ſtatu lib.* facit *de conſecr. diſt. 5. c. nunquam*, & quod *ibi* not. Marian. Soc. Sen. *in tract. de mut. pet. c. ex litteris, verſic. gloſſ. ſuper verbo in continenti. fol. 122.* Cæpoll. *in tract. de ſimulat. contractu, in 2. cau., num. 12.* & Menoch. *de arbit. iud.* Et quando dicatur prompta probatio, remittendum eſt ſimiliter ad iudicis arbitrium, vt per Soci. *conſil. 59. lib. 3.* vbi de communi. Et Ioan. de Amicis, *conſil. 48. nu. 3. cum omnibus aliis ſequent.*

Imo fortius, † ſi eſſet in contractu appoſita clauſula: *omnia & ſingula in præſenti inſtrumento, contenta fuiſſe, & eſſe vera.* qua tamen clauſula non obſtante, ſimulationis, opponi poteſt exceptio. Ripa *in præallegat. l. nemo poteſt, in 2. fall.* parte tamen contraria tacente, *l. dolo. §. diuerſum.* vbi Scriben. *ff. de dolo* Paul. Caſtren. *in l. fin. num. 6. C. plus valere.* Dec. *in l. quiſpecuniam. num. 4. ff. ſi cert. pet.* 54

Intellige impetrata prius abſolutione à iuramento, ita Bald. & Angel. *in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Bald. *in rubric. ff. de circumuen. colum. fin.* Et Vice. ſolito apparatu *ſupra in Opin. 425. iuramentum ſuper contractu ſimulato, Et an talis abſolutio ſit concedenda.* Gamez. *in §. ſi quis in fraudem, colum. 2. inſtit. de act.* Campeius *in tract. de dote. part. 1. quæſt. 54.* Aretin. *in §. idem iuris, col. 22. de except.* Alexand. *conſil 89. lib. 2.* Felin. *in c. ſi cautio, colum. 10. de fide inſtrum.* Socin qui ponit quatuor vias ad eam obtinendum, *in l. 1. colum. fin. ff. ſolut. matrim.* & Neniz. *conſ. 23. nu. 3.*

Nec per † ſtatutum talis exceptio tolli poteſt, vt 55 aſſerit Iaſ. *in d. l. actio poteſt. num. 46 & 63. in 2. lect.* Et hæc quo ad præludia, ſummo digito tetigiſſe ſufficiant pro clariori infra dicendorum intelligentia, & vt vnde digreſſi ſumus, redeamus. An ſtante † quæri 56 poteſt dicto ſtatuto, in Ciuitate; (prout extat in præſenti Regno pragmatica Regis Alphonſi primi, cum inſertione diſpenſationis & bullæ Papæ Nicolai Quinti ſuper cenſibus) dictanta, nullas exceptiones opponi poſſe contra contractum, ſeu inſtrumentum annui cenſus, excepta ſolutionis exceptione, intelligatur, ne excluſa exceptio ſimulationis. Et primo aſpectu videbatur reſpondendum pro parte negatiua, ea potiſſimum ratione. Quia † apponens ex- 37 ceptionem ſimulationis, ſuam videtur detegere turpitudinem, per text. & *ibi* Doct. *in l. cum profiteatur. C. de reuoc. donat. & in cap. inter dilectos, extra de donat.* vbi Cano. communiter poſt Glo. Alex. *conſ. 36. n. 2. lib. 2.* Giammat. *deciſ. 46. & 89.* & Canoniſtæ *in cap. ad noſtram, de empt. & vendit. & in c. cum contingat, de iureiur.* Paul. Caſtr. *in d. l. fin. C. plus valere, nu. 6.* & ibi alii Doctor. & Ripa *in præalleg. l. nemo poteſt.* poſt eos, quos *ibi* allegat, *num. 75.* vbi de communi teſtatur, per *l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig. dat.* Tum etiam quia, qui omnia dicit, nihil excludit, vulgata *l. Iulianus. ff de leg. 3.* Turpitudinem ſuam allegans non debet audiri. Ioh. de Imola *in c. inter dilectos, nu. 8. & 17. de donat.* & tam agendo quam excipiendo. Imol. *in c. cum ſuper num. 3.*

& 7. de conceſſ. preben. Adde, quod excipiendo, quis poſſit turpitudinem ſuam allegare, vt per Alex. *conſil. 59. lib. 1.* Socio *conſ. 264. col. 5. lib. 2.* Dec. *conſil. 13. col. fin.* Nuiz. *conſil. 23. num. 5.* & debent tamen tria concurrere copulatiue, videlicet, vt ſit reus, vt tractet de damno vitando, & aduerſarius de lucro, & vt aduerſarius ſit particeps turpitudinis, *ibi poſt num. 5.* Rimin. Iun. *conſ. 62. dubitatur, ſub num. 21. vol. 1.* vbi habes plane hanc materiam.

¶ Quibus tamen minime obſtantibus, in contrariam ſeſe habere communem & receptam ſententiam, rationibus & cauſis quamplurimis firmamus. Primo per not. doctrinam & diſtinct. Salic. *in l. fin. C. de non num. pec.* Aut pars aduerſa oppugnat, aut non: Et primo caſu non poteſt opponi, ſecundo vero caſu ſic, quod firmat Alex. *in d. l. nemo poteſt, nu. 16. & 17.* & ibi Ioannes de Monte Forte *in repet. col. 19.* non obſtante iuramento, nec clauſula, *omnia, & ſingula fuiſſe & eſſe vera*, parte tacente opponi poteſt. maxime impetrata abſolutione à iuramento, licet ea non opus eſſet, ſed cautius eſſet impetrare, vt per re-
58 latos, *nu. 54. in addit.* Cum iuramentum † appoſitum in contractu ſimulato, non liget Bald. *in l. 1. in repet. nu. 130. ff. de inrem.* Felin. *in c. debitores, extra eod. tit. prope fin.* Gloſſ. communiter recepta *in praalleg. l. in fin. C. plus valere.* Ang. *in l. 1. C. de dote cauta.* Tum etiam tale iuramentum non habeat aliquid conſenſus, multa congerit in materia ipſa Afflict. *in rubr. de*
59 *defenſ. impon. rub. 15. nu. 14. in 1. parte.* Vbi † approbat, quod ſi quis iurat omnia & ſingula in inſtrumento contenta eſſe vera, non poteſt opponere, ſeu allegare ſimulationis exceptionem: ſi tamen ipſam allegat, ſeu opponit, & pars contraria paſſa fuit, recipi probationes ſuper dicta oppoſita ſimulatione, valet, & tenet, & nocet. Iaſ. *in d. l. non poteſt, num. 47. in prima lect. poſt antiquos ibi.* Et in hoc Doctores iuuenes, qui ſi non multa legerunt, de facili decipiuntur. Glo. & Doct. *in praalle. l. emptor. ff. de aqua plun. arcend.* iuxta illud, *multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent.* Alexand. *conſil. 77. num. 13. lib. 2.* Ripa *in d. l. nemo poteſt, nu. 65. cum aliis ſeq. in 1. limit.* in quibus locis de communi teſtatur contra Bart. contrarium tenentem, *in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam.* Felin. *in c. ex parte. ff. 2. ext. de offic. deleg.* vbi de dicta communi ſimiliter teſtatur.

60 Et in tantum, † quod inſtrumentum ſimulatum non venit appellatione inſtrumenti, & in non expreſſis nequit fieri executio. Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. Gloſſ 2. §. 1. num. 11. cum ſeq.* vbi multa cumulat ad punctum facientia, & Bal. *in l. fin. § in computatione. C. de iure delib.* Felin. & Dec. *in c. ex parte, num. 12. in 20. & 28. fall de offic. deleg.* poſt Benedict. de Barziis Peruſinum *in tract. de quarantigia.* Et inſuper inſtrumentum de cuius ſimulatione conſtat non prodeſt, Bald. *in l. quamuis. C. ſi quis ſibi vel alter.* & per Scriben. *in l. generaliter. C. de fide inſt.*

61 Et ſi † inſtrumentum principale eſt nullum, omnia & ſingula in eo contenta, tanquam acceſſoria ſunt ſimiliter nulla, cum habeant originem ab illa radice, infecta ſunt omnia. Guid. Papæ, *deciſ. vltim.* Grammat. *conſil. 1. in fine ſuarum deciſ. inſerto, fere per totum. l. non dubium. C. de leg.* Originalis enim cauſa ſemper eſt inſpicienda, *l. ſi id quod. ff. donat. l. cuiror. ff. de fidei. ff.* & à principio titulus poſterior formatur euentus, *l. 1. C. de impo. lucr. deſcr.* adeo quod ex infecta radice, fructus non producatur, *C. vulnerato. 1. q. 1. Et c. inter vos, de re iudic.* Firmat etiam Curt. Iun. *in l. ſi quis in conſcribendo, num. 20. C. de pactis. & in authentic. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.* quod ſi principale inſtrumentum eſt nullum, omnes clauſulæ in eo appoſitæ ſunt ſimiliter nullæ, quod probat Afflict. *in conſtitut. conſtitutionum diua memoria, circa princ. & num. 54. & in pluribus locis ibi, rubric. 5. parte 3.* & per Scriben. *in l. non dubium. C. de leg.* Hippolyt. de Marſil. *ſing 327.* vbi principale eſt nullum, clauſula renuntiationis ſimiliter eſt nulla, ita Bald. *in d. l. ſi quis in conſcribendo, colum. penult.* qui allegat Cyn. *in auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian.* vt refert Cæpoll. *conſil. crim. 4. viſa querela num. 3.*

Nec amplius inſtrumenti nomen retinet, & habetur pro non facto: vt per Specul. *in tit. de confeſſ. §. nunc videndum.*

Et eſt tanquam depictum in pariete, & corpus ſine anima. Bald. *in praallegat. l. 1. num. 7. C. plus val. quod agi.*

Nec etiam dubitandum eſt, † ſimulationem vitiare omnia, compromiſſum, laudum, tranſactionem, ſententiam, & omnem alium contractum. Bald. *in d. l. 1.* poſt Bartolum *in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio. C. mand.* attento maxime, quod tale inſtrumentum remouet à ſe omnem conſenſum, & per conſequens, deficit in ſuo ſubſtantiali & eſſentia. Iaſon. & Curt. Iuni. poſt antiquiores *ibi, in l. cum te quæ. num. 2. cum ſeq. C. de tranſact.* 62

Et quod nullum eſt, nullum producit iuris effectum, *l. 4. §. condemnatum*, & ibi Bartol. *ff. de re iudic.* Etiamſi ſit interpoſitum decretum iudicis ſuper tali contractu ſimulato, vt per Specul. *in titul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum*, & Bald. *in Rubr. C. qui admitti.*

Nam vbi eſt ſimulatio, non poteſt eſſe cognitio, ergo decretum nullum, *l. cum hi, §. ſi prator ff de tranſact. Et l. cum vero. §. ſubuentum, ff. de fideicom. lib.* Lanfranc. *deciſ. 183.*

Et vltra prædicta † ſimulatio pluribus & variis modis probatur. Nam ſi vna ex partibus eſt ſimplex & ignara, altera vero ſagax, & aſtuta, contractus redditur proculdubio ſimulatus, vt per Alexan. *conſil. 49. num. 15. lib. 4.* Bart. Veronen. *in tract. de ſimulat. contract. ſimul. 9.* 63

Similiter ſi contractus celebratur in aliquo aucupio, loco occulto, & ad decipiendum apto. Veronenſis, *d. tract. ſimul. 2.* Roman. *conſ. 54. poſt n. 5. verſ. tertio ſimiliter.* & ibi Horat. Mandoſ. *in addit.*

Necnon quando vna ex his partibus emit bona alterius, & alienat ſua æque bona. Veronenſ. *ſimulat. 19.*

Ac etiam quando celebratur cum pacto de retrouendendo infra paucos dies, & multis aliis modis, de quibus diffuſiſſime per præcit. Veronenſ. *in d. ſuo eleganti tractat. per totum*, & Ripam *in d. l. nemo poteſt. num. 73. cum multis ſequent.* vbi alii omnes. In tantum, quod ſimulatio contractus probetur per coniecturas, & tunc ſimulatio dicitur ſe ipſa ſufficienter probata, ita Bald. *in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri, & in l. 3. C. plus valere.* Dec. *conſ. 123. num. 1.* Soc. Sen. *conſil. 18. num. 28. lib. 1.* Matth. Brun. *conſi. 91. in caſu, de quo quaritur, num. 7. & ſequent. volum. 1.* Et Tiber. Decian. *conſ. 20. num. 25. & conſ. 105. num. 7. volum. 2.*

Nec etiam obſtat † Regia pragmatica, ſine ſummi Pontificis diſpenſatio, cum prohibeat opponi exceptiones contra inſtrumentum annui cenſus, excepta ſolutionis exceptione: eo quia exceptio ſimulationis nunquam intelligitur excluſa: nec etiam omnes aliæ rationabiles & legitimæ: cum inſtrumentum ſimulatum non retinet amplius, vt dictum eſt ſupra; nomen inſtrumenti: vt habetur communiter per Canoniſt. 64

Riſ. in c. item cum quis de reſt. ſpol. Iaſ. in præal. l. ex qua, & in d. l. nemo poteſt, in 2. lect. num. 4. Ioan. Bapt. Ferret. con. 85. in fin. & conſ. 53. num. 9. vol. 1. Caraueria in ritu 228. num. 9. & Grammat. conſ. ciuili 43. & clariſſimè per Iaſ. in l. ſi mihi & tibi. § regula, nu. 4. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 113. nu 8. cum ſeq. lib. 5. & eleganter Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam, in quibus locis præcitati Doct. firmant per tale ſtatutum, ſolum & duntaxat, excludi irrationabiles & illegitimas exceptiones non autem legitimas & rationabiles.

65 Et † alia vrgenti moueor ratione: en quia ſi tale ſtatutum prohibet opponi exceptiones contra inſtrumentum cenſuale nunquam intelligitur excludi exceptio, quæ colligi poteſt ex forma, tenore, & natura ipſius ſtatuti, quod firmat Paul. Caſtr. in conſ. 317. lib 2. & Albert. Brun. in conſ. feud. 117. num. 260. & Ripa in d. l. nemo poteſt, num. 65. & ſeq. Nec tale ſtatutum aufert exceptionem euidentem ex lectura inſtrumenti, ita Bal. in l. ſi ex prædiu. C. de euict. & in l. ſi non ſortem § 1. ff. de condict. indeb. Et Marſil. conſ. crim. 64. num. 24. lib. 1. & conſ. 81. nu 69. & 70. lib. 2.

66 Et † ſimiliter ſi prohibet omnes exceptiones excepta ſolutionis, nihilominus non intelligitur excluſa exceptio compenſationis. Iaſon in l. cum qui §. ſi iur. autem, n. 3. ff. de iniur. Soc. Iu. con. 69. n. 9. lib. 3. Ang. con 109. incip. quidã, Alex. cõſ. 12. n. 13. lib. 2. Bar. de Cap. in rub. ſi qui debitores, n. 9. & Carau. in ritu 166. n. 57. cũ ſequent. Tamen exceptio fundata in proteſtatione contraria inſtrumento, ante inſtrumentum facta, opponi poteſt, ſicut poteſt opponi exceptio confeſſionis, ita Felin. in c. ex parte, el. 2. in 14. fallent. extra de offi. deleg. & in rub. de probat. & refert Ripa in c. cum M. Ferrarienſis, num. 94. extra de conſtit.

Adde quod exceptio peremptoria admittatur, vt per Bal. in l. peremptorias. C. ſententiam reſcindi non poſſe Bar. in l. ſi filius, ff. quod cum eo qui in aliena poteſtate. Iaſ. in l. 1. colum. 4. verſ. 4. refertur, C. de iuris & facti ignorantia Et hoc maximè quando eſſet probabilis in continenti, Abb. in c. ſuſcitata. in Gloſ. extra de reſtit. in integ. & Cardin. in Clement. 1. fin. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.

Item exceptiones limitatores, & reſtringẽtes executionem, opponi poſſunt contra inſtrumentum, quẽmadmodum poſſunt opponi cõtra ſententiam, & eius executionem, l. Neſennius ff. de re iud. l. fideiuſſor, §. idem reſpondit. ff. de fideiuſſ. l. ex diuerſo, §. fin. ff ſolut. mat. Bar. in l. 1. C. de iuris & facti ignoran. & in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtr. Celſus Hugo conſ. 45 col. 2. verſ. quamuis enim ſtatutum, vbi num. 5. æquiparat exceptionem ſolutionis, & liberationis.

67 Item † ſtatutum loquens de contractu, intelligitur de contractu vero, non autem ficto, ſeu ſimulato. Iaſ. in præall. l. ſi mihi & tibi. & Alex. conſ. 115. num. 2. lib. 2. Et Viu. S. in op. 752. ſtatutum diſponens inſtrumentum publicum. Nam inſtrumentum ſimulatum non meretur dici inſtrumentum cum deficiat ſubſtantia debiti ſecundum Bald. in leg. cum precibus C. de prob. Sequitur Paul. Caſtrenſ. in l. teſtium C. de teſtibus nec dicitur verum, nec continet verum debitum leg. imaginaria. de R. I. l. nuda ff. empt. vend. l. Emptor ff. de aqua plu. arcend.

68 Nec tale † ſtatutum poteſt tollere exceptiones quæ in continenti probari poſſent. Alex. conſ. 94. per totum lib. 4. Etſi prohiberet nullam poſſe opponi exceptionem contra inſtrumentum habens executionem paratam: tamen ſimulationis non intelligitur prohibita. Ferret. dicto conſ. 53 num. 94. & ſemper intelliguntur excluſæ exceptiones irrationabiles. Gloſ. communiter recepta in præall. c. ex part. Corſet. in ſing. 91. Paulus Caſtrenſ. in leg. fin. ff. de conſtitut. pec. Etſi præſumitur contractus ſimulatus, præſumitur & eius quarantigia ſimulata Bald. Socin. in l. 1. num. 102. ff ſolut. matr. & ſic ſi non valet contractus nec valet eius quarantigia vt ibi per eum. Nec tenet precarium, Bald. in leg. ex teſtamento. Cod. de fideicommiſſ. Alexander in leg. prima § ſi vir. ff de acquirend. poſ. Curt. Sen. conſ. 70. poſt nu. 2. Afflict. deciſ. 40. Socin. Iun. conſ. 84. num. 4. lib. 3. Cum ex tali ſimulato contractu Dominium non transferatur Bald. in d. l. ex teſtamento Rom. conſ. 76. poſt num. 8. per l. fin. ff. Conſt. pecun. & conſ. 40. poſt num. 3. vbi Horat. Mandoſ. in addit. in lit. E, Nec clauſula conſtituti operatur in contractu ſimulato. Dec. in leg. contractus, num. 16. verſ. Secundo iſta concluſ. ff. de R. I. neque etiam in contractu nullo, Dec. vbi ſupra, ante num. 25.

Et ſi † etiam tale ſtatutum mandaret & diſponeret inſtrumentũ mandari debere executioni intelligitur, inſtrumentũ de iure ſubſiſtit. Bar. in l. 2. § prætor, n. 2. ff. qui ſat. cog. leg. Diuus, n. 1. ff. de teſt. mil. Guid. Papæ deciſ. 43. num. 15. cum ſequent. Ratio poteſt eſſe, cum appellatione inſtrumentorum, non veniant inſtrumẽta inualida, ſecundum Bald. in l. fin. §. in computatione C. de iur. delib. Bart. & Alexand. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. & in l. non putauit, §. non quamu. ff. de contrahen. Alexand. conſil. 165. lib. 2. Bart. in l. 1. §. & parui, verſ. Sed quid ſi. ff. quod vi aut clam. Ang. in l. 2. §. 1. quemad. teſt. aper. Bart. ad l. Diuus Traianus, ff. de teſt. milit. Afflict. deciſ. 21. Dec. in c. ex parte il 2. ext. de offic. deleg. in 2. fallent. Ac etiam paria ſunt, non habere inſtrumentum, vel habere inualidum. Orat. conſ. 140. num. 35 lib. 1. & Simon. de pret. in tract. vltim. volunt. lib. 1. interp. 2. num. 2. 69

Nec inſtrumentum ipſum contra hæredem executioni mandabitur, ſi per eum inuentarium ſit confectum, nec etiam poterit carcerari, ſiue de perſona capi, Salic. poſt Bart. in l fin. §. in computatione, Cod. de iur. delib. Socin. Sen. conſil. 231. libro ſecundo Dec. in leg. debitorii, numer. decimooctau. Cod. de pact. Ioannes de Amicis conſil. vndecimo numer. decimoquinto Franciſcus Anton. de Iud. in practic. repræſentandi inſtrument. ſecundum formam ritus, conſiderat. 3. ante numer. 3. & Foll. in practic. cenſuali, in rubr. tanquam res iudicatas, nulla prouocatione, fol. 246. num. 21.

¶ Nec obſtant in contrarium allegata, quæ habent locum parte contraria opponente & reluctante, per ſupra allegata.

¶ Et adhuc inſiſtendo ſuper intellectu, & verò ſenſu illius pragmaticæ, ſeu diſpenſationis. Nam ſi rectè intueamur, diſpenſatio illa tradit nobis modum celebrandi contractum, ſiue inſtrumentum annui cenſus.

Et † quando lex ſeu ſuperior tradit nobis modum aliquid faciendi, modus ille habetur pro forma. Abbas in capit. cum dilecta, extra de reſcript. & ibi Felin. & in capit. paſtoralis extr. de except. & in capit. quoniam il. 1. ext. vt lite non conteſt Afflict. in conſtitut. ſancimus de iure protomiſ. in 7. Notab. & idem in conſtitut. ſi quis in poſterum, num. 2. rub. 17. in 1 parte, ex mente Bar. in l. diem proferre §. ſtari ff. de arbit. 70

¶ Et omnis forma à iure tradita eſt de ſubſtantialibus, & eſſentia actus Bald. in leg. comparationes, num. octau. Cod. de fide inſtrument. & forma eſt illa, quæ dat eſſe rei. leg. cum quis. C. de iuris & fact. ignor. & l. Iulianus. §. ſed & ſi ff. ad exhib.

Et à † tali forma nullatenus eſt recedendum, nec recedi poteſt, etiam de communi partium conſenſu. Iaſ. in l. 1. ff. de lib. & poſthum. nu. 29. poſt eos, quos ibi allegat, & in l. ſtipulatio. §. ſi quis ita num. 4. ff. de verbor. obligat. 71

Digitized by Google

72 Et † ſi pro forma in aliquo actu plura requirantur, vno minimo deficiente, actus vitiatur, nec aliquid addi, nec diminui poteſt, ſed præciſè obſeruari debet: vt per Iaſ. & communiter Scriben. *in l. hac verba ff. de leg. 1. nu. 37. & eſt text. in l. vniuerſis. C. de precib. Imper. offer.* Et notiſſimi iuris eſt, quod forma non ſeruata, actus eſt ipſo iure nullus. textus eſt apertus *in l. ſi vnus C. de teſtam.*

¶ Si ergo cõtractus ſit aliquo ex trib. modis prędictis ſimulatus, fit contra formam dictæ pragmaticæ ſeu diſpenſationis: maximè ſi in ipſo contractu cenſuali interuenit læſio vltra dimidiam iuſti pretii, etiamſi excederet læſio ipſa decimam partem veri pretii, non valet, neque tenet: vt colligi poteſt facile ex lectura ipſius diſpenſationis: & ſic forma non ſeruata, ipſo iure contractus redditur nullus; & ſi valeret & teneret, prout non valet, neque tenet, veniret reſcindendus ex remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* prout firmat eleganter Ambroſius de Vignate *in tract. de cenſib. ſuper c. ſalubriter, extr. de vſuris*, poſt longam eius ad vtramque partem diſceptationem, *nu. 75. & 80.* Com. opin. vbi bis de communi teſtatur, & in hoc iuris puncto in eadem fuit ſententia Ioannes Ant. de Nigris, *ſuper capit. Regni, in cap. Pro publici boni, num. 25.* vbi ſimiliter de communi teſtatur.

73 Nam † ipſa pragmatica, ſiue diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi, & ad vnguem obſeruari in caſu, quo loquitur vulgata *l. quicquid aſtringendæ ff. de verb. oblig.* & ibi, Bart. & Doct. Grammat. *d. deciſ. 91. num. 3. cum ſeq.* & Bart. de Capua *in conſtit. penam eorum num. 12. & in cap. ab illo ſtatuendum, num. 12.* O vtinam in celebrandis ſimilibus cõtractibus cenſualibus obſeruetur forma illius diſpenſationis, & reformationis Papæ Pii V. ſi obſeruatur, Deus ſcit.

¶ Sed in propoſito non poſſum ſatis non admirari de practica & ſtylo aliquorum notariorum, quo vtuntur in celebrandis contractibus annui cenſus 74 in quibus miſcent contractum emphyteuticum cũ contractus ipſi ſint contrariæ, ſeu diuerſæ naturæ, & in pluribus differant. Et primo ſi emphyteuta Eccleſiæ per biennium, & priuati per integrum triennium ceſſauerit à ſolutione conuenti canonis, cadit à iure ſuo Item emphyteuta per non ſolutionem canonis, ſicut cadit ab emphyteuſi, ita cadit à melioramentis. vt *in l. 2. C. de iure emphyteut. & auth. qui rem C. de ſacroſanct. Eccleſ. & c. potuit, extra locati.* Iul. Clar. *in §. emphyteuſis quæſt. 8. in princ.* & ante eum Iaſ. *in l. 1. num. 48. & ſeq. C. de iure emphy.* Doctor. *ad l. Senatus §. Marcel. ff. de leg. 1.* Et Alciat. *conſil. 20. num. 10. tomo primo libro 1.* Quod non eſt in contractu cenſuali, in quo ne dũ per biennium ſeu triennium, ſed etiamſi per mille annos non ſoluerit conuentum cenſum, nunquam cadit à iure ſuo; ſed cenſus decurſus ſemper peti poteſt, vt eſt tex. cum Gloſ. *in c. conſtitutus, in verb. iuxta extra de relig. dom.* vbi Cano. Iaſon *in d. l. 2. num. 49.* & Iul. Clar. *in d. §. emphyteuſis. quæſt. 1. ver. contractus autem in fin.* faciunt ad punctum, congeſta latè per Eurth. *in ſua centuria in loco ab emphyteuſi ad cenſum. n. 5. fol. 198.* Bart. *in l. 1. verum hic tit. ff. de Publican.* Ac etiam datur alia differentia inter contractus prædictos, eo, quia in contractu emphyteutico, ſolum vtile dominium transfertur à concedente in recipientem, & in contractu cenſuali, non ſolum vtile, ſed etiam directum vnde ſequitur quod de re noſtra ſoluamus cenſum, & penſionem de re aliena: vt meminit idem Iulian. Clar. *in præall. § emphyteuſis quæſt. 1. ſub præall. verſ. Contractus autem.* Alias autem differentias, & latius vide per Iaſ. *in d. l. 1. & 2. C. de iure emphyteut.* & Ioan. Fabric. *inſtit. locati. in §. adeo num. 4.* & Specul. *in tit. de emphyt. in princ. 14. colum. num. 6.* Par. de Put. *in tract. de feud. reinteg. in c. & quia num. 5. fol. 125.* Artameo Tiraquel. *in tract. de vtroq. retract. tit. de retr. conſ. 3. § 34 glo. 1 in prin.* aſſerit contractum cenſualem emphyteuticum & libellarium nihil propemodum differre & ibi multa congerit, imo his omnibus hodie promiſcuè nos vti & differentia alibi conſtituta, tanquam ſomniata, in deſuetudinem abiit, & ſic notariorum ſtylus ſeruari poſſet. Melius igitur eſſet ipſos contractus particulariter & diſtinctè celebrari, & non ſic miſtim, & confuſim, ſtante eorum contrarietate, vt per Fab. *in d. § 1. num. 4. 13. & 14.* Cum duo contraria non poſſint eſſe ſimul vno & eodem tempore, & in eodem ſubiecto *vulgata l. 1. C. de furto l. vbi repugnantia ff. de R. I. l. Maximus,* vbi Bal. *ff. pro Socio cum ſimilibus.* ſtante etiam maximè cum ipſa contrarietas inducat fraudem: vt dicebat Bal. *in conſtit. Sancimus, num. 15. poſt princ. de iure protomiſeos.* Sed ad euitandum litis anfractus cautius eſſet, prout dixi, diſtinctim celebrari, iuxta formam Regiæ pragmaticæ & diſpenſationis antedicti Summi Pontificis Nicolai V. cum reformatione Pii V. cum omnibus aliis in talibus contractibus à iure requiſitis, ſine onere conſcientiæ. Altiſſimo Redemptori noſtro Ieſu Chriſto, & eius glorioſiſſimæ matri Virgini Mariæ, & Diuo Bernardino Protectori noſtro, quem Redemptor ipſe in vita & in morte innumeris decorauit miraculis, (vt meminit Guid. Papæ *deciſ. 84.*) laus ſemper honor, & gloria.

Paſchalis Tuccanicus Aquilanus V. I. D.

OPINIO DCCCXXXIII.

SVMMARIA.

1 *Lucrum dotis faciens maritum ex forma ſtatuti an patri eius quæratur ipſo ſub eius poteſtate exiſtente, etſi pater onera matrimonii ſuſtinuerit, ſitque tale lucrum cum fratribus communicandum poſt mortem patris, quando pater ipſe ſuſtinuiſſet onera matrimonii.*

2 *Lucrum dotis conceditur propter onera matrimonii.*

3 *Pater ſtipulans lucrum dotis ex forma ſtatuti pro ſe, & filio an id filio cenſeatur donare.*

4 *Donatio inter patrem, & filium non valet ipſo iure Et an morte, vel iuramento confirmetur. nu. 5.*

6 *Donatio inducta ex ſtipulatione, facta per patrem filio. lucri dotis ex forma ſtatuti, licet non valeat in vita patris tamen morte confirmatur.*

7 *Donatio talis an reuocari & alii filio fieri poſſit n. 8.*

9 *Donatio iſta, an reuocetur, patre in teſtamento filios æqualiter inſtituente & nu. 10.*

11 *Aequalitas inter liberos ſeruanda eſt & ad id lex patrem hortatur num. 12 Eiuſque ratio nu. 13, 14. & 15.*

16 *Voluntas teſtatoris ita interpretanda eſt, vt æqualitas inter filios ſeruetur.*

17 *Pater non tenetur dare in dotem tantum vni filia, quantum alteri. Et an filia prætendens ſe non eſſe ſufficienter dotatam ad ſupplementum dotis agere poſſit.*

18 *Donatio inter patrem, & filium etiamſi ſit morte confirmata, tamen dominium fuit & eſt patris.*

19 *Pater an poſſit tacitè, vel expreſſè reuocare ius quaſitum filio vendendo, vel relinquendo alteri. Et an feudum vel emphyteuſin vni filiorum prælegare poſſit. nu. 20.*

21 *Pactum quodlibet in inueſtitura appoſitum & feudi naturam per id alterari, & impropriari poteſt. vt videlicet Vaſallus de eo pro libito diſponere, & id alienare poſſit; an non expreſſum auferetur feudum naturā ſuā.*

22 *Pater an in allodialibus diſponere poſſit, vt in certa aliquare vnum filium ſolus ſuccedat.*

1 STATVTVM † diſponens, quod maritus lucretur, incratique debeat dotem, vxore præcedente ſine filiis ita interpretandum venit vt lucrum hoc cedat patri ipſius mariti, ac ei illud quæratur de iure, vbicunque maritus ipſe repetiebatur ſub paterna poteſtate tēpore contracti, conſummatique matrimonii & pater ſuſtinebat onera præſentis matrimonii: fit enim tunc peculium profectitium, tanquam proueniens ex re patris, id eſt, ex oneribus matrimonii, quæ ſubit pater, & ſic communicandum venit inter filios poſt mortem patris, ſecundum Bartol. *in tract. de duobus fratribus, quæſt. 5 nu. 6.* Bal. *in l. 2. C. famil. ercìſcu.* Abb. *conſ. 79. colu. 2. vol. 2.* Roma. *conſ. 406. quæſtio præſens: ſub num. 1. verſ. vltima fuit æquiſſima, & de iure veriſſima opinio* Petr. de Vbald. *in tract. ſociet. in 5. part. princip. quæſt. 12.* Quod eſt nempe cordi tenendum, ex quo paſſim ab idiotis ignoratur. teſte Marſil. *ſing.* 164. & iſta eſt æquiſſima, & de iure veriſſima opinio: vt amplè diſcurrit, & firmat Dec. *conſ. 67. circa propoſitum per totum*, Gloſ. & alii *in l. quod ſi eo tempore ff. pro ſocio, & l. dotem filio ff. de caſtrenſ. pecul.* vbi generaliter dicitur, lucrum dotis recipere onera matrimonii: & hoc idem prouectiori ætate, maturiorique iudicio tuetur, & concedit idem Dec. *conſ. 560. nouiſſimè*, vbi refert ſic alias conſultum extitiſſe Senis.

¶ Roland. verò à Valle *in tract. de lucro dotis in q. 110. An lucrum dotis, quod facit maritus, num. 1. cum aliis ſeq.* recenſuit in præſenti articulo tres alias opiniones cōtrarias, & reſoluit materiam, mediantibus aliquibus caſib. & diſtinctionibus recitatis *mihi* per eum, quibus reiectis, aliter non recedo à prædicta opinione Bart. & ſequacium, tanquam ſacroſancta; & tanto libentius, cum pro eo viderim hiſce oculis in facti cōtingentia conſultum doctè, & religioſè quidē, more ſuo, *anno* 1555. per Illuſtrem Dominum Caſtaldum Peruſinum præceptorem meum, dum eo tempore militabam ſub eius diſciplina, ad fauorem D. Philippi confratris, & cohæredis D. Pernicolæ Ciuitatis Caſtelli.

2 Quæ † quidem opinio potiſſimum mihi arridet: cū principaliter, & ſpecialiter concedatur, aſſigneturque lucrum memoratum pro alimentis, gubernio, & expenſis, & conſequenter propter onera matrimonii. & iſta eſt virtualis, & communis ipſius ſtatuti ratio. atteſtante Deci. *in d. conſ. 560 colum. pen.* & vbertim Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verſ. Donatione largitam num. 175. & ſequent. & nu. 181. & 188.* & Roland. à Val. *in tract. de lucro dotis, quæſt. 4. num. 10. & ſeq & quæſt. 82. nu. 3. & quæſt 92. num. 5. & quæſt. 103. nu. 12. & q. 160. num. 13. & 30.*

3 Et † licet vt plurimum euenire ſoleat quod pater tempore promiſſionis dotis, ſtipuletur lucrum præfatum, pro ſe, & filio poſſet faciliè inferri lucrum illud hac de cauſa quærendum filio. Tamen pro reſolutione conſiderandum, ſpeculandumque foret; quod ſi pater vellet hoc tantum filio concedere; id certe cōtingeret per viam donationis de patre in filium familias *l. filia* & *ibi* Gloſſ. *C famil. ercìſcun.* vbi Alber. *in fin.* prorumpit hoc vidiſſe per Doctor. communiter approbari: & firmat etiam Bal. *in l. 1. in fin. C. per quas perſo.*

4 Sed hæc donatio † in vita patris, non potuit valere: Nam donatio inter patrem, & filium non valet ipſo iure *l. iubemus. §. 1.* & *ibi* Bald. *C. ad Trebel. cum aliis vulgaribus.* Nec donatio hæc dici poteſt confirmata iuramento: cum nullum iuramentum in præſenti caſu apponat, ſeu præſtet pater recipiens, maxime inter ſe, & filium, ſed concedens tantum.

5 Neque † etiam morte patris donatio iſta dici poſſet confirmeta, iuxta regulā vulgatam, *d. l. filia.* Quoniam hoc non ſortitur locum, cum traditio ſecuta non eſt. *l. Papinianus. ff. de donatio. inter virum, & vxor.* Barto. *in l. 1. C ſi quis alteri, vel ſibi*, Bal. *in authent. ex teſtamento. colum. 6. C. de collat.* Dec. *conſil. 239. colum. & conſ. 396.*

Sed eſto † quod ex ipſa ſtipulatione facta per patrem, proprii lucri, filio ſuo, inducatur donatio: vt *in d. l. filia. C. famil. ercìſ. cum Gloſſ.* quæ licet non valeat in vita patris, vt ſupra oſtendimus: nihilominus tamen illa donatio morte confirmatur *d. l. filiæ, & l. donationes, quas C. de don. inter vir. & vxor.* quæ nempe tūc tranſit in vim vltimæ voluntatis, quaſi legatum, ſecundum Gloſſ. 1. *in fin. in dict. leg. filia*: cuius opinio communiter, & vniuerſaliter approbatur, & recipitur per Scribentes omnes. teſte *ibi* Alber. 6 Cōis opin.

Ideo † tūc ea donatio præſumpta, contrario iudicio reuocari poteſt: vt eſt textus expreſſus *in dicta leg. filia.* 7

Nam † donatio facta per patrem filio poteſt indubitanter reuocari, & fieri altero filio. *dict. leg. donationes quas*, Baldus *in authentica ſi quas ruinas. colum. ſext. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Alexander *conſil. 78. volum. 4.* 8

Vnde † pater conficiens teſtamentum, inſtituenſque filios æqualiter, id eſt, vnumquemque eorum, in æquali portione, reuocatur nempe eo caſu, prædicta præſumpta donatio per hoc teſtamentum, & inſtitutionem: vt voluit & in terminis firmenit Salycet. *in dict. leg. filia. in ſecund. notab.* Licet & malè *ibi* Baldus potius argumentando, quam decidendo nonnullas in contrarium rationes, & argumenta adduxerit: ſed rationes Salycet. efficaciores diſcernuntur. 9

Nam † naturalis æquitas & par affectio liberorum eſt. *leg. illud Cod. commun. vtri. iudic. & leg. vt liberis. C. de collat.* 10

Semper † itaque æqualitas inter liberos cuiuſcunque qualitatis ſeruanda eſt *l. inter filios. C. famil. erciſcund. leg. vt liberis*, & *ibi* Baldus *Cod. de collat.* & *l. fin. Cod. communia vtrius iudic.* Dec. *conſil. 339. conſulatis Excellentiſſimus* Doct. *num. 9.* & Socin. Iun. *conſ. 160. col. 5. volumin. 2.* 11

Horretur † enim lex patrem quantum poteſt ad ſeruandem æqualitatem inter filios. *§. illud quoque in authent. de nuptiis.* vbi Angel. aſſerit *ibi* probari illud vulgare, quod pater non debet vnum filium legitimum facere, & alterum priuignum. ſequitur Dec. *conſ. 59. num. 3.* Rubeus, *conſil. 6. num 5.* 12

Nam † inuidiam & diſcordiam parit inæqualitas inter filios. teſte Corneo *conſ. 13. nu. 5. volu. 3.* 13

Proinde † merito inæqualitatem inter filios iura reprobare aſſeruit idem Corneus *conſil. 289. numer. 7. volum. 5.* & Baldus *in tract. de ſubſtitut. § decimus ſupra nu. 8.* 14

Et † præſertim cum filius rectè maiori afficiatur dolore, ſi pater vni fratri donet, quam ſi extraneo: vt in medium reſeruenit Aluiſ. de Albet. *ſin. 7. per text. in §. & quod ſæpè nobis in auth. de trient. & ſemiſ.* 15

Et † hinc eſt quod voluntas teſtatoris interpretanda ſit, vt æqualitas inter filios ſeruetur. *leg. cum pater. §. pater pluribus. ff de leg. 2.* & Alex. *conſil. 81. vol. 4.* 16

Poteſt † tamen pater dare vni filiæ pro dote plus quam alteri, ita Gul. de Cu. *in l. cum is §. mulier. ff de cond. indeb.* Dec *conſil. 26.* Ruin. *conſ. 56 num. 9 volum. 3.* Ioan. Cæphal. *conſ. 280. num. 12. volum. 2.* & Bertach. *in ſuo repert. in ver. Pater donat.* Soc. Iun. *in l. 1. n. 175. verſ. Sed ſi ſimpliciter ff. ſoluto matrimonio* Marant. *diſputation. decim. numer. 23.* Grammat. *deciſ. 110. ante n. 75.* & Afll. *in conſt.* 17

in conſtit. in aliquibus. num. 50. *in tit. de ſucceſ. filiorum Comit. vel Baronum, rub.* 23. *in* 3 *parte*, vbi quam plura ad punctum facientia cõgerit & ad id non parum conferunt quæ dicit Paul. Caſt. *in l. ſi ita legatum. ff. de cond. & demonſtr.* Alphan. *in l.* 1. *C. de inoff. teſtam. collectanea* 88. & idem Afflict. *in conſtit. fratribus, num.* 12 *rub.* 14. vbi refert ita fuiſſe deciſum in ſacro regio conſilio Neapolitano.

17 Nam † filia dotata à patre, cenſetur ſufficienter dotata, & prætendens ſe non eſſe ſufficienter dotatam, non poteſt agere contra patrem ad ſupplementum dotis, Guid. *deciſ.* 107. *Rota Romanæ manu ſcript.* Marant. *in prææallegata diſputatione decima num.* 21. *& prope num.* 23. declarat non procedere quando pater dediſſet tam paruam dotem, cum valde eſſet diues, vt reipſa dolus præſumeretur in patre, quia tunc filia poſſet ad ſupplementum agere, allegat Paul. de Caſt. *conſ.* 175. *colum.* 4. *lib.* 1. & hoc idem firmauere etiam Iacob. Mandellus de Alba *conſ.* 23. *num.* 3. *& conſ* 100. *n.* 2. & Dec. *in l. pactum dotale, in fin. C. de collat. & con.* 16.

18 Secundo † eſto quod donatio fuerit morte confirmata, vt ſupra docuimus: nihilominus interim dominium fuit, & erat patris, vt aſt text. expreſſus in *l. ſed interim §. ſi vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor.* qui licet in donatione inter virum, & vxorem loquatur: tamen idem eſt inter patrem, & filium. *d. l. donationes quas.*

19 Et † quod pater poſſit expreſſe, & tacite reuocare eius quæſitum filio, vendendo, & relinquendo alteri, firmat vltra præcitatus Doctores Anchar. etiam *conſ.* 132. *caſus talis eſt*, Roman. *conſ.* 35. *viſa facti ſerie*, & alii congeſti per Tiraquel. *de vtroque retract. tit.* 1. *§.* 1. *Gloſſ.* 6. *num.* 23. *cum aliis ſequent.* qui infinita ferè adducit pro vtraque parte, & Afflict. *in c.* 1. *nu.* 21. *de ſucceſſ. feud.* & Iaſ. *in l.* 2. *quæſt.* 22. *C. de iur. emphyteut.*

¶ In contrarium vero partem, videlicet, quod pa-
20 ter feudum †, ſeu emphyteuſin receptam pro ſe, & filiis, non poſſit vni ex ipſis filiis prælegare in præiudicium aliorum filiorum, inclinauit Alexand. *conſ.* 8. *viſis ſubtiliſſimis dubitationibus, num.* 15. cum aliis Doct. aggregatis per apoſtillam *ibi in litera E*, vbi non obſcurè monet iſtam eſſe communẽ opinionẽ & Dec. *conſ.* 239. *primo non videtur dubitandum n.* 6. *&* Iul. Clar. quoque *in tract. feudorum quæſt.* 40. *quæro nunquid poſſit Vaſallus in ſuo teſtamento de feudo diſponere, verſ. Secundo infertur, quod non pater habens plures filios.*

¶ Quam quidem communem aſſeuerat ibi procedere ſine ſcrupulo aliquo, in feudo antiquo, & paterno: non autem in nouo. Sed hæc diſtinctio mihi non ſatisfacit. Nam modica differentia eſt inter feudum antiquum, & nouum: quia ſicuti in feudo nouo non ſuccedunt, niſi deſcendentes primi acquirentis inueſtiti: ita in feudo antiquo, agnati, ac collaterales, qui tamen deſcenderunt à primo acquirente, inueſtito de ipſo feudo. *c.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud.* & Iaſ. *in tract. feud. num.* 82. *ver. Tertia diuiſio.*

¶ Vide omnes filii debent inueſtiri de feudo, & omnes iurare fidelitatem, non autem vnus ſolus *c.* 1. *§. omnes, ſi de feud. defun. contend. ſit inter do. & l. Imperialẽ de prohib. feud. alien. per Federi.* per quę iura pater quod nec pater poſſit aſſignare vni feudum, & alteri allodium *d. c.* 1. *§. omnes & argumen. l. vt iuriſiurandi. § fin. de operis liberto. & l. liberi ff. ſi quid in fraud. patr.* & ita concludit Ioan. Blanchi *in ſumma feud. tit. quibus mod. feud. amit. verſ. Sed nunquid poterit pro anima cum aliis ſequentibus.*

¶ Feudum enim eſt beneficium perſonarum, quod tranſire debet ad omnes filios ſuccedentes æqualiter *l.* 1. *C. de anno trib. lib.* 10. Quare etiamſi aliqui filii forent minus vtiles, non tamen poſſet Pater eligere vtiliorem, & illi feudum aſſignare: nec etiam hoc poſſet facere Dominus, at in multis verificatur articulis in quæſtione quam affabrè diſputauit de hoc Pileus, referens Ioan. Blanchi, *in d. ſumma feud. titul. quis ordo ſucc. ſit.*

¶ Sequitur ergo neceſſario ex his, quod omnes filii maſculi æqualiter ſuccedant: vt *in c. hoc autem notandum quis feud. dar. poſſ. & de ſucceſſ. feud. in princ. & c.* 1. *de inue.*

¶ Et opinionem hanc, quod pater etiam cum aſſenſu Domini, alienare nequeat feudum nouum ex pacto, & prouidentia, receptum pro ſe & filiis, firmauit etiam Bal. *col.* 2. & Aluar. *col.* 7. *in c.* 1. *§. hoc quoque de ſucceſ. feud.* & Laureot. Syluan. cum magna caterua Doctorum, relata per eum *conſil.* 15. *ſubtilia ſunt dubia num.* 40. vbi non obſcurè dicit iſtam eſſe magis communem ſententiam, & Alex. quoque *conſ.* 106. *viſo themate inſtrumenti conceſſionis, nu.* 8. *vol.* 4. *cum aliis aggregatis* per Ioan. Thom. de Marinis *in tract. de generibus, & qualitate feudorum, tit.* 3. *de feud. ex pac. & prouident. nouo ſub num.* 16. vbi expreſsè fulcit & multis rationibus argumentis & authoritatibus ſtrenuè ſuſtinet & authoritatibus contrariam opinionem Andr. de Iſern. *in c.* 1. *§. & ſi libellum, nu.* 10. *de alien. feud. pater.*

¶ Sed retenta communi † opinione, tanquam ſacroſancta aduerte, quod ſi in inueſtitura expreſsè conuentum promiſſumque ſit, quod Vaſallus facere poſſit, quicquid velit alienãdo, teſtãdo &c. Quod quidem pactum fieri poteſt *c.* 1. *per quos fiat inueſt. c.* 1. *in fin. quan. dom. propr. priuet. & c.* 1 *an agnat. vel fil.* 21

¶ Quinimo vult text. *in d. c.* 1. *in fin. per quos fiat inueſtit.* quod valeat pactum appoſitum cõtra diffinitionem contractus, & contra eius ſubſtantiam: vt *in illo §. fin.* ¶ Et feudum ipſum ſimiliter concedi poteſt, vt feudatarius de eo teſtari queat. *c.* 1. *in prin. de ſucceſ. feud. & qualit. olim feud. alien. pot.* & ibi Bal. & Aluar. *in § donare.* ¶ Et tunc vtique per pactum hoc Vaſallus poteſt vendere, donare, in dotem dare, & teſtari, ſecundum Bal. *in c.* 1. *de feud. non habentis propr. nat. feud.*

¶ Nam feudum non habet propriam naturam feudi, cum ex verbis inueſtituræ impropriata, & alterata eſt natura feudi, ita, & taliter, quod Vaſallus teſtari poſſit de bonis feudalibus, dummodo in non extraneam perſonam, vt concedit Io. Blanchi *in d. ſumma feud. in* 3. *part. in rub. quis ordo ſucced. ſit. § ſed qualiter ſuccedant Domini, ſi plures ſunt.*

¶ Et de hoc mirandum non eſt, quoniam pactũ adiectum in inueſtitura vincit naturam feudi. *l. pacifci. ff. de pact. c.* 1. *§ præterea, quid ſit inueſtitura. & c.* 1 *de feu. non hab. propr. nat. feud.* Et ſi contractus ex conuentione legem accipiunt. *l.* 1. *§. ſi conuenerit. ff. depo.* Et pacta poſſe apponi in feudis, vt alterent naturam illorum, ita vt ſuccedant qui alias non ſuccederent, non eſt dubium *c. præterea, quid ſit inueſtitura c.* 1 *de feud. non hab. prop. nat. feud. & c. nulla. per quos fiat inueſtit.* niſi forẽt iuri publico, vel naturæ contraria. vt *in c. ſi duo, de inueſt. quam Titius accepit à Sempr. & c.* 1. *de feud. non hab. propr. nat. feud.* & firmat Ioan. Thom. de Marinis *in tract. de generibus. & qualitate feudorum, in tit.* 19. *de feud. non habent. propr. feud. natur. num* 8. vbi *nu.* 4. *& ſeq.* ponit etiam aliqua exempla feudi, non habentis propriam naturam feudi Et licet hoc apertiſſimè intueatur quam plurimis conſtitutionibus, & conſuetudinibus feudalibus nihilominus colligitur etiam ad ſatietatem vſque ex ſumma Odofr. *rub.* 17. *notandum eſt quod pacta poſſunt appone.* & de hoc nemo vn-

quam

quam dubitauit ¶ Et quamuis feudum alterciut in aliqua re, tamen in aliis non expreſſis, retinet ſuam naturam, vt conſuluit Dec. *conſ.193. & pro tenui facultate mea diligenter conſideratio.*

¶ Et eo equidem caſu iſte contractus potius videtur donationis, quam feudi, & ſuperioritatis: per doctrinam, & deciſionem Ioan. And *in addi. Specul. in tit. de praeſcript.*

¶ Et faciunt ea, quæ notant Hoſtien. & Io. And. *in c. ap. nimis, de iureiur.* quod caſtrum ita conceſſum potius cenſeatur allodium, quam feudum.

42 ¶ Vnde in allodiis, † & iis quæ pertinent pleno iure, id eſt, directi dominii, vt notat Gloſ. *in l. Iulianus ff. de rei vendic.* poteſt quis indubitanter facere, vt vnus ſolus in vna re ſuccedat, vel vniuerſaliter ſuccedat: alii vero ſint hæredes particulares *l. ex facto ff. de hered. inſtit. l. quoties. C. eodem tit. & l. fin. C. famil ercisc.* Et facit quod habetur *in c. licet, de voto,* & per Bal. *in l. hac edict. C. de ſecundis nupt.*

¶ Itaque in præſenti caſu teſtator abſque dubio poteſt vnum, vel duos filios eligere in huiuſmodi feudo. facit *l. 1. & totus titulus ff. de aſſign. liberto.* vbi licet iuspatronatus deſcendat in omnes liberos æqualiter. *l. vt iusiurandi § ſi liberi ff. de oper. libert.* tamen poteſt vnum ex illis in eo eligere: ad idem facit *l. vnum ex familia ff. de l. 2.* vbi licet quis rogatus ſit reſtituere rē familiæ ſeu in familia: nihilominus poterit præeligere: & ſic ex his vnum ex filiis eligere poteſt pater in feudo.

OPINIO DCCCXXXIV.

SVMMARIA.

1 *Stipulatio eſt contractus iuris ciuilis, non autem iuris gentium.*

2 *Stipulatio eſt contractus nominatus.*

3 *Contractus quilibet redactus in publicum inſtrumentum, cum in eo ſemper apponi ſoleat ſtipulatio.*

4 *Contractus innominatus cum probatur per inſtrumentum, dicitur nominatus propter ſtipulationem in inſtrumento poni ſolitam.*

1 STIPVLATIO † eſt contractus iuris ciuilis: & ſic ſtipulationem de iure ciuili, non autem de iure gentium eſſe voluere Gloſſ. Aretin. Ozetius, *nu. 34. in §. ius autem gentium, inſtit. de iure nat. gent.* Alexand. Iaſ. Illuſtris D. Guil. Pontanus præceptor meus, *nu. 27.* Socin. Ripa, & Marcellus Beriucutius, *col. 35. in rubr. ff. de verb. oblig.* Glo. Bart. Bal. Iaſ. & alii omnes, *in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure, &* copioſè Tobias Nonius *in §. omnis, nu. 10. inſtit. de verb. oblig.* vbi approbat opinionem iſtorum & admittit communem eſſe; & ab ea tanquam communi, aduertit non eſſe recedendum Ruinus *in dict. rub. ff. de verb. oblig. num. 65. & ſequentibus.* Comm. opin.

2 Item † ipſa ſtipulatio eſt etiam contractus nominatus: ſecundum Bartol. *in l. 2. C. de cond. ob cauſam,* & Paul. Caſtrenſ. *in d. rub. de verb oblig.* quod ſequuntur ibi multis rationibus Alexander Iacob. Mandellus de Alba, *nu. 145. & ſeq.* & alii omnes & Dec. *conſ. 279. ſub num 1.* & Caſſaneus *conſ. 53. nu. 56.*

3 Et † hinc ſequitur, quod hodie de quocunque contractu ſit publicum inſtrumentum, cum ſemper apponi ſoleat ſtipulatio, ſemper dicatur contractus nominatus & hoc propter ſtipulationem appoſitam.

4 Ex † quo ſequitur, quod raro per inſtrumentum probatur contractus innominatus cum notarii in fine dicere ſoleant quæ omnia partes prædictæ ſibi inuicem ſolenni ſtipulatione promiſerunt, vel ſimilia verba, iſta eſt doctrina Bartol. *in d. l. 2. in fineum* qua concurrunt Paul. Caſtrenſ. Alexander. Soc. & cæteri *in d. rubr ff de verb. oblig.* & Caſſaneus *in d. con. 53. nu 57.* & Coraſius *in miſcel. iuris ciuilis lib. 1. c. 23. prope finem.*

OPINIO DCCCXXXV.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia plerunque præſumitur, niſi ſcientia probetur ab aduerſario. nu. ſeq. ratio nu. 3.*

4 *Ignorantia præſumitur etiam in herede.*

5 *Ignorantia in his, quæ ſunt facti præſumitur etiam in coniunctis & nu. 6.*

7 *Ignorare præſumitur filius teſtamentum patris. Et codicillos eorumque contenta & nu. ſeq.*

9 *Propinquus præſumitur ſcire ætatem propinqui, & ius cognationis.*

10 *Præſumitur quis ſcire illud de quo viget fama publica, vel quod publicè notum eſt, Eiuſque ratio. Excipitur infir mus num. 13. item abſens nu. 14.*

Heres præſumitur de teſtamento notitiam habuiſſe, ſi in patria eius notum ſit defunctum condidiſſe teſtamentum.

15 *Filius præſumitur habuiſſe notitiam teſtamenti paterni ſi illud apud eum repertum ſit.*

16 *Hæres quamuis habeat iuſtam ignorantiam de rebus defuncti, nihilominus hoc procedit in herede conuento, ſecus vero in herede actore.*

17 *Ignorantiam allegare quis non poteſt, qui ſcire tenetur.*

SCIENTIA † niſi probetur, ignorantia præſumitur. *l verius,* cum ibi notatis per Scriben. *ff. de prob.* & iſta eſt communis regula atteſtante Dec. *conſ. 445. in caſu ad me tranſmiſſo num. 35.* Adde Gabriel. *in lib. 6. comm. concluſ. in tit. de reg. iur. concluſ. 5 nu. cum ſeq.* 1 Com. opin.

Vnde allegans † ignorantiam non tenetur eam probare, ſed aduerſarius ritè tenetur probare ſcientiam *l fin. C. de ſponſa.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 160 in fin.* Alex. *in l. 2. col. 6. ff. ſolu. matrim.* & Dec. *in d. con. 445. ſub num. 35.* 2

Et † de hoc mirandum certè non eſt. Nam ignorantia, cum ſit quid facti, ideo præſumitur *d. l. verius. & l. fideiuſſores.* & ibi Barto. ad Velleian. & *l qui in alterius. ff. de reg. iur.* & Card. *in Clem. 1. quaeſt. 7. de conſang. & affin.* 3

Quodq; † ampliatur etiam primo eatenus procedere, vt in hærede ſimiliter præſumatur ignorantia ipſa, ita Bal. & alii *in c. 1. §. cū Domino, de na. fe. & d. l. qui in alterius.* & ibi Dec. *num. 1. cum aliis ſeq.* 4

Amplificatur † ſecundo itidem eadem concluſio, quod in his quæ ſunt facti præſumatur ignorantia, etiam in coniunctis ſecundum Baldum *in leg. 1. Cod. de cad. toll.* 5

Siquidem † præſumitur propinquus ignorare ea, quæ à propinquo facta ſunt. teſte Bal. *in l. quoniam ſororem. C. de iur. delib.* Corn. *conſ 147. colu. 2. & conſ. 268. volum. 3.* Bertran. *conſ 15. num 39. vol. 1.* Dec. *d. conſ. 445. numer. 35.* & Ripa *in l. filiusfamil. §. Diui, numer. 51. ff. de leg 1.* 6

Imo † ignorare præſumitur filius quoque teſtamentum patris. Et ſic ignorantia teſtamenti paterni, facilè præſumitur, etiam in filio vt notat. *in leg. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verborum obligation.* & ita ſe habet communis opinio: vt commemorat Iaſ. *in l. eius qui, colum. 2. in 3. & 4 notab. ff. ſi cert. pet.* Curt. Iun. *conſ. 8.* Gozad. *conſil. 36. in fin.* & Cagnol. *in d. l. qui alterius, ſub num. 10. & ſequens.* 7 Com. opin.

¶ Verum

¶ Verum aliqui Doctores & malè quidem inclinarunt in contrariam partem, quos numerat Grat. conſ. 199 minor viginti quinque annis, num. 6. & Bertran. conſ. 81. ex themate mihi tradita conſultationis, ſub nu. 1. vo. 6. quibus reſpondet affabre quidem Cagnol. aſſignando palpabilem rationem in d. l. qui in alterum, ſub num. 10.

8 Et † quemadmodum filius præſumitur ignorare patris ſui teſtamentum: ita pariformiter ignorare cenſetur etiam idem filius codicillos patris. & ſimiliter omnia quæ in eis continentur, vt per Doctores in l. non eſt ferendum. ff. de tranſact. Paul. Caſtrenſ. conſ. 159. colu. pen. vol. 1. & Grauet. cum aliis congeſtis per eum conſ. 257. teſtator habens plures filios, num. 2. & ſeq.

9 Et † quanquam ignorantia in his quæ ſunt facti præſumatur etiam in propinquis, tamen illi ignorare haudquaquam præſumuntur: ſed ſcire potius propinqui ſui ætatem, & ius cognationis l. octau. ff. vnde cognat. & l. de aetate. C. de in integ. reſt. minor. & Dec. in d. conſ. 445 ſub num. 35.

10 Cæterum † iſthæc concluſio ita explanata limitatur primo, locum non obtinere in his quæ publicè fiunt: præſumitur etenim quis ſcire quod ſcitur publicè, & publicè notum eſt, vel de eo vigeat in ciuitate fama publica cap. 1. de poſtulat. prælat. c. fin. qui matrim. accuſ. poſ. & Alex. in l. non fatetur C. de confeſ. Glo. Bar. Bal. Ang. & alii omnes in l. ſi tutor petitus C. de peric. tut. Sal. in l. qui de crimine, de accu. & in l. 1 C. de his qui latro. in fin. vbi idem concludit, quando hoc notorium foret, & huic opinioni Gloſ. & Sequacium inhæret etiam idem Bar. in l. ſi cui §. 1. de accuſa. in l. is poteſt. de acquirend. hered. in l. qui Romæ. § duo fratres. quæſt. 3. de verb. obligat. in l. Celſus, de vſucap. & in l. 1. C. ſi ſeruus, vel liber ad decur. aſpir. lib. 10 Grat. conſ. 9. facti ſpeciem ſubiiciam, & conſ. 49. in cauſ. magnifici, nu. 8. & ſeq. vol. 1. & Grāmat. deciſ. 36. Solon, nu. 16. vbi non obſcurè deducit iſtam eſſe cōmunem ſententiam: quam vtiliter interpretatur quomodo procedere debeat Franc. de Aret. con. 110. & Franciſ. Curt. Iun. in l. 1 num. 4. ff ſi cert. pet.

11 Et † ratio eſt. Nam quod fit publicè, præſumitur in notitiam deuenire ciuibus l. ſed & ſi pupillus, & ibi Alexand. ff. de inſti. & Glo. in d. l. ſi minor, & notatur per Stephen. in d. c. 1 de poſtulat. prælat. & in c. cum in iua qui matrim. accuſare non poſſ. & in c. quod dilectio 16 d. ſt. & in §. cognoſcentes. de conſt. & in l. 2 ff. de orig. iur.

12 Vnde † ſi in patria hæredis, publicè notum eſſet, Titium condidiſſe teſtamentum: tunc vtique indubitanter præſumeretur de eo, eius hæredem ſcientiam notitiamque habuiſſe. Clem. 2 de conceſ. præben. d. l. ſi tutor petitus, vbi Gloſ. & Batt. Anto. de Bur. in Clement. licet in 1. oppoſit. de ſupplen. negli. prælat. & Iaſ. in l. ſi per errorem. colum. 3 ff. de iuriſdict. om. iud.

13 Sed † hoc equidem non ſortitetur locum in infirmo, qui nullatenus præſumeretur ſcire, etiam id de quo extaret publica vox, & fama: ſicut nec abſens ſecundum Bart. in l. is poteſt ff. de acq. hæred.

14 Nam † abſens præſumitur ignorare l. Titius. § Lucius ff. de liber. & poſth. c. fin. qui matri accuſ. non poſſ. Batt. & alii omnes in l. fin. qui pro emptore ff. de vſucapionib. Bald. in d. § Lucius Dec. conſ. 160. nu. 27. & Grauet. conſ. 187. licet abunde ſcriptum videatur, ſub num. 7. verum opportune animaduertendū eſt, quod non ſolum ſumēs medicinas dicatur infirmus, ſed etiam non ſumens, ita vt medicamenta non ſumens, non propterea impediatur dici infirmus, vt per Caraccium inter deciſiones diuerſorum, deciſ. 77. Quoniam num. 3. & ſeq. vol. 2. vbi aſſignat etiam rationem.

15 Claudicatq; etiam † eadem concluſio, non procedere, vbicunque apud filium repertum foret teſtamentum: tunc enim præſumeretur ſine ſcrupulo aliquo illud vidiſſe. d. l. non eſt ferendum. ff. de tranſac. Paul. Caſt. conſ. 19. & conſ. 94. volum. 2. Ancharan. conſ. 160. & Aret. conſ. 15 in fin.

Necnon † coarctatur quoq; prædicta concluſio, quod quamuis iuſtam ignorantiam habeat hæres, in rebus defuncti: tamen hoc de plano procederet in hærede conuento: ſecus verò in hærede actore: Nam hæres agens in iudicio certus quidem de iure ſuo eſſe debet: cùm in eius arbitrio ſit, quando ea petiri velit: & hinc neceſſariò tenetur, antequàm moueat greſſus ſuos in iudicio, rem diligentiſſimè, & accuratiſſimè explorare: & tunc ita certus, & de iure ſuo inſtructus ad agendum procedere: & proinde tunc ignorantia, minimè gentium, excuſaret actorem, vllo modo. rea. eſt apertus in d. l. qui in alterum, & ibi Dec. nu. 5. & Cagnol. nu 13. vbi accuratè quidem explanat hoc quomodò procedere debeat abſque difficultate aliqua. 16

Reſtringitur † itidem etiam prælibata concluſio, vbicunq; quis teneretur ſcire: tunc enim non poteſt ille allegare, proponereq; ignorantiam. l. 1. ad Maced. quia ſcire, & ſcire debere paria ſunt: ſecundum Bal. in l. quicunq, col. 1. C. de ſer. fug. & l. 1. C. de cad. tollen. & eo caſu ſibi imputaret, qui ſcire potuit: vt innuit apertè Card. in Cle. 1. §. fin. de conceſ. præben. & Alex. in l. non fatetur. ff de confeſſ. 17

OPINIO DCCCXXXVI.

SVMMARIA.

1 *Reus non tenetur inſtrumenta ſua edere actori ad intentionem eius probandam, niſi in cauſa dotis, alimentorum, matrimonii, & ſimilium num. 2. Item Eccleſiæ num. 3.*

4 *Reum an cogere poſſit iudex ex officio ex cauſa, ad edendum inſtrumenta ſua actori. & num. 5.*

SVA † inſtrumenta reus actori non cogitur edere, ad intentionem eius fundandā. ita Bar. & omnes alii vnanimiter, & concorditer in l. 1. C. de eden. vbi Rips. num. 5. & Cagnol. num. 24. cum aliis ſeq. vbi hoc non nihil exornat, & probat aliquibus rationibus accuratiſſimè quidem. & Dec. in c. ex epiſtola num. 47. cum aliis ſequent. de prob. vbi ponit pro communi regula cum compluribus amplat. & limitat. & Claud. de Seiſel. etiam in l. fin. C de edend. 1

Sed iſthæc † regula non vendicat primo locum in cauſa dotis alimentorum matrimonii, piæ cauſæ, libertatis, & ſimiliū: in quibus nempe reus edere tenetur ad intentionē actoris fundandā: vt per Abb. in d. c. ex epiſtola, alioſque communiter variis in locis iuris noſtri, quos numerat Alex. in d. l. 1. in 3 fall. & Dec. in d. c. ex epiſtola, nu. 74. vbi mentionem facit apertè de iſta communi, & Iaſ. etiam & alii, præſertimque Rips. ſub nu. 13. & ſeq. in d. l. 1. 2

Secundo † itidem claudicat eadem regula in eccleſia, cui edendum eſt à reo pro eius intentione probanda: ex eo quod fiſco æquiparatur l. fin. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & notat. Dec. poſt Bal. Abb. cæteroſque communiter in d. c. ex epiſtola, nu. 66. & Ripa in d. l. 1. num. 13. vbi meminit de præſenti communi opin. licet inutiliter equidem videatur contrariam partem ſuſtinere, & tueri. 3

Tertio † loco reſtringitur etiam aſſignata regula non ſortiri locum, quando iudex vellet ex officio reum cogere ad edendum actori, ſiquidem ex cauſa poteſt: vt firmat Rota deciſ. 218. in nouis. Cagnol. in d. l. 1. num. 29. & ibi Ripa quoque ſub num. 6. cum aliis ſeq. Innoc. in d. c. ex epiſtola dummodo actor iuret ſe non petere hoc à iudice animo calumniandi, cum 4

quo

quo ſentit ibi Decius nu. 136. poſt alios omnes communiter. Et dummodo actor allegans cauſam in præſenti caſu ſubeſſe, eam probet, ſeu aſſignet, ita Cagnol. in d. l. 1. ſub num. 29. & ſequent. vbi Bologn. num. 30. & ſeq. & num. 36 cum aliis ſequent. Ripa, nu. 6. cum cæteris ſeq. cauſas ipſas ponit ſigillatim, ex quibus reus teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem.

5 Et conſequenter concludo † ex allegatis etiam, reum per iudicem ex officio ad exhibendum iura compelli poſſe, dummodo ſint propria, vel communia, vel facientia ad cauſam, vt voluit Caput Aquen. deciſ. 180. lib. 1.

OPINIO DCCCXXXVII.

SVMMARIA.

1 *Frater ordinis mendicantium creatus Epiſcopus ſuccedit parentibus ab inteſtato.*

2 *Sebaſtianus de Pantaleonibus Abbatis laus.*

3 *Fratribus minoru obſeruantiæ, & capucinis ſolis bona immobilia poſſidere non licet.*

4 *Frater minor ex priuilegio ſuccedens, non recuperat bona alteri quæſita, ante impetrationem beneficii.*

5 *Frater minor creatus Epiſcopus non quærit hæreditatem ſibi delatam, tempore, quo erat in ordine minorum, & nu. 6.*

7 *Frater minor, ſeu prædicatorum poſtulatus ad Epiſcopatum, ſeu Abbatiam, habere debet ſumptus a monaſterio poſtulante, pro proſecutione ſuæ poſtulationis.*

1 SVCCESSIO ab inteſtato † in bonis paternis, & agnatorum competit fratri minori ſancti Franciſci, ſi creatus extet Epiſcopus, & ab ordine liberatus authoritate ſummi Pontificis: quoniam recuperat eo caſu, ius ſuccedendi, & cenſetur nimirum conſtitutus in eodemmet ſtatu, in quo erat ante ingreſſum monaſterii. Secus autem ſi propter demerita ab ordine ipſo licentiaretur, vt voluit religioſe motu ſuo Bart. in tract. Minoricarum, quaſt. penult. vbi aſſeuerat ita determinaſſe publice quidem ad eius poſtulationem Reueren. patrem, fratrem Franciſcum de Aſſiſio abbatem Montis Regalis, & ſequitur etiam Iaſ. in l. ſi ex facto. §. Italianus, ſub nu. 10. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. & iſta opinio Bartol. & ſequacium eſt adeo
Com. opin. vera, & ſacroſancta, vt nullum re ipſa contradictorem habet.

2 Et eſt vtique credendum † memoratum patrem fratrem Franciſcum extitiſſe tunc temporis abbatem in monaſterio venerabilis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Campis, ſeu Planitiis eiuſdem Terræ Montis Regalis, vel in monaſterio venerabilis Eccleſiæ S. Laurentii de Monte Portio, ſituatæ, poſitæque in territorio Fani comitatus Montis Regalis. In qua quidem Eccleſia collegiata, hac noſtra tempeſtate, reſidet Abbas Reueren. D. Sebaſtianus de Pantaleonibus, patriæ ſuæ eiuſdem Terræ Montis Regalis, decus perpetuum, & virtute, memoria, ſummaque prudentia, & integritate laudatiſſimus, & in magna dignitate conſtitutus. Gerit enim mitram epiſcopalem cum baculo adoleo, chirotheca, & annulo ad inſtar Pontificis, cum facultate conferendi beneficia in partibus Terræ Caſſiæ. Et ad Eccleſiam cathedralem ipſius monaſterii, conuolant quamplurimæ gentes, & populi circum circa recipientes plenarias indulgentias, offerentes dona & munera, prout de prædictis apparent manifeſte priuilegia, ſeu bullæ cõceſſæ per Gregorium XII. in anno 1400. & per Paulum II. in anno 1468. & per Paulum III. in anno 1547. & antiquitus Abbates eiuſdem loci habebant ſubditos & vaſſallos ſecundum antiquiores ſcripturas, & de collationibus beneficiorum oſtenditur magnus liber. Et præmemorata Eccleſia iam per longæua tempora, ante Longobardos fuerat conſtructa: & tempore Romanorum erat templum Apollinis: quemadmodum oſtendunt in muris ipſius Eccleſiæ literæ antiquiſſimæ, & longobardice ſcriptæ. Et in ea cœperunt reſidere fratres de ordine, religioneque ſancti Benedicti: vt perpenditur ex quadam conceſſione facta de quibuſdam capellis, & bonis vacantib. Fratri Amiternino Abbati eiuſdem Eccleſiæ, in anno 1195. tempore Pontificatus Cœleſtini III. 2

Sed vt ad rem noſtram, † veluti longo poſtliminio, redeam, limitatur antedicta diſtinctio Bart. primo procedere hodie in fratribus ſancti Franciſci capucinorum, & eorum. qui minores de obſeruantia vocantur, quibus non eſt permiſſum, bona immobilia poſſidere, non autem in aliis: ſecundum determinationem Sacri Concilii Tridentini, ſeſſione 25. cap. 3. 3

Secundo claudicat etiam † eadem opinio Bartol. non vendicare alicui ſibi locum in bonis alteri quæſitis, ante promotionem ipſius fratris ſancti Franciſci ad epiſcopatum. Nam frater minor ex priuilegio ſuccedens, non recuperat modo aliquo, bona ſua quæſita alii, ante impetrationem priuilegii: ſecundum Bartol. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Roman. in l. ſed ſi hæc. §. liberos colum. 8. ff. de in ius voca. per notata in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. 4

Tertio fallit prædicta † opinio Barto. non procedere ſi frater minor ſancti Franciſci creatus, electuſque ſit Epiſcopus, vt nõ quærat hæreditatem ſibi delatam, tempore, quo erat de ordine minorum: etiamſi illam hæreditatem adeat poſt promotionem ſibi factam ad epiſcopatum, ſed acquirit monaſterio: vt firmauit Ioann. And. in c. in præſentia, de probat. cuius ſententiæ innititur tanquam veriori, Paul. Caſtrenſ. exploſa opinione Bald. contraria, in l. non eſt ambiguum, nu. 3. C. de iur. deliberan. vbi refert alios ita conſuluiſſe. 5

Quarto limitatur † locum non obtinere etiam prælibata opinio, vbicunque frater minor S. Franciſci eligeretur, creareturque Epiſcopus, & poſt electionem adiret hæreditatem alicuius ſui conſanguinei, & affinis mortui ab inteſtato, dum ipſe reperiebatur in monaſterio: vt tunc hæreditatem non acquirat ſibi, nec monaſterio, ſed ſuccedunt in illa alii propinqui ipſius defuncti extantes: vt firmat Paul. Caſtren. in d. l. non eſt dubium, ſub num. 4. contra Bald. contrarium aſſeuerantem in l. fin. C. de Epiſc. & cler. 6

Poſtremo itaque † aduertendum eſt in præſenti re, quod frater S. Franciſci, ſeu prædicatorum, poſtulatus ad epiſcopatum, vel abbatiam, habere ac conſequi debet ſumptus à monaſterio poſtulante pro proſecutione ſuæ poſtulationis: vt ita in propriis terminis doctiſſime quidem ex variis, diuerſiſque efficaciſſimis rationibus conſuluit Oldr. conſ. 17. thema tale eſt, vacante quodam monaſterio, nu. 1. cum aliis omnibus ſequent. 7

OPINIO DCCCXXXVIII.

SVMMARIA.

1 *Succeſſor in beneficio, an teneatur ad debita per eius prædeceſſorem contracta, pro vtili, neceſſariaq; Eccleſiæ reparatione, & ad luitionem rerum Eccleſiæ à prædeceſſore ſuo, propter corporis infirmitatem pignoratarum, num. 2. & ad ſumptus funeris prædeceſſoris ſui, nu. 4.*

3 *Eccleſiæ res poſſunt pignorari, vel obligari pro ſuſtentatione Rectoris.*

5 *Succeſſor in beneficio an teneatur ſtare locationi, factæ per prædeceſſorem. & num. ſeq. Et eius compromiſſo, nu. 7.*

8 *Succeſſor tenetur reſtituere pecunias mutuatas pro neceſſitatibus prædeceſſoris.*

9 *Sed non tenetur, ſi poſt litem ſuper debitis iſtis conteſtatam cum eo ad aliam Eccleſiam tranſlatus fuerit.*

10 *Nec tenetur ad ſalarium Vicarii prædeceſſoris, nec ad alia illius debita voluntaria.*

11 *Succeſſor non tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem, etiamſi penſionem receperit. & nu. ſeq.*

13 *Succeſſor in beneficio ille dicitur, qui eſt in poſſeſſione beneficii licet adhuc diſcuſſum non ſit de viribus ſuis.*

14 *Canonicus nouiter electus, an teneatur ad expenſas litis ante eius electionem factas, item ad onera capituli, tam ex præterito, quam in futurum debita, & nu. 15. 16. & 17.*

1 SVCCESSOR † in beneficio, ad debita per prædeceſſorem ſuum contracta pro vtili, neceſſariaque reparatione Eccleſiæ, tenetur, *c. 1. de ſolutio.* & Gemin.
2 *conſ.* 17. Quod nempe in tantum † amplificatur & procedit, vt beneficiatus, ſi tempore ſuæ infirmitatis pignorauerit res Eccleſiæ, ſeu contraxerit debita pro ſua neceſſitate corporali, teneatur etiam ſucceſſor ipſe in beneficio luere, redimereq; prædicta pignora, ſeu ſoluere illa debita. Et ſic extenditur *d. c. 1. de ſolut.* vbi dicit text. quod ſucceſſor in beneficio teneatur debita ſoluere pro neceſſitate Eccleſiæ, vel pro neceſſitate propriæ perſonæ contracta.

3 Et hinc conclude, † quod res Eccleſiæ poſſunt pignorari, vel obligari pro ſuſtentatione Rectoris, ita Abb. *in c. ex præſentium, de pignor. in d. c. 1. in cap. alim. il. de reſtit. ſpoliat. in c. peruenit, de arbit. & in c. cum eſſes, verſ.*
4 *Quarto quæro, de teſtam.* Imo etiam † ſucceſſor prælati, tenetur ad ſumptus funeris, & infirmitatis ſui prædeceſſoris: quoniã tenetur Eccleſia ad id onus: cum de bonis Eccleſiæ debeat ali prælatus, *c. ille qui. 12. q. 2. & d. c. 1.* vbi Panor. recenſuit ita ſæpe reſpondiſſe de facto.

5 Sed ſucceſſor † in beneficio non tenetur vtique ſtare locationi factæ, per prædeceſſorem: ſecundum Bal. *in l. 1. C. de iur. emphyt. colum.* 11. Gloſſ. & alios omnes *in c. ad aures, in ver. Tunc, de reb. eccleſ. non alienan.* Zanch. *deciſ.* 33. & Alexan. *in l. filio. §. fin. ff. ſolut. matrim.* vbi hoc limitat in nonnullis vtiliſſimis caſibus.

Et præſertim concluſio hæc claudicat, niſi illa locatio facta diſcernatur pro vtilitate Eccleſiæ, ita Auguſt. Bero. *conſil. 83. ſuper præſenti cauſa paucis me ab-*
6 *ſoluam, num. 15. & ſeq. volum. 1.* Tunc enim † ſucceſſor ipſe teneretur indubitanter quidem ad debita contracta per prædeceſſorem, ita Gloſſ. & omnes alii vnanimiter, & concorditer, *in cap. fin. ut prælat. vi. fu.* Alexan. *conſil. 160. volum.* 6. Gemin. *in d. conſil. 17. colum. fin.* Gloſſ. *in c. fin in ver. Debitũ. de offic. ord. in 6.* Ioan. de Imol. *in d. l. ſi filio. §. fin.* Bald. in Marg. *in ver. Succeſſor, & in l. 2. in 3. oppoſit. C. de liber. præter.* & Sicul. *in d. cap. 1.* & Paul. Caſtren. *conſil.* 338. *Quia exceptiones. ſub nu. 4. vol. 1.*

7 Attamen † ſucceſſor in Eccleſia teneretur abſq; dubio ſtare compromiſſo prædeceſſoris, *c. præſentata,* & ibi Docto. omnes, & poſtremum Ioan. de Imol. *de reſtit.* Quod equidem de plano procederet, ſi hoc vtile foret Eccleſiæ, alias ſecus, ita Specul. *de arbit. §. ſinitur, colum. 2. ver. Quid ſi prælatus,* & Lanfran. *in tr. de arbit. in 6. part. in princ.*

8 Et quemadmodum † ſucceſſor tenetur ad ſumptus funeris, & infirmitatis ſui prædeceſſoris: ita etiam ſucceſſor ipſe tenetur reſtituere pecunias mutuatas pro neceſſitatibus prædeceſſoris: vt voluit aſſabre Card. Put. *deciſ. 11. lib. 3.* Sed ſucceſſor † iſte in 9
beneficio, non teneretur vtique primo ad debita prædeceſſoris, qui poſt litem cum eo ſuper debitis huiuſmodi conteſtatam, ad aliam Eccleſiam tranſlatus fuerit, vt firmat Peregrin. *deciſ. 40. lib. 3.* Secundo non ideo minus † ſucceſſor non immediatus te- 10
neretur ad ſalarium Vicarii prædeceſſoris, nec ad alia illius debita voluntaria, teſte Card. Put. *deciſ. 45. lib. 2.* Et ſicuti † ſucceſſor in beneficio non tenetur ſtare 11
colono: ita minime tenetur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem, etiamſi penſionem receperit: vt concedit Card. Put. *deciſ. 182. lib. 2.*

Nec ſucceſſor † in præbenda tenetur modo ali- 12
quo ſtare colono: ſecundum Bald. *in l. emptorem. C. locati, & in l. 2. colum. 3. C. de liber. præter. & in cap. 1. colum. 1. qui ſeu. dar.* Innoc. *in c. fin. ne prælat. vic. ſu.* Auguſt. Bero. *in d. conſil. 83. num. 9. & ſequent. volum. 1.* & ita conſuluit etiam Anchar. *conſil. 116. ſecundum ordinem dubiorum, num. 1. cum aliis ſeq.* Et aduerte, † quod ſuc- 13
ceſſor in beneficio dicitur ille, qui eſt in poſſeſſione beneficii, licet adhuc diſcuſſum non ſit de viribus ſuis, vt concedit Card. Put. *deciſ. 155. lib. 3.* & Achill. de Graſſis. *deciſ.* 354.

Dic etiam, † & adde in præſenti materia, quod 14
canonicus, ſiue capellanus nouiter, & poſt expenſas factas in lite electus, debeat illis contribuere, ita tenet Gemin. *conſil. 21. verſ. & ad eum. de præben.* Facit Abb. *in allegat. c. 1. in princ. de ſolut. & in c. quod quibuſdam, num. 7. extr. de fideiſſ.* & Archid. *in c. ſunt nonnulli, 2. quæſt. 1.* vbi dicit, quod ſi pro impenſo obſequio Eccleſiæ prælatus quicquam promiſerit, Eccleſiam ſuam cum omni effectu obligauit: & ideo mortuo promiſſore, ſucceſſor promiſſum ſoluere tenetur, & *in c. deceſſorum, 25. q. 2.* Probatur † etiam *in clem. 1. de* 15
cenſibus, vbi Zenzellin. intelligit illum textum non ſolum de oneribus in futurum ſoluendis, ſed etiam de non ſolutis in præteritum, *l. cum poſſeſſor. de cenſ. & l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de leg. 1.* & probatur *in d. c. 1. de ſolut.* facit quoque text. *in l. iure prouiſum. C. de fabricenſib. lib. 11.*

Attende id maxime procedere, † quando fructus 16
præteriti, præſentes, & futuri, qui fuerunt recollecti, & recolligentur ex Capellis, deſeruientibus diſtributionibus quotidianis, obueniunt Capitulo, & percipiuntur à Capitulo, & iure Capituli & non iure particulari ipſorum canonicorum, ſeu Cappellanorum, ita vt nullus canonicus, ſeu Cappellanus ius in eis habeat, ſed ſolum Capitulum, licet poſtea de conſuetudine diuidantur, inter canonicos, & Capellanos, facit Gloſſ. *in c. cum dilecta. de reſcript.* & idem eſt Capitulum præſens, præteritum, & futurum, Gloſſ. antepen. *in c. ſi ſententia, de ſent. ex. excomm. in 6.* facit *l. ſicut municipium. §. ſi quid uniuerſitati. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Cum ergo prædicti fructus obueniant Capitulo, nomine Capituli, & illi qui nunc ſunt, dicuntur de Capitulo, ſicut & antiqui, igitur ſicut inter eos diuidi debent, ita & onus repartiendum, *c. qui ſentit. ſ. de reg. iur. in 6.* & per hanc rationem Gemin. *in allegato conſ. 21.* concludit, quod fructus Eccleſiæ, vno anno non exacti, ſi anno ſequenti exigantur, debentur non ſolum illis, qui præerant tunc temporis, ſed etiam nouiter creatis, & ſic econtra onus ſufferre debent antiqui, & noui canonici, & Cappellani, cum dicti fructus obueniant Capitulo, iure Capituli, & non iure ſingularium perſonarum, & ideo quando fit diuiſio fructuum, & onerum, attenditur tempus diuiſionis, quo tempore omnes ſunt ſub Capitulo, & ſequitur Felin. *in c. Iacobus. in princ. Extr. de ſimonia.* Probatur etiam, quod cum Collegium eſt ad 1

quod

quid obligatum, omnes de Collegio ſunt obligati, id eſt, non ſolum qui aderant in illo collegio, tempore debiti contracti, ſed alii qui de nouo ſuccedunt, cum Collegium obligatum dicatur, *l. iure prouiſum C. de fabricenſib. lib 11.* Facit etiam † alia vrgens 7 ratio. Pro dictis Capellis, ſeu diſtributionibus debitum fuit contractum, vnde fructus Capellaniarum, & conſequenter diſtributiones intelliguntur deductis expenſis, ita Bal. *in l. 1. colum. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.* Nam fructus dicuntur non percipi, quando non eſt deducta expenſa, *l. fructus. ff ſolut. matrimon.* Bart. *in l ſi merces, §. vis maior. ff locati.* & ideo fructus dicuntur, deducta impenſa, & onere, & non alias, vt per Ioan. Lup. *in rub. de donat. inter virum & vxorem, colum. 47.* vbi ad plura refert.

OPINIO DCCCXXXIX.

SVMMARIA.

1 *Fratres minores Sancti Franciſci non excludunt ſubſtitutum. Et ſunt incapaces ſucceſſionis, & pro mortuis habentur, nu. 2.*

3 *Frater minor poſt profeſſionem recedens à religione, capere non poteſt hæreditatem patris, nec etiam Monaſterium.*

4 *Fratres prædicatores S. Dominici non ex regula, ſed ex priuilegio Papæ poſſunt capere.*

1 SVBSTITVTVM non excludunt † fratres minores Sancti Franciſci: ſecundum Bartol. *in l. fin. C. de [illegible] & quibus quarta pars deb. libro 10. & in l. ſi ita ſcriptum. §. [illegible] ff de leg. 1.* Bald. *in rub. in præſentia [illegible] 3.* [illegible] Alexan. *conſil. 13. colum. 2. volum. 3.* & [illegible] *conſil. 259 & conſil. 419. viſo elegantiſſimo conſilio, nu. 2.* vbi plenum facit iſtam eſſe communem opinionem, poſt Alexa. *in d. conſ. 13.* Et hoc ideo eſt. Nam † fratres ipſi minores nullo modo capere poſſunt, ſuntque incapaces bonorum & ſucceſſionis, ac pro mortuis, & penitus extinctis habentur. *Clem. exiui de paradiſo, de verb. ſignific.* & ibi Doct. Bart. *in tract. Minor.* Iacob. Butrig. & Bald. *in authen. ingreſſi, colum. 8. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. cum acutiſſimi, colum. fin. C. de fideicommiſ.* Dec. & ibi conformiter omnes, *in d. c. in præſentia. de probat.* & idem Dec. *in d. conſ. 410. nu. 2. & conſ. 499. nu. 5.*

Cō. opin.

3 Imo frater † minor profeſſus, tantum abeſt, vt patri ſuccedere poſſit: vt etiam ſi poſt patris mortem ex cœnobio exierit, non ſolum à fratribus partem ſuam vendicare non poſſit, ſed etiam cogi & compelli queat ad reuertendum ad monaſterium, ita Feder. de Senis *conſil. 26.* Cardi. Zabar. *conſil. 112.* Roman. *conſil. 268. in caſu propoſito breuiter decidendo* Alexand. *conſil. 14. volum. 3. & conſil. 92. volum. 4.* Dec. *conſil. 209. num. 7. & conſ. 419. num. 1. & ſequent.* Pariſ. *conſ. 65. num. 7. 8. & 18. volum. 2.* Bertrao. *conſ. 78. viſo. ante fin. volum. 3.* Iacob. Philipp. Por. Imolens. *conſ. 13 num 28.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Roman *conſil. 296. circa declarationem propoſiti thematis, ſub num. 1.* [illegible] *in l. cum fundus §. fin. ante fin. ff. [illegible] & in l. ex facto. §. fin. in fin ff. de vulgar. & pupill ſubſtit.* Dec. *in d. cap in præſentia, poſt num. 68. de probat.* & Tiraquel. *de vtroque retract. titul. 1. §. 1. Gloſſ. 9. num. 103.* Et hæc ex ipſa communi ſententia, ſi aliquis religionem fratrum minorum ingrediatur, ibique profeſſionem faciat, mox vero recedat, abiecto habitu: hæreditas patris tunc ſpectabit, & pertinebit ad conſanguineos, non autem ad ipſum filium profeſſum, nec ad monaſterium, tanquam incapax, & bona poſſidere non valens. Et ita conſultus in facti contingentia in anno 1575. reſpondi, ad fauorem Vincentii, & Stephani Metanæ de Ciuitate noſtra: dum Fœlix, frater eorum, abiecto habitu, poſt emiſſam profeſſionem, alias aſſumpto per eum, in religione Sancti Bernardi, acceſſit ad domum Angeli patris ſui, eique ſuaſit, vt conderet teſtamentum, prout ita egit, inſtituitque in eo teſtamento prædictum Fœlicem, ſimul cum memoratis Vincentio, & Stephano: reſpondi, inquam, anteſignatum teſtamentum, & inſtitutionem nullas vires habere potuiſſe, ſed penitus nullum, inutile, & fruſtratorium eſſe, tam quo ad ipſum Fœlicem, quam etiam quo ad Monaſterium, & hæreditatem totam, & integram ipſius Angeli ſpectaſſe, & ſpectare ad eoſdem Vincentium, & Stephanum eius filios.

Cæterum antedicta † communis ita explanata 4 clarificat, vt non ſortiatur locum in fratribus Sancti Dominici, & ſic prædicatoribus. Nam fratres ipſi prædicatores poſſunt capere ex teſtamento, & ſunt capaces, non quidem ex regula, ſed ex priuilegio Papæ, vnde ſubſtitutum excludunt: ſecundum Bald. *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & in authen. niſi rogati, colum. 1. C. ad Trebell.* Alex. *conſ. 83. volum. 2.* Card. *in Clem. exiui, in fin. de reg.* Felin. *col. 15.* & alios omnes *in d. c. in præſentia.*

OPINIO DCCCXL.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio alicui facta cum conditione, ſi ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus deceſſerit, an euaneſcat per ingreſſum religionis fratrum minorum.*

2 *Monaſterium bonorum capax, quod eſt ingreſſu inſtitutum heres, excludit ſubſtitutum ſub conditione.*

SVBSTITVTIO euaneſcit † per ingreſſum religionis fratrum minorum, aliorum mendicantium, ſi teſtator dediſſet ſubſtitutum, ſub hac conditione, ſi inſtitutus decedat ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore naſcentibus, & conſequenter, monaſterium excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore, & legitimo matrimonio procreatis, ſi grauatus monaſterium ingreditur, & profeſſionem fecerit, vt voluerunt Cyn. Butrigar. otius Bononien. & Ricard Mal. & Barto. *in authen. niſi rogati, ff ad Trebell.* Dyn. & Barto. *in l. ſi ita quis. ff. de verbor obligat* Lapus *in allegat. 129. Factum ſuper quo iura conſilium quæritur, ſub num. 10.* Angel. *conſil. 80* Ripa cum aliis allegatis per eum, *in l. ex facto. §. ex facto, num. 12. ff. ad Trebell.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & magis communem fatetur D. Quintilian. Mandoſ. magnus practicus *in addit. Lapi, in d. allegat. 129. in litera D. la ſeconda.* quam ſequitur, & citat, atque tuetur cumulatiſſime Berous *in cap. in præſentia, num. 482. cum aliis ſeq. de prob.* 1

Cō. opin.

§ In contrariam vero partem, videlicet, quod ſubſtitutus ipſe non excludatur per monaſterium, inclinarunt Hoſtien. & Ioan. Andr. *in cap. Raynaldus de teſtamen* Felin. *in c. licet vndique, ſub num. 2. de offic. & poteſt. iud. deleg* Bald. & Salicet. Paul. Caſtren. Fulgoſ. & Florian. *in d. authen. niſi rogati,* & Imol. *in dicta l ſi ita quis, in fin.* vbi aperit iſtam eſſe communem opinionem, & veriorem ait Ripa *in d. §. ex facto, ſub num. 12.* & ei inhæret etiam Alexan. *conſil 14. volum. 3* Decius & Mantua *num. 61. in dict. cap. in præſentia.* vbi reſpondet omnibus contrariis.

Et de hoc mirandum non eſt: quoniam in præſenti caſu, cum ſubſtitutus hæres religionem bonorum incapacem ingreſſus ſit, mors illa ciuilis idem

operatur, quod naturalis reſpectu illius fideicommiſſi: & iuxta explanationem traditam per Doctor. hanc partem ſuſtinentes, eſt locus fideicommiſſo, vt concedit Iaſ. *conſil.* 132. *volum.* 2. Granet. *conſil.* 152. Doctor. *in l. cum pater.* §. *hereditatem.* *ff. de leg.* 2. & Roland. à Valle. *conſ.* 97. *nu.* 41. *vol.* 2.

¶ Sed quid ego infœlix peccator dixerim in tam dubitali paſſu? concurram igitur amoto omni timore, cum prima opinione tanquam tutiori, rationabiliori, Eccleſiæ fauorabiliori, & frequentioribus votis approbata. Quam communem ita retentam vtiliter amplificat, & in aliquibus caſibus limitat Berous *in d. c. in præſentia, nu.* 487. *cum aliis ſeq.* vt vberius diſcurram *in proxima ſequenti opinione.*

Eſt bene verum, † quod ſi hæres inſtitutus ingreſſus eſſet monaſterium capax: tunc ceſſaret quælibet difficultas, & res plana, & abſque diſcrimine aliquo redderetur, & non eſſet locus ſubſtitutioni, ſecundum Bald. *conſil.* 426. *ſuper puncto præmiſſo, vol.* 2. *& conſil.* 255. *caſus talis eſt, volum.* 3. Aochar. *conſ.* 165. *quæſtio talis eſt, colum.* 1. Doctor. omnes *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum.* *ff. de liber. & poſthum. & in d. c. in præſentia.* & Tiraquel. cum quamplurimis ſignatis Doctor. per eum, *in l. ſi vnquam, verſ. Suſceperit liberos, num.* 421 *C. de reuoc. donat.*

OPINIO DCCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus ſine liberis à ſe procreatis deceſſerit, excluditur per monaſterium, in quod inſtitutus eſt ingreſſus. Eiusq; ratio. nu.* 2.

3 *Monaſterium quo ad excludendum ſubſtitutum habetur loco filii. Secus ſi filius teſtatoris eſſet ſubſtitutus, nu.* 10.

4 *Fideicommiſſum deficit, ſi grauatus ingrediatur monaſterium.*

5 *Fideicommiſſum an euaneſcat in herede ſimplici, facto clerico.*

6 *Subſtitutus ſub conditione, non excluditur per monaſterium, cum facta eſt ob redemptionem captiuorum.*

7 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, ſi teſtator filio ſubſtituit expreſſe, caſu quo monaſterium introiret.*

8 *Teſtator habet poteſtatem ſubſtituendi quem velit heredi inſtituto, etiam monaſterium ingreſſuro.*

9 *Teſtator poteſt quam vult legem rebus ſuis imponere.*

10 *Coniectura voluntatis teſtatoris ſufficiunt ad excludendum monaſterium in ſubſtitutione.*

11 *Voluntas ſola teſtatoris in fideicommiſſis ſeruatur, primumq; locum obtinet, nu. ſeq.*

13 *Voluntas teſtatoris totum facit, & omnibus dominatur. Potiusq; quam verba inſpici debet, nu. ſeq.*

15 *Voluntas teſtatoris ſectanda eſt per quamcunque coniecturam.*

16 *Voluntatis probatio clara, & euidens dicitur, quæ ex legitimis coniecturis elicitur.*

17 *Voluntas teſtatoris probatur quatuor modis.*

18 *Voluntas teſtatoris non ex eadem voluntate tantum, ſed ex alia ſcriptura probatur.*

19 *Præſumptio vna potentior tollit aliam debiliorem.*

20 *Fideicommiſſum in teſtamento paterno, ſub hac conditione conceptum, ſi filius ſine liberis, vel ſine liberis de proprio corpore procreatis, deceſſerit, ita vt appareat teſtatorem etiam de ſpuriis ſenſiſſe, an ſit nullum reſpectu filii presbyteri tempore teſtamenti exiſtentis. Et quid ſi filiis inſtitutis, & altero ex eis presbytero exiſtente, concepta ſit conſtitutio hoc modo; Si vnus, vel plures eorum deceſſerint ſine filiis legitimis & naturalibus, ſubſtituo ſuperſtites æqualiter, an tunc vacat. nu.* 21. 22. *& ſequent. vſque ad finem.*

SVBSTITVTVS ſub † conditione iſta, *ſi hæres inſtitutus deceſſerit abſque liberis legitimis, & naturalibus ab eo procreatis*, excluditur per monaſterium caſu, quo inſtitutus ingrediatur religionem: & per conſequens, monaſterium obtinet hæreditatem excludendo ſubſtitutum, vt probatur *in authentic. niſi rogati. C. ad Trebell.* vbi Doctor. & Barto. *conſil.* 1. Calder. *conſil.* 43. *an ſtatutum, in titul. de teſtamen.* Bald. *conſil.* 286. *pater tres &c. lib* 4. *cum aliis late congeſtis* per Laurent. Calcan. *conſil.* 68. *magiſter.* & iſtam aſſerit eſſe magis communem opinionem Barbatius, *conſil.* 20. *ſtat difficultas, volum.* 1. *lib.* 1. Decius *in cap. in præſentia, ext. de probat. num.* 227. *& ſequent.* & Modern. *ibi.* Auguſt. Berous *conſil.* 114. *cum ſuper prima ſubſtitutione, num.* 21. *volum.* 2. & alii *in ſuperiori proxima Opinione* citati, & ita conſuluit Alexan. *conſil.* 121. *viſo themate ſuprascripto, volum.* 2. & iſtam ſententiam, tanquam veriorem approbat, & tuetur Feli. *in d. c. in præſentia, ſub nu.* 36. 1

Cōis opin.

Et ratio videtur iſta, † quare de iure, monaſterium excludat ſubſtitutum: quia ſubintelligitur, niſi hæres monaſterium ingrediatur. §. *ſed & hac præſenti, in authentic. de ſanct. epiſc.* & tenet Dyn. & Barto. *in l. ſi ita quis.* §. 1. *ff. de leg.* 2. Paul. Caſtren. *in d. authentic. niſi rogati*, & hoc abunde comprobatur ex dictis per Alexan. *in d. conſ.* 121. 2

Comprobatur ſecundo † præallegata communis concluſio, & fortaſſe efficaciori ratione, quia monaſterium loco filiorum habetur, quantum ad exclusionem ſubſtituti, vt patet *in dict. cap. in præſentia.* 3

Vbi pariter deficit † fideicommiſſum, ſi grauatus ingrediatur monaſterium, ſicut, ſi filios ſuſcepiſſet. Et hoc reſpectu Gloſſ. & Doctor. concludunt *in memorato c. in præſentia*, monaſterium eſſe loco filii, vt per Glo. *in authen. ſi qua mulier, in ver. Liberos*, vbi Bald. *C. ad Trebell. & in d.* §. *ſed & hac præſenti.* Specul. *in tit. de locato.* §. *nunc aliqua, ver.* 158. Bartol. *in l. heredibus.* §. 1. *ff. ad Trebell.* Bald. *in cap.* 1. *de milit. vaſal. qui arma bell. depo. in princ.* Angel. *conſil.* 80. *quæſtio ſubtilis eſt, colum.* 3. vbi inquit, quod communiter omnes dicunt, quod monaſterium loco filii habetur, & idem Fulgoſ. *conſil.* 53. & Marcus Mantua *in d. cap. in præſentia, num.* 50. vbi ſimiliter meminit de communi. Quod procedit quo ad effectum, vt excludatur ſubſtitutus, ita concludit Bal. *in l. filium, col.* 1. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris.* 4

Sed mentionata † communis ita comprobata, ampliatur etiam procedere, quando inſtitutus efficeretur clericus, ſeu presbyter, & ſuſciperet eccleſiaſticum ordinem: tunc enim expirat onus fideicommiſſi ſibi iniunctum, & habet liberam diſpoſitionem bonorum, quæ ſubſtitutioni ſubiecta ſunt. Siquidem *d.* §. *ſed & hac præſenti*, alternatiue loquitur, ſi monaſterium ingrediantur, aut clerici fiant. Et licet aliqui Doctor. contrarium teneant, nihilominus hæc opinio videtur verior: vt aſſerit Decius *in d. cap. in præſentia, colum.* 30. *verſ. In ea Gloſſa, ibi, &c.* Et concluſione hac lætari debent omnes clerici, quoniam per eam habent liberam bonorum diſpoſitionem, quæ per ſubſtitutionem erat eis ſublata, ſi in ſeculari vita permanſiſſent, *l. fin.* §. *fin. C. commun. de lega.* 5

¶ In contrarium vero partem inclinauerunt omnes Doct. magis communiter *in d. auth. niſi rogati,*

quod

quod ſubſtitutio non euaneſcat in hærede ſimplici
Com. opin. facto clerico, & de iſta communi atteſtatus Beroius
deciſ. 254. *num.* 1. 3. 6. & 12. Modet. *in d. c. in præſentia.*
Et quamuis contraria, & ſic prima opinio verior ſit,
non ob hoc eſt diſcendendũ à dicta communi: ſecun-
dum Fulgoſ. *conſ.* 30. Ioan. de Neniza. *in ſua Sylua nu-
ptiali, lib.* 5. *num.* 61. *cum duobus ſeq.* & Alciat. *in l.* 1. *ff. ſi
cert. pet.*

6 Quæquidem † communis opinio taliter firmata,
& ampliata, interpretatur primo non habere locum
quando aliquis eſſet ſubditus pro redemptione ca-
ptiuorum: tunc enim non excluditur ſubſtitutus per
Eccleſiam, vt concedunt omnes Doct. communiter
in d. cap. in præſentia, & in allegata authent. niſi rogati, &
Com. opin. Corn. *conſ.* 18. *lib.* 4. vbi ſcribit iſtam eſſe communem
opinionem, & Mod. etiam *in locis præcitatis.*

7 Limitatur ſecũdo † nõ procedere antedicta com-
munis, vbicunque teſtator in teſtamento ſuo ex-
preſſe diſponat, ſubſtitutum debere admitti, ſi ſcri-
ptus hæres deceſſerit ſine liberis legitimis, & natura-
libus, ex ſuo corpore procreatis, & vero matrimo-
nio natis, hoc etiam addito, ſi ingreſſus fuerit mona-
ſterium, ita Cald. *conſ.* 43. *in tit. de teſtam.* Alexan. *con-
ſil.* 121. *volum.* 2. *& conſil.* 35. *volum.* 3. & Dec. *conſ.* 159.
colum. 2. *& conſ.* 419. *col.* 2. *& in d. c. in præſentia, col.* 28.
8 *verſ. Poſtremo circa iſtam Gloſſam.* Quod † mirum vide-
ri non debet, quia eſt in poteſtate teſtatoris ſubſti-
tuere quem velit hæredi, etiam monaſterium ingreſ-
ſuro. *l. Deo nobis. C. de Epiſco. & cler.* Et tacitam legis
prouiſionem tollit expreſſa teſtatoris prouiſio. *l. cum
filio.* §. 2. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & hoc tenent Grauet.
Com. opin. etiam cum aliis aggregatis per eum, *conſ.* 152. *circa te-
ſtam. ſub num.* 1. & omnes Doct. communiter: vt ait
expreſſe Laurent. Calca. *conſ.* 7. *quia à me colum.* 15. &
9 Deci. *conſ.* 416. *in duobus dubiis, nu.* 2. Nam † iuſtum
& æquum eſt, quod teſtator poſſit quam legem ve-
lit imponere rebus ſuis. *cap. verum. de cond. app. & C. de
don. ſub modo. l.* 1. *&* 2. Valde iniquum eſſet monaſte-
rium habere bona teſtatoris inuiti: cum nemo be-
neficere compellatur, *c. ad fidem.* 23. *q.* 5. vt per Deci.
in dict. conſil. 419 *elegantis conſ.* & tradit quoque Gra-
uett. *in præcitato conſilio* 152. vbi hoc locum ſortiri
aſſeuerat, ſi non appareat, quod teſtator voluerit et-
iam in præſenti caſu de monaſterio loqui. Secus ve-
ro ſi dixerit, vel ſi monaſterium ingrediatur: & red-
dit rationem Couarru. *in lib. variar. reſolut. cap.* 29.

§ Et confirmatur, ac comprobatur præmemorata
communis limitatio ex dictis per Corn. *in d. conſ.* 13.
volum. 6. & per Fulgoſ. *conſ.* 53. *quando ſuperius*, & per
Aleaand. *in allegato conſ.* 121. *volum.* 2. quia eſt in hoc
ſeruanda teſtatoris voluntas, vt conſtat ex congeſtis
per Dec. *in d. cap. in præſentia, colum.* 34. *& conſ.* 259. *vi-*
10 *ſis his.* Vbi tenet, † quod ad excludendum monaſte-
rium ſufficiant etiam coniecturæ voluntatis: vt ſi te-
ſtator ſubſtituat adiecta cauſa, quia velit bona ſua
11 in familia remanere. Nam † in fideicommiſſis ſola
voluntas ſeruatur, *l. pen. ff. de leg.* 2. Et illamet volun-
12 tas teſtatoris † in fideicommiſſis, & conditionibus,
primum locum obtinet, & ipſa eſt, quæ limitat, am-
pliat, & declarat in teſtamento diſpoſita, & præ cæ-
teris teſtamentis dominatur. *vulgata l. in conditioni-
bus. ff. de condit. & demonſtrat.* & Sacrum Collegium
Patauinum, *conſil.* 3. *in præſenti dubio, num.* 2. *inter con-
ſilia vltim. volunt. poſito, vol.* 1. Voluntaſque teſtatoris
13 etiam totum facit, † & omnibus dominatur; *l. ex fa-
cto, proponebatur. ff. de hæred. inſtit. l. in conditionibus. pri-
mum locum. ff. de condit. & demonſtrat.* & Tiraquel. *in
tractat. de primogeni. quæſt.* 53. *num.* 19. Et ſic volun-
14 tas teſtatoris † in fideicommiſſariis ſubſtitutionib:

inſpicienda potius eſt quam verba, *l.* 3. § *conditio. ff.
de adimen. leg. l. cum virum.* & ibi Bal. *colum* 3. *C. de fi-
deicommiſſ. l. Publius.* §. *fin. ff. de condit. & demonſtrat.
l. hæredes mei.* §. *cum ita. ff. ad Trebell. l.* 3. *C. de liber. præt.
l. pater Seuerinam ff. de cond. & demonſtrat. & c. intel-
ligentia, & c. in lib. de verbor. ſignific. l. Lucius.* vbi Gloſſ.
ff. de hæred. inſtitut. Bartol. *in l. ſi ita ſcriptum, in princ. &
poſthum.* Oldr. *conſil.* 269. & Iaſ. *conſil.* 103. *colum.* 3.
volum. 2. Imo illam † quoque voluntatem teſtato-
ris ſectari debemus per quamcunque coniecturam, 15
vt inquit Bald. *in l. quidam. C. de neceſſ. ſeruan. hæred in-
ſtitu.* Et poſtremo † voluntatis probatio clara, &
euidens dicitur, quæ ex legitimis coniecturis elicit- 16
tur, *l. licet Imperator*, & ibi Doctores, *ff. de legatis* 1. Et
hinc eſt, † quod voluntas teſtatoris probatur qua-
tuor modis. Primo itaque verificatur voluntas ipſa 17
defuncti ex his, quæ teſtator protulit extra teſtamẽ-
tum. Secundo ex his colligitur etiam voluntas te-
ſtatoris, quæ expreſſit teſtator ipſe, tempore conditi
teſtamenti. Tertio arguitur quoque teſtatoris vo-
luntas ex conditione perſonæ, cui facta eſt ſubſtitu-
tio. Quarto conſideratur ſimiliter qualitas perſo-
næ ſubſtitutæ, à qua colligi poſſit, atque interpreta-
ri voluntas defuncti ad eius fauorem, quæ omnia
magiſtraliter ponit, diſcurrit, & plane explicat Bart.
in l. 2. *quæſt.* 5. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.* & Aleaand.
conſil. 100. *viſa parte teſtamenti. num.* 10. *& ſequent. vo-
lum.* 4.

Poteſt & quinto † etiam voluntas ipſa teſtato-
ris dubia probari, & declarari per aliam ſcripturam 18
priuatam, teſtatus eſt *in l. alimenta.* §. 1. & ibi Bartol. *ff.
de alimen. leg.* & Iaſ. *in l. qui ſitiabat, in princ. ff. de leg.* 1. *&
conſ.* 87. *col.* 8. *vol.* 4.

Sed aduerte, † quod vbicunque hinc inde reperi-
rentur coniecturæ: tunc vtique, & indubitanter 19
vna præſumptio potentior, tolleret aliam præſum-
ptionem debiliorem, *vulgata l. Diuus. ff. de in integrum
reſtitutione*, & Alexand. *conſ.* 124. *quoniam abunde col.* 2.
vol. 6.

Claudicatque tertio † prælibata communis opi-
nio, locum minime obtinere in filio teſtatoris ſub- 20
ſtituto: nam monaſterium tunc non excludit fi-
lium teſtatoris ſubſtitutum, & ſic hoc caſu, nullo
pacto, præferretur monaſterium filio, vt conſuluit
Bald. *conſil.* 196. *teſtamentum Pycharelli, volum.* 1. vbi
planum facit ita fuiſſe iudicatum. Et huic ſenten-
tiæ accedit Ripa *in l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus, num.* 41.
ff. ad Trebell. Bald. *in authentic. niſi rogati. C. ad Trebell.*
Rapha Fulgoſ. *conſil.* 53. & Iaſ. *in terminis, conſil.* 212.
volum. 2. & Auguſtin. Berous *in dict. conſil.* 114. *ſub
num.* 21. *volum.* 2. Siquidem monaſterium filii lo-
co non habetur; neque ſubſtitutum excludit, cum
teſtatoris filius eſt ſubſtitutus, licet, & male Dec. *in
d. conſ.* 426. & Grauet. *in d. conſ.* 152. *circa teſtamen-
tum, num.* 1. *cum aliis ſequent.* conſuluerint contra-
rium, videlicet, quod monaſterium habeatur loco
filii, faciatque deficere conditionem ſubſtitutionis,
ſi deceſſerit ſine filiis naturalibus, & legitimis ex ſuo
corpore procreatis. Alias vero quamplurimas limi-
tationes, vtiliſſimas quidem, ponit, & diſcurrit Au-
guſt. Berous, *in dict. cap. in præſentia, num* 487. *cum aliis
ſequent.* Bertachinus *in ſuo repertorio, in verſ. Monaſte-
rium habetur pro filio.* & Ripa *in d. l. ex facto.* § *ſi quis ro-
gatus, num.* 44. *cum aliis ſeq. ff. ad Trebell.*

Prædictis etiã † vtiliter addi poteſt, ſi in fideicom- 21
miſſo, contento in teſtamento paterno, foret con-
cepta conditio ſub dictionibus, *ſi ſine filiis*, ſimplici-
ter, vel, *ſi ſine filiis de proprio corpore procreatis*, vel alio
modo ſimili, vt percipi facile poſſet, teſtatorem ſen-

fiſſe de ſiliis ſpuriis, quod tunc fideicommiſſum foret nullum, reſpectu filii presbyteri, tempore teſtamenti exiſtentis, quoniam videtur inuitari ad delinquendum, ita Bart. & Angel. *in l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebell.* Salicet. *in l. generaliter. § cum autem. col. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* & Aretin. *in l. ſi quis poſthumos in prin. colum. pen. in 2. caſu. ff. de liber. & poſthum.* quæ opinio re ipſa veriſſima, receptiſſimaq; ie reputatur, prout eam communem aſſi. mauere Alex. *conſil. 34 num. 8. volum. 3.* Dec. *conſil. 300.* Patiſ. *conſ. 109. nu. 1. & ſeq. volum 3* & Ant. Cioſius *conſil. 92. nu. 1. vol. 2.*

Com. opin.

22 Sed ſi inſtitutis filiis, † & inter ipſos, altero filio presbytero, ſub nomine proprio, concepta reperiatur huiuſcemodi conditio his verbis, *ſi vnus, vel plures eorum deceſſerit, vel deceſſerint ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſubſtituit ſuperſtites æqualiter, & pro æquali portione,* compertum eſt, hoc caſu valere fideicommiſſum, etiamſi presbyter filios legitimos, & naturales habere non poſſit, quoniam dici nequit, eum per hoc inuitari ad delinquendum, cum talis presbyter filios habere nequeat, & pro comperto habeatur, quod impoſſibilis conditio diſpoſitionem non vitiet, iuxta l. 1. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Ita vt conditio expreſſa videatur neceſſario omnino extitura, quam conditionem, proprie non eſſe, admittunt Scribentes vnanimes omnes: quia omnino poſſe eſt, quod presbyter moriatur ſine filiis legitimis, & naturalibus, vti explicat Bartol. *in l. 1. ff. de condit. & demonſtrat. col. 1* Salicet. & alii Doct. *in l. generaliter. colum. fin. C. de inſtit. & ſubſt.*

23 Et ideo † ſine dubio, hoc caſu, valet fideicommiſſum, veluti ſi fuiſſet purum, & tantum relictum ſimpliciter poſt mortem, vt tantum conditionem mortis contineret, vt voluit Bal. *num 3.* & Salic. *in d. l generaliter. §. cum autem, in fine,* & hanc opinionem, tanquam veriſſimam, atque ſacroſanctiſſimam, ſequuti ſunt Ripa, *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, num. 19. ff. ad Trebell.* Ruinus, qui ita aperte reſpondit *conſil. 144. num 11. vol. 3.* Bertran. etiam *conſil 373. volum. 6.* & Berous *conſ 73 num. 12. volum. 2.* & Ant. Cioſius *conſil. 92. volum 2.* Menoch. *conſil. 245. volum. 3.* & Hieroni. Gabriell. *conſil. 126. num. 5. cum aliis omnibus ſeqq. volum. 2* Card. Mantica, *de coniecturis vltimar. volunt. lib. 11. tit. 9. in fine,* Card. Paleottus *de nothis & ſpuriis, cap. 28. num 9.* Simon de Prætis *de interpretatione vltimar. voluntat. lib 3. ſolutio. 3 & vltima, nu 23. cum aliis ſeq.* Boer. *deciſ. 354.* Anton. Teſſaur *deciſ. 163.* vbi refert ſic etiam deciſum fuiſſe in ſacro Senatu Pedemontano, prout ita etiam deciſum fuit in regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, vt in medium adduximus in *deciſ. noſtra 147. lib. 1.* & ita demum vidimus quoque hiſce oculis iudicatum præſenti anno 1599. non abſq; leui certamine per Iuriſconſultum, & canonicum pœnitentiarium digniſſ. D. Baſil. Vannutium, compatriotam noſtrum, ſingulari ſcientia, & doctrina præditum, in cauſa ei tunc compromiſſa.

24 Hac igitur † opinione retenta, veluti magis communi, & in practica vigoroſiſſima, ac tutiſſima, ſciẽdum eſt, quod ceſſent rationes omnes, & argumenta ab abſurdo, ob quas, ſtante illa conditione ſeu ſubſtitutione, his verbis concepta, *ſi ſine filiis, ſimpliciter, vel ſi ſine filiis de proprio corpore natis,* vel alio modo ſimili, ſubſtituti filio presbytero excluduntur, quæ verba poſſunt importare conditionem reſtrictam ad ſpurios, de qua ſcripſit Paol. Caſtr. *in l. 1. §. lex falcidia, ff. ad legem falcid.* & nouiſſime Card. Mantica *in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 9. nu. 31. & ſeq.* hoc autem caſu noſtro, quo repetitur concepta conditio ſub his verbis, *ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus, vnus, vel plures eorum deceſſerit, vel deceſſerint,* quia conditio neceſſario

Com. opin.

eſt extitura in presbytero filio, cui filios ex legitimo matrimonio ſuſcipere impoſſibile eſt, non eſt turpis, vt poſſit importare conditionem reſtrictam ad ſpurios. Neq; poteſt † deſumi argumentum à contrario 25 ſenſu, implicito, vt ſi filios legitimos, & naturales non habeat, reſtituat, in quo ſenſu diſpoſitio eſſet contraria, & ideo nulla, propter impedimentum iuris: quia his ſimilibus verbis argumentum à contrario ſenſu non admittitur, veluti explicant Salic. *in d. l. generaliter § cum autem in fin.* & poſt Berous *in allegato conſ. 73. lib. 2. col. 4.* in terminis Hieroni. Gabriell. *conſ. 126. num. 6. vol. 2.* In tantum quod hæc conditio intelligatur eſſe omnino neceſſaria, quia eius contrarium eſt impoſſibile, ideoque non vitiat, neque impedit, quo minus etiam filio presbytero cenſeatur fideicommiſſum iniunctum, veluti in terminis declarat quoque poſt Ruin. *conſil. 144. num. 11. volum. 3.* Card. Mantica, *in d. tit. 9. nu. 35. in fin. lib. 11. de coniecturis vltim. volunt.* & poſt Beroum, *in conſ. 191. num. 9. & conſil. 213. num. 6. vol. 3.* Hieroni. Gabriell. *conſ. 126. nu. 25. vol. 2.*

Nec refert quod dicitur, † poſſe intelligi de Eccleſia, iuxta notata in *c. in præſentia, de probat. nu...* & Bart. *in l. hæredibus. § fin ff. ad Trebell.* quia cum tempore teſtamenti filius fuerit presbyter, dici nequit, quod teſtator ſenſerit de Eccleſia, & præſertim cum ipſe aliũ inſtituerit, non poteſt affirmari, quod Eccleſia ſubſtitutum excludere dicatur, vt declarant Scribentes *in d. c. in præſentia,* & ſentiunt Ang. de Vbaldis, *in d. l. hæredibus §. fin.* Ripa *in l. ex facto. § ſi quis rogatus. nu. 19. ff. ad Trebell.* & Berous *conſ. 73 col. 5. vol. 2.* Cum igitur ceſſent omnia fundamenta, cum conditio concepta eſt ſub illis dictionibus, *ſi ſine filiis, ſimpliciter, vel ſine filiis de proprio corpore natis, &c.* vel alio ſimili modo, quo caſu, ob rationem occaſionis delinquẽdi, qua presbyter inuitari cenſetur, fideicommiſſum non valere receptius admittunt Scribentes, atq; ita loquutur, & expreſſe inſtruit Card. Mantica *in d. tit. 9. n. 23. lib. 11* & Ant. Cioſius *conſ. 92 ſub num. 1. cum aliis ſeq. vol. 2.* Fideicommiſſum in caſu noſtro omnino valebit, quia verba concepta ſub hac conditione, *ſi vnus vel plures eorum deceſſerit, vel deceſſerint ſine liberis legitimis, & naturalibus,* proprie verificantur etiam in presbytero, quia dicitur mori ſine filiis legitimis, & naturalibus, etiam qui illos habere nequit, vt explicat Ruin. *conſ. 144. col. pen. in fin. vol. 3.* Et ideo fideicommiſſum valebit, veluti ſi relictum fuiſſet poſt mortem presbyteri, & in hoc duntaxat vera conditio cenſetur conſiſtere, cum certiſſimum ſit, illum moriturum ſine filiis legitimis, & naturalibus, veluti ſupra approbauimus. atq; planum fecit Rui. *in in loco, n. 11.* & poſt eum Card. Mantica, *in d. tit. 9. n. 35. in fin.* & nouiſſime Hier. Gabriel. qui non aduertit, aut noluit aduertere ea Ruini opinion. ita quoq; *in d. loco* explicaſſe ipſum Card. Manticam, *conſ. 126 n. 10. & 25. vol. 2.* & optime Berous *conſ 73. n. 13. vol. 2.* quam etiam opin. in e. dũa 27 cauſa Senenſi approbauere quatuor illuſtris Collegia Italiæ, ſc. Senenſe, Peruſinum, Bononienſe, & Patauinũ, veluti ſcripſit manu propria in quadam Apoſtilla ad Sali. *in l. generaliter. §. cum aũt, col. fin. C. de inſtit. & ſubſt.* Syln. Aldobr. ſuo tẽpore iuriſc. illuſt. ac eximius conſiſtorialis aduocatus, prout vidi huiuſcemodi Apoſtil. conſcriptã manu eius propria in libro Sali. pene. Petr. Aldobrandin. eius filium, iuriſconſ. hac noſtra tempeſtate æque illuſt. ẽ, & aduocatum conſiſtorialem, & in Roman. Curia celeberrimum, exiſtentem, quam opin. ſecuta eſt etiam Rota Romana die 21. *Maii* 1582. coram R. P. D. de Rubeis, prout teſtificatur Hier. Gabriel. *in alleg. conſ. 126. in fin. vol. 2.*

Hæc

32 Hac † igitur opinione retenta vti veriſſima, quæ omnino ſequenda eſt, in iudicando, & conſulendo, nulla habenda eſt ratio, quod verba fideicõmiſſi, in præſenti caſu generalia ſint, quia dũ teſtator plures filios inſtituit, & ſi vnus eorũ vel plures deceſſerint ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſubſtituit ſuperſtites, non videatur ſubſtitutio ad præsbyterum referenda, cui illa verba, *ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus*; non conueniunt iuxta doctrinam Pauli Caſtr. *in l.* 1. *§. lex falc. num.* 4. *ff. ad leg. falc.* Dec. *conſ.* 299 *num.* 10. Rum. *conſ.* 438. *n.* 8. Bal. *conſ.* 369 *vol.* 2. & Paril. *con.* 109. *col.* 2 *vol.* 1. Nam reſpondetur, quod huiuſmodi opin. falſiſſimà ſit, quia, vt dictum eſt, etiam præsbyter dicitur decedere ſine filiis legitimis, & naturalib. nullaque probabilis ratio differentiæ reddi poteſt, cur potius quando ſeparatim præsbytero ſubſtitutio fit; intelligi debeat ipſi præſbytero fideicommiſſum iniunctum prout receptiſſimè hoc apud omnes cõcedimus, quàm eo caſu, quo fit, filiis coniunctim inter quos vnus eſt præsbyter, *l. ſi duo, ff. de admin. & tut.* & *cũ ibi notatis*, & ob hanc rationẽ Ruin *conſ.* 144. *volum* 3. Beroias *in d. conſ.* 73. Simon de Pretis *de interpret. vltimarũ volunt. lib.* 3 *interpret.* 3. *col.* 3. *in fi.* & poſt eos Hier. Gab. *conſ.* 126 *per totum, vol.* 2. in terminis probant iſtã opinionem veriſſimam eſſe, eamq; habere locum etiam quãdo pluribus filiis reperitur ſubſtitutio facta, inter quos vnus erat præsbyter: idcirco patet perſpicuè, illam opin. veram non eſſe, ſed penitus & omnino reiiciendam, prout in terminis illam aliquibus viuaciſſimis rationibus reprobat idem Hieron. Gabriel. *eo in loco, nu.* 12. *cum aliis omnibus ſequent.* cum etiã falſiſſima redditur, ex eo quod ipſe ibi minimè conſiderauit, ex quo Paul. Caſt. *in l.* 1. *§. lex falcid. n.* 4. *ff. ad l. falcid.* Bal. *conſ.* 373. *num.* 7. *vol.* 1. & Paril. *conſ.* 109. *nu.* 3. *vol.* 3. loquuntur de conditione concepta duntaxat ſub his verbis, *ſi ſine filiis, vel ſine filiis ex ſuo corpore natis*: quæ verba cum poſſint importare conditionẽ reſtrictã ad ſpurios, nullatenus ad præsbyterũ conditio referri debet, quia ei non congruit, ſed ad alios, quo fit, vt præsbyterum grauare non cenſeatur, & ita loquitur, explanatque Card. Mantica *in d. tit.* 9. *n.* 34 *lib.* 11. ſecus vero in præſenti caſu, in quo ſumus in conditione, concepta ſub verbis: *ſine filiis legitimis & naturalibus*, quæ verba conditionis, propriè verificantur etiam in præsbytero, quia dicitur mori ſine filiis legitimis, & naturalibus, etiam is, qui eos habere nequit, vt explicat Ruin *in præcit. conſ.* 144. *col. pen. in fin.* ideo cùm conditio ſit omnino certa, & neceſſaria, non vitiat fideicommiſſum etiam quoad præſbyterum valebit, vt reſpondit ibi Ruin. & poſt eum extricant Card. Mantica *vbi ſupra in fin.* ſequitur itaque quod nihil ad rem pertineat, an cum aliis filiis ſit ſubſtitutus vnus eorum qui præsbyter ſit, an vero potius ſimus ſimpliciter in ſubſtitutione, facta ſolummodo ſoli filiò præsbytero; quoniã id tantũ perſpiciendum eſt, quib. nã verbis ſit concepta cõditio, quia ſi concepta ſit ſub his verbis; *ſi deceſſerint ſine liberis, vel ſine liberis ex proprio corpore procreatis*; tũc huiuſmodi conditio, vt dictum eſt, ad præsbyterum non debet referri, quia ei non congruit, ſed ad alios, & ideo, nec eum grauaſſe intelligitur: ſi autem conditio ſit aliter concepta, ſub verbis, quibus nequeat dici, quod filius præsbyter inuitetur ad delinquendum, quæque poſſſit ad illum aptari, vtiq; nihil quoque ad rem ſpectabit, an præsbyter cum aliis ſimul filiis, vel ſolus duntaxat fuerit ſubſtitutus, ſed ſufficiet conditionẽ eidem iniunctã fuiſſe neceſſariam, veluti, *ſi vnus vel plures eorum deceſſerit, vel deceſſerint ſine filiis, legitimis, & naturalib.* quia cum hæc ſit cõditio neceſſaria, cũ eius cõtrariũ ſit impoſſibile, vt ſæpius dixi, minimè vitiat, prout demonſtrauit Ruin. *in allegato conſil.* 144. *n.* 11. & Card. Mantica *d. tit.* 9 *in fin* & hanc opinionẽ approbant etiã Beroius *conſ.* 73. *vol.* 2 & Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib* 3. *interpret.* 3. *in fin.* qui loquuntur etiam cum pluribus filiis facta eſt ſubſtitutio, inter quos vnus erat præsbyter, & hoc caſu optime congruunt rationes, quas Hieron. Gabriel. adduxit *in præmemorato conſ. ſuo* 226. *num.* 12. *cum ſeq.* 33

Inter † quas rationes, illa prima fuit, quã ſupra explicaui quòd nulla ratio differẽtiæ afferri poſſit inter vtrumq; caſum; ſecũda vero inſtructè procedit, quando ſubſtitutio eſt facta ſub his verbis *ſi ſine filiis* ſimpliciter, quia tunc illa opin. Paul. Caſtr. *in d. l.* 1. *§. lex falc.* quã ſecuti ſunt Rom. Bal. & Parif. *in præall. g. ſuis conſ.* ſcilicet, quòd huiuſcemodi cõditio nõ debeat referri, fundata exiſtimatur in eo quòd veriſimile ſit, teſtatorẽ ſenſiſſe de præsbytero, quia hoc dicẽdo, cenſeretur illũ inuitare voluiſſe ad delinquẽdũ, quæ ratio ceſſat, quãdo cõcepta eſt hoc modo, videlicet *ſi ſine filiis ex legitimo matrimonio procreatis*; quia tunc, quicquid alii ſentiunt, & Hier. Gab. ſcripſerit, verius eſt, imo indubitatũ, quòd cenſeatur teſtatorẽ ſenſiſſe etiã de filio præſbytero. nam cũ colligi nequeat, quòd voluerit inuitare ad delinquendũ, cũ præsbyter tales filios legitimos, & naturales habere nõ poſſit, videtur expreſſiſſè cõditionẽ omnino neceſſariã & exitiuã, quæ conditio propriè non eſt, quia omnino oportet præsbyterum mori ſine filiis legitimis, & naturalibus. ita Bart. *in l.* 1. *colum* 2. *ff. de condit. & demonſtrat* & Salicet. *in l generaliter, §. cum autem, colum. fin. C. de inſt. & ſubſtit.* & hac ratione attenta, Ruin. *d. conſ.* 144. Beroius *d. conſ.* 73. Simon. de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *col.* 3. *in fin.* ac Card. Mantica *de coniect. vltim. volunt. tit.* 9. *in fin. num.* 12. & alii quam plurimi Doctor. hoc idẽ affirmauere, etiam enim pluribus filiis ſubſtitutio facta eſt ſub conditione; *ſi ſine filiis legitim. & naturalibus*, filio quoque præsbytero cenſeatur iniunctum fideicommiſſum, quia etiam præsbyter, vt tot vicibus ſupra notauimus, propriè decedit ſine filiis legitimis, & naturalib. & ideo veriſimile omnes putãt teſtatorẽ ſenſiſſe, etiã de præsbytero: idcirco quicquid ſcriptitauerit Hier. Gab. *d. con.* 226 *poſt n.* 12. *cũ ſeq.* qui alias cõplures rationes adduxit, quas curioſus iudex videre poterit, veriſſima erit opin. Paul. Caſtr. *in l.* 1. *§. lex falc. ff. ad l. falc. n* 4. quòd ſi teſtator plures hæredes ſcripſerit, eoſdemq; generaliter grauauerit, ſub hac conditione; *ſi deceſſerit ſine liberis, vel ſine filiis ex proprio corpore procreatis*; iſta cõditio ad præsb. nõ poſſit adaptari, quoniã eidẽ nullatenus congruit ſed ad alios, ideoque nec præsbyterum grauaſſe cenſeatur, prout planũ fecit Card. Mantica *d. titul.* 9. *num.* 34 *lib* 11.

In cõditione. a. *ſi ſine filiis leg. & nat.* compertũ eſt, illã nõ impedire, quo minus eiã, vel præsbytero ſoli, vel plurib. inter quos reperitur præsbyter, cenſeatur fideicom. iniunctũ, veluti ſupra explicatũ eſt, & ſenſit Ruin. *con.* 144. *nu.* 12. *vol.* 3. Beroius *conſ.* 192 *n.* 9. & *conſ.* 213. *n.* 6. *vol.* 3. Card. Mant. etiã *vbi ſupra, in fin.* ac Sim. de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *col.* 3. *in fin.* quam opinionem vt ſupra dictum fuit, declarando, approbauit Rota Romana *in d. cauſa pendente anno* 1582. *die* 21. *Maii coram D. de Rubeis Decano.* 34

Nec † ad rẽ vllatenus facit Deciſ. Puteo *deciſ.* 55 *in fi. lib.* 1. tam quia, vt ex præmiſſis probatum eſt Paul. Caſt. *in alleg. l.* 1 *§. lex falc. n.* 4. *ff. ad leg. falc* non loquitur de conditione, concepta ſub dictionib. *ſi vnus vel plures eorum deceſſerit, vel deceſſerint ſine filiis leg. & naturalibus* ſed de conditione, *ſi ſine filiis ſimpliciter, vel ſine filiis de proprio corpore natis.* qua conditionẽ ita 35

concepta, vel alia ſimili, non fuiſſet præsbyter comprehenſus: tum quia in caſu Putei, tempore teſtamenti; ille, de cuius portione agebatur, Epiſcopus non erat, vel præsbyter, & ideò non oportuit de hoc dubio diſputare, & nulla habenda erit ratio illius deciſionis, quæ loquitur in ipſa in caſu diuerſo, & quamuis obiter de hoc etiam fuerit dictum, tamen habet duntaxat magnam authoritatem in caſu tunc occurrenti, & qui tunc deciſus fuit. ſiquidem ſi dubium iſtud, hoc caſu noſtro extitiſſet, tunc in Rota Romana plenè, & principaliter diſputatum; ſine dubio fuiſſet iudicatum, fideicõmiſſum valere, etiam reſpectu præsbyteri, prout ſcripſit Hierony. Gabriel. qui ſimiliter ad huiuſmodi Putei deciſionem reſpondit *in prænotato conſ. 106. poſt nu. 05. in fine.* fuiſſe in eadem Rota concluſum coram D. Decano. Et ſic finaliter ex trutinatis concludendum eſt, factum eſſe omninò locum fideicommiſſo in caſu noſtro, ad commodum fratrum, & ſemper ſubſtitutionem factam, vel præsbytero ſoli, vel pluribus, inter quos eſt præsbyter, ſub conditione; *ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus decedat*; valere etiam quoad præsbyterum, ſicuti hanc opinionem approbauit Rota Romana *anno* 1582. *die* 21. *May* coram R. P. D. de Rubeis, prout teſtificatur nouiſſimè Hierony. Gabriel. qui, vt multotiens ſuprà de commemorauimus ita reſpondit in præcitato *conſ.* 126. *prope finem, lib.* 2.

OPINIO DCCCXLII.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio compendioſa facta filio impuberi, verbo communi intra tempora pupillaris ætatis, eſt directa poſt pubertatem vero conuertitur in obliquam. Etiam ſi mater ſit in medio, eiuſque ratio. num.* 2.

1 SVBSTITVTIO † compendioſa impuberi filio facta, verbo communi, veluti ſi teſtator dicat, *Luc. filium meum heredem inſtituo, & ei, quandocunque ſine filiis deceſſerit, Sempronium ſubſtituo*: intra tempora pupillaris ætatis directa eſt, poſt autem pubertatem, decedente filio conuertitur in obliquam, ſecundum Glo. *in* §. *qua ratione, inſtit. de pupil. ſubſtit.* & opinio hæc cõmuniter approbatur: vt admonet Iaſ. *conſ.* 129 *factum* Com. opin. *ſic ſe habet, lib.* 1. contra Gloſ. *in l. precibus C. de impub. & aliis ſubſtit.* & Oldrad. *conſ.* 99 *factum tale*, & Bal. 392. *ſuper primo, & conſ.* 399. *prætermittendum, lib* 4.

2 Et † iſtam communem amplia procedere etiamſi mater ſit in medio: quia ſubſtitutio compendioſa facta per verba communia, omni tempore, pupillarem quoq; continet, non tacitam ſed expreſſam verbis generalibus. *d. l. precibus.* & potentior eſt amor pupilli, ne abſque teſtamento decedat quam matris, vt filio ab inteſtato ſuccedat. *l. Papinianus.* §. *ſed nec impuberis, ff. de inoffic. teſtam. & in l. ſi pater, de teſtam. lib.* 6. & hoc tenet & firmat poſt alios, per eum ibi congeſtos, Tiraquel. *in tract. de legibus connubialibus in Gloſſa* 5. *num* 60. Ferronius *in Gloſſ. ad conſuetud. nes Burdegalenſes in* 2. *part. in* §. 11. Iacobinus de Sancto Georgio *in l. fin. num.* 37. *C. de edict. Diui Adrian. toll.* licet contrarium & male firmet Coraſius *in d. l. precibus, num.* 19. & de ea dubitat etiam Decius *conſil.* 108. Sed prima opinio videtur veriſſima, & communis vt per Alex. *in leg. Centurio ff. de vulgar. & pupill. & conſil.* 0. *volum.* 13. ideo ne te decipiat Decius ſuis ſuaſionibus, noli diſcedere in actu practico ab ipſa communi.

OPINIO DCCCXLIII.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutus antequam ſubſtitutionis conditio eueniat moriens, an ad hæredes ſpẽ ſubſtitutionis tranſmittat.*
2 *Subſtitutio quælibet dicitur conditionalis.*
3 *Ius conditionale non tranſmittitur ad hæredes.*
4 *Subſtitutio conditionalis ad heredes tranſmitti non poteſt, eiuſque ratio.*
5 *Fideicommiſſum conditionale, pendente conditione, non tranſmittitur ad heredes quod ampliatur, num* 8 *&* 9 *& nu.* 16. *niſi ex coniecturis de mente teſtatoris contrarium appareat & additur exemplum coniectura ſufficientis nu.* 19. 20. *&* 21. *Et an maſculinum hoc caſu concipiat fœmininum n.* 22.
13 *Fideicommiſſum ſit caducum morte fideicommiſſarii, conditione pendente. Eiuſque ratio num.* 10. 11. 12. *&* 13 *Et cur ſecus in contractibus, quam in vltimis voluntatibus num.* 7.
14 *Fideicommiſſum exſpirat morte fideicommiſſarii, & non tranſmittitur ad eius heredes. ſed remanet apud grauatum eiuſque heredes.*
15 Gloſſa in l. is cui ff. de act. & oblig. *communiter reprobatur.*
17 *Fideicommiſſum conditionale, quando ad liberos tranſmittatur.*
18 *Legatum, ſeu fideicommiſſum particulare, pendente conditione, non tranſmittitur.*
23 *Fideicommiſſum purum ſtatim, & ſimiliter tranſmitti poteſt.*

SVBSTITVTVS † moriens antequam ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes tunc ſubſtitutionis expirat, nec ad hæredes tranſmittitur. *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit.* & hoc Bald *conſ.* 94. *punctum quæſtionis. lib.* 4. *con* 320. *dicta Do[illegible]s, & conſ.* 434. *punctum, circa fin. volum.* 4. 1

Et † ratio iſtius dicti videtur iſthæc: quia quælibet ſubſtitutio dicitur conditionalis. *l. coheredi.* §. *coheres ff. de vulg. & pupil ſubſtit.*

Ius † conditionale ad hæredes non tranſmittitur. *l. ſi ita legatum.* §. *ult. ſi volet ff. de leg.* 1. *not.* Fulgoſ. *conſ.* 14. *in quæſt. & conſ.* 70. *proponitur*, Alex. *conſ.* 49 *viſo themate, col. fin. vol.* 6. *conſ* 15. *vol.* 6. & Dec. *conſ.* 485 *in caſu ſa mihi* 2

Et † ſic cum ſubſtitut. ſit conditionalis ad hæredes tranſmitti non poteſt. Iaſ. poſt alios *in l. qui plures ff. de vulg & pupil. ſubſtit.* vbi rationem reddit Quia ſubſtitutio nihil aliud eſt quam conditio inſtitutionis. *l. in ratione.* §. *quod vulgo, &* §. *ſequenti ff ad l. Falcid & l. qui lib. ff. de vulg. & pupil.* 3

Et † vltra prædicta non admodum diſtare videtur illud, quod fideicommiſſum conditionale, pendente conditione, non tranſmittitur ad hæredes. *l. in cauſa. l. a* 2. §. *Pomponius* vbi Bal. *ff de minor.* & Alex *in l. fin. colum fin. C. de leg* Bart. *in l.* 1. *nu.* 9 *ff de leg.* 1. Bald. *in l. vnica. Cod. vt act. ab hered. & cont. hered.* Ioan. Di. ecc. *in tract. de arte teſtand. tit.* 5. *caut.* 23. 4

Præterea † fideicommiſſum fit caducum morte fideicommiſſarii, conditione pendente, ſiue ſit vniuerſale ſiue particulare *l. ſi in perſonam C de fideicom. l. et* §. *ſin autem. C. de cad. tollen. l. vnum ex familia.* § *rogo. in fi. & l. vnde.* §. 1. *ff. de l.* 2. 5

Et † ſecus ſit in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, vide Tobi. in Nouium poſt Gloſſ. *in* §. *ex conditionali, inſti. de ver. obl. num* 4. 5. *&* 6. vbi poſt Ozer. concludenter rationem afferre conatur, per text. *in l ſi pactum, circa finem. ff. de probat. in Gloſ. d.* §. *ex conditionali allegatum.* 6

Sed † iſtam cõcluſionem, vt ſupra firmatam, amplia primo loco, etiam procedere, ſi teſtator ſubſtituiſſet filios & hæredes, vel eorum præmortuorum liberos: quia nec admittentur filii hæredis præmortui, quamdiu ſupereſt aliquis ex filiis ſubſtitutis, per notata *in l hæredes mei.* §. *ſi. ff. ad Trebell.* & per Alexand. *conſil.* 7

conſ. 17. viſo teſtamento, volum. 6. niſi iure accreſcendi hæreditatem habere poſſit filios ſubſtituti. *l. qui patri ff. de acquirend. hæred.* quod mirabile dicit Bald. *conſ. 6. ſecundum tales eſt, vol. 2.*

9 Amplia † ſecundo loco antedictam concluſionē etiam procedere, ſi hæredes ex deſcendentibus teſtatoris ſubſtituti eſſent *leg. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* Gloſ. valde not. *in l. 1. C. de his quæ ante apert. tab.* & *ibi* Bart. Bal. Alber. & idem Bart. *in l. 1. colum. fin. ff. de leg. 1.* ſequens Cyn. *in l. 1. Cod. commun. delegat.* Bald. *in l. cum ex filio. ff. de vulgar. & pupil.* idem tenet Gloſſa *in l. ſi in perſonam. C. de fideicommiſ.* Oldrad. *conſ. 13.* Cor. *conſ. 248. circa hanc, volum. 1.* & Socin. *conſ. 197. circa præmiſſa.* Et habetur optime per pract. Papienſ. *in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione, in verſ. Quare cum ſuperaueret, in fin.* Dec. *conſ. 115. in princ. & 574. col. 1.* vbi de communi teſtatur, & ſimiliter Curt. Iun. *conſ. 69. 96. 83. & 135. n. 5* Bert. *deciſ. 354.* Iaſ. *in l. ſi Stichum. §. 1. n. 2. ff. de verb. oblig.*

Cōis opin.

10 Nam † pendentia conditionis impedit tranſmiſſionem etiam ad filios. *l. ſi cui legetur §. 1.* vbi Bald. *ff. de leg. 1.* quod ſequendo refert Iaſ. *in leg. cum filiolam nu. 24. cum ſeq. ff. eod. tit.*

11 Nec † filius ipſe ſubintrat in locum ſui patris in fideicommiſſo in diſpoſitione hominis: vt per Bolon. *conſ. 40.* & Iaſ. *conſ. 8.*

12 Facit † etiam: quia iuſto ſpe non dicitur eſſe in bonis noſtris. Albertus Brunus *conſ. feud. 6. & 8.* Et hæreditas quæ non poteſt adiri, non dicitur delata. *l. delata,* vbi ad propoſitum Gloſ. notat. *ff. de ver. ſignif.* ſic ſequitur, quod nemo dat quod non habet. *l. nemo plus iuris. ff. de regulis iuris.* Bar. *in l. vniuerſa. Cod. de leg.*

13 Ad id confert † iterum: cum ea quæ ſunt in conditione, non ſint in diſpoſitione. Iaſ. *in l. 1. num. 12. C. de pactis.* Nam filii in præſenti caſu ſunt poſiti in conditione, non autem in diſpoſitione. idem Iaſ. *in l. Centurio, nu. 26. ff. de vulgar. & pupil.* Alexand. *conſ. 199. lib. 2.* quod declarat Cephal. *conſ. 251. lib. 2.*

14 Præterea conſtat † quod fideicommiſſum expirat morte fideicommiſſarii, & non tranſmittitur ad hæredem fideicommiſſarii, ſed remanet apud grauatum, vel eius hæredes, maxime quando perſona cui debebat fieri reſtitutio eſſet expreſſe nominata vt reſpondendo obiectionibus tenet Soc. Iun. *ad dict. cum filiofamil. in 1. part. num. 24. verſ. vnde pro reſolutione,* textum *in l. Iulianus ait, & in leg. ſi quis Titio decem. ff. de legat. 2.* & videtur facere tex. *in d. l. cum filiofamil.* ibi Iaſ. *num. 4. & 24.* Curt. Iun. *conſ. 87. & 113.* poſt Gloſ. communiter approbatam *in l. Lucius. la 2. ff. de hæred. inſtit.* & Pract. Papien. *vbi ſupra num. 27.* Alex. vbi practica aſſerendo firmat *in l. Gallus §. etiam ſi parente, verſ. ſic ſi paſſus non eſt ſine dub. ff. de lib. & poſth.* & poſt alios quos ibi allegat *in l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell. & in l. ſed ſi ſo, eodem tit.* vbi refert, quod ſi pater fecit reciprocam ſubſtitutionem inter filios, ſi quis eorum deceſſerit ſine filiis, & ſic conditio expreſſa & tota conditionalis delata in hæreditate aſcendentium non tranſmittuntur ad poſteros, ſi ipſi deceſſerint conditione pendente. Vide Dec. *conſ. 511. præ totum incipit viſo teſtamento lib. 2.*

Cōis opin.

¶ Et cum in propriis terminis per hæc religioſiſſimè viderim cõſulium & obtentum *in anno 1573.* volui ad eorum maiorem declarationem præſentem facti ſpeciem interſerere. Agebatur igitur, q̄ quidā Matthæus Iann. de Ciuitate regali in ſuo teſtamento inſtituiſſet ſuos vniuerſales hæredes pro æquali portione, Sebaſtianum, filium, & Ciechonum ex altero præ defuncto filio nepotem; & ſi mori contigerit ſine filiis, ex eorum corporibus legitime deſcendentibus eos inuicem ſubſtituit. Euenit caſus, quod pendente conditione Sebaſtianus, filius inſtitutus & vt præmittitur ſubſtitutus, relicto filio notario, Guido Antonio, diem ſuum clauſerit extremum deinde Ciechonus nepos, in ſuo teſtamento hæredem inſtituit Angelellam ſororem ſuam & mortuus eſt ſine filiis: inſurrexit notarius Guidus, Antonius filius, & hæres vniuerſalis prædicti Sebaſtiani, contra prædictam Angelellam hæredem vniuerſalem vt ſupra inſtitutam, & voluit capere propria authoritate poſſeſſionē bonorum hæreditariorum ipſius Ciechoni, aſſerendo ſe eſſe filium, & hæredem præfati Sebaſtiani, & per conſequens ad ipſum ſpectare & pertinere dictam hæreditatem, cum ſit factus caſus reſtitutionis; & ſic re in controuerſiam deducta fuit tandem cõpromiſſa, & ea ſubtiliter, accurate, & optimè perpenſa, non obſtantibus quam pluribus iurecõſultorum Aquilanorum, & Peruſinorum reſponſis, & in iure allegationibus, in fauorem dicti notarii Guidi Antonii; fuit mediante eleganti maturo, & docto conſilio, & patrocinio Excellentis Paſchalis Turcanici cõſeruis mei, ex voto Excellētis Ioannis Franciſci de nobilibus, de ciuitate Ducali, compatris mei vndecunque doctiſſimi & laudatiſſimi ad fauorem dictæ Angelellę pronunciatum & iure optimo determinatum, excluſo penitus notario Guido Antonio; & tali determinationi, cognitis eius rationib. partes ipſæ ſtatim acquieuere.

Et † quamuis Gloſſa *in leg. si cui ff. de actio. & oblig.* contrariam aſſeueret: tamen non eſt recedendum 15 ab opinione Gloſſ. præcitat. *in dict. leg. 1.* & fuit opinio Azon. *in ſum. ibi, num. 2.* quæ verior tutiorque apparet, quam tenet Aretinus *in §. ex conditionali, num. 3. & 4. Inſtitution. de verbor. obligatione* & eſt communiter approbata: vt per Alexandrum *in dict. leg. cum ex filio & conſilio. 92. num. 5 libro tertio* Curtius *con. 63. antiquiſſima colum. 17. & conſil. 75.* Lodouicus Socinus *in leg. 1. ff. de vulg. & pupill.* Iaſon *in l. ſi cui legetur. §. hoc autem ff. de le. 1. & conſ. 80. iſte caſus lib. primo* Cui vltra præcitat. Doctores accedit Bald. *in leg. 1. §. ſin autem C. de caduc. tol.* vbi ait, ibi eſſe text. qui decidat hanc quæſtionem *& in conſil. 254. Titius, volum. 1. & in conſil. 435. punctus ſuper quo volumine 4.* Iaſ. *conſ. 29 Nicolaus, col. fin. volum. 3.* Et probatur aperte hoc *in dict. §. cum ita,* & *ibi* Gloſ. *in verb. Suſcepi Act.* & alii quos congerit Iaſ. *in l. qua de leg. colum. 4. ff. de leg. 2.* & Dec. *conſ. 394. pro vera & conſ 51. & pro tenui facultate num 8.*

Vbi † hoc amplificat procedere etiamſi in contrarium reperiretur, vrgeretque aliqua coniectura 16 voluntatis teſtatoris, & interrogatus vniuerſaliter ita diſpoſuiſſet, & hæc eſt cõmunis opinio atteſtante Salyc. *in dicta leg. ſi in perſonam.* quæ corroboratur ex allegatis per Gozad. *conſ 29. videtur, colum. 3.* & ſequitur Corn. *conſ. 248. circa hanc, colum. 2. volum. 1. & Soc.* Iun. *conſ. 98. viſo punctu col. 1. vol. 2.*

Sed præſens communis opinio coarctatur, quod 17 fideicommiſſum † conditionale tranſmittatur ad liberos, cum à principio fuit vnitum cum iure accreſcendi: tunc enim videtur naturam eius aſſumpſiſſe vt tranſmittatur, ſicut tranſmittitur ius accreſcendi *l. qui patri ff. de acquir. hæred.* & Socin. *conſ. 6. in præſenti conſultation. colum. 4. volum. 3.* & Iaſon *conſilio 154. teſtator, volumine quarto* vbi amplectitur opinionem Socinus qui allegat *conſ. Bal. 9. volum. 2.*

Ceterū † aduerte quod diſpoſitio *dict. leg. qui pa-* 18 *tri,* inducta appareat fauore pupil. vt is hæredē haberat: vt ibi exprimit Ale. *col. 2.* & ideo nō habet locū niſi

in

in ſubſtitutione pupillari, vel in ſubſtitutione vulgari, continente tacitam pupillarem: vt explanat idem Alexander *in eadem l. col. pen. & d. conſ. 9* Bal. citatum per Soc. *in d. conſ. 6.* non probat vllo modo eius intétionem: quia Bald. loquitur in ſubſtitutione pupillari: vt facile diſcernitur ex lectura dicti conſilii. Aliud eſt igitur dicendum in ſubſtitutione fideicommiſſaria & hæc eſt communis & concors ſolutio, teſte Salyc. *in l. quidam elogio, circa finem. C. de iure deliberand.*

¶ Et quod tex. *in dict. l. qui patri,* habeat locum tantum in ſubſtitutione directa, non autem in fideicōmiſſaria, fatetur expreſſè ipſemet Iaſ. *ubi. conſ. 159. in fine.*

¶ Sed eſto quod vera ſit opinio Soc. præmemorata *in dict. conſ. 6.* tamen adhuc limitanda foret, vt ea nullatenus procederet contra neptem teſtatoris filiam hæredis instituti: quoniam non eſt veriſimile quod voluerit eam excludere ab hæreditate patris & alienas ſucceſſiones propriis anteponere *l. cum acutiſſimi C. de fideicom.* & ita declarat, limitatque ſuā opinionem Soc. *in d. l. hæredes mei. §. cum ita, colum. 5. ff. ad Trebell.*

¶ Et ad iſtum text. reſponde declarando, quod tranſmiſſio antedicta non obtinet locum niſi in præiudicium extranei; & quod filia hæredis inſtituti neptis teſtatoris non eſt perſona extranea. *§ extraneum C. de rei vx. act.* quare hæc præſumptio procederet ſine ſcrupulo aliquo vbicunque ſucceſſurus ab inteſtato eſſet de liberis teſtatoris, qualis eſt iſta neptis: vt poſt alios concludit Dec. *in l. pen. colum. fi. verſ. Vero ad ſecundum. Cod. de impub.* & hæc eſt communis theorica Doct. vt per Corn. *conſ. 22. colum. 5. verſ. diligenter vol. 2.*

19 Ampliatur † tertio loco, vt non ſolum procedat in legato ſeu fideicommiſſo vniuerſali, ſed etiam particulari. Nam ſi legatum relinquatur ſi nauis ex Aſia venerit vel non venerit: antequam ſit certum nauem venturam, vel non venturam, legatarius moriatur, tale legatum non tranſmittitur Rom. *ſing. 90. per tex. in l. huiuſmodi. ff. quando dies leg. ced.*

20 Sed † regula prædicta, ſic vt vidēt vtiliter ampliata, limitatur vbicunque contrarium ex defuncti cōiecturis appareret Bal. *in d. l. 1. C. de bonor. poſſ. ante apert.* & Bart. *in d. §. cum ita, num. 4* & *ibi* Soc. *num. 6.* Ioan. Cephal. *conſ. 251. lib. 2.* Roland. à Valle *conſ. 5. lib. 4.* & D. Berard. Alphon. *in ſuis collect. in d. l. 1. 142* vbi ad propoſitum copioſè, & eleganter more ſolito complura congerit.

21 Et † hæc coniectura quomodo colligenda ſit an ex verbis teſtamenti dictis, præter Socin. primam partem tenentem, *in d. § cum ita, nu. 10.* vide Alphan. *in præcit. loco,* qui plures authoritates contra Socin. cumulauit.

22 Hinc nota † ad propoſitum, quod hæc coniectura in medium adduci poſſit, voluntatis teſtatoris, quæ ea eſt cum in patria teſtatoris extat ſtatutū, excludēs mulieres dotatas, vel dotādas a bonis paternis: tūc. n. teſtator cēſetur voluiſſe ſe conformare cū diſpoſitione ſtatuti, vel alterius ſimilis ita Bart. *in d. §. cum ita, & in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi ff. de oper. lib.* Soc. *conſ. 116. in cauſ. filiorum, colum. 4. vol. 3.* Alex. *conſ. 15. viſo teſtamento. volum. 4* Zaſi. *conſ. 1. num. 42. lib. 1.* Doct. *in d. § cum ita,* vbi Bart. *nu. 4* concludit quod in locis, vbi extant, vigentq́. ſtatuta, quod filiæ, & neptes, fœminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis, neptis non admittatur, ſi ſupereſt nepos ex filio maſculo, qui ex præſumpta voluntate defuncti, ſecundum ſtatutum ciuitatis, neptē excludit, & opin. hanc ſequuntur ibi Angelus Raphael, Paul. Caſtr. Alexand. & communiter Scrib. in locis relatis ibi per Rip. & per Dilect. *in tract. de arte teſt. tit. 5. caut. 17.* quamuis ibi aſſerat plura collegia contrarium ſibi reſpondiſſe. Caſtr. *conſ. 400. Caſus iſti frequenter contingit. lib. 2.* Alc. *reg. 3. præſumpt. 30. num. 4.* Tiraquel. *in l ſi vnquam, in ver. ſuſceperit liberos, num. 134. C. de reuo. don.* Soc. *in l. cum auus, num. 95. ff. de cond. & demonſt. & conſ. 73. Capias do, num. 21. & ſequent. volum. 4.* vbi poſtmodum aptiſſimè admonuit ſe ita alias in ſimili caſu vidiſſe conſultum Ferrariæ, per doctiſſimos viros Bononienſes, & Ferrarienſes, & ita etiam ſæpius ſe conſuluiſſe: & hæc eſt communis opinio. vt per Soc. Iun. *conſ. 30. Maxima lib. 4. ante nu. 2.* licet ibi *nu. 6. inf.* contrariam opin. magis communiter receptam & ſemetipſo aſſerat. Et ita mediante hac coniectura, vniuerſaliter ab omnib. Dd. recepta, iudicauit Rot. Peruſina in caſu ita ei occurſo, teſte Ioſeph. Lud. *in dec. ſ. vmbra 102. in 2. part.*

Et † hinc eſt, quod cum ſtatutum ſit differens materia inter maſculos & fœminas, ſequitur neceſſario, quod ſub illis verbis *ſint filii,* & ſic ſub maſculino genere à teſtatore prolato, non comprehendatur fœmininum, ſecundum Ancharan. *in l. tres fratres. ff. de pact.* aſſerentem quod ſi pater filios inſtituerer, filiæ non comprehenderentur, ſi per ſtatutū maſculi excludunt fœminas: & ſic materia ſit indifferens & ſequitur Alex. *in l. Gallus §. quidam recte. n. fin. ff. de lib. & poſth. & conſ. 127. viſo teſtamento, poſt princ. volum. 1 & conſ. 36. num. 1 volum. 4.* Soc. *conſil. 51. viſa col. 7. vol. 4.* Curt. Sen. *conſ. 51 ſuper teſtamento, col. 1.* Iaſ. *in l. ſi id quod in b. limit. ff. de verſ. omn. iud.* & Dec. *conſ. 15 Et pro tenui, colum. 4.* vbi his terminis arguit, quod ſub conditione iſta; *ſi ſine liberis deceſſerit;* maſculinum non concipiat fœmininum, propter differentiam inter maſculos, & fœminas, quam teſtator fecit: ſicut cōtingeret, ſi per ſtatutum fieret talis differentia. Nam ſicut quando ex mente teſtatoris huiuſmodi materiis eſt differens ſolet concludi, quod appellatione filiorum fœminæ non continentur. vt per Bar. *in l. 1. de verb ſing.* & ibi Alc. & Soc. Sen. *conſ. 36. Reſtat in fine,* & Corn. *conſ 7. Reperio, col. 3 & conſ. 101 licet in hac col. 3, volum. 4.* 23

Fallit † vltimo loco dicta concluſio, cum fideicommiſſum eſt purum: quia fideicōmiſſum purum ſtatim peti poteſt, cum non habeat quod ipſum impediat. Paul. Caſt. *in l. epiſtolam §. mulier. ff. ad Trebell.* Iaſ. *in l. cum ſecundum C. de fideicom.* Et ſimiliter poſtquam eſt purificatum, tranſmittitur. Paul. Caſtr. *conſ. 480. lib. 1.* 24

OPINIO DCCCCXLIV.

SVMMARIA.

1 *Teſtator facere poteſt, vt id quod de ſui natura eſt tranſmiſſibile traſmittatur, & econtra.*

2 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, nedū expreſſa volūtate teſtatoris, ſed etiam ex coniectura cōiecturata quādo teſtator habuit cōſiderationem agnationis & maſculinitatis n. 10. Et quando voluit bona ſua ad deſcendentes in infinitū peruenire, nu. 11. 1. & prohibitionis alienationis facta filiis, & ſingulis eorum filiis, & deſcendentibus. nu. 12. Et cum teſtator ipſe mentionem fecit, de filio, & ſuis hæredibus n. 13.*

3 *Fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſio eſt fauorabilis.*

4 *Fideicōmiſſum conditionale tranſmittitur ex coniecturata mente teſtatoris, ad filios filiorum præmortuorum ante grauatum, & ante conditionis euentum, ſi teſtator inſtituit filios, & vlterius diſpoſuit, ſi moreretur ſine filiis, quod tunc bona eius deuenirent ad ſuperſtitem, ſeu ſuperuiuentem.*

5 *Teſta-*

3 Teſtatoris voluntas, & coniectura ſums debent ex expreſſis, in teſtamento

5 Subſtitutionis reciproca ſpem primum decedens cum liberis quando tranſmittat ad ſi ios ſuos

7 Subſtitutio facta fideicommiſſario, ſi ſine filiis deceſſerit ſi fideicommiſſarius, pendente conditione, decedat, transfert ius fideicommiſſi in ſuos filios & heredes, ex præſumpta voluntate teſtatoris.

8 Subſtitutio ſecunda, de maritandis pupillis pauperibus & ſic ſubſtituta pia cauſa. ſi Berta primo loco ſubſtituta, ſine liberis decedat habet locum ſi cum filiis decedat licet vino primo inſtituto.

9 Subſtitutionis conditionalis ius, iunctum cum iure accreſcendi, tranſmittitur.

14 Subſtitutio hoc modo facta: Titium & Semproniū ſubſtituo, & eos inuicem ſubſtituo in ſtirpes & non in capita in infinitum; comprehendet ex coniectura ata mente teſtatoris, etiam eorum filios.

15 Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ex tacita præſumpta que mente teſtatoris, cum teſtator ſubſtituit filios fratris, tempore teſtamenti prædefuncti, vna cū fratribus tunc viuentibus, ſi eſt ſi vnus fratrum prædecedat grauato tranſmittit ſpem fideicommiſſi ad eius filios.

16 Fideicommiſſi conditionalis ſpes tranſmittitur ad deſcendentes ex tacita mente teſtatoris, ſi extraneus foret præferendus deſcendentibus teſtatoris.

17 Coniecturæ fideicommiſſi conditionalis. quæ ſufficiant ad fideicommiſſum inducendum, explicantur ſigillatim per totam opinionem.

18 Nepos quando ſubintret in locum patris eumque repræſentet.

19 Verba diſpoſitiua de obtinente primum locum, verè & non fictè intelligi debent.

20 Nepos ſubintrat in locum patris per fictionem quod declarat num. 56.

21 Prior in gradu, potior eſt. in ſucceſſione quod declaratur num. 57.

22 Fideicommiſſum conditionale non trāſmittitur ſiue extraneus, ſiue aliquis ex deſcendentibus teſtatoris ſit ſubſtitutus.

23 In ſubſtitutionibus præferuntur à teſtatore magis dilecti.

24 Filii poſiti in conditione, non dicuntur vocati, nec honorati.

75 Prædilectus inſtitutione, etiam in ſubſtitutione prædilectus præſumitur.

26 Teſtator maiorem affectionem habere cenſetur ad natos tempore mortis ipſius, quam ad natos, & conceptos poſt eius mortem; declaratur numer 58. & 59.

27 Filiorum appellatione quando non veniant nepotes, & num. 28.

29 Subſtitutio pupillaris, vnita cum iure accreſcendi ad heredes non tranſmittitur quando ſuperuenientes ſunt ſubſtituti.

30 In fideicommiſſis, in quibus plures ſub nomine collectiuo vocantur attenditur proximitas ex cauſa ſucceſſionis reſpectu heredis grauati, & non teſtatoris grauantis. declaratur num. 62. 63 & 64.

31 Filii ſuccedunt in locum patris in fideicommiſſis & n. 65.

32 Filii in fideicommiſſ ſuccedunt in locum patris, quando agitur de ſucceſſione aſcendentium, vel patrui. & n. 66. 75 76.

33 Voluntas teſtatoris regulatur ſecundum diſpoſitionem iuris communis loquentis ab inteſtato.

34 Filius ſubintrat in locum patris prædefuncti. & cum patruo concurrit, cum agitur de ſucceſſione aſcendentis vel patrui de iure communi.

35 Fideicommiſſum conditionale, ſi fideicommiſſarius pendente conditione moriatur, ex coniectura ta teſtatoris voluntate, ad heredes tranſmittitur.

26 Item cum filii poſiti ſunt in conditione. Quod procedit etiam quando teſtator ſuperſtites, ſeu ſuperuenientes ſubſtituiſſet. nu. 37.

38 Teſtator faciens plures gradus ſubſtitutionum, cenſetur ſubſtitutum cum conditione, ſi ſine filiis deceſſerit grauaſſe, vt ad filium ſuum tranſmittere debeat.

39 Fideicommiſſum conditionale, agnationis conſeruandæ cauſa factum, ad heredes tranſmittitur. & num. 73.

40 Ius accreſcendi, fideicommiſſaria ſubſtitutioni iunctum facit ſubſtitutionem ſui natura non tranſmiſſibilem.

41 Subſtitutio vnita cum iure accreſcendi, illius naturam aſſumit.

42 Prohibitio teſtatoris de non alienando, arguit eum nepotes & cæteros deſcendentes voluiſſe bona prohibita conſequi. & nu 74.

43 Fideicommiſſum tranſmittitur ad nepotes, quando bona perpetuo in familia remanere debent. & nu. 72.

45 Filii in conditione poſiti an & quando cenſeantur poſiti in diſpoſitione. & nu 46.

45 Fideicommiſſum conditionale ad heredes tranſmittitur ſi poſt mortem inſtitutorum, & ſubſtitutorum vltimo loco ſubſtitutus eſt aliquis, & eius filii, & filiorum filii.

47 Nepotes appellatione filiorum veniunt in fideicommiſſis & num 71.

48 Et in diſpoſitione, collata in aliquem futurum euentum vbi poterat dubitari an filii primi gradus extituri eſſent, an nepotes, vel alii vlterioris gradus.

49 Fideicommiſſum fauore agnationis conſeruandæ factum, eſt fauorabile.

50 Fideicommiſſum reciprocum non dicitur onus continere.

51 Minor non dicitur læſus, quando fideicommiſſum reciprocum tollitur.

52 Nepotes veniunt appellatione filiorum in materia fauorabili & in caſibus etiam in quibus maſculinum concipit fœmininum. & nu. 53. & 70.

54 Maſculinum concipit fœmininum in vltima voluntate etiam vbi tractatur de grauando herede.

55 Filius quando intret in locum patris & nu. 67.

60 Verbum filii quando comprehendat nepotes.

61 Filii in fideicommiſſis quando ſuccedant in locum patris.

68 In conflictu opinionum adhærendum eſt opinioni quæ fauet nepotibus.

69 In dubio pro poſſeſſore iudicandum eſt.

77 Nepotes cenſentur vocati appellatione filiorum in fideicommiſſo, in futurum euentum prolato, & ab aſcendente facto nu. 58.

CONGRVIT † præcedentibus nonnulla de coniecturis fideicommiſſi conditionalis annectere, cū coniecturalis hæc inueſtigatio frequens ſit, vtilis, & peregrina: licet itaque vis fideicommiſſi conditionalis regulariter, non tranſmittatur idque plures ampliationes recipiat, quas alibi explicaui, & nūc cōſulto omitto; cū tñ in omnib. hæſitationib. fideicom. præferenda indubitāter ſit teſtātis volun-

voluntas ipſa quidem, etiam tacita, efficit de intranſmiſſibili tranſmiſſibile, & è contra de tranſmiſſibili intranſmiſſibile, ſecundum Bald. *in l. vnica C. de iis, qui ante apert. tab. in l. vnica vt act. ab hered. in l. ſi pater col. 4. de inſt. & ſubſtit. & in c. 1. qui ſucceſſ. ten. col. 2.* quem refert Paleot. *in ſubſcrip. ad Alexand. conſ. 63. vol. 5.* Iaſ. *conſ. 233. colum. 2. in princ. vol. 2.* Curt. Sen. *conſ. 75. colum. 10.* Dec. *conſ.* 574. *n.* 4. Pariſ. *conſ. 5. n. 18. vol. 2.* & Soc. Iun. *conſ. 141. col. 7. vol. 2. & conſ. 93. viſo propoſito themate. n. 2. & ſeq. vol. 4.* vbi dicit, iſtam eſſe cõem ſententiam.

2 Eſtq; † ipſa cõis omnium iuris interpretũ opin. tranſmiſſionẽ fideicõmiſſi conditionalis, ex tacita voluntate teſtantis, è coniecturis elicita, fieri, vt teſtatur, Pariſ. *conſ. 5. nu. 14 & ſeq. vol. 3. & conſ. 50 n. 16. & ſeq. eod. vol.* & Curt. Iun. *conſ. 16 ſub nu. 6.* cum aliis relatis per Anch. *lib. 3. q. famil. q. 21. n. 2.*

3 Imo † hæc concluſio adeo vera eſt, vt talis tranſmiſſio conditionalis fideicommiſſi fauorabilis cenſeatur, vt voluit Soc. *in l. qui duos. in prin. ante nu. 26. de reb. dub.* citans in argumentum Glo. *in d. l. vnica Cod. de iis, qui ante apert. tab.* & Franc. Marzar. cum aliis cateruatim relatis per eum, *in tract. fideicommiſſaria materia in 5. part. in princ. fol. par. 4. & ſeq.* vbi tutiſſime tuetur opinionem iſtam, eamq; pariter indubiam vocat, quia fauorabile fideicommiſſum ſit vt bona conſeruentur in agnatiõe & famil. Idq; vtiq; tãq̃ fauorabile adiuuandum eſt, *l. heredes mei § cum ita ff. ad Treb.* vbi diſponitur vnicam duntaxat ſufficere coniecturam ad inducendum fideicommiſſum. quoniam lex fauere cenſetur fideicommiſſariæ voluntati, vt etiam pro ea ſuſtinenda verba improprientur, *l. Titia §. Lucius ff. de leg. 2. & l. ſcæuola ff. ad Treb.*

4 Eaque † obtinet locum, etiamſi teſtator dixerit, *ſuperſtites, vel ſuperuiuentes ſubſtituo*, vt firmauere Raph. Cum. *conſ. 3.* Tertius Raph. Fulg. *conſ. 15. pro: enditur quod mouet in 3. dub.* Alex. *in l. qui patri, col. fi.* ſed in termino illius text. *de acq. hered.* Iaſ. *conſ. 154. col. fin. vol. 4. & conſ. 52. col. fi. vol. 3.* Dec. *conſ. 369. colum. 1.* Ioan. Maria. Rim. *conſ. 78 col. 2* Ruin. *conſ. 79. col. pen. volum. 3.* & Pariſ. *con. 76. col. 2. vol. 2 & in d. conſ. 50. nu. 35 & ſeq. vol. 3.*

Quamuis aliqui Doctores non contemnendæ authoritatis, contrarium ſenſerint, videlicet Bald. *in l. quidam Eulogio. C. de iure delib.* Lud. Rom. *in d. l. qui patri in fi.* ac idemet Bald. bis conſulendo, ſcili. et *con. 271. ſubſtitutio fideicommiſſaria, vol. 2. & conſ. 435. Punctus ſu per quo in fi. vol. 4.* Iaſ. titubanter *conſ. 29. col. fi. vol. 3* Riminal. pariter ſibi contrarius. *conſ. 193. n. 28.* Curt. Iun. *conſ. 69. col. fi.* Soc. Iun. *conſ. 133. col. 2 in fi. vol. 1* Rip. *in l. heredes mei §. cum ita ff. ad. Treb.* Quinimo ipſe Soc. Nepos bis aſſeruit iſtam Bal. opin. magis communẽ eſſe *con. 24. n. 6. & ſeq. & conſ. 30 nu. 7. vol. 4.* Nihilominus tñ non arbitrut aliquo modo recedendum eſſe ab opinione vtriuſque Raphaelis, quam etiam vltra præmemoratos Doct. ſequitur Granet. *conſ. 306 col. 3. & eius repet. l. cum filiuſfam. in 2. part nu. 261. circa fin. & nu. 352.* Hier. Zanch. *in repet. d. l. heredes mei §. cum ita ante nu. 111.* & facile diſcernitur magis communis ſententia, atteſtãte ingenioſiſſimo D. Sfortia Oddo, in *trac. compend. ſubſtit. partic. 6. art. 2. con. 14 poſt 6. limit. verſ contrarium tenens.* Eſt etiam re ipſa æquior, & benignior opinio, à qua non eſt vllatenus in iudicando, & conſulendo recedendum, & iuxta iſtam magis communẽ ſententiam fuit de præſenti anno 1581. in Aquilę religioſiſſime atque copioſiſſimè conſultum, per Du. Alexand. Trentac. compatriotam meum, virum eminentis ſcientiæ, & conſilium fuit ſubſignatũ per illuſtres Doct. Peruſinos, & Aquilanos in pulcherrimo caſu, ad fauorem magnificorum filiorum D. Iu. Hieron. Riuetæ: & illi conſilio requiſitus me ſubſcripſi: & electo iudice in ea cauſa, de ambarum partium conſenſu, illuſtri D. Vincent. de Franchis regio conſiliario, vndique incorruptiſſimo ac zelato iuſtitia, nataq; cauſa in ſacro concilio Neap. ita ibi religioſe Iudicatum fuit menſe Maii 1581. licet pro ipſis filiis, tranſmiſſionem prætendentibus, vehementiſſimæ coniecturæ afferentur, quo caſu hæc opinio indubitanter procedit. Sunt tamen qui eam dupliciter declarent. Primo cum ſumus in dictione, *ſuperſtites*, geminata, tunc etiam tranſmiſſionem impedire aſſerunt, non immerito Soc. Iun. *in d. conſ. 133. col. 3. in prin. vol 1.* & Zanch. *in d. § cum ita ante nu. 221.* Ioſeph. Lud. *in dec. Vmbr. 102 Hier. in 2. part.* Secundo, quando ſubſtitutioni de ſuperſtitibus in totum adiiceretur, vt ſingulariter tradit Ruin. *con 18. col. 2. & fin. volum. 2.* Si enim tranſmiſſioni iſto caſu locus eſſet, in totum non ſuccederetur ſed licet iſtam limitationem idem Zanck. referat *ante d. n. 121.* videtur nihilominus titubare *in fin. nu. 340.* relinquens cogitandum, vt per eum veruntamen eſt pulchra limitatio & ſingularis.

Tranſmiſſionis † autem, ea tacita voluntate coniecturæ quomodo colligantur, non admodum extricatum eſt. Quidam enim extrinſecus à teſtamẽto colligi poſſe autumant. Soc. Iun. *conſ. 167. col. 3. vol. 2.* citans ibi Ruin. *in d. § cum ita, vt per eum.* Pariſ. *d. con. 5. n. 17. vol 3 & conſ 66* [illegible] *princ. eod. vol.* Rub. Alex. *conſ 8. prop. fin.* Curt. Iun. *conſ. 121 colum. 6. circa princ.* & Ruin. *conſ. 86. colu. 4. vol. 2.* & aliqua in materia tetigimus *in præcedenti opin. nu. 20.* 5

Alii vero iuris interpretes aſſerunt, hoc iudicis arbitrio, circumſpectionique, & præſertim Curt. Iun. *conſ 96.* relatus per Soc. Iun. *conſ 141 num. 13. vol. 1. & conſ. 167. col. 3. eod. vol.* quem etiam comprobat. Cæteri demum Doct. ſentiunt, coniecturas illas, ex expreſſis in teſtamẽto colligendas eſſe, vt per Soc. poſt Bal. *in d. § cum ita, & conſ. 6 vol. 3.* Dec. *conſ. 55. col. pen. conſ. 417 col. 2. & conſ 465. col. fi.* Pariſ. *conſ. 86. col. 4. vol. 2. & con. 63. col. 2 in fi. vol.* Ruin. *con. 129. col. 2. in princ. vol. 1.* Ioan. Crot. *in l. 1 poſt num. 75 ff. de leg 1.* Curt. Iun. *conſ. 16. num. 6.* & ita eſt tenendum & concludendum, eſtque tutior opin. ac etiã communis, teſte Soc. Iun. *in d. conſ. 141. nu. 22. vol. 2.*

Vtque † ad coniecturas tranſmiſſionis tacitæ voluntatis deueniam prima ea eſt, quãdo poſt reciprocam ſubſtitutionem inter filios, ſi ſine liberis deceſſerint factam, ſubſtitutus eſt extraneus, ſi omnes ſine liberis, & tunc enim primus decedens cum liberis, tranſmiſit ſpem ſubſtitutionis reciprocæ ad filios ſuos, ita videtur determinare Bar. *in d. § cum ita in finalibus verbis*, ſi illa accurate ponderent vbi idem firmant Alberic. de Roſat. *ante fin.* Alex. *num. 7 & 19.* Soc. Sen. *n. 13.* Fab. Accorombonus, *num 33.* & Zanc. *nu. 275.* quicquid diſputando inferius aſſeueret, coniecturam iſtam ex Baldo, *conſ. 175. factam tale eſt Tortiſguerra. vol. 2. in antiquis*, deſumi ſubdens idem Soc. Sen *conſ 6. col. 3. volu. 3.* Iaſ. *conſ. 154. col. 6. vol. 4.* Curt. Iun. *conſ. 16 colum. 3. & con. 121. colum. 5.* Ruin. *conſ. 115. colum fin. vol. 1 conſ 85. col. pen. & ſequen. vol 2. conſ. 140. colum. 7. in princ. conſ. 174 col. 2. & conſ 201. col. antepen. eod volum.* Et licet ab ea diſſenſerint pauci [illegible] & ſub dubio tamen vt Rip. *in d. §. cum ita num. 4. & 66. in fin.* & Soc. Sen. *conſ 69. n. 2 v 13* nihilominus non eſt ab ea, tanquam communi opinione recedendum de qua meminit D. Sfortia Oddus, *in d. tract. comp. ſubſt. part. 6. con.* [illegible] *lim 5.* 6

Se unda † coniectura miſſurer oſtendit [illegible] deſcendentes in conditione poſiti [illegible] quæ ex eo-

deau

dem fere æquitatis fonte, quo præcedens coniectura oritur Bal. in d. l. vnic. n. 10 C. de his, qui ante aper. tab. Ful. con. 15. n. 5. Anch. con. 74. col. 1. ver. ſed certe. Cuma. con. 13. n. 1. Cur. Sen. conſ. 76. col pen. Dec. conſ. 594 n. 7. con 397. n. 6. & conſ. 515 n. 1. Soc. Sen. conſ 6. n. 11. & con. 104. n 9. vol. 3 Cur. Iun. conſ. 16. n. 6. Soc. Iun. conſ. 141. n. 24. vol. 2. Grau. conſ 69. n. 3 & in l. cum filius famil. n. 334. ff. de leg. 1. Pariſ. conſ. 50. col. 4. vol. 3. Oddus in tra. compen ſubſt. par. 6 concl. 13. in 6. limi. & Zanch. in d. §. cum ita. n. 306. in 7.
8 concl. Quæ † coniectura, tanquã verisſ. amplificari ...or, vt procedat etiã ſubſtituta pia cauſa, ſecundum R. conſ. 226. Testus instituit ſororem, vol. 3. in antiq. alias con. 154. vol. 1. impreſſum, cuius conſilii meminit Soc. Iun. conſ. 42. n. 33. vol. 1. Limitatur tamen notabiliter, vt per Rui. con. 140. col. 8. ver. 4. vol 2. in poſitis tacite in conditione, ex l. cum auus ff de cond & demon. Eſtq́, ea nota-
9 bilis limitatio, & menti tenenda. Tertia † coniectura eſt, cum ſubſtitutio iuncta eſt cum iure accreſcendi, ita Bal. conſ 9. n. 1. vol. 2. & conſ. 25 n 2 vol 4. Alex. con. 20 n. 7 vol. 1. Soc. Sen conſ 6. n. 14. vol. 3. Curt. Iun. conſ. ... idem Soc. in d. § cum ita, n. 13. Roi. con. 85. n. 10 vol. 2. Iaſ. con. 154 col. pen. ver. Quarto principaliter. vol. 4. Chaſſ. conſ. 62. n. 17. & Natta conſ. fin. nu. 7. vol 4 Et quamuis coniectura hęc plurimum controuertatur, & contra eam ſenſerint Ang. in d l. qui patri, circa prin. verſ. Si aliſt ipſum ius accreſcendi, de acq. her. vbi Io. de Imol. n. 5. in fi. Rom. n. 17. & Fran. Aret. in final verbo. Ruin. ſibi contrarius con. 181. n. 8 vol. 2. Rip. in d § cum ita, n. 66. poſt Pau. Caſtr. in l. ſi quis her. s, col. 2. ff. de acq. her. & quoſdã alios. Tamen non eſt recedendum à Baldi ſententia, quam magis communem ... Cephal. conſ. 16. n. 45. vol. 1. & conſ. 285. nu. 26. vol. 2. amplexus: quoc fuit etiam Graue. in l. cum filiuſfam. nu 345. cum aliis ſeq ff de leg. 1. & Oddus in tra. de compen. ſubſtit. part. 6. concl. 13 in 7. limit.
10 Quarta eſt coniectura, † quando habita eſſet ratio agnationis, vel maſculinitatis, vt cõcedunt conſtanter Iaſ. conſ. 233 col. fi vol. 2. conſ. 52. col. fi. vol. 3. & con. 154. vol. 4 Soc con. 6 col. 3. in fi vol. 3. Dec. conſ. 397. & con 574. col. 2 Cur. Sen. conſ. 75. Pariſ. conſ 66 col. 8 vol 3 con. 76. vol. 2 Curt. Iun. con. 69. con. 89. col. 2. in fi & con. 96. Ant. Rub. conſ. 68. col. 3. con 143. col 3 & conſ. 110. col. 3. & Soc. Iun. con. 117. col. fi. vol. 1. vbi meminit conſilii Curtii ſenioris & Socino iuniori ſe ſubſcripſit Curt. Iun. idem Soc. Iun. conſ 167. col 4. vol. 2 Grauet conſ 306. col. 3. & in d. l cum filiuſfam in 2. part. n 336. & Rui. conſ. 179. col. 3. vol. 2. admonens iſtam coniecturã fortiorẽ eſſe quacunq; alia per Soc. poſita in d. §. cum ita. Et ita etiam elegi inter per quãplurimas marmoreas rationes vidi alias in facti contingentia reſponſum, per inſignem, & celeberrimum D. Ioſeph. de Ruſtis, concivem meum, ſummo ingenio, & ſingulari ſcientia præditum, & eo tempore lætatus ſui tam præclaro conſilio approbatio à magna illuſtrium Docto. caterua, & emanato ad fauorem Magnificorum D. I. de Simeo-
11 nibus de Aquila. Quinta † inducitur quoq; coniectura ſimilis præcedenti, quando voluit teſtator bona perpetuo in familia remanere, ſecũdum Dec. conſil. 574. ſub n. 4. & Ruin. conſ 130. n. 2. & 6. vol. 3 & conſ.
12 156. col. fin. vol. 2. Sexta itidem † prędictis proxima manifeſta colligitur coniectura, cum adeſt prohibitio alienationis, ita Rui in d. conſ. 130. col. 2. & ſeq. vol. 3. & Zanch. in d. §. cum ita, n. 329. Septima † coniecto- 13
ra ſatis vtilis ſumitur ex eo quando teſtator non ſolum inſtituit ſubſtitutum, ſed etiam eius hęredes, vt concludunt Bal in l ſi pater. n. 19. de inſt & ſubſtit. Alex. con. 36 vol. 3. Soc. in d. §. cum ita n 12. Dec. conſ. 397. n. 6. & conſ. 515. n. 1. Alciat. conſ 3. n. 18. lib. 8. & Zanch. in d. §. cum ita. n 331. Octaua coniectura † ſtatuitur etiam è 14
viſceribus iuris, quæ eſt ea cum teſtator duos inſtruit adiiciendo, in ſtirpes, & non in capita, ſecundum Soci. Iuo. conſ. 89. poſt nu 14. vol. 3. & in d. § cum ita, n 57. in fi. iſtamq; opinionem veriſſimam eſſe fatetur Oddus, in d. tra. de compen. ſubſtit. part. 6. concl. 13 in 3 limit. Com. opin.

Nona eſt coniectura, † quando teſtator ſubſtituit 15
etiam filios fratris, iam tempore teſtamenti prædefuncti, vna cum fratrib. tunc viuentibus: tunc enim, ſi vnus fratrum præcedat ante grauatum, tranſmittit ſpem fideicommiſſi ad eius filios, ſecundum Ruin. conſ. 145. col pen. vol. 2. cum aliis ample aggregatis per Ant. Gabr. lib. 4. com concl. tit. de hæred inſtit. concl. 2. n 31. & 35. in 9. conclu. Decima † coniectura affertur 16
denique, cum extraneus anteponendus eſſet deſcendentibus teſtatoris, niſi fideicommiſſum intelligeretur tranſmiſſibile: nõ enim cenſetur extraneum ſuæ poſteritati voluiſſe præferri, l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Ne igitur minus dilectus magis dilecto præferatur, fit tranſmiſſio arg l Publius. § 1 de condit. & demon. per Glo. & Bart in l ſi mater. § fin. ff de vulg & pupil. ſubſtit. prout ita concludit Rui. conſ 178 col. 2 in fi. cum ſeq. vol. 2. & Zanch. in d § cum ita, nu 333. eandem q. opin. amplectuntur etiam Grauet in d. l cum filiusfamilias, in 2. part. n. 349. allegans Iaſ. conſ. 52. prope fin vol. 3. Socin. conſ 6. col. 3. in fin. vol. 3. & in d §. cum ita n. 13. idem Iaſ. conſ. 154. col. 4. vol 4. & Pariſ conſ. 78. n 3 vol. . & conſ. 3. n. 38. vol 3 Et quãuis aliqui Doct. contradixerint: tamen hęc diſcernitur apertiſſime cõ. opin. vt eam ſequendo teſtatus Ant. Gabriel. lib. 4 de hæred inſtit. concluſ. 2. n. 22. Poſſem demum † alias complures etiam 17 Com. opin.
coniecturas afferre, ſed hæ nunc ſufficiant, tanquam magis in foro occurrentes, ſuniq́ue mente tenendæ, cum ſæpiſſime incidat, & de veritate earum dubitetur: Agitur enim de coniecturata mente defuncti, quod periculoſum eſt, & laborioſum, ſæpeq́ue eius mentem perquirentes decipiuntur. Et quoniam ſine maximo certamine, hac noſtra tempeſtate, & præſertim in Regno, vbi floruerunt ſemper, & florent in regali ſcientia conſummatiſſimi, ſtrenuiſſimi, & peritiſſimi viri, victoria contingere non poteſt: ideo ſtante patrocinio, præſtito per memoratum D. Alexandrum Trencacinque, in cauſa Magnificorum de Riuera, in prædicto ſacro concilio Neap. & victoria obtenta in caſu iam relato, decreuit ad cõmunem mortalium vtilitatem, hos flores amœniſſimos, hoſq́ue ſales ſuauiſſimos, & præſens vtile conſiliũ hoc in locum typis tradere, vt denique veritas eluceſcat, qua nullus eſt ſuauior animo cibus, quę ipſa tamen, ſi dicendi ſuauitate, & ſynceritate priuaretur, prope concideret, atque iaceret.

Ff ALE-

ALEXANDRI TRENTACINQVE, V. I. D. AQVILANI, CONSILIVM II.

Caſus propoſitus eſt infra ſcriptus.

Magnificus quondam Carolus Riuera ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo vltra inſtitutiones hæredum vniuerſalium, fecit quoddam particulare fideicommiſſum hiſce propriis formalibus verbis formatum, vt apparet ex teſtamento, quod tranſmittitur.

ITem laſſa vſufruttuarii della valle de Gignano, do tutte vigne, e terre, & orto, e caſe, che eſſo teſtatore hauea al preſente, e che haueſſe per l'auuenire per inſino alla morte ſua, quello ſi trouaua alla morte d'eſſo teſtatore in detta valle de Gignano, come ha detto di ſopra, Et laſſa e vuole, ſiano vſufruttuarii per la terza parte di tutto, come ha detto di ſopra, terre, vigne, & orto e caſe, li figliuoli di Martino: e per la terza parte, li figliuoli maſchi di Piero, e per la terza parte li figliuoli maſchi di Mutio, o che morendo, che Iddio lo ceſſi, vno di eſſi figliuoli di Martino, ſenza figliuoli maſchi, e naturali, e legitimi, del corpo ſuo mora all'altro figliuolo di Martino la detta terza parte: e ſimilmente, hauendo piu figliuoli maſchi Piero, tutti quelli saranno figliuoli maſchi de Piero, ſiano vſufruttuarii della terza parte de dette poſſeſſioni della detta valle; & hauendo detto Piero figliuoli maſchi, tutti quelli ſaranno figliuoli maſchi de Piero che ne moriſſe alcuni di eſſi ſenza herede legitimo del corpo loro morano l'vno all'altro, e ſi caſo, Dio lo ceſſi, che detti figliuoli maſchi di Piero moriſſero ſenza figliuoli maſche, in queſto caſo muorano l'vno all'altro di quelli, che ſaranno viui delli figliuoli maſchi, e ſimilmente le figliuoli maſci di Mutio ſiano vſufruttuarii della terza parte della valle, e morendo alcuno di detti figliuoli maſchi di Mutio ſenza herede legitimo del corpo ſuo, in queſto caſo mora l'vno all'altro de detti figliuoli di Mutio, che Iddio lo ceſſi, morendo tutti li figliuoli Maſchi di Mutio, morano a quelli reſteranno viui, pro aquali portione alli figliuoli di Martino, & alli figliuoli maſchi di Piero: e coſi due dell'vno, come de gli altri, e fin che ſono viui Piero, e Mutio e li figliuoli di Martino, ne ſiano vſufruttuarii per la terza parte per vno, come ha detto di ſopra. E vuole, e laſſa, che la Valle, cioè vigne, terre, orto, e caſe non ſi poſſino mai vendere, ne impegnare la proprietà, ne tampoco non la poſſano dar per dote alle figliuole femine, eccetto del frutto, e vuole, che ſempre detta valle ſi richiami la valle di Gio. Carlo Riuera, e caſo, che Dio lo ceſſe, veniſſero a mancare la linea delli figliuoli maſchi di Piero, Mutio, figliuolo di eſſo teſtatore, o delli figliuoli di Martino, in detto caſo trouandoſi figliuole di Gio. Batta figliuolo di eſſo teſtatore maſchi, ouero figliuoli delli figliuoli maſchi di Gio. Battiſta legitimi e naturali del corpo loro, in detto caſo ſuccedano vſufruttuarii de detta valle, quelli ſi trouerranno maſchi: e come ha detto di ſopra non vuole, che mai di niun tempo alcuno di eſſi, ne inſieme poſſano, ne debbano vender la proprietà de dette vigne, terre, ne caſe, ne orto de detta valle: e caſo, che vno de eſſi ne vendeſſe la parte ſua, in queſto caſo recaſchi alli altri: e caſo, che ſi accordaſſero tutti tre a vendere le parti ſoradette di detta valle, reſtino vſufruttuarii li figli di Giouan Battiſta, ſuo figliuolo: e caſo, che ſi accordaſſero di vendere li ſopradetti, Piero, Mutio, e li figliuoli di Martino, e li figli di Giouan Battiſta, in queſto caſo reſtino vſufruttuarii gli Orfani del Corpo di Noſtro ſignor Gieſu Chriſto: a tale, che non vno'e ſe poſſe, ne vendere, ne impegnare la proprietà di detta Valle, ma biſognando ad alcuno di eſſi, ſe poſſano impegnare, & affittare l'intrata delle parti loro per tre anni, cioè ogni vno la parte ſua.

Ad nonnull[illegible] annos, poſt conditũ dictum teſtamentum deceſſit dictus Ioãnes Carolus, poſt cuius obitum mortuus fuit Petrus antedictus, relictis nonnullis filiabus, & relicto vno tantum filio maſculo, legitimo, & naturali, ex eius corpore legitime deſcendente, nomine Ioãne Carolo, demum ex hac vita migrauit Ioannes Hieronymus vnus ex filiis Martini, cui pro parte dictæ Vallis relicta fuit, relictis Bartholomæo, Troiano, & Franciſco, eius filiis legitimis, & naturalibus, & ex eius corpore legitime deſcendentibus, & ſuis ex teſtamẽto hæredibus. Poſt cuius obitum, vitam etiam morte cõmutauit Ioannes Carolus, vnicus filius Petri ſine filiis, ob cuius obitum effectus fuit caſus antedicti fideicommiſſi particularis: Idem ſorores dicti Ioannis Caroli, partem, quam earum frater in dicta valle habebat, reſtituerunt filiis Mutii, Ioanni Loyſio, filio Martini, & Troiano, Bartholomæo, & Franciſco, filiis Ioannis Hieronymi qui ſimiliter filius Martini erat, vt apparet ex contractu rogato manu egregii Notarii Ioannis Martini Verrucæ, qui [illegible] in hac facti [illegible] tranſmittitur, & poſt dictam reſtitutionem, vnanimiter omnes, ſine aliqua contradictione, acceperunt dictæ partis Vallis poſſeſſionem, & fructus ex ea communiter in pace perceperunt, terraſq; aratorias cõmuniter locauerũt, vt apparet ex contractu, qui etiam tranſmittitur. Demum poſt euentum caſus antedicti particularis fideicõmmiſſi, poſt reſtitutionem factam, poſt ceptam poſſeſſionem, poſt fructuum perceptionem, locationemq; terrarum aratoriarum, Ioan. Loyſius inſurrexit cõtra dictos Bartholomæum, Troianũ, & Franciſcum, filios & hæredes ſupradicti quondam Ioan. Hieronymi, filii Martini, prætendens, in dicta Valle non debere ipſos conſequi partem vigore antedicti fideicõmiſſi, dicens, ob mortẽ eorum patris, antequam caſus fideicõmiſſi adueniſſet, fuiſſe effectum caducu, & quod ius dicti fideicõmiſſi conditionalis, non fuerit ad ipſos per eorum patrẽ tranſmiſſum: Dicti vero filii, in pupillari ætate exiſtentes contra dicunt, quod cum agatur de ſucceſſione in iſto fideicõmiſſo Ioan. [illegible] teſtatoris, & ſic proaui ipſi ſuccedant in locum patris, & vna cum eorum patruo, Ioanne Loyſio, in dicto fideicõmiſſo ſuccedere debeant, & quod eorum pater, ad ipſos, ius dicti fideicõmiſſi particularis tranſmiſerit, tum quia vnicũ fuit, iure accreſcendi, tum, quia factum fuit ratione agnationis conſeruandæ, tum etiam, quia ipſi fuerunt in cõditione poſiti, & propter ea in caſu iſti vocati. Et quod in dicta parte vallis poſtquã euenit caſus fideicõmiſſi per reſtitutionem eis factam, per capturam poſſeſſionis, per perceptionem fructuum, per locationem factam de terris aratoriis cum conſenſu, & voluntate Ioannis Loyſii, ius acquiſiuerunt & per prædicta Ioannes Loyſius iuri dicti fideicõmmiſſi renunciaſſe cenſetur. Ad præſens dubitatum [illegible].

Diuino ſuo [illegible] præſidio.

In præſenti caſu propoſito videbatur prima facie concludendum, Ioannem Loyſium debere in parte Vallis Gignani, vi[illegible] fideicommiſſi, ſuccedere, excluſis dictis Troiano, Bartholomæo, Franciſco, & hæredibus Ioann. Hieronymi fratris vtrinque coniuncti Ioannis Loyſii, & filii Martini, qui erat filius legitimus, & naturalis Ioannis Caroli teſtatoris, & prædictorum aui: & hoc ex pluribus.

Et primo, † quia regula, quę vult, quod nepos ſubintret in locum patris, § *cum filim Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt* & quod eum repræſentet. Bal. in *l. 1. C de ſuum. hæp.* procedit, quando ſuccedit ut titulo hæreditario, & ſic ex diſpoſitione legis, ſecus, quando ex titulo fideicommiſſi, & ſic ex diſpoſitione hominis, ut tenent Bald. Cuma. Flor. & Angel. de Perigl. *in l. cum ita. §. in fideicommiſſ. ff de leg. 2* Angel. *in d §. cum filius.* Alex. *conſ.* 203. *col.* 3 *vol.* 2. *conſ.* 4. *col.* 4 *vol.* 4. & *conſ.* 129. *col. fin. vol.* 5. Cuma. *conſ.* 106. *col fin.* Capra. *conſ.* 5. *col. fin.* 1

col. fin. Corn. conſ. 183 vol. 2. & conſ. 131. col. 2. vol. 3. Dec.
conſ. 1. vbi atteſtatur hanc eſſe magis cōem, conſ. 299.
col. 3. conſ. 408. col. fin. vbi etiam atferit, hanc partem
cōiter approbatā, vt inſuper ita fuiſſe iudicatum Ro-
mæ, conſ. 411. conſ. 478. conſ. 480. vbi ſimiliter atteſta-
tur, hanc eſſe cōem, & in l. ſi aua. col. 2. C. de ſucceſ. edict.
vbi iterum dicit, ita Romæ fuiſſe iudicatum. Card.
Patiſ. conſ. 18 n. 8 conſ. 37 col. antepe vbi etiā ipſe tradit,
Cōis opin. hanc eſſe cōem dictorum ſententiā vol. 2. conſ. 40. n. 17.
conſ. 64 col. 5. eod vol. 2. & conſ. 21. col. 3. vol. 3. Iaſ. conſ. 4.
col. 2. vol. 1. Gozad. conſ. 29. col. 4. Ruin. conſ. 25. conſ. 162.
vol. 1. conſ. 124. conſ. 169 vol. 2. & conſ. 127. vol. 3. & Rub.
Alex. conſ. 36. col. fin. Sed nos loquimur in materia fi-
deicōmiſſi, & ſic in diſtinctione hominis: ergo dicti
Troianus, Bartol. & Franciſc. in caſu noſtro, nō ſub-
intrant in locum patris, & ipſum non repræſentant.
Quę concluſio confirmatur dupliciter.

Et primo. † Nam verba diſponentia de obtinente
19 primum locum, debent intelligi vere, & non ficte. l. 3.
§. hæc verba ff de neg. geſt. l. cum te parte. §. in inſulam. ff de ver.
20 obl. Sed nepos ſubintrat in locum patris per fictio-
nem Bal. in l. tutela. § ſi duo ff de leg. tut. & in c. 1. in fi. in ti.
imper Lothar. Epiſc. Papie, ergo cum in iſto fideicōmiſſo
teſtator loquatur de obtinentibus primum locum,
non habet locū in nepotib. qui ficte, & non vere pri-
mum obtinent locum.

21 Secundo. † Nam prior in gradu, potior in ſuc-
ceſſione, § ſi plures § proximus. inſtit. de leg. agn. ſucceſſ §.
fin. cum Glo. de ſeruit. cog. l. 2. § hæreditatis, & §. ſeq. ff. de ſuis,
& leg. hæred. & auth. ceſſante. C. de leg. hæred. Sed d. Ioan.
Loyſius eſt proximior Ioanni Carolo teſtatori, cūm
vt nepos in tertio gradu & d. filii Ioannis Hieron. in
quarto gradu exiſtant, l. iuriſconſult. §. 2. & 3 ff. de grad.
§. 2. cum ſeq. inſt. eod. tit. Ergo ipſe Ioannes Loyſius præ-
ferri debet. Secundo principaliter, quod Ioan. Loy-
ſius tantum ſuccedere debeat, probatur hac alia ra-
tione Nam antedict. fideicōmiſſum cōditionale eſt:
ergo per ipſum Ioan. Hieron. non potuit tranſmitti
22 ad eius filios Et ratio eſt, † quia fideicōmiſſum con-
ditionale non ſolum non tranſmittitur, quādo ſub-
ſtitutus eſt filiis, ſeu nepotibus aliquis extraneus, ſed
etiam ſi ſubſtituens ſit aliquis de deſcendentib. teſta-
toris. Nam, quod d. concluſio locum habeat, quādo
extraneus eſt ſubſtitutus tenent Doct. cōiter, in l. hæ-
redes mei §. cum ita. ff ad Treb. & in l. vnic. §. cum igitur per
illum text. C. de caduc. tollen. quod etiam locum habeat,
quando aliquis de deſcendentib. eſt ſubſtitutus, te-
nent Doct. tam in legendo, quā in conſulendo, nam
ita tenent Glo. in fi Cyn. in fi. Bart. n. 4. Bald n. 10. Sal.
n 8. & Albe. n 4. in l vnic §. fin aūt aliquis. C de caduc. toll.
Cyn. in l. i. in 2. oppoſ. C cōmun. de leg. Bal. in l. ſi pater n. 19.
C. de inſtit & ſubſt. Cyn. per totum, Bald. n. 5. Sal. in fin.
& Alb. in l in perſonam. C. de fideic. Bart. n 8. ante fin. Rip.
n 36. Iac. de Nigr. n. 61. & Crot n. 37. in l. 1. ff de leg. 1. Bal.
in fi. Alex. n. 4. Imol. in fin. & Aret. col. 2 in l. cum tu filio ff.
de vulg. & pup Bar. n 1. Ang. n. 2 & 3. & Alb. n. 2. & 3. in
l. ii tnt. ff. de act. & oblig Glo. & Bart. n 2 & in fin. Paul. de
Caſt. n. 3 in prin Alex. n. 6. Soc. Sen n 9. verſ. Igitur. Rip.
n. 60. ante fi. & Soc. Iun. nu 37. & 47 in l hæredes mei. §.
cum ita. ff. ad Trebell. Et conſulendo hanc eandem
opin. tenent Bald. in conſ. 116 nu. 2. conſ. 254. nu. 2. vol. 1.
conſ. 9. n. 1 vol 2. conſ. 319. nu. 6. vol. 4 conſ. 115 nu. 1. & conſ.
286. n. 3. vol. 5 Fulg conſ. 15. n. 1 & 3. Rom. conſ. 17 in prin.
conſ. 161. n. 1. & conſ. 185. n. 9 O. ai conſ. 131. verſ. Ad primū.
Aret. conſ. 1. n 5. Alex. conſ. 30 n. 3. vol. 2. conſ. 265 n. 4. vol.
5. conſ 106 nu. 2 conſ. 252. & conſ. 256. vol 6. conſ. 62. nu. 2.
vol 7 Corn. conſ. 248. n. 1. vol 1 Soc. conſ 197. col. 1. vol. 2.
conſ. 6. n. 11 conſ. 104. n. 8 vol. 3. conſ 94. n. 15 conſ. 74. n. 1
& conſ. 77. n. 3. vol. 4. Dec. conſ. 55. nu. 8. conſ. 397. nu. 2. &
conſ. 594. n. 7. Soc. Iun. conſ. 117. n. 18. vol. 1. & conſ. 141.
n. 1. vol. 2. Curt. Iun. conſ. 16. conſ. 69. n. 1. & conſ. 92. nu. 6.
& 9. Patiſ. conſ 18. vol. 2. Aymon. Grauet. conſ. 306 nu. 3.
Chaſſan. conſ 62. col. 2. verſ. Item imo, & in conſ. 65. col. 2.
verſ. facit quod habetur. Io. Ant. Alex. con. 8. 120. & 143.
Curt. Sen conſ. 64. n 59. & con. 76. col. 2. Iaſ. conſ. 80. vol. 1.
Grat. conſ. 101. col. 1. in prin vol. 2. Beroius conſ. 94. vol. 2. &
Marc. Ant. Natta, conſ 55. in. 17. & ſeq. vol. 2. Hanc ean-
dem opin. iudicando ſecuti ſunt Gui. Papæ, deciſ. 232.
n. 3. Boer. deciſ. 354 nu. 13. & Marc. deciſ. 78. nu. 8. & hęc
eſt cōis, & recepta Scribent. ſententia, Quæ conclu- Cōis opin.
ſio probatur in d. l. hæredes mei. § cum ita ff. ad Trebell. &
in d. l. vnic. §. ſi quid aūt ſub conditione. C. de cad. toll.

Tertio principaliter † in fauorem d. Ioannis Loy- 23
ſii facit hoc fundamentum, In ſubſtitutionib. præfe-
runtur à teſtatore magis dilecti Pau. Caſt. Alex. Aret.
in 3. not. in l. cohæredi. §. qui diſ. rctas, per hunc text. ff de vul.
& pupil Bar. in l. Lucius, & in l. fin. vbi eum Doct. cōiter
ſequuntur ff ad Trebell. Imo. in d. l. cohæredi. §. qui patrem
in 3. not. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. fi. C. de verb ſign. Iaſ. &
cæteri in l. qui liberis § hæc verba ff de vulg. & pupil. Doct.
in l. Gallus § quidam recte. ff. de liber. & poſth. & Socin. in
conſ. 49. vol. 1. ſed in caſu noſtro Ioan. Loyſius à teſta-
tore magis fuit dilectus quam dicti Bartol. Troian.
& Franciſcus, filii Ioannis Hieronymi, ergo ipſe Io-
annes Loyſius præferri debet. Quod fuerit magis di-
lectus, probatur ex duobus. Primo, † Ioannes Loy- 24
ſius fuit hæres inſtitutus: dicti vero filii Ioannis Hie-
ronymi fuerunt in conditione poſiti, & ideo non di-
cuntur vocati, & honorati Doct. cōiter, in l. Centurio.
ff de vulg & pupil. ſubſt. Alex. conſ. 55 vol. 4. con 202. vol. 7.
& Soc. conſ. 218. vol. 2. & conſ 104. vol. 3. Vt † igitur Io. 25
Loyſ. in inſtitutione fuit prædilectus, ita pariter & in
ſubſtitutione prædilectus præſumitur Bart. & cæteri
in l. fin. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 465. col. 1. conſ. 514. col. 1. &
Curt. Iun. con. 70 vol. 1. & con. 91. col 1. Secundo, Nam 26
dicti † filii Ioan. Hier. tempore mortis teſtatoris, nō
erant nati, neq; concepti: Ergo apparet, quod teſta-
tor maiorē habuerit affectionem ad Ioan. Loyſium,
quam ad iſtos abnepotes, neq; natos, neque conce-
ptos. Bal. in l. Lucius ff. de hære. inſt & in l. qui filiobus, cum
tbt notatis. ff de leg. 1. Alex conſ 51. nu. 6. vol. 4. Curt. Iun.
conſ 58. in fin. & Rubeus, conſ. 82. Quarto † probatur 27
hæc opin. hac concluſione: Appellatione filiorum
non veniunt nepotes, quando nepotum fauor reſul-
taret in damnum filiorum, Dec. conſ. 95 col. 4. in princ.
Item appellatione † filiorum non veniunt nepotes, 28
quoties diſpoſitio poteſt verificari in perſona filio-
rum. Bart. in l. liberorum, col pen. ff de verb ſign. Alex. conſ.
91. & conſ 105. lib. 1. Gozad. conſ 36. Patiſ. conſ. 86. nu. 15.
& conſ. ſeq. n 22. vol. 2. & conſ 20. col pen. vol 3. Imol. Alc.
Soc. & Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens ff. de lib. & poſth. Sed in
dicto fideicommiſſo per teſtatorem vocati ſunt filii
Martini, Etſi nepotes Martini appellatione filiorum
venirent, reſultaret in damnum Ioannis Loyſii filii
Martini, & diſpoſitio filiorum Martini verificari po-
teſt in perſona Ioannis Loyſii, ergo ſub dicta appel-
latione filiorum non veniunt dicti Troianus, Barto.
& Franciſcus, filii Ioannis Hieronymi, & Martini ne-
potes. Confirmatur hoc fundamentum ex verbis
ipſius teſtatoris, dum dicit: *Morendo tutti li figliuoli ma-
ſchi di Martio, morano aquelli ch'ſtaranno viui, pro æquali
portioni alli figliuoli di Martino, & alli figliuoli maſchi di
Piero, e coſi duce dell' vno, come degli altri.* Ecce, quod te-
ſtator vult, quod filii pro parte, morientur illis ex fi-
liis Martini, qui erant viui, tempore, quo caſus eue-
nit, & ſic quod ſuperſtitibus filiis Martini pro parte
moriuntur. Nam videtur apparere de manifeſtiſſima
teſtatoris voluntate, cum per dicta verba demon-

29 ſtrictius limitata eius diſpoſitio. Pro quo facit † dictum Baldi, *in l. quidam elogio, col. fin. C. de iuri delib.* vbi dicit, quod *l. qui patri. ff. de acquir. hered.* quæ diſpoſuit, quod pupillaris ſubſtitutio, vnita cum iure accreſcendi, tranſmittatur ad hæredes, non procedat quando dictæ ſubſtitutionis verba ſunt formata per teſtatorē hoc modo: *Et ſuperuiuentem ſubſtituo*: Nam non habet locum, *d. l. qui patri*, quia iſta verba tacitam habent conditionē, *ſi ſuperuixerit*, vnde qui non ſuperuiuit, non eſt ſubſtitutus, & ſic nō tranſmittit, facit ad hoc, *l. ſi pater filium. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & Bal. ſequuntur Rom. & Alex. *in d. l. qui patri.* Nam inclusio, ſuperſtitis excludit alios, qui non ſunt ſuperſtites, arg. *l. cum prætor, in prin. ff. de iud. & c. nonne, Extra de præſum.* Et facit ad hoc, quia ſi teſtator voluiſſet tale fideicommiſſum transmitti ad filios d. Ioannis Hieron. vtiq; iſtud expreſſiſſet, ſicut expreſſit de ipſo Ioanne Hieron. & nō exprimēdo datur intelligi voluntatē eius fuiſſe, iſto caſu fideicō. nullam ceſſare arg. *l. 1. §. fin. auꝫ. C. de cad.*

30 *toll.* Quinto † & vltimo, alio omiſſis, probatur hac ratione. In fideicōmiſſis, licet teſtatori ſuccedatur, tamen quando in eo ſub nomine collectiuo plures vocantur: tunc in ſuccedendo attendi debet proximior in gradu, illi, qui debet fideicōmiſſum reſtituere & non proximior primo teſtatori: ita tenet Soci. *in l. ſi cognatis, nu. 40. ff. de reb. dub. & conſ. 86. ſub nu. 11. in verſ. Aliquando & quarto, vol. 3. conſ. 249. ſub n. 20. in verſ. circa ſecundā difficultatē*, vbi latiſſime loquitur, *vol. 2. & conſ. 73. n. 14. vol. 4.* quē ſecuti ſunt Corn. *conſ. 96. col. 1. conſ. 22. vol. 2. & conſ. 130. col. 2. verſ. Et licet ipſi ſint in pari gradu vol. 3.* Iaſ. *conſ. 84. in 2. col. verſ. Item quando d. conſuetudo. vol. 1.* Bertr. *conſ. 300. ſuppoſito titulo, in 3. col. verſ. Et primo ad primum, & in ſeq. col. vſq. ad verſ. Ad ſecundum dico, vol. 3.* Curt. Iun. *conſ. 125.* Maria. Soc. Iun. *conſ. 126. nu. 11.* vbi latiſſime loquitur, & ibid. *n. 56.* aſſerit, hanc opin. in puncto iuris veriorē, eamq; eſſe cōem opin. omnium Doct. & nō fas eſſe ab ea in iudicando recedere Gozad. *in conſ. 4. col. pen. in pr.* vbi atteſtatur, hanc eſſe cōem opin. Rub. Alex. *conſ. 36. col. 2. & conſ. 58. col. fin.* Crot. *conſ. 39. in fin. inter conſilia Rubei Alexandri.* Iul. Clarus *lib. 4. ſenten. in §. Teſtamentum. q. 76. in 6. reg. ver. Sed hic occurrit.* & Rolan. à Valle, *conſ. 100. nu. 18. vol. 1.* vbi alios Doctor. allegat: ſed in caſu noſtro, in hoc fideicōmiſſo particulari vocantur plures ſub nomine collectiuo, vt apparet ex verbis teſtamenti: ergo reſpectu ſucceſſionis attenditur proximitas, reſpectu illius, qui debet fideicōmiſſum reſtituere, & ſic Ioannis Caroli iunioris, & non reſpectu teſtatoris, & ſic Ioan. Caroli ſenioris: ſed reſpectu Ioānis Caroli iunioris, proximior eſt Ioannes Loyſius, filius Ioannis Hieronymi. cum Ioannes Loyſius ſit in 3. gradu, filii vero Ioan. Hieronymi ſint in 4. gradu, *l. Iuriſconſultus §. 2. & 3. ff. de gradib.* Ergo Ioannes Loyſius in hoc fideicōmiſſo præferri debet filiis Ioānis Hieronymi. Verum antedictis in contrariū adductis non obſtantib. in oppoſitum ſe habet veritas, & in dicto particulari fideicōmiſſo vna cum Ioanne Loyſio ſuccedere debent eius nepotes, videl. Troianus, Bartolom. & Franciſcus, filii & hæredes Ioannis Hieronymi, qui erat ſimiliter filius Martini, quod patet eſſe verum

31 ex pluribus. Et primo, † quia in fideicōmiſſo filii ſuccedunt loco patris, ita, vt cum patruo concurrant, quam veriſſimā opin. tenet Glo. *in l. cum ita. § in fideic. ff. de leg. 2.* & eam ibi ſequuntur Imol. *circa fin.* Ang. de Perug. & Iacob. de Put. Iſtam eandem opin. ſecuti ſunt Bal. *in conſ. 488. vol. 3.* Soc. *conſ. 152. vol. 1. verſ. Ad ſecundam rationē principaliter reſpondetur.* Aret. *conſ. 163. col. fi.* Soc. *conſ. 51. ſub n. 19. vol. 4.* Chaſſa. ad conſuet. Burg. *fol. 175. col. 1. & ſeq.* Aymon. Grauet. *conſ. 67. ſub nu. 5.* Bertr. *conſ. 256. col. fin. vol. 3.* Corn. *in l. fi. circa fin. C. de verb. ſign. & conſ. 131. vol. 3.* & eſt cōis opin. prout aſſerunt, & eam ſequuntur Alex. *conſ. 88. vol. 2.* Guald. *caut. 27. de ſubſtit.* & Ruin. *conſ. 12. n. 14. & conſ. 13. in vlt. col. vol. 1.* Imo hæc opin. eſt magis cōis, magis cōiter approbatur, & cum ea magis cōiter tranſeunt Docto. prout ſe ita referunt, & ſequuntur Alex. *conſ. 26. vol. 3.* Gozad. *conſ. 4. nu. 16. & ſub n. 31. ver. Ad ſextum, & ſeptimum dico*, vbi etiam dicit, Decium *conſ. 5.* contrariū aſſerentem male loqui, Rui. *in conſ. 78. ſub nu. 21. in fin. & conſ. 171. vol. 2.* & eleganter Maria Soc. Iun. *conſ. 116. n. 9. vol. 1.* & apertiſſime *in conſ. 146. per tot.* & præcipue *n. 17. vol. 2.* Cōis opin.

32 Et hęc opinio eſt veriſſima, † quando agitur de fideicōmiſſo aui, vel patrui, & agitur de ſucceſſione aſcendentiū, ſeu de ſucceſſione fratris, vel ſororis in quibus caſibus ab inteſtato filii ſubintrant in locum patris. Nam in hoc caſu, ſi veritatē amamus, etiam in fideicōmiſſis filius ſuccedit in locum patris, & cum patruo concurrit, prout eſt in caſu noſtro, cum agatur de fideicōmiſſo proaui, & ſic aſcendentis, quam opinionem tenent Dec. *conſ. 1. & conſ. 217.* Curt. Iun. *conſ. 57. & 58. & in conſ. 118. n. 11. & in conſ. 161.* vbi hanc eſſe magis cōem reſolutionē affirmat, Card. Paris. *con. 36. ſub n. 1. & 2. vol. 2.* Rui. *con. 167. n. 18. lib. 1. & Iaſ. conſ. 159. vol. 4.* Et cum hæc ſit cōis, imo magis cōis opin. ab ea in iudicando non eſt recedendum. Ioan. And. & plenißime alii, *in c. 1. de conſtit. & in c. nouimus de verb. ſign.* & notatur *in l. 1. ff. de offic. quæſtor.* Imo cum ſit opinio Glo. ab eo in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum Iacob. Butrig. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.* Bald. *in l. fin. § neceßitate C. de bon. quæ lib. & in l. precibus. C. de in pub. & aliis ſubſt.* Adde ſupra *opin. 319. nu. 7. & ſeq. & 349. n. 4. & 19. & n. 38.* Authoritas enim Gloſſæ omnes alios antecellit, Bart. *in l. ex hoc iure, in vlt. col. ff. de iuſt. & iur.* & Bald. *in l. cum hæreditas C. depoſit.* & ideo à ſententia Gloſſæ quis in iudicando ſecure nō recedit. Ang. *conſ. 178. & conſ. 297.* Et in deciſiuis ab opin. Gloſſæ non eſt diſcedendum. Vbert. Lucard. *in Rub. C. de pactis num. 14. & 35.* & ſic hæc opinio eſt communis, & magis cōiter approbatur à Docto. & propterea Doctores, qui dixerunt hanc opin. cōiter reprobatā eſſe peſſime locuti ſunt, prout dicit Marc. Ant. Natta *in addit. ad conſ. Alex. in conſ. 16. in littera F. lib. 3.* & hæc opinio vti cōis, & magis cōis in iudicando eſt ſequenda, prout aſſerunt Cephal. *conſ. 16. vol. 1. & conſ. 281. vol. 2.* Rolan. à Valle *conſ. 68. vol. 1.* Cōis opin.

33 Et ratio eſt, † quia voluntas teſtatoris regulatur ſecundum diſpoſitionem iuris cōis, loquentis ab inteſtato Bar. Ang. Raphael Comens. & cōiter Doct. *in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* Bart. *in l. hæredibus. §. 1. vnd. lib.* Imol. *in l. fin. ff. de condit. & demonſt.* Petr. de Ancha. *conſ. 119. incip. Pro clariori deciſione dubii, de qua ſupra in themate, circa fin.* Salic. *in auth. nunc hæreditas, ad fi. C. de bonis quæ liber.* & hæc eſt cōis opin. prout ita dicit Curt. Iun. *conſ. 75. & 58.*

34 Sed de iure cōmuni † ab inteſtato, vbi agitur de ſucceſſione aſcendentis, vel patrui, filius in locum patris prædefuncti ſubintrat, & cum patruo concurrit. *§. cum filius Inſt. de hæred. ab inteſt. auth. ceſſante, & auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. §. ſi igitur defunctus in Auth. de hæred. ab inteſt. venien. & in Auth. vt fratrum filii in princ.* & in caſu noſtro agitur de ſucceſſione Ioan. Caroli teſtatoris, & ſic aſcendentis; enim per fideicommiſſum teſtatori ſuccedatur, *l. cohæredi. §. cum filia ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* in quo caſu filii Ioan. Hieronymi ab inteſtato cum patruo ſuccederent: ergo in caſu noſtro; in iſto fideicōmiſſo, dicti Troianus, Bartol. & Franciſcus, in locum patris prædefuncti ſubintrant, & cum patruo concurrunt.

35 Secundo † hanc opin. veriſſimam eſſe probamus hac alia ratione, licet fidei-

commiſ-

commiſſum conditionale ad hæredes nõ tranſmittatur, quando fideicommiſſarius pendente conditione moritur, tamen hæc concluſio non procedit, quando ex coniecturis conſtaret de voluntate teſtatoris, quod etiam pendente conditione, voluerit legatum, vel aliam conditionalem diſpoſitionem ad hæredes tranſmitti: ita declarant Bald. *in l. vnica. C. de his, qui ante aper. tabul.* Dd. *in l. 1. ff. de lega. 1.* & Curt. Sen. *conſ. 76.* Iaſ. *conſ. 233. vol. 2. conſ. 52. vol. 3. & conſ. 154. volu. 4.* Curt. Iun. *conſil. 16.* Dec. *conſil. 397. conſ. 594. & conſ. 569.* Soc. Sen. *conſ. 6. lib. 3.* Soc. Iun. *conſ. 141. vol. 2.* Gratus *conſ. 101. volu. 2.* Pariſ. *conſ. 50. 51. & 66. vol. 3.* Ruin. *conſ. 20. 95. 145. 156. 179. & 201. volum. 2.* Grauet. *conſil. 69.* & Burſat. *conſil. 71. numer. 7. volum. 1.* Sed in caſu noſtro, vltra apertiſſima verba, appoſita in teſtamento, vt inferius dicemus, conſtat de coniecturata mente teſtatoris: ergo iſtud fideicommiſſum ad ſuos filios Ioannes Hieronymus tranſmittit, & hoc eſt iſtud fideicommiſſum conditionale ad hæredes tranſmiſſibile. Quod conſtet ex coniecturis, probatur ex pluribus.

Et prima † coniectura eſt. Nam quando filii ſubſtituti poſiti ſunt in conditione, tunc cum teſtator videat ad dictos filios affectionem habuiſſe, fideicommiſſum, etiam decedente ſubſtituto ante eum, cui facta fuit ſubſtitutio, ad eius filios tranſmittitur, & hæc eſt communis concluſio, quam tenent Bald. *in l. vnica, n. 10. C. de his, qui ante aper. tabul.* Aymon. *in l. cum filiusfamilias, n. 334. ff. de lega. 1.* Fulg. *conſ. 15.* Pet. de Anchar. *conſ. 74.* Cuman. *conſ. 13.* Socin. *conſ. 6. nu. 12. & conſ. 104. num. 9. vol. 3.* Iaſ. *conſ. 52. vol. 3. & conſ. 154. vol. 4.* Dec. *conſil. 397. nu. 6. & conſ. 515. nu. 1.* Marian. Soc. Iun. *conſ. 141. nu. 24. vol. 2.* Ruin. *conſ. 145. vol. 2.* Card. Pariſ. *conſ. 91. nu. 44. & ſeq. vol. 2. & conſ. 8. nu. 15. & conſ. 5. vol. 1.* Curt. Iun. *conſil. 16. nu. 6.* Curt. Sen. *conſ. 76. col. pen.* Grauett. *conſ. 69. nu. 3.* & Grat. *conſ. 101. vol. 1.* Quæ concluſio probatur per *l. Lucius, in fin. ff. de hæred. inſtituendis.*

37 Et hæc † concluſio procedit etiam, quando per teſtatorem dictum fuiſſet; *Superuenientes, ſeu ſuperſtites ſubſtitua.* ita in ſpecie concludunt Cuman. *conſil. 13.* Fulgoſ. *conſ. 15.* Deci. *conſ. 569. nu. 4.* Soc. *in l. hæredes mei. §. cum ita, ſub nu. 30. verſ. Ex quo dicto infero illud declarando. ff. ad Trebell.* Aymon. *in d. l. cum filiusfamilias, n. 352.* vbi copioſiſſime loquitur, & omnibus in contrarium adductis reſpondet. Pariſ. *conſ. 50. per totum, & præcipue nu. 35. volu. 3.* Ioan. Cephal. in terminis, *conſ. 114. volu. 1.* Pariſ. *conſ. 5. nu. 34. vol. 3.* Ruin. *conſ. 130. vol. 3.* & Sfortia Oddus Iuriſconſultus Peruſinus, *in tract. compend. de ſubſtitutionis, in part. 6. artic. 1. in ſublimitatione 6. limit. tertio caſu*
Cōi opi. *prin.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem opinionem, & eam etiam tenent quamplurimi Docto. qui ibi fine conſilii videri poterunt.

§ Quæ concluſio probatur per tex. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.* cum ſic inducendo, Docto. communiter in eo. §. dicunt, quod ſi ibi neptis teſtatoris ſubſtituta non fuiſſet, & non fuiſſet dictum, *totam rem omnem &c.* vtique nepos ex fratre admiſſus fuiſſet ex iudicio, atta vero ibi ſubſtitutio facta fuit hoc modo: *Fidei pluorum meorum committo, vt ſi quis eorum ſine liberis prior, diem ſuum obierit, partem ſuam ſuperſtiti fratri reſtituat:* Ecce quod ſubſtitutio fuit facta ſuperſtiti, & tamen nepos ſucceſſiſſet, ſi neptis non fuiſſet ſubſtituta, & quidem in omni, vel in tota hæreditate: ergo fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad filios in conditione poſitos: etiam ſi ſubſtitutio facta ſit ſuperſtiti. Et ratio eſt, quia teſtator ponendo filios in conditione, habuit mentem, & affectionem ad ipſos: quando igitur ſubſtituit ſuperuenientes, credit teſtator, quod reliqui filii ſuperuicturi ſint, non credens, quod aliquis ipſorum cum filiis antea mortuus ſit, quia ſi cogitaſſet, vtique diſpoſuiſſet, cum ex verbis colligatur, eum habuiſſe æqualem affectionem ad filios, & ad filios eorum. Sicut igitur ſubſtituit filium, ita etiam eius filios ſubſtituiſſet: & propterea dicta verba, *ſuperſtites, & ſuperuenientes,* intelligũtur etiam de ſuperſtitib. & ſuperuenientibus filiis filiorum inſtitutorum, præmortuorum ante grauatum, & ante euentum conditionis.

§ Sed in caſu noſtro, filii maſculi Ioannis Hieronymi poſiti fuerunt in conditione, vt patet ex illis verbis: *Et che morendo, che Iddio lo ceſſi, vno di eſſi figliuoli de Martino ſenza figliuoli maſchi & naturali, & legitimi dal corpo ſuo &c. 1. Et ſi moriatur, quod Deus auertat, vnus ex filiis Martini abſq; filiis maſculis naturalibus, & legitimis ex corpore eius &c.* Ergo iſtud fideicõmiſſum conditionale ipſe Ioan. Hieronymus tranſmiſit ad dictos ſuos filios.

Secunda coniectura eſt. † Nam teſtator in caſu noſtro fecit plures gradus ſubſtitutionum, vt apparet ex lectura teſtamenti: Vnde ſic infertur. Quando teſtator facit plures gradus ſubſtitutionum, tunc cenſetur ſubſtitutũ cũ conditione; *ſi ſine filiis deceſſerit,* grauaſſe tranſmittere ad filium ſuum: ita tenant Pariſ. *conſ. 66. nu. 52. & 76. & conſ. 78. col. 1. vol. 3. & conſ. 77. n. 10. & 11. vol. 1.* Grat. *in libr. 2. Reſponſor. reſpon. 101. col. 1. in fin.* Dec. *conſ. 194.* Soc. Iun. *conſ. 141. vol. 2.* & Io. Cephal. *conſ. 114. vol. 1.* Cum igitur in caſu iſto ſubſtitutus cenſeatur grauatus tranſmittere ad filios ſuos fideicõmiſſum, non eſt dubium, quin Ioannes Hieronymus prædictũ fideicommiſſum ad filios ſuos tranſmiſerit. 38

Tertia † coniectura eſt. Nam Doct. inter alias coniecturas, quas adducũt, ad cognoſcendũ mentẽ teſtatoris fuiſſe, fideicom. tranſmitti ad filios ſubſtituti, adducunt illam, qñ facta eſt fauore agnationis, & ſic teſtator habuit conſiderationem ad agnationis conſeruationem, tunc enim fideicommiſſum tranſmittitur; quia bona non poſſent in agnatione conſeruari, niſi fideicommiſſum tranſmitteretur, ita in ſpecie concludunt Dec. *conſ. 574. nu. 4.* Soc. Sen. *conſil. 6. nu. 13. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 5. in fol. 50. 66. 69. & 78. volu. 3. & conſ. 79. vol. 2.* Ruin. *conſ. 140. nu. 15. conſ. 156. nu. 13. & conſil. 179. nu. 6. & 7. vol. 2.* Iaſ. *conſ. 52. vol. 3. & conſ. 154. volum. 4.* Curt. Iun. *conſ. 69. & conſ. 89. n. 6.* Grauet. *conſ. 306. num. 3.* Marian. Socin. Iun. *conſ. 167. nu. 20. vol. 2.* Rub. *conſ. 28. nu. 8. & conſ. 120. nu. 4.* & Ioan. Cephal. *conſ. 16. vol. 1.* Sed in caſu noſtro teſtator non ſolum in iſto fideicommiſſo, ſed in inſtitutionibus habuit conſiderationem ad conſeruationem agnationis, quod patet ex pluribus. 39

§ Primo, quia voluit, vt tantum maſculi ſuccederent in iſto fideicommiſſo, quod non alia ratione videtur feciſſe, quam vt bona in agnatione conſeruaret, vt antedicti Doct. dicunt.

§ Secundo apparet, quia non vult vt vendi, pignorari, alienari, ſeu in dotem dari poſſit, ſed vult, vt ſemper vocetur Vallis Ioannis Caroli Riueræ, & quod ſemper duret in linea filiorum, Mutii, Petri, & filiorum Martini, qua deficiente, vult vt eat ad filios, & ad filios filiorum Ioannis Baptiſtæ filii ſimiliter teſtatoris.

§ Tertio apparet, quia in inſtitutionibus vult, vt ſi omnes inſtituti moriantur ſine filiis, quod moriantur propinquioribus de domo, ita quod ſemper hæreditas eat ad homines propinquiores de eius domo. Ergo cũ dictum fideicõmiſſum fauore agnationis conſeruandæ factum fuerit, non eſt dubium illud de mente teſtatoris eſſe ad filios ſubſtitutorum tranſmiſſibile.

Quarta coniectura eſt: Quia teſtator inter filios Martini, qui ſunt Ioannes Hieronymus, & Ioannes Loyſius, & Petrum, & Mutium inſtituit, & inuicem ſubſtituit, & ſic ab initio re & verbis teſtator ſuos hæredes coniunxit, ſicque ius accreſcendi cum fideicommiſſaria ſubſtitutione coniunxit.

40 Sed quando ius † accreſcendi eſt fideicommiſſariæ ſubſtitutioni iunctum, facit illam ſubſtitutionem ſui natura non tranſmiſſibilem, eſſe tranſmiſſibilem, *l. qui patri. l. qui ex duobus. ff. de acquiren. hæred.* Et apertiſſime in terminis ita dixerunt, Iaſ. *in l. Lucius. §. fin. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. & in conſil.* 154. *volum.* 4. Aretin. *in d. l. qui ex duobus.* Curtius Iunior *in rubric. colum. penult.* & ibi Cagnol. *num.* 52. *C. quando non peten. par. & conſil.* 16. *num.* 8. Socinus Senior *conſil.* 6. *num.* 14. *volum.* 3. Ruinus *conſil.* 156. *num.* 4. *& conſil.* 278. *num.* 2. *volum.* 2. *& conſil.* 101. *num.* 7. *eodem volum.* vbi notabiliter loquitur. Pariſien. *conſil.* 76. *& conſil.* 77. *num.* 23 *volum.* 2. idem *conſil.* 5. 50. *&* 66 *volum* 3. Alexandrin. *conſil.* 20. *num.* 7. *volum.* 1. & Ioan. Cephalus *conſil* 16. *conſil* 14. *volum.* 1. *& conſil.* 283. *num.* 26. *volum.* 2. & eſt communis, & recepta Scribentium ſententia, vt atteſtatur, & eam ſequitur Iacob. Menoch. *conſil.* 95 *num.* 111.

Cōis opin.

41 Et ratio eſt, † quia ſubſtitutio vnita cum iure accreſcendi aſſumit illius naturam, & ad inſtar iuris accreſcendi tranſmittitur, *d. l. qui ex duobus, & d. l. qui patri.*

Vnde vti ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredes, etiamſi pendente conditione hæres mortuus fuerit, *l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legit.* ita etiam ad hæredes fideicommiſſum tranſmittitur, licet pendente conditione fideicommiſſarius deceſſerit.

Vnde cum in caſu noſtro ius accreſcendi vnitum ſit cum ſubſtitutione iſta fideicommiſſaria, non eſt dubium cum dicta ſubſtitutio ad filios ſubſtitutorum ſit tranſmiſſibilis.

Quinta, & vltima coniectura eſt, imo dico, quod non eſt coniectura, ſed aperte appareat de mente teſtatoris, conſiderando verba ipſius, quæ ſunt iſta formalia.

E vuole, e laſſa, che la Valle, cio è vigne, terre, orto, & caſe, non ſe poſſano mai vendere, ne impegnare la proprietà ne tampoco non la poſſano dar per dote alle figliuoli femine, eccetto del frutto; e vuole che ſempre detta Valle ſi chiame la Valle de Giouan Carlo Riuera; e caſo, ch' Iddio lo ceſſe, veneſſe à mancare la linea delli figliuoli maſchi di Piero Mutio, figliuoli di eſſo teſtatore, o delli figliuoli de Martino; in detto caſo, trouandoſi figliuoli de Giouan Battiſta figliuolo di eſſo teſtatore maſchi, ouero figliuoli delli figliuoli maſchi di Giouan Battiſta, legitimi e naturale del corpo loro, in detto caſo ſuccedano vſufruttuarii di detta Valle quelli ſi trouaranno maſchi.

Et vult, ac relinquit, quod Vallis, id eſt Vinea, fundi, hortus, & domus, nunquam poſſint vendi, nec oppignorari, quo ad proprietatem, nec etiam poſſint dari pro dote filiabus fœminis excepto fructu; & vult, vt dicta vallis ſemper vocetur Vallis Ioannis Caroli Riuera, & caſu, quē Deus auertat, quo deficeret linea filiorum maſculorum Petri, Mutii, filii teſtatoris, & filiorum Martini, tunc ſi inuenientur filii ex Ioanne Baptiſta filio teſtatoris, aut filii filiorum Ioannis Baptiſtæ, legitimi & naturales è corpore eius procreati, eo caſu ſuccedent, & erunt vſufructuarii dictæ Vallis qui reperientur maſculi.

42 Eſt in dictis † verbis in primis conſideranda prohibitio alienationis dictæ Vallis, quæ prohibitio declarat mentem teſtatoris fuiſſe, & eſſe, voluiſſe, & velle nepotes, & cæteros deſcendentes conſequi debere hæc bona; & ideo ad nepotes hoc fideicommiſſum tranſmittitur. Iacob. Menoch. *d. conſil.* 95. *num.* 110. Pariſ. *conſil.* 50. *nu.* 61. & Ioan Cephal. *conſil.* 16. *ſub nu.* 44 *vol.* 1.

§ Et ratio eſt, quia non alia ratione prohibuit alienationem, niſi, quia voluit dicta bona perpetuo conſeruari in eius domo, & ſic prohibuit ratione agnationis conſeruandæ: & ideo dictum fideicommiſſum tranſmittitur.

Et ratio rationis eſt, quia vti prætulit ratione agnationis conſeruandæ maſculos: ita cenſetur eorum filios prætuliſſe: & vti dicta ratio locum habet in maſculis filiis, ita etiam in nepotibus: & ideo, vt dictum fideicommiſſum, eueniente conditione, eſt filiorum maſculorum: ita eis mortuis, iure tranſmiſſionis debet eſſe nepotum, cum illud debeat haberi pro expreſſo, quia ita teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de iſto interrogatus fuiſſet, vt probatur *in l. Titius. §. 1. ff. de lib. & poſthum.* quia in omnibus eadem ratio agnationis conſeruandæ militat, ad quam teſtator habuit reſpectum, quo ad filium: ideo in omnibus eadem diſpoſitio militare debet.

§ Item ratio eſt, quia ſi voluit, vt nullo tempore alienetur, ſed vt remaneat perpetuo in eorum deſcendentibus: ergo cum prohibeat alienationem etiam in deſcendentes, præſumendum eſt, quod illos vocauerit, alias prohibitio ipſis facta non valeret, ſicut alio modo grauari non potuiſſent, *l. ab eo. C. de fideicom.* & ideo ad eos fideicommiſſum tranſmittitur, vt tradit Ruin. *conſ.* 158. *volu.* 1. qui in ſpecie loquitur quando ſubſtitutio facta eſt ſuperſtitib. ſeu ſuperuiuentibus.

Conſideranda ſecundo loco ſunt illa verba: *E caſo, ch' Iddio lo ceſſe, veneſſe à mancare la linea delli figliuoli maſchi di Piero, Mutio, figliuoli di eſſo teſtatore, e delli figliuoli di Martino &c.*

Et caſu, quem Deus auertat, quo deficeret linea filiorum maſculorum Petri Mutii, filii teſtatoris, & filiorum Martini, &c.

Ecce quod teſtator voluit, vt in dicto fideicommiſſo ſuccedant non ſolum filii, Martini, ſed etiam eorum filii, & deſcendentes in perpetuum, cum velit, vt quandiu durat linea ipſorum; in ipſa linea fideicommiſſum conſeruetur: & ideo de expreſſa teſtatoris voluntate fideicommiſſum iſtud tranſmittitur ad filios Ioannis Hieronymi, filii ſunt de linea filiorum Martini, Soc. *in l. Gallus. § nunc de lege, nu.* 3. *ff. de lib. & poſth.*

Et hoc † eſſe verum, patet primo, quia ſi tale fideicommiſſum non tranſmitteretur, vtique non poſſe conſeruari in linea filiorum Martini: cum igitur velit conſeruari, aperte apparet velle, vt fideicommiſſum iſtud ad filios filiorum Martini tranſmittatur: & ita in caſu ſimili dicunt Ruin. *conſ.* 156. *nu.* 5. *lib.* 2 *& in d. conſ.* 158 *vol* 3. qui ſpecifice loquuntur quando ſubſtitutio eſt facta ſuperſtitibus, & ſuperuiuentibus, Dec. *conſ.* 574. & Iac. Menoch. *in d. conſ* 95. *num* 109. 43

§ Secundo id apparet eſſe verum. Nam præſupponamus filium Mutii mortuum fuiſſe ſine filiis, deinde mortuos fuiſſe Ioannem Hieronymum, & Ioannem Loyſium, cum filiis maſculis, poſtmodum obiiſſe Ioannem Carolum, vnicum filium Petri modo ſic. Si volumus iſtud fideicommiſſum non eſſe tranſmiſſibile ad filios Ioannis Hieronymi, Ioannis Loyſii; vtique vigore vltimi fideicommiſſi deueniret in filios Ioannis Baptiſtæ filii teſtatoris, cum defeciſſet linea maſculina Petri & Mutii & ad filios filiorum Martini non tranſmitteretur, & ſic eorum reſpectu caducum effectum

eſſet

Digitized by Google

eſſet fideicommiſſum. ſed hoc dicere eſt abſurdum & contra mentem teſtatoris; quia teſtator vult, vt ad filios Ioannis Baptiſtæ deueniat vigore fideicommiſſi dictæ Vallis, in euentum, ſi deficeret linea maſculina Petri, Mutii, & filiorum Martini: ergo durante linea, vult vt in ea fideicommiſſum conſeruetur: igitur tranſmittitur dictum fideicommiſſum ad filios filiorum Martini de voluntate teſtatoris, alias in ea linea conſeruari non poſſet.

§ Tertio demonſtratur hoc veriſſimum eſſe hac alia conſideratione.

Filii Mutii, filii Petri, filii filiorum Martini, dicuntur de linea Petri, Mutii, & filiorum Martini: ſi d. ſi eis filius Petri, prout, deficit: filius Mutii (quod Deus auertat, & demũ deficiant filii filiorum Martini, & fi. Ioannis Hieronymi, & Ioannis Loyſii (quod Deus nolit) in tali caſu, iſti filii filiorum Martini non ne ſunt grauati onere fideicommiſſi? certe ſi. *leg. codicillis, in prin. ff. de vſufruct. leg.* & ibi notat Bart. quia in tali caſu, vigore vltimæ fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, ſuccedunt filii Ioannis Baptiſtæ: ergo etiam in dicto fideicommiſſo vocati cenſentur, *l. ab in C. de fideicom.*

44 Et † in tali caſu, quando filii poſiti in conditione, fuiſſent grauati in teſtamento ab ipſo teſtatore: tunc cenſentur etiam poſiti in diſpoſitione, prout tenent Bartolus, Aretinus, Lancellottus, Galeaula & Ripa *in leg. centurio ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Socin. *in leg. prima & in conſ. ducenteſima quadrageſimo ſecundo* vbi dicit, hanc communem opinionem. & Pontanus *in d. l. cum filio*, dicit iſtam opinionem eſſe canonizatam.

§ Tertio conſideranda ſunt illa verba: *In detto caſo, trouandoſi figliuoli di Giouan. Battiſta, figliuolo di eſſo teſtatore, maſchi, ouero figliuoli delli figliuoli maſchi di detto Giouan Battiſta, legitimi, è naturali del corpo loro, in detto caſo ſuccedano vſufruttuarii di detta Valle, quelli ſi trouaranno maſchi id eſt, caſu prædicto exiſtentibus filiis è teſtatore maſculis, aut filiis, è filiis maſculis Ioannis Baptiſta, legitimis, & naturalibus, ex corpore eorum, eo caſu ſuccedant vſufructuarii dictæ Vallis qui inuenientur maſculi.*

Ecce quod vltimo loco, deficiente linea Petri, Mutii Petri, & filiorum Martini, ſuccedere debent in tali fideicommiſſo filii Ioannis Baptiſtæ, & filiorum filii. Modo, quod iſtud fideicommiſſum tranſmittatur ad filios filiorum Martini, deduco dupliciter.

45 Et primo, ſi teſtator voluit totum iſtud fideicommiſſum deuenire ad filios filiorum Ioannis Baptiſtæ, ergo multum prædictos filios Martini inſtitutos, & fideicommiſſarios, verum etiam filios filiorum cenſetur ad dictum fideicommiſſum vocaſſe, quia magis prædilexit filios filiorum Martini, iuxta *l. Publius § primo ff. de cond. & demonſtra.* & ita propter hanc rationem in terminis, in ſimili caſu, tenent Caſtren. *in conſ. 62. column. 6. verſ. Item ex verbis.* Curtius Iunior *conſ. 16 num. ſeptimo* Ruinus *conſil. 130. num. 3. volum. 4.* & Ioannes Cephalus *conſ. 114. ſub num. vigeſimo ſecund. verſ. Octauo, & ſub numer. vigeſimo ſexto in verſ.* Dec. *num. 19. vol. 1.*

46 Secundo † deduco: Nam licet regulariter filii in conditione poſiti, non dicantur vocati: tamen hæc concluſio non procedit, quando ex coniecturis conſtat de contraria teſtatoris voluntate: & inter alias coniecturas eſt illa, quando teſtator ſub eadem liberorum conditione ad plures gradus ſubſtitutorum digreſſus eſt. & ſic quãdo poſt mortem omnium filiorum ſine liberis prouidit de vlteriore ſubſtitutione, tunc filii [illegible] in conditione cenſentur poſiti in diſpoſitione, ita in terminis tradit Petr. Ant. *conſ. 70.* quem ſequuti ſunt Alex. *conſ. 64. circa fin. vol. 5.* Ant. Rub. Alex. *conſ. 28 col. fin.* Iaſ. *conſ. 212. col. 1. vol. 2. & conſ. 40. column. fi. vol. 3.* Curt. Sen. *conſ. 52 & conſ. 36.* Curt. Iun. *conſ. 11. & conſ. 116.* Gozad. *conſ. 64.* Paris *conſ. 37. 41. 77. 86. & 81. volum. 1. & conſ. 5. 8. 14. 42. 52. 56. & 66. vol. 3.* Mar. Soc. Iun. *conſ. 119. volu. 1.* Mantua *conſ. 22. volum. 4.* Gratus *conſil. 101. & 106. vol. 2.* Soc. Iun. *conſ. 168. volum. 2.* Ruin. *conſ. 239. vol. 3.* Boer. *deciſ. 155. n. 15. & 18.* Grauet. cum concordantibus per eum, *conſil. 98. in fin.* Curt. Iun. *vol. 1. nu. 14. C. de pact.* & ibi Purpurat. *col. fi.* & Curt. Sen. *in verſ. 2. limita.* quam opinionem tenent etiam multi Doctores enumerati per Rol. à Valle *conſil. ſi. in 5. lib. 3.* Et hæc hodie eſt magis communis opinio, prout atteſtatur Ant. Gabriel. *in ſuis commu. concluſ. lib. 4. in tit. de fideicom. in concluſ. 4. n. 13. & 14.* Sed in caſu noſtro teſtator in iſto fideicommiſſo Vallis, digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutorum, ſub eadem liberorum conditione, & ſic poſt mortem omnium, ſcilicet, Petri, Mutii, & filiorum Martini ſine liberis, prouidit de vlteriore ſubſtitutione: quia in tali caſu ſubſtituit filios, & filiorum filios Ioannis Baptiſtæ: ergo dicti filii filiorum Martini, & ſic Ioannis Hieronymi, & Ioannis Loyſii, dicuntur poſiti in diſpoſitione & ſic per teſtatorem vocati.

Et per hanc rationem, in terminis noſtris, decidit Curt. Iun. *conſ. 16. ſub numer. 7.* Igitur non ſolum in iſto fideicommiſſo ſuccedere poſſunt virtute tranſmiſſionis, ſed etiam iure proprio, vt à teſtatore vocati.

Vltimo, aliis omiſſis, quod dicti Troianus, Bartholomæus, & Franciſcus in iſto fideicommiſſo vnacum Ioanne Loyſio ſuccedere debeant, probatur hac alia ratione, conſiderando illa verba: *Che Iddio il toſſi, morendo tutti li figliuoli maſchi de Mutio, morano à quelle reſtaranno viui pro æquali portione alli figliuoli de Martino, & alli figliuoli Maſchi de Pietro, è coſi dice dell' alteris moriendibus, quod Deus auertat filiis maſculis Mutii morientur ii, qui viui ſuperarint pro æquali portione filiis videlicet Martini, & filiis maſculis, Petri, & ſic dicit de vno, ſicut de altero.*

Ecce quod eueniente caſu in perſona filii Petri, ſuccedere debeant filii Mutii, & filii Martini: modo ſic.

In fideicommiſſis, † appellatione filiorum veniunt etiam nepotes Bartolus *in leg. liberorum. ff. de verborum ſignificatione* Angelus & Imola *in leg. Lucius, Titius ff. de hæred. inſtituen.* Angelus & Iaſon *in leg. Gallus. § inſtituens ff. de liberis & poſthumis* Baldus *in leg. prima Cod. de condit. inſert.* Iaſon *in leg. de quibus, column. quinta verſic. iuxta præcedentem quæſtionem ff. de legibus* Baldus *conſilio ducenteſimo tertio volum. tertio conſil. treceteſimo ſecundo, treceteſimo ſexageſimo ſecundo, treceteſimo ſexageſimo quarto & quadringenteſimo decimo quarto volumin. quarto* Oldradus *conſil. ducenteſimo ſexageſimo nono* Alexander *conſilio trigeſimoſeptimo volum. ſexto* Romanus *conſil. centeſimo quadrageſimo octauo* Bertrandus *conſil. ſeptuageſimo ſeptimo volum. ſecund. libro ſecundo* Capra *conſil. vigeſimotertio volum. ſecund.* Curtius Iunior *conſil. vigeſimo ſecundo numer. decimotertio* vbi atteſtatur eam eſſe communem opinionem. *& conſil. centeſimo decimo ſexto numer. vndecimo* Iaſ. *conſil. quinquageſimo ſecundo libro tertio* Rubeus *conſil. vigeſimo octauo column. tertia.* Socinus Iunior *conſil. centeſimo vigeſimo quinto numer. trigeſimoquarto volumen primo & conſ. centeſimo quadrageſimoſexto volum. ſecundo* Ruinus *conſil. vndecimo primo numer. nono volumen. ſecundo* Barbatius *conſil. decimo volum. tertio* vbi ait hanc eſſe communem Socin. *conſil. ducenteſimo quadrageſimonono n. 1. vol. 2.* Dec. 47

conſ.

conſil 391.*num.*5.Gozadinus *conſ.*4.*num.*13.*& conſ.*59.*num.*12.

48 Quæ concluſio † indubitanter eſt vera, ex mente omnium, quando diſpoſitio eſt collata in aliquem futurum euentum, in quem veriſimiliter poterat eſſe dubium, an tunc filii primi gradus ſint extituri, an vero magis nepotes, vel alii vlteriores: nam tunc latè accipitur nomen *filiorum*, & veniunt eorum appellatione nepotes, ac alii deſcendentes, Imol *in §. §. inſtituens*, quem cæteri ſequuntur ibi & alibi vt per Deci. & Gozad. *in locis ſupra ſcriptis*: & eſſe commu-
Con pen. nem atteſtatur Alex.*conſ.*9.*vol.*1.*conſ.*5.*vol.*3.*& conſ.*26.*eod. vol.* Ruin.*conſ.*129. *num.*1.*lib* 3. Sed in caſu noſtro ad fideicommiſſum, eueniente caſu, vocantur filii Martini: & dicta diſpoſitio fuit collata in futurum euentum, in quem veriſimiliter poterat eſſe dubium an Ioannes Hieronymus, & Ioannes Loyſius, filii primi gradus Martini, eſſent extituri: ergo non eſt dubium, quod in caſu noſtro, ſub appellatione filiorum Martini continentur nepotes, ac cæteri deſcendentes. & ita argumentatur Dec. *in d.conſ.* 391. *ſub num.*5.*ver.non obſtat.* Et in caſu noſtro eſt vera concluſio, ex his rationibus.

49 Primo † quia iſtud fideicommiſſum factum fuit fauore agnationis; & ideo eſt fauorabile vt latiſſime tradit Ioann.Cephalus *conſ.*581.*num.*43.*vol.*4.

50 Secundo, † quia in caſu noſtro fideicommiſſum iſtud eſt reciprocū, vt apparet ex lectura teſtamenti & ideo non dicitur onus, vt probat text. *in leg. ſi pater puellæ Cod.de inoff.teſtam.* vbi Bartolus & cæteri dicunt, fideicommiſſum reciprocum non eſſe onus: quia ita poteſt commodum afferre, ſicut incommodum; & ideo propter tale fideicommiſſum non competit querela inofficioſi teſtamenti.

51 Et † hinc eſt etiam, quod minor non dicatur læſus, cum tollitur fideicommiſſum reciprocum, *l. de fideicom. C.de tranſact.* Et ratio eſt, quia æquè poteſt lucrari, ſicut damnificari. Et iſtud fideicommiſſum reciprocum, factum fuit ad hoc, vt dicta Vallis conſeruetur in ſuos deſcendentes maſculos; & ideo ſecundum omnes Dd. eſt fauorabile, rationabile, & publicam vtilitatem concernit *l.* 1. *§.pen.ff. de ventr. inſpic.*

52 Sed in † non oneroſis, & in materia fauorabili, appellatione filiorum veniunt nepotes, Bart. *in d.l. liberorum*, & Dd.communiter *in d.l. Gall.§. inſt.* ergo in caſu noſtro, appellatione filiorum veniunt nepotes. Corroboratur hæc ratio; per hanc regulam.

53 In caſibus, in † quib. maſculinum concipit fœmininum, in iiſdem caſibus appellatio de filiorum continentur nepotes, *l. iuxta ff. de verb. ſignif.* & per illum tex. ita clare dicit Batt. *in d.l. liberorum.*

Sed † ſic eſt quod in vltima voluntate & quod fortior eſt, vbi tractatur de grauando hærede, maſculinum genus concipiat fœmininum, *l. qui duos ff.de le.* 3. Ergo multo fortius iſtud debemus dicere in fideicommiſſo reciproco, quod non appellatur oneroſum; imo ſumus in fauorabili materia, quia dicta Vallis reliquitur filiis Martini, filiis Petri, & filiis Mutii: & ideo in iſta fauorabili diſpoſitione, appellatione filiorum veniūt nepotes, ſcilicet ordine ſucceſſiuo vt tradit Soc. *in d §. inſtituens in vlt. col. verſ. infertur & 2.* vbi dicit, quod in materia ſimpliciter fauorabili (: quia in ea ſit lata interpretatio:) appellatione filiorum veniant nepotes, & talis eſt, ſecundū eū, regulariter, materia teſtam. vt *in l. teſtam. ff. de reg. iur.* & ſicuti filiis relicta fuit d. Vallis & iſto reſpectu, appellatione filiorū veniunt nepotes, vt in caſu ſimili in terminis tradit Alex.*conſ.*37.*per tot.*& præcipue, *n.*8.*vol.*6. Ita eueniente caſu fideico. relicti filiis Mart. & Mutii, appellatione filiorū veniūt nepotes ita, & taliter, vt cum patruo concorrere debeant, vt in terminis tradit Gozad *conſ* 4 *nu* 16 *& per tot.*

55 His ſic † firmiter ſtantibus, non obſtant in contrarium adducta. & primo non obſtat primum fundamentum: quia non eſt verum, quod cum agitur de diſpoſitione hominis, filius non ſubintret in locum patris: nam in contrarium eſt communis, & magis communis opinio, & in iudicando, & dicidendo non eſt ab ea diſcedendum, ſcilicet quod filius in fideicommiſſo in locum patris ſubintret, & maximè quando tractatur de ſucceſſione aſcendentis, vt ſupra dixi in primo fundamento ſecundæ opin.

56 Nec obſtat, † quod verba debeant intelligi propriè & non ſictè: quia hæc regula non procedit, q̄n natura ei ſuper qua interponuntur, repugnat, vt eſt in fideicōmiſſis, in quibus nepotes ſuccedunt in locum patris, & vna cum patruo admittuntur: ita reſpondet Ruin.*conſ.*171.*nu.*17 *vol.*2.*& conſ.*12.*nu.*16. *vol.*1. vbi etiam dicit, q̄ ad iſtum caſum fictum fiat extenſio mediante interpretatione paſſiua, procedente ab aliis regulis iuris cōis, *l.* 1. *§. lex Falcid. ff. ad l. Falc.* Sed nos habemus regulā quod ſubrogatus ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum §. qui iniuriarum ff.ſi quis caut.* Sed filius fratris ſuccedit in gradum, & locum patris. *§. cum filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.* Vnde, ſicut lex admitteret patrem iſtorum filiorum, ſi viueret, ad concurſum cum fratre ita etiam debet admittere filium ſubrogatum, & ſuccedentem in gradum & locum eius.

57 Nec etiam obſtat, † quod prior in gradu, potior ſit in ſucceſſione: quia argumentum eſt falſum in caſu noſtro: quia licet iſti nepotes ex propria perſona ſint remotiores patruo: tñ quia ſubintrant gradū patris, & illum repræſentant *d. §. cum filius.* ideo hoc reſpectu patruus non dicitur proximior, cum ſint in eodē gradu, & pares, *leg.*2.*§.hæreditas ff. de ſui & legit.* Alexand.*conſ.*88 *volum.* 1. Socinus *conſ.*252.*col.*10. *verſ. Ego ſpondeo.* & Ruinus *conſ* 30.*colum.fin.vol.*3.

¶ Non obſtat ſecundum fundamentum, quia licet verum ſit quod fideicommiſſum cōditionale nō tranſmittatur ad deſcendentes: tamen quando adſunt in cōtrarium cōiecturæ, ſecus eſt, prout eſt in caſu noſtro: Et quod adſit latiſſime dixi in ſecundo fundamento ſecundæ opinionis.

¶ Non obſtat tertium fundamentum. Nam licet Ioannes Loyſius dicatur magis dilectus, quia inſtitutus fuit, ac etiam dicta Vallis ei relicta fuit; & filii Ioann. Hieronymi in conditione fuerint poſiti: tamen hoc reſpectu tantum dicitur magis dilectus; ſed in propoſito noſtro nepotes ingrediuntur locum patris, & ideo teſtator, quemadmodum dilexit patrem, & ita etiā pariter eos filios dilexiſſe præſumitur cum ſint in locum patris: & hoc verum eſſe patet, quia ſecundum veriorē opinionem, nepotes admittuntur vna cum patruo.

¶ Nec obſtat, quod filii Ioan. Hieronymi fuerint in conditione poſiti, quia dupliciter reſpondetur, & primo: nam pater iſtorum honoratus fuit, cuius locum ipſi tenent: & ſi c argumentum procederet, ſi vellent admitti iure proprio, & tanquam vocati & ſubſtituti; ſecus, ſi iure patris, & ipſius nomine veniunt. Et ſic, licet teſtator maiorem affectionem demonſtrauerit Ioanni Loyſio, quam iſtis nepotib. non tamen maiorem oſtendit ipſi Ioanni Loyſio, quam Ioanni Hieron. patri ipſorum nepotum, cuius iure agunt. ita dicunt Rub. *conſ.*82.& Ioan. Cephal. *conſ.*16.*nu.* 60 *&* 61.*vol.*1.

¶ Sed

§ Secund. reſpond. quod in caſu noſtro iſti filii Io. Hieronymi fuerint poſiti in diſpoſitione, & ſic vltra quod poſſint venire iure patris, poſſint etiam venire iure proprio, tanquam vocati, & ſubſtituti, vt dixi, tam in quinta coniectura in ſecund. deductione tertiæ conſiderationis in verborum teſtamenti teſtatoris quam in vltimo fundamento noſtræ concluſionis: ideo non eſt verum, quod Ioannes Loyſius dicatur magis dilectus.

58 Nec † obſtat, quod iſti nepotes tempore teſtatoris non erant nati: quia dupliciter reſpondetur, & primo, quod hæc concluſio locum haberet, quando vellent iure proprio venire; ſecus ſi iure patris: nam tunc ſufficit, quod tempore teſtamenti, eorum pater fuerit natus, ſeu tempore, quo teſtator mortem obiit Cyn. Bartol. & alii *in l. 1. C. de his, qui ante apert. tab.* Dd. *in l. quod dicitur, ante fin. ff. de verb. oblig.* & late Tiraq. *de retract.* § 1 *Gloſ. 9 nu. 5. 6.*

59 Secundo † reſpondetur, quod dicta concluſio procedat in fideicommiſ. puro; ſecus in fideicom. conditionali, collato, in quendam futurum euentum, in quem veriſimiliter eſt dubium, an tunc extituri ſint filii, vt in caſu noſtro; nam tu appellatione filiorum veniunt etiam nepotes, vt ſupra dixi, in vltimo fundamento, & ſic teſtator habuit affectionem ad iſtos nepotes. Nam cum tale fideicommiſ. tractum ſit verbis denotantib. tractum futurum, comprehendit etiam dictos filios Ioannis Hieronymi natos & conceptos poſt eius mortem, quia attenditur tempus euenientis conditionis, & ſatis eſt eo tempore, quo cedit dies fideicommiſſi, fuiſſe conceptos, vt probatur *in l. et quaque ff. de pecul. leg.* & tradit Pariſ. quamplures Dd. allegans, *conſ. 66. num. 56. vol. 3.* Imo, vt dixi, iſti ſunt vocati, & in diſpoſitione poſiti, & propterea non militat fundamentum cum enim conſtet de contrario teſtatoris voluntate.

§ Non obſtat quartum fundamentum, ex pluribus. & primo, quia in caſu noſtro, appellatione filiorum veniunt nepotes. Nec obſtat id, quod dicit Dec. *in conſ. 92.* quia non eſt vera eius concluſio, & peſſime loquitur, vt dicit ibi author *in addit. in litera E.* Et ad hoc, vt remoueatur omnis difficultas in hac materia ſcias quod licet Dd. varia dicant; tamen procedunt dicta per eos, quando verbum. *Filius.* refertur ad certas perſonas: nam tunc generaliter appellatione filiorum non veniunt nepotes, præterquam in quibuſdam caſibus, vt per Dd. *in d. §. inſtitutum.*

60 Sed † quando verbum *Filii*, profertur in plurali indefinite, non referendo, nec reſtringendo ad certas perſonas, puta ſupraſcriptas, ſed conferendo in genere, in futurum euentum, & agitur de commodo nepotum. & in eis eſt eadem ratio, nec ſequitur abſurditas, & maxime quando verbum. *Filii*, additur, ad augendum, & continuandum gradus ſubſtitutionis: tunc ſub verbo. *Filiorum* veniunt ſermonis compendio, omnes liberi, & ſic nepotes, & alii deſcendentes, comprehenduntur, & vocati cenſentur & hæc eſt vera, & propria ſententia Alexandri, ita enim ſentit in *d. l. Gallus. § inſtitutus*, & ita conſuluit *conſ. 26. volum. 3. conſ. 56. vol. 5. conſ. 56 vol. 6.* ita etiam ſentit Bal. *conſ. 186. & con. 302 in fin. vol. 4.* & eſt crebrior ſententia, & veritas: vt atteſtatur author *in addit. ad conſ. Alexander conſ. 1. in litera L. vol. 1.* Sed in caſu noſtro verbum, *Filii* profertur indefinite & non refertur, nec reſtringitur ad certas perſonas, puta ſupra ſcriptas, & confertur in genere in futurum euentum, & agitur de commodo nepotum, & in eis eſt eadem ratio conſeruationis agnationis, & voluntatis teſtatoris nec ſequitur abſurditas, imo æquitas, ad hoc vt in liberis conſeruetur æqualitas: & dictum verbum, *Filii*, additur ad augendum, & continuandum gradus ſubſtitutionum, euueniente caſu. Ergo eſt vera ſententia quod in caſu noſtro, appellatione filiorum veniunt nepotes, ita vt cum patruo concurrant, vt tradit Alexand. in terminis, *in d. conſ. 29. vol. 3.* Et in iſto caſu non eſt verum quod appellatione filiorum non veniant nepotes, quoties poſitio verificari poteſt in perſona filiorum: nec in hoc caſu loquitur Alexand. vt in dictis conſiliis eſt videre. § Secundo, non obſtat, quia filii filiorum Martini, licet fuerint poſiti in conditione, tamen in caſu noſtro cenſentur, vt ſupra dixi: & ideo cum cenſeantur vocati non eſt dubium, quod ſub dicta appellatione Filiorum, nepotes iſti dicantur comprehenſi. § Tertio reſpondeo, Nam & ſi verum eſſet, quod appellatione, filiorum, nepotes in caſu noſtro non venirent, adhuc tamen nepotes iſti ſuccedere deberent; quia veniunt in tali caſu non iure proprio, ſed iure patris, & ſic non ea ratione, quod appellatione filiorum veniunt nepotes, ſed ea ratione, quia iura metiuntur ex perſona patris, qui fuit vocatus, & ſubſtitutus, & cuius perſonam repræſentant cum ſint in locum patris, iuraque eiuſdem habeant tranſmiſſa ita tradunt Crauet. *conſ. 360. col. 3.* & Ceph. *conſ. 16 ſub nu. 66. in ver. Ad v. t reſpondetur, vol. 1.*

§ Nec obſtat corroboratio facta per illa verba: *Morano à quelli reſtaranno viui, id eſt, in qui viui ſuperciunt* & ſic doctrina Baldi *in d. l. quiſquis elogio, col. fin.* quia reſpondeo dupliciter & primo contra opinionem Baldi tenent Rom. & Alex. & bene eius verba conſiderentur, & expreſſe Caſtren. *in d. l. qui patri. ff. de acquir. hæred.* & Crotus *in l. re coniunctis ff. de leg. 3.*

§ Secundo reſpondeo, quod loquitur Bal. in pupil. ſubſtitutione, per quam ſuccedit pupillo *Inſt. de pupil. ſubſtit. in princ.* at nos loquimur in fideicommiſſaria ſubſtitutione, per quam teſtatori ſuccedit in quo caſu, cum æqualem habeat affectionem ad nepotes, & ad pronepotes, ideo dictum fideicommiſſum tranſmittitur ad pronepotes moriente nepote ante aduentum conditionis.

Et ad hoc, vt iſta materia clariſſima appareat, in fideicommiſſaria ſubſtitutione duo ſunt conſiderandi caſus. Et † primus eſt, quando teſtator Titium Seium, Franciſcum, & Antonium filios ſuos hæredes inſtituit, & deinde dicit: Et ſi aliquis eorum ſine filiis deceſſerit, ſubſtituo ſuperuiuentes: moritur puta Titius, liberis relictis, deinde moritur Seius ſine filiis: In hæreditate igitur dicti Seii, vigore fideicom. volunt ſuccedere tantum Franciſcus, & Antonius qui ſunt ſuperuiuentes, excluſis liberis Titii: filii vero Titii, vt ſubrogati in locum patris, cum agatur de ſucceſſione aſcendentis vna cum patruis, in dicto fideicommiſſo ſuccedere volunt. In hac difficultate duæ ſunt opiniones Doctorum, vna eſt, quod debeant ſuccedere, altera quod non debeant, illam affirmatiuam tenent Cuman. Fulgoſ. Dec. Bari. Soc. Grauetta, Pari. Ruin. Ioan. Cephal. & Sfortia Odd. Peruſinus: & hæc eſt magis communis opinio, teſte dicto Sfortia Oddo, vt ſupra dixi, in ſecundo fundamento noſtræ opinionis. quibus addas Romanum Alexand. & magis in ſpecie Paul. de Caſtr. *in d. l. qui patri* & Crotum *in d. l. re & verbis coniunctis, mihi col. 44 ver. Secund. fallit* Riminal. *conſ. 78. col. 2.* Iaſ. *conſ. 154. col. fin. vol. 4 & conſ. 52. in fin. vol. 3.* Ruin. *conſ. 79. col. pen. volum. 3.* & Ro. *conſ. 56. num. 3.* ex numero quorum Doctorum apparet quod hæc ſit communis & magis communis opinio, quam tenet etiam Hieron. Zanchus *in repet. l. hæredes mei. § cum ita, num. 319 ff. ad Treb.* 61 Cōis opin.

§ Quæ opinio, iudicio meo, eſt magis vera & proba-

probatur primo, per textum *in leg. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Treb.* inducendo, prout ſupra induxi.

¶ Secundo probatur quia quando teſtator ſubſtituit certas perſonas ita demum admittuntur ſi fuerit ſuperſtites hæredi morienti, *leg. ſi ex pluribus ff. de vulg. & pupill.* Si ergo teſtator ſubſtituit ſuperuiuentes exprimit quod tacitè ineſt: ſed expreſſio eius, quod tacite ineſt, nullum operatur effectum, *l. 3. ff. de leg. 1.* ergo iſta expreſſio de verbo *Superuiuentes*, nihil operatur: & ideo, vt cum hoc verbum nō exprimitur, ex coniectutis fideicommiſſum conditionale, etiam ſi moriatur fideicommiſſarius pendente conditione tranſmittitur ad filios, & eius deſcendentes: ita etiam tranſmittitur, cum dictum verbum exprimitur.

¶ Tertio probatur, nam dicto, *Superuiuentem*, importat conditionem, id eſt, ſi tunc viuet, Alexander *conſ. 109 colum. 2 volum. 7.* Sed paria ſunt, ſubſtituere aliquem ſi viuit, vel eum nominare nomine proprio, non impeditur tranſmiſſio, Alexand. *in l. qui patri, colum. fin ff. de acq. hæred.* & Iuan. Cephal. *conſ. 16, n. 60 cum ſeq. vol. 1.* ergo neque impeditur per dictionem, *Superuiuentem*.

¶ Quarto probatur quod ſit vera, & in ſpecie in caſu noſtro: Nam licet dictum verbum: *Superuenientes*, excludat nepotes, inſpectis verbis: tamen inſpecta mente diſponentis, quando in nepotibus militat eadem ratio, quæ in filiis militat, prout eſt in propoſito noſtro: vt deducam: tone, non obſtante dicto verbo, fideicommiſſum tranſmittitur: ita notanter tradit Pariſ. *conſ. 5. n. 43. & 44. lib. 3.* quem refert, & ſequitur Ceph. *in d. conſ. 16. n. 66*. Quod militat eadem ratio probatur: in caſu noſtro, fideicommiſſ. factum fuit ratione agnationis conſeruandæ, vt deduxi, ſupra, in tertia coniectura ſecundi fundamenti. ſed hæc ratio, ſicut in patruo, ita etiam militat in pronepotibus: & ideo ſicut prætulit ratione agnationis conſeruandæ filios maſculos Martini: ita cenſetur eorum filios prætuliſſe, & propterea vti fideicommiſ. eueniente conditione, eſt filiorum maſculorum, eiſ, eis mortuis, iure tranſmiſſionis debet eſſe nepotum, cum illud debeat haberi pro expreſſo, ex quo teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de iſto interrogatus fuiſſet. vt probatur *in l. Titia. §. 1. ff. de lib. & poſth.* Et tanto magis in caſu noſtro eſt vera hæc concluſio, cum teſtator velit in linea filiorum Martini conſeruari dictam Vallem, quæ, niſi fideicom. eſſet tranſmiſſibile non poſſet conſeruari: & ideo ad hoc vt conſeruetur, de mēte teſtatoris eſt, vt trāſmittatur, non obſtantib. dictis verbis: Aquelli reſtarā no viui *id eſt qui viui ſuperſunt* prout in caſu ſimili in terminis tradit Ruin. *conſ. 130. vol. 1.*

¶ Et hæc concluſio indubitanter procedit, quando filii, licet ſint in conditione poſiti, tamē fuor vocati, & ſic iure ꝓprio, vti vocati, & ſubſtituti veniunt vt eſt, ſi dictum eſſet, *Titium Seium, Franciſcam, Antonium, filios meos hæredes inſtituo, & ſi quis eorum ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ſuperuiuentes, & ſi omnes ſine filiis moriantur, ſubſtituo Semproniam alteram filiam meam:* Nam in hoc caſu, filii dictorum hæredum inſtitutorum, licet ſint in conditione poſiti, tamē dicūtur poſiti in diſpoſitione, & ſic vocati, & ſubſtituti, vt latiſſime dixi, in ſecunda deductione tertiæ conſiderationis quintę. & vlt. coniecturæ, & eſt vera, & magis cōis concluſio. In iſto igitur caſu, cum ſint vocati & ſubſtituti, veniunt appellatione ſuperuiuentium & ideo nepotes cum patruis admittuntur. Sed in caſu noſtro, filii Ioan. Hiero licet fuerint poſiti in conditione, tamen fuerunt poſiti in diſpoſitione, & ſic fuerunt vocati, & ſubſtituti: quia teſtator in noſtro caſu digreſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionum vt in dicta ſecunda deductione dixi: ergo iſti filii Io. Hieron. veniunt ſub appellatione ſuperuiuentium & ideo vna cum eorū patruo Ioanne Loyſio ſuccedere debent. ¶ Secundus caſus eſt, qn̄ aliqua res relinquitur filiis, puta Titii, Seii, & Martini, ſine aliqua expreſſione certarum perſonarū, & deinde teſtator dicit: ſi filii Titii moriuntur ſine filiis maſculis, moriuntur ſuperuiuentibus, & ſic de reliquis, in caſu iſto, moriuntur filii Titii cum filiis, deinde moriuntur filii Seii ſine liberis: filii Martii volunt ſuccedere, excluſis filiis filiorum Titii, cum eorum patruis concurrere volunt, & vtique cōcurrere debēt: quia quando fit relictum filiis, ſub appellatione filiorum veniunt nepotes, & alii deſcendentes, & maxime qn̄ agitur de filiorum commodo Bar. *in d. l. liberorum*, & Dd *in d. §. inſtitutens.* Et ideo id ſimiliter habet locum in fideicom. conditionali filiis relicto: nam in d. cāo fideicom. ſub appellatione *filiorum* veniunt nepotes & ſic nepotes dicuntur vocati, & ſubſtituti, & maxime qn̄ fideicom̄. eſt reciprocū, & ſic non oneroſum ſed fauorabile, vt eſt quando factum fuit ratione agnationis conſeruandæ: & ideo; vti vocati veniunt appellatione *ſuperuiuentium*, & admittuntur vna cū patruis, vt dixi latiſſime in vlt. fundamento ſecundæ opinionis, & in quarta reſponſione quarti fundamenti primæ opinionis: & ita vltra Dd. ibi allegatos, in terminis tradit & conſulendo reſpondit Mattia. Soc. Iun. *conſ. 146 per tot. vol. 2.* Sed in caſu noſtro Vallis relicta fuit filiis Mutii, filiis Petri, & filiis Martini: & ſi moriātur filii Pet. filii Mutii, & filii Martin. ergo ſub appellatione filiorum tam in relicto, quā in fideicom. veniunt iſti nepotes, & ſic filii Ioan. Hier. & vna cum patruo Ioan. Loyſ. cōcurrere debent in antedicto fideicommiſſo cum & ipſi vocati ſint ſuperuiuentes.

¶ Nec finaliter obſtat vltimum fundamentum, quia reſpondetur, quod imo attendenda eſt proximitas reſpecta teſtatoris, & non reſpectu hæredis grauati: quam opinionem tenent Dec. *conſ. 1. col. 2. & conſ. 546. col. fin. verſ. 6. & vlt.* Ial. *conſ. 115. col. 1. & 2. in princ. vol. 2.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem *& conſ. 159. col. 1. vol. 4.* Ruin. *conſ. 142. num. 15. vol. 3 con. 168 colum. 3. & con. 198. col fin. vol. eod.* Pariſ. in crit. *in conſ. 36. colu. 1. volum. 2.* & Ioan Dilect. *de arte teſtan. tit. 5. cautel. 12. num. 3.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

¶ Sed dato, & non conceſſo, quod vera ſit ea opinio, quod attendatur proximitas reſpectu hæredis grauati & non teſtatoris, reſpondetur tripliciter.

Et † primo, dicta Soc. opin. habet locum quando agitur de ordine ſucceſſionis, vt in fideicom. collectiuè relicto certæ familiæ: nam tunc inſpicitur perſona grauati, vel vt, quando inter plures vocatos cadit ordo charitatis: nam tunc ordine ſucceſſiuo vocantur, & prout quiſque eſt proximior ei, qui ſemel fuit admiſſus, quia ad illum videtur eandē charitatem habere quam habuit ad defunctum grauatum & ideo reſpectu ſucceſſionis attēditur perſona grauati. Sed ſecus eſt quādo ſumus in interpretanda voluntate teſtatoris, qui diſpoſuit, & ſumus in caſu, in quo inter vocatos non cadit ordo charitatis, & affectionis, vt eſt in caſu noſtro, in quo agitur de interpretanda voluntate teſtatoris circa fideico. & inter vocatos non cadit ordo charitatis, & affectionis tam circa Ioan. Loyſium, & Ioan. Hier. quam circa Ioan. Loyſium, & filios Ioannis Hieron. cum teſtator eādem affectionem, & charitatem, quam habuit erga Ioannem Hieronymum, dicatur habere erga eius 62

filios

filios. Et ratio eſt, quia cum ſumus in fideicommiſ. aſcendentis, filii Ioannis Hieronymi in eius locum ſuccedunt: & ideo in hoc caſu inſpicitur perſona teſtatoris, vt probatur in l. fin. ff. ad Treb. & tradit Rol. à Valle conſ. 100. num. 15. vol. 1.

63 Secundo, † dicta opinio Socini non eſt in conſideratione, quando ſumus in fideicommiſſo aſcendentis, ſeu patrui in quo filii ſubintrant in locum patris, vt eſt in caſu noſtro in quo tractatur de fideicommiſſo aui, ſeu proaui, & ſic aſcendentis: nam tunc ſiue conſideretur perſona teſtatoris, ſeu grauati, eadem eſt proximitas patrui, & nepotum, ratione ſubingreſſionis, & repræſentationis: quia cum filii Ioannis Hieronymi repræſentent ipſum Ioannem Hieronymum, dicuntur in gradu ipſius, & ideo æqualis eſt proximitas, tam reſpectu teſtatoris, quã reſpectu hæredis grauati. vt eleganter concludit Ioannes Cephalus conſ. 489. num. 59. cum aliis ſequentib. volumin. 4.

64 Tertio, † & vltimo, dicta opinio Socini locum habet quando ſumus in eadem linea, vt ſi fideicommiſſum relictum ſit poſt mortem filii ſine filiis, filiis, & eorum filiis: nam tunc cum fideicommiſſum intelligitur ordine ſucceſſiuo, ſcilicet prius proſ, ſic filiis, & poſt eorum mortem pro eorum filiis, iuxta notata per Doctores in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſth. attenditur in tali caſu perſona grauati: at ſecus eſt quando ſumus in diuerſa linea, & in quibus filii ſubintrant in locum patris: nam tunc non attenditur proximitas, vt eſt in ſucceſſione aſcendentis, in quo caſu nepotes concurrunt cum patruo, prout eſt in caſu noſtro, ita notabiliter dicit Ioannes Cephal. in antedict. conſ. 489. in quo conſilio doctiſſimè remouet ſupradictam obiectionem, fundatam in opinione Socini, & aliorum.

¶ Ex prædictis igitur clariſſimè apparet, Bartholomæum, Troianum, & Franciſcum, filios Ioannis Hieronymi filii Martini, rite, rectè, & ſanctè ſucceſſiſſe in fideicommiſſo Vallis vna cum Ioanne Loyſio, eorum patruo, filio ſimiliter Martini: & ita iuris eſſe cenſeo, & conſulo ego Alexander Trentacinque V. I. D. quod conſilium in fidem veritatis ſubſcripſi, & ſolitum ſigillum, quo in ſimilibus vtor appoſui.

PRæsentem conſultationem doctiſſimè, ac copioſiſſimè per celebe. rimum meum conſolêtem firmatam, in fauorem dictorum pupillorum, iuridicam, ac veriſſimam puto, & in eandem ſententiam haud dubiò cunctero, ego Ioannes Vincentius Martinus V. I. D minimus, ſola ſubſcriptione contentus, cum aliquid addendi locus vix ſit relictus.

Idem qui ſupra manu propria.

VT ſupra conſultum & firmatum extitit per doctiſſimum ac præclariſſimum iuriſconſultum, Alexandrum Trentacinque, optimis iuribus, ſolidiſſimiſque rationibus, prò dictis pupillis, iuris eſſe dico, in ſententiam dicti Domini Conſulentis iuri, & æquitati conſonam intrepidè concurro, ego Ioſephus de Ruſticis, I. V. D. de ciuitate Aquilæ, & ad fidem me ſubſcripſi, ſolitumq; meum ſigillum, quo in his vtor, appoſui.

Idem qui ſupra Ioſephus de Ruſticis.

VEritas, & ſinceritas, quæ ex præſenti & ferè [illegible] ationne, & ex [illegible] prædicti Excellentiſſimi Domini [illegible] quam vbertimos, mi [illegible] ne, vt latere ipſius, ſuoque voto aſſentiquam diſcedere debeam; præſertim etenim ipſa veritatem attigiſſe in ſuis ſcriptis, quæ cum teig uerſari nequeat pacto aliquo, in ſuam me ſententiã adducit, cui tanto libentius acquieſco, cum nullos amplius locus in præſenti torrente dicendi ſupereſſe videatur.

Ego Franciſcus Vitius.

VIſis, ac diligenter conſideratis quæ ſupra doctè non minus ac ſubtiliter, quam copiosè fuerunt adducta, & deducta; tranſeo in eandem ſententiam pro tranſmiſſione fideicommiſſi, & ego Ioannes Paulus Lancellottus I. V. D. Peruſinus, & in fidem ſubſcripſi & ſubſignaui.

Idem Ioannes Paulus Lancellottus, manu propria.

QVæ ſupra latè, doctè, & egregiè deducta & allegata per excellentiſſimum prædictum D Cõſulentem, & confirmata fuerunt authoritate ſubſcribentium, mihi quoque iuri & æquitati valde cõſentanea videntur, rationibus, & authoritatibus per eos adductis. 65

Præcipuè, & primo. Quia verior, & magis communis opinio eſt, quod etiam in fideicommiſſis filius intret locum patris, quẽadmodum vltra allegatos per D. Conſulentem latè ſuſtinet, & atteſtatur Portius Imol. conſ. 55. nu. 1. & ſeq. Ant. Gabriel. de fideic. concluſ. 1. nu. 1. Viuit olim diſcipulus noſter amantiſſimus, & ſcriptor laudatiſſimus in ſua ſylua communium opin. opin 319. incip. filius fratris non intrat in locum patris dicens hanc opinionem eſſe frequentiorem, veriorem, & magis æquam & ſe pro ea conſuluiſſe, obtinuiſſe, & iudicaſſe, eiuſque ſententiam confirmatam fuiſſe in Rota Bonon. per Benintend. deciſ. 88. in præſenti numer. ſecund. Tib. Decia. conſ. 7. in hac num. 79. vbi ad finem inquit, ſe pro hac opinione ſæpius conſuluiſſe, obtinuiſſe, & iudicaſſe, & idem latius comprobans repetit conſ. 29. Breuiter, num. 6. & ſeq. lib. 1. & latiſſimè vſq; ad nauſeam propemodum, alios coogerens, conſ. 55. Quæritur. num. 13. & ſequent. lib. 3. in quibus locis non ſolum argumenta pro hac opinione validiſſima, etiam reſponſiones ad contraria habentes.

66 Sequendo, † quia licet dubitetur regulariter de iſta opinione, non tamen negari poteſt, quin cẽnè ea procedat quando ſumus in fideicommiſſo, facto ab aſcendente & agitur de admittendis ad illud deſcendentibus, vt hic. Et ho: fatetur etiam Dec. conſ. 217. comprobat multorum au horitate D. conſulens, & ſequitur Rot. Bono. d. deciſ. 88. nu. 3. Mazar. ad fideic. ſubſtit. par. 2. q. 18. referens, ſe ita conſuluiſſe in cauſa de Compoſtellis Bafrani, & ſecundum eius conſilium iudicatum fuiſſe, per excellentiſſimum D. Turnielium, ac etiã alias ita deciſum fuiſſe per Rot. Florentinam, vt in motiuis eius libro 10. nu 97. & lib. 12. nu. 247. Tib Decia d. conſ. 19. nu. 7. vbi poſt Ruin. Cephalum, Curt. Iun. Bero. & alios concludit, quod cum in iſta materia ſint tres opiniones, vna affirmatiua Glo. l. cum ita §. in fideicom. de leg. 2. Alia negatiua Bal. in d. §. in fideicom. Tertia media, iſtas concordans videlicet, vt prima procedat quando tractatur de fideicom. aſcendentis, & de ſuccedendo auo, vel patruo; Secunda vero, quando agitur de ſucceſſione tranſuerſalium, præter quam patrui, tenenda eſt iſta, alias opiniones conciliãs, prout in ſimili ſæpe ſæpius aſſerunt Doctores, diſtinctione ad concordiam reducente contrarias opiniones.

Tertio

† indubitata eſt eadem opinio, quando agitur, de excludendo aliquem à ſucceſsione, … quod nepos concurrat cum patruo, vt … à tunc omnes firmiter adhæreſcent opinioni …, quæ fuit Gloſ. in d. §. in fideicom & ſequa. … ſupra tenet, aperte Alex. conſ. 123. ſub nu. 2. ver. … à nu. 11. & præſupponit etiam conſ. 44. nu. … libro 12. vero lib. 5. Dec. d. conſ. 26. ſub nu. 10. … & d. conſ. 35 ſub nu 19 ad fin. verſ. Et hanc … ius verſ. Secundo quod qui vult admitti.

† idem tenendū eſt in præſenti caſu, quia … in dubio ꝓpter anfractum iſtarum opin. ad … eundum eſſet opinioni, quæ fauet nepotib. qui … dicuntur ſe ſubintrare in locum patris, per repræſentationem, cum iſta repræſentatio nitatur æquitate, §. cum filius, Inſtitut. de hæred. l. quæ ab inteſt. defer. & fundata ſit iure naturali. l. 1. §. ſi filius ff. de ſuis & legi. ac etiā diuino. Geneſ. 11. & ſeq. vbi Aran patruus, admiſit Abrahā nepotē ad ſucceſſionem Areæ aui. Et in dubio ſemper ſumenda ſit interpretatio, quæ innititur æquitati, l. in omnib. quidem. vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. l placuit. vbi Iaſ. C. de iud. l. Aemilius. ff. de minor. prout in terminis aig it Decia. d. con. 55 n. 38. & ſeq.

Poſtremo, † certo pariter quod iſta opinio affirma-
69 tiua eſſet dubitabilis, eo q̃ in caſibus ſupra poſitis, & in quib. eam diximus, & tenemus indubitatam eſſe adhuc in præſenti caſu ꝓ pos…odicandum eſſet: quia vt præſupponitur, nepotes ii, qui hac opin. nituntur, poſſident bona de quib. agitur, cum eis facta fuerit reſtitutio realis dicti fideicom. quo caſu in dubio ꝓ poſſeſſore iudicandum eſt §. cōmodum Inſt. de interdict. & quia rei ſunt l. fauorabiliores ff. de reg. iur. cum ſimilib. ac etiam, quia, ſi non ſingula ſupra allegata per ſe tantum ſufficiunt, cuius contrarium tenemus ex ſupra dictis, fatendū eſt ſaltem, quod ſimul iuncta omnino iuuent l. Spadonē § quia multa ff. de excuſ tut. Dec. conſ. 42, col. 3. verſ Eſt verum, & alis mille alijs in locis vulg.

Vt ſupra conclusum extitit reſpondi ſubſcripſi, & ſubſignaui iuſſi ego Marcus Antonius Eugenius I.C. Perusinus.

CONSVLTATIO† ſupra reddita per excellentiſſimū D. conſulentem, quem non parum glorior quandoq; in auditorem acutiſſimum habuiſſe & nunc maximè lætor, perſpiciens ipſum Iuriſconſultum, ac aduocatum celebrem, & excellentiſſimum, & in reſpondendo de iure præſtantiſſimum, ac mihi virtutum magnitudine, etiam atque etiam ch… d…iſſimum, in fauorem dictorum … olim Ioan. Hieron. Riueræ, & contra dictum Ioan. Loy…um. … piorum patruum, ac tantorū Iuriſprudentiū autoritate roborata: videtur mihi, non ſi… do … it …, menti teſtatoris, veritati ac receptiſſimis traditionib. omnino conſona, verum etiam ſummo ingenio, doctrina perilluſtri, & diligentia exactiſſima, omni ex parte ita perfecte abſoluta, vt ad victoriam, & potiſſimum iurium dictorū pupillorum nihil aliud vlterius deſiderari valeat, & ea ꝓpter ſimplex duntaxat ſit in ꝓpoſito ſubſcriptio adhibenda. Cæterum vt vim huiuſmodi conſultationis deguſtaſſe videar, & rogantium piiſsimæ intentioni morem geram, hæc pauca repetendo magis quam de nouo aliqua excitando in ipſius confirmationē ratiocinari non omittam; tam ex capite proprio ipſorum perſonarum dictorum pupillorum, quam ex capite repræſentationis perſonæ dicti eorū patris. § … capite quidem ꝓpriarum perſonarum dictorum pupillorum, recte … dubitandi … ſorum patrui … dictum … ictum per dictum Ioann. Carolum ipſorum pro… in cōmodum filiorum dicti Martini § Primo, quia licet ſub nomine filiorum, ex ꝓpria verbi ſignificatione, ex magis communi ſententia, non veniant nepotes ex filio prædefuncto, iuxta tradita per Dyn. Bartol. & alios, in l. liberorum. ff. de verbor. ſigni. & latiſſime in hoc congeſta, & firmata per Gabr. in tit. de verb. ſignif. concluſ. 1. num. 3. Attamen non eſt dubitandum, ipſos ſub nomine filiorum recte venire, inſpecta iuriſprudentum interpretatione communiter recepta, vt per Gabriel. in d. concluſ. 1. nu. 3. Cōa opi.

Et indubitanter † quando ſumus in diſpoſitione 70 tantum fauorabili, Gabriel. d. concluſ. 1. n. 5 vbi a 7. de magis communi teſtatur, qualem eſſe diſpoſitionē Cōa opi. fideicommiſſariam, quando agitur ſolum de capite vocatiuo, non ambigitur, & ex allegandis in ſequēti medio tam clarum, quam quod clariſsimum fieri intelligeretur.

Secundo † quia in terminis, quod ex vocatione 71 filiorum in diſpoſitione fideicōmiſſaria intelligantur venire etiam nepotes ex filio præmortuo, firmāt Alex. conſ. 26. nu. 4 & ſequent. lib 3. Dec. conſ. 300. nu. 8. Bero. q 111. Soc. Iun. conſ 114. n. 31 & conſ. 116. n. 11 lib 1. & conſ 146. nu. 7. lib. 2. Gabriel. d. concluſ. 1. n. 7.

Tertio, † quia multo magis id recipitur quādo fi- 72 deicōmiſſum iſtud procedit ab aſcendente, & huiuſmodi vocatio apparet facta in futurū euentum; tunc enim filiorum appellatione intelliguntur vocati etiam nepotes ex filio, etiamſi tempore fideicōmiſſi ſci… dicti nepotes non fuiſſent, nec nati. nec concepti, vt per Alex. d. conſ. 26. num. 4 & alia ſ. q & Dec. d. conſ. 300. nu. 8. & Soc. Iun. d conſ. 146 a 9 & ſeq.

Quarto †, & vltimo. Quia prædictis concurrē- 73 tibus, dicitur eſſe locus admiſſioni dictorum nepotum etiam ad concurſum patruorum, vt i… terminis late per Alexan. d. conſ. 2… n 4 & ſeq. & Soc. Iun. d. conſ. 147 nu. 7. Quæ concluſio certo nullā admittere poteſt difficultatem, quando ex diſpoſitione teſtatoris conſtat, ipſius intentionem fuiſſe per huiuſmodi fideicommiſſum prouidere ſuæ poſteritati in perpetuum, & in infinitum Ruin. conſ. 35. a. 15. lib 1. Quæ omnia in præſenti caſu concurrere, ex verbis teſtamenti prædicti fit clariſsimum.

Quinimo † in præſenti caſu conſtat euidenter, ex 74 ipſius verbis de huiuſmodi dicti teſtatoris intentione, dum prohibuit dicta bona alienari etiam inter deſcendentes: merito fit conſequens, eius intentionem fuiſſe de dictis bonis participare, & ſui quoſcunq. ipſius deſcendentes, & ſic non tantum filios verum etiam nepotes ex filio prædefuncto, receptiſſimique iuris ſit, in vltimis voluntatibus & maxime in fideicōmiſſis, teſtatoris mentem, ſpreta verborū proprietate, ſpectandam fore l. cum quæſtio. C. de legat. l. cum proponebatur in fi. ff. de leg. 2. l. cum virum. C. de fidei commiſ. cum concordantibus, ex verbis apparentem. Par. conſ. 7… n. 11 lib. 1. Thob. Non. conſ 8. n. 15.

Ex capite † vero repræſentationis perſonæ dicti 75 eorum patris, dicta re… lutio eſt omnimodo indubica, apparet, licet enim in controuerſiam poni poſſit an in fideicōmiſ. nepos a per dna patri… recte concurrere cum patruo. quando agitur de fideicommiſſo im… oſito, vel ab omnino extraneo, vel ab alio quam à patru…, vel aſcendente, vt per Gabriel. in tit. de fide. com. concluſ. … 1. & ſeq. Attamen in fideicom. proficiſcente ab aſcendente … remota omni … di… one, paſſim … ur, hu… repræſentationem recte … patru…, v… allegat … per dominum … dictos … excelle… proxime ſub… hunc

firmat Franc. Marz. *conſ. 3. num. 3.* Port. Imol. *conſil. 121. num. 5.* & Rolan. à Valle, *inter conſil. diuerſorum pro Trnultiis, nu. 34.*

Vt ſupra concluſum fuit reſpondi, ſubſcripſi, & ſubſignari feci, ego Ceſar Fiumagiolius, V. I. D. Peruſinus.

76 VERISSIMAM, & æquiſſimam, † ac menti ipſius teſtatoris conſonam eſſe exiſtimo concluſionem ſuperius firmatam ab Excellentiſſimo Domino Conſulente, & aliorum Iuriſconſultorum authoritate roboratam, ad fauorem Troiani, & fratrum. Tum, quia filius, ſecundum magis communem Doctorum ſententiam, ingreditur locum patris, & cum patruo concurrit in fideicommiſſis, ab aſcendentibus relictis, vt abunde fuit per Dominum conſulentem deductum, & de magis communi vltra ſuperius allegatos, teſtantur Vaſq. *de ſucceſſ. in 1. part. lib. 3. §. 27. limitat. 30. num. 17.* Thob. Non. *conſ. 4. num. 7.* & Franciſc. Burſat, *conſ. 71, in princip. & conſ. 67. nu. 9. lib. 1. & conſ. 170. ſub nu. 1. lib. 2.*

Com. opin.

77 Tum, quia etiamſi in † propoſito themate filius non ſuccederet in locum patris: tamen dictus Troianus, & fratres debent ſaltem ad dictum fideicommiſſum admitti iure tranſmiſſionis: quia licet fideicommiſſum conditionale regulariter non tranſmittatur, *l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. toll. & cum vulgar.* nihilominus ex voluntate teſtatoris fit tranſmiſſibile, vt late habetur per Hier. Zanchum *in repet. l. hæredes mei. § cum ita, in 4. part. nu. 103.* In præſenti vero caſu ex multis coniecturis colligitur, teſtatorem voluiſſe huiuſmodi fideicommiſſum eſſe tranſmiſſibile ad nepotes Martioi: quas coniecturas adeo plene, & exacte deduxit, & conſiderauit Dominus Conſulens, vt omnis opera mea circa has videatur eſſe ſuperuacanea: ideóque da ſimplici ſubſcriptione requiſitus, libentiſſime ſubſcripſi, & proprio ſigno muniri curaui, ſaluo ſemper, &c.

Marcus Antonius Seuerius V. I. D. Peruſinus in almo Peruſino Gymnaſio ordinarius Iuriſcivilis interpres veſpertinus.

OPINIO DCCCXLV.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum conditionale, reciprocum, an cenſeatur remiſſum per ſimplicem diuiſionem factam inter hæredes grauatos. Et quid, ſi adiecta ſit in diuiſione clauſula, de nihil faciendo in contrarium, nec de veniendo contra diuiſionem, & de habendo eam ratam, &c. nu. 2.*

3 *Fideicommiſſi reciproci renunciatio in diuiſione non præſumatur, ſi alter diuidentium habeat multos filios, tempore diuiſionis, vel ſi inde reſultaret inæqualitas, vel ius fideicommiſſi nondum natum erat.*

4 *Diuiſio bonorum latis verbis, & clauſulis facta, an operetur fideicommiſſi renunciationem, & nu. 18.*

5 *Fideicommiſſum tollitur clauſula appoſita in diuiſione,* promittens ratum, & gratum, *& maxime cum iuramento.*

6 *Fideicommiſſo vt cenſeatur renunciatum, quænam verba requirantur.*

7 *Fideicommiſſi renunciatio an indicatur per clauſulam, in diuiſione poſitam,* ad habendum, tenendum, donandum, alienandum, & omnia & ſingula faciendum, &c. *Item per clauſulam:* quicquid deinceps placuerit perpetuo faciendum, &c. *nu. 8.*

9 *Fideicommiſſum remiſſum cenſetur, ſi in diuiſione dictum ſit, vnum alteri conceſſiſſe pro ſe, & quibus bona concedere voluerit. Et cum in inſtrumento diuiſionis diuidentes nihil ſibi reſeruant, nu. 10. Item cum in inſtrumento diuiſionis appoſita eſt clauſula,* conſtituit fratrem diuidentem ſecum, tanquam in rem propriá procuratorem, & in locum ſuum poſuit, vt proprio nomine libere poſſit agere, petere, & excipere, & replicare, conſequi, & ſe tueri, & vti illis iuribus, quibus ipſe ante præſentem diuiſionem vti poterat, &c.

12 *Fideicommiſſi remiſſio inducta cenſetur, cum fratres in diuiſione remittunt omne id, quod alter eorum habet, vel habere ſperat in parte alterius, & ei competit, & competere poteſt quocunq; modo, iure, vel cauſa, in bonis, & rebus quæ obuenerunt in partem alteri ex contrahentibus.*

13 *Item cum in inſtrumento diuiſionis apponitur clauſula,* & promiſit alter alterum defendere, & omni tempore indemnem ſeruare propriis ſumptibus, & expenſis.

14 *Vel hac clauſula,* quod ſi alicui ipſorum diuidentium de rebus, & poſſeſſionibus obuenotis in partem, quæſtio, & lis moueatur in totum, vel in partem, &c. damnum inter eos par eſſe debere & commune.

15 *Item clauſula,* renunciantes, &c. omnib. aliis realibus, & perſonalibus legibus, iuribus, & auxiliis, & beneficiis in præſenti re competentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars contra alteram, & altera contra alteram tempore aliquo non præſumatur.

16 *Iuramentum in inſtrumento diuiſionis appoſitum, an inducat remiſſionem fideicommiſſi. Et an per iuramentum cenſeatur renunciatum diſpoſitioni* l. de his. ff. de tranſact. *nu. 17. & 25.*

19 *Fideicommiſſi renunciatio cur præſumenda ſit & fauorabilis, nu. 20 & 21.*

22 *Fideicommiſſi remiſſio ex quibus præſumatur.*

23 *Fideicommiſſi remiſſio an præſumatur cum in inſtrumento diuiſionis non eſt facta mentio teſtamenti, & nu. 24.*

PER ſimplicem diuiſionem hæreditatis, † factam inter hæredes grauatos, non cenſetur fideicommiſſo conditionali, etiam reciproco, renunciatum, vt Bart. *nu. 10. in fin.* & alii omnes vniuerſaliter concludunt, in *l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de ver. obli. & in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact.* Alex. *conſ. 21. Viſo compromiſſo, col. 5. vol. 5.* Corn. *conſ. 102. Licet in hac, vol. 4.* Capra, *conſ. 89. Quidam, col. 4.* Creſcen. *deciſ. 37. lib. 2.* Boer. *deciſ. 147. nu. 2.* Barbat. *conſ. 48. Illud afferam in medium, vol. 1.* Dec. *conſ. 267. Non excedit, in prin.* Bero. *conſ. 130. Ex inſtrumento, nu. 1. vol. 2.* & Gozad. *conſ. 36. In facto, col. fin.* & iſta eſt communis, & concors omnium opinio, teſte Belloo. *conſ. 16. num. 7.* Dec. *conſ. 26. col. 2. & conſ. 86. col. 5.* Alex. & Rip. *nu. 58. & ſeq. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres.* Pariſ. *conſ. 46. nu. 6. vol. 2.* Burſat. *conſil. 64. nu. 28.* Rolan. à Valle, *conſ. 34. Vidi dubia, nu. 73. & ſeq. col. 4.* vbi reddit rationem. Roma. *conſ. 403. Pro deciſione, nu. 1.* vbi D. Horat. Mandoſ. *in add. in litera A.* & Iac. Philip. Port. ſeu potius Ant. Gabriell. *concl. 39. in princ. lib. 2.* 1

Com. opin.

Quæ quidem † communis eſt adeo vera, & indubitata, vt ſi foret promiſſum quoque in diuiſione, per diuidentes ipſos hinc inde, de non contraueniendo, non tamen præſumatur vllo modo remiſſum fideicommiſſum, ita Bar. *in d. l. qui Romæ § duo fratres. in 2. quæſt.* & Iaſ. *conſ. 173. nu. 6. vol. 4.* qui aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, Soc. Iun. *nu. 87.* & Rip. 2

Digitized by Google

in d. §. duo fratres, num. 24. Bellon. *conſ.* 19. *ſub nu.* 8. & Ruin. etiam *conſ.* 137. *ſub n.* 6. *vol.* 2. *& conſ.* 92. *ſub n.* 20. *vol.* 3. Pariſ. *in d. conſ.* 46 *n.* 9. Boer. *deciſ.* 147. *n.* 9. *& ſeq.* Bero *d. conſ.* 130 *in prin. nu.* 2. *vol.* 2. Grat. *conſ.* 29. *n.* 29. *vol.* 1. Beccius *conſ.* 111. *nu.* 7. *vol.* 2. Iacob. Mandell. *conſil.* 29. *Pro diſcuſſione. ſub nu.* 14. *& ſeq.* Rolan. *in d. conſil* 34. *nu.* 75. *& ſeq.* vbi aſſignat rationem & Ant. Gabriel. *in d. concl.* 39. *in prima ampliat. lib.* 2.

3 Sed hoc de plano procederet, † meo iudicio, ſi alter ex contrahentibus haberet multos filios tempore contractus, & diuiſionis, cum fatuus tunc iudicaretur, ſi diuidendo voluiſſet fideicommiſſo renunciare, cum ſua nullatenus interſit, & præſertim ſi ſit vir prudentiſſimus, & in rebus agendis ſatis cautus, præſumendum tunc eſt abſq; dubio, ipſum nullatenus ſenſiſſe, quod ſit fideicommiſſo renunciatum: quam præſumptionem multum conſiderant Doct. poſt Gloſſ. *in l.* 1. *& in l. cum proponas. C. de pact. & in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.* Bart. & alii *in d. §. duo fratres.* Quod ipſum locum etiam habet, quando in fideicommiſſo reciproce facto, apparet, & veriſimile eſt, quod ex vna parte poſſit locum obtinere, & ex altera non, vt quia vnus habeat filios, per quos fideicommiſſum deficiat, & alter nullos habeat filios, neque vxorem: tunc profecto fideicommiſſum minime gentium poteſt dici per diuiſionem remiſſum, teſte Dec. *conſ.* 495. *nu.* 20. quoniam inter ipſos fideicommiſſarios ceſſat ratio, propter quam conceſſum eſt à fideicommiſſo reciproco recedere, videlicet, votum captandæ mortis, vt *in d. l. de fideicommiſſo.*

¶ Imo etiam fideicommiſſum in præſenti caſu remiſſum non cenſetur, quia reſultaret vtique tunc inter fratres diuidentes inæqualitas, teſte Dec. *conſ.* 86. *ſub nu.* 4. Capra *conſ.* 89 *nu.* 15 Grat. *d. conſ.* 29. *ſub nu.* 31. *& ſeq.* Iac. Mandell. *conſ.* 19. *nu.* 15. & Bertran. *conſ.* 21. *in fin. vol.* 2.

¶ Secundo amplificatur quoque præmemorata communis, cum ius adhuc natum non erat tempore diuiſionis, quoniam tunc, non obſtantibus quibuscunq; clauſulis appoſitis in inſtrumento diuiſionis, etiam prægnantibus, & præſertim illis, *ad habendum, &c. cum promiſſione de euictione, &c. & de non contrauueniendo, &c. & ex quacunq; cauſa cognita, vel incognita, cogitabili, ſeu incogitabili, vſque in præſentem diem, &c.* nullo modo cenſetur renunciatum iuri accreſcendi de nouo ſuperuenienti, ſecundum Bart. & alios iuris interpretes omnes vniuerſaliter, *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres.* Feder. de Sen. *conſ.* 228. *Factum tale eſt,* & Alex. *conſ.* 107. *In cauſa Nicolai de Campegio, nu.* 15. *&* 17. *vol.* 4. vbi commemorat iſtam eſſe communem opinionem, quam approbat Ruin. *conſ.* 137. *vol.* 2. concludens ibi, per huiuſmodi mutuam liberationem, & remiſſionem inter diuidentes, vſq; in præſentem diem, de quacunque cauſa cogitabili, vel incogitabili, non dici aliter renunciatum iuri accreſcendi, quod ea die natum non erat: quia verba illa generalia, atque prægnantia reſtringuntur vtique ad ea, quæ de præſenti debentur, & ſic ad tempus præſens diuiſionis, & renunciationis, vt voluit Ant. Gabriell. cum aliis ſignatis per eum, *in d. conclu.* 39. *ſub prima limit.* licet, & male quidem, Boer. *deciſ.* 147. *n.* 12. *& ſeq.* ſentiat contrarium. Imo hæc communis procedit etiam tempore, quo fideicommiſſum erat delatum; ita Soc. Iun. *conſ.* 126. *nu.* 122. *vol.* 1.

Com. opin.

4 Cæterum communis hæc † ita amplificata, claudicat, & non habet locum ſi in diuiſione forent appoſita verba ampla, pinguia, & valde prægnantia, tunc etenim cenſetur iuri fideicommiſſi futuri renunciatum: Nam generalitas, & plenitudo verborum in huiuſmodi diuiſione, ſolet fideicommiſſi remiſſionem inducere, vt firmat Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de teſtam. §. In primis, verſ. Sed quid ſi fideicommiſſarius,* cui innititur Alex. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, colum.* 11. *verſ. Aduerte tamen, & conſil.* 62 *nu.* 4. *volum.* 7. Dec. *in d. conſil* 88. *num.* 4. *& conſil.* 287. *In Ciuitate, colum. fin.* Ant. Gabriell. *in d. concluſ.* 39. *lib.* 2. *in* 1. *limitat.* Menoch. *conſil.* 87. *num.* 78. *& ſequent.* Curt. Iun. *conſil* 49. *colum.* 5. Pariſ. *conſil.* 71. *ſimplex diuiſio, in princ. volum.* 3. *& conſil.* 46. *In præſenti, colum. penult. & fin. volum.* 2. Ioan. de Neuiz. *conſil.* 31. *Tribue Deus ſermonem, num.* 14. & Burſat. *conſil.* 86. *Dominus Baptiſta, num.* 12. cum aliis aggregatis per eum, dicit iſtam eſſe communem opinionem, & magis communem Ant. Gabriell. *in loco præcitato,* & Marzar. *in tractat. materia fideicommiſſaria, in* 3. *parte, quæſt.* 59. vbi admonet ſe ita vidiſſe iudicari, ipſumque indicaſſe etiam in Rota Florentina, & Menoch. *conſil.* 87. *ſub num.* 27. *& ſeq.*

Com. opin.

¶ In contrariam vero partem inclinauit conſulendo ſubtiliſſime, atque doctiſſime D. Franciſc. Beccius *conſil.* 111. *Etſi, volum.* 1. vbi ample diſcurrit, & commemorat, iſtam eſſe communem opinionem; *ſub num.* 15. quæ ſemper mihi placuit, per rationes alibi commodius exprimendas: & tanto magis, cum ventilato præſenti caſu alias, in Rota Romana, nihil reſolutum fuerit, teſte D. meo Oradino, *deciſion.* 249.

Et iſtorum † opinio eo facilius procederet, ſi interueniſſet iuramentum in diuiſione: tunc enim abſque ſcrupulo aliquo videtur renunciatum fideicommiſſo, iuxta tradita per Decium *conſil.* 345. *Viſis,* & per Ripam *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, num.* 71. & Burſat. *in d. conſil.* 86. *ſub num.* 17. vbi demonſtrat iſtam eſſe communem opinionem, & Bero. *in d. conſil.* 130. *num.* 38. licet leuiter quidem Bertrand. *conſil.* 76. *colum.* 2. *& ſequent. volum.* 1. & Ruin. *conſil.* 137. *ſub num.* 15. *& ſequent. volum.* 2. contrarium aſſeruerint. 5

Vnde aduerte, † quod ad hoc, vt ſit renunciatum fideicommiſſo, opus ſit primo, vt verba ſint valde prægnantia, vt ſupra oſtendimus; Secundo, vt verba reſpiciant futurum, vt notant Dec. *conſil.* 288. Bellon. *conſil.* 19. *ſub num.* 9. & Bero. *in d. conſil.* 130. *num.* 24. *& conſil.* 132. *Caſus de quo nunc agitur, num.* 1. *volum.* 2. Et tertio, quod partes habeant notitiam fideicommiſſi, ita Dec. *conſil.* 491. *in* 2. *dubio,* & Socin. Iun. *conſil.* 116. *nu.* 50. *volum.* 1. & eſt communis opinio, atteſtante Bellon. *d. conſil.* 19. *num.* 10. Et tunc data ſcientia fideicommiſſi, hæres remittens non poſſet contrauenire, ſecundum Soci. Iun. *in d. conſil.* 116. *num.* 51. & Bologn. *conſil.* 32. *Viſo igitur, in fine.* Eſt bene verum, quod fideicommiſſo cenſeatur etiam renunciatum in inſtrumento diuiſionis, ſi in eo reperiantur plures clauſulæ, reſpicientes ius de præſenti, ita D. meus Oradinus, *deciſ.* 269. 6

Secundo † limitatur communis prænotata etiam, cum in inſtrumento diuiſionis appoſita eſt illa clauſula, *Ad habendum, tenendum, poſſidendum, vendendum, fructuandum, pignorandum, alienandum, & permutandum, & omnia & ſingula faciendum,* quæ certe verba ex eo ponderanda ſunt; quod per ea in diuiſione conceditur facultas alienandi: ideo per hæc verba ius fideicommiſſi remitti videtur, ſecuta maxime alienatione, vt per Bartol. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in* 8. *quæſt.* & Angel. *in* 5. *quæſtio.* Alexan. *conſil.* 185. *Viſo & mature diſcuſſo, colum.* 3. *volum.* 2. Deci. *conſil.* 11. *Et pro tenui, num.* 7. Mobedan. *deciſ.* 156. Chiſſanenſ. *deciſ.* 189. 7

Crot.

Crot. *in d. §. duo fratres, colum. 73. verſ. Octauo quærit.* vbi commemorat, ſe in ardua quæſtione ita conſuluiſſe & ex complutibus fundamentis, quæ ibidem licet inuenire, iſtam concluſionem corroborat Corn. *conſil. 144. Licet. colum. penult. verſ. Et licet forte, volum. 3.* Octauian. Cacher *deciſ. 112. Petrus, ſub num. 17.* Soci. *conſil. 43. Viſo teſtamento, Ser. Roberti, colum. 1. & ſequent. volum. 4.* Pariſ. *conſil. 46. colum. penult. & fin. volum. 2.* & pleniori manu *conſil. 71. colum. 4. volum. 3.* Socin. Iun. *in d. conſil. 116. num. 54.* Grauet. *conſil 24. colum. 11. verſ. Tertio poſito, volum. 1.* Berous *d. conſ. 130. num. 22.* & Alciat. *conſil. 80. Generoſiſſimi Ludouici Richardi, num. 7. & ſequent. tomo 3. lib. 9.* vbi in medium expoſuit, iſtam eſſe communem opinionem, atque eam vtiliter declarauit, & Anto. Gabriel. etiam *in d. concluſ. 39 in 4. limitat.* & Cephal. *conſil. 371. In teſtamento, nu. 23. & ſeq. vol. 3.*

Com. opin.

8 Tertio non ſortitur quoq; † locum eadem communis, cum in diuiſione ipſa apponuntur illa verba, quæ iam ponderanda veniunt, *Deinceps perpetuo placuerit &c.* quibus profecto fideicommiſſo ſimiliter renunciati videtur. Nam cum bona fideicommiſſo ſubiecta alienari nequeant, vt *in l. fin. §. ſed quia. C. communia, de leg.* ſi fideicommiſſum non intelligeretur eſſe remiſſum, præmemorata verba eſſent ſuperuacuo adiecta, contra *l. ſi quando. ff. de leg. 1. & c. ſi Papa. de priuileg. in 6.* & notatur per Bald. *in rubr. C. de contrahen. empt. in 9. quæſt.* & per Cephal. *conſil. 530. ſub num. 49. & ſequent. volum. 3.* vtpote quia non poſſent fratres alienare, & conſequenter facere quic-

9 quid ipſis placuerit. Ad quod vtique facit, † quod ſcribit Angel. *in d. l. qui Romæ § duo fratres, in 5. quæſt.* quod ſi in diuiſione fuerit dictum, *quod vnus alteri conceſſerit pro ſe, & quibus bona prædicta concedere voluerit,* cenſeatur remiſſum fideicommiſſum, per text. *in c. 1. de feud. non haben. propr. nata. feud.* Sed iſta verba æquipollent illis verbis, *Quicquid placuerit perpetuo faciendum.* Sicut ergo per verba hæc, ſecundum Angel. ita pariformiter per illa verba etiam intelligitur fideicommiſſo renunciatum: quoniam non refert, quid ex æquipollentibus fiat, *l. mulier. in princ. ff. ad Trebell. cum vulgaribus.* & ita ex his, aliiſque efficaciſſimis rationibus firmat Crot. *in d. l. qui Roma. §. duo fratres, in 8. quæſtio.* & reaſſumit Socin. Iunior. *in d. conſil 116. nu. 54.*

¶ Et licet trutinato præſenti caſu, in Rota Romana, ſuperioribus annis, ſecundum D. meum Oradinum, *deciſ. 149.* Nam videlicet fideicommiſſo per clauſulas prægnantes, maxime illam, *Quicquid placuerit faciendum*, cenſeatur renunciatum: nihil tunc fuiſſe reſolutum referat: tamen ex allegatis, ego non recedo à prædicta opinione ita roborata, tanquam veriſſima, quam ſequitur etiam, & communem eſſe dicit Menoch. *conſil 87. Qua, num. 15. cum alijs ſequent. volum. 1.* & Rolan. *in d. conſil. 34. ſub num. 79. vol. 4.*

10 Quinto coarctatur etiam † antesignata communis; vt non obtineat locum, cum diuidentes in inſtrumento diuiſionis nihil in eo ſibi reſeruarunt: tunc enim cenſentur iuri fideicommiſſi derogatum, vt tradit Pariſ. *in d. conſil. 26. nu. 52. & ſequent. volum. 2.* ita ſimiliter, quando nihil reſeruant, exprimentes in diuiſione, quod eam faciant nulla reſeruatione facta, videntur fideicommiſſo renunciare, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, vt *in l. & ſi contra. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. cum ſimilibus.* ex natura præſertim orationis vniuerſalis, iuxta regulam *l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. mand. & c. ſoluta, de maior. & obedien.* & in his terminis tradit Pariſ. *in conſ. 84. nu. 7. vol. 4.*

Quinto, † non extendit aliter vires ſuas prædicta 11
communis, cum in ipſa diuiſione appoſita eſt altera infraſcripta clauſula, cuius vigore concludendum eſt, vel fideicommiſſo renunciatum, ſecundum vnam opinionem, vel ſaltem, ſecundum alteram ſententiam, non poſſe eum, in quem bona ſunt alienata, vllo modo inquietari, atque vexari, videlicet, quando illum in ipſa diuiſione, tanquam in rem ſuam propriam, procuratorem conſtituerit, & in locum, & priuilegium ſuum poſuerit, vt iam directo, proprioque ſuo nomine, occaſione dictarum rerum, & pro eo libere poſſit agere, petere, exigere, & replicare, conſequi, & ſe tueri, & vti illis iuribus, quibus ipſe ante præſentem diuiſionem, vti potuerat, &c. Et quod hæc clauſula operetur præmemoratum effectum, ita voluit Barto. *in d. l. qui Roma. §. duo fratres, in 8. quæſt.* quem ibi communiter ſequuntur omnes, Berous *d. conſil. 130 num. 32. vol. 1.* Iacob. Mandell. *d. conſil. 29. ſub num. 15.* & Octa. Cacheran. *deciſ. 112. ſub num. 17.* Et facit, quia per præallegatam clauſulam cenſetur data facultas alienandi, & libere diſponendi, vt ample deducit Pariſ. *conſil. 46. In præſenti conſultatione, num. 23. & ſequent. volum. 2.* idemque poſt Corn. & Socin. quos allegat, firmat Socin. Iun. *in d. conſil. 116. num. 60. volum. 1.* Augetque etiam vim, & effectum remiſſionis fideicommiſſi verbum, *libere*, in eadem clauſula appoſitum, quod ſignificat, re ipſa, nihil obſtante, ſine contradictione alicuius, & non requiſito alterius conſenſu, ſecundum Corn. *conſil. 60. colum. 11. verſ. Et verba ſunt clara, & conſil. 106. colum. tertia, verſ. Et quod non dicatur, volum. 2.* Curt. Iun. *conſ. 11. num. 3.* & Gozad. *conſ 91. nu. 7.*

Sexto claudicat etiam † antedicta communis, & 12
non procedit, cum fratres in diuiſione remiſerunt omne id, quod alter eorum habet, vel habere ſperat in parte alterius, & ſic ex adiectione iſtius clauſulæ, in inſtrumento diuiſionis, qua alter ex diuidentibus ceſſit omne ius, omnemque actionem, quod, & quam habet, & habere ſperat, & ei competit, & competere poteſt, quocunque modo, iure, vel cauſa, in bonis, & rebus obuenientibus in partem alteri ex contrahentibus, inducta videtur fideicommiſſi remiſſio, quoniam verba hæc videantur habere tractum in futurum: & conſequenter iuri futuri fideicommiſſi renunciatum videtur, ſi nulla cauſa, trahens originem ex præterito, appareat, ex qua diuidentes poſſint in dictis rebus ius prætendere in futurum, niſi ius fideicommiſſi, de quo agitur, per ea quæ tradit Bar. *in d. l. qui Roma. §. duo fratres, in 6. quæſt.* quem ſequuntur communiter Doctor. vt patet ex congeſtis per Alexand. *ibi colum. antepenult.* & Ripa *num. 78. & ſequent.* Pariſ. *conſil. 71. num. 14. & ſequent. volum. 3.* Alexan. *conſil. 8. colum. fin. volum. 5.* Roman. *in l. 1. in 12. quæſt. C. quando non petén. par.* Paul. Caſtr. *conſ. 448. colum. fin. vol. 1.* Aretin. *conſil. 92. col. penult.* Chaſſan. *conſil. 31.* Gozadin. *conſil. 53. colum. 2.* Grat. *conſil. 60. colum. 1. volum. 1. & conſil. 116. colum. fin. volum. 2.* & Curt. Iun. *conſil. 23. col. 2. & ſeq. & conſ. 52. in fin.*

Com. opin.

¶ Sed hoc vtique non ſortiretur locum, ſi verba illa, *remiſit vnus alteri omne id quod habet, vel habere ſperat, &c.* poſſent referri ad alias cauſas, ex quibus contrahentes ſperabant aliquod ius: tunc enim renunciare non dicitur, etiam ſciens, fideicommiſſo, ſecundum Bartol. *in d. l. qui Roma. § duo fratres, in ſexta quæſtione.* Alexan. *conſ. 102. Viſo themate ſupraſcripto,*

ſub nu. 5. & ſeq. vol. 6. vbi apoſtil. *in litera A.* & Gozad. *conſ. 45. ante num. 28.*

13 Septimo, † renunciatio fideicommiſſi ex eo etiam reſultare videtur, quando in inſtrumento diuiſionis ſubiicitur hæc clauſula: *Et promiſit alter alterum defendere, & omni tempore indemnem conſeruare proprijs ſumptibus, & expenſis* per quam vtique clauſulam facile inducitur renunciatio fideicommiſſi, vt tradit Curt. Iun. *in conſ. 49. col. 5.* Curt. Sen. *conſ. 63. col. 16. verſ. Quarta principalis dubitatio*, & ſequitur Pariſ. *in d. conſ. 71. num. 9.* Ioan. de Neuiz *in d. conſ. 31. ſub nu. 14.* Burſat. *in d. conſ. 64. num. 32.* Caputaquenſ. *deciſ. 34. lib. 2.* & Menoch. *in d. conſ. 87. ſub num. 33. cum alijs ſequent.* vbi aſſignat rationes. Et faciunt tradita per Socin. *in d. conſ. 43. colum. 2. verſ. Item, & ſecundo multum operatur*, & per Octau. Cacher. *deciſ. 112. ſub numer. 17.*

14 Octauo, emanat † etiam renunciatio fideicommiſſi ex alia clauſula in diuiſione appoſita, videlicet, *quod ſi alicui ipſorum diuidentium de rebus, & poſſeſſionibus obuenctis in partem, quaſtio, vel lis moueretur in totum, vel in partem, &c. damnum inter eos pariter ſit, & eſſe debeat commune*, per ea quæ ſcribit Socin. Iun. *in d. conſil. 116. col. 12.* & Curt. *in d. conſ. 63. col. 17.* vbi meminit hunc caſum eſſe indubitatum, & ſequitur Pariſ. *in d. conſ. 71. nu. 9.*

15 Nono, † remiſſio fideicommiſſi ex alia etiam clauſula colligitur in inſtrumento diuiſionis adiecta: *renunciantes, &c. & omnibus alijs realibus, & perſonalibus legibus, iuribus, & auxilijs, & beneficijs in præſenti competentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars contra alteram, & altera contra alteram, tempore aliquo non præſumant*, quæ verba, tanquam generalia, & habentia tractum in futurum, ſalua ratione recti ſermonis, nullo modo ſaluari poſſent, niſi remiſſio fideicommiſſi induceretur, vt in propriis terminis concludit Curt. Iun. *in d. conſ. 49. colu. 5. & col. pen. num. 14.* Cephal. *conſ. 330. Egregius teſtator, ſub nu. 48. & ſequent. vol. 3.* & Menoch. *conſ. 87. ſub nu. 26. & ſequent. vol. 1.* & facit illud quod de eadem clauſula diſcurrit Soc. Iun. *in d. conſ. 116. col. 10. verſ. Tertio, & probatur.*

16 Poſtremo, † limitatur quoque prælibata communis, vt quemadmodum ex clauſulis prememoratis, & vnaquaque earum, inducta videtur remiſſio fideicommiſſi: ita pariformiter, iuramentum, in inſtrumento diuiſionis appoſitum, præſtitumque, plurimum attendi debeat: virtus enim eius operari videtur, vt perinde habeatur, ac ſi fideicommiſſo foret ſpecialiter renunciatum: nam iuramentum vim habet expreſſi, & ſpecialis conſenſus, *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2.* notat Bal. *in l. 1. col. 2. verſ. Secundo quæritur. C. commod.* & iuramentum habet etiam vim ſpecialis clauſulæ derogatoriæ, vt tradit

17 Bal. *in l. ſancimus, col. fin. C. de teſtam.* Hocque † confirmatur ex eo, quod tradit Imol. *in c. cum contingat, col. penult. verſ. Circa quintam, de iureiuran.* vbi concludit, quod per iuramentum cenſeatur renunciatum diſpoſitioni, *l. de his. ff. de tranſact.* refert, & ſequitur Alexan. *conſ. 11. col. 4. verſ. Poteſt & tertio reſponderi, vol. 2.* Corn. *conſ. 140. col. penult. verſ. Nec videtur, vo-*

18 *lum. 2.* Socin. *d. conſ. 103. col. fin. vol. 3.* Facit † etiam, quia ſub verbis generalibus & vniuerſalibus, in quibus omnia includuntur, *l. ſi qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. cum alijs vulgaribus*, diuidentes videntur in genere cogitaſſe de huiuſmodi fideicommiſſo, vt *in l. qui mil. ff. de milit. teſta.* ideo ſub generalitate cenſentur fideicommiſſo renunciaſſe, & præcipue accedente iuramento, quod, vt docuimus, habet vim expreſſi, eſt ſpecialis conſenſus, prout ex prædictis concludit Curt. *in d. conſil. 49. colum. fin. verſ. Accedit.*

Ad hæc, † quod ex diuiſione emanauerit remiſſio fideicommiſſi, ſuadet præſens materia, quæ vtique æqua eſt, & fauorabilis: nam per fideicommiſſi remiſſionem tollitur occaſio, & votum captandæ mortis, vt *in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.* & notatur *in d. l. qui Roma. §. duo fratres, & in l. 1. C. de pact.* nec ex ea reſultat donatio: quia tantum vnus præſtat, quantum ei ab altero præſtatur, & tantum vnus remittit, quantum ei ab alio remittitur, vt *in l. cum proponas. C. de pact. & in l. pater puellæ. C. de inoffic. teſtament. & in d. l. de fideicommiſſo.* quæ decidit, minoribus, ac ſi ex remiſſione fideicommiſſi non lædantur, in integrum reſtitutionem nullatenus competere, vbi Bartol. ſimiliter concludit, inter fratres fideicommiſſum remitti poſſe, neque ex hoc minorem prætendere, allegareque poſſe ſe læſum eſſe, quamuis hoc ei caſu aliquo damnoſum eſſe poſſit, & ſequitur Octauia. Cacheran. *deciſ. 121. ſub numer. 16.* 19

Necnon ex huiuſmodi remiſſione, † libera vnicuique tribuitur de rebus fideicommiſſo ſubiectis, diſponendi facultas, quam homines plurimum exoptare ſolent, vt *in l. in re mandata. C. manda. l. non vſque adeo. ff. ſi quis à paren. fuer. manum. & l. ficus. C. de act. & oblig.* 20

Item cum taliter † remittentes retrahantur ab occaſione, & voto captandæ mortis, in hoc certe verſatur publica vtilitas, vt homines à ſceleribus, & delictis abſtineant, *l. congruit. ff. de offic. præſid. & l. ita vulneratum ff. ad leg. Aquil. cum vulgaribus.* 21

Et cum hoc videatur eſſe vtile Reipublicæ, ſequitur vtiliter, quod nec prætextu minoris ætatis quis in hoc dici poſſit circumuentus, *l. de fideicommiſſo, cum ibi not. C. de tranſact.* vbi Imperator huiuſmodi remiſſionem magnopere commendat.

Ideo ex his † facilius præſumitur remiſſio, prout hæc accurate conſiderat Decius *in d. conſ. 287. col. fin.* Pariſ. *d. conſ. 71. col. fin.* Soc. *d. conſ. 43. nu. 14.* & Soc. Iun. *in d. conſ. 116. nu. 68.* 22

§ Et præſertim fideicommiſſum ipſum cenſetur remiſſum etiam, cum verba diuiſionis nihil aliud operari poſſunt, quam fideicommiſſi remiſſionem, ita Bartol. *in d. l. qui Roma §. duo fratres, in ſexta quæſtione*, & ibi Crot. *num. 127.* Alexan. *conſ. 102. num. 6. volum. 6.* Bal. *conſil. 440. Factum proponitur, colum. 2. volum. 3.* Ruin. *conſil. 84. num. 7. conſil. 119. num. 11. & conſ. 144. nu. 5. vol. 2.* Dec. *conſ. 187 in fin.* Soc. Iun. *conſil. 116. nu. 50. & 74. vol. 1.* & Pariſ. *conſ. 71. num. 14. vol. 3.*

Et quamuis † prædictis obſtare quodammodo videatur, quod non teneat hæc fideicommiſſi remiſſio, cum in inſtrumento diuiſionis non fuerit facta mentio teſtamenti, nec adiecta illa verba *inſpectis, cognitisq; verbis teſtamenti*, iuxta normam, *l. de his, ff. de tranſact.* tamen ea non obſtat, nec vendicat ſibi locum, eo caſu, quo diuidentes, vel tranſigentes habuerunt ſcientiam teſtamenti, vt ſoluit Bartol. *in 4. quæſt.* quem alij conformiter, & vniuerſaliter ſequuntur, *in d. l. qui Roma. §. duo fratres*, & idem Bartol. & poſt eum cæteri omnes, *in d. l. de his.* Alexan. *in d. conſil. 11. colum. 5. volum. 2. & conſil. 76. colum. 5. volum. 3.* Octau. Cacher. *in d. deciſ. 12. nu. 20.* & Pariſ. *in d. conſ. 46. nu. 20. vol. 2.* 23 *com. opin.*

Sed de vera, † vel præſumpta ſcientia diuiden- 24
tium

rium non obſcure dicitur apparere ex his, quæ ſuperius deducta ſunt, & ex traditis vbertim per Ripam *in d. l. quæ Romæ. §. duo fratres, num. 53. cum aliis ſequent.*

25 Secundo † limitatur etiam *d. l. de his*, quod non procedat, cum in diuiſione, ſeu tranſactione interpoſitum eſt iuramentum, vt patet ex his, quæ tradit Alexan. *in d. conſil. 11. colum. 4. verſ. Poteſt & tertio reſponderi.* Corn. *conſil. 240. colum. penult. verſ. Nec videtur, volum. 2.* Socin. *in d. conſil. 103. colum. fin.* Iaſ. *in d. l. de his, num. 11.* & ex aliis quæ ſupra ad hoc deduximus.

¶ Et hæc renunciatio generalis ſufficiat, præſertim cum ea cum iuramento celebrata fuit, ex allegatis authoribus, nihilominus D. Franc. Bec. *in d. conſil. 111. num. 35. cum aliis ſignatis per eum*, videtur ſentire contrarium, quod *d. l. de his*, in ſpecie renunciari debeat cum iuramento, & non aliter, nec alio modo, tamen quicquid ipſe ſuadeat, noli recedere à prima opinione, iam relata, & roborata, tanquam ſacroſancta, & in iure fundatiſſima, quam ſequitur etiam, & tuetur ſacer Senatus Pedemont. *in præmemorata deciſ. 112. nu. 20.*

OPINIO DCCCXLVI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria à patre filiæ, in dote facta, quatenus ea eſt ei pro legitima, an & quando valeat.*

2 *Fideicommiſſum à filia per patrem relictum, quatenus eſt bonorum ſubſidium, non valet, nec tenet.*

3 *Fideicommiſſum iniunctum filiæ de dote, quo ad eius legitimam eſt nullum, etiamſi debeatur piæ cauſæ.*

4 *Subſtitui per fideicommiſſum non poteſt filiæ in dote, etiamſi cum ſtatutum filias dotatas à ſucceſſione excludit.*

5 *Subſtitutio vulgariter facta per patrem filiæ in dote valet, ſecus in ſubſtitutione facta per fideicommiſſum tantum.*

6 *Subſtitutio fideicommiſſaria non eſt proprie ſubſtitutio.*

7 *Subſtitutio fideicommiſſaria non comprehenditur ſub diſpoſitione ſtatutaria de ſubſtitutione mentionem facientе.*

8 *Subſtitutio fideicommiſſaria eſt onus à teſtatore impoſitum ei, cui fit.*

1 SVBSTITVTIO fideicommiſſaria † facta à patre in dote filiæ, quatenus ea eſt eius legitima, non valet, neque tenet, ſed eſt nulla, vana, & penitus fruſtratoria, niſi aliunde filia habeat de bonis paternis, ex quibus legitima detrahi poſſit, prout ita conſtanter, communiterque firmant omnes iuris interpretes poſt Dyn. & Bart. *in l. fin. §. filia. ff. de leg. 2. & in l. Lucius. §. maritum. ff. ad Trebell.* & Bal. *in l. quoniam puella, num. 8. C. de inoffic. teſta. & in l. cum virum. C. de fideicom.* vbi aſſerit ſe alias ita conſoluiſſe, prout reipſa ſic conſuluit, *conſ. 59. vol. 2. & conſil. 79. volum. 4.*

Com. opin.

2 Imo concludit † ſtabili fundamento Dynus, *in l. à filia petiit. ff. ad Trebell.* fideicommiſſum relictum à filia, quatenus eſt bonorum ſubſidium, nullatenus valere, *per l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* & hoc dictum Dyn. recenſuit Cyn. *in l. vnica. §. videamus, C. de inoffic. teſta.* & poſt eos ita decidit Ioan. And *in add. Specul. in tit. de inſtru. edict. la 3. compendioſe, in add. incip. Se ſimilis alia quæſtio, in fin.* & ita pariter determinauit Guid. Pap. *deciſ. 613.* vbi dicit ita ſeruari in Curia Parlamenti Gratianopol. & ſic itidem vidi conſultum, reſponſumq́; ſubtiliter, & profunde de præ'ecto anno 1581. in quadam cauſa, vertente in Ciuitate Reatis, ad fauorem cuiuſdam Simonis, per D. Pompeium Leonardum, iuriſconſultum Reatinum, cuius conſilio me quoque ſubſcripſi, diffuſo calamo, antea ſubſcripto à compluribus illuſtribus DD. Aduocatis Curiæ Romanæ.

Quæ quidem communis adeo vera eſt, † vt ea amplificari poſſit procedere etiam, vt licet fideicommiſſum debeatur piæ cauſæ, adhuc tamen huiuſcemodi fideicommiſſaria ſubſtitutio nulla, & inualida ſit. Nam ſicut talis dos cenſetur data filiæ loco legitimæ, ſecundum Bart. & communiter omnes alios *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon.* Bal. *in l. ſancimus. C. de nupt.* & Iaſ. *conſil. 43.* & huiuſmodi dos habeat quoque omnes qualitates legitimæ, teſte Paul. Caſtr. *conſ. 129. colum. fin.* ſecundum antiquam impreſſionem, & compertum etiam ſit, quo filii in legitima grauari non poſſint, *d. l. quoniam in prioribus.* Roman. *conſil. 185. volum. 2.* & Dec. *conſil. 603. in vlt. dub.* vbi hoc amplificat quoq́; locum ſortiri, etiamſi fideicommiſſum deberetur piæ cauſæ, quod voluit etiam expreſſe Soc. *conſil. 1. colum. 2. volum. 4.* Pariſ. *conſil. 26. colum. 3. vol. 2. & conſil. 81. eod. vol.* & Rolan. à Valle *conſ. 25. num. 5. vol. 1.* ita pariter fideicommiſſum iniunctum filiæ in dote quoad integram legitimam eſt nullum, etiamſi deberetur piæ cauſæ, cum talis dos habeat omnes qualitates legitimæ, vt per Paul. Caſtren. *in præcitato conſ. 129.* 3

Secundo † ampliatur eadem communis, quod idem eſt, vt ſtante ſtatuto, filias dotatas à ſucceſſione excludi mandanti: quia adhuc talis dos cenſetur data loco legitimæ, & in ea non poteſt filiæ per fideicommiſſum ſubſtitui, cum hoc caſu ſtatutum non ſimpliciter primo excludat filiam, & deinde mandet dotari: ſed dotatam tantum excludat, ita Dec. *conſil. 106.* & Cephal. *conſ. 145. ſub num. 22. volum. 1.* 4

Cæterum interpretantur † prædicta omnia, vt ea locum obtineant in ſubſtitutione facta à patre filiæ, in dote, per fideicommiſſum tantum, ſecus vero, ſi vulgariter foret ſubſtitutio facta: quia cum ſit hoc caſu in poteſtate filiæ, adire, vel non adire, ſubſtitutio vulgariter facta in dote valebit, vt per diſtinctionem Dyn. iudicatum eſſe commemorat Guid. Pap. *in d. deciſ. 613.* & ita firmat etiam Mattheſil. *in ſing. 163. Nota pulchram doctrinam.* cum aliis congeſtis ibi per Apoſtill. vbi explanat etiam iſtam eſſe communem opinionem. 5

Interpretantur etiam præmiſſa vtiliter, † quod ſubſtitutio fideicommiſſaria non ſit proprie ſubſtitutio, ſecundum communem opinionem Gloſſ. & aliorum *in rubric. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi Ripa *nu. 10.* ſequitur, & non obſcure atteſtatur, iſtam eſſe communem. 6

Com. opin.

Et hinc non immerito infertur, † ſubſtitutionem fideicommiſſariam, cum ea non ſit proprie ſubſtitutio, nullatenus comprehendi in ſtatuto, de ſubſtitutione mentionem faciente, ita Paul. Caſtren. & Alexand. *in rubr. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & Cagnol. *in l. precibus, num. 37. cum aliis ſequent. eod. titul.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, pro cuius etiam robore, & firmitate, multa ibi vtiliter adducit. Et de hoc mirandum non eſt: quoniam ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt onus à teſtatore impoſitum ei, cui fit, *l. cohæredi. §. cum filia ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. & l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.* Ioan. Crot. *conſil. 35. num. 1. & conſil. 143. nu. 1.* & Iacobi Mandel. Albenſ. *conſ. 31.* 7 8

Diffi ilis, nu. 9.

Digitized by Google

palpabilis: quia apparet euidens coniectura quod teſtator voluerit conſeruare bona in familia, ita Paul. Caſtr. in d. l. 1. C. de cond. inſer. Pariſ. conſ. 49. vol. 2. & conſ. 76. eod. vol. & conſ. 53. num. 27. & 24. vol. 3. Cephal. conſ. 36. nu. 44. vol. 1. & Soc. in d. l. cum auus. ff. de cond. & demonſtrat.

7 Claudicatque † ſecunda eadem communis vt non procedat, quando aliqui vocati fuerint ad ſubſtitutionem, per nomina propria eſſent inſtituti, quibus deficientibus eſſent ſubſtituti alii, nam iſti vocati forent cæteris præferendi, l. cum ita. §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. quoniam præſumuntur procul dubio magis dilecti ſecundum Bartol. in d. l. §. in fideicommiſſo.

8 Limitatur quoque † tertio loco præmemorata communis, ſi vigeret ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant; tunc enim intelliguntur vocati maſculi tantum: ex quo tum præſumitur teſtatorem eo caſu habuiſſe mentem, inclinationemque conformem ſtatuto; ita Anchar. in l. tres fratres ff. de pact. Alexander in leg. Gallus. §. quidam recte, in fin. ff. de lib. & poſthum. & in l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Trebell. & conſ. 127. vol. 1. Iaſon. in l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omnium iud. & in dict. leg. tres fratres Canoniſt. in c. Raynutius, extra de teſtam. Curt. Senior conſ. 52. Curtius Iunior conſ. 116 num. 9. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. n. 1. Socin. Iunior conſ. 1. num. 113. volum. 1. Corn. conſ. 197. volum. 1. Soc. conſ. 180. vol. 2. & conſ. 51. vol. 4. Iaſon in leg. qui filiabus ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 4. volum. 2. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. part. principali ſub nu. 15. Dec. conſ. 465. num. 14. & conſ. 145. num. 3. & ſeq. Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtandi tit. 5. ca. 17. nume. 2. Cephal. conſ. 45. num. 2. volum. 1. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita num. 4. & ibi alii omnes ff. ad Trebell. Imol. in l. fin. ff. de condit. & demonſt. Alexan. conſ. 15 num. 3. volum. 4. Folgoſ. conſ. 34. colum. 2. Brun. de ſtat. exclud. fœm. art. 5. quæſt. 12. & Iul. Clar. in §. teſtam. quæſt. 76. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem.

9 Et † ratio aſſignari poteſt hæc quod ſtatuto faciente conſtituenteque differentiam inter maſculos, & fœminas, ita ſit interpretanda ſubſtitutio, vt ſit conformis ſtatuto ſecundum Bart. in d. l. hæredes mei § cum ita Folgoſ. conſ. 34. Alexander conſ. 15. volum. 4. & Soc. in d. l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat, & conſil. 54. & ſequent. volum. 4.

10 Sed hæc † vltima communis limitatio ita explanata & approbata, coarctatur primo vtiliter non ſortiri locum quando conſtat teſtatorem non ſeruaſſe formam ſtatuti, ſecundum Ruin. conſ. 120. num. 16. verſ. non obſtat. volum. 1. & conſequenter cũ teſtator non ſeruauit ſtatutum præmemoratum, & apparet manifeſte eum receſſiſſe à ſtatuto, minime dici poteſt ipſum teſtatorem voluiſſe ſe conformare cum ſtatuto, vt firmauit Corn. conſ. 24. colum. fin. volum. 2. Gozadin. conſ. 53. num. 18. & Octau. Cacher. in dec. pedemont. 25. num. 41.

11 Secundo † claudicat eadem communis limitatio vt ea locum non obtineat, quando verba teſtatoris violarentur: tunc enim cenſetur, quod potius voluerit ſe conformare cum iure communi, quam cum ſtatuto, vt concedit Pariſ. conſ. 78. nu. 25. vol. 2.

12 Tertio, † vt cenſeatur teſtator ſe ſtatuto conformare, neceſſe eſt, quod ſtatutum loquatur ſpecialiter in caſu illo, de cuius interpretatione agitur, & nõ aliter, nec alio modo, vt ample diſcurrit, atque reſoluit Iacob. Mandell. de Alba conſil. 81. num. 54.

Si vero † inſtituo Titium, & ſi decedat ſine liberis, inſtituo Gregorium, ſi tunc Titius decedat cum liberis, qui poſtea moriantur, non admittitur ſubſtitutus, ita Doct. per text. ibi, in l. cum vxori C. quando dies leg. ced. Oldrad. conſ. 21. thema num. 1. vbi Ranaldus Corſus, cum aliis ſignatis per eum, in add. in litera A Dec. conſ. 291. viſis num. 5 & conſ. 377. viſis nu. 1. Et an hoc ſit ſine diſtinctione verum, vide eundem Decium declarantem conſ. 480. in caſu, num 6. cum aliis ſeq. vbi etiam ponit duos caſus neceſſarios, pro reſolutione præſentis materiæ, & conſ. 512. viſo nu. 1. cum aliis ſeq & conſ. 513. colum. 2. & conſ. 585. vbi optime diſtinguit, & conſ. 655. viſo copioſo nu. 14. cum aliis ſeq. & conſ. ſeq. 4

Sed hoc limitatur locum non habere cum colligi commode & vere poteſt teſtatorem aliter diſponere voluiſſe eiuſque mentem, voluntatemque aliam extitiſſe, vt per Curtium Iuniorẽ conſ. 121. & Ranald. Corſum in add. Oldradi conſ. 11. ſub litera A.

OPINIO DCCCXLVIII.

SVMMARIA.

1 Subſtituens agnato vel cognato alios proximiores, agnatos, vel cognatos an præſumatur vocare agnatos vel cognatos proximiores teſtatoris, vel proximiores ſubſtitutis grauati.

2 Teſtatore vocante ad fideicommiſſum proximiores, ſi non vigeat ſtatutum, quod ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedant, venient hi, qui, iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſſionis ſunt proximiores quamuis reſpectu naturæ ſint vlteriores gradu & num. 5. Secus ſi extaret ſtatutum iuri communi contrarium nu. 5.

3 Proximiorum appellatione veniunt tam maſculi quam fœminæ in fideicommiſſis.

SVBSTITVANS † alicui agnato, ſeu cognato alios proximiores agnatos, vel cognat. an tali ſubſtitutiõe præſumatur vocare agnatos, vel cognatos qui erant proximiores teſtatoris, an autem proximiores ipſius ſubſtituti? Aliqui Doctores non mediocris authoritatis, conſtanter aſſeuerarunt, quod cenſeantur vocati proximiores teſtatoris; quoniam in dubio præſumitur teſtatorem eos magis dilexiſſe, & iſtam dicit eſſe communem omnium opinionem Hieron. Gabriel. conſ. 121. Ludouicus inſtituit hæredes ſub num. 10. & ſequent. volum. 1. Bertrandus conſ. 37. numer. 6. volum. primo part. 2. conſ. 151. num. 5. volum 4. conſ. 79. nu. ſecundo volum. quinto conſil. 518. num. ſeptimo volum. ſexto & conſ. 48 num. 7. volumen. 7. & Ioan. Dilectus in tract. de arte teſtandi titul. quinto caut. 21. numer. 5. licet prudenter moneat ibi, tutius ſecuriusque eſſe vt teſtator ad euitandam perplexitatem, & altercationem vtatur in ſubſtitutione præfata, verbis claris, dilucidis, & perſpicuis, ex quibus plane colligi queat mens eius & voluntas. 1

¶In contrariam vero partem inclinauit conſulendo doctiſſime & ſubtiliſſime Socin. Iunior conſ. 126. volum. 1. vbi concludit, quod attendi debeat proximitas ſubſtituti grauati, non autem teſtatoris. vbi ſub num. 36. commemorat quoque hanc opinionem eſſe reipſa magis communem, & pariter nefas eſſe etiam ab ea, tanquam ſacroſancta, recedere iudicando cui aſſentitur quoque Gozad. conſ. 4. numer. decimo ſeptimo & poſt num. 31. verſ. Ad ſextum & ſeptimum. & ait itidem eam communem eſſe & Rolandus etiam plenior i manu conſ. 100. Quoniam Magnificus Dominus Octauianus, num. 1. cum aliis ſequentibus volum. 1. prout iſta eſt veritas, & iſta iudicari poſſet tuta conſcientia ex variis rationibus, & authoritatib. quæ in præſentiarum breuitatis ſtudio ſupprimuntur

& tanto magis, cum illas viderim ad ſaturitatem vſque per Roland. *in d. conſ.* 100 *per totum*, trutinatas atque diſcuſſas, & per Hieron. Gabriel. *in d. conſ.* 120. *ſub num.* 10 *cum al is ſequent.*

2 Et hinc † non ſit tibi vnquam in obliuione, quod cum non viget ſtatutum excludens fœminas dotatas, ſtantibus agnatis, ſi teſtator vocaret ad fideicommiſſum proximiores, viuerent tunc vtique hi, qui iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſſionis proximiores forent, quamuis reſpectu naturæ eſſent vlteriores gradu, ita Gloſſ. & Imol. *in l. cum ita* §. *in fideicommiſſ. in fin. ff. de leg.* 2. Rip. *in l. ex facto, num.* 7. *ff. ad Trebell.* Alexand. ad Bartol. *in l. ſi cognatis, in ver. Quæro. ff. de verb.* ſub Bald. *conſ.* 488. *volum.* 3. Iaſ. *conſ.* 215. *volum.* 5. *volum.* 2. Aut. Rub. Alexand. *conſ.* 82. *colum. fin.* Brun. *conſ.* 191. *num* 10 *volum.* 2. Ant. Gab. *in concluſ.* 1. *de ſucceſſ. ab inteſtato, num.* 4. & nouiſſime Sim. de Pret. *conſ.* 37. *num.* 11.

3 Et † ſic cum teſtator legauit rem aliquam alicui, & poſt eius mortem voluit illam remanere proximioribus in gradu ipſius teſtatoris: tunc ſi concurreret frater, & filia eiuſdem teſtatoris, poſt eius mortem ad legatum prædictum, ſeu fideicommiſſum, illud indubitanter deberet eſſe filiæ, quæ eſt proximior fratre, & ſic patruo; quia filia eſt in primo gradu, & frater in ſecundo, *l.* 1. *& l. iuriſconſultus.* §. 2. *ff. de grad.*

4 Et eo † caſu exploratum eſt, proximiorum appellatione venire tam maſculos, quam fœminas in fideicomiſſis, ſecundum Dec. *conſ.* 169 *num.* 4 & Paril *conſ.* 88. *num.* 12. *vol* 2.

5 Si vero † adeſſet ſtatutum iuri communi contrarium, tunc proximioribus vocatis, hi veniūt, qui ſecundum diſpoſitionem ſtatuti ab inteſtato præferentur, vt concedunt iuris interpretes omnes, in *d. l. cum ita* §. *in fideicommiſ. & in l. fi. C. de verb. ſigni.* Aneh. *conſ.* 413. *num.* 2. Corn. *conſ.* 27. *n.* 11. *volum.* 3. Soc. *conſ.* 51. *nu.* 29 *vol.* 4. Soc. Iun. *conſ* 155. *num.* 4. *vol.* 1. & Berous *conſ.* 244. *num.* 11. *volum.* 2. & optime Brun. *conſ.* 151. *nu.* 14. *& ſeq. volum.* 2. Quæ opinio, quamuis contradictores habeat, quando verbis præfatis addita ſunt verba *ſalua gradus prærogatiua* teſte Dec. *conſ.* 1. *col. fi.* nihilominus tamen hæc contradictio in puncto iuris vera non eſt, vt probat Sim. de Pret. *in d. conſ.* 37. *num.* 25 *& ſequent.* & illa communis, & magis recepta apertiſſime diſcernitur.

¶ Tum quia proximiores ſimpliciter vocantur, vt probatur ex authoritatibus adductis; tum etiam, quando vocantur gradatim proximiores, ſecundum Alex. *conſ.* 88. *num* 4. *& conſ* 157. *in princ. vol.* 1. Iaſ. *conſ.* 159. *nu.* 4. *vol.* 4. Paul. Caſtrenſ. *in l. fin. colum. fi. C. de ver. ſign.* & Dec. *conſ.* 299. *in fin.*

¶ Et ratio eſt euidens & palpabilis, quoniam cenſetur teſtator prædiligere, & vocare ad ſucceſſionẽ vel ad fideicommiſſum, non eos, qui naturæ gradu inſpecto, proximiores ſunt, ſed qui ſunt proximiores reſpectu ſucceſſionis, affirmãtibus Doctor. *in l. Gallus* §. *quidam recte ff. de liber. & poſt. & in d. l. cum ita* §. *in fideicommiſſ.* *& in l. fin. C. de verborum ſignificatione.*

¶ Vnde fit, vt proximioribus vocatis, veniant illi, qui tales ſunt reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato iuxta diſpoſitionem iuris, quod in loco ſeruatur, teſte Bald *conſ* 334 *num.* 3 *vol* 3. Decius. *conſ.* 321. *num.* 3. Brun *in dict. conſ.* 151. *num.* 14. *volum.* 2. Socin. *conſ* 452. *ante num.* 20. *volum.* 4. & Corn. *in dict. conſil.* 27. *numer. decimoquinto volum.*

ſecundo.

OPINIO DCCCXLIX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta vltimo morienti in tota hæreditate, operatur hunc effectum, vt hæredes tacite inuicem ſubſtituti videantur: & ex tali ſubſtitutione videtur inductum inter inſtitutos reciprocum fideicommiſſum.*

2 *Subſtitutio vltimo morienti facta, facit videri hæredes tacite inuicem ſubſtitutos, quod procedit in deſcendentibus, non autem in extraneis.*

3 *Subſtitutio facta in tota hæreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis, verificatur in perſona vnius tantum.*

4 *Subſtitutione facta pluribus per nomen collectiuum, purificata conditione in perſona vnius tantum is admittitur.*

1 SVBSTITVTIO † facta vltimo morienti in tota hæreditate, facit videri hæredes tacite inuicem ſubſtitutos, & ex huiuſmodi ſubſtitutione cenſetur abſque ſcrupulo aliquo, inductũ reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutos *l. Titia Seio* §. *Seia libertis. ff. de leg.* 2. vbi Bartol. & poſt alios latiſſimè Rip. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita num.* 14. *ff. ad Trebell.* & ita conſuluit Gratter. *conſ.* 113. *num.* 1. & iſta eſt vera, communiſque opinio, vt explicarunt Moder. omnes *in d.* §. *cum ita.* eaque interpretes fere omnes, ea ratione cõfirmant quod paria videtur nonnulla fieri poſt mortem omnium vel vltimo morientis *l. codicillos ff. de vſufruct. legat.* Paul. Caſtr. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Alexand. *in l. pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Curt. Iun. *conſ.* 11. *num.* 5. *& conſ.* 16. *num.* 5. & ſtrenue hanc ſententiam confirmat Soc. Iunior. *conſ.* 180. *n.* 8. *cum aliis ſequent. vol.* 2. poſt Soc. ſen. *in d.* §. *cum ita* ducẽs etiam iſtam eſſe communem opinionem; cui innititur quoque Parisi. *conſ.* 42. *nu.* 53. *vol.* 2.

2 Sed † hæc cõmunis interpretatio primo, vt procedat in deſcendentibus teſtatoris, in quibus militat præſumptio de qua *in l. cum acutiſſimi C. de fideicom. & in l. cum avum. ff. de condit. & demonſt.* ſecus tamen foret in extraneis, in quibus ceſſat talis præſumptio vt explicant non obſcure Doctor. *in locis prxcitatis*, & ita cap. eſſe ſentit Soc. *conſ.* 149 *colum.* 9. *vol.* 2. & Soc. Iun. *in d. conſ.* 180 *nũ.* 2. vbi hanc eſſe communem opinionem & Octau. Cacheran. *in deciſ. Pedemont.* 110. *De anno. nu.* 12. de eadem communi fidem facit, & ab ea in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe monet.

3 Secundo † ſimiliter declaratur eadem communis locum non ſortiri vllo modo, cum quæ reperitur facta ſubſtitutio in tota hęreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis; & talis conditio verificetur in perſona vnius tantum: nam tunc in eius portione admittitur vtique ſubſtitutus: & iſta eſt vera, communiſque opinio, atteſtantibus interpretibus iuris omnibus in *l pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & eſt tex. in l. fin.* §. *filium ff. de leg.* 1 *& in l. Lucius* §. *Caius ff. ad Trebell.* Bart. & vniuerſaliter omnes, præſertim Rip. in *d. l. hæredes mei* §. *cum ita.* & Pariſ. etiam poſt alios, aggregatos per eum, *conſ.* 42. *nu.* 11. *vol.* 2.

4 Hæcque declaratio † adeo vera eſt, vt ea ampliſicari facile queat, vt ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua, adhuc tamen eſſe communem omnium opinionem, quod admittatur ſubſtitutus purificata conditione in perſona vnius tantum, & ita aſſeuerat Alex. *in d. l. pen.* vbi reiicit opinionem Paulus Caſtren. Et pro hac ſententia communi reſpondit cõſulendo Alex. *conſ.* 91. *col.* 3. *vol.* 1. *& conſ.* 2. *vol.* 2. Iaſon *conſ.* 41. *volu.* 1. Cranet. *con.* 106. *num.* 1. *volum.* 1. Crot. *conſ.* 145 *num.* 18.

& Iaco b

& Iacob. Mandel. *conſil.31.* qui adducit rationes diuerſitatis inter memoratam ſubſtitutionem, factam vltimò morienti, & factam poſt mortem plurium, ſeu omnium. & hoc idem firmat Alciat. quoque *in conſ.ſeq.32.poſito ibi, & inter ſua conſilia, conſilio 39. Conſultationibus viſis. cum duobus aliis ſequentibus tomo tertio libro 9.*

OPINIO DCCCL.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta eorum qui ſunt de domo & progenie non comprehendit fœminas ſed tantum maſculos. Euiſque ratio, num. 2. 3. & 4.*

5 *Cippus domus in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos in quibus familia conſeruatur.*

6 *Cum omnes agnati ſunt ſubſtituti, tunc gradatim admittuntur.*

7 *Teſtator ſubſtituens dominum de Viuis, omnes cenſetur vocare ad ſucceſſionem de illa domo.*

8 *Teſtator præſumitur in dubio voluiſſe conſeruare dignitatem ſuæ agnationis, mediantibus ſuis diuitiis, ſine quibus familia ſordeſcit.*

9 *Pauperes non facile ad dignitates eliguntur.*

10 *Paupertatis definitio.*

11 *Fideicommiſſum relictum, etiam ſub expreſsione nominis collectiui, debetur quo ad partem illius hæredis, in cuius perſona fuit adimpleta conditio.*

12 *Fideicommiſsi conditionem deficere facit etiam filia, ſi in conditione, ſi ſine filiis, & c. non exprimantur maſculi.*

1 SVBSTITVTIO † facta illorum de domo, & progenie. non comprehendit fœminas; ſed tunc ſolummodo maſculi cenſentur vocati, & non fœminæ, & ſic neptis ex filio excluditur: nam domus pro agnatione accipitur, ſecundum Corn. in propriis terminis *conſ vigeſimoſexto Videtur dicendum, volum. quarto* vbi aſſerit ita eſſe communem vſum loquendi, & ſic conſuluit etiam accuratiſſime Cepb. *conſil. 181. Fideicommiſſum de quo quæritur, volum. quarto* & Gozadinus *conſil. ſeptuageſimo nono Viſo proceſſu vtriuſque partis, num. ſexto cum aliis ſequentibus.* licet & contrarium velit Curtius Iunior *conſil. quadrageſimo nono nu. tertio & ſexto* Socinus Iunior *conſil. nonageſimo quarto numer. octauo & ſequent volum primo* & Pariſius *conſil. trigeſimo quinto volum. tertio.*

Et ita quod teſtatore inſtituente hæredes, ordinandoque vt bona conſeruentur in Familia, & cippo ſeu trunco, non includantur fœminæ, ſed cenſeantur excluſæ, ex quo fœminę non faciunt familiam iudicauit Regia Audientia Aprutina, vt planum fecimus *in deciſione noſtra* 10. *familia appellatione. lib* 1. & iudicauit quoque Reuerendiſſimus Dominus Gubernator Perusii *anno* 1591. atteſtante Ioe Vincentio Hondedeo *conſil. ſeptuageſimoquinto ex teſt. Thom.*

2 Potiſſimum † hoc locum de plano ſortitur cum in loco viget ſtatutum, quod maſculi excluderét fœminas: quod ſtatutum ideo conditum eſt. vt familia & domus cōſeruetur, quę duntaxat per maſculos conſeruatur, ſecundum Iac. de Aret. & Cyn. *in leg. publico Cod. de adult.* Bald. & alios omnes *in leg. cunctos populos C. de ſumma Trinitat.* & Gozad. *d. conſ.* 79. *ſub nu.* 7. vbi non obſcure dicit iſtam eſſe cōem opin.

3 Quia etſi † fœminæ de domo agnationeq; ſint, nihilominus tamen ea in illis finitur, & allegat Cor. *in loco prænt. Bat in l. pronunciatio, in fin. ff. de verb. ſig.*

Sed cū agnatio per fœminas nō cōſeruatur, Rim. Iun. *con.* 47. *n.* 21. *lib.* 1. & fœmina eſt caput, & finis familię ſuę, qū tranſit in familiam alienam, Io. Bolog. *conſ.* 9. *num.* 77. & exprimit Iuriſconſult. quoque, *in l. pronunciatio. §. fin. de verb. ſignif.* & Thomas Doccius *conſ. 6. num. 6,*

4 Quare † verbum hoc *domus & familia* in qua voluit teſtator bona ſua conſeruari, reſtringitur ſyncere ad deſcendentes eius maſculos, *per leg. cum prætor. ff de iud. iuncta leg. ſi ſeruus plurium in fin. ff. de leg. prim.* Ioſephus de Ruſtic. *conſil. primo poſt tractat. an & quando liber poſſit, num.* 19. domus, & cognatio plerūque capitur pro familia, Io. Bolognet. *conſ. 6. num.* 78. & Surd *conſ. 20. n. 2,*

Et nel margine del nu. 6. di detta openeone 850. ponèteci. Nota in materia pręſentis opinionis, quod tantum eſt dicere apud ruſticos cippum, quantum apud nos ſtipitem, Soc. Senior *conſ.* 50. *viſa facti narratione, num* 21, *lib.* 4. & Simon de Prætis *conſ.* 203. *dolebam, num* 7 *volum* 1.

Nel num. 8. di detta opinione 850 alla righa 11. doue dice lib. aggiungeteci, 3. ibo vi mancha. Et alla righa ſeguente, doue dice, Dei, vi mancha cap. 121. pero poneteci queſte doi parole, Et nel fine di detto nu. 8. poneteci, §. hoc quoque, inſtit. per quas perſonas nob. a. quæ. Marian. Socin. Iun. *in rub. ff. de acquir. poſſ nu.* 117. Bartholomæus Soc. *conſ.* 30. *quamuis vol.* 3. Barbat. *conſ* 43. *præclarè, volum.* 1. *l.* 3. *in princ. ff. de teſt. l.* 1. *ff. de cuſtod. reorum, §. fancimus, authent. de teſt.* & Alex. *conſ.* 36. *viſo themate, num.* 8. *lib* 6.

Vnde filii alicuius ex inſtitutis hæredibus, ex primo capite ſubſtitutionis, p quā fratres eius sūt inuicē ſubſtituti, ſi quis decederet ſine filiis maſculis, ſaltē admittendi ſunt ex ſecunda ſubſtitutione, de cippo prædicto domus facta, & ſi omnes hæredes decederent ſine filiis maſculis.

5 Nam † vulgare hoc nomē, *cippus domus*, in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos: & conſequenter intelligitur de agnatis, in quibus familia cōſeruatur, etiam excluſa filia fœmina, quæ tranſit in alienam familiam, teſte Paul. Caſtr. *in l. fi. C. de ver. ſignif.* Corn. *con.* 55. *ſub nu* 6. *vol.* 1, & Ioan, Dileċt. *in tract. de arte teſtan. tit.* 5. *de ſubſtit. caut.* 22. *ſub. num.* 2.

6 Et vocantur † ex huiuſmodi ſubſtitutione proximiores agnati. *dict. leg. fin & leg. heredes mei §. cum ita & ibi Doctores ff. ad Trebell.* & ſic proximiores, & ſi omnes dicantur ſubſtituti tamen gradatim admittantur ad bona teſte Bart. *in leg. precibus Cod. de impub. & aliis ſubſtitutionibus* & Alciatus *conſil.* 135. *Eſt diffusè conſultum ſub numer. vigeſimo & ſequent. tomo tertio libro nono* & facile probatur *in leg. peto. § fratre. ff. de leg. ſecund.*

7 Eſt † bene verū, quod ſi teſtator ſubſtituere dominum de Viuis, ōmnes tunc indubitanter vocarentur ad ſucceſſionem, ſecundum Bartol. *in leg. vnica de conductoribus & procuratoribus, ſiue exact. præd. fiſc. libro vndecimo* cui accedit Curtius *in dict. leg. precibus colum. fin.* & Iaſon. *in leg. fin. Cod. de verborum & rerum ſignificatione.* ſed admittuntur gradatim, vt ſupra docuimus,

8 Quia † facile præſumitur, teſtatorem voluiſſe conſeruare dignitatem ſuæ agnationis mediantibus diuitiis ſuis, ſine quibus familia ſordeſcit. *leg. quiſquis Cod. ad leg. Iuliam maieſt.* Socinus *conſ. nonageſ. Abundè colum.* 1. *volumin. primo* & Andreas Siculus *con.* 57. *Clementiſſimum, colum. vndecim. volumi. quarto* & dignitas familiæ diuitiis conſeruatur, & propter inopiam perit. *leg. prima ff. de cuſt. reor. leg. ſi cred. ff. de priuileg. cred. & in authentica de defenſ ciuit. & in authent. vt omnes obediant. ind. in princ.* & Auguſtinus *in libro de ciuitate Dei*, aſſerebat per diuitias conſeruari decus & honorem in familia, & plura ad hoc propoſitum ſcribit Barbacius. *in rubrica de ſucceſſione ab inteſtat.*

9 Non † enim facile eliguntur ad dignitates pauperes. Et inde eſt illud Satyricu;

Haud.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet;
Inde grauis Iudex, inde ſeuerus eques.

10 Imo † Terentius *in Phormione* paupertatem grauibus verbis, atq; expertis ita deſcribit *Paupertas mihi onus viſum, & miſerum, & graue: Virgo pulchra & quo magis diceres, nihil aderat adiumenti ad pulchritudinẽ: capillus paſſus; nudus pes; ipſa horrida; lachrimæ; veſtitus turpis; vt ni vis boni in ipſa eſſet forma, hæc formam extinguerent*, licet aliter paupertatem definiat D. Cornel. Benincaſ. *in tract. de paupertate, in c. quæſt. num. 37. cum aliis ſequentibus.*

11 Itaque † filii inſtituti proximi ſunt grauati, & per conſequens admittendi vt ſubſtituti ad partem alicuius eorum filiis maſculis, decedentis perinde ac ſi ſoli prædefuncto ſine filiis fuiſſent ſubſtituti: quia in ſubſtitutione fideicommiſſoria pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, *l. Lucius § Caio ff ad Trebell.* & fideicommiſſum relictum duobus, etiam ſub expreſſione nominis collectiui, debetur quo ad partem iſtius hæredis, in cuius perſona fuit adimpleta cõditio. *d. l. hæredes mei §. cum ita.*

12 Sed † hoc claudicat & non ſortitur locum cum in conditione *ſi ſine filiis &c.* non fit mentio de maſculis quia fideicommiſſi conditionem deficere facit etiã filia; ſi in conditione non exprimitur de maſculis, ita Roman. *conſ. 148. viſis themate. ac ſupra conſultis.* Alex. *conſ. 55. Ponderatis his quæ in themate enarrantur ſub num. 6. volum 3. conſ. 38. perſpectis volum. 7* Curt. Sen. *conſ. 44. & 103.* Corn. *conſ. 91. volum 1. & conſ. 202. & conſ. 30. vol. 3.* Dec. *conſ. 370. Viſo teſtamento, conſ. 598. Domina Daria & conſ. 570. Caſus*, & Curtius Iun. *conſ. 49. Habita, & conſ. 159. & conſ. 269. In cauſa vertente.*

OPINIO DCCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio exemplaris nullum in ſe recipit onus pupillaris autem ſubſtitutio, recipit grauamen.*

1 SVBSTITVTIO † exemplaris, facta ſecundum formam l. *humanitatis C. de impub.* nullum in ſe poteſt recipere onus, neo grauamen, & ſic ſubſtituti exemplariter non poſſunt vllo pacto grauari, cũ principaliter habeant bona à lege, & non à teſtatore, qui tenebatur illos ſubſtituere; iuxta communem opin. omnium, trutinatam *in d. l. humanitatis*. Nam ſicut contingit in legitima, in qua filius grauari nequit, *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam.* ita pariter occurrit in huiuſmodi ſubſtitutione. Et hanc opinionem confirmat Dec. *conſ. 371. colum. 3. verſ. 4.* vbi concludit quod ſi in teſtamento ſorores ſubſtitutæ poſt earum mortem forent grauatæ onere fideicommiſſi, ex hoc ſolummodo colligi, quod ſubſtitutio ſororum non fuerit exemplaris, per rationem huius veræ & communis opinionis, & ſequitur quoque Socinus Iuo. *conſ. 103. num. 31. & ſequenti volum. 2.* & Roland. à Valle *conſ. 68. num. 68. volum. 4.* Secus tamen erit in ſubſtitutione pupillari, quæ recipit grauamen, cum ſubſtitutus ea habeat bona ab eo, qui potuiſſet alium ſubſtituere vt per Doctores omnes communiter *in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. ff de legat. 1.* Dec. *in d. conſ. 371. col. 3.* & Roland. *in d. conſ. 68 ſub n. 68.*

OPINIO DCCCLII.

SVMMARIA.

2 *Subſtitutio compendioſa, per verbum commune filio impuberi facta an contineat pupillarem directa & an matrem excludat. nu. 2.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia non eſt omni tempore fideicommiſſaria, cum mater ad ſecundas nuptias tranſiuit, viuente filio impubere.*

4 *An animæ damnatorum, item in purgatorio exiſtentium, an ſciunt ea quæ in hoc ſæculo aguntur. & num. 5. & 6.*

7 *Animæ damnatorum, & exiſtentium in purgatorio, ita ſunt pœnis oppreſſæ, vt non curent ſcire facta viuentium.*

8 *Animas exiſtentes in purgatorio, Deus viſitat, & conſolatur per Angelos ſuos.*

9 *Animæ Beatorum in contemplatione diuinæ eſſentiæ, in qua omnia relucent, ſciunt facta, ac geſta viuentium.*

10 *Animæ Beatorum, etiamſi ſciant geſta viuentium, & eorum infortunia, non efficiũtur tamen ob hoc dolore, nec moleſtia.*

11 *Animæ Beatorum orationes, preceſque noſtras, tam verbis expreſſas, quam corde conceptas intelligunt.*

12 *Iniuria non infertur filiis ex tranſitu eorum matris ad ſecundas nuptias: cum licita ſint ſecunda, tertia, & deincepi nuptiæ.*

12 *Subſtitutio compendioſa facta in re certa, nunquam comprehendit pupillarem ſubſtitutionem.*

SVBSTITVTIO † compendioſa, facta per verbum commune filio impuberi, continet reipſa 1
2 pupillarem ſubſtitutionem directam, ſecundũ Gloſ. *in §. qua ratione, Inſtit. de pupil. ſubſtit. in ver. Exemplum.* Bart. Alexand. & alios vniuerſaliter *in l. Centurio ff de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi Iaſon dicit iſtam eſſe communem opinionem, Dec. *in l. precibus. C. de impub. & al. ſubſtit.* qui æternam recenſuit alios Doctores hanc ſententiam amplectentes, quam ait ſeruari in practica Guid. Pap. *deciſ. 521.* & ita conſuluit Bertran. *conſ. 26. Audum vol 1. & conſil. 223 ponitur in facto & conſ. 276. viſo puncto, eodem volum.* & eidem communi accedunt etiam Canoniſtæ, *in c. Raynucim, & in c. ſi pater, de teſta.* & pro iſta opinione eſt tex. *in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba ff de condit. & demon & in d. c. ſi pater.* Et ratio eſt; quia quod determinatur ſecundum curſum temporis, variato tempore, variatur & illud quod determinatur, *l. pretia rerum. §. fin. ad leg falcidiã. l. Titia Seio. §. vſuras ff. de leg. 2. & l. pen. C. de vſur.*

¶ In cõtrarium vero partem, videlicet, quod ſubſtitutio facta per verbum commune filio impuberi ſit omni tempore fideicommiſſaria, inclinauit Gloſ. *in d. l. Centurio, in d. l. precibus, in d. c. Raynutim, & in d. c. ſi pater.* quam opinionem aſſerit Bart. tempeſtate ſua fuiſſe cõmunem *in d. l. Centurio, & conſ 6. Factum tale conſ. 22. Homo. conſ. 54. Angelus. & conſ. 241. pater filio.* & eam ſimiliter vocat communem Bal *in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. & conſ. 350 In conſulendo ſemper timui, vol. 4. & conſ. 17. vol. 5.* Oldr. *conſ. 99 factum tale eſt.* Angel. *conſ. 97. Vicinanus*, & *conſ. 125. Hoc eſt teſtam.* Et ratio, quam adducunt ad hanc opinionem tuendam, hæc eſt, quod ſubſtitutio reſpiciens plures perſonas interpretatur ita, & taliter, vt ſit vniformis omnibus perſonis, *d. l. iam hoc iure* & arguendo de perſonis ad tempora: concludunt, quod ſubſtitutio reſpiciens plura tempora, debeat neceſſario interpretari, vt ſit vniformis omnibus temporibus, *vt l. ſi plures. ff. de vulg & pupil. ſubſtit.* & conſequenter illa ſemper cenſetur fideicommiſſaria quia debet eſſe vniformis omnibus temporibus, & etiam quia minime debet fieri diuiſio voluntatis, *l. cum quis §. ſi ff. de his quibus vt indig.* nec debet denuum vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui ædes. ff. de vſucap. & c. maioribus de prabend.* & huic opinioni aſſentitur etiam

Pet.

Digitized by Google

Pet. de Vbald. *conſ.29. num.12. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum, volum.1.* dummodo iſta ſubſtitutio compendioſa, facta per verbum commune, emanata ſit ſine temporis diſtinctione, quæ dicit ſe ita ſemper conſuluiſſe.

¶ Sed quicquid præmemorati Doctores ſuadeãt nõ foret vtique tutum in deciſiuis recedere à prima Bar. & ſequacium opinione; tanquam communi, & ſacroſanctæ, vt iſta ſubſtitutio valeat, vt pupillaris intra tempus pupillaris ætatis, poſtmodum vero valeat vt fideicommiſſaria. vt firmat etiam Ripa *Centurio, numer. centeſimo decimoſeptimo. in fin.* Curtius Iun. *conſ. 86. dc.3.* Chriſtoph. de Caſtelliono *conſ. 58. num. 2. & ſequent. poſito inter conſilia vltimarum volũtat. volum.1.* Natta *conſ. 68. num. 7. volum. 1.* Dec. *conſ. 645. num. 4.* Iaſ. *conſ. 129. Factum ſic ſe habet volum.1.* Ioan. Vileſt. *in tract. de arte teſtandi, tit.5. caut.8.* Ioan. de Neuiz. *conſ.53. Vbi Chriſtus non eſt fundamentum. num 6. & ſequent.* Conariu. *in c. Raynutius* §. 9. *nu.17. de teſtam.* & circumſpectiſſimus D. Sfortia Oddus *in ſuo ſingulari tract. compendioſa conſtitutione, in quinta part. de compendioſa facta pagano. qui directo poſt pubertatem, teſtandi priuilegium non habet, art. 3. partic. 5.* & abſoluimus *ſupra in opinione 842. hoc eodem lib.*

2 Quæ † quidem communis ita extricata clãdicat, ſecundum Bart. *in d. l. Centurio. nu 27.* vt non ſortiatur locum, matre exiſtente in medio; quia tunc ſubſtitutio eſt integranda pro fideicommiſſaria omni tempore ita etiam Gloſ. *in d. l. Centurio, & in d. l. precibus* Bal. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam. conſ. 350 & conſ. 391. volum. 4. & conſ. 473. volum 3.* Ang. *conſ. 97.* & hoc fauore matris ne excludatur à luctuoſa hæreditate filii, *l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit.* cum in dubio illa interpretatio ſumenda ſit, quæ facit pro matre *l. quis duos* §. 1. *ff. de reb. dub. & l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* & huic opinioni accedit quoque Dec. *in d. l. precibus* & Bald. *in d. l. iam hoc iure.* §. 1. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* qui expreſſe dicit eam eſſe commonem, & habere magnam æquitatem Bal. *conſ. 12. volum. 2. & conſ. 175. volum 5.* Aug. *conſ. 13.* Ant. de Butr. *con 33.* Ang. *in tract. de teſtam. in Gloſ in verb In pupil. col. 11. verſ. Quia o quando compendioſa* Papienſ. *in forma libelli; quo agitur ex ſubſtitutione, in ver. Compendioſa colum. 5. verſ. Nunc autem.* Anan. *conſ. 97.* & Bolog. *in add.* Falg. *conſ. 53.* vbi aiunt huiuſmodi opinionem frequentioribus votis, tam Antiquorum, quam Modernorum approbatam eſſe, cui innititur quoque Corn. *conſ 73. volum 3.* Aret. *conſ. 115. in fin.* Alex *conſ. 17. volum. 7. & conſ. 12 num. 10. volum 3.* fuſiſſime D. Sfortia Oddus etiam *in dict. tract. compendioſa ſubſtitutionis, in 5. part ſub 3. artic. 5. part.* & Afflict. *deciſ. 367.* vbi ait ita iudicatum fuiſſe in Sacro Concilio Neapol.

¶ In contrariam tamen ſententiam, videlicet quod hæc ſubſtitutio excludat etiam matrem, exiſtentem in medio, ſi decedat filius in pupillari ætate, quia dicitur pupillaris; inclinarunt Salic. Alexand. & alii *in d. l. Centurio.* Gloſ. *in d.* §. *qua ratione. Inſtit. de pupil. ſubſt.* Oldr. *conſ. 123.* Cap. *conſ. 7.* Imol. & alii *in cap. Raynutius de teſtam.* Paul. Caſt. *conſ. 111. conſ. 247 & conſ. 254.* Cor. *conſ. 187. volum. 1. conſ. 114. & conſ. 316. vol. 3.* vbi dicit iſtam eſſe communem, *& conſ. 322. eod. volum & conſ. 28. eod. vol. & conſ. 28. vol. 2.* Cuma. *conſ. 2. in fin.* Bertran. *conſ. 126. vol. 1. & conſ. 65. & 277. vol. 1.* & Rolan. à Val. cum aliis catervatim relatis per eum, *conſ. 69. num. 3. cum aliis ſequent. volum. 1.* vbi corroborat communem iſtam efficaciſſimis rationibus. & Ripa etiam *in dict. l. Centurio. ſub nu.* 118. & eam in practica ſimiliter obſeruari ſcribit Guid. Pap. *deciſ. 521.* & ſequitur denique etiam Conarru. *in d. cap. Raynutius, de teſtam.* §. 9. *in fin.* & Cephal. cum magna Caterua Doctorum, relata per eum, *conſ. 524. Caſus eſt ſatis eſt frequens, nu. 27. volum. 4.* in quibus locis commemorant iſtam opinionem contra Bart. eſſe magis communem, ac ei inhærendum eſſe in iudicando, & conſulendo, & iſta eſt veritas, vt oſtendimus ſupra *in d. Opin. 843. hoc eodem libro.*

¶ Nam ſubſtitutio compendioſa, facta per verbum commune, continet pupillarem expreſſam verbis generalibus *d. l. precibus.* & potentior eſt fauor pupilli ne ſine teſtamento decedat, quam matris, vt filio ab inteſtato ſuccedat *l. Papinianus.* §. *ſed nec impuberis ff. de inoff. teſtam.*

¶ Vnde, vt in præſenti tenebroſo, diſputabilique articulo exitus inueniri poſſet, ſtuduerunt Doctor. prudenter hanc rationabilem diſtinctionem afferre, quod aut ſubſtitutio facta ſit cũ temporis diſtinctione vt, *ſi filius meus decedat in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, Titium ſubſtituo*: & tunc ſecundum omnes conformiter, intra tempus pupillaris ætatis, dicitur pupillaris ſubſtitutio, & matrem excludit, poſtea autem dicitur fideicommiſſaria, & hoc modo procedit opinio Bart. *in d. l. Centurio.*

¶ Aut ſit ſubſtitutio abſque temporis diſtinctione, & tunc non immerito diſtinguere videntur interpretes omnes, quod aut ſubſtitutio facta ſit per verbum directum ciuile, puta, *heres eſto*, vel ſimile, & eo caſu eſt omni tempore fideicommiſſaria *l. verbis ciuilibus ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* aut ſit per verbum directũ & non ciuile, & hoc caſu vendicat ſibi locũ opinio Gloſ. *in d.* §. *qua ratione.* quod in pupillari ætate ſit pupillaris, poſtmodum vero fideicommiſſaria vt ſi dictum ſit per verbum, *moriatur*, vel per verbum *ſubſtituto. d. c. ſi pater.* & ibi Ioan. Andreas & Aretinus *in* §. *fin. Inſtit. de pupil ſubſtit. num. 9. in fin.*

¶ Vel alio modo diſtinguitur in præſenti nubecula, quod aut ſubſtitutio repetitur facta per verbum *capiat bona, ſua authoritate vel propria manu* vel *tota hereditas ad eum perueniat* vel *omnia bona perueniant ad ſubſtitutum*; vel *ſine aliqua diminutione perueniant*: tunc profecto intra pupillarem ætatem eſt pupillaris, & excludit matrem; poſtea autem valet iure fideicommiſſi, & non excludit matrem. Aut ſubſtitutio facta eſt ſimpliciter. & in ea non ponuntur dicta verba & tunc, ſi mater reperiatur in medio, valebit omni tempore iure fideicommiſſi; ſi autem mater non ſit in medio infra pupillarem ætatem valebit vt pupillaris, & deinde vt fideicommiſſaria, prout hanc diſtinctionem poſuit Pet. de Vbal. *conſ. 29. num. 10. inter conſi. vltimarum volunt. volum. 1.*

¶ Aut, & alio modo in præſenti diſtinguitur quoque per Deci. *conſil. 572. ſub numer. quarto & conſ. 642. numer. tertio* quod aut appareat coniecturarique poſſit, quod voluntas teſtatoris fuerit ſubſtitutionem fore directam, & tunc, matre exiſtente in medio, eſt omni tempore fideicommiſſaria.

¶ Quæ autem ſint iſtæ coniecturæ, ex quibus appareat voluntas teſtatoris, quam velit, eſſe ſubſtitutionem in præſenti caſu, nonnullas & omnes quidem vtiles, & neceſſarias, enumerat Ripa *in dict. leg. Centurio, nu. 121. & ſequent.*

¶ Sed Decius *conſilio ducenteſimo vigeſimo octauo* loquitur facile diſcerni non poſſit, quæ ſit communis opinio in præſenti negotio, & proinde iniuſtum non fore eligere viam mediam, cum

nouum

Digitized by Google

niorum non ſit, vt propter varietatem Doctor. elligatur quandoque media via; ita Ancharanus *conſil.* 210. Bal. *in l. paterfamilias. §. fin. ff. de hæred. inſtit.* & Alex. *in l. Titius ff. ad Trebell.* quod matre exiſtente in medio ei aſſignetur legitima, non autem Trebellianica, vt determinat Soc. *conſ.* 150. quæ etiam ſi facta ſit pupillaris ſubſtitutio, in foro conſcientiæ non debet vllo modo excludi à legitima ita Archid. *in d. c. ſi pater* & hanc opinionem communem vocat Dec. *in d. leg. prec. n.* 10. *& conſ.* 211. *in fin.* & Ioan. Dileċt. *in d. tract. de arte teſtandi in tit.* 5. *caut.* 6. *num* 3. & æquiſſimam denique demonſtrat prudenter D. Sfortia Oddus *in dict. trac. compendioſæ ſubſtitutionis, in* 5 *part. ſub articul.* 3. *in* 5. *parte. fol.* 158.

3 Imo ampliatur † ſimiliter opinio præmemorata vt locum etiam ſibi vendicet etiamſi mater tranſiiſſet ad ſecunda vota, ita Imol. Alexander Iaſon & Rip. *in l.* 2 *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* qui aiunt hanc eſſe communem opinionem, & Alex. etiam *conſ.* 155. & eſt text. *in §. optimum, in auth. de non elig. ſecund. nub.* & Rip. *in d. l. Centurio, num* 138. Bar. *conſ* 54. Angel. Cor. *conſ* 331. *vol.* 3. & Iaſ. *in d. l. precib. num.* 119.

¶ Contrariam vero opinionem ſine fundamento ſequitur Alexand. *conſ.* 12. *num.* 24. *volum.* 5. Angel. *in d. l.* 2. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in princ. & in d. l. precib.* & ibi Dec. *circa fin.* Corn. *conſ.* 18. *vol.* 4. & Oddus *in loco præcitat. fol.* 158. *à tergo* & Iaſ. *conſ.* 132. *colum. pen in fin. vol.* 1. qui mouentur ea ratione. Nam per tranſitum ad ſecunda vota, non ſolum infertur iniuria filiis. *Gregoriana, in auth. de non elig. ſecund. nub.* verum etiam anima mariti defuncti contriſtatur, §. *ſin autem tutelam auth. de nuptiis* & tradunt Gloſ. & Doct. in l. 1. *C. de ſecundis nupt.* Bald. *in auth. cui relictum C. de indict. vid. toll.* & Illuſtriſſimus Card. Albanus *in lucubrat. ad Bart. in rub. ff. de mortuo inferendo ſub n.* 13. prout hanc communem veram non eſſe leuiter atteſtatur Alex. *conſ.* 51. *num.* 15 *in fin. vol.* 7. & Roland. à Valle *conſ.* 69. *nu.* 35. *volum.* 1.

Nam hoc † quod habetur ſemper in ore Iuriſcon-
4 ſultorum quod anima mariti defuncti per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias, contriſtetur per text. *in §. nos igitur videntes. Auth. de nupt.* Sylua nupt. *lic.* 2. *nu.* 32. Bald. *in leg. Deo nob. poſt n.* 11. *C. de Epiſ. & Cleric.* Aod. Gail. *lib.* 2. *obſeruat. obſ* 98. *nu.* 2 & Roman. *conſ.* 219. *n.* 2. Vbi dicit illum text. eſſe notabilem.

Semper mihi futile, & vt ſomnium apparuit, ex quo ex præſenti re nullam trahere poſſe moleſtiam animas damnatorum; ac in purgatorio exiſtentium quam beatorum, fretus in ſtabili fundamento veræ fidei, patefaciam. Et ratio cur animæ damnatæ, commorantes in purgatorio, & beatæ non afficiantur moleſtia, ex tranſitu hoc vxorum iterum, ad ſecunda vota hæc eſt, quod animæ à corpore ſeparatæ, non beatæ virtute propria, ſeu per ſe nullatenus cognoſcant, nec ſciant ea quæ in hoc ſæculo aguntur ſeu facta viuentium. quod ratione, & authoritate probatur.

¶ Et primo, quia animæ ſeparatæ non beatæ, ſunt per diuinam ordinationem, & ſecundum ſuum modum eſſendi, ſegregatæ à conuerſatione viuentium & coniunctæ conuerſationi ſpiritualium ſubſtantiarum: igitur facta viuentium non cognoſcunt, ſecundũ S. Thom. *in* 1. *par. q.* 86 *artic.* 8. *in corpore articuli.*

¶ Secundo probatur etiam authoritate *Iob* 14. *cap.* ita ibi concludentis: Siue fuerint filii eius nobiles ſiue ignobiles, non intelliget anima ſeparata. Vnde aſſeuerat Gregorius 13 *Moralium*, exponens hoc dictum: ſicut viuentes mortuorum animæ, quo in loco habentur, ignorant ita mortui, qui carnaliter vixerunt, vitam in carne poſitorum, qualiter poſt eos diſponatur, ſimiliter ignorant: quia vita ſpiritus longe eſt à vita carnis. Et Auguſtinus, *in lib. De cura pro mortuis gerenda. cap.* 15. *& ſeq.* tradit quod animæ mortuorum rebus viuentium non interſint.

¶ Sanctus vero Thom. *in ſecunda ſecundæ quæſt.* 8. 3. *artic. ad reſponſionem primi argumenti* determinat, quod mortui, ea, quæ in hoc mundo aguntur, conſiderata eorum naturali conditione, non cognoſcant & præcipue interiores motus cordis.

¶ Sed forte argues, obiicieſque contra hoc quod animæ ſeparatæ non beatæ, naturali et, ea, quæ hic aguntur apud nos, cognoſcant tali ratione: Nam ille, qui de re curam aliquam habet illam cognoſcit, ſiquidem ſi non cognoſceret, curam non haberet, nec curaret: verum Diues, de fratribus ſuis, curam habuit, dicens *Lucæ* 16. *Habeo quinque fratres &c.* ergo animæ ſeparatæ cognoſcunt naturaliter ea, quæ apud nos mortales aguntur.

¶ Cæterũ huic argumento, & obiectioni reſpondet S. Thom. *in loco præcitato* 1. *par. quæſt.* 89. *articul.* 8. *in reſponſione ad primũ argumentum*, quod animæ mortuorum poſſint curam habere de rebus viuentium etiamſi ignorarent eorum ſtatum, ſicut nos habemus de mortuis, eis ſuffragia impendendo, quamuis eorum ſtatum ignoremus.

¶ Et hinc concludit Auguſtinus *in dict. lib. De cura pro mortuis gerenda*, quod vbi ſunt defunctorum animæ, ibi ea, quæ hic aguntur ſcire non poſſunt. quam ſententiam explanans S. Thom. *in* 4. *ſententiarum, diſtinction.* 50. *quæſt.* 1. *art.* 4. *in reſponſione ad primum arg.* ita inquit quod quamuis aliquæ animæ defunctorum in ſuis receptaculis commorantes, ea, quæ hic aguntur, ignorent: nihilominus hoc non cõtingit, propter localem diſtantiam, verum potius ob aliquam aliam cauſam, vtpote, quia affi ciuntur vehementer ad ea, quæ in illis receptaculis patiuntur. Vel etiam influentia ſuperioris ſubſtantiæ licet eam perficiat, ad aliqua cognoſcenda, non tamen ad omnia, verum ad alia duntaxat, quæ ei ſecundum modum competunt.

¶ Imo ad hoc corroborandum, ſcribit idem S. Thom *in* 1. *part. quæſt.* 89. *art.* 7. *& ſeq.* quod diſtantia temporalis impediat cognitionem animæ ſeparatæ, non autem diſtantia localis, qua diues cum eſſet in tormentis, eleuans oculos ſuos, vidit Abrahã à longe. ergo diſtantia localis non impedit animæ ſeparatæ cognitionem, ſed diſtantia temporalis.

¶ Et huic opinioni, quod animæ reproborum, quæ nunc in inferno cruciantur, notitiam non habeant, eorum, quæ circa ſuos in hac vita geruntur, innititur etiam Bartholomæus Sybilla, *in Speculo peregrinarum quæſtionum. c.* 6 *prima decad.*

Et † quemadmodum animæ damnatorum non cognoſcunt, neque ſciunt ea, quæ apud mortales geruntur: ita etiam animæ exiſtentes in purgatorio, ſimiliter ignorant facta, geſtaque viuentium. ſecundum S. Thom. *in* 2. 2. *q.* 83. *art.* 4. *ad reſponſionem primi argumenti*, vbi admonet, quod illi, qui in ſeculo reperiuntur, aut in purgatorio, nondum fruantur viſione Verbi, vt cognoſcere queant. quæ nos cogitamus, vel dicimus: ideo eorum ſuffragia non imploramus orando, ſed à viuis petimus colloquendo. 5

Et quamuis † hoc conſtitutiſſimum ſit, quod animæ defunctorum nondum beatæ, virtute propria, & per ſe notitiam habere non poſſint eorũ, quæ circa ſuos in hac vita geruntur: tamen facta, geſtaque viuentium ſcire queunt, vel per animas eorum, qui nunc ad eos accedunt, vel per Angelos, ſeu dæmones 6

vel

Digitized by Google

vel ſpiritu Dei reuelante, teſte S. Thom. *in 1. part. q.* 89. *art.* 8. *in reſponſione ad primum argumentum, & in 4. ſententiarum diſtin.* 50. Auguſt. *in can. fatendum.* 13. *q.* 1. & Bartholomæo Sybilla *in d. Speculo peregrinar. quæſt. cap.* 6. *prima decadis, in* 3. *concluſ. &c. qui diuina.* 13. *q.* 2.

¶ Et hoc idem ſentit etiam idem S. Thom. in 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 4. *in reſponſione ad* 3. *argumentum*, vbi concludit, quod animæ ſeparatæ, quæ hic aguntur, tribus modis cognoſcunt, ſcilicet infuſione, reuelatione, & recordatione, Primo infuſione alicuius ſuperioris ſpiritus, vel Dei, & Angelorum bonorum, Secundo reuelatione, vel paris, vel inferioris ſpiritus, puta animarum, vel dæmonum, ad eas quotidie deſcendentium, Tertio priori recordatione recordando eorum, quæ hic geſſerunt, vt dixit Abraham Diuiti, *Luca* 10. *&* 16. *Recordare. quia in vita, &c.* & ſequitur Auguſt. in *d. lib. De cura pro mortuis gerenda, inter medium, & finem* S. Thom. in 1. *part. quæſt* 89. *art* 8. *in reſponſ. ad primum argumentum & in* 4. *ſentent. diſt.* 50. & Ricardus de Mediauilla *in* 4. *ſenten. diſt.* 45. *art.* 7. vbi ita docuit, quod animæ exiſtentes in purgatorio, ſi quas eis orationes porrigunt, eas cognoſcant: tamen non ſua virtute naturali, nec in verbo, ſed quia aliquas audiunt ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt; aliquas ab Angelis bonis, & aliquas alias, reuelatione diuina: ſicut Ioannes Baptiſta prædixit animabus ſanctis in Lymbo, Chriſtum eſſe deſcenſurum, ſicut expouit Greg. illam quæſtionem, *in Matthæo: Tu es qui venturus es, &c.*

7 Data autem † ſcientia in animabus ſeparatis, de, & ſuper infortuniis ſuorum charorum: non tamen ſequitur, quod eæ de illis doleant, vel afficiantur moleſtia, nam (vt inquit S. Thom. *in* 4. *ſententiarum, diſt.* 45. *quæſt.* 1. *art.* 1.) mortui ita ſunt pœnis oppreſſi, vt de ſua miſeria magis doleant, quam curent facta viuentium ſcire.

8 Et hinc eſt, † quod Dominus Deus animas exiſtentes in purgatorio, & grauiter afflictas, viſitet, & conſoletur per Angelos ſuos. Pie enim credendum, quod ſancti Dei Angeli frequenter viſitent, & conſolentur animas in purgatorio commorantes, tanquam illas, quæ de proximo ſunt futuræ eorum conciues in cœleſti Hieruſalem: præ cæteris autem viſitant, & conſolantur eas, quibus in præſenti fuere commiſſi, talibus referunt bona, quæ fiunt à ſuperuenientibus pro earum remedio: ſicut complura docent exempla Theologi variis in locis ſacræ Scripturæ, quæ breuitatis ſtudio omittimus. Vnde Auguſt. *ad Fratres in eremo, ſermone* 46. qui intitulatur *de Angelis, & hoſpitalitate.* Sancti, inquit, Angeli ſunt, per quos ad purgatorium deportamur, & dum ibi purgamur, ab eis viſitari ſæpe, & conſolari non dubitamus, promittentes cœleſtem Hieruſalem ingreſſuros.

9 Cæterum, quo ad animas Beatorum, † an notitiam habeant eorum, quæ circa ſuos hac vita geruntur, videtur eſſe altercatio inter Gregorium, & Auguſtinum. Nam Gregor. 12. *Moralium*, aperte oſtendit, quod animæ ſeparatæ beatorum, cognoſcant ea, quæ hic aguntur, manifeſtando ibi, quia intus claritatem Dei vident, in qua nullo modo cenſeatur aliquid eſſe foras, quod ignorent.

¶ Auguſtinus verò *in d. lib. de cura pro mortuis gerenda*, conſtanter firmat, quod neſciant mortui, etiam Sancti, quid agant viui, & eorum filii: idque probare ſtudet hac ratione, quod à matre ſua defuncta non conſolabatur, ſicut quando viuebat: nec eſt probabile, quod vita fœliciore ſit facta crudelior, probatque hoc idem alia ratione, quod Dominus promiſit Ioſiæ Regi, quod eo viuente nulla videret mala, quæ erant populo ſuperuentura, vt habetur 4. *Regum, cap.* 22. Si autem parentes non interſunt, concludit Auguſt. ibi, qui ſunt alii mortuorum, qui nouerunt quid agamus, quidve patiamur? pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me, *Pſal.* 16. Si ergo dereliquerunt nos patres noſtri, ait Auguſtinus, quomodo noſtris curis & rebus interſunt?

¶ Sed S. Thom. perſpicaciſſime, & oculis lynceis penetrando præſentem difficultatem, *in* 1. *part.* ſtudet reducere quam ſimpliciſſime opiniones prememoratas ad optimam conſonantiam & concordiam videlicet, quod non totaliter diſcrepent inter ſe iſti duo Doctores, quia Auguſtin. loquitur dubitatiue, ſeu ambigue, dicens, vt volet accipiat quiſque quod dicam: Gregor. vero loquitur aſſertiue, prout apertiſſime dicitur in antedicta eius authoritate, *nullo modo credendum eſt.* Nihilominus S. Thom. ibi, *in* 1. *part. quæſt.* 89. *art.* 8. magis concurrens cum Gregorio, quam cum Auguſtino, declaranſque Beatum Gregorium, ita aſſerit, atque determinat, quod omnia, quæ pertinent ad perfectionem intellectûs, & ad perfectionem vniuerſi, Beati videntes eſſentiam Dei cognoſcant: ſunt enim Angelis æquales, de quibus ſcilicet Angelis etiam Auguſtinus aſſeuerat, quod ea, quæ apud viuos aguntur, non ignorent, hæc S. Tho. Ex quibus verbis Caietanus, exponens Beat. Thom. elicit ac deducit, quod concluſio Gregorii ſit etiam Auguſtini implicite: igitur animæ beatæ non ignorant ea, quæ apud nos aguntur, imo ſi ea, quæ circa nos aguntur, non cognoſcerent, nec vtique pro nobis orarent: quia defectus noſtros ignorarent: ſed hic eſt error Vigilantii, atteſtante Hieron. in epiſtola contra eum: ergo Sancti ea, quæ circa nos aguntur, indubitanter cognoſcunt. hæc S. Tho. *in* 4. *ſententiarum. diſt.* 50. & Bartol. Sybilla *in d. Speculo peregr. quæſt. cap.* 6. *prima decadis.*

Etſi autem † Sancti poſt mortem cognoſcant, 10 quæ hic aguntur: non tamẽ autumandum eſt, quod afficiantur doloribus, cognitis & aduerſitatibus eorum, quos in ſæculo dilexerunt: ita enim repleti ſunt gaudio beatitudinis, vt in eis locum non inueniat dolor, vt voluit S. Thom. in eodem loco, addens etiam, quod ad gloriam Beatorum pertineat, vt auxilium indigentibus præbeant ad ſalutem: ſic enim cooperatores Dei efficiuntur, quo nihil eſt diuinius, vt exprimit Dionyſius *in* 3. *cap. eccleſiaſt. hierar.*

Et conſequenter concludendum, † quod in Ver- 11 bo cognoſcant vota, orationes, & deuotiones hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt, ſecundum S. Thom. *in* 4. *ſententiarum, diſtinct.* 45. *quæſt.* iii. Ideo Beatis in Verbo manifeſtatur illud, quod decet eos cognoſcere de eis, quæ circa nos agũtur, etiam quantum ad interiores motus cordis: potiſſimum autem in excellentiam eorum decet, vt cognoſcant petitiones ad eos directas, vel voce, vel corde, proinde petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtante, cognoſcunt, vt tenuit S. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 4. *ad ſecundum argumentum*, vbi Caietanus exponens literam S. Tho. dicit, ex hac litera facile colligi, quod maxime excellentiam eorum decet, quod cognoſcant petitiones ad eos factas, vt videant illas in Verbo, quoniam beatitudo ipſa ſumma excellentia eſt, & hoc videtur atteſtari Eccleſia in ſuo modo, & more interpellandi Sanctos, dum dicit, *Sancte Petre, ora pro nobis*, niſi itaque præſupponeret omnes ſanctos, ex hoc, quod Deo fruuntur, orationes noſtras cognoſcere, non vtique omnes adiret Eccleſia, vt ora-

rent pro nobis: vnde maior mihi videtur hæc Eccleſiæ authoritas, quam cuiuſcunq; Doctoris: hæc Caietan. Necnon S. Tho. *in 1. part. ſuæ ſumma, q. 12. art. 8. in corpore*, ad idem propoſitum cõcludit, quod vnusquiſq; intellectus creatus in Verbo cognoſcat, non quidem omnia ſimpliciter, ſed tanto plura, quanto perfectius videt Verbum; nulli tamẽ intellectui beatitudo deeſt, quin cognoſcat in Verbo omnia, quę ad ipſum ſpectant: ad Chriſtum autem & ad eius dignitatem ſpectant quodammodo omnia, in quantum ei ſubiecta ſunt omnia. Vnde firmat etiam *in 2. 2. q. 83. art. 11.* quod proprium ſit Sanctorum, in patria videre orationes Viatorum ad ſe directas, idcirco ſi quid magis impedire videtur, quod animæ Sanctorum orationes, & alia, quę circa nos aguntur, cognoſcant hoc accideret quidem, quia à nobis diſtant: ſed cum diſtantia illa non impediat, ergo videtur, quod animę Sanctorũ cognoſcant orationes Viatorũ, eorumq; facta, ſecundũ S. Tho. *in 4. ſentent. diſt. 45. art. 1. q. 3.* Et in hanc eandem ſententiam videtur inclinare etiam Hugo Cardinalis ſuper *Iob. 14.* vbi docet, quod Sancti omnia ad ſalutem pertinentia, videant ex reuelatione, multa autem ex ſe non vident, & Ricardus de Mediauilla, *in 4. ſentent. diſt. 45. art. 7.* vbi ita ſcribit, quod animæ beatæ, omnes orationes noſtras, quas porrigimus, cognoſcant in Verbo Dei, quod clare vident, quãuis enim non videant omnia, quæcunq; videt verbum: tamen probabile eſt, quod in eo videant omnia, quæ facimus, & dicimus, & quæ in corde geſtamus ad reuerentiam earum.

¶ Et concluſio hæc, quod Beati in patria clare cognoſcant omnia, quæ hic fiunt, ponitur per S. Tho. pluribus in locis, & præſertim *in 1. part. q. 89. art. 8. in corpore articuli. in 4. ſentent. diſt. 45. quæſt. 3 art. 1. per totum. in quæſtionibus de veritate, quæſt. 8. art. 11. ad 12. argumentum, & ibidem in quæſt. 9. art. 6 ad 4. argumentum, in quæſtionibus de malo, quæſt. 7. art. 6. contra Gentiles, lib. 3. c. 59. in 2. 2. art. 4. q. 83. ad ſecundum argumentum. & in 2. part. q. 10. art. 2. in corpore*, & Auguſt. diſcutit illam materiam, iſtamve concluſionem, *in præorato lib. De cura pro mortuis gerenda*, vbi loquitur dubitatiue, ſecundum S. Thom. & eandem materiam tractant Gregorius *in 2. dialog. & in 12. Moralium*. Hieron. *in epiſtola antiſignata ad Vigilantium*. S. Antoninus *in ſua ſumma, in 1. part. tit. 5. c. 6.* Caietan. *in 1. part. S. Tho. q. 89. ſuper art. 8. & in 2. 2. q. 83. ſuper art. 4. & in 3. part. q. 10. ſuper art. 2.* & Hugo Card. *ſuper Iob. 14.* Et ſic deniq; habes apertiſſime, & abſq; ſcrupulo aliquo, quod etiam data ſcientia, & notitia eorum, quæ hic aguntur, penes animas damnatas, & exiſtentes in purgatorio, & beatas, iſtas animas omnes tẽpſa nullum dolorem tangere de infortuniis, quę in ſuis cha-
12 ris poſt mortem contingunt. His itaq; † omnib. recte adductis, ſtudioſe intellectis, & probe cognitis, compertum eſt nõ obſtare illud, quod proferri conſueuit, quod per tranſitum vxoris ad ſecunda vota, inferatur iniuria: quia cum mulieri iure ſuadente, nõ ſolum ad ſecundas, ſed etiam ad tertias, & deinceps nuptias, tranſire licitum ſit, vt *ſupra Opin. 535. hoc eod. lib. 2.* vbertim explicauimus. Concludendũ eſt, quod mulier nemini iniuriam inferat, dum ſuo iure vtitur, *c. cum eccleſia, Extra de elect. l. nullus. ff. de reg. iur. & l. 1. §. idemq; Marcellus. ff. de aqua plu. arcen.*

13 Limitatur etiã † ſecundo loco eadem cõis in principio poſita, vt ad rem noſtram, veluti longo poſtliminio redeam, nullatenus procedere, cum ſubſtitutio compendioſa facta eſt per verbum cõmune, in re certa: tunc enim illa nunquam comprehendit pupillarem ſubſtitutionẽ, quia verbum cõe, adiectũ certæ rei, vel quantitati, nunquã trahitur ad inſtitutionẽ, *l. cogi. §. & generaliter. ff ad Treb.* & ibi Bar. & alii, Glo. *in §. ſi vero nullum. in ver. Relictis, in auth. de her.* & Falc. Bar. *in d. l. Centurio, col. 11. ver. Quæro vlterius quid ſi ſubſtitutio compendioſa fiat in re certa, n. 33. & in rep. l. ſi arrogator, col. antepen. ff. de adop.* Bal. & Salic. *in d. l. precibus, prope fin. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. humanitatis, col. 12. ver. Principaliter quæro in quib. rebus. C. eod. tit.* Natta *conſ. 68. n. 4. vol. 1.* & D. Oddus *in d. tra. comp. ſubſt. in 3. part. ſub art. 3. in 5. part. in 2. caſu, fol. 163. & ſeq.* vbi dicit iſtam communem opinionem, eamque vtiliter etiam ampliat in ſeptem caſibus, & in ſex aliis limitationibus. Cõis opin.

OPINIO DCCCLIII.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio pupillaris filio naturali, vel ſpurio facta, eſt nulla, conualidatur autem poſt patris mortem, ſi de eius conſenſu filius legitimatus fuerit.*

2 *Legitimari poteſt filius poſt mortem patris, quandocunque, cum à patre inſtitutus eſt.*

3 *Teſtamentum patris imperfectum, inter naturales, ſeu ſpurios, licet non valeat propter incapacitatẽ inſtitutorum tamẽ ſi faciat poſtea eos legitimari, cõualidatur.*

4 *Legitimatus per reſcriptum excludit ſubſtitutum.*

5 *Legitimans filium poſt mortem patris, tenetur citare ſubſtitutos: quia requiritur eorum conſenſus.*

6 *Legitimatio filii naturalis per reſcriptum principis fieri poteſt, viuente patre, agnatis non citatis, quo ad bona tyſtius.*

7 *Legitimare poteſt Papa, vel Imperator poſt mortem patris filium naturalem, non requiſitis his, de quorum præiudicio agitur.*

SVBSTITVTIO pupillaris † facta filio naturali, vel 1
ſpurio, licet nulla ſit, conualidatur tamen abſque dubio aliquo poſt mortem patris, ſi de eius conſenſu talis filius naturalis fuerit legitimatus, vt voluit Bar. *in l. 2. col. 2. verſ. Item quæro. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* cui viuacisſimis rationibus accedunt ibi Imol. Raph. Alex. & alii omnes vniuerſaliter, Pari. *conſ. 2. n. 17. vol. 1. & conſ. 1. n. 30. vol. 2.* Rui. *conſ. 69. n. 7. vol. 3.* & Rol. à Valle cum aliis cõcertuarim ſignatis per eum, *conſ. 22. Vale ſtamento, ſub nu. 29. & ſeq. vol. 3.* vbi perhibet iſtam eſſe cõem opin. Et ratio † viuax aſſignari 2
põt hęc, quia filius legitimari poſſit poſt patris mortem quandocunq; cum à patre inſtitutus eſt, cum hæreditatẽ capere poterit, ita Bal. *conſ. 146. vol. 1.* Raph. Cuman. *in l. Gallus. § & quid ſi tantum. col. fi. ff. de lib. & poſth.* & Laſcon. *127. n. 4. vol. 4.* Quæ cõis † ita comprobata 3
in tantum ampliatur, vt procedat, non ſolũ in ſubſtitutione facta de huiuſmodi naturalib. filiis: verũ etiã in teſtamento condito inter filios ſpurios & naturales, vt firmauit doctiſſime Natta *in repet. l. hac conſultiſſima ex imperfecto, n. 101. C. de teſta.* vbi determinauit, quod ſi pater condit teſtam. inter naturales, vel ſpurios imperfectũ licet tale teſtam. non teneat propter incapacitatẽ inſtitutorũ: tamen ſi forſan faciat eos poſtea legitimari, teſtam. reconualeſcit: quoniã legitimatio hæc trahitur retro, ac fingit medio tempore non fuiſſe ſpurios, vel illegitimos, *l. ſi ff. de nat. reſt. & §. illud, in auth. quib. mod. nat. effician. ſui*, & ita vidi iudicatum in Curia Aquilana *anno* 1580.

Vnde legitimatus † per reſcriptum indubitanter 4
excludit ſubſtitutum, ſecundum Bal. *in fin.* Soc. Sen. *n. 5.* & Aret. *col. 4. in l. Gallus. §. ſi tam. ff de lib. & poſth.* Alber. *n. 6.* Alex. Iaſ. & alios omnes vniuerſaliter, *in l. generaliter. § cum autem. C. de inſti. & ſubſt.* Io. And. *in add. Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in fin.* & Anch. *in c. per venerabilem. nu. 17. extra qui fil. ſint leg.* & iſta eſt magis communis opinio, atteſtante D. Sfortia Oddo, *in tract.*

com-

Digitized by Google

compon. ſubſtit. in 6. partis. in tit. an legitimati faciant deficere fideicommiſſum, ante fin. dicti tractatus, vbi congeſtis alios Docto. ambo lectentes iſtam partem, eamq; ſe ſequitur, & limitat vtiliter in tribus caſibus, prout eidem opinioni innixus etiam, oſtendendo eam eſſe magis communem, & limitat quoque in tribus aliis caſibus Ioan. de Neuiz. *conſil. 99. Omnis ſapientia à Deo eſt, ſub nu. 20. cum aliis ſeq.*

5 Et nunc † vtique legitimans poſt mortem patris, tenetur, & debet neceſſario citare ſubſtitutos: quia requiritur eorum conſenſus abſq; dubio, vt concedunt Iaſ. *colum. pen.* & alii omnes conformiter, *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum*, Neuiz *in d. conſil 99. nu. 20. & ſeq. cum aliis aggregatis per eum*, & D. Sfortia Oddus *in loco præcitato, in 2. limit. fol. 209.* in quibus locis oſtendunt apertiſſime iſtam eſſe communem opinionem. Non enim valet huiuſcemodi legitimatio ad præiudicium ſubſtituti non citati, cui ius in ſpe probabili quæſitum eſt, illo grauato decedente, ſtante morte teſtatoris ſic eum grauantis: non enim poteſt grauatus ius fideicommiſſi ſubuertere per talem legitimationem, foret enim iſta quædam alienationis ſpecies rerum fideicommiſſo ſubiectarum, eum per legitimationem in alium quam teſtator diſpoſuit, deuoluerentur, contra *auth. res quæ. C. comm. de leg.* prout ita firmarunt conſtanter Anchara. *conſil. 427. circa primum quæſitum, iuris interpretes omnes*, & potiſſimum Socin. & Iaſ. *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum*, Alexan. *conſil. 67. colum. 3. volum. 1*, Ruin. *conſil. 3. num. 4. volum. 1.* Dec. *conſil. 53 colum. 1. & ſequent. & conſil. 425. colum. 3.* & Pariſ. *conſil. 9. num. 29. & ſeq. volum. 2.*

6 Quæ communis ita explanata, † procedit indubitanter in legitimatione, emanata poſt mortem teſtatoris: ſecus vero in legitimatione viuente teſtatore, expedita: quia in legitimatione filii, per quam excluditur ſubſtitutus, non requiritur vllo modo citatio, ſi viuo patre ea fiat, ſecundum Gomeſ. *in regul. 271.* Oddum *in loco præallega. in 3. limitat. fol. 209.* & Alexan. de Neuo. *conſil. 33. Vidi quæ copioſiſſime deducta ſunt, num. 12.* Quoniam legitimatio per reſcriptum Principis, bonis, honeſtiſq; rationibus fieri poteſt, viuente patre, etiam agnatis non citatis, quantum ad bona eius, de quibus pro libito poterat diſponere, vt explicat, & declarat Bartol. *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum. colum. penult.* & Card. Put. *deciſ. 7. in tit. de legitimat.* Idq; ſibi vendicat etiam ſibi locum, exiſtentibus quoque filiis legitimis, quorum mentio facta eſt, & non citatis, licet non habeat Comes in facultatibus legitimandi clauſulam, *citatis, vel non citatis*, ita Cardin. Put. *deciſion. 3. eodem tit.*

7 Cæterum hæc communis, † quod citatio illorum, quorum intereſt, neceſſaria ſit in legitimatione, mortuo patre facta, limitatus locum non ſortiri, ſi legitimatio poſt mortem patris fieret à Papa, vel Imperatore, vt firmant Bartol. *num. 14* Iaſ. *in l. lectura num. 140.* & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer, *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum* Ioan. de Imol. *in c. niſi cum pridem, colum. 16. de renun.* Bal. *in l. nam ita diuus, colum. 1. ff. de adopt.* Abb. *conſil. 84 num. 6. vol. 1.* Ant. de Butr. *in d. c. per venerabilem. in princ.* Felin. cum aliis ceteris relatis per eum *in c. cum olim, num 16. de ſent. & re iud. c.* Alexan. de Neuo. *in d. conſil. 33. num. 12.* & Petr. Duennas *in reg. 43. Appellatio iuſta & iuſta non tollitur à Principe, ſub 5. fallent. verſ. Et facit etiam in fauorem huius limitationis.*

OPINIO DCCCLIV.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutus an admitti debeat ad hæreditatem, ſi hæres inſtitutus moriatur ante teſtatorem, & num 6. 8. & 9.*

2 *Subſtitutione prima deficiente, etiam ſecunda deficit.*

3 *Subſtitutio euaneſcit, quando ſubſtitutus decedit ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt.*

4 *Subſtitutio ſequens locum non eſt, cum conditio prius appoſita verificata non fuit. Eiuſq; ratio, nu. 5.*

7 *Hæredis mentio, intelligitur de hærede, qui adiuit hæreditatem.*

10 *Tullius Burcaius laudatur.*

SVBSTITVTVS ſuccedere debet, † cum inſtitutus hæres moritur ante teſtatorem, & præſertim ſi oritur contentio inter ſubſtitutum, & venientes ab inteſtato ſuper ſucceſſione, mortuo teſtatore, non mutato teſtamento, ſubſtitutus ipſe admitti tunc deberet ad hæreditatem, prout ita conſuluit Alciat. *conſil. 17. Tria principaliter dubia reſoluenda, num. 1. cum aliis ſequent. tomo 3. lib. 9.* & Socin. Iun. *conſil. 27. Miratus ſum, num. 1. cum cæteris ſequent. volum 3.* Quæ concluſio iuſtificari primo poteſt hac viuaci ratione, quod ſubſtitutio inuenta abſque dubio ſit, ne caducæ fiant hæreditates, & legata, & fideicommiſſa, *l. 1. C. de cadu. toll. in princ.* Secundo facit, *l. quandiu, la 1. ff. de acquir. hæred.* vbi inquit text. Quandiu prior hæres inſtitutus hæreditatem adire poteſt, ſubſtitutus non poteſt, ergo cum hæres morte præuentus adire hæreditatem nequit, tunc ſubſtitutus indubitanter admitti debet, ita Cagnol. *in l. quandiu, num. 2. ff. de reg. iur.* Tertio fulcitur etiam eadem concluſio per text. *in l. quandiu, la 2. ff. de acquir. hæ ed.* vbi text. determinat, quod quandiu poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, ab inteſtato ea vllatenus non deferatur, & ita probatur etiam per *l. ex teſtamento*, vbi Dec. *C. vnde liberi*, & idem Dec. *in l. hæres inſtituta, in 3. notab. C. de impub. & ibi Apoſtil.* Quarto comprobatur hoc ſimiliter *per l. quandiu, la 5. ff. de acquir. hæred.* vbi Vlpianus hæc verba recenſuit: Quandiu inſtitutus admitti poteſt, ſubſtitutioni locus non eſt, nec ante ſuccedere poteſt quam excluſo hærede inſtituto: igitur excluſo inſtituto per mortem, ſubſtitutus debet admitti, excluſis venientibus ab inteſtato. Quinto ad idem facit quoque *d. l. quandiu. ff. de reg. iur.* cuius formalia verba hæc ſunt: Quandiu teſtamentum valere poteſt, tandiu legitimus hæres admittitur: & id etiam videtur ſentire Bald. *conſil. 161. volum. 2.* & Iaſ. *in l. hær. autem, num. 53. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* Sexto ad hoc roborandum videtur ſtringere text. *in l. vnica. § penult. C. de caduc. tollen.* vbi Imperator diſponit, quod cum adita non eſt hæreditas, defertur ea primo, ſubſtitutis deficientibus, ad venientes ab inteſtato.

§ In contrariam vero partem inclinandum fore arbitror, tanquam veriorem, videlicet, quod venientes ab inteſtato admittantur ad ſucceſſionem in præſenti caſu. Et primo vtiq; ad † hoc ſuadendum moueor, ex doctrina Ioan. And. cōmuniter probata, *in addit. Specul. in tit. de teſta. in §. incipiente, In primis*, quod vbicunque ſubſtitutio prima eſt inutilis, etiam ſecunda deficit. Secundo addocor † ad hoc idem concludendum, per doctrinam Petr. de Vbal. *in conſil. 29. poſito inter conſilia vltimar. volunt. vol. 1.* vbi conſtanter firmat ſubſtitutionem euaneſcere, quando ſubſtitutus decedit ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt. Necnon huic noſtræ † opinioni præſtare vide- 4

OPINIO DCCCXLVII.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta, ſi ſine filiis decedat, an exſpiret ſi inſtitutus decedat relictis filiabus.*

2 *Subſtituto filio, vel agnato, de maſculis tantum intelligitur ſubſtitutio: etiamſi ſubſtitutio facta non ſit fauore agnationis: ſecus vero ſi eſſet ſubſtitutus extraneus.*

3 *Subſtitutio facta, ſi ſine filiis decedat, ſortitur locum etiam in nepte.*

4 *Subſtitutio facta de liberis, comprehendit etiam nepotes ex filia. Et appellatione filiorum veniunt etiam nepotes in ſubſtitutionibus, nu. 2.*

6 *Subſtitutus ſuccedit excluſis filiabus, ex coniectura testamento teſtatoris, cum filii maſculi ſunt hæredes vniuerſales inſtituti, & filia inſtituta eſt in re particulari.*

7 *Subſtituti per nomina propria, deficientibus inſtitutis, cæteris ſunt præferendi, tanquam magis dilecti.*

8 *Subſtitutio facta, ſi ſine filiis decedat, intelligitur tantum de maſculis, & præſertim vigente ſtatuto, quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant. Ítemq; ratio, nu. 9. niſi appareat manifeſte, teſtatorem voluiſſe recedere à ſtatuto, nu. 11. Et quando cenſeatur ſe voluiſſe conformare ſtatuto, nu. 12.*

13 *Subſtitutus alicui, ſi ſine liberis decedat, an admittatur, ſi decedat cum liberis, ſed ii poſtea moriantur.*

1 SVBSTITVTIO facta, † ſi ſine filiis decedat, exſpirat, ſi inſtitutus decedat, relictis filiabus, niſi expreſſe dictum ſit, de filiis maſculis. Et ratio hæc eſt, quia appellatione filiorum continentur indubitabiliter, tam maſculi, quam fœminæ, ita Ancharan. *conſil.* 120. *nu.* 3. Alexan. *conſil.* 58. *per tot. volum.* 6. *& conſil.* 17. *num.* 9. *& ſequent. volum.* 7. & eſt textus *in l. quiſquis. ff. de verbor. ſignific. in l. ſi quis filiabus. ff. de teſtamen. tut. in l. ſi ita ſcriptum, in princ. ff de leg.* 2. *in l. Lucius. §. quæſitum. ff. de legat.* 3. & notant Doctor. *in c. Reynaldus, ext. de teſtam. & in l.* 1. *C. de condit. inſer.* Curt. Sen. *conſil.* 45. Curt. Iun. *conſil.* 59. *num.* 9. *& ſequent.* Socin. *conſil.* 39. *volum.* 1. Ruin. *conſil.* 140. *num.* 3. *conſil.* 141. *in princ. & conſil.* 142. *num.* 2. *volum.* 2. vbi aſſerit illam conditionem, *ſi deceſſerit abſque filiis*, comprehendere etiam filias: quoniam maſculinum poſitum in conditione concipit re ipſa fœmininum, Ruinus *conſil.* 147. *in princ. volum.* 2. Alexan. *conſil.* 55. *num.* 9. *volum.* 3. *& conſil.* 53. *num.* 14. *& ſequent. volum.* 4. quod eſt conſ. Ludouici Bologn. Docto. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. & in l. ſed ſi ſic. § liberos. ff. de in ius vocan.* Dec. *conſil.* 15. *num.* 1. *conſ.* 299. *num.* 11. *conſil.* 518. *num.* 1. *conſil.* 370. *num.* 1. *conſ.* 480. *num.* 1. *& conſil.* 568 *num.* 4. Ioan. de Anan. *conſil.* 22. Paul. Caſtren. *in l.* 1. *C. de condit. inſer.* Curt. Sen. *conſil.* 44. *& conſ.* 63. *num.* 8. qui dicit ibi iſtam eſſe communem opinionem, Socinus Iun. etiam *conſil.* 158. *num.* 47. *volum.* 2. *& conſil.* 15. *num.* 20. *volum.* 5. Iaſ. *conſil.* 142. *volum.* 2. Alciat. *in tractat. de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 32. Crotus *conſ.* 17. *num.* 38. Socinus *in l. cum auus. ff. de cond. & demonſtrat.* Corn. *conſ.* 83. *num.* 5. *volum.* 1. *conſ.* 66. *volum.* 2. *& conſ.* 202. *volum.* 4. Ruinus *conſil.* 95. *& conſil.* 152. *volum.* 2. *conſil.* 125. *num.* 3. *& conſ.* 124. *num.* 5. *volum.* 5. Pariſ. *conſ.* 41. *num.* 43. *volum.* 3. & ample Cephal. *conſ.* 45. *num.* 9. *volum.* 1. vbi congerit alios Docto. hanc opinionem amplectentes, tanquam magis communem.

2 ¶ In contrariam vero † ſententiam, videlicet, quod cum eſt ſubſtitutus filius, vel agnatus, tunc de maſculis tantum intelligitur, ex quo cenſetur facta ſubſtitutio fauore agnationis, & vt pariter bona conſeruentur in familia, ſed quando eſt ſubſtitutus extraneus, eo caſu appellatione filiorum contineantur non ſolum maſculi, verum etiam fœminæ, inclinarunt Paul. Caſtren. *conſil.* 79. Decius *conſ.* 495. *& conſil.* 674. *in fin.* Curt. Iun. *conſil.* 11. *ante num.* 7. *conſil.* 111. *num.* 16. *& conſ.* 159. *num.* 16. *in fin.* Iaſ. *conſil.* 140. *volum.* 2. Alexand. *conſ.* 52. *volum.* 4. *quod eſt conſ. Barbat.* Socin. *conſil.* 6. *& conſil.* 14. *volum.* 5. Curt. Sen. *conſil.* 51. *& conſil.* 73. Crot. *conſ.* 1. *conſil.* 13. *& conſil.* 104. Iacob. Mandell. Albenſ. *conſil.* 19. *Caſus iſte.* Corn. *conſil.* 146. *volum.* 1. Calcan. *conſil.* 47. Albert. Brunus *in tract. quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant. artic.* 5. *num.* 18. & hanc opinionem, tanquam communem ait Curt. Iun. *conſil.* 35. *num.* 1. ſequi à modernioribus Doctor. & eam, vt communem, amplectitur quoque Decius *conſil.* 314. Gozadin. *conſil.* 89. Bertran. *conſil.* 113. *num.* 4. *conſil.* 114. *num.* 5. *conſil.* 115. *num.* 13. *& conſil.* 116. *num.* 2. *volum.* 2. vbi teſtatum reliquit ſe hanc diſtinctionem Paul. Caſtrenſ. tanquam canonizatam inter Doctores, ſemper in conſulendo, & iudicando ſecutum fuiſſe, & hoc idem repetit quoque *conſil.* 110. *num.* 12. *eod. volum.* Socin. Iun. *conſil.* 1. *num.* 114. *volum.* 1. *conſil.* 168. *num.* 84. *volum.* 2. *& conſil.* 87. *volum.* 3. & Grat. *conſil.* 55. *& ſequent. volum.* 2. vbi fatetur ingenue, ſe ita vidiſſe alias conſultum.

Imo in fortioribus, durioribusq; terminis, quod etiam opinio hæc communis locum ſortiatur, etiamſi non ſit facta ſubſtitutio fauore agnationis, firmauit Paul. de Caſtro *conſil.* 358. Socin. *in d. l. cum auus.* Fulgoſ. *in d. l.* 1. *C. de condit. inſer. & conſil.* 18. *& conſil.* 58. Decius *conſil.* 70. *conſil.* 468. *& conſil.* 514. qui conſuluerunt in teſtatrice, & Socin. Iun. *conſ.* 168. *num.* 84. *vol.* 2. *& conſ.* 81. *vol.* 3. & Rolan. à Valle *conſil.* 82. *nu.* 35. *vol.* 3.

Quæ omnia † ampliantur itidem, vendicare ſibi locum, in nepte, quia appellatione filiarum, includuntur quoque neptes, ne ſit melioris conditionis neptis, quam filia, contra l. *ſi viuat matre. C. de bon. matern. & l. liberorum. ff. de verb. ſignific.* vt oſtendit Curt. Iun. *conſ.* 59. *nu.* 2. 3

Quoniam veniunt † indubitanter in ſubſtitutione facta de liberis, nepotes ex filia, ita Dec. *in c. in præſentia, col.* 26. *de prob.* 4

Et quod † appellatione liberorum veniant nepotes in ſubſtitutionibus, firmant Alexan. *conſ.* 5. *Circa primum dubium, volum.* 5. *& conſ.* 87. *viſo themate, volum.* 6. Socin. *conſ.* 17. *Caſus*, *& conſ.* 51. *num.* 10. *volum.* 4. & Iaſ. *in l. Gallus. §. inſtituens, in* 2. *lectura in* 4. *notab ff de lib. & poſthum.* vbi non obſcure dicit iſtam eſſe communem opinionem, ac ita ſe conſuluiſſe Bononiæ, in cauſa de Calice. Quod etiam locum habet, etiamſi diceretur, *ſine filiis legitimis, & naturalibus,* nam iſto caſu ſimiliter fœminæ includerentur, vt concludit Alexan. *conſ.* 55. *ponderatis his quæ in themate narrantur, volum.* 3. Etiamſi quoque eſſemus in conditionibus, ſecundum Alex. *in d. conſ.* 55. & Soc. Iun. *conſ.* 126. *nu.* 14. *vol.* 1. 5

Ceterum limitatur † primo antedeſignata communis, ſi ex coniectura ta mente teſtatoris aliud appareret, vt quando filii maſculi eſſent hæredes vniuerſales inſtituti, & filia fœmina inſtituta foret in re particulari; ſi eſſet facta ſubſtitutio, tunc vtique intelligerentur vocati filii maſculi, non autem fœminæ, & ſtantibus fœminis, & non maſculis, ſubſtitutus abſque dubio ſuccederet, excluſis filiabus, ſecundum Curtium Iunior. *conſil.* 112. *num.* 3. Et ratio eſt 6

palpa-

Digitized by Google

ſupponitur: quia apparet euidens coniectura quod teſtator voluerit conſeruare bona in familia. ita Paul. Caſtr. in d. l. 1. C. de cond. inſer. Pariſ. conſ. 49. vol. 2. & conſ. 76. eod. vol. & conſ. 53. num. 27. & 24. vol. 3. Cephal. conſ. 86. nu. 44. vol. 1. & Soc. in d. l. cum auus. ff. de cond. & demonſtrat.

7 Claudicatque † ſecunda eadem communis vt non procedat, quando aliqui vocati forent ad ſubſtitutionem, per nomina propria eſſent instituti, quibus deficientibus eſſent ſubſtituti alii, nam iſti vocati forent cæteris præferendi, l. cum ita. §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. quoniam præſumuntur procul dubio magis dilecti ſecundum Bartol. in dict. §. in fideicommiſſo.

8 Limitatur quinque † tertio loco præmemorata communis, ſi vigeret ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant; tunc enim intelliguntur vocati maſculi tantum: ex quo tum præſumitur teſtatorem eo caſu habuiſſe mentem, inclinationemque conformem ſtatuto; ita Aocha in. in l. inter fratres ff. de pact. Alexander in leg. Gallus. §. quidam recte, in fin. ff. de lib. & poſthum. & in l. heredes mei §. cum ita. ff. ad Trebell. & conſ. 127. volu. 1. Iaſon. in l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omnium iud. & in dict. leg. inter fratres. Canoniſt. in c. Raynutius, extra de teſtam. Curt. Senior conſ. 52. Curtius Iunior conſ. 116. num. 9. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 31. n. 1. Socin. Iunior conſ. 1. num. 113. volum. 1. Corn. conſ. 197. volum. 1. Soc. conſ. 180. vol. 2. & conſ. 51. vol. 4. Iaſon in leg. qui filiabus ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 4. volum. 2. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. parte principali ſub nu. 15. Dec. conſ. 465. num. 14. & conſ. 145. num. 3. & ſeq. Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtandi tit. 5. cautela 17. nume. 2. Cephal. conſ. 45. num. 2. volum. 1. Bart. in l. heredes mei. §. cum ita num. 4. & ibi alii omnes ff. ad Trebell. Imol. in l. fin. ff. de condit. & demonſt. Alexan. conſ. 15. num. 3. volum. 4. Fulgoſ. conſ. 34. colum. 2. Bruni. de ſtat. exclud. fœm. art. 5. quæſt. 12. & Iul. Clar. in §. teſtam. quæſt. 76. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem.

9 Et † ratio aſſignari poteſt hæc quod ſtatuto faciente conſtituenteque differentiam inter maſculos, & fœminas, ita ſit interpretanda ſubſtitutio, vt ſit conformis ſtatuto ſecundum Bart. in d. l. heredes mei § cum ita Fulgoſ. conſ. 34. Alexander conſ. 15. volum. 4. & Soc. in d. l. cum auus, ff de condit. & demonſtrat. & conſil. 54. & ſequent. volum. 4.

10 Sed hæc † vltima communis limitatio ita explanata & approbata, coarctatur primo vtiliter non ſortiri locum quando conſtat teſtatorem non ſeruaſſe formam ſtatuti, ſecundum Ruin. conſ. 120. num. 16. verſ. non obſtat. volum. 1. & conſequenter cum teſtator non ſeruauit ſtatutum præmemoratum, & apparet manifeſte eum receſſiſſe à ſtatuto, minime dici poteſt ipſum teſtatorem voluiſſe ſe conformare cum ſtatuto, vt firmauit Corn. conſ. 24. colum. fin. volum. 2. Gozadin. conſ. 53. num. 18. & Octau. Cacher. in dec. pedemon. 23. num. 41.

11 Secundo † claudicat eadem communis limitatio vt ea locum non obtineat, quando verba teſtatoris violarentur: tunc enim cenſetur, quod potius voluerit ſe conformare cum iure communi, quam cum ſtatuto, vt concedit Pariſ. conſ. 78. nu. 25. vol. 2.

12 Tertio, † vt cenſeatur teſtator ſe ſtatuto conformare, neceſſe eſt, quod ſtatutum loquatur ſpecialiter in caſu illo, de cuius interpretatione agitur, & nō aliter, nec alio modo, vt ample diſcurrit, atque reſoluit Iacob. Mandell. de Alba conſil. 81. num. 34.

4 Si vero † inſtituo Titium, & ſi decedat ſine liberis, inſtituo Gregorium, ſi tunc Titius decedat cum liberis, qui poſtea moriantur, non admittitur ſubſtitutus, ita Doct. per text. ibi, in l. cum vxori C. quando dies leg. ced. Oldrad. conſ. 21. abente num. 1. vbi Ranaldus Corſus, cum aliis ſignatis per eum, in add. in litera A. Dec. conſ. 291. viſis num. 5. & conſ. 377. viſis nu. 1. Et an hoc ſit indiſtincte verum, vide eundem Decium declarantem conſ. 480. in caſu, num 6. cum aliis ſeq. vbi etiam ponit duos caſus neceſſarios, pro reſolutione præſentis materiæ, & conſ. 512. viſo nu. 1. cum aliis ſeq. & conſ. 513. colum. 2. & conſ. 585. vbi optime diſtinguit, & conſ. 635. viſo capoſo nu. 14. cum aliis ſeq. & conſ. ſeq.

Sed hoc limitatur locum non habere cum colligi commode & vere poteſt teſtatorem aliter diſponere voluiſſe eiuſque mentem, voluntatemque aliam extitiſſe, vt per Curtium Iuniorē conſ. 120. & Ranald. Corſum in add. Oldradi conſ. 11. ſub litera A.

OPINIO DCCCXLVIII.

SVMMARIA.

1 Subſtituens agnato vel cognato alios proximiores, agnatos, vel cognatos an præſumatur vocare agnatos vel cognatos proximiores teſtatoris, vel proximiores ſubſtituti grauati.

2 Teſtatore vocante ad fideicommiſſum proximiores, ſi non extet ſtatutum, quod ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedant, veniunt hi, qui, iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſſionis ſunt proximiores quamuis reſpectu naturæ ſint vlteriores gradu & num. 3. Secus ſi extaret ſtatutum iuri communi contrarium nu. 5.

3 Proximiorum appellatione veniunt tam maſculi quam fœminæ in fideicommiſſis.

1 SVBSTITVENS † alicui agnato, ſeu cognato alios proximiores agnatos, vel cognat. an tali ſubſtitutiōe præſumatur vocare agnatos, vel cognatos qui erant proximiores teſtatoris, an autem proximiores ipſius ſubſtituti? Aliqui Doctores non mediocris authoritatis, conſtanter aſſeuerarunt, quod cenſeantur vocati proximiores teſtatoris; quoniam in dubio præſumitur teſtatorem eos magis dilexiſſe, & iſtam dicit eſſe communem omnium opinionem Hieron. Gabriel. conſ. 121. Ludouicus inſtitutus heredes ſub num. 10. & ſequent. volum. 1. Bertrandus conſ. 37. numer. 6. volum. primo part. 2. conſ. 151. num. 5. volum 4. conſ. 79. nu. ſecundo volum. quarto conſil. 318. num. ſeptimo volum. ſexto & conſ. 48. num. 7. volumin. 7. & Ioan. Dilectus in tract. de arte teſtandi titul. quinto caut. 21. numer. 5. licet prudenter moneat ibi, tutius ſecuriusque eſſe vt teſtator ad euitandam perplexitatem, & altercationem vtatur in ſubſtitutione præfata, verbis claris, dilucidis, & perſpicuis, ex quibus plane colligi queat mens eius & voluntas.

¶ In contrariam vero partem inclinauit conſulendo doctiſſime & ſubtiliſſime Socin. Iunior conſ. 126. volum. 1. vbi concludit, quod attendi debeat proximitas ſubſtituti grauati, non autem teſtatoris. vbi ſub num. 36. commemorat quoque hanc opinionem eſſe reipſa magis communem, & pariter nefas eſſe etiam ab ea, tanquam ſacroſancta, recedere iudicando cui aſſentitur quoque Gozad. conſ. 4. numer. decimo ſeptimo & poſt num. 31. verſ. Ad ſextum & ſeptimum: & ait itidem eam communem eſſe & Rolandus etiam pleniori manu conſ. 100. Quoniam Magnificus Dominus Octauianus, num. 1. cum aliis ſequentibus volum. 1. prout iſta eſt veritas, & iſta iudicari poſſet tuta conſcientia ex variis rationibus, & authoritatib. quæ in præſentiarum breuitatis ſtudio ſupprimuntur

& tanto magis, cum illas viderim ad ſaturitatem vſque per Roland. *in d. conſ.* 100 *per totum*, trutinatas atque diſcuſſas, & per Hieron. Gabriel. *in d. conſ.* 142. *ſub num.* 10 *cum al. ſequent.*

2 Et hinc † non ſit tibi vnquam in obliuione, quod cum non viget ſtatutum excludens fœminas dotatas, ſtantibus agnatis, ſi teſtator vocaret ad fideicommiſſum proximiores, viuerent tunc vtique hi, qui iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſſionis proximiores forent, quamuis reſpectu naturæ eſſent vlteriores gradu, ita Gloſſ. & Imol. *in l. cum ita* §. *in fideicommiſſ. in fin. ff. de leg.* 2. Rip. *in l. ex facto, num.* 7. *ff. ad Trebell.* Alexand. ad Bartol. *in l. ſi cognatis, in ver. Quæro, ff. de verb. dub.* Bald. *conſ.* 488. *volum.* 3. Iaſ. *conſ.* 215. *colum.* 5. *volum.* 2. Ant. Rub. Alexand. *conſ.* 82. *colum. fin.* Bran. *conſ.* 191. *num.* 10 *volum.* 2. Ant. Gab. *in concluſ.* 1. *de ſucceſ. ab inteſtato, num.* 4. & nouiſſime Sim. de Pret. *conſ.* 371. *num.* 12.

Et † ſi certum teſtator legauit rem aliquam alicui,
3 & poſt eius mortem voluit illam remanere proximioribus in gradu ipſius teſtatoris: tunc ſi concurreret frater, & filia eiuſdem teſtatoris, poſt eius mortem ad legatum prædictum, ſeu fideicommiſſum, ſi. ad indubitanter deberet eſſe filiæ, quæ eſt proximior fratre, & ſic patruo; quia filia eſt in primo gradu, & frater in ſecundo, *l.* 1. *& l. iuriſconſultus.* §. 2. *ff. de grad.*

Et eo † caſu exploratum eſt, proximiorum ap-
4 pellatione venire tam maſculos, quam fœminas in fideicomiſſis, ſecundum Dec. *conſ.* 169 *num.* 4 & Pariſ. *conſ.* 88. *num.* 12 *vol.* 2.

5 Si vero † adeſſet ſtatutum iuri communi contrarium, tunc proximioribus vocatis, hi veniũt, qui ſecundum diſpoſitionem ſtatuti ab inteſtato præferentur, vt concedunt iuris interpretes omnes, *in d. l. cum ita* §. *in fideicommiſſ. & in l. fi. C. de verb. ſigni.* Aoch. *conſ.* 433. *num.* 2 Corn. *conſ.* 27. *n.* 12. *volum.* 5. Soc. *conſ.* 51. *nu.* 29 *vol.* 4. Soc. Iun. *conſ.* 135. *num.* 4. *vol.* 1. & Berous *conſ.* 144. *num.* 12. *volum.* 2. & optime Brun. *conſ.* 151. *nu.* 14. *& ſeq. volum.* 1. Quæ opinio, quamuis contradictores habeat, quando verbis præfatis addita ſunt verba *ſalua graduum prærogatiua* teſte Dec. *conſ.* 1. *col. fi.* nihilominus tamen hæc contradictio in puncto iuris vera non eſt, vt probat Sim. de Pret. *in d. conſ.* 37. *num.* 25 *& ſequent.* & illa communis, & magis recepta apertiſſime diſcernitur.

¶ Tum quia proximiores ſimpliciter vocantur, vt probatur ex authoritatibus adductis; tum etiam, quando vocantur gradatim proximiores, ſecundum Alex. *conſ.* 88. *num* 4. *& conſ.* 157. *in prim. vol.* 1. Iaſ. *conſ.* 159. *nu.* 4. *vol.* 4. Paul. Caſtrenſ. *in l. fin. colum. fi. C. de verb. ſign.* & Dec. *conſ.* 299. *in fin.*

¶ Et ratio eſt euidens & palpabilis, quoniam cenſetur teſtator prædiligere, & vocare ad ſucceſſionẽ vel ad fideicommiſſum, non eos, qui naturæ gradu inſpecto, proximiores ſunt, ſed qui ſunt proximiores reſpectu ſucceſſionis, affirmantibus Doctor. *in l. Gallus* §. *quidam recte ff. de liber. & poſt. & in d. l. cum ita* §. *in fideicommiſſ.* & *in l. fin. C. de verborum ſignificatione.*

¶ Vnde fit, vt proximioribus vocatis; veniant illi, qui tales ſunt reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato iuxta diſpoſitionem iuris, quod in loco ſeruetur, teſte Bald. *conſ.* 334 *num.* 3 *vol.* 3. Decius. *conſ.* 321. *num.* 3. Brun. *in dict. conſ.* 151. *num.* 14. *volum.* 1. Socio. *conſ.* 252. *ante num.* 20. *volum.* 4. & Corn. *in dict. conſil.* 27. *num.* ... *decimoquinto volum.* ... *ſecundo.*

OPINIO DCCCXLIX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta vltimo morienti in tota hæreditate, operatur hunc effectum, vt hæredes tacite inuicem ſubſtituti videantur: & ex tali ſubſtitutione videtur inductum inter inſtitutos reciprocum fideicommiſſum.*

2 *Subſtitutio vltimo morienti facta, facit videri hæredes tacite inuicem ſubſtitutos, quod procedit in deſcendentibus, non autem in extraneis.*

3 *Subſtitutio facta in tota hæreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis, verificatur in perſona vnius tantum.*

4 *Subſtitutione facta pluribus per nomen collectiuum, purificata conditione in perſona vnius tantum is admittitur.*

SVBSTITVTIO † facta vltimo morienti in tota 1
hæreditate, facit videri hæredes tacite inuicem ſubſtitutos, & ex huiuſmodi ſubſtitutione cenſetur abſque ſcrupulo aliquo, inductũ reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutos *l. Titia Seio* §. *Seia libertis. ff. de leg.* 2. vbi Bartol. & poſt alios latiſſimè Rip. *in leg. hæredes mei*, §. *cum ita num.* 24. *ff. ad Trebell.* & ita conſuluit Grauet. *conſ.* 113 *num.* 1. & iſta eſt vera, communiſque opinio, vt explicarunt Moder. omnes *in d.* §. *cum ita.* atque interpretes fere omnes, ea ratione cõfirmant quod paria videatur nonnulla fieri poſt mortem omnium vel vltimo morientis *l. codicillos ff. de vſufruct. legat.* Paul. Caſtr. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Alex. *in l. pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Curt. Iun. *conſ.* 21. *num.* 5. *& conſ.* 16. *num.* 5. & ſtrenue hanc ſententiam confirmat Soc. Iunior. *conſ.* 180. *n.* 8. *cum aliis ſequent. vol.* 2. poſt Soc. ſen. *in d.* §. *cum ita* dicẽs etiam iſtam eſſe communem opinionem; cui innititur quoque Pariſ. *conſ.* 42. *nu.* 53. *vol.* 2.

Sed † hæc cõmunis interpretatur primo, vt procedat in deſcendentibus teſtatoris, in quibus militat præſumptio de qua in *l. cum acutiſſimi C. de fideicom. & in l. cum auu. ff. de condit. & demonſt.* ſecus tamen foret in extraneis, in quibus ceſſat talis præſumptio vt explicant non obſcure Doctor. *in locis præcitatis*, & ita expreſſe ſentit Soc. *conſ.* 149 *colum.* 9. *vol.* 2. & Soc. Ion. *in d. conſ.* 180 *nu.* 2. vbi hanc eſſe communem opinionem & Octaui. Cacheran. *in deciſ. Pedemont.* 110. *De anno. nu.* 12. de eadem communi fidem facit, & ab ea in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe monet. 2

Secundo † ſimiliter declaratur eadem cõmunis locum non ſortiri vllo modo, cum quæ reperitur facta ſubſtitutio in tota hæreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis; & talis conditio verificetur in perſona vnius tantum: nam tunc in eius portione admittitur vtique ſubſtitutus: & iſta eſt vera, communiſque opinio, atteſtantibus interpretibus iuris omnibus *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & eſt tex. in l. fin.* § *filium ff. de leg.* 1 *& in l. Lucius* §. *Caius ff. ad Trebell.* Bart. & vniuerſaliter omnes. præſertim Rip. *in d. l. hæredes mei* §. *cum ita.* & Pariſ. etiam poſt alios, aggregatos per eum, *conſ.* 42. *nu.* 21. *vol.* 2. 3

Hæcque declaratio † adeo vera eſt, vt ea ampliari facile queat, vt ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua, adhuc tamen eſſe communem omnium opinionem, quod admittatur ſubſtitutus purificata conditione in perſona vnius tantum, & ita aſſeuerat Alex *in d. l. pen.* vbi reiicit opinionem Paulus Caſtren. Et pro hac ſententia communi reſpondit cõſulendo Alex. *conſ.* 91. *col.* 3. *vol.* 1. *& conſ.* 2. *vol.* 4. Iaſon *conſ.* 41. *vol.* 1. Crauet. *con.* 106. *num.* 1. *volum.* 1. Crot. *conſ.* 143 *num.* 18. 4

& Iacob

& Iacob. Mandel. *conſil.51.* qui adducit rationes diuerſitatis inter memoratam ſubſtitutionem, factam vltimò morienti, & factam poſt mortem plurium, ſeu omnium. & hoc idem firmat Alciat. quoque *in conſ.ſeq.32.poſito ibi, & inter ſua conſilia, conſilio 39. Conſultationibus viſis. cum duobus aliis ſequentibus tomo tertio libro 9.*

OPINIO DCCCL.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta eorum qui ſunt de domo & progenie non comprehendit fœminas ſed tantum maſculos. Eiuſque ratio, num. 2. 3. & 4.*

5 *Cippus domus in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos in quibus familia conſeruatur.*

6 *Cum omnes agnati ſunt ſubſtituti, tunc gradatim admittuntur.*

7 *Teſtator ſubſtituens dominum de Viuis, omnes cenſetur vocare ad ſucceſſionem de illa domo.*

8 *Teſtator præſumitur in dubio voluiſſe conſeruare dignitatem ſuæ agnationis, mediantibus ſuis diuitiis, ſine quibus familia ſordeſcit.*

9 *Pauperes non facile ad dignitates eliguntur.*

10 *Paupertatis definitio.*

11 *Fideicommiſſum relictum, etiam ſub expreſſione nominis collectiui, debetur quo ad partem illius hæredis, in cuius perſona fuit adimpleta conditio.*

12 *Fideicommiſſi conditionem deficere facit etiam filia, ſi in conditione, ſi ſine filiis, & c. non exprimantur maſculi.*

1 SVBSTITVTIO † facta illorum de domo, & progenie, non comprehendit fœminas; ſed tunc ſolummodo maſculi cenſentur vocati, & non fœminæ, & ſic neptis ex filio excluditur: nam domus pro agnatione accipitur, ſecundum Corn. in proprijs terminis *conſ vigeſimoſexto Videtur dicendum, volum. quarto* vbi aſſerit ita eſſe communem vſum loquendi. & ſic conſuluit etiam accuratiſſime Ceph. *conſil. 581. Fideicommiſſum de quo quaritur, volum. quarto* & Gozadinus *conſil. ſeptuageſimo nono Viſo proceſſu vtriuſque partis, num. ſexto cum aliis ſequentibus.* licet & contrarium velit Curtius Iunior *conſil. quadrageſimo nono nu. tertio & ſexto* Socinus Iunior *conſil. nonageſimo quarto numer. octauo & ſequent volum primo* & Pariſius *conſil. trigeſimo quinto volum. tertio.*

Et ita quod teſtatore inſtituente hæredes, ordinandoque vt bona conſeruentur in familia, & cippo ſeu trunco, non includantur fœminæ, ſed cenſeantur excluſæ, ex quo fœminæ non faciunt familiam iudicauit Regia Audientia Aprutina, vt planum fecimus *in deciſione noſtra 10. familia appellatione. lib 1.* & iudicauit quoque Reuerendiſſimus Dominus Gubernator Perusiit *anno 1591.* atteſtante Ioe Vincentio Hondedeo *conſil. ſeptuageſimoquinto ex teſt. Thom.*

2 Potiſſimum † hoc locum de plano ſortitur cum in loco viget ſtatutum, quod maſculi excluderēt fœminas: quod ſtatutum ideo conditum eſt, vt familia & domus cōſeruetur, quę duntaxat per maſculos conſeruatur, ſecundum Iac. de Aret. & Cyn. *in leg. publica Cod. de adult.* Bald. & alios omnes *in leg. cunctos populos C. de ſumma Trinitat.* & Gozad. *d. conſ. 79. ſub nu. 7.* vbi non obſcure dicit iſtam eſſe cōem opin.

3 Quia etſi † fœminæ de domo agnationeq; ſint, nihilominus tamen ea in illis finitur, & allegat Cot. *in loco præalt.* Bar. *in l. pronunciatio, in fin. ff. de verb. ſig.*

Sed cū agnatio per fœminas nō cōſeruatur, Rim. Iun. *con. 47. n. 21. lib. 1.* & fœmina eſt caput, & finis familię ſuę, quū tranſit in familiam alienam, Io. Bolog. *conſ. 9. num. 77.* & exprimit Iuriſconſult. quoque, *in l. pronunciatio. §. fin. de verb. ſignif.* & Thomas Doccius *conſ. 6. num. 6,*

Quare † verbum hoc *domus & familia* in qua voluit teſtator bona ſua conſeruari, reſtringitur ſyncere ad deſcendentes eius maſculos, *per leg. cum prator. ff. de iud.* iuncta *leg. ſi ſeruum plurium in fin. ff. de leg. prim.* Ioſephus de Ruſtic. *conſil. primo poſt tractat. an & quando liber poſitio, num. 19.* domus, & cognatio pleruque capitur pro familia, Io. Bolognet. *conſ. 6. num. 78.* & Surd *conſ. 20. n. 1.* 4

Et nel margine del nu. 6. di detta openeone 850. ponètecı. Nota in materia preſentis opinionis, quod tantum eſt dicere apud ruſticos cippum, quantum apud nos ſtipitem, Soc. Senior *conſ. 50. viſa facti narratione, num 21. lib. 4.* & Simon de Prætis *conſ. 203. debebam, num. 7 volum 1.*

Nel num. 8. di detta opinione 850 alla righa 11. doue dice lib. aggiungeteci, 3 . la vi mancha. Et alla righa ſeguente, doue dice, Dei, vi manchava cap. 121. però ponèteci queſte dei parole. Et nel fine di detto nu. 8. ponèteci, §. hoc quoque, inſtit. per quas perſonas nob. acquir. Marian. Socin. Iun. *in rub. ff de acquir. poſſ nu. 117.* Bartholomæus Soc. *conſ. 30. quamuis vol. 3.* Barbat *conſ 43. praclarè, volum. 1. l. 3. in princ. ff. de teſt. l. 1. ff. de cuſtod. reorum, §. ſancimus, authent. de teſt.* & Alex. *conſ. 36. viſo thematis, num. 8. lib 6.*

Vnde filii alicuius ea inſtitutis hæredibus, ex primo capite ſubſtitutionis, p quā fratres eius ſūt inuicē ſubſtituti, ſi quis decederet ſine filiis maſculis, ſaltē admittendi ſunt ex ſecunda ſubſtitutione, de cippo prædicto domus facta, & ſi omnes hæredes decederent ſine filiis maſculis.

Nam † vulgare hoc nomē, *cippus domus*, in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos: & conſequenter intelligitur de agnatis, in quibus familia cōſeruatur, etiam excluſa filia fœmina, quæ tranſit in alienam familiam, teſte Paul. Caſtr. *in l. fi. C. de ver. ſign.* Corn. *con. 55. ſub nu 6. vol. 1.* & Ioan. Dilect. *in tract. de arte teſtan. tit. 5. de ſubſtit. caut. 22. ſub. num. 2.* 5

Et vocantur † ex huiuſmodi ſubſtitutione proximiores agnati. *dict. leg. fin. & leg. heredes mei §. cum ita & ibi Doctores ff. ad Trebell.* & ſic proximiores, & ſi omnes dicantur ſubſtituti tamen gradatim admittuntur ad bona teſte Bart. *in leg. precibus Cod. de impub. & aliis ſubſtitutionibus* & Alciatus *conſil. 155. Eſt diffuſa conſultatio ſub numer. vigeſimo & ſequent. tomo tertio libro nono* & facile probatur *in leg. peto. § fratre. ff. de leg. ſecund.* 6

Eſt † bene verum, quod ſi teſtator ſubſtituere domum de Viuis, omnes tunc indubitanter vocarentur ad ſucceſſionem, ſecundum Bartol. *in leg. vnica de conductoribus & procuratoribus, ſiue exact. prad. fiſc. libro vndecimo* cui accedit Curtius *in dict. leg. precibus colum. fin.* & Iaſon. *in leg. fin. Cod. de verborum & rerum ſignificat.* ſed admittuntur gradatim, vt ſupra docuimus, 7

Quia † facile præſumitur, teſtatorem voluiſſe conſeruare dignitatem ſuæ agnationis mediantibus diuitiis ſuis, ſine quibus familia ſordeſcit. *leg. quiſquis Cod. ad leg. Iuliam maieſt.* Socinus *conſ nonageſ. Abundè colum. 1. volumin. primo* & Andreas Siculus *con. 57. Clementiſſimum, colum. vndecim. volumi. quarto* & dignitas familiæ diuitiis conſeruatur, & propter inopiam perit. *leg. prima ff. de cuſt. reor. leg. ſi cred. ff. de priuileg. cred. & in authentica de defenſ ciuit. & in authent. vt omnes obediant. ind. in princ.* & Auguſtinus *in libro de ciuitate Dei*, aſſerebat per diuitias conſeruari decus & honorem in familia, & plura ad hoc propoſitum ſcribit Barbacius. *in rubrica de ſucceſſione ab inteſtat.* 8

Non † enim facile eliguntur ad dignitates pauperes. Et inde eſt illud Satyricu; 9

Haud.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet;
Inde grauis Iudex, inde ſeuerus eques.

10 Imo † Terentius *in Phormione* paupertatem grauibus verbis, atq; expenſis ita deſcribit *Paupertas mihi onus viſum, & miſerum, & graue: Virgo pulchra & quo magis diceres, nihil aderat adiumenti ad pulchritudinē: capillus paſſus; nudus pes; ipſa horrida; lachrima; veſtitus turpis; vt ni vis boni in ipſa iſſet forma, hæc formam extinguerent*, licet aliter paupertatem definiat D. Cornel. Benincaſ. *in tract. de paupertate, in 1 quaſt. num. 37 cum aliis ſequentibus.*

11 Itaque † filii inſtituti proximi ſunt agnati, & per conſequens admittendi vt ſubſtituti ad partem alicuius ex filiis maſculis, decedentis perinde ac ſi ſoli prædefuncto ſine filiis fuiſſent ſubſtituti: quia in ſubſtitutione fideicommiſſaria pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, *l. Lucius § Caio ff ad Trebell.* & fideicommiſſum relictum duobus, etiam ſub expreſſione nominis collectiui, debetur quo ad partem iſtius hæredis, in cuius perſona fuit adimpleta cōditio. *d. l. hæredes mei. § cum ita.*

12 Sed † hoc claudicat & non ſortitur locum cum in conditione *ſi ſine filiis &c.* non fit mentio de maſculis quia fideicommiſſi conditionem deficere facit etiā filia, ſi in conditione nōn exprimitur de maſculis, ita Roman. *conſ. 48. viſo themate, ut ſupra conſultis.* Alex. *conſ. 55. Ponderata his quæ in themate narrantur ſub num. 6. volum 3. conſ. 38. perſpectis volum. 7* Curt Sen. *conſ. 44. & 103.* Corn. *conſ. 91. volum 1. & conſ. 202. & conſ. 30. vol. 3.* Dec. *conſ. 370. Viſo teſtamento, conſ. 598. Domina Daria & conſ. 570. Caſus*, & Curtius Iun. *conſ. 49. Habita, & conſ. 159. & conſ. 169. In cauſa vertente.*

OPINIO DCCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio exemplaris nullum in ſe recipit onus pupillaris autem ſubſtitutio, recipit grauamen.*

1 SVBSTITVTIO † exemplaris, facta ſecundum formam *l. humanitatis C. de impub.* nullum in ſe poteſt recipere omnino grauamen, & ſic ſubſtituti exēplariter non poſſunt vllo pacto grauari, cū principaliter habeant bona à lege, & non à teſtatore, qui tenebatur illos ſubſtituere; iuxta communem opini. omnium, trutinatam *in d. l. humanitatis.* Nam ſicut contingit in legitima, in qua filius grauari nequit, *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam.* ita pariter occurrit in huiuſmodi ſubſtitutione. Et hanc opinionem confirmat Dec. *conſ. 371. volum. 3. verſ. 4.* vbi concludit quod ſi in teſtamento ſorores ſubſtitutæ poſt earum mortem forent grauatæ onere fideicommiſſi, ex hoc ſolummodo colligi, quod ſubſtitutio ſororum non fuerit exemplaris, per rationem huius veræ & communis opinionis, & ſequitur quoque Socinus Iun. *conſ. 103. num. 31. & ſequenti volum. 2.* & Roland. à Valle *conſ. 68. num. 68. volum. 4.* Secus tamen erit in ſubſtitutione pupillari, quæ recipit grauamen, cum ſubſtitutus ex ea habeat bona ab eo, qui potuiſſet alium ſubſtituere vt per Doctores omnes communiter *in l. ſi fundum per fideicommiſſum. § fi. ff. de legat. 1.* Dec. *in d. conſ. 371. col. 3.* & Roland. *in d. conſ. 68 ſub n. 68.*

OPINIO DCCCXLII.

SVMMARIA.

2 *Subſtitutio compendioſa, per verbum commune filio impuberi facta an contineat pupillarem directa & an matrem excludat. nu. 2.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia non eſt omni tempore fideicommiſſaria, cum mater ad ſecundas nuptias tranſiuit, viuente filio impubere.*

4 *An animæ damnatorum, item in purgatorio exiſtentium, an ſciant ea quæ in hoc ſæculo aguntur. & num. 5. & 6.*

7 *Animæ damnatorum, & exiſtentium in purgatorio, ita ſunt pœnis oppreſſæ, vt non curent ſcire facta viuentium.*

8 *Animas exiſtentes in purgatorio, Deus viſitat, & conſolatur per Angelos ſuos.*

9 *Animæ Beatorum in contemplatione diuinæ eſſentiæ, in qua omnia relucent, ſciunt facta, ac geſta viuentium.*

10 *Animæ Beatorum, etiamſi ſciant geſta viuentium, & eorum infortunia, non efficiūtur tamen ob hoc dolore, nec moleſtia.*

11 *Animæ Beatorum orationes, preceſque noſtras, tam verbis expreſſas, quam corde conceptas intelligunt.*

12 *Iniuria non infertur filiis ex tranſitu eorum matris ad ſecundas nuptias: cum licita ſint ſecunda, tertia. & deinceps nuptiæ.*

12 *Subſtitutio compendioſa facta in re certa, nunquam comprehendit pupillarem ſubſtitutionem.*

SVBSTITVTIO † compendioſa, facta per verbum commune filio impuberi, continet reipſa 1
2 pupillarem ſubſtitutionem directam, ſecundū Gloſ. *in § qua ratione, Inſtit. de pupil. ſubſtit. in ver. Exemplum.* Bart. Alexand. & alios vniuerſaliter *in l. Centurio ff de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi Iaſon dicit iſtam eſſe communem opinionem, Dec. *in l. precibus. C. de impub. & ali. ſubſtit.* qui æternam recenſuit alios Doctores hanc ſententiam amplectentes, quam ait ſeruari in practica Guid. Pap. *deciſ. 521.* & ita conſuluit Bertrā. *conſ. 26. Audum vol 1. & conſil. 213. ponitur in facto & conſ. 276. viſo puncto, eodem volum.* & eidem communi accedunt etiam Canoniſtæ, *in c. Raynucius, & in c. ſi pater, de teſta.* & pro iſta opinione eſt tex. *in l. pater Seuerinam. § conditionum verba. ff de condit. & demon & in d. c. ſi pater.* Et ratio ea eſt; quia quod determinatur ſecundum curſum temporis, variato tempore, variatur & illud quod determinatur, *l. pretia rerum. § fin. ad leg falcidiā. l. Titia Seio. § vſuras. ff de leg. 2. & l. pen. C. de vſur.*

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod ſubſtitutio facta per verbum commune filio impuberi ſit omni tempore fideicommiſſaria, inclinauit Gloſ. *in d. l. Centurio, in d. l. precibus, in d. c. Raynutius, & in d. c. ſi pater.* quam opinionem aſſerit Bart. tempeſtate ſua fuiſſe cōmunem *in d. l. Centurio, & conſ 6 Factum tale conſ. 22. Homo. conſ. 54. Angelus & conſ. 241. pater filio.* & eam ſimiliter vocat communem Bal *in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. & conſ. 350 In conſulendo ſemper timui, vol. 4. & conſ 17. vol. 5.* Oldr. *conſ. 99 factum tale eſt.* Angel. *conſ. 97. Viuianus, & conſ. 125. Hoc eſt teſtam.* Et ratio, quam adducunt ad hanc opinionem tuendam, hæc eſt, quod ſubſtitutio reſpiciens plures perſonas interpretatur ita, & taliter, vt ſit vniformis ōnibus perſonis, *d. l. iam hoc iure* & arguendo de perſonis ad tempora: concludunt, quod ſubſtitutio reſpiciens plura tempora, debeat neceſſario interpretari, vt ſit vniformis omnibus temporibus, *vt l. ſi plures. ff. de vulg & pupil. ſubſtit.* & conſequenter illa ſemper cenſetur fideicommiſſaria quia debet eſſe vniformis omnibus temporibus, & etiam quia minime debet fieri diuiſio voluntatis, *l. cum qui § ſi ff. de his quibus vt indig.* nec debet demum vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri *l. eum qui ædes. ff. de vſucap. & c. maioribus de præbend.* & huic opinioni aſſentitur etiam

Pet.

Digitized by Google

Pet. de Vbald. *conſ. 29. num. 12. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum, volum. 1.* dummodo iſta ſubſtitutio compendioſa, facta per verbum commune, emanata ſit ſine temporis diſtinctione, quā dicit ſe ita ſemper conſuluiſſe.

¶ Sed quicquid præmemorati Doctores ſuadeāt nō foret vtique tutum in deciſiuis recedere à prima Bar. & ſequacium opinione, tanquam communi, & ſacroſancta, vt iſta ſubſtitutio valeat, vt pupillaris intra tempus pupillaris ætatis, poſtmodum vero valeat vt fideicommiſſaria. vt firmat etiam Ripa *Centurio, numer. centeſimo decimoſeptimo. in fin.* Curtius Iun. *conſ. 86. de. 3.* Chriſtoph. de Caſtelliono *conſ. 58. num. 1. & ſequen. poſito inter conſilia vltimarum volūtat. volum. 1.* Natta *conſ. 68. num. 7. volum. 1.* Dec. *conſ. 645. num. 4.* Iaſ. *conſ. 129. Factum ſic ſe habet volum. 1.* Ioan. Vilect. *in tract. de arte teſtandi, tit. 5. caut. 6.* Ioan. de Neuiz. *conſ. 53. Vbi Chriſtus non eſt fundamentum. num 6. & ſequen.* Couarru. *in c. Raynutius § 9. nu. 17. de teſtam.* & circumſpectiſſimus D. Sfortia Oddus *in ſuo ſitili tract. compendioſa conſtitutione, in quinta part. de compendioſa facta pagano. qui directo poſt pubertatem, teſtandi priuilegium non habet, art. 3. partic. 5.* & abſoluimus *ſupra in opinione 842. hoc eodem lib.*

a Quæ † quidem communis ita explicata clāndicat, ſecundum Bart. *in d. l. Centurio nu. 27.* vt nōn ſortiatur locum, matre exiſtente in medio; quia tunc ſubſtitutio eſt integranda pro fideicommiſſaria omni tempore ita etiam Gloſ. *in d. l. Centurio, & in d. l. precibus* Bal. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam. conſ. 350 & conſ. 391. volum. 4. & conſ. 475. volum 3.* Ang. *conſ. 97.* & hoc fauore matris ne excludatur à luctuoſa hæreditate filii, *l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit.* cum in dubiō illa interpretatio ſumenda ſit, quæ facit pro matre *l. quis duos § 1. ff. de reb. dub. & l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* & huic opinioni accedit quoque Dec. *in d. l. precibus* & Bald. *in d. l. iam hoc iure. § 1. ff de vulg. & pupil. ſubſtit.* qui expreſſe dicit eam eſſe communem, & habere magnam æquitatem Bal. *conſ. 12. volum. 2. & conſ. 175. volum 5.* Aug. *conſ. 13.* Ant. de Butr. *con. 33.* Ang. *in tract. de teſtam. in Gloſ. in verb. In pupil. col. 11. verſ. Quia quando compendioſa* Papienſ. *in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione, in ver. Compendioſa colum. 5. verſ. Nunc autem.* Anan. *conſ. 97.* & Bolog. *in add. Fulg. conſ. 33.* vbi aiunt huiuſmodi opinionem frequentioribus votis, tam Antiquorum, quàm Modernorum approbatam eſſe, cui innititur quoque Corn. *conſ. 93. volum 3.* Aret. *conſ. 115. in fin.* Alex *conſ. 17. volum. 7. & conſ. 12 num. 10. volum 3.* fuſiſſime D. Sfortia Oddus etiam *in dict. tract. compendioſa ſubſtitutionis, in 5 part. ſub 3. artic. 5. part.* & Afflict. *deciſ. 367.* vbi ait ita iudicatum fuiſſe in Sacro Concilio Neapol.

¶ In contrariam tamen ſententiam, videlicet ꝙ hæc ſubſtitutio excludat etiam matrem, exiſtentem in medio, ſi decedat filius in pupillari ætate, quia dicitur pupillaris, inclinarunt Salic. Alexand. & alii *in d. l. Centurio.* Gloſ. *in d. § qua ratione. Inſtit. de pupil. ſubſt.* Oldr. *conſ. 123.* Cap. *conſ. 7.* Imol. & alii *in cap. Raynutius de teſtam.* Paul. Caſt. *conſ. 111. conſ. 247 & conſ. 254.* Cor. *conſ. 187. volum. 1. conſ. 114. & conſ 316. vol. 3.* vbi dicit iſtam eſſe communem, *& conſ. 322. eod. volum & conſ. 28. eod. vol. & conſ. 28. vol. 2.* Cuma. *conſ. 2. in fin.* Bertran. *conſ. 126. vol. 1. & conſ. 65. & 277. vol. 1.* & Rolan. à Val. cum aliis catervatim relatis per eum, *conſ. 69. num. 3. cum aliis ſequen. volum. 1.* vbi corroborat communem iſtam efficaciſſimis rationibus. & Ripa etiam *in dict. l. Centurio, ſub nu. 118.* & eam in practica ſimiliter obſeruari ſcribit Guid. Pap. *deciſ. 521.* & ſequitur denique etiam Couarru. *in d. cap. Raynutius, de teſtam. § 9. in fin.* & Cephal. cum magna Caterua Doctorum, relata per eum, *conſ. 524. Caſus eſt ſatis eſt frequens, nu. 27. volum. 4.* in quibus locis commemorant iſtam opinionem contra Bart. eſſe magis communem, et ei inhærendum eſſe in iudicando, & conſulendo, & iſta eſt veritas, vt oſtendimus ſupra *in d. Opin. 843. hoc eodem libro.*

¶ Nam ſubſtitutiō compendioſa, facta per verbum commune, continet pupillarem expreſſam verbis generalibus *d. l. precibus.* & potentior eſt fauor pupilli ne ſine teſtamento decedat, quam matris, vt filio ab inteſtato ſuccedat *l. Papinianus. § ſed nec impuberis ff. de inoff. teſtam.*

¶ Vnde, vt in præſenti tenebroſo, diſputabilique articulo exitus inueniri poſſet, ſtuduerunt Doctor. prudenter hanc rationabilem diſtinctionem afferre, quod aut ſubſtitutio facta ſit cū temporis diſtinctione vt, *ſi filius meus decedat in pupillari ætate, vel poſtea quandocumque, Titium ſubſtituo:* & tunc ſecundum omnes conformiter, intra tempus pupillaris ætatis, dicitur pupillaris ſubſtitutio, & matrem excludit, poſtea autem dicitur fideicommiſſaria, & hoc modo procedit opinio Bart. *in d. l. Centurio.*

¶ Aut ſit ſubſtitutio abſque temporis diſtinctione, & tunc non immerito diſtinguere videntur interpretes omnes, quod aut ſubſtitutio facta ſit per verbum directum ciuile, puta, *heres eſto*, vel ſimile, & eo caſu eſt omni tempore fideicommiſſaria *l. verbis ciuilibus ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* aut ſit per verbum directū & non ciuile, & hoc caſu vendicat ſibi locū opinio Gloſ. *in d. § qua ratione.* quod in pupillari ætate ſit pupillaris, poſtmodum vero fideicommiſſaria vt ſi dictum ſit per verbum, *moriatur*, vel per verbum *ſubſtitutio. d. c. ſi pater.* & ibi Ioan. Andreas & Aretinus *in § fin. Inſtit. de pupil ſubſtit. num. 9. in fin.*

¶ Vel alio modo diſtinguitur in præſenti nubecula, quod aut ſubſtitutio repetitur facta per verbum *capiat bona, ſua authoritate vel propria manu vel tota hereditas ad eum perueniat* vel *omnia bona perueniant ad ſubſtitutum*; vel *ſine aliqua diminutione perueniant*: tunc profecto intra pupillarem ætatem eſt pupillaris, & excludit matrem; poſtea autem valet iure fideicommiſſi, & non excludit matrem. Aut ſubſtitutio facta eſt ſimpliciter. & in ea non ponuntur dicta verba & tunc, ſi mater reperiatur in medio, valebit omni tempore iure fideicommiſſi; ſi autem mater non ſit in medio infra pupillarem ætatem valebit vt pupillaris, & deinde vt fideicommiſſaria, prout hanc diſtinctionem poſuit Pet. de Vbal. *conſ. 29. num. 10. inter conſi. vltimarum volunt. volum. 1.*

¶ Aut, & alio modo in præſenti diſtinguitur quoque per Deci. *conſil. 572. ſub numer. quarto & conſ. 642. numer tertio* quod aut appareat coniecturarique poſſit, quod voluntas teſtatoris fuerit ſubſtitutionem fore directam, & tunc, matre exiſtente in medio, eſt omni tempore fideicommiſſaria.

¶ Quæ autem ſint iſtæ coniecturæ, ex quibus appareat voluntas teſtatoris, quam velit, eſſe ſubſtitutionem in præſenti caſu, nonnulles & omnes quidem vtiles, & neceſſarias, enumerat Ripa *in dict. leg. Centurio, nu. 121. & ſequent.*

¶ Sed Decius *conſilio ducenteſimo vigeſimo octauo* inquit facile diſcerni non poſſit, quæ ſit communis opinio in præſenti negotio, & proinde iniuſtum non foret eligere viam mediam, cum

nouum

Digitized by Google

nuuum non ſit, vt propter varietatem Doctor. eligatur quandoque media via; Ita Ancharanus *conſil.* 210. Bal. *in l. paterfamilias. §. fin. ff. de hared. inſtit.* & Alex. *in l. Titiam ff. ad Trebell.* quod matre exiſtente in medio ei aſſignetur legitima, non autem Trebellianica, vt determinat Soc. *conſ.* 150. quæ etiam ſi facta ſit pupillaris ſubſtitutio, in foro conſcientiæ non debet vllo modo excludi à legitima ita Archid. *in d. l. ſi pater* & hanc opinionem communem vocat Dec. *in d. leg. prec. n.* 10. *& conſ.* 211. *in fin.* & Ioan. Dilect. *in d. tract. de arte teſtandi tit.* 5. *caut.* 6. *num* 3. & æquiſſimam denique demonſtrat prudenter D. Sfortia Oddus *in dict. trac. compendioſa ſubſtitutionis, in* 5. *part. ſub articul.* 3. *in* 5. *partic. fol* 158.

3 Imo ampliatur † ſimiliter opinio præmemorata vt locum etiam ſibi vendicet etiamſi mater tranſiuiſſet ad ſecunda vota, ita Imol. Alexander Iaſon & Rip. *in l.* 2 *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* qui aiunt hoc eſſe communem opinionem, & Aret. etiam *conſ.* 155. & eſt text. *in §. optimum, in auth. de non elig. ſecund. nub.* & Rip. *in d. l. Centurio, num* 138. Bar. *conſ* 54. Angel. Cor. *conſ* 332 *vol.* 3. & Iaſ. *in d. l. precib. num.* 119.

¶ Contrariam vero opinionem ſine fundamento ſequitur Alexand. *conſ.* 12. *num* 24. *volum.* 3. Angel. *in d. l.* 2. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in princ. & in d. l. precib.* & ibi Dec. *circa fin.* Corn. *conſ.* 18. *vol.* 4. & Oddus *in loco præcitat. fol.* 158. *à tergo* & Iaſ. *conſ.* 132. *colum. pen. in fin. vol.* 1. qui mouentur ea ratione. Nam per tranſitum ad ſecunda vota, non ſolum infertur iniuria filiis. *Gregoriana, in auth. de non elig. ſecund. nub.* verum etiam anima mariti defuncti contriſtatur, §. *ſin autem tutelam auth. de nuptiis* & tradunt Gloſ. & Doct. *in l.* 1. *C. de ſecundis nupt.* Bald. *in auth. cui relictum C. de indict. vid. toll.* & Illuſtriſſimus Card. Albanus *in lucubrat. ad B. ert. in rub. ff. de mortuo inferendo ſub n.* 13. prout hanc communem veram non eſſe leuiter atteſtatur Alex. *conſ.* 51. *num.* 15 *in fin. vol.* 7. & Roland. à Valle *conſ.* 69. *nu.* 35. *volum.* 1.

4 Nam hoc † quod habetur ſemper in ore iuriſconſultorum quod anima mariti defuncti per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias, contriſtetur per text. in §. *nos igitur videntes. Auth de nupt.* Sylua nupt. *lic.* 2. *nu.* 32. Bald. *in leg. Deo nob. poſt n.* 11. *C. de Epiſ. & Cleric.* And. Gail. *lib.* 2. *obſeruat. obſ* 98. *nu.* 2 & Roman. *conſ.* 219. *n.* 2. Vbi dicit illum text. eſſe notabilem.

Semper mihi futile, & vt ſomnium apparuit, ex quo ex præſenti re nullam trahere poſſe moleſtiam animas damnatorum, ac in purgatorio exiſtentium quam beatorum, fretus in ſtabili fundamento veræ fidei, patefaciam. Et ratio cur animæ damnatæ, commorantes in purgatorio, & beatæ non afficiantur moleſtia, ex tranſitu hoc vxorum maritum, ad ſecunda vota hæc eſt, quod animæ à corpore ſeparatæ, non beatæ virtute propria, ſeu per ſe nullatenus cognoſcant, nec ſciant ea quæ in hoc ſæculo aguntur ſeu facta viuentium. quod ratione, & authoritate probatur.

¶ Et primo, quia animæ ſeparatæ non beatæ, ſunt per diuinam ordinationem, & ſecundum ſuum modum eſſendi, ſegregatæ à conuerſatione viuentium & coniunctæ conuerſationi ſpiritualium ſubſtantiarum. igitur facta viuentium non cognoſcunt, ſecundũ S. Thom. *in* 1 *par. q.* 86 *artic.* 8. *in corpore articuli.*

¶ Secundo probatur etiam authoritate *Iob* 14. *cap.* ita ibi concludentis: Siue fuerint filii eius nobiles ſiue ignobiles, non intelliget anima ſeparata. Vnde aſſeuerat Gregorius 13 *Moralium*, exponens hoc dictum: ſicut viuentes mortuorum animæ, quo in loco habeantur, ignorant ita mortui, qui carnaliter vixerunt, vitam in carne poſitorum, qualiter poſt eos diſponatur, ſimiliter ignorant: quia vita ſpiritus longe eſt à vita carnis. Et Auguſtinus, *in lib. De cura pro mortuis gerenda. cap.* 15. *& ſeq.* tradit quod animæ mortuorum rebus viuentium non interſint.

¶ Sanctus vero Thom. *in ſecunda ſecunda quæſt.* 8. 3. *artic. ad reſponſionem primi argumenti* determinat, quod mortui, ea, quæ in hoc mundo aguntur, conſiderata eorum naturali conditione, non cognoſcant & præcipue interiores motus cordis.

¶ Sed forte argues, obiicieſque contra hoc quod animæ ſeparatæ non beatæ, naturaliter, ea, quæ hic aguntur apud nos, cognoſcant tali ratione: Nam ille, qui de re curam aliquam habet illam cognoſcit, ſiquidem ſi non cognoſceret, curam non haberet, nec curaret: verum Diues, de fratribus ſuis, curam habuit, dicens *Luca* 16. *Habeo quinque fratres &c.* ergo animæ ſeparatæ cognoſcunt naturaliter ea, quæ apud nos mortales aguntur.

¶ Cæterũ huic argumento, & obiectioni reſpondet S. Thom. *in loco præcitato in* 1. *par. quæſt.* 89. *articul.* 8. *in reſponſione ad primũ argumentum*, quod animæ mortuorum poſſint curam habere de rebus viuentium etiamſi ignorarent eorum ſtatum, ſicut nos habemus de mortuis, eis ſuffragia impendendo, quamuis eorum ſtatum ignoremus.

¶ Et hinc concludit Auguſtinus *in dict. lib. De cura pro mortuis gerenda*, quod vbi ſunt defunctorum animæ, ibi ea, quæ hic aguntur ſcire non poſſunt. quam ſententiam explanans S. Thom. *in* 4. *ſententiarum, diſtinction.* 50. *quæſt.* 1. *arti.* 4. *in reſponſione ad primum arg.* ita inquit quod quamuis aliquæ animæ defunctorum in ſuis receptaculis commorantes, ea, quæ hic aguntur, ignorent: nihilominus hoc non cõtingit, propter localem diſtantiam, verum potius ob aliquã aliam cauſam, vtpote, quia affliguntur vehementer ad ea, quæ in illis receptaculis patiuntur. Vel etiam influentia ſuperioris ſubſtantiæ licet eam perficiat, ad aliqua cognoſcenda, non tamen ad omnia, verum ad alia duntaxat, quæ ei ſecundum modum competunt.

¶ Imo ad hoc corroborandum, ſcribit idem S. Thom. *in* 1. *part. quæſt.* 89. *art.* 7. *& ſeq.* quod diſtantia temporalis impediat cognitionem animæ ſeparatæ, non autem diſtantia localis, qua diues cum eſſet in tormentis, eleuans oculos ſuos, vidit Abrahã à longe. ergo diſtantia localis non impedit animæ ſeparatæ cognitionem, ſed diſtantia temporalis.

¶ Et huic opinioni, quod animæ reproborum, quæ nunc in inferno cruciantur, notitiam non habeant, eorum, quæ circa ſuos in hac vita geruntur, innititur etiam Bartholomæus Sybilla, in *Speculo peregrinarum quæſtionum c.* 6. *primæ decad.*

5 Et † quemadmodum animæ damnatorum non cognoſcunt, neque ſciunt ea, quæ apud mortales geruntur: ita etiam animæ exiſtentes in purgatorio, ſimiliter ignorant facta, geſtaque viuentium, ſecundum S. Thom. *in* 2. 2. *q.* 83. *art.* 4. *ad reſponſionem primi argumenti*, vbi admonet, quod illi, qui in ſeculo reperiuntur, aut in purgatorio, nondum fruuntur viſione Verbi, vt cognoſcere queant. quæ nos cogitamus, vel dicimus: ideo eorum ſuffragia non imploramus orando, ſed à viuis petimus colloquendo.

6 Et quamuis † hoc conſtitutiſſimum ſit, quod animæ defunctorum nondum beatæ, virtute propria & per ſe notitiam habere non poſſint eorũ, quæ circa ſuos in hac vita geruntur: tamen facta, geſtaque viuentium ſcire queunt, vel per animas eorum, quæ hinc ad eos accedunt, vel per Angelos, ſeu dæmones

vel

vel ſpiritu Dei reuelante, teſte S. Thom. *in 1. part. q. 89. art. 8. in reſponſione ad primum argumentum, & in 4. ſententiarum diſtin.* 50. Auguſt. *in can. fatendum.* 13. *q.* 11. & Bartholomæo Sybilla *in d. Speculo peregrinar. quaſt. cap. 6. prima decadis, in 3. concluſ. & c. qui diuina.* 13. *q.* 2.

¶ Et hoc idem ſentit etiam idem S. Thom. *in 2. 2. quaſt. 83. art. 4. in reſponſione ad 3. argumentum*, vbi concludit, quod animæ ſeparatæ, quæ hic aguntur, tribus modis cognoſcunt, ſcilicet infuſione, reuelatione, & recordatione. Primo infuſione alicuius ſuperioris ſpiritus, vel Dei, & Angelorum bonorum. Secundo reuelatione, vel paris, vel inferioris ſpiritus, puta animarum, vel dæmonum, ad eas quotidie deſcendentium. Tertio priori recordatione recordando eorum, quæ hic geſſerunt, vt dixit Abraham Diuiti, *Lucæ 10. & 16. Recordare, quia in vita, &c.* & ſequitur Auguſt. *in d. lib. De cura pro mortuis gerenda, inter medium, & finem* S. Thom. *in 1. part. quaſt.* 89. *art.* 8. *in reſponſ. ad primum argumentum & in 4. ſenten. diſt.* 50. & Ricardus de Mediauilla *in 4. ſenten. diſt. 45. art.* 7. vbi ita docuit, quod animæ exiſtentes in purgatorio, ſi quas eis orationes porrigimus, eas cognoſcant: tamen non ſua virtute naturali, nec in verbo, ſed quia aliquas audiunt ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, aliquas ab Angelis bonis, & aliquas alias, reuelatione diuina: ſicut Ioannes Baptiſta prædixit animabus ſanctis in Lymbo, Chriſtum eſſe deſcenſurum, ſicut exponit Greg. illam quæſtionem, *in Matthæo: Tu es qui venturus es, &c.*

7 Data autem † ſcientia in animabus ſeparatis, de, & ſuper infortuniis ſuorum charorum: non tamen ſequitur, quod eæ de illis doleant, vel afficiantur moleſtia, nam (vt inquit S. Thom. *in 4. ſententiarum, diſt. 45. quaſt. 1. art. 1.*) mortui ita ſunt pœnis oppreſſi, vt de ſua miſeria magis doleant, quam curent facta viuentium ſcire.

8 Et hinc eſt, † quod Dominus Deus animas exiſtentes in purgatorio, & grauiter afflictas, viſitet, & conſoletur per Angelos ſuos. Pie enim credendum, quod ſancti Dei Angeli frequenter viſitent, & conſolentur animas in purgatorio commorantes, tanquam illas, quæ de proximo ſunt futuræ eorum conciues in cœleſti Hieruſalem: præ cæteris autem viſitant, & conſolantur eas, quibus in præſenti fuere commiſſi, talibus referunt bona, quæ fiunt à ſuperuenientibus pro earum remedio: ſicut complura docent exempla Theologi variis in locis ſacræ Scripturæ, quæ breuitatis ſtudio omittimus. Vnde Auguſt. *ad Fratres in eremo, ſermone* 46. qui intitulatur *de Angelis, & hoſpitalitate.* Sancti, inquit, Angeli ſunt, per quos ad purgatorium deportamur, & dum ibi purgamur, ab eis viſitari ſæpe, & conſolari non dubitamus, promittentes cœleſtem Hieruſalem ingreſſuros.

9 Cæterum, quo ad animas Beatorum, † an notitiam habeant eorum, quę circa nos hac vita geruntur, videntur eſſe altercatio inter Gregorium, & Auguſtinum. Nam Gregor. 12. *Moralium*, aperte oſtendit, quod animæ ſeparatæ beatorum, cognoſcant ea, quæ hic aguntur, manifeſtando ibi, quia intus claritatem Dei vident, in qua nullo modo cenſeatur aliquid eſſe foras, quod ignorent.

¶ Auguſtinus verò *in d. lib. de cura pro mortuis gerenda*, conſtanter firmat, quod neſciant mortui, etiam Sancti, quid agant viui, & eorum filii: idque probare ſtudet hac ratione, quod à matre ſua defuncta non conſolabatur, ſicut quando viuebat: nec eſt probabile, quod vita fœliciore ſit facta crudelior, probatque hoc idem alia ratione, quod Dominus promiſit Ioſiæ Regi, quod eo viuente nulla videret mala, quę erant populo superuentura, vt habetur 4. *Regum, cap.* 22. Si autem parentes non interſint, concludit Auguſt. ibi, qui ſunt alii mortuorum, qui nouerunt quid agamus, quidve patiamur? pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me, *Pſal.* 26. Si ergo dereliquerunt nos patres noſtri, ait Auguſtinus, quomodo noſtris curis & rebus interſunt?

¶ Sed S. Thom. perſpicaciſſime, & oculis lynceis penetrando præſentem difficultatem, *in 1. part.* ſtudet reducere quam ſimpliciſſime opiniones præmemoratas ad optimam conſonantiam & concordiam videlicet, quod non totaliter diſcrepent inter ſe iſti duo Doctores, quia Auguſtin. loquitur dubitatiue, ſeu ambigue, dicens, vt volet accipiat quiſque quod dicam: Gregor. vero loquitur aſſertiue, prout apertiſſime dicitur in antedicta eius authoritate, *nullo modo credendum eſt*. Nihilominus S. Thom. ibi, *in 1. part. quaſt. 89. art.* 8. magis concurrens cum Gregorio, quam cum Auguſtino, declaransque Beatum Gregorium, ita aſſerit, atque determinat, quod omnia, quæ pertinent ad perfectionem intellectus, & ad perfectionem vniuerſi, Beati videntes eſſentiam Dei cognoſcant: ſunt enim Angelis æquales, de quibus ſcilicet Angelis etiam Auguſtinus aſſeuerat, quod ea, quę apud viuos aguntur, non ignorent, hæc S. Tho. Ex quibus verbis Caietanus, exponens Beat. Thom. elicit ac deducit, quod concluſio Gregorii ſit etiam Auguſtini implicite: igitur animæ beatæ non ignorant ea, quę apud nos aguntur, imo ſi ea, quæ circa nos aguntur, non cognoſcerent, nec vtique pro nobis orarent: quia defectus noſtros ignorarent: ſed hic eſt error Vigilantii, atteſtante Hieron. in epiſtola contra eum: ergo Sancti ea, quæ circa nos aguntur, indubitanter cognoſcunt. hæc S. Tho. *in 4. ſententiarum diſt.* 50. & Bartol. Sybilla *in d. Speculo peregr. quaſt. cap. 6. prima decadis.*

Etſi autem † Sancti poſt mortem cognoſcant, 10 quæ hic aguntur: non tamẽ autumandum eſt, quod afficiantur doloribus, cognitis & aduerſitatibus eorum, quos in ſæculo dilexerunt: ita enim repleti ſunt gaudio beatitudinis, vt in eis locum non inueniat dolor, vt voluit S. Thom. in eodem loco, addens etiam, quod ad gloriam Beatorum pertineat, vt auxilium indigentibus præbeant ad ſalutem: ſic enim cooperatores Dei efficiuntur, quo nihil eſt diuinius, vt exprimit Dionyſius *in 3. cap. eccleſiaſt. hierar.*

Et conſequenter concludendum, † quod in Ver- 11 bo cognoſcant vota, orationes, & deuotiones hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt, ſecundum S. Thom. *in 4. ſententiarum, diſtinct. 45. quaſt.* 3. ideo Beatis in Verbo manifeſtatur illud, quod decet eos cognoſcere de eis, quæ circa nos agũtur, etiam quantum ad interiores motus cordis: potiſſimum autem excellentiam eorum decet, vt cognoſcant petitiones ad eos directas, vel voce, vel corde, proinde petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtante, cognoſcunt, vt tenuit S. Thom. *in 2. 2. quaſt. 83. art. 4. ad ſecundum argumentum*, vbi Caietanus exponens literam S. Tho. dicit, ex hac litera facile colligi, quod maxime excellentiam eorum decet, quod cognoſcant petitiones ad eos factas, vt videant illas in Verbo, quoniam beatitudo ipſa ſumma excellentia eſt, & hoc videtur atteſtari Eccleſia in ſuo modo, & more interpellandi Sanctos, dum dicit, *Sancte Petre, ora pro nobis*, niſi itaque præſupponeret omnes ſanctos, ex hoc, quod Deo fruuntur, orationes noſtras cognoſcere, non vtique omnes adiret Eccleſia, vt ora-

ſub nu. 5. & ſeq. vol. 6. vbi apoſtil. *in litera A.* & Gozad. *conſ. 45. ante num. 18.*

13 Septimo, † renunciatio fideicommiſſi ex eo etiam reſultare videtur, quando in inſtrumento diuiſionis ſubiicitur hæc clauſula: *Et promiſit alter alterum defendere, & omni tempore indemnem conſeruare propriis ſumptibus, & expenſis* per quam vtique clauſulam facile inducitur renunciatio fideicommiſſi, vt tradit Curt. Iun. *in conſ. 49. col. 5.* Curt. Sen. *conſ. 64. col. 16. verſ. Quarta principalis dubitatio*, & ſequitur Pariſ. *in d. conſ. 71. num. 9.* Ioan. de Neuiz *in d. conſ. 31. ſub nu. 14.* Burſat. *in d. conſ. 64. num. 32.* Caputaquenſ. *deciſ. 34. lib. 2.* & Menoch. *in d. conſ. 87. ſub num. 33. cum aliis ſequent.* vbi aſſignat rationes. Et faciunt tradita per Socin. *in d. conſ. 43. colum. 2. verſ. Item, & ſecundo multum operatur*, & per Octau. Cacher. *deciſ. 112. ſub numer. 17.*

14 Octauo, emanat † etiam renunciatio fideicommiſſi ex alia clauſula in diuiſione appoſita, videlicet, *quod ſi alicui ipſorum diuidentium de rebus, & poſſeſſionibus obuenit in partem, quæſtio, vel lis mouveretur in totum. vel in partem, &c. damnum inter eos pariter ſit, & eſſe debeat commune*, per ea quæ ſcribit Socin. Iun. *in d. conſil. 116. col. 12.* & Curt. *in d. conſ. 63. col. 17.* vbi meminit hunc caſum eſſe indubitatum, & ſequitur Pariſ. *in d. conſ. 71. nu. 9.*

15 Nono, † remiſſio fideicommiſſi ex alia etiam clauſula colligitur in inſtrumento diuiſionis adiecta: *renunciantes, &c. & omnibus aliis realibus, & perſonalibus legibus, iuribus, & auxiliis, & beneficiis in præſenti competentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars contra alteram, & altera contra alteram, tempore aliquo non præſumant*, quæ verba, tanquam generalia, & habentia tractum in futurum, ſalua ratione recti ſermonis, nullo modo ſaluari poſſent, niſi remiſſio fideicommiſſi induceretur, vt in propriis terminis concludit Curt. Iun. *in d. conſ. 49 colu. 3. & col. pen. num. 14* Cephal. *conſ. 330. Egregius teſtator, ſub nu. 48. & ſequent. vol 3.* & Menoch. *conſ. 87. ſub nu. 26. & ſequent. vol. 1.* & facit illud quod de eadem clauſula diſcurrit Soc. Iun. *in d. conſ. 116. col. 10. verſ. Tertio, & probatur.*

16 Poſtremo, † limitatur quoque prælibata communis, vt quemadmodum ex clauſulis prememoratis, & vnaquaque earum, inducta videtur remiſſio fideicommiſſi: ita pariformiter, iuramentum, in inſtrumento diuiſionis appoſitum, præſtitumque, plurimum attendi debeat: virtus enim eius operari videtur, vt perinde habeatur, ac ſi fideicommiſſo foret ſpecialiter renunciatum: nam iuramentum vim habet expreſſi, & ſpecialis conſenſus, *l. cum pater. §. filium matrem. ff. de leg. 2.* notat Bal. *in l. 1. col. 1. verſ. Secundo quæritur. C. commod.* & iuramentum habet etiam vim ſpecialis clauſulæ derogatoriæ, vt tradit

17 Bal. *in l. ſancimus, col. fin. C. de teſtam.* Hocque † confirmatur ex eo, quod tradit Imol. *in c. cum contingat, col. penult. verſ. Circa quintam, de iureiuran.* vbi concludit, quod per iuramentum cenſeatur renunciatum diſpoſitioni, *l. de his. ff. de tranſact.* refert, & ſequitur Alexan. *conſ. 11. col. 4. verſ. Poteſt & tertio reſponderi, vol. 2.* Corn. *conſ. 240. col. penult. verſ. Nec videtur, vo-*

18 *lum. 2.* Socin. *d. conſ. 103. col. fin. vol. 3.* Facit † etiam, quia ſub verbis generalibus & vniuerſalibus, in quibus omnia includuntur, *l. ſi qui ducenta. §. virum. ff. de rebus dub. cum aliis vulgaribus*, diuidentes videntur in genere cogitaſſe de huiuſmodi fideicommiſſo, vt *in l. qui tort. ff. de milit. teſta.* ideo ſub generalitate cenſentur fideicommiſſo renunciaſſe, & præcipue accedente iuramento, quod, vt docuimus, habet vim expreſſi, eſt ſpecialis conſenſus, prout ex prædictis concludit Curt. *in d. conſil. 49. colum. fin. verſ. Accedit.*

Ad hæc, † quod ex diuiſione emanauerit remiſſio fideicommiſſi, ſuadet præſens materia, quæ vtique æqua eſt, & fauorabilis: nam per fideicommiſſi remiſſionem tollitur occaſio, & votum captandæ mortis, vt *in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.* & notatur *in d. l. qui Roma. §. duo fratres, & in l. 1. C. de pact.* nec ex ea reſultat donatio: quia tantum vnus præſtat, quantum ei ab altero præſtatur, & tantum vnus remittit, quantum ei ab alio remittitur, vt *in l. cum proponas. C. de pact. & in l. pater puella. C. de inoffic. teſtament. & in d. l. de fideicommiſſo.* quæ decidit, minoribus, ac ſi ex remiſſione fideicommiſſi non lædantur, in integrum reſtitutionem nullatenus competere, vbi Bartol. ſimiliter concludit, inter fratres fideicommiſſum remitti poſſe, neque ex hoc minorem prætendere, allegareque poſſe ſe læſum eſſe, quamuis hoc ei caſu aliquo damnoſum eſſe poſſit, & ſequitur Octauia. Cacheran. *deciſ. 112. ſub numer. 16.* 19

Necnon ex huiuſmodi remiſſione, † libera vnicuique tribuitur de rebus fideicommiſſo ſubiectis, diſponendi facultas, quam homines plurimum exoptare ſolent. vt *in l. in re mandata. C. manda. l. non vſque adeo. ff. ſi quis à paren. fuer. manum. & l. ficus. C. de act. & oblig.* 20

Item cum taliter † remittentes retrahantur ab occaſione, & voto captandæ mortis, in hoc certe verſatur publica vtilitas, vt homines à ſceleribus, & delictis abſtineant, *l. congruit. ff. de offic. præſid. & l. ita vulneratus ff. ad leg. aquil. cum vulgaribus.* 21

Et cum hoc videatur eſſe vtile Reipublicæ, ſequitur vtiliter, quod nec prætextu minoris ætatis quis in hoc dici poſſit circumuentus, *l. de fideicommiſſo, cum ibi not. C. de tranſact.* vbi Imperator huiuſmodi remiſſionem magnopere commendat.

Ideo ex his † facilius præſumitur remiſſio, prout hæc accurate conſiderat Decius *in d. conſ. 287. col. fin.* Pariſ. *d. conſ. 71. col. fin.* Soc. *d. conſ. 43. nu. 14.* & Soc. Iun. *in d. conſ. 116. nu 68.* 22

¶ Et præſertim fideicommiſſum ipſum cenſetur remiſſum etiam, cum verba diuiſionis nihil aliud operari poſſint, quam fideicommiſſi remiſſionem, ita Bartol. *in d. l. qui Roma § duo fratres. in ſexta quæſtione*, & ibi Cro. *num. 127.* Alexan. *conſ. 102. num. 6. volum 6.* Bal. *conſil. 440. Factum proponitur, colum. 2. volum. 3.* Ruin. *conſil. 84. num. 7. conſil. 119. num. 11. & conſ. 144 nu. 5. vol. 2.* Dec. *conſ. 187 in fin.* Soc. Iun. *conſil. 116. nu. 50. & 74. vol. 1.* & Pariſ. *conſ. 71. num. 14. vol. 3.*

Et quamuis † prædictis obſtare quodammodo videatur, quod non teneat hæc fideicommiſſi remiſſio, cum in inſtrumento diuiſionis non fuerit facta mentio teſtamenti, nec adiecta illa verba *inſpectis, cognitisq́; verbis teſtamenti*, iuxta normam, *l. de his, ff. de tranſact.* tamen ea non obſtat, nec vendicat ſibi locum, eo caſu, quo diuidentes, vel tranſigentes habuerunt ſcientiam teſtamenti, vt voluit Bartol. *in 4. quæſt.* quem alii conformiter, & vniuerſaliter ſequuntur, *in d. l. qui Roma. §. duo fratres*, & idem Bartol. & poſt eum cæteri omnes, *in d. l. de his.* Alexan. *in d. conſil. 11. colum. 5. volum. 2. & conſil. 76. colum. 5. volum. 3.* Octau. Cacher. *in d. deciſ. 12. nu. 20.* & Pariſ. *in d. conſ. 46. nu. 20. vol 2.* 23 *Cōis opin.*

Sed de vera, † vel præſumpta ſcientia diuiden- 24

tium

tiam non obſcure dinoſcitur apparere ex his, quæ ſuperius deducta ſunt, & ex traditis vbertim per Ripam *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 53. cum aliis ſequent.*

35 Secundo † limitatur etiam *d. l. de his*, quod non procedat, cum in diuiſione, ſeu tranſactione interpoſitum eſt iuramentum, vt patet ex his, quæ tradit Alexan. *in d. conſil. 11. colum. 4. verſ. Poteſt & tertio reſponderi.* Corn. *conſil.* 240. *colum. penult. verſ. Nec videtur. volum. 2.* Socin. *in d. conſil.* 103. *colum. fin.* Iaſ. *in d. l. de his, num.* 11. & ex aliis quæ ſupra ad hoc deduximus.

§ Et hæc renunciatio generalis ſufficiat, præſertim cum ea cum iuramento celebrata fuit, ex allegatis authoribus, nihilominus D. Franc. Bec. *in d. conſil.* 331. *num. 35. cum aliis ſignata per eum*, videtur ſentire contrarium, quod *d. l. de his*, in ſpecie renunciari debeat cum iuramento, & non aliter, nec alio modo, tamen quicquid ipſe ſuadeat, noli recedere à prima opinione, iam relata, & roborata, tanquam ſacroſancta, & in iure fundatiſſima, quam ſequitur etiam, & tenetur facit Senatus Pedemont. *in praeminentia deciſ. 112. nu. 10.*

OPINIO DCCCXLVI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria à patre filiæ, in dote facta, quatenus ea eſt ei pro legitima, an & quando valeat.*

2 *Fideicommiſſum à filia per patrem relictum, quatenus eſt bonorum ſubſidium, non valet, nec tenet.*

3 *Fideicommiſſum iniunctum filiæ de dote, quo ad eius legitimam eſt nullum, etiamſi debeatur piæ cauſæ.*

4 *Subſtitui per fideicommiſſum non poteſt filiæ in dote, etiamſi cum ſtatutum filias dotatas à ſucceſſione excludit.*

5 *Subſtitutio vulgariter facta per patrem filiæ in dote valet, ſecus in ſubſtitutione facta per fideicommiſſum tantum.*

6 *Subſtitutio fideicommiſſaria non eſt proprie ſubſtitutio.*

7 *Subſtitutio fideicommiſſaria non comprehenditur ſub diſpoſitione ſtatutaria de ſubſtitutione mentionem facientes.*

8 *Subſtitutio fideicommiſſaria eſt onus à teſtatore impoſitum ei, cui ſit.*

1 SVBSTITVTIO fideicommiſſaria † facta à patre in dote filiæ, quatenus ea eſt eius legitima, non valet, neque tenet, ſed eſt nulla, vana, & penitus fruſtratoria, niſi aliunde filia habeat de bonis paternis, ex quibus legitima detrahi poſſit, prout ita conſtanter, communiterque firmant omnes iuris interpretes poſt Dyn. & Bart. *in l. fin. §. filiæ. ff. de leg. 2. & in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell.* & Bal. *in l. quoniam nouella. num. 8. C. de inoffic. teſta. & in l. cum virum. C. de fideicom.* vbi aſſerit ſe alias ita conſuluiſſe, prout re ipſa ſic conſuluit, *conſ. 59. vol. 2. & conſil. 79. volum. 4.* 2 Imò concludit † ſtabili fundamento Dynus, *in l. à filia petitur. ff. ad Trebell.* fideicommiſſum relictum à filia, quatenus eſt bonorum ſubſidium, nullatenus valere, *per l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* & hoc dictum Dyn. recenſuit Cyn. *in l. vnica. §. videamus, C. de inoffic. teſta* & poſt eos ita decidit Ioan. And *in add. Specul. in tit. de inſtru. edict. in 3. compendioſe; in add. incip. Sed inde ita quæſtio, in fin.* & ita pariter determinauit Guid. Pap. *deciſ. 613.* vbi dicit ita ſeruari in Curia Parlamenti Gratianopol. & ſic itidem vidi conſultum, reſponſumq́; ſubtiliter, & profunde de præteriti anno 1581. in quadam cauſa, vertente in Ciuitate Reatis, ad fauorem cuiuſdam Simonis, per D. Pompeium Leonardum, iuriſconſultum Reatinum, cuius conſilio me quoque ſubſcripſi, diffuſo calamo, antea ſubſcripto à compluribus illuſtribus DD. Aduocatis Curiæ Romanæ.

Quæ quidem communis adeo vera eſt, † vt ea 3 amplificari poſſit procedere etiam, vt licet fideicommiſſum debeatur piæ cauſæ, adhuc tamen huiuſcemodi fideicommiſſaria ſubſtitutio nulla, & inualida ſit. Nam ſicut talis dos cenſetur data filiæ loco legitimæ, ſecundum Bart. & communiter omnes alios *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon.* Bal. *in l. fœminæ. C. de nupt.* & Iaſ. *conſil.* 43. & huiuſmodi dos habeat quoque omnes qualitates legitimæ, teſte Paul. Caſtr. *conſ. 129. colum. fin.* ſecundum antiquam impreſſionem, & compertum etiam ſit, quo filii in legitima grauari non poſſint, *d. l. quoniam in prioribus.* Roman. *conſil. 185. volum. 2.* & Dec. *conſil. 603. in vlt. dub.* vbi hoc amplificat quoq; locum ſortiri, etiamſi fideicommiſſum deberetur piæ cauſæ, quod voluit etiam expreſſe Soc. *conſil. 1. colum. 2. volum. 4.* Pariſ. *conſil. 26. colum. 3. vol. 2. & conſil. 81. eod. vol.* & Rolan. à Valle *conſ. 25. num. 5. vol. 1.* ita pariter fideicommiſſum iniunctum filiæ in dote quo ad integram legitimam eſt nullum, etiamſi deberetur piæ cauſæ, cum talis dos habeat omnes qualitates legitimæ, vt per Paul. Caſtren. *in praeallegato conſ.* 129.

Secundo † ampliatur eadem communis, quod 4 idem eſt, vt ſtante ſtatuto, filias dotatas à ſucceſſione excludi mandanti; quia adhuc talis dos cenſetur data loco legitimæ, & in ea non poteſt filiæ per fideicommiſſum ſubſtitui, cum hoc caſu ſtatutum non ſimpliciter primo excludat filiam, & deinde mandet dotari: ſed dotatam tantum excludat, ita Dec. *conſil.* 106. & Cephal. *conſ. 145. ſub num. 22. volum. 1.*

Cæterum interpretantur † prædicta omnia, vt 5 ea locum obtineant in ſubſtitutione facta à patre filiæ, in dote, per fideicommiſſum tantum, ſecus vero, ſi vulgariter foret ſubſtitutio facta: quia cum ſit hoc caſu in poteſtate filiæ, adire, vel non adire, ſubſtitutio vulgariter facta in dote valebit, vt per diſtinctionem Dyn. iudicatum eſſe commemorat Guid. Pap. *in d. deciſ. 613.* & ita firmat etiam Marcheſil. *in ſing. 163. Nota pulchram doctrinam.* cum aliis congeſtis ibi per Apoſtill. vbi explanat etiam iſtam eſſe communem opinionem.

Interpretantur etiam præmiſſa vtiliter, † quod 6 ſubſtitutio fideicommiſſaria non ſit proprie ſubſtitutio, ſecundum communem opinionem Gloſſ. & aliorum *in rubric. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi Ripa num. 10. ſequitur, & non obſcure atteſtatur, iſtam eſſe communem.

Et hinc non immerito infertur, † ſubſtitutionem 7 fideicommiſſariam, cum ea non ſit proprie ſubſtitutio, nullatenus comprehendi in ſtatuto, de ſubſtitutione mentionem faciente, ita Paul. Caſtren. & Alexand. *in rubr. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & Cagnol. *in l. precibus, num. 37. cum aliis ſequent. eod. titul.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, pro cuius etiam robore, & firmitate, multa ibi vtiliter adducit. Et de 8 hoc mirandum non eſt: quoniam ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt onus à teſtatore impoſitum ei, cui ſit, *l. cohæredi. §. cum filia ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. & l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.* Ioan. Crot. *conſil. 35 num. 1. & conſil. 143. nu. 1.* & Iacob. Mandel. Alben. *conſ. 31.*

Diſſ ilic, nu. 9.

palpabilis: quia apparet euidens coniectura quod teſtator voluerit cõſeruare bona in familia. ita Paul. Caſtr. *in d.l.1.C.de cond. inſer.* Pariſ. *conſ. 49. vol. 2. & conſ. 76. eod. vol. & conſ. 53. num. 27. & 24. vol. 3.* Cephal. *conſ. 76. nu. 44. vol. 1.* & Soc. *in d.l. cum auus. ff. de cond. & demonſtrat.*

Claudicatque † ſecunda eadem communis vt non procedat, quando aliqui vocati forent ad ſubſtitutionem, per nomina propria eſſent inſtituti, quibus deficientibus eſſent ſubſtituti alii, nam iſti vocati forent cæteris præferendi, *l. cum ita. §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* quoniam præſumuntur procul dubio magis dilecti ſecundum Bartol. *in dict. §. in fideicommiſſo.*

Limitatur quoque † tertio loco præmemorata communis, ſi vigeret ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: tunc enim intelliguntur vocati maſculi tantum: ex quo tum præſumitur teſtatorem eo caſu habuiſſe mentem, inclinationemque conformem ſtatuto; ita Ancha. *in cap. l. tres fratres ff. de pact.* Alexander *in leg. Gallus. §. quidam recte, in fin. ff. de lib. & poſthum. & in l. heredes mei §. cum ita. ff. ad Trebell. & conſ. 127. volu. 1.* Iaſon. *in l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omnium iud. & in dict. leg.* tres fratres Canoniſt. *in c. Raynutius, extra de teſtam.* Curt. Senior *conſ. 52.* Curtius Iunior *conſ. 116. num. 9.* Alciat. *in tract. de praeſumpt. reg. 3. praeſumpt. 31. n. 1.* Socin. Iunior *conſ. 11. num. 113. volum. 1.* Corn. *conſ. 197. volum. 1.* Soc. *conſ. 280. vol. 2. & conſ. 51. vol. 4.* Iaſon *in leg. qui filiabus ff. de leg. 1.* Ruin. *conſ. 4. volum. 2.* Curt. Iun. *in tract. feud. in 3. part. principali ſub nu. 15.* Dec. *conſ. 465. num. 14. & conſ. 143. num. 3. & ſeq* Ioan. Dilect. *in tract. de arte teſtan. tit. 5. cautela 17. nume. 2* Cephal. *conſ. 45. num. 2. volum. 1.* Bart. *in l. heredes mei. §. cum ita num. 4.* & ibi alii omnes *ff. ad Trebell.* Imol. *in l. fin. ff. de condit. & demonſt.* Alexan. *conſ. 15 num. 4. volum. 4.* Fulgoſ. *conſ. 34. colum. 2.* Brun. *de ſtat. exclud. fœm. art. 5. quaeſt. 12.* & Iul. Clar. *in §. teſtam. quaeſt. 76.* vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem.

Et † ratio aſſignari poteſt hæc quod ſtatuto faciente conſtituenteque differentiam inter maſculos, & fœminas, ita ſit interpretanda ſubſtitutio, vt ſit cõformis ſtatuto ſecundum Bart. *in d. l. heredes mei § cum ita.* Fulgoſ. *conſ. 34.* Alexander *conſ. 15. volum. 4.* & Soc. *in d. l. cum auus. ff de condit. & demonſtrat, & conſil. 54. & ſequent. volum. 4.*

Sed hæc † vltima communis limitatio ita explanata & approbata, coarctatur primo vtiliter non ſortiri locum quando conſtat teſtatorem non ſeruaſſe formam ſtatuti, ſecundum Ruin. *conſ. 120. num. 16. verſ. non obſtat. volum. 1.* & conſequenter cũ teſtator non ſeruauit ſtatutum præmemoratum, & appareat manifeſte eum receſſiſſe à ſtatuto, minime dici poteſt ipſum teſtatorem voluiſſe ſe conformare cum ſtatuto, vt firmatur Corn. *conſ. 24. colum. fin. volum. 2.* Gozadin. *conſ. 53. num. 18.* & Octau. Cacher. *in dec. pedemon. 23. num. 41.*

Secundo † claudicat eadem communis limitatio vt ea locum non obtineat, quando verba teſtatoris violarentur: tunc enim cenſetur, quod potius voluerit ſe conformare cum iure communi, quam cum ſtatuto, vt concedit Pariſ. *conſ. 78. nu. 25. vol. 2.*

Tertio, † vt cenſeatur teſtator ſe ſtatuto conformare, neceſſe eſt, quod ſtatutum loquatur ſpecialiter in caſu illo, de cuius interpretatione agitur, & nõ aliter, nec alio modo, vt ample diſcurrit, atque reſoluit Iacob. Menoch. de Alba *conſil. 81. num. 34*

Si vero † inſtituo Titium, & ſi decedat ſine liberis, inſtituo Gregorium, ſi tunc Titius decedat cum liberis, qui poſtea moriantur, non admittitur ſubſtitutus, ita Doct. per text. ibi, *in l. cum vxori C. quando dies leg. ced.* Oldrad. *conſ. 21 thema num. 1.* vbi Ranaldus Corſus, cum aliis ſignatis per eum, *in add. in litera A* Dec. *conſ. 291. viſis num. 5 & conſ. 377. viſis nu. 1.* Et an hoc ſit in diſtincte verum, vide eundem Decium declarantem *conſ. 480. in caſu, num 6. cum aliis ſeq.* vbi etiam ponit duos caſus neceſſarios, pro reſolutione præſentis materiæ, *& conſ. 511. viſo nu. 1. cum aliis ſeq & conſ. 513. colum. 2. & conſ. 585.* vbi optime diſtinguit, *& conſ. 635. viſo ſuppoſito nu. 14. cum aliis ſeq. & conſ. ſeq.*

Sed hoc limitatus locum non habere cum colligi commode & vere poteſt teſtatorem aliter diſponere voluiſſe eiuſque mentem, voluntatemque aliam extitiſſe, vt per Curtium Iuniorẽ *conſ. 121.* & Ranald. Corſum *in add. Oldradi conſ. 11. ſub litera A.*

OPINIO DCCCXLVIII.

SVMMARIA.

1 *Subſtituens agnato vel cognato alios proximiores, agnatos, vel cognatos an præſumatur vocare agnatos vel cognatos proximiores teſtatoris, vel proximiores ſubſtituti grauati.*

2 *Teſtatore vocante ad fideicommiſſum proximiores, ſi non extet ſtatutum, quod ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedant, veniunt hi, qui, iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſſionis ſunt proximiores quamuis reſpectu naturæ ſint vlteriores gradu & num. 3. Secus ſi extaret ſtatutum iuri communi contrarium nu. 5.*

3 *Proximiorum appellatione veniunt tam maſculi quam fœminæ in fideicommiſſo.*

SVBSTITVENS † alicui agnato, ſeu cognato alios proximiores agnatos, vel cognat. an tali ſubſtitutiõe præſumatur vocare agnatos, vel cognatos qui erant proximiores teſtatoris, an autem proximiores ipſius ſubſtituti? Aliqui Doctores non mediocris authoritatis, conſtanter aſſeuerarunt, quod cenſeantur vocati proximiores teſtatoris; quoniam in dubio præſumitur teſtatorem eos magis dilexiſſe, & iſtam dicit eſſe communem omnium opinionem Hieron. Gabriel. *conſ. 121. Ludouicus inſtituit heredes ſub num. 10. & ſequent. volum. 1.* Bertrandus *conſ. 37. numer. 6. volum. primo part. 1. conſ. 151. num. 5. volum 4. conſ. 79. nu. ſecundo volum. quinto conſil. 318. nu. ſeptimo volum. ſexto & conſ. 48 num. 7. volumen. 7.* & Ioan. Dilectus *in tract. de arte teſtandi titul. quinto caut. 21. numer. 5.* licet prudenter moneat ibi, tutius ſecuriusque eſſe vt teſtator ad euitandam perplexitatem, & altercationem vtatur in ſubſtitutione præfata, verbis claris, dilucidis, & perſpicuis, ex quibus plane colligi queat mens eius & voluntas.

¶ In contrariam vero partem inclinauit conſulendo doctiſſime & ſubtiliſſime Socin. Iunior *conſ. 126. volum. 1.* vbi concludit, quod attendi debeat proximitas ſubſtituti grauati, non autem teſtatoris. vbi *ſub num. 36.* commemorat quoque hanc opinionem eſſe re ipſa magis communem, & pariter nefas eſſe etiam ab ea, tanquam ſacroſancta, recedere iudicando cui aſſentitur quoque Gozad. *conſ. 4. numer. decimo ſeptimo & poſt num. 31. verſ. Ad ſextum & ſeptimum.* & ait itidem eam communem eſſe & Rolandus etiam pleniori manu *conſ. 20 6. Quoniam Magnificus Dominus Octauianus, num. 1. cum aliis ſequentibus volum. 1.* prout iſta eſt veritas, & iſta iudicari poſſet tuta conſcientia ex variis rationibus, & authoritatib. quæ in præſentiarum breuitatis ſtudio ſupprimuntur

Digitized by Google

& tanto magis, cum illas viderim ad ſaturitatem vſque per Roland. *in d. conſ.* 100 *per totum*, trutinatas atque diſcuſſas, & per Hieron. Gabriel. *in d. conſ.* 121. *ſub num.* 10. *cum al. ib ſequen.*

2 Et hinc † non ſit tibi vnquàm in obliuione, quod cum non viget ſtatutum excludens fœminas dotatas, ſtantibus agnatis, ſi teſtator vocaret ad fideicommiſſum proximiores, venirent tunc vtique hi, qui iure communi inſpecto, reſpectu ſucceſſionis proximiores forent, quamuis reſpectu naturæ eſſent vlteriores gradu, ita Gloſſ. & Imol. *in l. cum ita §. in fideicommiſſ. in fin. ff. de leg.* 2. Rip. *in l. ex facto, num.* 7. *ff. ad Trebell.* Alexand. ad Bartol. *in l. ſi cognatis, in ver. Quæro. ff. de verb. ſub.* Bald. *conſ.* 498. *volum.* 3. Iaſ. *conſ.* 215. *volum.* 5. *volum.* 2. Aut. Rub. Alexand. *conſ.* 82. *colum. fin.* Brun. *conſ.* 191. *num.* 10. *volum.* 2. Ant. Gab. *in concluſ.* 1. *de ſucceſ. ab inteſtato, num.* 4. & nouiſſime Sim. de Pret. *conſ.* 37. *num.* 11.

3 Et † ſic cum teſtator legauit rem aliquam alicui, & poſt eius mortem voluit illam remanere proximioribus in gradu ipſius teſtatoris: tunc ſi concurreret frater, & filia eiuſdem teſtatoris, poſt eius mortem ad legatum prædictum, ſeu fideicommiſſum, illud indubitanter deberet eſſe filiæ, quæ eſt proximior fratre, & ſic patruo; quia filia eſt in primo gradu, & frater in ſecundo, *l.* 1. *& l. iuriſconſultus. §.* 2. *ff. de grad.*

4 Et eo † caſu exploratum eſt, proximiorum appellatione venire tam maſculos, quam fœminas in fideicomiſſis, ſecundum Dec. *conſ.* 169 *num.* 4. & Pariſ. *conſ.* 88. *num.* 12. *vol.* 2.

5 Si vero † adeſſet ſtatutum iuri communi contrarium, tunc proximioribus vocatis, hi veniũt, qui ſecundum diſpoſitionem ſtatuti ab inteſtato præferentur, vt concedunt iuris interpretes omnes, *in d. l. cum ita §. in fideicommiſ. & in l. fi. C. de verb. ſigni.* Aoch. *conſ.* 433. *num.* 2. Corn. *conſ.* 27. *n.* 11. *volum.* 3. Soc. *conſ.* 51. *nu.* 29. *vol.* 4. Soc. Iun. *conſ.* 135. *num.* 4. *vol.* 1. & Berous *conſ.* 144. *num.* 11. *volum.* 2. & optime Brun. *conſ.* 151. *nu.* 14. *& ſeq. volum.* 2. Quæ opinio, quamuis contradictores habeat, quando verbis præfatis addita ſunt verba *ſalua gradus prerogatiua* teſte Dec. *conſ.* 2. *col. fi.* nihilominus tamen hæc contradictio in puncto iuris vera non eſt, vt probat Sim. de Pret. *in d. conſ.* 37. *num.* 25 *& ſequen.* & illa communis, & magis recepta apertiſſime diſcernitur.

¶ Tum quia proximiores ſimpliciter vocantur, vt probatur ex authoritatibus adductis; tum etiam, quando vocantur gradatim proximiores, ſecundum Alex. *conſ.* 88. *num* 4. *& conſ.* 157. *in princ. vol.* 1. Iaſ. *conſ.* 159. *nu.* 4. *vol.* 4. Paul. Caſtrenſ. *in l. fin. colum. fi. C. de ver. ſign.* & Dec. *conſ.* 299. *in fin.*

¶ Et ratio eſt euidens & palpabilis, quoniam cenſetur teſtator prædiligere, & vocare ad ſucceſſionẽ vel ad fideicommiſſum, non eos, qui naturæ gradu inſpecto, proximiores ſunt, ſed qui ſunt proximiores reſpectu ſucceſſionis, affirmãtibus Doctor. *in l. Gallus §. quidam recte ff. de liber. & poſt. & in d. l. cum ita §. in fideicommiſſ. & in l. fin. C. de verborum ſignificatione.*

¶ Vnde fit, vt proximioribus vocatis, veniant illi, qui tales ſunt reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato iuxta diſpoſitionem iuris, quod in loco ſeruetur, teſte Bald. *conſ.* 334. *num.* 3. *vol.* 3. Decius conſ. 321. *num.* 3. Brun. *in dict. conſ.* 151. *num.* 14. *volum.* 2. Socin. *conſ.* 252. *ante num.* 20. *volum.* 4. & Curt. *in dict. conſil.* 27. *numer. decimoquinto volum.*

ſecundo.

OPINIO DCCCXLIX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta vltimo morienti in tota hæreditate, operatur hunc effectum, vt hæredes tacite inuicem ſubſtituti videantur: & ex tali ſubſtitutione videtur inductum inter inſtitutos reciprocum fideicommiſſum.*

2 *Subſtitutio vltimo morienti facta, facit videri hæredes tacite inuicem ſubſtitutos, quod procedit in deſcendentibus, non autem in extraneis.*

3 *Subſtitutio facta in tota hæreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis, verificatur in perſona vnius tantum.*

4 *Subſtitutione facta pluribus per nomen collectiuum, purificata conditione in perſona vnius tantum is admittitur.*

SVBSTITVTIO † facta vltimo morienti in tota hæreditate, facit videri hæredes tacite inuicem ſubſtitutos, & ex huiuſmodi ſubſtitutione cenſetur, abſque ſcrupulo aliquo, inductũ reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutos *l. Titia Seio §. Seia libertis. ff. de leg.* 2. vbi Bartol. & poſt alios latiſſimè Rip. *in leg. heredes mei, §. cum ita num.* 14. *ff. ad Trebell.* & ita conſuluit Grauet. *conſ.* 123 *num.* 1. & iſta eſt vera, communiſque opinio, vt explicarunt Moder. omnes *in d. §. cum ita* eaque interpretes fere omnes, ex ratione cõfirmant quod paria videntur nonnulla fieri poſt mortem omnium vel vltimo morientis *l. codicillos ff. de vſufruct. legat.* Paul. Caſtr. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Alexand. *in l. pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Curt. Iun. *conſ.* 12. *num.* 5. *& conſ.* 16. *num.* 5. & ſtrenue hanc ſententiam confirmat Soc. Iunior. *conſ.* 180. *n.* 8. *cum aliis ſequent. vol.* 2. poſt Soc. ſeni. *in d. §. cum ita* dicẽs etiam iſtam eſſe communem opinionem; cui innititur quoque Pariſ. *conſ.* 42. *nu.* 53. *vol.* 2.

Sed † hæc cõmunis interpretatur primo, vt procedat in deſcendentibus teſtatoris, in quibus militat præſumptio de qua *in l. cum acutiſſimi C. de fideicom. & in l. cum avus. ff. de condit. & demonſt.* ſecus tamen foret in extraneis, in quibus ceſſat talis præſumptio vt explicant non obſcure Doctor. *in locis precitatis*, & ita expreſſe ſentit Soc. *conſ.* 149. *colum.* 9. *vol.* 2. & Soc. Ion. *in d. conſ.* 180. *nu.* 2. vbi hanc eſſe communem opinionem & Octaui. Cacheran. *in deciſ. Pedemont.* 116. *Da apne. nu.* 12. de eadem communi fidem facit, & ab ea in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe monet.

Secundo † ſimiliter declaratur eadem communis locum non ſortiri vllo modo, cum quæ reperitur facta ſubſtitutio in tota hæreditate poſt mortem plurium, ſi deceſſerint ſine liberis; & talis conditio verificetur in perſona vnius tantum: nam tunc in eius portione admittitur vtique ſubſtitutus: & iſta eſt vera, communiſque opinio, atteſtantibus interpretibus iuris omnibus *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & eſt tex. in l. fin. § filium. ff. de leg.* 1. *& in l. Lucius §. Caius ff. ad Trebell.* Bart. & vniuerſaliter omnes, præſertim Rip. *in d. l. heredes mei §. cum ita.* & Pariſ. etiam poſt alios, aggregatos per eum, *conſ.* 42. *nu.* 11. *vol.* 2. 5

Hæcque declaratio † adeo vera eſt, vt ea amplificari facile queat, vt ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua, adhuc tamen eſſe communem omnium opinionem, quod admittatur ſubſtitutus purificata conditione in perſona vnius tantum, & ita aſſeuerat Alex. *in d. l. pen.* vbi reiicit opinionem Pauli Caſtren. Et pro hac ſententia communi reſpondit cõſulendo Alex. *conſ.* 91. *col.* 3. *vol.* 1. *& conſ.* 2. *vol.* 3. Iaſon *conſ.* 41. *volu.* 2. Grauet. *con.* 106. *num.* 1. *volum.* 1. Crot. *conſ.* 143 *num.* 18. 6

& Iacob. Mandel. *conſil.51.* qui adducit rationes diuerſitatis inter memoratam ſubſtitutionem, factam vltimò morienti, & factam poſt mortem plurium, ſeu omnium. & hoc idem firmat Alciat. quoque *in conſ.ſe.q.3 2.poſito ibi, & inter ſua conſilia, conſilio 39. Conſultationibus viſis. cum duobus aliis ſequentibus tomo tertio libro 9.*

OPINIO DCCCL.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta eorum qui ſunt de domo & progenie non comprehendit fœminas ſed tantum maſculos. Eiuſque ratio, num. 2. 3. & 4.*

5 *Cippus domus in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos in quibus familia conſeruatur.*

6 *Cum omnes agnati ſunt ſubſtituti, tunc gradatim admittuntur.*

7 *Teſtator ſubſtituens domum de Viuis, omnes cenſetur vocare ad ſucceſsionem de illa domo.*

8 *Teſtator præſumitur in dubio voluiſſe conſeruare dignitatem ſuæ agnationis, mediantibus ſuis diuitiis, ſine quibus familia ſordeſcit.*

9 *Pauperes non facile ad dignitates eliguntur.*

10 *Paupertatis definitio.*

11 *Fideicommiſſum relictum, etiam ſub expreſsione nominis collectiui, debetur quo ad partem illius hæredis, in cuius perſona fuit adimpleta conditio.*

12 *Fideicommiſſi conditionem deficere facit etiam filia, ſi in conditione, ſi ſine filiis, & c. non exprimantur maſculi.*

1 SVBSTITVTIO † facta illorum de domo, & progenie, non comprehendit fœminas; ſed tunc tantummodo maſculi cenſentur vocari, & non fœminæ, & ſic neptis ex filio excluditur: nàm domus pro agnatione accipitur, ſecundum Corn. in propriis terminis *conſ. vigeſimoſexto Videtur dicendum, volum. quarto* vbi aſſerit ita eſſe cōmunem vſum loquendi, & ſic cōſuluit etiam accuratiſſime Ceph. *conſil. 181. Fideicommiſſum de quo quæritur, volum. quarto* & Gozadinus *conſil. ſeptuageſimo nono Viſo proceſſu vtriuſque partis, num. ſexto cum aliis ſequentibus.* licet & contrarium velit Curtius Iunior *conſil. quadrageſimo nono nu. tertio & ſexto* Socinus Iunior *conſil. nonageſimo quarto numer. octauo & ſequent. volum. primo* & Pariſius *conſil. trigeſimo quinto volum. tertio.*

Et ita quod teſtatore inſtituente hæredes, ordinandoque vt bona conſeruentur in familia, & cippo ſeu trunco, non includantur fœminæ, ſed cenſeantur excluſæ, ex quo fœminę non faciunt familiam indicauit Regia Audientia Aprutina, vt planum fecimus *in deciſione noſtra 10. familiæ appellatione. lib. 1.* & indicauit quoque Reuerendiſſimus Dominus Gubernator Perusiii *anno 1591.* atteſtante Ioe Vincentio Hondedeo *conſil. ſeptuageſimoquinto ex teſt. Thom.*

2 Potiſſimum † hoc locum de plano ſortitur cùm in loco viget ſtatutum, quod maſculi excluderēt fœminas: quod ſtatutum ideo conditum eſt, vt familia & domus cōſeruetur, quę duntaxat per maſculos conſeruatur, ſecundum Iac. de Aret. & Cyn. *in leg. publico Cod. de adult.* Bald. & alios omnes *in leg. cunctos populos C. de ſumma Trinitat.* & Gozad. *d. conſ. 79. ſub nu. 7.* vbi non obſcure dicit iſtam eſſe cōem opin.

3 Quia etſi † fœminæ de domo agnationeq; ſint, nihilominus tamen ea in illis finitur, & allegat Cor. *in loco præall. Bar. in l. pronunciatio, in fin. ff. de verb. ſig.*

Sed nō agnatio per fœminas nō cōſeruatur, Rim. Iun. *con. 47. n. 21. lib. 1* & fœmina eſt caput, & finis familię ſuę, qn̄ tranſit in familiam alienam, Io. Bolog. *conſ. 9. num. 77.* & exprimit Iuriſconſult. quoque, *in l. pronunciatio. §. fin. de verb. ſignif.* & Thomas Doccius *conſ. 6. num. 6.*

4 Quare † verbum hoc *domus & familia* in qua voluit teſtator bona ſua conſeruari, reſtringitur ſyncere ad deſcendentes eius maſculos, *per leg. cum prætor. ff. de iud.* iuncta *leg. ſi ſeruus plurium in fin. ff. de leg. prim.* Ioſephus de Ruſtic. *conſil. primo poſt tractat. an & quando liber poſſit, num. 19.* domus, & cognatio plerūque capitur pro familia, Io. Bolognet. *conſ. 6. num. 78.* & Surd. *conſ. 20. n. 1.*

Et nel margine del nu. 6. di detta openeone 850. ponéteci. Nota in materia pręſentis opinionis, quod tantum eſt dicere apud ruſticos cippum, quantum apud nos ſtipitem, Soc. Senior *conſ. 50. viſa facti narratione, num 21. lib. 4.* & Simon de Prætis *conſ. 203. dolebam, num 7 volum. 1.*

Nel num. 8. di detta opinione 850 alla righa 11. doue dice lib. aggiungenteci, 3. libro vt mancha. Et alla righa ſeguente, doue dice, Dei, vi manca cap. 121. però ponéteci queſte doi parole, Et nel fine di detto nu. 8. ponéteci, §. hoc quoque, inſtit. per quas perſonas nob. acquir. Marian. Socin. Iun. *in rub. ff. de acquir. poſſ nu. 117.* Bartholomæus Soc. *conſ. 30. quamuis vol. 3.* Barbat. *conſ. 43. præclarè, volum. 1. l. 3. in princ. ff. de teſt. l. 1. ff. de cuſtod. reorum, §. ſancimus, authent. de teſt.* & Alex. *conſ. 56. viſo themate, num. 8. lib 6.*

Vnde filii alicuius ex inſtitutis hæredibus, ex primo capite ſubſtitutionis, p quā fratres eius erāt inuicē ſubſtituti, ſi quis decederet ſine filiis maſculis, ſaltē admittendi ſunt ex ſecunda ſubſtitutione, de cippo prædicto domus facta, & ſi omnes hæredes decederent ſine filiis maſculis.

Nam † vulgare hoc nomē, *cippus domus*, in vltimis voluntatibus ſignificat agnatos: & conſequenter intelligitur de agnatis, in quibus familia cōſeruatur, etiam excluſa filia fœmina, quę tranſit in alienam familiam, teſte Paul. Caſtr. *in l. fi. C. de ver. ſignif.* Corn. *con. 55. ſub nu 6. vol. 1.* & Ioan. Dileċt. *in tract. de arte teſtan. tit. 5. de ſubſtit. caut. 22 ſub. num. 2.* 5

Et vocantur † ex huiuſmodi ſubſtitutione proximiores agnati. *dict. leg. fin & leg. heredes mei §. cum ita & ibi Doctores ff. ad Trebell.* & ſic proximiores, & ſi omnes dicantur ſubſtituti tamen gradatim admittuntur ad bona teſte Bart. *in leg. precibus Cod. de impub. & aliis ſubſtitutionibus* & Alciatus *conſil. 135. Eſt diffuſè conſultum ſub numer. vigeſimo & ſequent. tomo tertio libro nono* & facile probatur *in leg. pen. § fratre. ff. de leg. ſecund.* 6

Eſt † bene verum, quod ſi teſtator ſubſtituere domum de Viuis, omnes tunc indubitanter vocarentur ad ſucceſſionem, ſecundum Bartol. *in leg. vnica de conductoribus & procuratoribus, ſiue exact. præd. fiſc. libro vndecimo* cui accedit Curtius *in dict. leg. precibus colum. fin.* & Iaſon. *in leg. fin. Cod. de verborum & rerum ſignificat.* ſed admittuntur gradatim, vt ſupra docuimus. 7

Quia † facile præſumitur, teſtatorem voluiſſe conſeruare dignitatem ſuæ agnationis mediantibus diuitiis ſuis, ſine quibus familia ſordeſcit. *leg. quiſquis Cod. ad leg. Iuliam maieſt.* Socinus *conſ. nonageſ. Abundè colum. 1. volumin. primo* & Andreas Siculus *con. 57. Clementiſſimum, colum. vndecim. volumi. quarto* & dignitas familiæ diuitiis conſeruatur, & propter inopiam perit. *leg. prima ff. de cuſt. reor. leg. ſi cred. ff. de priuileg. cred. & in authentica de defenſ. ciuit. & in authent. vt omnes obediant. iud. in princ.* & Auguſtinus *in libro de ciuitate Dei*, aſſerebat per diuitias conſeruari decus & honorem in familiis, & plura ad hoc propoſitum ſcribit Barbacius. *in rubrica de ſucceſſione ab inteſtat.* 8

Non † enim facile eliguntur ad dignitates pauperes. Et inde eſt illud Satyricum; 9

Haud.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet;
Inde grauis Iudex, inde ſeuerus eques.

Imo † Terentius in *Phormione* paupertatem
10 grauibus verbis, atq; expertis ita deſcribit *Paupertas mihi onus viſum, & miſerum, & graue: Virgo pulchra & quo magis diceres, nihil aderat adiumenti ad pulchritudinē: capillus paſſus; nudus pes; ipſa horrida; lachrimæ; veſtitus turpis; vt ni vis boni in ipſa iſſe forma, hæc formam extinguerent*, licet aliter paupertatem definiat D. Cornel. Beniocaſ. *in tract. de paupertate, in 1. quæſt. num. 37. cum alijs ſequentibus.*

Itaque † filli inſtituti proximi ſunt agnati, & per
11 conſequēns admittendi vt ſubſtituti ad partem alicuius ex filiis maſculis, decedentis perinde ac ſi ſoli prædefuncto ſine filiis fuiſſent ſubſtituti: quia in ſubſtitutione fideicommiſſaria pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, *l. Lucius § Caio ff ad Trebell.* & fideicommiſſum relictum duobus, etiam ſub expreſſione nominis collectiui, debetur quo ad partem iſtius hæredis, in cuius perſona fuit adimpleta cōditio. *d. l. hæredes mei. § cum ita.*

Sed † hoc claudicat & non ſortitur locum cum in
12 conditione *ſi ſine filiis &c.* non fit mentio de maſculis quia fideicommiſſi conditionem deficere facit etiā filia; ſi in conditione nōn exprimitur de maſculis, ita Roman. *conſ. 148. viſis themate, ac ſupra conſultis.* Alex. *conſ. 55. Ponderatis his quæ in themate narrantur ſub num. 6. volum 3. conſ. 38. perſpectis volum. 7* Curt. Sen. *conſ. 44. & 103.* Corn. *conſ. 91. volum. 1. & conſ. 102. & conſ. 30. vol. 3.* Dec. *conſ. 370. Viſo teſtamento, conſ. 598. Domina Daria & conſ. 570. Caſus*, & Curtius Iun. *conſ. 49. Habita, & conſ. 159. & conſ. 269. In cauſa vertente.*

OPINIO DCCCXLI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio exemplaris nullum in ſe recipit onus pupillaris autem ſubſtitutio, recipit grauamen.*

1 SVBSTITVTIO † exemplaris, facta ſecundum formam *l. humanitatis C. de impub.* nullum in ſe poteſt recipere onus, ſeu grauamen, & ſic ſubſtituti exēplariter non poſſunt vllo pacto grauari, cū principaliter habeant bona à lege, & non à teſtatore, qui tenebatur illos ſubſtituere; iuxta communem opin. omnium, trutinatam *in d. l. humanitatis.* Nam ſicut contingit in legitima, in qua filius grauari nequit, *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam.* ita pariter occurrit in huiuſmodi ſubſtitutione. Et hanc opinionem cōfirmat Dec. *conſ. 371. colum. 3. verſ. 4.* vbi concludit quod ſi in teſtamento ſorores ſubſtitutæ poſt earum mortem forent grauatæ onere fideicommiſſi, ex hoc ſolummodo colligi, quod ſubſtitutio ſororum non fuerit exemplaris, per rationem huius veræ & communis opinionis, & ſequitur quoque Socinus Iun. *conſ. 103. num. 31. & ſequenti volum. 2.* & Roland. à Valle *conſ. 68. num. 68. volum. 4.* Secus tamen erit in ſubſtitutione pupillari, quæ recipit grauamen, cum ſubſtitutus ex ea habeat bona ab eo, qui potuiſſet alium ſubſtituere vt per Doctores omnes communiter *in l. ſi fundum per fideicommiſſum. § ſi. ff de legat. 1.* Dec. *in d. conſ. 371. col. 3.* & Roland. *in d. conſ. 68. ſub n. 68.*

OPINIO DCCCLII.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio compendioſa, per verbum commune filio impuberi facta an contineat pupillarem directa & an matrem excludat. nu. 1.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia non eſt omni tempore fideicommiſſaria, cum mater ad ſecundas nuptias tranſiuit, viuente filio impubere.*

4 *An animæ damnatorum, item in purgatorio exiſtentium, an ſciant ea quæ in hoc ſæculo aguntur. & num. 5. & 6.*

7 *Animæ damnatorum, & exiſtentium in purgatorio, ita ſunt pœnis oppreſſæ, vt non curent ſcire facta viuentium.*

8 *Animas exiſtentes in purgatorio, Deus viſitat, & conſolatur per Angelos ſuos.*

9 *Animæ Beatorum in contemplatione diuinæ eſſentiæ, in qua omnia relucent, ſciunt facta, ac geſta viuentium.*

10 *Animæ Beatorum, etiamſi ſciant geſta viuentium, & eorum infortunia, non efficiūtur tamen ob hoc dolore, nec moleſtia.*

11 *Animæ Beatorum orationes, preceſque noſtras, tam verbis expreſſas, quam corde conceptas intelligunt.*

12 *Iniuria non infertur filiis ex tranſitu eorum matris ad ſecundas nuptias: cum licita ſint ſecunda, tertia, & deinceps nuptiæ.*

12 *Subſtitutio compendioſa facta in re certa, nunquam comprehendit pupillarem ſubſtitutionem.*

SVBSTITVTIO † compendioſa, facta per verbum commune filio impuberi, continet reipſa 1
pupillarem ſubſtitutionem directam, ſecundū Gloſ. *in § qua ratione, Inſtit. de pupil. ſubſtit. in ver. Exemplum.* Bart. Alexand. & alios vniuerſaliter in *l Centurio ff de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi Iaſon dicit iſtam eſſe communem opinionem, Dec. *in l. precibus. C. de impub. & ali. ſubſtit.* qui æternam recenſuit alios Doctores hanc ſententiam amplectentes, quam ait ſeruari in practica Guid. Pap. *deciſ. 521.* & ita conſuluit Bertran. *conſ. 26. dudum vol 1. & conſil. 223. ponitur in facto & conſ. 276. viſo puncto, eodem volum.* & eidem communi accedunt etiam Canoniſtæ, *in c. Raynutius, & in c. ſi pater, de teſta.* & pro iſta opinione eſt tex. *in l. pater Seuerinam. § conditionum verba ff de condit. & demon & in d. c. ſi pater.* Et ratio ea eſt; quia quod determinatur ſecundum curſum temporis, variato tempore, variatur & illud quod determinatur, *l. preterea rerum. § fin. ad leg falcidia. l. Titia Seio. § vſuras. ff. de leg. 2. & l. pen. C. de vſur.*

¶ In cōtrariam vero partem, videlicet, quod ſubſtitutio facta per verbum commune filio impuberi ſit omni tempore fideicommiſſaria, inclinauit Gloſ. *in d. l. Centurio, in d. l. precibus, in d. c. Raynutius, & in d. c. ſi pater.* quam opinionem aſſerit Bart. tempeſtate ſua fuiſſe cōmunem *in d. l. Centurio, & conſ 6. Factum tale conſ. 22. Homo. conſ. 54. Angelus. & conſ. 141. pater filio.* & eam ſimiliter vocat communem Bal *in l. iam hoc iure ff. de vulgat. & pupil. ſubſtit. & conſ. 350 In conſulendo ſemper timus, vol. 4. & conſ. 17. vol. 5.* Oldr. *conſ. 99 factum tale eſt.* Angel. *conſ. 97. Viuianus, & conſ. 125. Hoc iſt teſtam.* Et ratio, quam adducunt ad hanc opinionem tuendam, hæc eſt, quod ſubſtitutio reſpiciens plures perſonas interpretatur ita, & taliter, vt ſit vniformis ōnibus perſonis, *d. l. iam hoc iure* & arguendo de perſonis ad tempora: concludunt, quod ſubſtitutio reſpiciens plura tempora, debeat neceſſario interpretari, vt ſit vniformis omnibus temporibus, *vt l. ſi plures. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & conſequenter illa ſemper cenſetur fideicommiſſaria quia debet eſſe vniformis omnibus temporibus, & etiam quia minimé debet fieri diuiſio voluntatis, *l. cum qui § ſi ff. de his quibus vt indig.* nec debet demum vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri, *l. cum qui ædes. ff. de vſucap. & c. maioribus de prabend.* & huic opinioni aſſentitur etiam

Pet.

Pet. de Vbald. *conſ.29. num.12. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum, volum.1.* dummodo iſta ſubſtitutio compendioſa, facta per verbum commune, emanata ſit ſine temporis diſtinctione, quid dicit ſe ita ſemper conſuluiſſe.

¶ Sed quicquid præmemorati Doctores ſuadeãt nõ foret vtique tutum in deciſiuis recedere à prima Bar. & ſequacium opinione, tanquam communi, & ſacroſancta, vt iſta ſubſtitutio valeat, vt pupillaris intra tempus pupillaris ætatis, poſtmodum vero valeat vt fideicommiſſaria. vt firmat etiam Ripa *Centurio, numer. centeſimo decimoſeptimo. in fin.* Curtius Iun. *conſ.86. de.5.* Chriſtoph. de Caſtelliono *conſ. 58. num. 2. & ſequent. poſito inter conſilia vltimarum volũtat. volum.1.* Natta *conſ. 68. num. 7. volum. 1.* Dec. *conſ. 645. num. 4.* Iaſ. *conſ. 129. Factum ſic ſe habet volum.1.* Ioan. Dilect. *in tract. de arte teſtandi, tit. 5. caut. 8.* Ioan. de Neuiz. *conſ. 53. Vbi Chriſtus non eſt fundamentum. num 6. & ſequens.* Conarru. *in c. Raynutius § 9. nu.17. de teſtam.* & circumſpectiſſimus D. Sfortia Oddus *in ſuo ſubtili tract. compendioſæ conſtitutionis, in quinta part. de compendioſa facta pagana. quæ directo poſt pubertatem, teſtandi priuilegium non habet, art. 3. partis. 5.* & abſoluimus ſupra *in opinione 842. hoc eodem lib.*

2 Quæ † quidem communis ita extricata claudicat, ſecundum Bart. *in d. l. Centurio, nu. 27.* vt non ſortiatur locum, matre exiſtente in medio; quia tunc ſubſtitutio eſt integranda pro fideicommiſſaria omni tempore ita etiam Gloſ. *in d. l. Centurio, & in d. l. precibus* Bal. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam. conſ. 350 & conſ. 391. volum. 4. & conſ. 473. volum 3.* Ang. *conſ. 97.* & hoc fauore matris ne excluderetur à luctuoſa hæreditate filii, *l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit.* cum in dubio illa interpretatio ſumenda ſit, quæ facit pro matre *l. quis dubit § 1. ff. de reb. dub. & l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* & huic opinioni accedit quoque Dec. *in d. l. precibus* & Bald. *in d. l. iam hoc iure. § 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* qui expreſſe dicit eam eſſe communem, & habere magnam æquitatem Bal. *conſ. 12. volum. 2. & conſ. 175. volum 5.* Ang. *conſ. 13.* Ant. de Butr. *con. 33.* Ang. *in tract. de teſtam. in Gloſ. in verb. In pupil. col. 11. verſ. Quæro quando compendioſa* Papienſ. *in forma libelli; qua agitur ex ſubſtitutione, in ver. Compendioſa colum. 5. verſ. Nunc autem.* Anan. *conſ. 97.* & Bolog. *in add.* Falg. *conſ. 33.* vbi aiunt huiuſmodi opinionem frequentioribus votis, tam Antiquorum, quam Modernorum approbatam eſſe, cui innititur quoque Corn. *conſ. 93. volum 3.* Aret. *conſ. 115. in fin.* Alex *conſ. 17. volum. 7. & conſ. 12 num. 16. volum 5.* ſubtiliſſime D. Sfortia Oddus etiam *in dict. tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in 5 part. ſub 3. artic. 5. part.* & Afflict. *deciſ. 367.* vbi ait ita iudicatum fuiſſe in Sacro Concilio Neapol.

¶ In contrariam tamen ſententiam, videlicet quod hæc ſubſtitutio excludat etiam matrem, exiſtentem in medio, ſi decedat filius in pupillari ætate, quia dicitur pupillaris, inclinarunt Salic. Alexand. & alii *in d. l. Centurio.* Gloſ. *in d. § quæ ratione. Inſtit. de pupil. ſubſt.* Oldr. *conſ. 123.* Cap. *conſ. 7.* Imol. & alii *in cap. Raynutius de teſtam.* Paul. Caſt. *conſ. 111. conſ. 247 & conſ. 254.* Cor. *conſ. 187. volum. 1. conſ. 114. & conſ. 316. vol. 3.* vbi dicit iſtam eſſe communem, *& conſ. 322. eod. volum. & conſ. 28. eod. vol. & conſ. 28. vol. 2.* Cuma. *conſ. 2. in fin.* Bertran. *conſ. 126. vol. 1. & conſ. 65. & 277. vol. 1.* & Rolan. à Val. cum aliis cateruatim relatis per eum, *conſ. 69. num. 3. cum aliis ſequent. volum. 1.* vbi corroborat communem iſtam efficaciſſimis rationibus. & Ripa etiam *in dict. l. Centurio. ſub nu. 118.* & eam in practica ſimiliter obſeruari ſcribit Guid. Pap. *deciſ. 521.* & ſequitur denique etiam Conarru. *in d. cap. Raynutius, de teſtam. § 9. in fin.* & Cephal. cum magna Caterua Doctorum, relata per eum, *conſ. 524. Caſus iſte ſatis eſt frequens, nu. 27. volum. 4.* in quibus locis commemorat iſtam opinionem contra Bart. eſſe magis communem, ac ei inhærendum eſſe in iudicando, & conſulendo, & iſta eſt veritas, vt oſtendimus ſupra *in d. Opin. 843. hoc eodem libro.*

¶ Nam ſubſtitutio compendioſa, facta per verbum commune, continet pupillarem expreſſam verbis generalibus *d. l. precibus.* & potentior eſt fauor pupilli ne ſine teſtamento decedat, quam matris, vt filio ab inteſtato ſuccedat *l. Papinianus. § ſed nec impuberis ff. de inoff. teſtam.*

¶ Vnde, vt in præſenti tenebroſo, diſputabilique articulo exitus inueniri poſſet, ſtuduerunt Doctor. prudenter hanc rationabilem diſtinctionem afferre, quod aut ſubſtitutio facta ſit cũ temporis diſtinctione vt, *ſi filius meus decedat in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, Titium ſubſtituo*: & tunc ſecundum omnes conformiter, intra tempus pupillaris ætatis, dicitur pupillaris ſubſtitutio, & matrem excludit, poſtea autem dicitur fideicommiſſaria, & hoc modo procedit opinio Bart. *in d. l. Centurio.*

¶ Aut ſit ſubſtitutio abſque temporis diſtinctione, & tunc non immerito diſtinguere videntur interpretes omnes, quod aut ſubſtitutio facta ſit per verbum directum ciuile, puta, *hæres eſto*, vel ſimile, & eo caſu eſt omni tempore fideicommiſſaria *l. verbis ciuilibus ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* aut ſit per verbum directũ & non ciuile, & hoc caſu vendicat ſibi locũ opinio Gloſ. *in d. § quæ ratione.* quod in pupillari ætate ſit pupillaris, poſtmodũ vero fideicommiſſaria vt ſi dictum ſit per verbum, *moriatur*, vel per verbum *ſubſtituo. d. c. ſi pater*, & ibi Ioan. Andreas & Aretinus *in § fin. Inſtit. de pupil. ſubſtit. num. 9. in fin.*

¶ Vel alio modo diſtinguitur in præſenti nubecula, quod aut ſubſtitutio reperitur facta per verbum *capiat bona, ſua authoritate vel propria manu vel tota hæreditas ad eum perueniat* vel *omnia bona perueniant ad ſubſtitutum; vel ſine aliqua diminutione perueniant*: tunc profecto intra pupillarem ætatem eſt pupillaris, & excludit matrem; poſtea autem valet iure fideicommiſſi, & non excludit matrem. Aut ſubſtitutio facta eſt ſimpliciter, & in ea non ponuntur dicta verba & tunc, ſi mater reperiatur in medio, valebit omni tempore iure fideicommiſſi; ſi autem mater non ſit in medio infra pupillarem ætatem valebit vt pupillaris, & deinde vt fideicommiſſaria, prout hanc diſtinctionem poſuit Per. de Vbal. *conſ. 29. num. 10. inter conſi. vltimarum volunt. volum. 1.*

¶ Aut, & alio modo in præſenti diſtinguitur quoque per Deci. *conſil. 572. ſub numer. quarto & conſ. 642. numer. tertio* quod aut appareat coniecturaliter poſſit, quod voluntas teſtatoris fuerit ſubſtitutionem fore directam, & tunc, matre exiſtente in medio, eſt omni tempore fideicommiſſaria.

¶ Quæ autem ſint iſtæ coniecturæ, ex quibus appareat voluntas teſtatoris, quam velit, eſſe ſubſtitutionem in præſenti caſu, nonnullas & omnes quidem vtiles, & neceſſarias, enumerat Ripa *in dict. leg. Centurio, nu. 121. & ſequent.*

¶ Sed Decius *conſilio ducenteſimo vigeſimo octauo* loquitur facile diſcerni non poſſit, quæ ſit communis opinio in præſenti negotio, & proinde iniuſtum non foret eligere viam mediam, cum

nouum

vel ſpiritu Dei reuelante, teſte S. Thom. *in 1. part. q. 89. art. 8. in reſponſione ad primum argumentum, & in 4. ſententiarum diſtin.* 50. Auguſt. *in can. fatendum.* 13. *q.* 2. & Bartholomæo Sybilla *in d. Speculo peregrinar. quæſt. cap. 6. prima decadu, in 3. concluſ. & c. qui diuina.* 13. *q.* 2.

¶ Et hoc idem ſentit etiam idem S. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 4. *in reſponſione ad* 3. *argumentum*, vbi concludit, quod animæ ſeparatæ, quæ hic aguntur, tribus modis cognoſcunt, ſcilicet infuſione, reuelatione, & recordatione. Primo infuſione alicuius ſuperioris ſpiritus, vel Dei, & Angelorum bonorum, Secundo reuelatione, vel paris, vel inferioris ſpiritus, puta animarum, vel dæmonum, ad eas quotidie deſcendentium, Tertio priori recordatione recordando eorum, quæ hic geſſerunt, vt dixit Abraham Diuiti, *Luca* 10. & 16. *Recordare, quia in vita, &c.* & ſequitur Auguſt. *in d. lib. De cura pro mortuis gerenda, inter medium, & finem* S. Thom. *in 1. part. quæſt.* 89. *art.* 8. *in reſponſ. ad primum argumentum & in 4. ſenten. diſt.* 50. & Ricardus de Mediauilla *in* 4. *ſenten. diſt.* 45. *art.* 7. vbi ita docuit, quod animæ exiſtentes in purgatorio, ſi quas eis orationes porrigimus, eas cognoſcant: tamen non ſua virtute naturali, nec in verbo, ſed quia aliquas audiunt ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, aliquas ab Angelis bonis, & aliquas alias, reuelatione diuina: ſicut Ioannes Baptiſta prædixit animabus ſanctis in Lymbo, Chriſtum eſſe deſcenſurum, ſicut exponit Greg. illam quæſtionem, *in Matthæo: Tu es qui venturus es, &c.*

7 Data autem † ſcientia in animabus ſeparatis, de, & ſuper infortuniis ſuorum charorum: non tamen ſequitur, quod eæ de illis doleant, vel afficiantur moleſtia, nam (vt inquit S. Thom. *in 4. ſententiarum, diſt.* 45. *quæſt.* 1. *art.* 1.) mortui ita ſunt pœnis oppreſſi, vt de ſua miſeria magis doleant, quam curent facta viuentium ſcire.

8 Et hinc eſt, † quod Dominus Deus animas exiſtentes in purgatorio, & grauiter afflictas, viſitet, & conſoletur per Angelos ſuos. Pie enim credendum, quod ſancti Dei Angeli frequenter viſitent, & conſolentur animas in purgatorio commorantes, tanquam illas, quæ de proximo ſunt futuræ eorum conciues in cœleſti Hieruſalem: præ cæteris autem viſitant, & conſolantur eas, quibus in præſenti fuere commiſſi, talibus referunt bona, quæ fiunt à ſuperuenientibus pro earum remedio: ſicut complura docent exempla Theologi variis in locis ſacræ Scripturæ, quæ breuitatis ſtudio omittimus. Vnde Auguſt. *ad Fratres in eremo, ſermone* 46. qui intitulatur *de Angelis, & hoſpitalitate.* Sancti, inquit, Angeli ſunt, per quos ad purgatorium deportamur, & dum ibi purgamur, ab eis viſitari ſæpe, & conſolari non dubitamus, promittentes cœleſtem Hieruſalem ingreſſuros.

9 Cæterum, quo ad animas Beatorum, † an notitiam habeant eorum, quæ circa nos hac vita geruntur, videntur eſſe altercatio inter Gregorium, & Auguſtinum. Nam Gregor. 12. *Moralium*, aperte oſtendit, quod animæ ſeparatæ beatorum, cognoſcant ea, quæ hic aguntur, manifeſtando ibi, quia intus claritatem Dei vident, in qua nullo modo cenſeatur aliquid eſſe foras, quod ignorent.

¶ Auguſtinus verò *in d. lib. de cura pro mortuis gerenda*, conſtanter firmat, quod neſciant mortui, etiam Sancti, quid agant viui, & eorum filii: idque probare ſtudet hac ratione, quod à matre ſua defuncta non conſolabatur, ſicut quando viuebat: nec eſt probabile, quod vita fœliciore ſit facta crudelior, probatque hoc idem alia ratione, quod Dominus promiſit Ioſiæ Regi, quod eo viuente nulla videret mala, quæ erant populo ſuperuentura, vt habetur 4. *Regum, cap.* 22. Si autem parentes non interſint, concludit Auguſt. ibi, qui ſunt alii mortuorum, qui nouerunt quid agamus, quidve patiamur? pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me, *Pſal.* 26. Si ergo dereliquerint nos patres noſtri, ait Auguſtinus, quomodo noſtris curis & rebus interſunt?

¶ Sed S. Thom. perſpicaciſſime, & oculis lynceis penetrando præſentem difficultatem, *in 1. part.* ſtudet reducere quam ſimpliciſſime opiniones præmemoratas ad optimam conſonantiam & concordiam videlicet, quod non totaliter diſcrepent inter ſe iſti duo Doctores, quia Auguſtin. loquitur dubitatiue, ſeu ambigue, dicens, vt volet accipiat quiſque quod dicam: Gregor. vero loquitur aſſertiue, prout aperiſſime dicitur in antedicta eius authoritate, *nullo modo credendum eſt.* Nihilominus S. Thom. ibi, *in 1. part. quæſt.* 89. *art.* 8. magis concurrens cum Gregorio, quam cum Auguſtino, declaranſque Beatum Gregorium, ita aſſerit, atque determinat, quod omnia, quæ pertinent ad perfectionem intellectus, & ad perfectionem vniuerſi, Beati videntes eſſentiam Dei cognoſcant: ſunt enim Angelis æquales, de quibus ſcilicet Angelis etiam Auguſtinus aſſeuerat, quod ea, quæ apud viuos aguntur, non ignorent, hæc S. Tho. Ex quibus verbis Caietanus, exponens Beat. Thom. elicit ac deducit, quod concluſio Gregorii ſit etiam Auguſtini implicite: igitur animæ beatæ non ignorant ea, quæ apud nos aguntur, imo ſi ea, quæ circa nos aguntur, non cognoſcerent, nec vtique pro nobis orarent: quia defectus noſtros ignorarent: ſed hic eſt error Vigilantii, atteſtante Hieron. in epiſtola contra eum: ergo Sancti ea, quæ circa nos aguntur, indubitanter cognoſcunt, hæc S. Tho. in 4. *ſententiarum, diſt.* 50. & Bartol. Sybilla *in d. Speculo peregr. quæſt. cap. 6. primo decadis.*

Etſi autem † Sancti poſt mortem cognoſcant, 10 quæ hic aguntur: non tamē æſtimandum eſt, quod afficiantur doloribus, cognitis & aduerſitatibus eorum, quos in ſæculo dilexerunt: ita enim repleti ſunt gaudio beatitudinis, vt in eis locum non inueniat dolor, vt voluit S. Thom. in eodem loco, addens etiam, quod ad gloriam Beatorum pertineat, vt auxilium indigentibus præbeant ad ſalutem: ſic enim cooperatores Dei efficiuntur, quo nihil eſt diuinius, vt exprimit Dionyſius in 3. *cap. eccleſiaſt. hierar.*

Et conſequenter concludendum, † quod in Ver- 11 bo cognoſcant vota, orationes, & deuotiones hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt, ſecundum S. Thom. in 4. *ſententiarum, diſtinct.* 45. *quæſt.* 111. ideo Beatis in Verbo manifeſtatur illud, quod decet eos cognoſcere de eis, quæ circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores motus cordis: potiſſimum autem in excellentiam eorum decet, vt cognoſcant petitiones ad eos directas, vel voce, vel corde, proinde petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtante, cognoſcunt, vt tenuit S. Thom. *in 2. 2. quæſt.* 83. *art.* 4. *ad ſecundum argumentum*, vbi Caietanus exponens literam S. Tho. dicit, ex hac litera facile colligi, quod maxime excellentiam eorum decet, quod cognoſcant petitiones ad eos factas, vt videant illas in Verbo, quoniam beatitudo ipſa ſumma excellentia eſt, & hoc videtur atteſtari Eccleſia in ſuo modo, & more interpellandi Sanctos, dum dicit, *Sancte Petre, ora pro nobis*, niſi itaque præſupponeret omnes ſanctos, ex hoc, quod Deo fruuntur, orationes noſtras cognoſcere, non vtique omnes adiret Eccleſia, vt ora-

compen, ſubſtit. in 6. partic. in tit. an legitimati faciant deficere fideicommiſſum, ante fin. dicti tractatus, vbi congeſtis alios Docto. ampl. lectenies iſtam partem, eamq; ſequitur, & limitat vtiliter in tribus caſibus, prout eidem opinioni innititur etiam, oſtendendo eam eſſe magis communem, & limitat quoque in tribus alijs caſibus Ioan. de Neuiz. *conſil. 99. Omnis ſapientia à Deo eſt, ſub nu. 20. cum alijs ſeq.*

5 Et tunc † vtrique legitimans poſt mortem patris, tenetur, & debet neceſſario citare ſubſtitutos: quia requiritur eorum conſenſus abſq; dubio, vt concedunt Iaſ. *colum. pen.* & alij omnes conformiter, *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum*, Neuiz *in d. conſil. 99. nu. 20. & ſeq. cum alijs aggregatis per eum*, & D. Sfortia Oddus *in loco præcitato, in 8. limit. fol. 209* in quib. locis oſtendunt apertiſſime iſtam eſſe communem opinionem. Non enim valet huiuſmodi legitimatio ad præiudicium ſubſtituti non citati, cui ius in ſpe probabili quæſitum eſt, illo grauato decedente, ſtante morte teſtatoris ſiue eum grauantis: non enim poteſt grauatus ius fideicommiſſi ſubuertere per talem legitimationem, foret enim iſta quædam alienationis ſpecies rerum fideicommiſſo ſubiectarum, cum per legitimationem in alium quam teſtator diſpoſuit, deuoluerentur, contra *auth. res quæ. C. comm. de leg.* prout ita firmarunt conſtanter Anchara. *conſil. 427. circa primum quæſitum, iuris interpretes omnes*, & poſtſ. mum Socin. & Iaſ. *in d. l. Gallus § & quid ſi tantum*, Alexan. *conſil. 67. colum. 3. volum. 1.* Ruin. *conſil. 3. num. 4. volum. 1.* Dec. *conſil 55 colum. 2. & ſequent. & conſil. 425. colum. 3.* & Pariſ. *conſil 9. num. 29. & ſeq. volum. 2.*

6 Quæ communis ita explanata, † procedit indubitanter in legitimatione, emanata poſt mortem teſtatoris: ſecus vero in legitimatione viuente teſtatore, expedita: quia in legitimatione filij, per quam excluditur ſubſtitutus, non requiritur vllo modo citatio, ſi viuo patre ea fiat, ſecundum Gomeſ. *in regul. 271.* Oddum *in loco præallég. in 3. limitat. fol. 209.* & Alexan. de Neuo. *conſil. 33. Vide quæ copioſiſſime deducti ſunt, num. 12.* Quoniam legitimatio per reſcriptum Principis, bonis, honeſtisq; rationibus fieri poteſt, viuente patre, etiam agnatis non citatis, quorum ad bona eius, de quibus pro libitu poterat diſponere, vt explicat. & declarat Bartol. *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. colum. penult.* & Card. Put. *deciſ. 7. in tit. de legitimat.* Idq; ſe vendicat etiam ſibi locum, exiſtentibus quoque filiis legitimis, quorum mentio facta eſt, & non citatis, licet non habeat Comes in facultatibus legitimandi clauſulam, *citatis, vel non citatis*, ita Cardin. Put. *deciſion. 3. eodem tit.*

7 Cæterum hæc communis, † quod citatio illorum, quorum intereſt, neceſſaria ſit in legitimatione, mortuo patre facta, limitatur locum non ſortiri, ſi legitimatio poſt mortem patris fieret à Papa, vel Principe ato. e, vt firmant Bartol. *num. 14* Iaſ. *in 1. lectura num. 140.* & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer, *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum* Ioan. de Imol. *in c. nisi cum pridem, colum. 16. de renun* Bal. *in l. si am ita diuus, colum. 1. ff. de adopt.* Abb. *conſil. 84 num. 6. vol 1.* Ant. de But. *in d. c. per venerabilem, in princ.* Felin. cum alijs cæteratim relatis per eum *in c. cum olim, num 16. de ſent. & re iud. c.* Alexan. de Neuo. *in d. conſil. 33. num. 12.* & Petr. Duennas *in reg. 43. Appellatio iuſta & licita non tollitur à Principe, ſub 5. fallent. verſ. Et facit etiam in fauorem huius limitationis.*

Co. opin.

OPINIO DCCCLIV.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutus an admitti debeat ad hæreditatem, ſi hæres inſtitutus moriatur ante teſtatorem, & num 6. 8. & 9.*

2 *Subſtitutione prima deficiente, etiam ſecunda deficit.*

3 *Subſtitutio euaneſcit, quando ſubſtitutus decedit ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt.*

4 *Subſtitutio ſequenti locus non eſt, cum conditio prius appoſita verificata non fuit. Eiusq; ratio, nu. 5.*

7 *Hæredis mentio, intelligitur de hærede, qui adiuit hæreditatem.*

10 *Tullius Burenius laudatur.*

SVBSTITVTVS ſuccedere debet, † cum inſtitutus hæres moritur ante teſtatorem, & præſertim ſi orietur contentio inter ſubſtitutum, & venientes ab inteſtato ſuper ſucceſſione, mortuo teſtatore, non mutato teſtamento, ſubſtitutus ipſe admitti tunc deberet ad hæreditatem, prout ita conſuluit Alciat. *conſil. 17. Tria principaliter dubia reſoluenda, num. 1. cum alijs ſequent. tomo 3. lib. 9.* & Socin. Iun. *conſil. 27. Miratus ſum, num. 1. cum cæteris ſequent. volum 3.* 1

Quæ concluſio iuſtificari primo poteſt hac viuaci ratione, quod ſubſtitutio inuenta abſque dubio ſit, ne caducæ fiant hæreditates, & legata, & fideicommiſſa, *l. 1. C. de cadu. toll. in princ.* Secundo facit, *l. quandiu, la 1. ff. de acquir. hæred.* vbi inquit text. Quandiu prior hæres inſtitutus hæreditatem adire poteſt, ſubſtitutus non poteſt, ergo cum hæres morte præuentus adire hæreditatem nequit, tunc ſubſtitutus indubitanter admitti debet, ita Cagnol. *in l. quandiu, num. 2. ff. de reg. iur.* Tertio fulcitur etiam eadem concluſio per text. *in l. quandiu, la 2. ff. de acquir. hæred.* vbi text. determinat, quod quandiu poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, ab inteſtato ea vlterius non defertur, & ita probatur etiam per *l. ex teſtamento*, vbi Dec. *C. vnde liberi*, & idem Dec. *in l. hæres inſtituta, in 3. notab. C. de impub. & ibi Apoſtil.* Quarto comprobatur hoc ſimiliter *per l. quandiu, la 5. ff. de acquir. hæred.* vbi Vlpianus hæc verba recenſuit: Quandiu inſtitutus admitti poteſt, ſubſtitutioni locus non eſt, nec ante ſuccedere poteſt quam excluſo hærede inſtituto: igitur excluſo inſtituto per mortem, ſubſtitutus debet admitti, excluſis venientibus ab inteſtato. Quinto ad idem facit quoque *d. l. quandiu. ff. de reg. iur.* cuius formalia verba hæc ſunt: Quandiu teſtamentum valere poteſt, tandiu legitimus hæres admittitur: & id etiam videtur ſentire Bald. *conſil. 162. volum. 2.* & Iaſ. *in l. hær. autem, num. 53. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* Sexto ad hoc roborandum videtur ſtringere text. *in l. vnica. §. penult. C. de caduc. tollen.* vbi Imperator diſponit, quod cum adita non eſt hæreditas, defertur ea primo, ſubſtitutis deficientibus, ad venientes ab inteſtato.

¶ In contrariam vero partem inclinandum fore arbitror, tanquam veriorem, videlicet, quod venientes ab inteſtato admittantur ad ſucceſſionem in præſenti caſu. Et primo vtiq; ad † hoc ſuadendum moueor, ex doctrina Ioan. And. communiter probata, *in addit. Specul. in tit. de teſta. in §. incipiente, In primis* quod vbicunque ſubſtitutio prima eſt inutilis, etiam ſecunda deficiat. Secundo adducor † ad hoc idem concludendum, per doctrinam Petr. de Vbal. *in conſil 29. poſita inter conſilia vltimar. volunt. vol 1.* vbi conſtanter firmat ſubſtitutionem euaneſcere, quando ſubſtitutus decedit ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt. Necnon huic noſtræ † opinioni præſtare vide- 2 Cō. opin. 3 4

tur maximam opem, Gloſſ. in l. *qui habebat. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* concludens ibi, non eſſe locum ſequenti ſubſtituto, cum conditio prius appoſita non fuit verificata, cui innititur, non vulgari anchora, Ang. ibi, & Rolan. à Valle, *conſil. 58. in præſenti conſultatione ſatis ardua, num. 56. volum. 3.* Similiterque hoc
5 idem † confirmatur per doctrinam Ang. *in loco prædicato*, illuſtratam per Rolan. *in d. conſil. 58. ſub num. 56. & ſequent.* aſſerentis, quod quando tollitur medium, ob quod ad finem peruenitur, deſtruatur etiam finis.

6 Et in propriis terminis, † quod ſubſtitutus penitus excludatur, morte inſtituti ſubſecuta viuo teſtatore, conſuluit Alexan. *conſil. 1. volum. 1.* in quo eam ponit rationem: quia deficit conditio, cum per ſubſtitutum non fuit hæreditas adita, & id etiam ſentit Decius in *d. l. hæres inſtitutus, num. 10. & ſequent.* Vbi
7 concludit, † quod quando fit mentio de hærede, intelligi debeat de hærede, qui adiuit hæreditatem, & Alexan. etiam *in d. conſil. 1.*

¶ Et reſponſio hæc ſufficit omnibus obſtaculis in contrarium ſupra adductis, & Natta aliam allegat ad hoc propoſitum, *in addit. ad Alexan. in d. conſil. 1.* & Dec. *conſil. 244. In caſu*, qui iuta præmemorata probantia contrarium adducit.

8 Eſt bene verum, † quod Bartol. *in l. 1. num. 38. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* ita, religioſe, more ſuo, diſtinguere videatur in præſenti caſu, quod aut moritur teſtator ſtatim poſt mortuum hæredem inſtitutum, ita vt teſtamentum ſuum vllo modo mutare nequiuerit: & tunc ſubſtitutum admitti debere conſtanter affirmat: ſi vero ex interuallo, & tunc ſubſtitutum non admitti vllo modo, aſſerit, per *l. quod ſi filius. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Et rationem viuaciſſimam diuerſitatis ibi inter primum, & ſecundum caſum affert, cum in primo caſu lex faueat teſtatori, qui cito moritur, & mutare aliter non potuit teſtamentum ſuum: in ſecundo vero caſu minime, cum habuerit tempus mutandi teſtamentum, & non mutauit. Et alteram rationem aſſignat ſimiliter efficaciſſimam, quod non poſſit allegari, teſtatorem hoc non cogitaſſe, cum primum inſtitutum viderit, &
Com. opin. opinionem Bart. tanquam ſacroſanctam, & communem, quamplurimi iuris interpretes ſecuti ſunt cateruatim relati per Apoſtill. *ibi.* Et cum eſſet mihi commiſſa cauſa, per Dominum Baronem, oppidi Fonticulorum, tanquam iudici ſecundarum cauſarum, tunc vertens inter Camillam Petri Ciccarelli, vxorem Ioannis Dominici Caſcioli de Bomminaco, ex vna parte, & Ioannem Paulum, & fratrem Ciccarelli de Fonticulis, reos conuentos, ex altera, ſuper ſucceſſione prædicti Ciccarelli, qui condito teſtamento, & mortuo hærede, ipſo viuente, per menſes nouem, ante eius mortem, qui poterat mutare teſtamentum, & non mutauit, iudicaui *die 2. menſis Septembris* 1579. mediante ſententia diffinitiua, Camillam, tanquam venientem ab inteſtato, debere pro quarta parte, ei tangente, admitti ad ſucceſſionem, non obſtante ſubſtitutione facta in teſtamento, reſoluta per mortem hæredis ſubſecutam, viuente teſtatore.

9 Et hæc † ſententia poteſt etiam facile ſuſtineri iſta quoque irrefragabili ratione. Nam ſubſtitutio exſpirat morte inſtituti, viuo teſtatore: & ſic ſubſtitutio euaneſcit mortuo ante teſtatorem inſtituto, textus eſt expreſſus *in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupill.* vbi textus ita determinat, quod ſi pater filio ſubſtitueret, & filius viuo patre moreretur apud hoſtes: tunc ſubſtituti vi ſubſtitutionis non ſuccederent aliquo modo, vtpote mortuo ante patrem filio, cui ſubſtituti fuerant.

Et ita in præſenti † caſu alias *anno prædicto* 1579. vidi ad fauorem ipſius Camillæ ſubtiliſſime conſultum, per D. Tullium Duronium, compatriotam meum, præclaræ ſcientiæ aduocatum, quem multis iam annis in Gymnaſio Peruſino, in variis circulis, dum ſimul militabamus ſub eiſdem præceptoribus, cognoui in fractione panis: prout etiam nonnullis aliis annis, proprias lares parando, in Ciuitate Theatina, ad eius domum his ce oculis vidi ſimiliter fere omnes de prouincia, tanquam ad oraculum Apollinis, ob eius ſcientiam, & integritatem, conſultare. 10

OPINIO DCCCLV.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta alicui, ſi decedat ſine filiis, euaneſcit, illo moriente cum filiis, licet poſtea filii illi decedant, ſine liberis, niſi expreſſe in eum quoque caſum ſubſtitutio concepta ſit, num. 2. vel filii in conditione poſiti, vocati quoque ſunt, nu. 3.*

4 *Vel niſi extantibus maſculis fœminæ remouerentur.*

5 *Filii in conditione poſiti, vocati & grauati cenſentur. ſi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum, & mandauit bona deuenire debere ad propinquiores, Item, ſi conſtet de voluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas, nu. 6.*

SVBSTITVTIO facta, † ſi ſine filiis grauatus moriatur, liberis ſuſceptis, indubitanter penitus extinguitur, atque reſoluitur, etiamſi abſque filiis, & prole filii iſti poſtea moriantur: ita omnes iuris interpretes firmant vnanimiter, & concorditer per illum textum, *in l. filiusfamilias. § cum quis. ff de leg. 1. in l. hæredibus. & in l. ex facto. § penult. ff. ad Trebell. in l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cum vxore C. quando dies leg. ced.* & ita conſuluit Oldr. *conſil. 21. thema tale eſt, num. 21.* cum aliis ſignatis ibi per Raynal. Corſum, *in addit. in litera A.* Bald. *conſil. 304. nobilis vir, in fin. volum. 5.* Fulgoſ. *conſil. 46. Andreas, colum. 2.* Abb. *conſil. 40. venio ad primum, in 1. dub. volum. 1.* Alex. *conſil. 31. ponderatis his. in princ. volum. 3* Dec. *conſil. 218. In caſu, in 2. dub.* Paul. Caſtren. *conſil. 130. ne improprüs vtamur terminis, colum. penult.* Curt. Senior *conſil. 45. num. 19 circa fin.* Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de teſtam. § in primis, in vltima quæſt.* Soc. Iun. *conſil. 4. colum. 1. & ſeq. volum. 3.* & Grauet. *conſil. 878. ſub num. 1. cum aliis ſeq. volum. 5.* & iſta eſt concors, communiſque omnium opinio, vt ſatis apparet ex allegatis authoribus, cui innititur etiam realiſſimis fundamentis, Celſus Hugo, *conſil. 68. Teſtatrix, ſub num. 4.* vbi non obſcure meminit de ipſa communi. Socin. Iun. quoque *conſil. 29. licet in præſenti caſu, num. 20. vol. 4.* & Menoch. *conſil. 85. Propoſita hac conſultatis, num. 46. cum aliis ſequent. volum. 1.* vbi quamplurima ſatis vtilia fundit pro explanatione prædictæ communis. Com. opin.

Cæterum hæc † communis claudicat primo, & non vendicat ſibi locum, ſi hæredi, aut honorato, vel imperſonali fideicommiſſum iniungatur: verbi gratia, cum filio inſtituto, Titium ſubſtituit, ſi filius, vel eius liberi abſque filiis decederent: tunc enim ex conditione duplici, & ex alternatiua cenſetur proculdubio hæres grauatus, ſecundum Bartol. *in l. Centurio, num. 37. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & in l. ſi ſic. ff de leg. 3. & in l. codicillis. in princ. ff. de vſufr. leg.* & ita conſuluit Raph. Raymundus, Comenſis, *conſil. 25. Franciſcus, colum. 2. & conſil. 118. teſtator inſtituit, colum. 2.* Paulus Caſtrenſis, *conſil. 131.* 2

dubium

dubium facit, colum. 1. vol. 2. Alexan. conſil. 185. nu. 23. volum. 2. & conſil. 22. num. 8. vol. 3. quod repetitum eſt co-ſil. 13. vol. 4. Corn. conſil. 20. colum. 4. vol. 4. Pariſ. conſ. 7. num. 32. cum aliis ſeq. volum. 3. & Marzar. conſil. 1. quaſt. 20. fol. 13 à tergo.

3 Limitaturq; † ſimiliter ſecūdo loco eadem communis non ſortiri locum modo aliquo, cum liberi in conditione poſiti ſunt, vocati etiam leguntur: tunc enim ad eos fideicommiſſum indubie attrahitur, ac deuoluitur, ſi abſque liberis poſtea decedatur, vt voluit Guid. Pap. deciſ. 531. Miles, & ita conſuluit Dec. conſil. 95. in fin. & conſil. 270. circa fin. & Pariſ. conſil. 66. nu. 58. vol. 3. Et quanquam in contrariam partem inclinare videatur Grauet. conſ. 48. num. 14. volum. 1. allegando ibi Decium ſibi ipſi aduerſantem, & inconſtantem: nihilominus tamen hæc opinio verior appatet, vt idem Grauet. ſe corrigens oſtendit in d. conſ. 878. ſub nu. 9. volum. 5. Quam potiſſimum ſcribit locum obtinere, cum poſt ipſos vocatos, atque alios in conditione poſitos, ſubſtitutio fieret: hoc enim caſu grauati cenſerentur, qui vocati ſunt, ita Corn. conſ. 97. poſt medium, volum. 1. vt fuſius ibidem, & non quaſſato calamo, explicat idem Grauet. & Marzar. in locis præcitatis.

4 Tertio antedicta † communis coarctatur quoq; vt non propaget, extendatque radices ſuas, quando extantibus maſculis fœminæ remouentur: ibi enim & ad filios in conditione poſitos ſubſtitutio traheretur, ſi ſine liberis poſtea decederent, ne alias fœminis fieret locus, vt ita conſulendo conſtantiſſime aſſeuerat Ruinus conſil. 143. nu. 7. volum. 3. Pariſ. conſil. 12. vol. 3. Alciat. conſ. 2. Verba breuis Apoſtolici, ſub numer. 35. tomo 3 lib. 9. & Marzar. in d. conſ. 1. quaſt. 20. in 5. coarctatura, fol. 14. & à ſucceſſione in præſenti caſu plane prohibitas fœminas ex hoc apparet, quod maſculi, & agnati ſoli inuitentur, & in conditione ponantur, & in ſpecie cum nominatim fœminarum facta prohibitio non eſt, ſed vel in ſolidum, vel in partem, vt fœminæ admitti poſſent, teſte Dec. conſil. 477.

5 Quarto reſtringenda † etiam merito eſt prædicta communis, vt non procedat, cum ad plures gradus ſubſtitutionum teſtator progreſſus eſt, & ſimul mandauit, bona deuenire debere ad propinquiores: quod fieri non aliter poſſet, niſi grauati, & vocati dicantur, qui poſiti ſunt in conditione, vt conſuluit Anchar. conſil. 74. Socin. conſil. 250. num. 4. volum. 2. Barbat. in l. cum acutiſſimi. num. 191. & ſequent. C. de fideicom. & ibi Modern. omnes. Curt. Senior conſ. 51. num. 23. & Iaſ. conſil. 40. in fin. volum. 3. & conſil. 108. vbi colligit voluntatem teſtatoris ad fideicommiſſum reciprocum, ex graduum pluritate, & huic opinioni Ancharani aſſentitur etiam conſulendo Pariſ. conſil. 31. num. 24. & conſil. 37. nu. 37. conſil. 41. nu. 69. conſil. 77. num. 21. & 27. & conſil. ſequent. num. 5. & 23. & conſil. 91. num. 43. volum. 2. Curt. iun. conſil. 14. & conſil. 16. num. 7. Chaſſan. conſil 14. colum. 2. Gozadin. conſil. 64. num. 10. Purpur. & Curt. in l. 1. nu. 14. C. de pact. & Soc. iun. conſil. 141. num. 19. & conſil. 168. num. 75. volum. 2. & conſil. 1. num. 20. volum. 3. vbi audacter aſſerit, in hoc amplius non poſſe diſputari, nec ſe putare diſputandum, & ſic ex allegatis enodate conſtat, iſtam eſſe communem opinionem. Et licet non deſint alii quamplures Doctores, qui ab hac Ancharani ſententia diſſentiant, & præſertim Socin. in l. cum auus. colum. penult. verſ. Alias autem allegabatur. ff. de condit. & demon. & conſ. 62. colum. penult. conſ. 69. colum. 7. conſil. 104. colum. 5. & conſ. 116. colum. penult. vol. 3. Curt. Sen. conſil. 63. Antiquiſſima, num. 4. Ruin. conſil. 128. colum. penult. conſil. 136. col. pen. & conſil. 141. in fin. vol. 3. & Ripa in l. Centurio, num. 165. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. & tamen ea dilucide apparet magis communis, voluntatique teſtatoris magis propinqua, & conſentanea, atteſtante copioſe Grauet. in d. conſ. 878. ſub nu. 10. volum. 5. vbi fatetur huic opinioni ſubſcribere non raro ſolere.

Com. opin.

Quinto limitatur etiam † memorata communis, vt ea nullatenus locum obtineat, quotieſcunque euidenter, manifeſteque conſtat de voluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas, quod prouiſum voluerit per ſuam diſpoſitionem, omnibus deſcendentibus, quæ limitatio omnibus iuris interpretibus indubitata apparet, prout eam ponit, atque diſcutit Reynald Corſus in add. Old. in d. conſil. 21. ſub litera A. Marzar. in d. conſil. 1. quaſt. 20. in 1. coarctatura, fol. 14. Soc. Iun. conſil. 175. volum. 2. Pott. Imolen. conſil. 8. num. 25. & conſil. 40. num. 8. cum aliis ſequent. & Grauett. conſil. 62. num. 6. volum. 1. & d. conſil. 878 cum anteſignatis, ac nonnullis aliis declarationibus, ad prælibatam concluſionem, vtiliter ad praxim, ac apprime pertinentibus, & vberius hoc explicant, atque declarant quoque Moder. in d. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. 6

OPINIO DCCCLVI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio vulgaris per aditionem non euaneſcit, ſi præſertim illa aditio per querelam reſciſſa ſit.*

2 *Item cum hereditas ab inſtituto aufertur, vel effectum ſuum aditio non habet, ex alia cauſa.*

3 *Subſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, tam ex capite voluntatis, quam impotentia, cuius variæ ſpecies enumerantur.*

4 *Subſtitutionis vulgaris effectus varii remiſſiue.*

5 *Subſtitutio vulgaris quibus verbis fiat. Et quot capita contineat, nu. 6.*

SVBSTITVTIO vulgaris † aditione non euaneſcit, ſi potiſſimum aditio illa per querelam reſciſſa ſit: quia tunc ſubſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, text. eſt in l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. & l. ex contractu, & ibi Bartol. ff. de re iudic. & idem Bartol. in l. 1. num. 49 & in l. 1. §. 1. num. 2. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. & Iaſ. in l. poſt aditam, in 1. fallent. C. de impub. & iſta eſt concors, communiſq; omnium iuris interpretum ſententia, quam ſtylo ferreo confirmat conſulendo Grauet. conſ. 898. nu. 25. vol. 5. 1

Com. opin.

Quæ communis adeo † vera eſt, vt amplificari etiam facile poſſit, & idem ſit, cum ab inſtituto hæreditas aufertur, vel effectum ſuum alias aditio non habet, aut ex alia cauſa, hæreditas aufertur: quoniam hoc etiam caſu, ius vulgaris ſubſtitutionis manet proculdubio incolume, text. eſt in authen. hoc amplius, ibiq; Gloſſ. & communiter Doctor. omnes, & præſertim Bald. num. 18. C. de fideicomm. Iaſ. in d. l. poſt aditam. in 1. fallen. & in terminis ita conſuluit Anchar. conſil 275. vbi locum vulgari ſubſtitutioni eſſe arbitratus, ſi re ipſa inſtitutus, hæreditatem recipere nequiret, & in eum caſum nominatus ſubſtitutus foret. & Ancharan. refert, ſequiturque Grauet. in practicat. conſil. 898. ſub num. 25. vol. 5. 2

Subſtitutio autem † vulgaris varie ſortitur effectum ſuum, nec euaneſcit tam ex capite voluntatis, quam impotentiæ, l. 4. C. de hæred. inſtit. & l. vnica. §. cum autem in ſuperiore. C. de cad. tol. Et caput voluntatis dupliciter verificatur, in expreſſa, quæ per repudiationem inducitur, §. ſi quis itaque, Inſtit. de bonor. 3

 poſſeſſ.

conſ. 150. Dominicus Florius, ſub nu. 2. & ſeq. vol. 1. Siue etiam cum ad certam ætatem, puta 25. annorum, te-ſtricta eſt ſubſtitutio, vt *in d. l. Centurio.* & iſta eſt vera, ſtabilis, marmoreaque concluſio, per iura allegata, cui conſtanter aſſentiuntur iuris interpretes omnes communiter teſte Bal. *in 8. oppoſ.* Corn. *colum. 1. & ſeq.* Curt. *num. 66.* & Cagnol. *num. 136. in d. l. precibus*, & Couar. *in c. Raynutium. §. 11. ſub num. 2. in fin. ver. 11.*

3 Vbi † annotat, & pleniſſima manu diſcurrit decem alios modos etiam, quibus fieri commodiſſimè atque tutiſſime poſſit compendioſa ſubſtitutio; & ante eum adnotauit quoque quibus videbet verbis prætendatur facta ſubſtitutio ipſa compendioſa, Socin. *conſ. 77. colum. 1. & conſ. 144. vol. 1.*

4 Et hinc deſcribendo † definitionē ſubſtitutionis compendioſæ, pro explanatione præſentis materiæ concludo eam eſſe ſubſtitutionem compendioſam quæ ſub compendio verborum, habentium tractū in futurum, continet plures conſtitutiones, & plura tempora, ipſas ſubſtitutiones variantia, ita Bartol. *colum. 3.* & omnes alii iuris interpretes vnanimiter & concorditer *in d. l. Centurio*, & præſertim ibi Ripa *num. 60.* & Galiaul. *colum. 39.* & Antiqui Moderniique Doct. *in d. l. precibus*, Politus *in tract. de ſubſtitut. tit. de compendioſa.* & Ioann. de Neuiz. *conſ. 54. Pone Domine cuſtodiam ori meo, num. 2.*

OPINIO DCCCLIX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio in dubio iudicatur directa.*

2 *Subſtitutio directa quid ſit, & quis eius effectus.*

3 *Subſtitutio obliqua, ſeu precaria quid, & quis eius effectus.*

4 *Subſtitutio compendioſa dubia cenſetur cum verbis communibus facta eſt: Directa autem cum verbis directis facta eſt nu. 5.*

1 SVBSTITVTIO † dubia præſumitur directa. *c. ſi pater, de teſta. lib. 6* & Gloſ. vniuerſaliter, & communiter ab omnibus recepta *in l. verbis ciuilibus, in ver. Voluntatem ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* cui accedunt aliūque ſingularem, & non eſſe alibi Bald Ang. Paulus Caſtrenſ. Imol. Alexander *colum. fin.* & Bologn. *ibi.* Aretin. *conſil. 155. Periculoſum, volum. 5.* Alexander *in Attenta verba. colum. 4. volum. 3. & conſil. 52. In caſu præſenti num. 9. volum 7.* Bald. *conſ. 235.* Decreto *in fin. vol. 1.* Socin. *in leg. Gallus. § quidam recte, colum. pen. ff. de lib. & poſthum. & conſil. 113 ſupra ſcriptis, colum 4.* Ang. *in § fin. colum pen. Inſtit. de pupil. ſubſtit.* Corn. *in l. precibus col. 16. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus & conſil. 61. poſt redditum, circa fin. volum. 2. & conſil. 142. videtur colum. fin. volu. 4.* Galiaul. *in l. centurio, num. 371. & 434 ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Dec. *in leg. in teſtamento. in 4. notab. C. de teſtam. milit. & conſ. 371. num 4. & conſ. 562. in caſu, ante fin* Angel. *conſ. 125. hoc eſt teſtamentum*, aſſerens ibi hoc ideo contingere, quia ſubſtitutio directa dignior eſt & denique Cuman. *conſil. 2. colum. 3.* innuit expreſſe hoc quoque accidere ea potiſſimum ratione, quoniam directa hæc ſubſtitutio non imponit onus illi, cui fit, quemadmodum facit obliqua.

2 Et † ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, neceſſario diſcurrendum eſt, quid ſit ſubſtitutio directa, & quis eius effectus. Proinde animaduertendum reor, quod directa hæc ſubſtitutio ea ſit, qua quis capit hæreditatem defuncti ex diſpoſitione teſtatoris, nullo alio mediante, vel cooperante; vt cum aſſerit teſtator: *Gregorium mihi hæredem inſtituo ſed ſi ipſe hæres non erit Sempronius hæres eſto*, Sempronius ipſe hic ſubſtitutus eſt directè, & hoc ſi per verba mere directa, & ciuilia, vt per verbum; *hæres eſto* vel *hæres ſit*, vel per verbum; *inſtituo hæredem* ſubſtitutus ſit. Aliquando etiam fit per verba communia & interdum quoque per verba geminata, videlicet *Titium filium meum impuberem mihi inſtituo hæredem*, & *ſi in pupillari ætate deceſſerit, Mæuium ſubſtituo.* tunc ſubſtitutio hæc directa eſt, ſi Titius morietur in pupillari ætate: propter verba geminata: ſed ſi poſt pubertatem, erit indubitāter fideicommiſſaria, ſecundum communem ſcholam omnium in iure ſcribētium variis in locis iuris noſtri. Cæterum ſi teſtator diceret, *hæres ſit*: tunc vtique hoc habet quintuplicem differentiam, quarum prima dicitur, ſubſtitutio vulgaris & hæc duplex: vna expreſſa, quæ fit per huiuſcemodi negotiationem, videlicet, *inſtituo mihi hæredem Priamum, & ſi ipſe noluerit, vel non potuerit hæres eſſe, Theodorus ſit hæres*, vel *Theodorum ſubſtituo.* Alia vere tacita, quando ſcilicet negatio non exprimitur ſed potius includitur, vt cum dicitur; *Caſtorem, & Pollucem mihi hæredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo:* tacite eo caſu ſubintelligitur, quod ſi alter eorum hæres non fuerit, ſcilicet, quia noluit vel non potuit quando deceſſit ante aditam hæreditatem, alter ſit hæres in ſolidum, *l. cum in teſtam. § hæc verba. ff. de hæred. inſtit.* Bar. *in l. 1. in princ. colum. 3. verſ. Vlterius quæro quibus verbis fiat. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & Bal. *in l. fin. col. 4 ver. Nunc aliqua dicam de natura verborum. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Et † ſic ſubſtitutio directa eſt illa, per quam ſubſtitutus capit hæreditatem ſine facto alterius, ex teſtatoris diſpoſitione ita vt non oporteat recurrere ad primum hæredem, verum adeundo hæreditatem efficitur dominus, *vt in l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſeſ.* Indirecta vero obliqua, ſeu precaria ſubſtitutio illa eſt per quam hæreditas capitur per manum primi hæredis, ex eo, quia non ſuccedirur immediate teſtatori: ideo primus hæres accipit quartam Trebellianicam propter onera, quæ ſubiit primus hæres ne fruſtra ſit hæres, vt *in l. pen. C. ad Trebell.* Gloſ. Abbas & alii omnes vniuerſaliter *in c. Raynutius, de teſtam.* & præſertim Couar. *ubi in 4. § num. 2.* 3

Et huius diſtinctionis omnia commoda, & vtilitatem tradit Lancell. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio col. 111.* & Guliel. Benedic. *in d. c. Raynutius, in ver. abſque liberis, in tit. de compendioſa, num. 12.*

Sed † hæc communis ita explanata non procedit de plano cum ſubſtitutio compendioſa facta eſt verbis communibus: tunc enim ea indubitanter diceretur ambigua, ita Ripa *in dict. l. Centurio ſub num. 15.* & Cephal. *conſ. 429. Magnif. num. 139. cum aliis ſequent. volum. 3.* 4

Vbi † eandem met communē limitat accuratiſſimè vt tantum procedat cum ſubſtitutio compendioſa facta, conceptaque eſt verbis directis. 5

OPINIO DCCCLX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio poſt mortem plurium facta vltimo morienti facta videtur.*

2 *Subſtitutio facta vltimo morienti an inducat reciprocam inter inſtitutos ſubſtitutionem. maxime adiectis his verbis & ſi omnes deceſſerint numer. 3. 4. 5. & 6.*

SVBSTITVT † facta poſt mortē pluriū cenſetur facta vltim. moriēti, in portione ſua tantū. ita Bart. & alii omnes conformiter *in l. vel ſingulis. ff. de vulg.* 2

& ſup. ll. ſubſtit. & in leg. Lucius §. Cato. ff. ad Trebell. Bal. *in l. 1 colu. 2. ver. ex his apparet ratio trium legum C. de cond. in ſer.* Soc. *in l. hæredes mei. § cum ita, colum. 2. in 4. caſu. ff. ad Trebell.* & Berous cum aliis ſignatis per eum, *conſ. 79 num. 15. & 19. volum. 2.* vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem, & Iacob Philip. Por. ſeu potius Ant. Gabriel. pleniori manu, *in concluſ. 34. lib. 4.* & D. Sfortia Oddus etiam, *in tract. compendioſo ſubſtitutionum in 5. parte. quæſt. 1. artic. 6 fol. 69. cum aliis ſequent.* Et facit text. *in leg. penult. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. quamuis, eod. tit.*

2 Sed † cum ſubſtitutio eſt ſimpliciter facta vltimo morienti, non tamen enodatè, & expreſſè in toto tunc vtique filii, vel hæredes non cenſentur inuicem ſubſtituti, ſecundum Bar. Bald. Ang. Imol. & alios omnes communiter *in d. reg. vel ſingulis* Ant. Gabriel cum magna cohorte in iure ſcribentium, relata per eum *in d. concluſ. 34. lib. 4.* & Sfor. Odd. *in loco præmemorato.*

3 Imò † filii non videntur ad inuicem modo aliquo his verbis ſubſtituti, videlicet ſi teſtator dixerit *& ſi omnes deceſſerint* ita Angel. & Ioan. de Imol. *in l. ſi pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. 1.* & iſta eſt communis opinio atteſtante Croto *conſ. 62. num. 1. & 5.* Ant. Gabr. *in d. concluſ. 34.* & Sfortia Oddo *in d. 5. partic. q. 1.* licet & male Paulus Caſt. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. poteſt ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* contrarium affirmet.

4 Cæterum † hæc omnia illuminantur aliquibus facibus per Paul. de Caſt. *in leg. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi vtiliter concludit; quod ſi ſint inſtituti hæredes hoc modo: *ſi omnes deceſſerint ſine filiis, talem ſubſtituo*: intelligantur tunc proculdubio inuicem ſubſtituti vt ſic ſubſtitutus, non ſuccedat, aliquo ex his ſuperſtite: ſed ſi ſubſtitutus ſit coniunctus admittetur profectò ſimul cum hærede, ad partem primi decedentis: quod eſt maximopere notandum.

5 Nam † vbicunque ſumus inter teſtatoris filios, eo caſu, ſubſtitutio cenſetur facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, teſte Soc. *in l. hæredes mei. § cum ita ſub num. 8. ff. ad Trebell. & conſ. 249. Mauritiu. colum. 6. volum. 2.* vbi plenum facit iſtam eſſe communem opinionem; cui aſſentitur cum aliis aggregatis per eum

6 Paril. *conſ. 43. nu. 35. & ſequent vol. 2.*

Prædicta † autem communis de plano locum ſortitur tribus concurrentibus, videlicet quod ſubſtitutio facta ſit in toto & poſt mortem pluriom, & quod conditio verificata etiam ſit in perſona primi mortui, non autem vltimi; quoniam tunc grauati filii, inuicem cenſentur ſubſtituti, ita Corn. *in d. l. pen. colum. pen. & ſequent. C. de im pub. & aliis ſubſtitut.* & Paril. *in d. conſ. 43. nu. 34.*

OPINIO DCCCLXI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutus, vulgariter an adueniente caſu ſubſtitutionis poſſit petere ſe immitti in poſſeſſionem hæreditatis & quid ad obtinendam poſſeſſionem probare debeat num. 2. & 3.*

4 *Subſtitutum hæredi, ſi deceſſerit ſine liberis, non teneri probare, quod hæres deceſſerit ſine liberis, ſed hoc probetur eo ipſo, quod non probatur contrarium.*

5 *Subſtitutum eſſe poteſt capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione additum ſit verbum, libere.*

6 *Fideicommiſſarius an poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem.*

7 *Quis dicatur legitimus contradictor contra petentem immiſſionem ex l. fin. C. de edic. diui Adr. toll.*

8 *Filia an ſit legitima contradictrix.*

1 SVBSTITVTVS † vulgaris habet abſque dubio remedium *l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* ſecundum Bar. & alios communiter omnes ibi, *in 4 quæſt.* & ſic eueniente caſu ſubſtitutionis poteſt ſubſtitutus adire hæreditatem teſtatoris, ac ſimul petere ſe mitti pontque in poſſeſſionem bonorum illius, ex beneficio *d. l. fin.* quod ei indubitanter competit, ex communi omnium Doctorum aſſertione iam relata per Bellon. *conſ. 19. ſub num. 14. & ſeq.*

Sed ſubſtitutus † volens determinanſq; contra inſtitutum mitti in poſſeſſionem ex remedio *d. l. fin. C. de edict. Diui Adri. toll.* non debet ſolũ oſtendere teſtamentum non abolitum, nec vitiatum: verum neceſſario debet etiam plene probare, inſtitutum penitus eſſe excluſum, puta repudiatione vel aliqua impotentia ſecundum explanationem, declarationemque veriſſimam Bar. *in d. l. fin. in §. 1. colum. 4.* quæ communis eſſe iudicatur ex ſcriptis per doctores ibi, & ita conſuluit Bero. *conſ. 57. concludo in caſu mihi propoſito. num. 11. volum. 2.* 2

3 Cæterum † hæc communis declaratur vtiliter ad praxim, quod hæc probatio per ſubſtitutum, venientem aduerſatiuè contra inſtitutum, debeat illico, & in continenti fieri, alioquin non audietur vllo modo, tex. e it. *in l. 1. C. de edict. Diui Adrian. toll.* & ita conſulendo explanat, explicatque Bero. *in præcitato conſ. 57. num. 20. 21. in fin.*

Eſt † bene verum, quod ſubſtitutus hęredi ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis nõ debeat, nec tenetur vllo modo ꝓbare ꝙ hęres deceſſerit abſq; liberis: verũ ſufficit id allegare, niſi contrariũ ꝓbetur p aduerſariũ id eſt. ex ſtetia liberorum, ita Bar. Ang. Iacob. de Aren. Alb. Raph. Com. Imol. Ripa, *colum. penul.* & alii omnes, per tex. *ibi, in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebell* Paul. Caſt. *conſ. 387 n. 4 vol. 1.* & Alex. *conſ. 39. Viſo th mate de quo ſupra volu. 1.* vbi ab hac opinione, tanquam ſacroſancta, admonet non [illegible] recedendum in iudicando, & conſulendo, cui innititur etiam Dec. *conſ. 578. Viſo conſilio clariſſimi Doctoris Domini Ioannis de Mota imprinc.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & Franciſcus Herculanus etiam cum aliis aggregatis per eum *in tractatu quis teneatur probare negatiuam, nu. 98. in 3. limit.* & eam magis veram, magiſque communem atteſtatur quoque Alciat *in tract. de præſumpt. in reg. 1. præſumpt. 49.* 4

Iſto † ſubſtitutus ipſe poſſet indubitanter capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione appoſitum foret verbum *libere*, ſecundum Bar. *in d. ſi precib. col. pen. verſ. 4 l. quid ſi dixit. C. de impub. & aliis ſubſtit.* 5

Quoniam † regulariter fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem, ita Car. † Pur. *deci. 3. in tit. de teſta.* cum illam capiat de manu hæred. *a l. inter omnes*, & ibi Paul. Caſtrenſ. & alii omnes *ff. qui ſatiſd. cogant. & l. quod per manum ff. de iure codicil.* alias fideicommiſſarius accipiens fideicommiſſum propria authoritate, caderet à iure ſuo, ſicut legatarius, *l. 1. & ibi Doct. C. quo l. & in leg. non dubium. C. de leg.* 6

§ Verum bonorum † poſſeſſionem poſſet capere propria authoritate, de licentia teſtatoris, ſi et teſtator in teſtamento hoc permiſiſſet, atque conceſſiſſet, *l. Titio um teſtamento §. 1 ff. de lega. 2.* Bal. *conſ. 431. vol. 1.* Raph. Cuman. *conſ. 61. in fin.* & Dec. *conſ. 424. nu. 15.* 7

Verum † cum in præſenti materia, & terminis *d. l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen.* interdum ſoleat cõparere contradictor, ad impediendum hæredem ſuper immiſſione in poſſeſſionem ex tali remedio, ideo diſcurrendum non abs re eſt, quiſnam † dicatur, dicique tunc poſſit legitimus contradictor: itaque 8 9

ergo reſolutio erit iſta, quod is dicatur contradictor legitimus, qui eſt hæres, & in ſolidum, & tunc opponere poteſt tali nomine teſtamentum vituperatum, non autem vt contradictor, vt conſtanter determinauit Gloſ. *in ver. contradictor eo in loco.* & Bar. *colum. pen.* Paul. Caſtr. *conſ.* 37.

Qui etiam legitimus contradictor, debet tunc neceſſario audiri, vbi miſſio in poſſeſſionem petitur & caute examinari per iudicem cauſæ, vt exprimit text. *in d. l. fin.* § *ſin autem* vbi annectit quoque Bal. *ſub num.* 03. *in verſ. ſeptimo nota*, quod Iudex grauiter procedere debeat contradictore apparente, & firmat etiam Guid. Pap. *con.* 193. *n.* 2.

Sed legitimus contradictor vt non mittatur in poſſeſſionem hæres debet neceſſario habere titulũ & poſſeſſionem, vt per Bartol. *in d. l. fin. col. pen. & fin.* Quia in hoc iudicio opponi poteſt; *dolo facit, dum petis quod reſtituturus es.* Et ſic contradictor legitimus is dicitur, de cuius poſſeſſione, & dominio conſtat, alias non competeret illa exceptio *dolo facit, & cætera* vt per Ruin. *conſ.* 47. *num* 7. *volum* 1. ita vt non ſufficit ſola poſſeſſio, neque contradictori ipſe audiretur ſi allegaret ſimiliter titulum nullum; quia paria ſunt titulum non habere, & habere, ſed eſſe nullum, vt per Gozadi *conſ.* 93. *num* 5.

Vnde non apparente de dominio contradictoris remouetur & repellitur à ſua contradictione, & remanet ſolammodo ſpoliator, & occupator, vt per Zucchar. *in d. l. fin num.* 323. Roin. *conſ.* 78. *num.* 19. *vol.* 3. & ſapientiſſimum D. Alexand. Raudenſem totius Italiæ ſplendorem *conſ.* 12. *nu* 6. *vol.* 2. vbi refert quoque alios quam plurimos eiuſdem ſententiæ Doctores. Imo ſi te contradictor, cum propria authoritate poſſeſſionem rei vacantis in ſe tranſtulit, & eam inuaſit, non ſolum audiendus non eſt, ſed reputandus potius prædo, Baldo teſte *in d. l. ſi ſub num.* 42. *ver. Quinto opponendo de contract. defuncti.*

Nec aliæ nidem exceptiones friuolæ, & à iure nõ approbatæ oppoſitæ per contradictores non legitimos ſunt recipiendæ vt per Bal. *in eodem loco, ſub nu.* 13. *verſ.* 19. Taliter quod habens iuſtiorem cauſam, & melius probans, debeat reportare victoriam, & obtinere in præſenti iudicio, prout concedit idem Bal. *ibi ſub num.* 13. *verſ.* 8. *nota.*

8 Et licet † foret prout non eſt ex diſpoſitione *l. cum auus. ff. de cond. & demonſt. & l. cum acut ſinc. C. de fidei com. & l. generaliter. §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* quę leges & ſi diſponere videantur, quod deſcedentem de reſtituendo grauatus poſt mortem ſuam, intelligatur, ſi ſine filiis deceſſerit, vt per Soc. *in tract. regularũ, reg* 167. nihilominus tñ animaduertendum eſt, quod illa tacita conditio, de maſculis, ex coniecturis intelligitur, vt ita conſuluit Curt. Iun. *conſ.* 139. & Socinus Iun. *conſ.* 168 *ſub num.* 85. *volum.* 2. Taliter quod filia tunc non poſſit excludere ſubſtitutum, neque impedire vllo modo immiſſionem illius in poſſeſſionem in bonis reſtitutioni ſubiectis, vigore remedii intentati *ex d. l. fin.* Neque filia contradictrix legitima foret, nec excludere poſſet ſubſtitutum, etiam cum extat ſtatutum; quod filiæ fœminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis: & ſic ex hoc ſtatuto filia nõ tollit vllo modo ſubſtitutionem, quæ ita fit *ſi hæres deceſſerit ſine liberis* vt per Alb Brun. *in tract. ſtatutorum, quod ſtantib. maſculis, in* 3 *art. col.* 3. & Tiraq. cum aliis nõ paucis aggregatis per eũ, *in l. ſi vnquã, in ver. ſuſceperit liberos, n.* 120. *& ſeq. C. de reuoc. don.* vbi confirmat opin. iſtã vigoroſiſsimis, viuaciſsimisq; rationib. Taliter quod filia in præſenti caſu remaneat excluſa, ex mẽte teſtatoris, ad excludendũ ſubſtitutũ nec vllatenus poterit impedire immiſſionem illius in poſſeſſionem, ex remed. *d. l. fin.* & ita in vtroq; caſu iſto non ſemel conſului, & iudicaui.

OPINIO DCCCLXII.

SVMMARIA.

1 *Filii in conditione poſiti an cenſeantur ex teſtamento vocati ad fideicommiſſum, eiuſq; exemplũ. nu.* 2. *& n.* 3.

3 *Filii poſiti non ſolum in conditione, ſed etiam grauati an cenſeantur vocati.*

4 *Filii in conditione poſiti* 28. *caſibus cenſetur vocati, remiſſiue.*

5 *Filii poſiti in conditione licet non cenſeantur inuitati tamẽ fauore filiorũ apponitur cõditio ſi ſine liberis &c.*

6 *Filii inſtitutorum in cõditione poſiti videntur eſſe in diſpoſitione, cum ſunt vocati tacite vel expreſſè.*

7 *Filii in conditione fideicommiſſi, poſiti, non cenſentur vocati ad fideicommiſſum, niſi ex multis coniecturis, vel verba teſtamenti appareat ita voluiſſe teſtatorem.*

8 *Filii in conditione poſiti licet non cenſeantur vocati ex teſtamento, tamen videntur vocati ab inteſtato.*

9 *Argumentum à contrario ſenſu, in vltimis voluntatibus eſt receptiſſimum.*

10 *Filii in cõditione poſiti an cẽſeãtur poſiti in diſpoſitione.*

11 *Per fideicommiſſum impeditur bonorum alienatio, quæ ingenuis hominibus libera eſſe debet, vnde tale fideicommiſſum cenſetur odioſum.*

12 *In dubio ſemper facienda interpretatio contra inducere volentem fideicommiſſum.*

13 *An ex eo, quod filii in conditione poſiti ſunt ſemper inferri poſſit, eos eſſe vocatos.*

14 *Quando maiorem declarationem dicuntur non cenſentur inutilia neque ſuperflua.*

15 *Si à lucro quis fauore alterius remouetur, an lucrum illud iſti alteri applicari debeat.*

16 *Filii in conditione poſiti, an cenſeantur vocati ex coniectura ex mente teſtatoris.*

17 *Poſiti in cõditione per ablatiuos abſolutos, an cenſeantur vocati.*

18 *Ablatiui abſoluti quando conditionem inducant.*

19 *Teſtator filiam, vel fœminam inſtituens, non cenſetur habuiſſe intentionem ad conſeruationem familiæ, eiuſque vnio.*

20 *Fideicommiſſario non competit remed.* l. fin. Cod. de edict. diui Adr. toll *&* n. 21.

22 *Exceptio contra petentem immiſſionem* ex l. fin. C. de edict. diui Adr. *teſtamentum in quo ſcriptus eſt hæres, eſſe per vim, & metum conditum, non poteſt impedire immiſſionem, quia id non eſt vitium apparens, & viſibile.*

23 *Patri pro filio an competat remed.* l. fin. C. de edict. diui Adrian.

24 *Remed. l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. non ſolũ per adipiſcenda, ſed etiam retinenda poſſeſſione competit.*

25 *Hæres ſcriptus in teſtamento, an propria authoritate poſſeſſionẽ hæreditatis vacantis apprehendere poſſit, & in apprehenſa manu tenendus ſit.*

26 *Fideicommiſſarius an ſit legitimus contradictor & impedire poſſit ne hæres ſcriptus in poſſeſſionem mittatur, vel in ea conſeruetur, & quid ad id requiratur.*

27 *Quæ requirunt altiorem indaginem non poſſunt dici in continenti probata, nec impediunt immiſſionem* ex l. fin. de edict. diui Adr. toll.

28 *Sola oſtenſione teſt. in forma probante non cancellati, nec in aliqua parte ſuſpecti Iudici facta, hæredem in eo ſcriptum in poſſeſſionem mittendum.*

29 *Pendẽte appellatione à decreto,* ex l. fin. C. de edic. diui Adr. *lato, non retardatur executio.*

FILII 1 † poſiti in conditione non cenſentur ex teſtamento vocati ad fideicommiſſum, ita Gloſſa in l.

in l. Lucius, la 2. ff. de hered. inſtit. cuius opinio communiter recepta eſt ab omnibus iuris interpretibus, atteſtante Aret. *in tract. de teſtam. in Gloſ. Etſi dec ſſerit ſine liberis.* Capta *conſ.* 20, *num.* 23. Ruin. *conſ.* 128. *volum.* 1. *& conſ.* 177 *nu.* 12. *volum.* 2. Iaſ. *in l. pecuniam ſolum a ff ſi cert. pet. & conſ.* 4 *nu* 5. *vol.* 2. Zuccar. *in l.* 1. *num.* 58. *C de pact.* Patil. *conſil.* 77. *num.* 6. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 95 *ſub nu.* 21. *& ſeq.* Franciſ. Maſaar *in tract. materia fideicommiſſaria, in 2 part. quaeſt.* 20. *fol. paruo* 19. Cephal. *conſ.* 252. *num.* 1. *vol.* 2. Burſat. *conſ.* 52. *nu.* 23. Celſ. Hug *conſ.* 5. *num.* 7. Rol. *conſ.* 51. *num.* 5. *vol.* 3. *& conſ.* 34 *nu* 55 *vol.* 4. Rub. *conſ.* 120. *num.* 3 & Capra *conſ.* 2 *num* 23. Et hanc receptiorem eſſe, & iudicando, & conſulendo, ſequendam, quicquid in puncto iuris alii decernunt, teſtatur Excellentiſſimus I. C. & Nobiliſſimus, D. Ioſeph. de Ruſticis, de Aquila, *in ſuo aureo tract. An & quando liberi poſiti in conditione vocentur, in 2. part. 3. cap. 1. part princ.*

2 Cuius † communis congruum, commodumque tradunt exemplum ferè omnes Doctores memorati in illa ſubſtitutione vulgatiſſima, atque frequentiſſima: *Filium meum inſtituo, & quandocunque abſque filiis deceſſerit ſubſtituo Gregorium & ſi filii eius ſimiliter abſque liberis deceſſerint, eundem Gregorium ſubſtituo:* hoc in quam caſu, filii ſuorum nullatenus inſtituti ſunt, ſed in conditione tantum poſiti; vnde, tanquam à non honoratis, fideicommiſſum, quod eſt grauamen, relinqui non potuit, *Lab ta C de fideicom.*

3 Imo † hæc communis eſt adeo vera, vt amplificari facile poſſit, quod non ſolum filii cum in conditione ſunt poſiti, ſed etiam cum grauati ſunt non cenſeantur vocati, ſecundum Alexandr. & Iaſ. qui aiunt iſtam eſſe communem opinionem *in l. Centurio ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Socin. Iunior quoque *conſ.* 118. *num.* 22. *volum.* 1. *& conſ.* 176. *nu.* 20 *volum.* 1. licet Burſat. *in d. conſ.* 52. *nu.* 22. contrariam ſententiã, videlicet poſitos in cõditione, & ſimul grauatos, vocatos cenſeri, cõmemorat nõ obſcure magis eſſe cõmunem: & illam etiam canonizatam à Doctoribus Peruſinis reperiri admonet Barthol. Soc. *in l. cum filiusfamilias ff. de leg.* 1.

§ In contrariã vero partem, redeundo ad inſtitutum noſtrum, videlicet, poſitos in conditione vocatos cenſeri, & virtualiter, & in conſequentiam intelligi honoratos, inclinauit Barbat. *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ & conſ* 27. *volum* 1. Chaſſan. *conſ.* 14. *& con.* 67. Caputaquenſ. *deciſ* 99. *lib.* 2. Card. Put. *deciſ.* 215. *lib.* 3. & Socin. Iun. cum aliis cateruatim relatis per eum, *conſ.* 4. *nu.* 7. *& conſ.* 119. *n.* 25. *volum.* 1 *& conſ.* 158. *& conſ.* 174. *volum.* 2. *& conſ.* 10. *num.* 20. *vol.* 3. in quibus locis dicit iſtam eſſe veriorem, & ſimul etiam crebriorem opinionem.

4 Cæterum † retenta prima opinione Gloſ. *in d. l. Lucius.* tanquam cõmuniſſima atque ſacroſanctiſſima atteſtante Iacob. Mandel. Albenſ. *conſ.* 87. *Dubium ſuperioribus dubiis, num.* 10. Natta conſ. 55. *Quoniã ſuper præcedenti controuerſia, ſub num.* 8. *cum alii ſeq vol* 3. & Dec. Sfortia Oddo pleniori manu *in tract. compendioſa ſubſtitutionis, artic.* 5. *concluſ.* 3. *fol.* 168. *cum aliis ſeq.* ea limitatur vtiliter in viginti octo caſibus per Ant. Gabriel *in lib.* 4 *concluſ.* 4 *in tit. de fideic.* & per Zinch. *in l. hæredes mei.* §. 1. *cum ita. ff. ad Trebell. n.* 704. *cum aliis ſeq.* & in ſex aliis caſibus limitatur quoque per Franciſc. Marzar. *conſ.* 1. *in q. incip. In alia quæſtione propoſita ſuper fideicommiſſo ex teſtament. fol.* 13 *& ſeq.* & per Cephal. *conſ.* 251 *Quoniam in hac cauſa, num.* 72. *cum aliis ſeq. nt. vol.* 2. & per Iacob. Mandel. Albenſ. *in d. conſ.* 87. *ſub num* 10. *cum aliis ſequent.* & per Nattam *in d.* 551. *ſub num.* 8. *cum cæteris ſeq.*

Imo iſtam quæſtionem: an & quando filii poſiti in conditione veniant in diſpoſitione, tractat atque reſoluit ad nauſeam vſq;, & melius, quam alius, qui è hucuſque viderim Hiero. Manfred. *in tract. de atient. appell. p. ud parte* 5. *nu.* 1. cum aliis ſequent. Riminald. Iun. *conſ.* 456. *quoniam in princ. nu.* 39 *cum aliis ſequent. & conſ.* 476. in qua conſultatione. *num.* 5. *cum cæteris ſeq. vol.* 4. Iacob. Beretta *conſ.* 74. *hac cauſa, num.* 1. *cum ſeq & conſ.* 78. *licet conſultatione, num.* 1. *& ſeq. volum.* 1 Ant. Cioſius *conſ.* 67 *licet nu.* 1. *&* 6. Matthæus Brunus *conſ.* 82 *ſuper num.* 1. *&* 15. *vol.* 1 *& conſ.* 174. *viſo num.* 1. 2. 16. *& ſequent. vol.* 2. & Riminal. *conſ.* 358. *num.* 40. *& ſeq volum.* 4.

Et † quanquam liberi in conditione poſiti non 5 cenſeantur inuitati, tamen compertum eſt, quod fauore filiorum ponatur conditio, *ſi ſine liberis &c.* & ideo dicit textus *in d. l. Lucius circa fin.* quod prudens conſilium teſtantis animaduertatur in eo, quod non fratrem ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos.

Vnde † hæc communis, quod filii inſtitutorum 6 poſiti in conditione, non cenſeantur regulariter eſſe in diſpoſitione, coarctatur interpretaturque merito vbicunque apparet quod tales filii vocati ſunt tacite vel expreſſe, vt firmauere per text. *in d. l. Lucius.* Bald. *in l.* 2. § *videndum ad Senatuſconſult. Tertull.* Alexan. *conſ.* 185. *volum.* 2. & Corn. *conſ.* 146. *vol.* 2.

Itaque † filii poſiti in conditione fideicommiſſi, 7 cenſentur ad fideicommiſſum vocati, concurrentibus aliquibus coniecturis, vel apparente ex teſtamenti verbis, id voluiſſe teſtatorem, ita Card. Put. *deciſ.* 339. 348. *&* 440 *lib.* 3. & Ant. Gab. cum aliis cõgeſtis per eum, *in d. concluſ* 4. *in* 5. *&* 6. *limit.*

Et † quamuis filii poſiti in conditione non cen- 8 ſeantur vocati ex teſtamento, nihilominus tamen videntur vocati ab inteſtato, vt per Socin. & alios vniformiter omnes. *in l. cum filio ff. de leg.* 1. & Io. Ant. Rub. *conſ.* 26. *viſo teſtamento, num.* 3.

Et cum præſens materia prægnans, curioſa, frequent, extricabilis, artificioſa, inueſtigatrix, ac denique refrenabilis perſpicue videatur. & ob ea ſimiliter pendeant variæ grauiſſimæ quæſtiones, & altercationes inter Doctores vtriuſque claſſis ventilatæ, ac cumulatæ quotidie in iudiciis, maximi ponderis; determinaui hæc duo conſilia noſtri præſtantiſſimi, D. Ioann. Vincentii Scarnari, de Focco hic apponere, tanquam maximam Reipublicæ vtilitatem allatura: & vt omnibus compertum ſit, alias quàm plurimas ſimiles, & vtiliores lucubrationes progreſſu temporis in publicum edendas per prudentiſſimum iſtum virum: & per maturiſſimum Iuriſconſultum D. Cæſarem Scarnatum, eius patrẽ pro extricatione, & locupletatione noſtræ legalis ſcientiæ, & philoſophiæ.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

FACTVM ſic habet, Horatius Riglianus de Focco, in ſuo vltimo in ſcriptis teſtamento inſtituit ſibi hæredibus vniuerſalibus, Martio, & Lucretia Rigliana, eius filiis, legitimis, & naturalibus per formalia verba, ſic diſpoſuit.

Item laſſa, che li predetti ſuoi vniuerſali heredi, non poſſeno fare teſtamento, ſe da loro non naſcono figli legitimi, & naturali, ma che morendo (quod abſit) ſenza figli legitimi & naturali che la robba ſuarcuada altramo della caſa ſua. Item diſpoſuit quod prædicti eius heredes vniuerſales non poſſint facere teſtamentum ſi ex iis non naſcantur filii legitimi & naturales, ſed pro morientibus ipſis (quod abſit) ſine filiis legitimis, & naturalibus, vt bona ſua reuertantur ad ſtipitẽ

domus ſua. Mortuo teſtatore, deinde mortua Lucretia, altera ex hæredibus, ſuperſtite tamen Prudentia Scarnata, eius filia legitima & naturali ex primo viro, quæ quidem Lucretia in ſuum ultimum condidit teſtamentum, & in illo inſtituit ſibi hæredes vniuerſales, & pro æquali portione, Prudentiam præfatam, & Alſerium Doroth. Scarnatum, eius ſecundum virum modo prudentia prætendit, dictam eius matrem non potuiſſe diſponere in eius præiudicium, per diſpoſitionem, factam per ſupradictũ Horatium Auum & proinde prætendit ſola admitti ad hæreditatem dictæ Lucretiæ, non obſtãte d° diſpoſitione, & teſtamẽto de quib. ſupra. Quæritur igitur quid iuris ſit? Quãuis fautores prudẽtiæ Scarnatæ, propoſitæ dubitationis reſolutionẽ ex illa vetuſtiſſima ac inextricabili, inter ſcribentes, altercatione: Vtrũ filii poſiti in conditione dicantur poſiti in diſpoſitione, & ſucceſſiue vocati ex teſtamẽto. ſiue fideicom. pendere exiſtiment, & deſcribendo etiã Dd. partem affirmatiuam tenentes aliquantulum inſudare videantur excludendo penitus Alſeriũ Dorotheum cohæredem; attamen, re bene perpenſa abſq; eo q; ita præfatæ quæſtionis Oceanũ introeatur, ex verbis ipſius teſtatoris propoſitæ dubietatis reſolutio clariſſime patebit. Et primo cõſiderã do illa, dũ dicit, *Item vult q; prædicti eius hæredes vniuerſales non poſſint facere teſt. ſi ex eis non naſcentur filii leg. & naturales* inueniemus in illis teſtatorẽ principaliter prohibuiſſe ſuis hæredib. teſtamenti factionẽ, ſub illa tamen dictione, ſi nempe, ſi ex illis non naſcentur filii legitimi, &
8 naturales, † quæ dictio, cum conditionẽ importet, ſecũdũ Bart. & Dd. omnes *in l. 1. ff. de con. & demon.* & illic exiſtentib. conditio dicatur defecta, & ſucceſſiue etiam prohibitio ſub eadem facta, tex. eſt, *in l. ex facto § pen. vbi Dd. ff. ad Treb. l. 1. vbi Scrib. C. de cond. in ſer. l. non eſt ſine lib. ff. de verb. ſign.* ex cuius nõ verificatæ conditionis defectu, per argumentum, à contrario ſenſu, q; in vltimis voluntatib. eſt receptiſſimũ, *l. ſi legatum pure l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. l. quod pure ff. quando dies legat. quando ced. cum aliis concord.* nedum tollitur prohibitio teſtandi tanquã facta ſub conditione nõ verificata: verũ etiam inducitur expreſſa teſtatoris diſpoſitio contraria primæ, vt diſpoſitioni, factæ ſub conditione non verificata: & ſic teſtandi permiſſio, vt notabiliter decidunt ex tex. *in l. ſi quis locuples in fi. ff. de manumiſ. teſtam.* & per Dec. *in l. 1. ff. de offic. eius*, & cõis opin. Dd. teſte Mantica *in ſuo tract. de coniect. vlt. vol. lib. 3. c. 15. n. 7. in fin.* vnde cum ex ſupradictis teſtatoris decreuit, ob defectum nõ verificatæ conditionis, ſub qua erat facta. & ob id ſit inducta contraria expreſſa teſtatoris diſpoſitio, & ſic permiſſio teſtandi, non video quare teſtamentũ Lucretiæ, & diſpoſita in eo, dici debeant inualida & nulla. Secundo, põderando ſecundã partem diſpoſitionis, factæ per teſtatorem, per illa verba, *ſed morientibus ipſis (quod abſit) ſine filiis legitimis, & naturalib. vt bona ſua reuertantur ad ſtipitem domus ſuæ, vel familiæ.* in qua fortaſſe totum intentionis fundamentum pars aduerſa conſiſtere opinatur inueniemus illam, non principaliter, ſed acceſſorie fuiſſe factam quod quidem loquela ipſius manifeſtum facit: nam primo diſpoſuit, prohibendo ſuis hæredibus teſtamenti factionem, ſi ex illis liberi non naſcentur, & deinde & ſic ſecundario, & acceſſorie, cogitans, quod caſus poſſet contingere, quod videlicet ex illis liberi non naſcerentur videns q; tali caſu ſtante eius prohibitione, ſui hæredes cogerentur decedere ab inteſtato: & ſic aliqui cognati poſſẽt admitti ad hæreditatem teſtatoris, præter eius voluntatem teſtatoris præter eius voluntatem, diſpoſuit ſecundario ſubſtituendo illis ſtipitem familiæ: quæ ſecundaria diſpoſitio in tantum intelligetur facta, in quantum illud q; præcedit eam, ſcilicet quod dicti hæredes decederent abſque liberis verificaretur, cuius oppoſitum eſt euenerit, nempe filiorum procreatio, & cum illis diſceſſus; vel decedentia, reſtat, & ſecunda diſpoſitio, quæ tanquam acceſſoria primæ diſpoſitioni, non poteſt eſſe abſque ea, tanquam principali, *c. acceſſorium de reg. iur. in 6. l. cũ principalis ff. de reg. iur.* & ſic quemadmodum primitiua diſpoſitio, & prohibitio ceſſat ob defectum non verificatæ conditionis, ſub qua erat facta: ſimiliter & ſecunda ceſſare debet tanquam acceſſoria ad primam, & proinde iure optimo Lucretiam teſtari potuiſſe eſt concludendum. Tertio, legendo prohibitionem factam per teſtatorem ſuis hæredibus, circa teſtamenti factionem; inueniemus illam eſſe limitatam illa conditione; *ſi ex illis liberi non naſcerentur*; quæ prohibitio cum ſit tali conditione limitata illa non verificata; imo caſu exiſtente in contrarium, vltra dictam conditionem non porrigitur *leg. ſi ita quis ff. de vulgar. & pupil. l. epiſt. §. vlt. ff. de pact. l. Imperator, in fin ff. de pact. l. in hoc iudicio. § ſi conuenerint ff. Corn. diuid.* ſi igitur ex ſupradictis prohibitio teſtatoris non porrigitur vltra conditionem appoſitam per ipſum, eaque non fuerit verificata, ceſſat dicta prohibitio, qua ceſſante inducitur permiſſio *l. 1. §. ſi præponatur ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.* quod quidem indubitatum tenet Lectianus *conſ. 9. num. 17. verſ. patet libro tertio & infra num. 23.* hoc idem confirmat addens, ſe ita conſuluiſſe, eiuſq; cõſilium fuiſſe ſubſcriptum per excellentiſſimos viros Marcum Manticam, & Hieronymum Torniellum, & ſecundum hanc ſententiam fuiſſe pronunciatum, cumque ex prædictis inducatur teſtandi permiſſio, ad quid pars diuerſa intendit impugnare teſtamentum Lucretiæ cum patre ac iure permittentibus ſit factum?

Quarto, ex verbis teſtatoris in facti figuratione narratis colligimus illum in teſtandi prohibitione, per ipſum facta ſuis hæredibus, incluſiue tantum decedentiam abſque liberis dum dicit. ſe diloro non naſcono figli legitimi, & naturali *l. ſi ex iis non naſcentur filii legitimi, & naturales* quæ decedentia cum ſit directo, & ex diametro contraria decedentiæ cum liberis & inter illas nullum detur medium: de neceſſitate ſequitur, quod incluſio illius ſit excluſio alterius: & quod denegatio illius, ſit permiſſio alterius vulgaris iuribus *iul. cum pater, ff. de iud. l. ſi maritus, in fine, l. Pomponius §. ſed & ſi, ff. de procurat. l. ex eo quod prohibet. de fide inſtru.* modo ſic, ſi teſtator prohibuit eius hæredibus teſtamenti factionem, ſi ex illis non naſcantur, ergo per ſuperius allegata, caſus decedentiæ cum filiis nullum reperitur in huiuſmodi prohibitione contentus: ſed ab ea penitus excluſus, & ſic heredibus teſtari prohibitis in vno caſu, in altero illi contrario cenſetur libera teſtandi expreſſe relicta permiſſio. Et quatenus hoc non foret, non poteſt negari, quin remanſerint in diſpoſitione iuris communis circa teſtamenti factionem prout notabiliter tradidit. Decius *in l. 1. num. 38. in fine, cum pluribus aliis ſequentibus ff. de offic. eius.*

Quod cum ita ſit Lucretia, cum deceſſerit, ſuperſtite Prudentia, filia legitima, filia legitima, & naturali: & ſic in caſu contrario illi qui in prohibitione continetur iure optimo teſtari potuit, nec eſt, cur pars aduerſa conqueratur de eius teſtamento, prætendens illud nullum & inualidum.

Quinto & vltimo, ad demonſtrandum, quod propoſitæ dubietatis reſolutio (ſi dubietatis nomen meretur) non pendeat à deciſione perdifficilis quæſtionis; *An liberi poſiti in cond. cenſeantur poſiti in diſpoſitione*, & q; illa, ab iſta ſit ſatis differens, diuerſique ſunt termini, & caſus, conſidero. quod ex deciſione dictæ arduæ quæſtionis, alterum ex duobus reſultet: permiſſio ſcilicet, vel denegatio teſtandi. nam teſtandi. nam ſi tenemus opinionem Gloſ. *in locus, la 2. ff de hered. inſtit.* quæ eſt communis, inducitur ex ea teſtandi permiſſio inſtitutæ, etiamſi poſiti in conditione ſuperſint, ſi vero tenemus contrariam, inducitur ex ea teſtandi denegatio inſtitutis; & hæc quæſtio habet locũ quotieſcunque teſtator filios in conditione poſitos non expreſſe vocauit neque excluſit: ſed ſimpliciter dixit. *inſtituo filium meum hæredem, & ſi deceſſerit abſque liberis, ſubſtituo illi Caium* prout in hac facti ſpecie formas caſum Iul. Clar. *in § teſtamentum q. 77. lib. 3.* nam ſi expreſſe illos vocaſſet vel excluſiſſet non eſſet de eo diſputandum: his ſic ſtantibus, dico quæſtionẽ prædictã nullo modo congruere caſui noſtro & conſequenter ex illius deciſione, nullatenus decidi poſſe propoſiti facti ſpeciẽ cũ ſit ab ea penitus diuerſa nã in quæſtione inter Dd. exorta, *an liberi poſiti in cõditione*: nõ apparet expreſſa vocatio poſitorũ in cõditione; neq; expreſſa excluſio ſed vtraq; dubia, nõ mirũ igitur, ſi ſuper re dubia orta fuerit altercatio ſed in caſu noſtro, nõ dubia ſed expreſſa apparet teſtatoris volũtas, permittẽs teſtamẽti factionẽ ſuis hæredib. etiãſi filii in cõditione poſiti exiſtãt: nã dicit ipſe q; eius heredes nõ poſſint teſtari, ſi ex illis nõ naſcãtur heredes, nedũ nõ reperiũtur prohibiti, ſed illis dicitur cõceſſa expreſſa teſtandi facultas, vel ſaltem remanſerunt in diſpoſitione iuris communis, vt ſupra dictum eſt, vnde, ſi in caſu noſtro habemus expreſſam voluntatem teſtatoris teſtari permittentem ex ſupra dictis etiamſi poſiti in conditione exiſtant: ad quid pars aduerſa deſiderat deciſionem dictæ arduæ quæſtionis *an liberi &c.* cum illa loquatur in caſu dubio & nos ſimus in claro.

Hæ quinque conſiderationes, ex verbis teſtatoris depromptæ, ac iuribus, & doctrinis ſupradictis corroboratæ meo quidem iudicio, ſufficientes videntur ad decidendum propoſitum caſum, & ad demonſtrandum parti aduerſæ dictæ quæſtionis; *an liberi poſiti in conditione &c.* deciſionem non eſſe opus. quibus ſi non quieſceret, & adhuc dictæ quæſtionis deciſionem deſideraret, adhuc & illa hãc eãdẽ ſententiã corroborat, permittens inſtitutis teſtamenti factionem, licet

compen. ſubſtit. in 6. partic. in tit. an legitimati faciant deficere fideicommiſſum, ante fin. dicti tractatus, vbi congerit alios Docto. am, lectentes iſtam par em, eamq; ſequitur, & limitat vtiliter in tribus caſibus, prout eidem opinioni innititur etiam, oſtendendo eam eſſe magis communem, & limitat quoque in tribus alijs caſibus Ioan. de Neuiz *conſil. 99. Omnis ſapientia à Deo eſt, ſub nu. 20. cum alijs ſeq.*

5 Et tunc † vtique legitimans poſt mortem patris, tenetur, & debet neceſſario citare ſubſtitutos: quia requiritur eorum conſenſus abſq; dubio, vt concedunt Iaſ. *colum. pen.* & alij omnes conformiter, *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum*, Neuiz *in d. conſil. 99. nu. 20. & ſeq. cum al is aggregat a per eum*, & D. Sfortia Oddos *in loco præcitato, in 2. limit. fol. 209* in quib. locis oſtendunt apertiſſime iſtam eſſe communem opinionem. Non enim valet huiuſcemodi legitimatio ad præiudicium ſubſtituti non citati, cui ius in ſpe probabili quæſitum eſt, illo grauato decedente, ſtante morte teſtatoris, ſiue eum grauantis: non enim poteſt grauatus ius fideicommiſſi ſubuertere per talem legitimationem, foret enim iſta quædam alienationis ſpecies rerum fideicommiſſo ſubiectarum, cum per legitimationem in alium quam teſtator diſpoſuit, deuoluerentur, contra *auth. res quæ. C. comm. de leg.* prout ita firmarunt conſtanter Anchara. *conſil. 427. circa primam quæſitum, iuris interpretes omnes*, & potiſſimum Socin. & Iaſ. in *d. l. Gallus § & quid ſi tantum*, Alexan. *conſil. 67. colum. 3. volum. 1*, Ruin. *conſil. 3. num. 4. volum. 1.* Dec. *conſil 55 colum. 1. & ſequen. & conſil. 415. colum 3.* & Paris. *conſil 9. num. 29. & ſeq. volum. 2.*

6 Quæ communis ita explanata, † procedit indubitanter in legitimatione manſ a poſt mortem teſtatoris: ſecus vero in legitimatione viuente teſtatore, expedita: quia in legitimatione filij, per quam excluditur ſubſtitutus, non requiritur vllo modo citatio, ſi viuo patre ea fiat, ſecundum Gomeſ. *in regul. 271.* Oddum *in loco præalleg. in 3. limitat. fol. 209.* & Alexan. de Neuo. *conſil. 33. Vidi quæ copioſiſſime deducta ſunt, num. 12.* Quoniam legitimatio per reſcriptum Principis, bonis, honeſtiſq; rationibus fieri poteſt, viuente patre, etiam agnatis non citatis, quantum ad bona eius. de quibus pro libitu poterat diſponere, vt explicat. & declarat Bartol. *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum. colum penult.* & Card. Put. *deciſ. 7. tit. de legitimat.* Idq; ſi vendicat etiam ſibi locum, exiſtentibus quoque filiis legitimis, quorum mentio facta eſt, & non citatis, licet non habeat Comes in facultatibus legitimandi clauſulam, *citatis, vel non citatis*, ita Cardin. Put. *deciſion. 3. eodem tit.*

7 Cæterum hæc communis, † quod citatio illorum, quorum intereſt, neceſſaria ſit in legitimatione, mortuo patre facta, limitatur locum non ſortiri, ſi legitimatio poſt mortem patris fieret à Papa, vel Imperatore, vt firmant Bartol. *num. 14* Iaſ. *in 1 lectura num. 140.* & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer, *in d. l. Gallus. § & quid ſi tantum* Ioan. de Imol. *in c. nuper, ſecum pridem, colum. 16. de renun.* Bal. *in l. nam ita diuus, colum. 1. ff. de adopt.* Abb. *conſil. 84. num. 6. vol 1.* Ant. de Butr. *in d. c. per venerabilem. in princ.* Felin. cum alijs cæteris iam relatis per eum *in c. cum olim, num 16. de ſent. & re iud.* Alexan. de Neuo. *in d. conſil. 33. num. 12.* & Pert. Duennas *in reg. 43. Appellatio iuſta & licita non tollitur à Principe, ſub 5. fallent. verſ. Et facit etiam in fauorem huius limitationis.*

Com. opin.

OPINIO DCCCLIV.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutus an admitti debeat ad hæreditatem, ſi hæres inſtitutus moriatur ante teſtatorem, & num 6. 8. & 9.*

2 *Subſtitutione prima deficiente, etiam ſecunda deficit.*

3 *Subſtitutio euaneſcit, quando ſubſtitutus decedit ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt.*

4 *Subſtitutio ſequenti locus non eſt, cum conditio primæ appoſita verificata non fuit. Eiuſq; ratio, nu. 5.*

7 *Hæredis mentio, intelligitur de hærede, qui adiuit hæreditatem.*

10 *Tullius Burenius laudatur.*

SVBSTITVTVS ſuccedere debet, † cum inſtitutus hæres moritur ante teſtatorem, & præſertim ſi oritur contentio inter ſubſtitutum, & venientes ab inteſtato ſuper ſucceſſione, mortuo teſtatore, non mutato teſtamento, ſubſtitutus ipſe admitti tunc deberet ad hæreditatem, prout ita conſuluit Alciat. *conſil. 17. Tria principaliter dubia reſoluenda, num. 1. cum alijs ſequent. tomo 3. lib. 9.* & Socin. Iun. *conſil. 27. Miratus ſum, num. 1. cum cæteris ſequent. volum 3.* Quæ concluſio iuſtificari primo poteſt hac viuaci ratione, quod ſubſtitutio inuenta abſque dubio ſit, ne caducæ fiant hæreditates, & legata, & fideicommiſſa, *l. 1. C. de cadu. toll in princ.* Secundo facit, *l. quandiu, la 1. ff. de acquir. hæred.* vbi inquit text. Quandiu prior hæres inſtitutus hæreditatem adire poteſt, ſubſtitutus non poteſt, ergo cum hæres morte præuentus adire hæreditatem nequit, tunc ſubſtitutus indubitanter admitti debet, ita Cagnol. *in l. quandiu, num. 2. ff. de reg. iur.* Tertio fulcitur etiam eadem concluſio per text. *in l. quandiu, la 2. ff. de acquir. hæ ed.* vbi text. determinat, quod quandiu poteſt ex teſtamento adiri hæreditas, ab inteſtato ea vllatenus non defertur, & ita probatur etiam per *l. ex teſtamento*, vbi Dec. *C. vnde liberi*, & idem Dec. *in l. hæres inſtituta, in 3. notab. C. de impub. & ibi Apoſtil.* Quarto comprobatur hoc ſimiliter *per l. quandiu, la 5. ff. de acquir. hæred.* vbi Vlpianus hæc verba recenſuit: Quandiu inſtitutus admitti poteſt, ſubſtitutioni locus non eſt, nec ante ſuccedere poteſt quam excluſo hærede inſtituto: igitur excluſo inſtituto per mortem, ſubſtitutus debet admitti, excluſis venientibus ab inteſtato. Quinto ad idem facit quoque *d. l. quandiu. ff. de reg. iur.* cuius formalia verba hæc ſunt: Quandiu teſtamentum valere poteſt, tandiu legitimus hæres admittitur: & id etiam videtur ſentire Bald. *conſil. 161. volum. 2.* & Iaſ. *in l. hæc autem, num. 53. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* Sexto ad hoc roborandum videtur ſtringere text. *in l. vnica. § penult. C. de cadu. tollen.* vbi Imperator diſponit, quod tamdiu non eſt hæreditas, defertur ea primo, ſubſtitutis deficientibus, ad venientes ab inteſtato.

¶ In contrariam vero partem inclinandum fore arbitror, tanquam veriorem, videlicet, quod venientes ab inteſtato admittantur ad ſucceſſionem in præſenti caſu. Et primo vtiq; ad † hoc ſuadendum moueor, ex doctrina Ioan. And. cõmuniter probata, *in addit. Specul. in tit. de teſta. in § incipiente, In primis* quod vbicunque ſubſtitutio prima eſt inutilis, etiam ſecunda deficiat. Secundo adducor † ad hoc idem concludendum, per doctrinam Petr. de Vbal. *in conſil 29. poſito inter conſilia vltimar. voluat. vol 1.* vbi conſtanter firmat ſubſtitutionem euaneſcere, quando ſubſtitutus decedit ante eum, cui ſubſtitutio facta eſt. Necnon huic noſtræ † opinioni præſtat a vide- 4

2 Com. opin.

3

tur maximam operæ, Gloſſ. *in l. qui habebat. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* concludens ibi, non eſſe locum ſequenti ſubſtituto, cum conditio prius appoſita non fuit verificata, cui innititur, non vulgari anchora, Ang. ibi, & Rolan. à Valle, *conſil.* 58. *In præſenti conſultatione ſatis ardua, num.* 56. *volum.* 3. Similiterque hoc
5 idem † confirmatur per doctrinam Ang. *in loco prædicato*, illuſtratam per Rolan. *in d. conſil.* 58. *ſub num.* 56. *& ſequent.* aſſerentis, quod quando tollitur medium, ob quod ad finem peruenitur, deſtruatur etiam finis.

6 Et in propriis terminis, † quod ſubſtitutus penitus excludatur, morte inſtituti ſubſecuta viuo teſtatore, conſuluit Alexan *conſil.* 1. *volum.* 1. in quo eam ponit rationem: quia deficit conditio, cum per ſubſtitutum non fuit hæreditas adita, & id etiam ſentit Decius *in d. l. hæres inſtituta, num.* 10 *& ſequent.* Vbi
7 concludit, † quod quando fit mentio de hærede, intelligi debeat de hærede, qui adiuit hæreditatem, & Alexan. etiam *in d. conſil.* 1.

¶ Et reſponſio hæc ſufficit omnibus obſtaculis in contrarium ſupra adductis, & Natta aliam allegat ad hoc propoſitum, *in addit. ad Alexan. in d. conſil.* 1. & Dec. *conſil.* 244. *In caſu*, qui iura præmemorata probantia contrarium adducit.

8 Eſt bene verum, † quod Bartol. in l. 1. *num.* 31. *ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* ita, religioſe, more ſuo, diſtinguere videatur in præſenti caſu, quod aut moritur teſtator ſtatim poſt mortuum hæredem inſtitutum, ita vt teſtamentum ſuum vllo modo mutare nequiuerit: & tunc ſubſtitutum admitti debere conſtanter affirmat: ſi vero ex interuallo, & tunc ſubſtitutum non admitti vllo modo, aſſerit, per *l. quod ſi filius. ff. de capt. & poſtli. reuerſ.* Et rationem viuaciſſimam diuerſitatis ibi inter primum, & ſecundum caſum affert, cum in primo caſu lex faueat teſtatori, qui cito moritur, & mutare aliter non potuit teſtamentum ſuum: in ſecundo vero caſu minime, cum habuerit tempus mutandi teſtamentum, & non mutauit. Et alteram rationem aſſignat ſimiliter efficaciſſimam, quod non poſſit allegari, teſtatorem hoc non cogitaſſe, cum primum inſtitutum viderit, &
Com. opin. opinionem Bart. tanquam ſacroſanctam, & communem, quamplurimi iuris interpretes ſecuti ſunt catervatim relati per Apoſtill. *ibi.* Et cum eſſet mihi commiſſa cauſa, per Dominum Baronem, oppidi Fonticulorum, tanquam iudici ſecundarum cauſarum, tunc vertens inter Camillam Petri Ciccarelli, vxorem Ioannis Dominici Caſcioli de Bomminaco, ex vna parte, & Ioannem Paulum, & fratrem Ciccarelli de Fonticulis, reos conuentos, ex altera, ſuper ſucceſſione prædicti Ciccarelli, qui condito teſtamento, & mortuo hærede, ipſo viuente, per menſes nouem, ante eius mortem, qui poterat mutare teſtamentum, & non mutauit, iudicaui *die* 2. *menſis Septembris* 1579. mediante ſententia diffinitiua, Camillam, tanquam venientem ab inteſtato, debere pro quarta parte, ei tangente, admitti ad ſucceſſionem, non obſtante ſubſtitutione facta in teſtamento, reſoluta per mortem hæredis ſubſecutam, viuente teſtatore.

9 Et hæc † ſententia poteſt etiam facile ſuſtineri iſta quoque irrefragabili ratione. Nam ſubſtitutio exſpirat morte inſtituti, viuo teſtatore: & ſic ſubſtitutio euaneſcit mortuo ante teſtatorem inſtituto, textus eſt expreſſus *in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupill.* vbi textus ita determinat, quod ſi pater filio ſubſtitueret, & filius viuo patre moreretur apud hoſtes: tunc ſubſtituti vi ſubſtitutionis non ſuccederent aliquo modo, vtpote mortuo ante patrem filio, cui ſubſtituti fuerant.

Et ita in præſenti † caſu alias *anno prædicto* 1579. vidi ad fauorem ipſius Camillæ ſubtiliſſime conſultum, per D. Tullium Duronium, compatriotam meum, præclare ſcientiæ aduocatum, quem multis iam annis in Gymnaſio Peruſino, in variis circulis, dum ſimul militabamus ſub eiſdem præceptoribus, cognoui in fractione panis: prout etiam nonnullis aliis annis, proprias lares parando, in Ciuitate Theatina, ad eius domum hiſce oculis vidi ſimiliter fere omnes de prouincia, tanquam ad oraculum Apollinis, ob eius ſcientiam, & integritatem, conuoliſtare. 10

OPINIO DCCCLV.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta alicui, ſi decedat ſine filiis, euaneſcit, illo moriente cum filiis, licet poſtea filii illi decedant, ſine liberis, niſi expreſſe in eum quoque caſum ſubſtitutio concepta ſit, num.* 2. *vel filii in conditione poſiti, vocati quoque ſunt, nu.* 3.

4 *Vel niſi extarent ibi maſculis fœminæ remouerentur.*

5 *Filii in conditione poſiti, vocati & grauati cenſentur. ſi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum, & mandauit bona deuenire debere ad propinquiores, Item, ſi conſtet de voluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas, nu.* 6.

SVBSTITVTIO facta, † ſi ſine filiis grauatus moriatur, liberis ſuſceptis, indubitanter penitus extinguitur, atque reſoluitur, etiamſi abſque filiis, & prole filii iſti poſtea moriantur: ita omnes iuris interpretes firmant vnanimiter, & concorditer per illum textum, *in l. filius familias.* § *cum quis ff. de leg.* 1. *in l. hæredibus. & in l. ex facto.* § *penult. ff. ad Trebell. in l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cum vxori C. quando dies leg. ced.* & ita conſuluit Oldr. *conſil.* 11. *thema tale eſt, num.* 11. cum aliis ſignatis ibi per Raynal. Corſum, *in addit. in litera A.* Bald *conſil.* 304. *nobilis vir, in fin. volum.* 5. Fulgoſ. *conſil.* 46. *Andreas, colum* 2. Abb. *conſil.* 40. *veniam ad primum, in* 1. *dub. volum.* 1. Alex. *conſil.* 31. *ponderatis his. in princ. volum.* 3. Dec. *conſil.* 218. *In caſu, in* 2. *dub.* Paul. Caſtren. *conſil.* 130. *ne improprie vtamur terminis, colum. penult.* Curt. Senior *conſil.* 45. *num.* 19 *circa fin.* Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de teſtam.* § *inprimis, in vltima quæſt.* Soc. Iun. *conſil.* 4. *colum.* 1. *& ſeq. volum.* 3. & Grauet. *conſil.* 878. *ſub num.* 1. *cum aliis ſeq. volum.* 5. & iſta eſt concors, communisque omnium opinio, vt ſatis apparet ex allegatis authoribus, cui innititur etiam realiſſimis fundamentis, Celſus Hugo, *conſil* 68. *Teſtatrix, ſub num.* 4. vbi non obſcure meminit de ipſa communi. Socin. Iun. quoque *conſil.* 29. *licet in præſenti caſu, num.* 20. *vol.* 4. & Menoch *conſil.* 85. *Propoſita hac conſultatio, num.* 46. *cum aliis ſequent. volum.* 1. vbi quamplurima ſatis vtilia fundit pro explanatione prædictæ communis. Com. opin.

Cæterum hæc † communis claudicat primo, & 2
non vendicat ſibi locum, ſi hæredi, aut honorato, vel imperſonali fideicommiſſum iniungatur: verbi gratia, cum filio inſtituto, Titium ſubſtituit, ſi filius, vel eius liberi abſque filiis decederent: tunc enim ex conditione duplici, & ex alternatiua cenſetur proculdubio hæres grauatus, ſecundum Bartol. *in l. Centurio, num.* 37. *ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & in l. ſi ſic. ff. de leg.* 3. *& in l. codicillis. in princ. ff. de vſufr. leg.* & ita conſuluit Raph. Raymundus, Comenſis, *conſil.* 25. *Franciſcus, colum.* 2. *& conſil.* 118. *teſtator inſtituit, colum.* 2. Paulus Caſtrenſis, *conſil.* 151.

dubium

dubium facit, *colum.* 1. *vol.* 2. Alexan. *conſil* 185. *nu.* 23. *volum* 2. *& conſil.* 22. *num.* 8. *vol.* 3. quod repetitum eſt *conſil.* 13 *vol.* 4. Corn. *conſil.* 20. *colum.* 4. *vol.* 4. Pariſ. *conſ.* 7. *num.* 32. *cum alijs ſeq. volum.* 3. & Marzar. *conſil.* 1. *quæſt.* 20. *fol.* 13 *à tergo*.

3 Limitatur q; † ſimiliter ſecũdo loco eadem communis non ſortiri locum modo aliquo, cum liberi in conditione poſiti ſunt, vocati etiam leguntur: tunc enim ad eos fideicommiſſum indubitanter trahitur, ac deuoluitur, ſi abſque liberis poſtea decedatur, vt voluit Guid. Pap. *deciſ.* 531. *Miles*, & ita conſuluit Dec. *conſil.* 95. *in fin.* & *conſil.* 270. *circa fin.* & Pariſ. *conſil.* 66. *nu.* 58. *vol.* 3. Et quanquam in contrariam partem inclinare videatur Grauet. *conſ.* 48. *num.* 14. *volum.* 1. allegando ibi Decium ſibi ipſi aduerſantem, & incoſtantem: nihilominus tamen hæc opinio verior apparet, vt idem Grauet. ſe corrigens oſtendit *in d. conſ.* 878. *ſub nu.* 9. *volum.* 5. Quam potiſſimum ſcribit locum obtinere, cum poſt nos vocatos, atque alios in conditione poſitos, ſubſtitutio fieret: hoc enim caſu grauati cenſerentur, qui vocati ſunt, ita Corn. *conſ.* 97. *poſt medium*, *volum.* 1. vt fuſius ibidem, & non quaſſato calamo, explicat idem Grauet. & Marzar. *in locis præcitatis*.

4 Tertio antedicta † communis coarctatur quoq; vt non propaget, extendatque radices ſuas, quando ſtantibus maſculis fœminæ remouentur: ibi enim & ad filios in conditione poſitos ſubſtitutio traheretur, ſi ſine liberis poſtea decederent, ne alias fœminis fieret locus, vt ita conſulendo conſtantiſſime aſſeuerat Ruinus *conſil.* 143. *nu.* 7. *volum.* 3. Pariſ. *conſil.* 12. *vol.* 3. Alciat. *conſ.* 2. *Verba breuis Apoſtolici*, *ſub numer.* 35. *tomo* 3 *lib.* 9. & Marzar. *in d. conſ.* 1. *quæſt.* 20. *in* 5. *tonſ.ctura*, *fol.* 14. & à ſucceſſione in præſenti caſu plane prohibitas fœminas ex hoc apparet, quod maſculi, & agnati ſoli inuitentur, & in conditione ponantur, & in ſpecie cum nominatim fœminarum facta prohibitio non eſt, ſed vel in ſolidum, vel in partem, vt fœminæ admitti poſſent, teſte Dec. *conſil.* 477.

5 Quarto reſtringenda † etiam merito eſt prædicta communis, vt non procedat, cum ad plures gradus ſubſtitutionum teſtator progreſſus eſt, & ſimul mandauit, bona deuenire debere ad propinquiores: quod fieri non aliter poſſet, niſi grauati, & vocati dicantur, qui poſiti ſunt in conditione, vt conſuluit Anchar. *conſil.* 74. Socin. *conſil.* 250. *num.* 4. *volum.* 2. Barbat. *in l. cum acutiſſimi*, *num.* 191. *& ſequent.* C. *de fideicom.* & ibi Modern. omnes. Curt. Senior *conſ.* 51. *num.* 25. & Iaſ. *conſil.* 40. *in fin. volum.* 3. *& conſil.* 108. vbi colligit voluntatem teſtatoris ad fideicommiſſum reciprocum, ex graduum pluritate, & huic opinioni Ancharani aſſentitur etiam conſulendo Pariſ. *conſil.* 31. *num.* 24. *& conſil.* 37. *nu.* 37. *conſil.* 41. *nu.* 69. *conſil.* 77. *num.* 21. *&* 27. *& conſil. ſequent. num.* 5. *&* 13. *& conſil.* 91. *num.* 43. *volum.* 2. Curt. iun. *conſil.* 14. *& conſil.* 16. *num.* 7. Chaſſan. *conſil* 14. *colum.* 2. Gozadin. *conſil.* 64. *num.* 10. Purpur. & Curt. *in l.* 1. *nu.* 14. C. *de pact.* & Soc. iun. *conſil.* 141. *num.* 19. *& conſil.* 168. *num.* 75. *volum.* 2. *& conſil.* 1. *num.* 20. *volum.* 3. vbi audacter aſſerit, in hoc amplius non poſſe diſputari, nec ſe putare diſputandum, & ſic ex allegatis enodate conſtat, iſtam eſſe communem opinionem. Com. opin. Et licet non deſint alij quamplures Doctores, qui ab hac Ancharani ſententia diſſentiunt, & præſertim Socin. *in l. cum auus. colum. penult. verſ Alias autem allegabatur.* ff. *de condit. & demon.* & *conſ.* 62. *colum. penult. conſ* 69. *colum.* 7. *conſil.* 104. *colum.* 5. *& conſ.* 116. *colum. penult. vol.* 3. Curt. Sen. *conſil.* 63. *Antiquiſſima*, *num.* 4. Ruin. *conſil.* 128. *colum. penult. conſil.* 136. *col. pen. & conſil.* 141. *in fin. vol.* 3. & Ripa *in l. Centurio*, *num.* 165. ff. *de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* & tamen ea dilucide apparet magis communis, voluntatique teſtatoris magis propinqua, & conſentanea, atteſtante copioſe Grauet. *in d. conſ.* 878. *ſub nu*, 10. *volum.* 5. vbi fatetur huic opinioni ſubſcribere non tam ſolere.

Quinto limitatur etiam † inemorata communis, 6 vt ea nullatenus locum obtineat, quotieſcunque euidenter, manifeſteque conſtat de voluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas, quod prouiſum voluerit per ſuam diſpoſitionem, omnibus deſcendentibus, quæ limitatio omnibus iuris interpretibus indubitata apparet, prout eam ponit, atque diſcutrit Reynald. Corſus *in add. Old in d. conſil.* 21. *ſub litera A.* Marzar. *in d. conſil.* 1. *quæſt.* 20. *in* 1. *toſ.ctura*, *fol.* 14. Soc. Iun. *conſil.* 175. *volum.* 2. Port. Imolen. *conſil.* 8. *num.* 25. *& conſil.* 40. *num.* 8. *cum alijs ſequent.* & Grauett. *conſil.* 62. *num.* 6. *volum.* 1. *& d. conſil.* 878 cum anteſignanis, ac nonnullis alijs declarationibus, ad prælibatam concluſionem, vtiliter ad praxim, ac apprime pertinentibus, & vberius hoc explicant, atque declarant quoque Moder. *in d. l. cum acutiſſimi.* C. *de fideicom.*

OPINIO DCCCLVI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio vulgaris per aditionem non euaneſcit, ſi præſertim illa aditio per querelam reſciſſa ſit.*

2 *Item cum hæreditas ab inſtituto aufertur, vel effectum ſuum aditio non habet, ex alia cauſa.*

3 *Subſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, tam ex capite voluntatis, quam impotentiæ, cuius variæ ſpecies enumerantur.*

4 *Subſtitutionis vulgaris effectus varijs remiſſiue.*

5 *Subſtitutio vulgaris quibus verbis fiat. Et quot capita contineat, nu.* 6.

SVBSTITVTIO vulgaris † aditione non euaneſcit, ſi potiſſimum aditio illa per querelam reſciſſa ſit: quia tunc ſubſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, text. eſt *in l.* & *ſi ſiue.* §. *ſed quod Papinianus.* ff. *de minor.* & *l. ex contractu*, & ibi Bartol. ff. *de re iudic.* & idem Bartol. *in l.* 1. *num.* 49 & *in l.* 1. §. 1. *num* 2. ff. *de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* & Iaſ. *in l. poſt aditam*, *in* 1 *fallent.* C. *de impub.* & iſta eſt concors, communisq; omnium iuris interpretum ſententia, quam ſtylo ferreo confirmat conſulendo Grauet. *conſ.* 898. *nu.* 15. *vol* 5. 1 Com. opin.

Quæ communis adeo † vera eſt, vt amplificari etiam facile poſſit, & idem ſit, cum ab inſtituto hæreditas aufertur, vel effectum ſuum alias aditio non habet, aut ex alia cauſa, hæreditas aufertur: quoniam hoc etiam caſu, ius vulgaris ſubſtitutionis manet procul dubio incolume, text. eſt *in authen. hoc amplius*, ibiq; Gloſſ. & communiter Doctor. omnes, & præſertim Bald. *num.* 18. C. *de fideicomm.* Iaſ. *in d. l. poſt aditam. in* 1. *fallen.* & in terminis ita conſuluit Anchar. *conſil* 275. vbi locum vulgari ſubſtitutioni eſſe arbitratur, ſi te ipſa inſtitutus, hæreditatem retinere nequiret, & in eum caſum nominatus ſubſtitutus foret, & Ancharan. refert, ſequiturque Grauet. *in præcitat. conſil.* 898. *ſub num.* 25. *vol.* 5. 2

Subſtitutio autem † vulgaris varie ſortitur effectum ſuum, nec euaneſcit tam ex capite voluntatis, quam impotentiæ, *l.* 3. C. *de hæred. inſtit.* & *l. vnica.* §. *cum autem in ſuperiori.* C. *de cad. tol.* Et caput voluntatis dupliciter verificatur, in expreſſa, quæ per repudiationem inducitur, §. *ſi quis neque*, *Inſtit. de bonor.* 3

conſ.130 Dominicus Florum, ſub nu.2.& ſeq.vol.1. Sine etiam cum ad certam ætatem, puta 25. annorum, reſtricta eſt ſubſtitutio, vt *in d.l. Centurio*. & iſta eſt vera, ſtabilis, marmoreaque concluſio, per iura allegata, cui conſtanter aſſentiuntur iuris interpretes omnes communiter teſte Bal. *in 8. oppoſ.* Corn. *colum.1.& ſeq.* Curt. *num.66.* & Cagnol. *num.136. in d.l. precibus*, & Couar. *in c. Raynutium.§.11.ſub num.2. in fin. ver.ie.*

3 Vbi † annotat, & pleniſſima manu diſcurrit decem alios modos etiam, quibus fieri commodiſſimè atque totiſſime poſſit compendioſa ſubſtitutio; & ante eum adnotauit quoq; quibus videlicet verbis prætendatur facta ſubſtitutio ipſa compendioſa, Socin. *conſ.77. colum.1.& conſ.144.vol.1.*

4 Et hinc deſcribendo † definitionē ſubſtitutionis compendioſæ, pro explanatione præſentis materiæ concludo eam eſſe ſubſtitutionem compendioſam quæ ſub compendio verborum, habentium tractū in futurum, continet plures conſtitutiones, & plura tempora, ipſas ſubſtitutiones variantia, ita Bartol. *colum.3.* & omnes alii iuris interpretes vnanimiter & concorditer *in d.l. Centurio*, & præſertim ibi Ripa *num.60.* & Galiaul. *colum.39.* & Antiqui Modernique Doct. *in d.l. precibus*, Politus *in tract. de ſubſtitut. tit. de compendioſa.* & Ioann. de Neuiz. *conſ.54. Pone Domine custodiam ori meo, num.2.*

OPINIO DCCCLIX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio in dubio iudicatur directa.*
2 *Subſtitutio directa quid ſit, & quem eius effectum.*
3 *Subſtitutio obliqua, ſeù precaria quid, & quis eius effectum.*
4 *Subſtitutio compendioſa dubia cenſetur cum verbis communibus facta eſt: Directa autem cum verbis directis facta eſt nu.5.*

1 SVBSTITVTIO † dubia præſumitur directa. *c. ſi pater, de teſta.lib.6* & Gloſ. vniuerſaliter, & communiter ab omnibus recepta *in l. verbis ciuilibus, in ver. Voluntatem ff. de vulg.& pupill. ſubſtit.* cui accedunt aiūtque ſingularem, & non eſſe alibi Bald Ang. Paulus Caſtrenſ. Imol. Alexander *colum fin.* & Bologn. *ibi.* Aretin. *conſil.155. Periculoſum, colum.5.* Alexander *in. Attentis verbis. colum.4. volum.3. & conſil.51. In caſu præſenti num.9. volum.7.* Bald. *conſ.235.* Decius *in fin. vol.2.* Socin. *in leg. Gallus § quidam recte, colum.pen.ff.de lib.& poſthum. & conſil.113 ſupra ſcripto, colum 4.* Ang. *in §.fin. colum.pen. Inſtit. de pupil. ſubſtit.* Corn. *in l. precibus col.16. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus & conſil. 61. poſt redditum, circa fin. volum. 2.& conſil. 142. videtur colum. fin. volu.4.* Galianl. *in l. centurio, num.371.& 434 ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Dec. *in leg. in teſtamento. in 4. notab. C. de teſtam. milit. & conſ.371.num 4.& conſ.562. in caſu, ante fin* Angel. *conſ.225. hoc eſt teſtamentum*, aſſerens ibi hoc ideo contingere, quia ſubſtitutio directa dignior eſt & denique Cuman. *conſil. 2. colum.3.* innuit expreſſe hoc quoque accidere. ea potiſſimum ratione, quoniam directa hæc ſubſtitutio non imponit onus illi, cui fit, quemadmodum facit obliqua.

2 Et † ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, neceſſario diſcurrendum eſt, quid ſit ſubſtitutio directa, & quis eius effectus. Proinde animaduertendum reor, quod directa hæc ſubſtitutio ea ſit, qua quis capit hæreditatem defuncti ex diſpoſitione teſtatoris, nullo alio mediante, vel cooperante; vt cum aſſerit teſtator: *Gregorium mihi heredem inſtituo ſed ſi ipſe heres non erit Sempronius heres eſto*, Sempronius ipſe hic ſubſtitutus eſt directè, & hoc ſi per verba mere directa, & ciuilia, vt per verbum; *heres eſto* vel *heres ſit*, vel per verbum; *inſtituo heredem* ſubſtitutus ſit. Aliquando etiam fit per verba communia & interdum quinque per verba geminata, videlicet *Titium filium meum impuberem mihi inſtituo heredem*, & *ſi in pupillari ætate deceſſerit, Maeuium ſubſtituo.* tunc ſubſtitutio hæc directa eſt, ſi Titius morietur in pupillari ætate: propter verba geminata: ſed ſi poſt pubertatem, erit indubitāter fideicommiſſaria, ſecundum communem ſcholam omnium in iure ſcribentium variis in locis iuris noſtri. Cæterum ſi teſtator diceret, *heres ſit*: tunc vtique hoc habet quintuplicem differentiam, quarum prima dicitur, ſubſtitutio vulgaris & hæc duplex: vna expreſſa, quæ fit per huiuſcemodi negotiationem, videlicet, *inſtituo mihi heredem Priamum, & ſi ipſe noluerit, vel non potuerit heres eſſe, Theodorus ſit heres*, vel *Theodorum ſubſtituo.* Alia vere tacita, quando ſcilicet negatiu non exprimitur ſed potius includitur, vt cum dicitur; *Caſtorem, & Pollucem mihi heredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo*: tacite eo caſu ſubintelligitur, quod ſi alter eorum heres non fuerit, ſcilicet, quia noluit vel non potuit quando deceſſit ante aditam hæreditatem, alter ſit heres in ſolidum, *l.cum in teſtam.§ his verbis.ff.de hered. inſtit.* Bar. *in l.1. in princ. colum.3. verſ. Vlterius quæro quibus verbis fiat. ff. de vulg.& pupil. ſubſtit.* & Bal. *in l. fin. col. 4 ver. Nunc aliqua dicam de natura verborum. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Et † ſic ſubſtitutio directa eſt illa, per quam ſubſtitutus capit hæreditatem ſine facto alterius, e a teſtatoris diſpoſitione ita vt non oporteat recurrere ad primum hæredem, verum adeundo hæreditatem efficitur dominus, *vt in l. cum heredes. ff. de acquir. poſſeſ.* Indirecta vero obliqua, ſeu præcaria ſubſtitutio illa eſt per quam hæreditas capitur per manum primi hæredis, ex eo, quia non ſuccedit ur immediate teſtatori: ideo primus hæres accipit quartam Trebellianicam propter onera, quæ ſubit primus hæres ne fruſtra ſit hæres, vt *in l. pen. C. ad Trebell.* Gloſ. Abbas & alii omnes vniuerſaliter *in c. Raynutius, de teſtam.* & præſertim Couar. *ubi in 4.§.num.2.* 3

¶ Et huius diſtinctionis omnia commoda, & vtilitates tradit Lancell. Galianl *in repet. d.l. Centurio col. 111.* & Guliel. Benedic. *in d.l. Raynutius, in ver. abſque liberis, in tit. de compendioſa, num.12.*

Sed † hæc communis ita explanata non procedit de plano cum ſubſtitutio compendioſa facta eſt verbis communibus: tunc enim ea indubitantes dicerent ambigua, ita Ripa *in d.l. Centurio ſub num.15.* & Cephal. *conſ.429. Magnif. num.139. cum aliis ſequent. volum.3.* 4

Vbi † tandem mea communē limitat accuratiſſimè vt tantum procedat cum ſubſtitutio compendioſa facta, conceptaque eſt verbis directis. 5

OPINIO DCCCLX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio poſt mortem plurium facta vltimo morienti facta videtur.*
2 *Subſtitutio facta vltimo morienti an inducat reciprocam inter inſtitutos ſubſtitutionem. maxime adiectis his verbis* & ſi omnes deceſſerint *numer. 3. 4.5.& 6.*

SVBSTITVTIO † facta poſt mortē plurium cenſetur facta vltimo morienti, in portione ſua tantū, ita Bart. & alii omnes conformiter *in l. vel ſingulis. ff. de vulg.* 1

& sup. ll. ſubſtit. & in leg. Lucius §. *Cato. ff. ad Trebell.* Bal. *in l. 1 colu. 2. ver. ex hu apparet ratio trium legum C. de cond. inſer.* Soc. *in l. hæredes mei. §. cum ita, colum. 2. in 4. caſu. ff. ad Trebell.* & Berous cum aliis ſignatis per eum, *conſ. 79 num. 15. & 19. volum. 2.* vbi perhibet iſtam eſſe cõmunem opinionem, & Iacob Philip. Por. ſeu potius Ant. Gabriel. plenion mano, *in concluſ. 34. lib. 4.* & D. Sfortia Oddus etiam, *in tract. compendioſe ſubſtitutionum in 5. partic. quæſt. 1. artic. 6 fol 69. cum aliis ſequent.* Et facit text. *in leg. penult. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. quamuis, eod. tit.*

2 Sed † cum ſubſtitutio eſt ſimpliciter facta vltimo morienti, non tamen enodatè, & expreſsè in toto tunc vtique filii, vel hæredes non cenſentur inuicem ſubſtituti, ſecundum Bar. Bald. Ang. Imol. & alios omnes communiter *in d. reg. vel ſingulis* Ant. Gabriel cum magna cohorte in iure ſcribentium, relata per eum *in d. concluſ. 34. lib. 4.* & Sfor. Odd. *in loco proxime* *allegato.*

3 Immò † filii non videntur ad inuicem modo aliquo his verbis ſubſtituti, videlicet ſi teſtator dixerit *& ſi omnes decesserint* ita Angel. & Ioan. de Imol. *in l. ſi pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. 2.* & iſta eſt communis opinio atteſtante Crotu *conſ. 62. num. 1. & 5.* Ant. Gabr. *in d. concluſ. 34.* & Sfortia Oddo *in d. 5. partic. q. 1.* licet & male Paulus Caſt. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. poteſt. ff. de vulg. & pupill ſubſtit.* contrarium affirmet.

4 Cæterum † hæc omnia illuminantur aliquibus facibus per Paul. de Caſt. *in leg. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi vtiliter concludit; quod ſi ſint inſtituti hæredes hoc modo: *ſi omnes deceſſerint ſine filiis. talem ſubſtituo*: intelligantur tunc proculdubio inuicem ſubſtituti vt ſic ſubſtitutus, non ſuccedat, aliquo ex his ſuperſtite: ſed ſi ſubſtitutus ſit coniunctus admittetur profectò ſimul cum hærede, ad partem primi decedentis: quod eſt maximopere notandum.

5 Nam † vbi modo que ſumus inter teſtatoris filios, eo caſu, ſubſtitutio cenſetur facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, teſte Soc. *in l. hæredes mei § cum ita ſub num. 8. ff. ad Trebell. & conſ 249. Materia colum. 6. volum. 2.* vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem; cui aſſentitur cum aliis aggregatis per eũ

6 Paril. *conſ 43. nu. 35. & ſequent vol 2.*

Prædicta † autem communis de plano locum ſortitur tribus concurrentibus, videlicet quod ſubſtitutio facta ſit in toto & poſt mortem plurium, & quod conditio verificata etiam ſit in perſona primi morientis, non autem vltimi; quoniam tunc grauati filii, inuicem cenſentur ſubſtituti, ita Corn. *in d. l. pen. colum pen. & ſequent. C. de im pub. & aliis ſubſtitut.* & Paril. *in d. conſ 43 nu 34.*

OPINIO DCCCLXI.

SVMMARIA.

1 Subſtitutus, vulgariter an adueniente caſu ſubſtitutionis poſſit petere ſe mitti in poſſeſſionem hæreditatis & quid ad obtinendam poſſeſſionem probare debeat num. 2 & 3.

4 Subſtitutum hæredi, ſi deceſſerit ſine liberis, non tenetur probare, quod hæres deceſſerit ſine liberis, cum hoc probetur eo ipſo, quod non probatur contrarium.

5 Subſtitutus eſſe poteſt capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione additum ſit verbum, libere.

6 Fideicommiſſarius an poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem.

7 Quis dicatur legitimus contradictor contra petentem immiſſionem ex l. fin C de edic. diui Adr. toll.

8 Filius an ſit legitimus contradictor.

SVBSTITVTVS † vulgaris habet abſque dubio remedium *l. fin C. de edict. Diui Adrian. tollen.* ſecundum Bar. & alios communiter omnes ibi, *in 4 quæſt.* & ſic eueniente caſu ſubſtitutionis poteſt ſubſtitutus adire hæreditatem teſtatoris, ac ſimul petere ſe mitti ponique in poſſeſſionem bonorum illius, ex beneficio *d. l. fin.* quod ei indubitanter competit, ex communi omnium Doctorum aſſertione iam relata per Belloo, *conſ. 19. ſub num. 14. & ſeq.* 1

Sed ſubſtitutus † volens determinanſq; contra inſtitutum mitti in poſſeſſionem ex remedio *d. l. fin. C de edict. Diui Adri. toll* non debet ſolũ oſtendere teſtamentum non abolitum, nec vitiatum: verum neceſſario debet etiam plene probare, inſtitutum penitus eſſe excluſum, puta repudiatione vel aliqua impotentia ſecundum explanationem, declarationemque veriſſimam Bar. *in d. l. fin. in §. 1. colum. 4.* quæ communis eſſe iudicatur ex ſcriptis per doctores ibi, & ita conſuluit Bero. *conſ. 57. concludo in caſu mihi propoſito. num. 21. volum. 2.* 2

Cæterum † hæc communis declaratur vtiliter ad praxim. quod hæc probatio per ſubſtitutum, venientem aduerſariè contra inſtitutum, debeat ilico, & in continenti fieri, alioquin non audiretur vllo modo, tex. r it *in l. 1. C. de edict. Diui Adrian. toll* & ita conſulendo explanat, explicatque Bero. *in præcitato conſ. 57 num 20. 21. in fin.* 3

Eſt † bene verum, quod ſubſtitutus hæredi ſub conditione. ſi deceſſerit ſine liberis nõ debeat, nec 4 tenetur vllo modo ꝓbare q̃ hæres deceſſerit abſq; liberis: verũ ſufficit id allegare, niſi contrariũ ꝓbetur ꝑ aduerſariũ, id eſt, exiſtẽtia liberorum. ita Bar. Ang Iacob. de Aren. Alb. Raph. Com. Imol. Ripa, *colum. penul* & alii omnes, per tex. ibi, *in l ex facto §. ſi quis autem ff ad Trebell* Paul. Caſt *conſ 387 n 4. vol. 1.* & Alex. *conſ. 39. Viſo thymate de quo ſupra volu. 1.* vbi ab hac opinione, tanquam ſacroſancta, admonet non [illegible] recedendum in iudicando, & conſulendo, cui inniti- mi etiam Dec. *conſ. 578. Viſo conſilio clariſſimi Doctoris Domini Ioannis de Mota in princ.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & Franciſcus Herculanus etiam cum aliis aggregatis per eum *in tractatu quis teneatur probare negatiuam, nu. 98. in 3. limit.* & eam magis veram, magiſque communem atteſtatur quoque Alciat *in tract. de præſumpt. in reg. 1. præſumpt. 49.*

Imo † ſubſtitutus ipſe poſſet indubitanter capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione appoſitum fuerit verbum *libere*, ſecundum Bar. *in l. prox. ib. col. pen. verb. V l. quid ſi dixit C de impub. & aliis ſubſtit.* 5

Quoniam † regulariter fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem, ita C. [illegible] Put. *dec. 3. in tit. de teſta.* cum illam capiat de manu hæredis *l. 1. ter omnes*, & ibi Paul. Caſtrenſ. & alii omnes *ff. qui ſatiſd. cogant. & l quod per manum ff. de iure codicil.* alias fideicommiſſarius accipiens fideicommiſſum propria authoritate, caderet à iure ſuo, ſicut legatarius, *l. 1. & ibi Doct. C. quod l. & in leg. non dubium. C. de leg.* 6

Verum bonorum † poſſeſſionem poſſet capere propria authoritate, de licẽtia teſtatoris, ſi ei teſtator in teſtamento hoc permiſiſſet, atque conceſſiſſet, *l. Titio cum teſtamento §. 1 ff de lega. 2.* Bal. *conſ. 431. vol. 1.* Raph Coman. *conſ. 61. in fin.* & Dec. *conſ. 424. nu. 15.* 7

Verum † cum in præſenti materia, & terminis *d. l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen.* interdum ſoleat cõparere contradictor, ad impediendum hæredem ſuper immiſſione in poſſeſſionem ex tali remedio, ideo diſcutiendum non abs re eſt, quiſnam † dica- 8 tur, denique tunc poſſit legitimus contradictor: itaque 9

quæ reſolutio erit iſta, quod is dicatur contradictor, legitimus, qui eſt hæres, & in ſolidum, & tunc oppoſitione poteſt tali nomine teſtamentum vituperatum, non autem vt contradictor, vt conſtanter determinatur Gloſ. *in ver. contradictor eo in loco*. & Bar. *colum. pen.* Paul. Caſtr. *conſ*. 57.

Qui etiam legitimus contradictor, debet tunc neceſſario audiri, vbi miſſio in poſſeſſionem petitur & caute examinari per iudicem cauſæ, vt exprimit text. *in d. l. fin. § ſin autem* vbi annectit quoque Bal. *ſub num.* 13. *in verſ. ſeptimo nota*, quod Iudex grauiter procedere debeat contradictore apparente, & firmat etiam Guid. Pap. *con*. 193. *n*. 2.

Sed legitimus contradictor vt non mittatur in poſſeſſionem hæres debet neceſſario habere titulū & poſſeſſionem, vt per Bartol. *in d. l. fin. col. pen. & fin.* Quia in hoc iudicio opponi poteſt; *dolo facit, dum petit quod reſtituturus is*. Et ſic contradictor legitimus is dicitur, de cuius poſſeſſione, & dominio conſtat, alias non competeret illa exceptio *dolo facit, & cætera* vt per Ruin. *conſ.* 47. *num* 7. *volum* 1. ita vt non ſufficit ſola poſſeſſio, neque contradictori ipſe audiatur ſi allegaret ſimiliter titulum nullum; quia paria ſunt titulum non habere, & habere, ſed eſſe nullum, vt per Gozadi. *conſ.* 93. *num* 5.

Vnde non apparente de dominio contradictoris remouetur à recitus à ſua contradictione, & remanet ſolummodo ſpoliator, & occupator, vt per Zucchar. *in d. l. fin num*. 123. Ruin. *conſ.* 78. *num*. 19. *vol*. 3. & ſapientiſſimum D. Alexand. Raudenſem totius Italiæ ſplendorem. *conſ*. 12. *nu*. 6. *vol*. 1. vbi refert quoque alios quam plurimos eiuſdem ſententiæ Doctores. Imo ille cõtradictus, cum propria authoritate poſſeſſionem rei vacantis in ſe tranſtulit, & eam inuaſit, non ſolum audiendus non eſt, ſed reputandus potius prædo, Baldo teſte *in d. l. ſi ſub num* 42. *ver. Quinto opponendo de contract. defuncti.*

Nec aliæ itidem exceptiones friuolæ, & à iure nõ approbatæ oppoſitæ per contradictores non legitimos ſunt recipiendæ vt per Bal. *in eodem loco*, *ſub nu*. 13. *verſ*. 19. Taliter quod habens iuſtiorem cauſam, & melius probans, debeat reportare victoriam, & obtinere in præſenti iudicio, prout concedit idem Bal. *ibi ſub num*. 13. *verſ*. 8. *nota*.

8 Et licet † foret prout non eſt ex diſpoſitione *l. cum auum. ff. de cond. & demonſt. & l. cum acut ſ. in. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* quę leges & ſi diſponere videantur, quod deſcẽdens de reſtituendo grauatus poſt mortem ſuam, intelligatur, ſi ſine filiis deceſſerit, vt per Soc. *in tract. regularũ, reg.* 167. nihilominus tñ animaduertendum eſt, q illa tacita conditio, de maſculis, ex coniecturis intelligitur, vt ita conſuluit Curt. Iun. *conſ*. 139. & Socinus Iun. *conſ*. 168 *ſub num*. 85. *volum*. 2. Taliter quod filia tunc non poſſit excludere ſubſtitutum, neque impedire vllo modo immiſſionem illius in poſſeſſionem in bonis reſtitutioni ſubiectis, vigore remedii intentati *ex d. l. fin.* Neque filia contradictrix legitima foret, nec excludere poſſet ſubſtitutum, etiam cum extat ſtatutum; quod filiæ fœminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis: & ſic ex hoc ſtatuto filia nõ tollit vllo modo ſubſtitutionem, quæ ita fit *ſi hæres deceſſerit ſine liberis* vt per Alb Brun *in tract. ſtatutorum, quod ſtantib. maſculis, in* 3 *art. col*. 3. & Tiraq. cum aliis nõ paucis aggregatis per eũ, *in l. ſi vnquã, in ver. ſuſceperit liberos, n*. 120. *& ſeq. C. de reuoc. don.* vbi confirmat opin. iſtã vigoroſiſsimis, viuaciſsimiſq; rationib. Taliter q. filia in præſenti caſu remaneat excluſa, ex mẽte teſtatoris, ad excludendũ ſubſtitutũ nec vllatenus põt impedire immiſsionem illius in poſſeſsionem, ex remed. *d. l. fin.* & ita in vtroq; caſu iſto non ſemel conſului, & iudicaui.

OPINIO DCCCLXII.

SVMMARIA.

1 *Filii in conditione poſiti an cenſeantur ex teſtamento vocati ad fideicommiſſum, eiuſq; exemplũ. nu*. 2. *& n*. 3.
3 *Filii poſiti non ſolum in conditione, ſed etiam grauati an cenſeantur vocati.*
4 *Filii in conditione poſiti* 28. *caſibus cenſetur vocati, remiſsiue.*
5 *Filii poſiti in conditione licet non cenſeantur inuitati tamẽ fauore filiorũ apponitur cõditio ſi ſine liberis &c.*
6 *Filii inſtitutorum in cõditione poſiti videntur eſſe in diſpoſitione, cum ſunt vocati tacitè vel expreſſè.*
7 *Filii in conditione fideicommiſsi, poſiti, non cenſentur vocati ad fideicommiſſum, niſi ex multis coniecturis, vel verbis teſtamenti appareat ita voluiſſe teſtatorem.*
8 *Filii in conditione poſiti licet non cenſeantur vocati ex teſtamento, tamen videntur vocati ab inteſtato.*
9 *Argumentum à contrario ſenſu, in vltimis voluntatibus eſt receptiſſimum.*
10 *Filii in cõditione poſiti an cẽſeãtur poſiti in diſpoſitione.*
11 *Per fideicommiſſum impeditur bonorum alienatio, quæ ingenuis hominibus libera eſſe debet, vnde tale fideicommiſſum cenſetur odioſum.*
12 *In dubio ſemper facienda interpretatio contra inducere volentem fideicommiſſum.*
13 *An ex eo, quod filii in conditione poſiti ſunt ſemper inferri poſſit, eos eſſe vocatos.*
14 *Quæ ad maiorem declarationem dicuntur non cenſentur inania neque ſuperflua.*
15 *Si à lucro quis fauore alterius remouetur, an lucrum illud iſti alteri applicari debeat.*
16 *Filii in conditione poſiti, an cenſeantur vocati ex coniecturata mente teſtatoris.*
17 *Poſiti in cõditione per ablatiuos abſolutos, an cenſeantur vocati.*
18 *Ablatiui abſoluti quando conditionem inducant.*
19 *Teſtator filiam, vel fœminam inſtituens, non cenſentur habuiſſe intentionem ad conſeruationem familiæ, eiuſque ratio.*
20 *Fideicommiſſario non competit remed.* l. fin. Cod. de edict. diui Adr. toll *& n*. 21.
22 *Exceptio contra petentem immiſsionem* ex l. fin. C. de edict. diui Adr. *teſtamentum in quo ſcriptus eſt hæres, eſſe per vim, & metum conditum, non poteſt impedire immiſsionem, quia id non eſt vitium apparens, & viſibile.*
23 *Patri pro filio an competat remed.* l. fin. C. de edict. diui Adrian.
24 *Remed. l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. non ſolũ per adipiſcenda, ſed etiam retinenda poſſeſsione competit.*
25 *Hæres ſcriptus in teſtamento, an propria authoritate poſſeſsionẽ hæreditatis vacantis apprehendere poſsit; & in apprehenſa manu tenendus ſit.*
26 *Fideicommiſſarius an ſit legitimus contradictor & impedire poſsit ne hæres ſcriptus in poſſeſsionem mittatur, vel in ea conſeruetur, & quid ad id requiratur.*
27 *Quæ requirunt altiorem indaginem non poſſunt dici in continenti probata, nec impediunt immiſsionem* ex l. fin. de edict. diui Adr. toll.
28 *Sola oſtenſione teſt. in forma probante non cancellati, nec in aliqua parte ſuſpecti Iudici facta, hæredem in eo ſcriptum in poſſeſsionem mittendum.*
29 *Pendẽte appellatione à decreto*, ex l. fin. C. de edic. diui Adr. *lato, non retardatur executio.*

FIlii † poſiti in conditione non cenſentur ex teſtamento vocati ad fideicommiſſum, ita Gloſſa

in l.

Digitized by Google

domus ſua. Moritur teſtator, deinde moritur Lucretia, altera ex hæredibus, ſuperſtite tamẽ Prudentia Scarnatia, eius filia legitima & naturali ex primo viro, quæ quidẽ Lucretia ſuum vltimũ condidit teſtamentum, & in illo inſtituit ſibi hæredes vniuerſales & pro æquali portione, Prudentiam præfatam, & Alferium Dorotheũ Scarnatum, eius ſecundum virum modo prudentia prætendit, dictam eius matrem non potuiſſe diſponere in eius præiudicium, per diſpoſitionem, factam per ſupra dictũ Horatium Auum & proinde prætendit ſola admitti ad hæreditatem dictæ Lucretiæ, non obſtãte eius diſpoſitione, & teſtamẽto de quib. ſupra. Quæritur igitur quid iuris ſit? Quãuis fautores prudẽtiæ Scarnatæ, propoſitæ dubitationis reſolutionẽ ex illa veterrima ac inextricabili, inter ſcribentes, altercatione: Verũ filii poſiti in conditione dicantur poſiti in diſpoſitione, & ſucceſſiue vocati ex teſtamẽto, ſiue fideicom. pendere exiſtiment, & deſcribendo tantũ Dd. partem affirmatiuam tenentes aliquantulum inſudare videantur excludendo penitus Alferiũ Dorotheum coheredem; attamen, re bene perpenſa abſq; eo quia præfatæ quæſtionis Oceanũ introeatur, ex verbis ipſius teſtatoris propoſitę dubietatis reſolutio clariſſime patebit. Et primo cõſiderãdo illa, dũ dicit, *Itẽ vult quod prædicti eius hæredes vniuerſales non poſſint facere teſt. ſi ex iis non naſcentur filii leg. & naturales* inuenienius in illis teſtatorẽ principaliter prohibuiſſe ſuis hæredib. teſtamenti factionẽ, ſub illa tamen dictione, ſi nempe, ſi ex illis non naſcentur filii legitimi, &
8 naturales, † quæ dictio, cum conditionẽ importet, ſecũdũ Bart. & Dd. omnes *in l. 1. ff. de con. & demon.* & illis exiſtentib. conditio dicatur defecta, & ſucceſſiue etiam prohibitio ſub eadem facta, tex. eſt, *in l. ex facto §. pen. vbi Dd. ff. ad Treb. l. 1. vbi Scrib. C. de cond. in ſer. l. non eſt ſine lib. ff. de verb. ſign.* ex cuius nõ verificatæ conditionis defectu, per argumentum à contrario ſenſu, quod in vltimis voluntatib. eſt receptiſſimũ, *l. ſi legatum pure l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. l. quod pure ff. quando dies legat. quando ced. cum aliis concord.* ne dum tollitur prohibitio teſtandi tanquã facta ſub conditione nõ verificata: verũ etiam inducitur expreſſa teſtatoris diſpoſitio contraria primæ, vt diſpoſitioni, factæ ſub conditione non verificata: & ſic teſtandi permiſſio, vt notabiliter decidiṫur ex tex. *in l. ſi quis locuples in fi. ff. de manumiſ. teſtam.* & per Dec. *in l. 1. ff. de officio.* & cõis opin. Dd. teſte Mantica *in ſuo tract. de coni. vlt. vol. lib. 3. c. 15. n. 7. in fin.* vnde cum ex ſupradictis teſtatoris decoſerit, ob defectum non verificatæ conditionis, ſub qua erat facta. & ob id ſit inducta contraria expreſſa teſtatoris diſpoſitio, & ſic permiſſio teſtandi, non video quare teſtamentũ Lucretiæ, & diſpoſita in eo, dici debeant inualida & nulla. Secundo, põderando ſecundã partem diſpoſitionis, factæ per teſtatorem, per illa verba, *ſed morientibus ipſis (quod abſit) ſine filiis legitimis, & naturalib. vt bona ſua reuertantur ad ſtipitem domus ſuæ, vel familiæ.* in qua forcaſſe totum eius intentionis fundamentum pars aduerſa conſiſtere opinatur inueniemus illam, non principaliter, ſed acceſſorie fuiſſe factam quod quidem loquela ipſius manifeſtum facit: nam primo diſpoſuit, prohibendo ſuis hæredibus teſtamenti factionem, ſi ex illis liberi non naſcerentur, & deinde & ſic ſecundario, & acceſſorie, cogitans, quod caſus poſſet contingere, quod videlicet ex illis liberi non naſcerentur videns quod tali caſu ſtante eius prohibitione, ſui hæredes cogerentur decedere ab inteſtato: & ſic aliqui cognati poſsẽt admitti ad hæreditatem teſtatoris, præter eius voluntatem teſtatoris præter eius voluntatem, diſpoſuit ſecundario ſubſtituendo illis ſtipitem familiæ: quæ ſecundaria diſpoſitio in tantum intelligetur facta, in quantum illud quod præcedit eam, ſcilicet quod dicti hæredes decederent abſque liberis verificaretur, cuius oppoſitum cũ euenerit, neque filiorum procreatio, & cum illis deceſſus, vel decedentia, reſtat, & ſecunda diſpoſitio, quæ tanquam acceſſoria primæ diſpoſitioni, non poteſt eſſe abſque ea, tanquam principali, *c. acceſſorium de reg. iur. in 6. l. cũ principalis ff. de reg. iur.* & ſic quemadmodum primitiua diſpoſitio, & prohibitio ceſſat ob defectum non verificatæ conditionis. ſub quã erat facta: ſimiliter & ſecunda ceſſare debet tanquam acceſſoria ad primam, & proinde iure optimo Lucretiam teſtari potuiſſe eſt concludendum. Tertio, legendo prohibitionem factam per teſtatorem ſuis hæredibus, circa teſtamenti factionem, inueniemus illam eſſe limitatam illa conditione; *ſi ex illis liberi non naſcerentur*; quæ prohibitio cum ſit tali conditione limitata illa non verificata; imo caſu exiſtente in contrarium, vltra dictam conditionem non porrigitur *leg. ſi ita quis ff. de vulgar. & pupil. l. epiſt. §. vlt. ff. de pact. l. Imperator, in fin. ff. de pact. l. in hoc iudicio, §. ſi conſecerint ff. Corn. diuid.* ſi igitur ex ſupradictis prohibitio teſtatoris non porrigitur vltra conditionem appoſitam per ipſum, eaque non fuerit verificata ceſſat dicta prohibitio, qua ceſſante inducitur permiſſio *l. 1. §. ſi prepoſitus ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.* quod quidem indubitatum tenet Decianus *conſ. 9. num. 17. verſ. pater libro tertio & infra num. 23.* hoc idem confirmat addens, ſe ita conſuluiſſe, eiuſq; cõſilium fuiſſe ſubſcriptum per excellentiſſimos viros Marcum Manticam, & Hieronymum Tornielium, & ſecundum hanc ſententiam fuiſſe pronunciatum, cumque ex prædictis inducatur teſtandi permiſſio, ad quid pars diuerſa intendit impugnare teſtamentum Lucretiæ cum parte iure permittentibus ſit factum?

Quarto, ex verbis teſtatoris in facti figuratione narrata colligimus illum in teſtandi prohibitione, per ipſum facta ſuis hæredibus inclusiue tantum decedentiam abſque liberis dum dixit. ſe di loro non naſcono figli legitimi, & naturali *l. ſi ex iis non naſcentur filii legitimi, & naturales* quæ decedentia cum ſit directo, & ex diametro contraria decedentiæ cum liberis & inter illas nullum detur medium: de neceſſitate ſequitur, quod incluſio illius ſit excluſio alterius: & quod denegatio illius, ſit permiſſio alterius vulgatis iuribus *in l. cum pater, ff. de ind. l. ſi maritus, in fine, l. Pomponius §. ſed & ſi, ff. de procurat. l. ex eo quod prohibet. de fide inſtru.* modo ſic, ſi teſtator prohibuit ſuis hæredibus teſtamenti factionem, ſi ex illis non naſcantur, ergo per ſuperius allegata, caſus decedentiæ cum filiis ne dum reperitur in huiuſmodi prohibitione contentus: ſed ab ea penitus excluſus, & ſic heredibus teſtari prohibitis in vno caſu, in altero illi contrario cenſetur libera teſtandi expreſſe relicta permiſſio. Et quatenus hoc non foret, non poteſt negari, quia remanſerint in diſpoſitione iuris communis circa teſtamenti factionem prout notabiliter tradidit. Decius *in l. 1. num. 38. in fine, cum pluribus aliis ſequentibus ff. de offic. ciui.*

Quod cum ita ſit Lucretia, cum deceſſerit, ſuperſtite Prudentia, filia legitima, filia legitima, & naturali: & ſic in caſu contrario illi qui in prohibitione continetur iure optimo teſtari potuit, nec eſt, cur pars aduerſa conqueratur de eius teſtamento, prætendens illud nullum & inualidum.

Quinto & vltimo, ad demonſtrandum, quod propoſitæ dubietatis reſolutio (ſi dubietatis nomen meretur) non pendeat a deciſione perdifficilis quæſtionis, *An liberi poſiti in cond. cenſeantur poſiti in diſpoſitione*, & quod illa, ab iſta ſit ſatis diſterens, diuerſique ſunt termini, & caſus, conſidero, quod ex deciſione dictæ arduæ quæſtionis, alterum ex duobus reſultet: permiſſio ſcilicet, vel denegatio teſtandi nam teſtandi. nam ſi tenemus opinionem Gloſ. *in locus, l. 1. ff. de hered. inſtit.* quæ eſt communis, inducitur ex ea teſtandi permiſſio inſtitutis, etiamſi poſiti in conditione ſuperſint, ſi vero tenemus contrariam, inducitur ex ea teſtandi denegatio inſtitutis; & hæc quæſtio habet locũ quotieſcunque teſtator filios in conditione poſitos non expreſſe vocauit neque excluſit: ſed ſimpliciter dixit. *inſtituo filium meum hæredem, & ſi deceſſerit abſque liberis, ſubſtituo illi Caium* prout in hac facti ſpecie format caſum Iul. Clar. *in § teſtamentum q. 77. lib. 3.* nam ſi expreſſe illos vocaſſet vel excluſiſſet non eſſet de eo diſputandum: his ſic ſtantibus, dico quæſtionẽ prædictã nullo modo congruere caſui noſtro & conſequenter ex illius deciſione, nullatenus decidi poſſe propoſiti facti ſpeciẽ cũ ſit ab ea penitus diuerſa nã in quæſtione inter Dd exorta; *an liberi poſiti in conditione*: nõ apparet expreſſa vocatio poſitorũ in cõditione: neq; expreſſa excluſio ſed vtraq; dubia, nõ mirũ igitur, ſi ſuper ea dubia orta fuerit altercatio ſed in caſu noſtro, nõ dubia ſed expreſſa apparet teſtatoris volũtas, permittẽs teſtamẽti factionẽ ſuis hæredib. etiãſi filii in cõditione poſiti exiſtãt: nã dicit ipſe quod eius heredes nõ poſſint teſtari, ſi ex illis nõ naſcãtur heredes, ne dũ nõ reperiũtur prohibiti, ſed illis dicitur cõceſſa expreſſa teſtandi facultas, vel ſaltem remanſerunt in diſpoſitione iuris communis, vt ſupra dictum eſt, vnde, ſi in caſu noſtro habemus expreſſam voluntatem teſtatoris teſtari permittentem ex ſupra dictis etiamſi poſiti in conditione extant; ad quid pars aduerſa deſiderat deciſionem dictæ arduæ quæſtionis *an liberi &c.* cum illa loquatur in caſu dubio & nos ſimus in claro.

Hæ quinque conſiderationes, ex verbis teſtatoris deprumptæ; ac iuribus, & doctrinis ſupradictis corroboratæ meo quidem iudicio, ſufficientes videntur ad decidendum propoſitum caſum, & ad demonſtrandum parti aduerſæ dictæ quæſtionis; *an liberi poſiti in conditione &c.* deciſione non eſſe opus, quibus ſi non quieſceret, & adhuc dictæ quæſtionis deciſione deſideraret, adhuc & illa hãc eãdẽ ſententiã corroborat. permittens inſtitutis teſtamenti factionem,

licet

licet in conditione poſiti exiſtant, & de illam ad partes diſputando, tempus contreram, quoniam ſatis, ſuperque ſatis, reperitur diſputata per Roland. à Valle *conſ. 52. volum. 3. per totum*, & per peritiſſimos nobiliſſimoſque Iureconſultos Aquilanos. D. Ioſephum de ruſticis, *in ſuo peculiari tract. an & quando liberi &c. lib. 1. cap. 2. part. 1. per tot.* & Alexa. Trentacinquiom, *in ſuo tract. de ſubſt part. 4. c. 11. nu. 20. verſ. Secundus caſus*. & ne prolixus nimium, & tædioſus ſim in recenſendo omnes Doct. antiquos, hanc partem ſectantes, quos ad ſaturitatem recolit dictus D. Ruſticus *in d. eius tract.* enumerans n. 120. & Ant. Gab. *com. concluſ. 4. tit. de fideicommiſ.* ſed tantummodo recenſendo omnes Modernores hanc eandem opinionem ſectantes, illamque de communi teſtantes, oſtendam parti, hanc eandem opinionem ſuperius dictã corroborari ea deciſione dictæ quæſtionis, ab ipſa vſq; adeo optata.

Cuius quidem opinionis originalis auctor eſt Gl. *in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit.* quam ſequitur Io Vinc. de Anna *in eius alleg. 134. lib. 2. n. 4.* quo loci teſtatur, ſecundum eam fuiſſe iudicatum in ſacro conſilio Neapol. & *in allegat.* hoc idem tenet Fab. de Anna Vinc. filius, & ad præſens meritiſſimus Conſiliarius ſacri conſilii Neapolitani *conſ. ſuo 51.* patris opinionem ſequitur, licet alias *conſ. 9.* tenuerit contrarium à quo tandem melius rem trutinando receſſit Franc. Viuius doctiſſimus, ac nobiliſſimus Iureconſultus Aquilanus *in ſylua com. opin* 862. recolit innumerabiles opin. Glos. ſectantes, illamque ibidem communiſſimam, ac ſacroſanctiſſimam appellat, & ab ea in iudicando & conſulendo, nullatenus eſſe recedendum Ioſeph. de Ruſt. *d. eius tract.* hanc eandem opinionem teſtatur communem, aſſerens paſſim eſſe receptiorem per iudices, & Rotas in iudicando *c. 2. part. 1. & cap. 2. part. 2. num. 80. libro 1. vſque ad finem.* Alex. Trentacinq. *d. eius tract. part. 4. c. 11. num. 20. verſ. Secundus caſus, vſque ad num* 23 poſt habitam prolixam diſputationem ſuper hac quæſtione, demum euacuatis omnibus contrariis, hinc inde pro vtraque parte adductis, tandem reſidet in hac eadem Gloſ. opin. aſſerens ſe numquam ab ea, nec iudicandu, nec cõſulendo diſceſſurum, qui videatur quæſo citato loco quoniam mirum in modum, ſubtiliter, & docte quæſtionem diſcutit, & in eius reſolutione (iudicio quidem meo) veritatem indagatur, ſimiliter & cum eo videatur omnino D. de Ruſticis, *dicto eius tractatu* Roland. à Valle *d. eius conſ. 52 vol. 5.* & Ant. Teſſaur. *deciſ. Ped. 96. per tot.* quo loci teſtatur, quater in plurimis Parlamentorum curiis iuxta opinionem Gloſ. fuiſſe deciſum. And. Gail. aſſerit, per Cameram Imperialem in ardua cauſa fuiſſe ſecundum eam iudicatum, & quotieſcunque caſus contingit, ſemper ſenatum tranſiſſe cum opinione Gloſ. & præciſè in quadam ardua cauſa per ſereniſſimum Philobertum Ducem iudicata, ex voto Dominorum Hieronymi Purpurati, præſidis, & Ant. Teſſauri *anno 1566.* prout ipſemet Teſſaur. refert *deciſ. 96.* qui Doct. videantur quæſo omnino: quoniam articulum diſſerunt valde, & in illo veritatem ſcrutantur Grauet. *conſ. 757. &* 878 Iul. Clarus *in §. teſtam. quæſt. 77.* Craſ. *in §. fideico. quæſt. 15.* Ferd. Vaſq. *de ſucceſ. reſolut. tit. de liber. parent. inſt. lib. 4. num 3.* dicit opin. Gloſ. *in l. filiusfamil. § cum qui hæredes, ff. de leg. 1.* contrariam aſſerentem Iaſ. *conſ. 135. num. 4. vol 2.* dicit temerarium eſſe in indicãdo ab opin. Glo. diſcedere, Soc. Iun. *conſ. 177. vol. 2. n.* 8 teſtatur opin. Glo. per ſecula approbatam, & canonizatã in ſcholis, & palatiis, ſubdens nefas eſſe ab ea in iudicando diſcedere Decianus *conſ. 59. n. 1. vol. 2. &* *conſ. 79. n. 5. vol. eod.* Capra *conſ. 2. nu. 23. & 24.* teſtantur opin. Gloſ. communem eſſe, & reſpondet aliquibus contrariis Cap. *deciſ. 115. n. 8.* opin. Gloſ. ſequitur.

Quæ quidẽ corroboratur primo ea ratione, quod cuilibet graue videri debeat per conditionalia verba in conditione poſitum vocari, & liberam teſtandi facultatem libero homini, & quandoque filio patre prudentiori auferri & liberis, forte parum piis, contra patrem optimum criſtas, vt dicitur erigendi occaſionem præberi, relata per Teſſaur. *d. dec. 96. n. 6.*

Corroboratur † & ſecũdo alia ratione, nã per fideicõmiſſum impeditur bonorum alienatio, *l. vlt. C. com. de leg. l. filiusfamil. § diui, ff. de leg. 1.* at quia iniquum eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam bonorum alienationem *l. 2. ff. ſi à patre quis fuer. manu. l. in re mandata. C. de mand.* & propterea fideicõmiſſum illã prohibens dicitur odioſum, cum ſit inductum contra ius cõe, & omnis diſceſſus à regulis iuris cõis, eſt odioſus *c. 1. in fin. de fil. presbyt. lib. 6.* Abb. *in c. cum dilecti nu. 5. de donat.* merito igitur Gloſ. illud excludit & reſtringit cum odia ſint reſtringenda, & non amplianda, & quotieſcunque tractatur de inducendo fideicõmiſſum, vt in caſu noſtro, † ſemper debeat fieri interpretatio contra volentem illud inducere, ex verbis dubiis, & decernẽdum ſit contra fideicõmiſſum, *l. Lucius, § tres hæredes. ff. ad Trebell.* & ibi Iacob. de Are. Dynu. & Alberic. Soc. Sen. *conſ. 113. num. 38. vol. 1.* Dec. *conſ. 287. nu. 11. conſ. 291. nu. 8. conſ. 465 n. 13. con. 511. n. 5. vol 2.* Soc. Iun. *conſ. 116 n 56. vol. 1.* Grauet. *conſ. 180. in fin.* Alciat. *in l. Centurio ff. de vulg. & pupil. nu. 58.* Nat. *conſ. 100. nu. 8.* Grat. *conſ. 116. nu. 18. vol. 2.* Rolandus à Val. *con. 46. 56. 59. lib. 3.* Cepha. *con. 45. n. 12.* quanquã cum hoc faciat Glo *in d. l. Lucius*, & eius opinio conformetur cum regulis iuris, cum per illam inducatur libera bonorũ alienatio liberis hominib. ſeruata forma iuris communis, ergo ſequenda eſt illa, & reiicienda contraria opinio.

Corroboratur & tertio ea demũ ratione, nam teſtandi prohibitio dicitur quid odioſum, cum homini libero prohibeatur libera alienandi facultas, vt ſupra dictum eſt, multoties dicta prohibitio inducatur ad pœnam prout ſit ſeruis, & damnatis vltimo ſupplicio, & effectu ſeruis pœnæ, qui teſtari prohibẽtur *tot. tit ff qui teſtam. fac. poſſ.* vnde cum illa inducatur ad pœnã, & iniuriam afferat homini, & ſucceſſiue ſit res odioſa, & odia ſint reſtringẽda, & nõ ãpliãda *l. cum quidam ff. de lib. & poſth.* non debet illa induci per verba dubia & cõditionalia, & præſumptiones: ſed ad eam inducendam requiruntur verba clara & aperta, quæ cum non interuenerint, ex ſupradictis opin. gloſ. iurib. & doctrinis corroboratam communiorem, & in puncto iuris veriorem, & in iudicando crebriorem eſſe demonſtrauimus, à qua eſto quod aliqui Doct. diſcedendum eſſe exiſtiment concurrentib. aliquib. coniecturis oſtendentibus, mentem & voluntatem teſtatoris fuiſſe poſitos in conditione vocare voluiſſe ex teſtamento: attamen tum quia omnib. ſtrenuè reſpondit illaſque, more ſolito, conculcarit Soc. *in l. cum auus, ff. de cond. & demonſt.* nominatus à D. de Ruſt. *in d. eius tract. lib. 3. c. 1. nu. 6.* coniecturarum acerrimus impugnator, & illas deſtruit Rol. à Val. *d. eius con. 52. vol. 3.* & Alex. Trentac. *in d. eius tract. citato loco.* ita vt in contrarium ſit communis opinio: tum etiam, quia in caſu noſtro oẽ dũ omnes, vel aliquæ non verificentur, ſed illatum reſolutionem, & confutationem, tanquam ad rem non facientem, ex ſupradictis non inſiſto, ſed tantũmodo ad reſolutionem contrariorum, quæ non cõtraria parte adduci poſſent, deueniendum exiſtimo.

Et primo non obſtat, ſi dicatur, quod ſicuti teſtator prætulit inſtitutos ſubſtituto ex teſtamento, ita etiam prætuliſſe dicatur eorum filios in conditione
13 poſitos *per l. Lucius. la 2. ff. de hered. inſtit.* quoniam reſpondetur † filios in conditione poſitos, dici poſitos, ad excluſionem ſubſtituti tantum, & nõ ad hoc vt vocati dicantur: nam non ſequitur: Eſt quis in conditione poſitus, ergo vocatus: quoniam conditio nihil ponit in eſſe, neque diſpoſitionem inducit *l. ex facto. l. ſi quis ita heres. ff. de hered. inſtit.* & licet *d. l. Lucius. in fine*, dicat: *non enim fratrem ſolum heredem prætulit ſubſtituto, ſed & eius liberos*: tamen illud intelligitur, quod fratrem prætulerit ex teſtamento: Liberos vero ab inteſtato, prout d. legem intelligit, & abunde declarat Trentacinquius *in d. eius tract. par. 4. c. 12. n. 22. verſi. iſte text.* qui videatur omnino citato loco: quoniam ſatis ſubtiliter, & abunde reſpondet conſiderationibus per Doct. *in d. l. Lucius* pro contraria opinione.

Secundo non obſtat illa ratio: quod iſta conditio non diſponeret, & filii in conditione poſiti non cenſerentur vocati, quod illa verba, *Se di loro non naſcono figli. l. ſi ex iis non naſcantur filii*: eſſent ſuperflua, & inania: cum etiam, ſi non exprimerentur, tacite intelligerentur, per *l. cum auus de cond. & demon.* quia reſpondetur quod licet illa intelligantur, etiam ſi non exprimantur, illud prouenire ex diſpoſitione legis, & non teſtatoris, qui cum expreſſe hoc idem à ſe, & ex ſua diſpoſitione prouenire voluerit, non eſt, cur eius verba dicãtur ſuperflua, & inania, cum illa proferantur ad maiorem declarationem, † & quæ ad
14 maiorem declarationem dicuntur, non cenſentur inania, ſuperflua tenentur, ſecundum Bald. *in l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appellat.*

15 Tertio non obſtat † ratio illa, quod quando quis remouetur à lucro, fauore alicuius, lucrum illud debeat applicari illi, cuius fauore remouetur, iuxta tex. *in l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indig. l. ven. C. de leg.* quia reſpondetur, illa iura loqui, quando quis remouetur à lucro, vt indignus, prout loquitur *d. §. amittere.* nam ibi teſtator dedit tutorem ſuo filio, & ratione tutelæ reliquit aliquid dicto tutori, qui recuſans tutelam fuit priuatus legato à lege, tanquam indignus: & hoc fecit fortaſſe lex ex coniectura ta mente teſtatoris, & ſic licet tutor priuetur legato, & remoueatur à lucro fauore filii & illi applicetur, hoc tamen prouenit ex diſpoſitione legis ad illam rationem: quoniam vtilitas pupilli deſerta fuit, cui licet applicetur legatum, quo fuit priuatus tutor, illud prouenit, quia illi, tanquam heredi, illud competebat, ob refutationem factam per legatarium, quæ ratio non verificatur in caſu noſtro: nam quod ſubſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus ſine filiis deceſſerit, demum natis illis excludatur, hoc non euenit ex aliqua eius culpa, vel vitio: ſed ex defectu non verificatæ conditionis, ſub qua erat ſubſtitutus: quapropter, an illud lucrum applicari debeat filiis in cõditione poſitis, ex deciſione allegatorum iurium non decidit: ex quibus eſt, quod colligatur, illud dicitur applicari filiis ex diſpoſitione legis & ab inteſtato, & non ex teſtamento, cum in illo nihil de illis diſponat prout tenet Trentacinq. *in alleg. tract. & loco. nu. 22. in fine.*

16 Quarto, non obſtat, ſi dicatur, quod † filii in conditione poſiti cenſeantur vocati ex coniectura ta mente teſtatoris, ſecundum Anch *conſ. 70* & ſequaces, quoniam reſpondetur in narrata facti ſpecie, liberos reperiri tantum in conditione poſitos, ad excluſionem ſubſtituti: & quod vocati præſumantur, non conſtat ex teſtamento, nec illius verbis, etiam coniecturatis: ſed tantummodo in conditione poſitos, & ſubſtitutum ſub illa conditione vocatum: quocirca non poteſt dici, Prudentiam vocatam ex veriſimili mente teſtatoris ex eius teſtamento: quoniam licet leges conentur defunctorum voluntaté imitari, & conſeruare, *l. conditionibus primum locum. ff. de condit. & demon.* tamen noluerunt in tantum voluntati defuncti fauere, vt ſufficiat imaginari cum prudenti conſideratione, defunctum ita voluiſſe, niſi talis voluntas tranſierit in diſpoſitionem, vt eſt caſus, & ibi Bald. & Imol. *in l. quoties. §. tantundem. ff. de teſtibus* ſi enim teſtator non diſponat, neque ex eius diſpoſitione colligatur id, de quo dubitatur: tunc non releuat imaginari teſtatorem ita voluiſſe, vt habetur *in l. Labeo §. idem Tubero. ff. de ſuppell. leg. l. quidam cum filium & l. in ambiguo ff. de reb. dub.* quoniã id quod non loquitur, velle non præſumitur, vt notat Bald. *per tex. in l. 1. §. ſin autem. Cod. de cad. tollen.* nec ſufficit dicere teſtatorem ita voluiſſe, niſi diſpoſuerit, *d. l. quidam*. cum voluntas teſtatoris in corde retenta, non attendatur, prout notat Bald. *in c. mandatum. de reſcr.* vnde cum Prudentia in caſu noſtro nõ reperiatur: & ſic quod non ex teſtamentó, ſed ab inteſtato vocata cenſeatur, prout per formalia verba decidit Trentacinq. *citato loco. n. 27. in fine.*

Quinto non obſtat etiam, quod verba teſtatoris demonſtrent eius intentioné fuiſſe quod eius bona potius haberent inſtituti, quã in conditione poſiti, potius iſti, quã ſubſtitutus, potius ſubſtitutus quam extraneus: & ſic cũ in conditione poſiti vincant ſubſtitutũ, ex diſpoſitione teſtatoris: multo fortius vincere dicantur extraneũ, per reg. vulgatã, *ſi vinco vincentẽ te, fortius vinco te*: quoniã replicatur, talé non fuiſſe voluntatem teſtatoris; nam ſi talis fuiſſet, non vtique ita diſpoſuit: ſed tantummodo dixiſſet. *Item laſſa, che detti ſuoi herede non poſſino fare teſtamento, ma morendono (quod abſit) ſenza figli legitimi, & naturali, che la robba ſua renadi al tronco della caſa ſua. Item diſponit, quod dicti eius heredes non poſſint facere teſtamentum, ſed morientibus iis, quod abſit, ſine filiis legitimis, & naturalibus, vt bona ſua reuertantur, ad ſtipitem familiæ ſuæ*: nam tali caſu, vel inſtituti morerentur cum filiis, vel ſine: ſi cum filiis illi ſuccederent ab inteſtato, tanquam proximiores in gradu: & ſic teſtator ſuam haberet intentionem, de qua ſupra, ſi ſine filiis, & tunc ſtipes familiæ ſubſtitutus ſuccederet teſtatori ex eius teſtamento, & ſimiliter ſuam intentionem haberet: ſed quia illa non fuit talis, propterea prohibuit teſtamenti factionem ſuis heredibus, ſub illa tamen conditione, ſi ex illis filii non naſcerentur qui cum nati fuerint defecit conditio, & ſucceſſiue prohibitio ſub eadem facta, prout ſupra late diximus, qua deficiente nimirum & Lucretia remanſa in diſpoſitione iuris communis circa teſtamenti factionem teſtata fuerit cuius teſtamentum, & diſpoſita in eo validiſſima ex ſupradictis dici deberet.

Sexto non obſtat etiã, quod † cum poſiti in con- 17
ditione, reperiuntur poſiti per ablatiuos abſolutos, tali caſu vocati cenſeantur ex teſtaméto, ex eo quod ablatiui abſoluti diſpoſitionem inducunt, ſecundũ doctrinam Bar. *in l. liberorum. & l. 2. §. videndum. ff. ad Trebell.* vnde cum Prudentia ſit poſita in conditione per ablatiuum abſolutum, cum dicat teſtator: *ma morendo ſenza figli* quod in hunc ſenſum ſonat; *ſed decedentibus abſque filiis*: merito dici debet vocata ex teſtamento, & non ab inteſtato per ſupradicta, quoniam reſponderur, † ablatiuos abſolutos diſpoſitio- 18
nem inducere, quotieſcunque verba executiua per

tus maximam opem, Gloſſ. *in l. qui habebat. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* concludens ibi, non eſſe locum ſequenti ſubſtituto, cum conditio prius appoſita non fuit verificata, cui innititur, non vulgari anchora, Ang. ibi, & Rolan. à Valle, *conſil. 58. In præſenti conſultatione ſatis ardua, num. 56. volum. 3.* Similiterque hoc
5 idem † confirmatur per doctrinam Ang. *in loco prædicato,* illuſtratam per Rolan. *in d. conſil. 58. ſub num. 56. & ſequent.* aſſerentis, quod quando tollitur medium, ob quod ad finem peruenitur, deſtruatur etiam finis.

6 Et in propriis terminis, † quod ſubſtitutus penitus excludatur, morte inſtituti ſubſecuta viuo teſtatore, conſuluit Alexan. *conſil. 1. volum. 1.* in quo eam ponit rationem: quia defecit conditio, cum per ſubſtitutum non fuit hæreditas adita, & id etiam ſentit Decius *in d. l. hæres inſtituta, num. 10. & ſequent.* Vbi
7 concludit, † quod quando fit mentio de hærede, intelligi debeat de hærede, qui adiuit hæreditatem, & Alexan. etiam *in d. conſil. 1.*

¶ Et reſponſio hæc ſufficit omnibus obſtaculis in contrarium ſupra adductis, & Natta aliam allegat ad hoc propoſitum, *in addit. ad Alexan. in d. conſil. 1.* & Dec. *conſil. 244. In caſu,* qui iam præmemoratas probantia contrarium adducit.

8 Eſt bene verum, † quod Bartol. *in l. 1. num. 32. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* ita, religioſe, more ſuo, diſtinguere videatur in præſenti caſu, quod aut moritur teſtator ſtatim poſt mortuum hæredem inſtitutum, ita vt teſtamentum ſuum vllo modo mutare nequiuerit: & tunc ſubſtitutum admitti debere conſtanter affirmat: ſi vero ex interuallo, & tunc ſubſtitutum non admitti vllo modo, aſſerit, per *l. quod ſi filius. ff. de capt. & poſtli. reuerſ.* Et rationem viuaciſſimam diuerſitatis ibi inter primum, & ſecundum caſum affert, cum in primo caſu lex faueat teſtatori, qui cito moritur, & mutare aliter non potuit teſtamentum ſuum: in ſecundo vero caſu minime, cum habuerit tempus mutandi teſtamentum, & non mutauit. Et alteram rationem aſſignat ſimiliter efficaciſſimam, quod non poſſit allegari, teſtatorem hoc non cogitaſſe, cum primum inſtitutum viderit, &
Cōis opin. opinionem Bart. tanquam ſacroſanctam, & communem, quamplurimi iuris interpretes ſecuti ſunt, ceterarum relati per Apoſtill. *ibi.* Et cum eſſet mihi commiſſa cauſa, per Dominum Baronem, oppidi Fonticulorum, tanquam iudici ſecundarum cauſarum, tunc vertens inter Camillam Petri Ciccarelli, vxorem Ioannis Dominici Caſcioli de Bomminaco, ex vna parte, & Ioannem Paulum, & fratrem Ciccarelli de Fonticulis, reos conuentos, ex altera, ſuper ſucceſſione prædicti Ciccarelli, qui condito teſtamento, & mortuo hærede, ipſo viuente, per menſes nouem, ante eius mortem, qui poterat mutare teſtamentum, & non mutauit, iudicaui *die 2. menſis Septembris 1579.* mediante ſententia diffinitiua, Camillam, tanquam venientem ab inteſtato, debere pro quarta parte, ei tangente, admitti ad ſucceſſionem, non obſtante ſubſtitutione facta in teſtamento, reſoluta per mortem hæredis ſubſecutam, viuente teſtatore.

9 Et hæc † ſententia poteſt etiam facile ſuſtineri iſta quoque irrefragabili ratione. Nam ſubſtitutio exſpirat morte inſtituti, viuo teſtatore: & ſic ſubſtitutio euaneſcit mortuo ante teſtatorem inſtituto, textus eſt expreſſus *in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupill.* vbi textus ita determinat, quod ſi pater filio ſubſtitueret, & filius viuo patre moreretur apud hoſtes: tunc ſubſtituti vi ſubſtitutionis non ſuccederent aliquo modo, vtpote mortuo ante patrem filio, cui ſubſtituti fuerant.

Extra in præſenti † caſu alias *anno prædicto* 1579. vidi ad fauorem ipſius Camillæ ſubtiliſſime conſultum, per D. Tullium Duronium, compatriotam meum, præclaræ ſcientiæ aduocatum, quem multis iam annis in Gymnaſio Peruſino, in variis circulis, dum ſimul militabamus ſub eiſdem præceptoribus, cognoui in fractione panis: prout etiam nonnullis aliis annis, proprias lares parando, in Ciuitate Theatina, ad eius domum hiſce oculis vidi ſimiliter fere omnes de prouincia, tanquam ad oraculum Apollinis, ob eius ſcientiam, & integritatem, conſultare. 10

OPINIO DCCCLV.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio facta alicui, ſi decedat ſine filiis, euaneſcit, illo moriente cum filiis, licet poſtea filii illi decedant, ſine liberis, niſi expreſſe in eum quoque caſum ſubſtitutio concepta ſit, num. 2. vel filii in conditione poſiti, vocati quoque ſunt, nu. 3.*

4 *Vel niſi extantibus maſculis fœminæ remouerentur.*

5 *Filii in conditione poſiti, vocati & grauati cenſentur, ſi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum, & mandauit bona deuenire debere ad propinquiores, Item, ſi conſtet de voluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas, nu. 6.*

SVBSTITVTIO facta, † ſi ſine filiis grauatus moriatur, liberis ſuſceptis, indubitanter penitus extinguitur, atque reſoluitur, etiamſi abſque filiis, & prole filii iſti poſtea moriantur: ita omnes iuris interpretes firmant vnanimiter, & concorditer per illum textum, *in l. filius familias. § cum quis. ff. de leg. 1. in l. hæredibus. & in l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebell. in l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cum vxori C. quando dies leg. ced.* & ita conſoluit Oldr. *conſil. 21. thema tale eſt, num. 21.* cum aliis ſignatis ibi per Raynal. Corſum, *in addit. in litera A.* Bald *conſil. 304. nobilis vir, in fin. volum. 5.* Fulgoſ. *conſil. 46. Andreas, colum. 2.* Abb. *conſil. 40. veniendo ad primum, in 1. dub. volum. 1.* Alex. *conſil. 31 ponderatis his. in princ. volum. 3* Dec. *conſil. 218. In caſu, in 2. dub.* Paul. Caſtren. *conſil. 130. ne improprie vtamur terminis, colum. penult.* Curt. Senior *conſil. 45. num. 19 circa fin.* Ioan. And. *in addit. Specul. in tit. de teſtam. §. in primis, in vltima quæſt.* Soc. Iun. *conſil. 4. colum. 1. & ſeq. volum. 3.* & Grauet. *conſil. 878. ſub num. 1. cum aliis ſeq. volum. 5.* & iſta eſt concors, communis- Cōis opin.
queomnium opinio, vt ſatis apparet ex allegatis authoribus, cui innititur etiam realiſſimis fundamentis, Celſus Hugo, *conſil. 68. Teſtatrix, ſub num. 4.* vbi non obſcure meminit de ipſa communi. Socin. Iun. quoque *conſil. 29. licet in præſenti caſu, num. 20. vol. 4.* & Menoch. *conſil. 85. Propoſita hæc conſultatio, num. 46. cum aliis ſequent. volum. 1.* vbi quamplurima ſatis vtilia fundit pro explanatione prædictæ communis.

Cæterum hæc † communis claudicat primo, & 2
non vendicat ſibi locum, ſi hæredi, aut honorato, vel imperſonali fideicommiſſum iniungatur: verbi gratia, cum filio inſtituto, Titium ſubſtituit, ſi filius, vel eius liberi abſque filiis decederent: tunc enim ex conditione duplici, & ex alternatiua cenſetur proculdubio hæres grauatus, ſecundum Bartol. *in l. Centurio, num. 37. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. & in l. ſiſi. ff. de leg. 3. & in l. codicillis. in princ. ff. de vſufr. leg.* & ita conſuluit Raph. Raymundus, Comenſis, *conſil. 25. Franciſcus, colum. 2. & conſil. 118. teſtator inſtituit, colum. 2.* Paulus Caſtrenſis, *conſil. 131.*

dubium

dubium facit, colum. 1. *vol.* 1. Alexan. *conſil.* 185. *nu.* 08. *volum* 2. *& conſil.* 22. *num.* 8. *vol.* 3. quod repetitum eſt *eo ſil.* 13 *vol.* 4. Corn. *conſil.* 20. *colum.* 4. *vol.* 4. Pariſ. *conſ* 7. *num.* 32. *cum alijs ſeq. volum.* 3. & Marzar. *conſil.* 1. *quaſt.* 20. *fol.* 13 *à tergo.*

3 Limitatur q. † ſimiliter ſecũdo loco eadem communis non ſortiri locum modo aliquo, cum liberi in conditione poſiti ſunt, vocati etiam leguntur: tunc enim ad eos fideicommiſſum indubitanter trahitur, ac deuoluitur, ſi abſque liberis poſtea decedatur, vt voluit Guid. Pap. *deciſ.* 531. *Miles*, & ita conſuluit Dec. *conſil.* 95. *in fin. & conſil.* 270. *circa fin.* & Pariſ. *conſil.* 66. *nu.* 58. *vol.* 3. Et quanquam in contrariam partem inclinare videatur Granet. *conſ.* 48. *num.* 14. *volum.* 1. allegando ibi Decium ſibi ipſi aduerſantem, & inconſtantem: nihilominus tamen hæc opinio verior apparet, vt idem Grauet. ſe corrigens oſtendit in d. *conſ.* 878. *ſub nu* 9. *volum.* 5. Quam potiſſimum ſcribit locum obtinere, cum poſt nos vocatos, atque alios in conditione poſitos, ſubſtitutio fieret: hoc enim caſu grauati cenſerentur, qui vocati ſunt, ita Corn. *conſ.* 97 *poſt medium, volum.* 1. vt fuſius ibidem, & non quaſſato calamo, explicat idem Granet. & Marzar. *in locis præcitatis.*

4 Tertio antedicta † communis coarctatur quoq; vt non propaget, extendatque radices ſuas, quando extantibus maſculis fœminæ remouentur: ibi enim & ad filios in conditione poſitos ſubſtitutio traheretur, ſi ſine liberis poſtea decederent, ne aliâs fœminis fieret locus, vt ita conſulendo conſtantiſſime aſſeuerat Ruinus *conſil.* 143. *nu.* 7. *volum.* 3 Pariſ. *conſil.* 11. *vol.* 3. Alciat. *conſ.* 2. *Verba breuis Apoſtolica, ſub numer.* 35. *tomo* 3 *lib.* 9. & Marzar. *in d. conſ.* 1. *quaſt.* 20. *in* 5. *coniectura, fol.* 14. & à ſucceſſione in præſenti caſu plane prohibitas fœminas ex hoc apparet, quod maſculi, & agnati ſoli innitentur, & in conditione ponantur, & in ſpecie cum nominatim fœminarum facta prohibitio non eſt, ſed vel in ſolidum, vel in partem, vt fœminæ admitti poſſent, teſte Dec. *conſil.* 477.

5 Quarto reſtringenda † etiam merito eſt prædicta communis, vt non procedat, cum ad plures gradus ſubſtitutionum teſtator progreſſus eſt, & ſimul mandauit, bona deuenire debere ad propinquiores: quod fieri non aliter poſſet, niſi grauati, & vocari dicantur, qui poſiti ſunt in conditione, vt conſuluit Anchar. *conſil.* 74. Socin. *conſil.* 250. *num.* 4. *volum.* 2. Barbat. *in l. cum acutiſſimi, num.* 191. *& ſequent.* C. *de fideicom.* & ibi Modern. omnes. Curt. Senior *conſ.* 51. *num.* 23. & Iaſ. *conſil.* 40. *in fin. volum.* 3. *& conſil.* 108. vbi colligit voluntatem teſtatoris ad fideicommiſſum reciprocum, ex graduum pluritate, & huic opinioni Ancharani aſſentitur etiam conſulendo Pariſ. *conſil.* 31. *num.* 24. *& conſil.* 37. *nu.* 37. *conſil.* 41. *nu.* 69. *conſil.* 77. *num.* 21. *&* 27. *& conſil. ſequent. num.* 5. *&* 13. *& conſil.* 91. *num.* 43. *volum.* 2. Curt. iun. *conſil.* 14. *& conſil.* 16. *num.* 7. Chaſſan. *conſil* 14. *colum.* 1. Gozadin. *conſil.* 64. *num.* 10. Purpur. & Curt. *in l.* 1. *nu.* 14. C. *de pact.* & Soc. iun. *conſil.* 141. *num.* 19. *& conſil.* 168. *num.* 75. *volum.* 2. *& conſil.* 1. *num.* 00. *volum.* 3. vbi audacter aſſerit, in hoc amplius non poſſe diſputari, nec ſe putare diſputandum, & ſic ex allegatis enodate conſtat, iſtam eſſe communem opinionem. Et licet non deſint alij quamplures Doctores, qui ab hac Ancharani ſententia diſſentiant, & præſertim Socin. *in l. cum auus. colum. penult. verſ Alias autem allegabatur.* ff. *de condit. & demon. & conſ.* 62. *colum. penult. conſ* 69. *colum.* 7. *conſil.* 104. *colum.* 5. *& conſ.* 116. *colum. penult. vol.* 3. Curt. Sen. *conſil.* 63. *Antiquiſſima, num.* 4. Ruin. *conſil.* 128. *colum. penult. conſil.* 136. *col. pen. & conſil.* 141. *in fin. vol.* 3. & Ripa in l. *Centurio, num.* 165. ff *de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* & tamen ea dilucide apparet magis communis, voluntatique teſtatoris magis propinqua, & conſentanea, atteſtante copioſe Grauet. *in d. conſ.* 878. *ſub nu.* 10. *volum.* 5. vbi fatetur huic opinioni ſubſcribere non raro ſolere.

Com. opin.

Quinto limitatur etiam † memorata communis, 6
vt ea nullatenus locum obtineat, quotieſcunque euidenter, manifeſteque conſtat de voluntate teſtatoris, ſaltem per coniecturas, quod prouiſum voluerit per ſuam diſpoſitionem, omnibus deſcendentibus, quæ limitatio omnibus iuris interpretibus indubitata apparet, prout eam ponit, atque diſcutit Raynald Corſus *in add. Old. in d. conſil.* 21. *ſub litera A.* Marzar. *in d. conſil.* 1. *quaſt.* 00. *in* 1. *coniectura, fol.* 14. Soc. Iun. *conſil.* 175. *volum.* 2. Port. Imolen. *conſil.* 8. *num.* 05. *& conſil.* 40. *num.* 8. *cum alijs ſequent.* & Grauett. *conſil.* 62. *num.* 6. *volum.* 1. *& d. conſil.* 878 cum anteſignanis, ac nonnullis alijs declarationibus, ad prælibatam concluſionem, vtiliter ad praxim, ac apprime pertinentibus, & vberius hoc explicant, atque declarant quoque Moder. *in d. l. cum acutiſſimi.* C. *de fideicom.*

OPINIO DCCCLVI.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio vulgaris per aditionem non euaneſcit, ſi præſertim illa aditio per querelam reſciſſa ſit.*

2 *Item cum hereditas ab inſtituto aufertur, vel effectum ſuum aditio non habet, ex alia cauſa.*

3 *Subſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, tam ex capite voluntatis, quam impotentiæ, cuius varia ſpecies enumerantur.*

4 *Subſtitutionis vulgaris effectus varii remiſſiue.*

5 *Subſtitutio vulgaris quibus verbis fiat. Et quot capita contineat, nu.* 6.

SVBSTITVTIO vulgaris † aditione non euaneſcit, ſi potiſſimum aditio illa per querelam reſciſſa ſit: quia tunc ſubſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, text. eſt in l. *& ſi fine.* §. *ſed quod Papinianus.* ff. *de minor. & l. ex contractu*, & ibi Bartol. ff. *de re iudic.* & idem Bartol. *in l.* 1. *num.* 49 *& in l.* 1. §. 1. *num* 2. ff *de vulgar. & pupill. ſubſtitut.* & Iaſ. *in l. poſt aditam, in* 1. *fallent.* C. *de impub.* & iſta eſt concors, communisq́; omnium iuris interpretum ſententia, quam ſtylo ferreo confirmat conſulendo Grauet. *conſ.* 898. *nu.* 15. *vol* 5. 1

Com. opin.

Quæ communis adeo † vera eſt, vt amplificari etiam facile poſſit, & idem ſit, cum ab inſtituto hæreditas aufertur, vel effectum ſuum aliàs aditio non habet, aut ex alia cauſa, hæreditas aufertur: quoniam hoc etiam caſu, ius vulgaris ſubſtitutionis manet procul dubio incolume, text. eſt *in auth. hoc amplius*, ibiq; Gloſſ. & communiter Doctor. omnes, & præſertim Bald. *num.* 18. C. *de fideicomm.* Iaſ. *in d. l. poſt aditam in* 1. *fallen.* & in terminis ita conſuluit Anchar. *conſil* 275. vbi locum vulgari ſubſtitutioni eſſe arbitratur, ſi reipſa inſtitutus, hæreditatem retinere nequiret, & in eum caſum nominatus ſubſtitutus foret, & Ancharan. refert, ſequiturque Grauet. *in præcitat. conſil.* 898. *ſub num.* 05. *vol.* 5. 2

Subſtitutio autem † vulgaris varie ſortitur effectum ſuum, nec euaneſcit tam ex capite voluntatis, quam impotentiæ, *l.* 3. C. *de hered. inſtit. & l. vnica* §. *cum autem in ſuperiore.* C. *de cad. tol.* Et caput voluntatis dupliciter verificatur, in expreſſa, quæ per repudiationem inducitur, §. *ſi quis itaque*, *Inſtit. de bonor.* 3

 poſſeſſ.

conſ. 130. *Dominium Florim, ſub nu. 2. & ſeq. vol. 1.* Sine etiam cum ad certam ætatem, puta 25. annorum, reſtricta eſt ſubſtitutio, vt *in d. l. Centurio.* & iſta eſt vera, ſtabilis, marmoreaque concluſio, per iura allegata, cui conſtanter aſſentiuntur iuris interpretes omnes communiter teſte *Bal. in 8. oppoſ.* Corn. *colum. 1. & ſeq.* Curt. *num. 66.* & Cagnol. *num. 136. in d. l. precibus,* & Conar. *in c. Raynutius. §. 11. ſub num. 2 in fin. vers. 11.*

3 Vbi † annotat, & pleniſſima manu deſcribit decem alios modos etiam, quibus fieri commodiſſime atque tutiſſime poſſit compendioſa ſubſtitutio; & arte eum adnotauit quoq; quibus videlicet verbis prætendatur facta ſubſtitutio ipſa compendioſa, Socin. *conſ. 77. colum. 1. & conſ. 144. vol. 1.*

4 Et hinc deſcribendo † definitionem ſubſtitutionis compendioſæ, pro explanatione præſentis materiæ concludo eam eſſe ſubſtitutionem compendioſam quæ ſub compendio verborum, habentium tractũ in futurum, continet plures conſtitutiones, & plura tempora, ipſas ſubſtitutiones variantia, ita Bartol. *colum. 3.* & omnes alii iuris interpretes vnanimiter & concorditer *in d. l. Centurio,* & præſertim ibi Ripa *num. 60.* & Galiaul. *colum. 39.* & Antiqui Moderni que Doct. *in d. l. precibus,* Politus *in tract. de ſubſtitut. tit. de compendioſa.* & Ioann. de Neuiz. *conſ. 54. Pone Domine cuſtodiam ori meo, num. 2.*

OPINIO DCCCLIX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio in dubio iudicatur directa.*
2 *Subſtitutio directa quid ſit, & quis eius effectus.*
3 *Subſtitutio obliqua, ſeu precaria quid, & quis eius effectus.*
4 *Subſtitutio compendioſa dubia cenſetur cum verbis communibus facta eſt: Directa autem cum verbis directis facta eſt nu. 5.*

1 SVBSTITVTIO † dubia præſumitur directa. *c. ſi pater, de teſta. lib. 6* & Gloſ. vniuerſaliter, & communiter ab omnibus recepta *in l. verbis ciuilibus, in ver. Voluntatem ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* cui accedunt aiunt que ſingularem, & non eſſe alibi Bald Ang. Paulus Caſtrenſ. Imol. Alexander *colum. fin.* & Bologn. *ibi.* Aretin. *conſil. 155. Periculoſum. volum. 5.* Alexander *in. Attentis verbis. colum. 4. volum. 3. & conſil. 58. In caſu praeſenti num. 9. volum. 7.* Bald. *conſ. 235.* Decius *in fin. vol. 1.* Socio. *in leg. Gallus. § quid ſi tantum, colum. pen. ff. de lib. & poſthum. & conſil. 113 ſupra ſcripto, colum 4.* Ang. *in §. fin. colum. pen. Inſtit. de pupil. ſubſtit.* Corn. *in l. precibus col. 16. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus & conſil. 61. poſt redditum, circa fin. volum. 2. & conſil. 142. videtur colum. fin. volu. 4.* Galiaol. *in l. centurio, num. 371. & 434 ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Dec. *in leg. in teſtamento. in 4. notab. C. de teſtam. milit. & conſ. 371. num 4 & conſ. 562. in caſu, ante fin* Angel. *conſ. 125. hoc eſt teſtamentum,* aſſerens ibi hoc ideo contingere, quia ſubſtitutio directa dignior eſt & denique Cuman. *conſil. 2. colum. 3.* innuit expreſſe hoc quoque accidere. ea potiſſimum ratione, quoniam directa hæc ſubſtitutio non imponit onus illi, cui fit, quemadmodum facit obliqua.

2 Et † ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, neceſſario diſcurrendum eſt, quid ſit ſubſtitutio directa. & quis eius effectus. Proinde animaduertendum reor, quod directa hæc ſubſtitutio ea ſit, qua quis capit hæreditatem defuncti ea diſpoſitione teſtatoris, nullo alio mediante, vel cooperante; vt cum aſſerit teſtator: *Gregorium mihi heredem inſtituo ſed ſi ipſe heres non erit Sempronius heres eſto,* Sempronius ipſe hic ſubſtitutus eſt directe, & hoc ſi per verba mere directa, & ciuilia, vt per verbum; *heres eſto* vel *heres ſit,* vel per verbum; *inſtituo heredem* ſubſtitutus ſit. Aliquando etiam fit per verba communia & interdum quoque per verba geminata, videlicet *Titium filium meum impuberem mihi inſtituo heredem,* & *ſi in pupillari ætate deceſſerit, Maeuium ſubſtituo.* tunc ſubſtitutio hæc directa eſt, ſi Titius morietur in pupillari ætate: propter verba geminata: ſed ſi poſt pubertatem, erit indubitanter fideicommiſſaria, ſecundum communem ſcholam omnium in iure ſcribentium variis in locis iuris noſtri. Cæterum ſi teſtator diceret, *heres ſit:* tunc vtique hoc habet quintuplicem differentiam, quarum prima dicitur, ſubſtitutio vulgaris & hæc duplex: vna expreſſa, quæ fit per huiuſcemodi negotiationem, videlicet *inſtituo mihi heredem Priamum, & ſi ipſe noluerit, vel non potuerit heres eſſe, Theodorus ſit heres,* vel *Theodorum ſubſtituo.* Alia vere tacita, quando ſcilicet negatio non exprimitur ſed potius includitur, vt cum dicitur; *Caſtorem, & Pollucem mihi heredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo:* tacite eo caſu ſubintelligitur, quod ſi alter eorum heres non fuerit, ſcilicet, quia noluit vel non potuit quando deceſſit ante aditam hæreditatem, alter ſit heres in ſolidum, *l. cum in teſtam. § hac verba. ff. de hered. inſtit.* Bar. *in l. 1. in princ. colum. 3. verſ. Vlterius quæro quibus verbis fiat. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & Bal. *in l. fin. col. 4 ver. Nunc aliqua dicam de natura verborum. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Et † ſic ſubſtitutio directa eſt illa, per quam ſubſtitutus capit hæreditatem ſine facto alterius, ex teſtatoris diſpoſitione ita vt non oporteat recurrere ad primum hæredem, verum adeundo hæreditatem efficitur dominus, *vt in l. cum heredes. ff. de acquir. poſſeſ.* Indirecta vero obliqua, ſeu precaria ſubſtitutio illa eſt per quam hæreditas capitur per manum primi hæredis, ex eo, quia non ſucceditur immediate teſtatori: ideo primus hæres accipit quartam Trebellianicam propter onera, quæ ſubiit primus hæres ne fruſtra ſit hæres, vt *in l. pen. C. ad Trebell.* Gloſ. Abbas & alii omnes vniuerſaliter *in c. Raynutius, de teſtam.* & præſertim Couar. *ibi in 4. § num. 2.* 3

§ Et huius diſtinctionis omnia commoda, & vtilitates tradit Lancell. Galiaul *in repet. d. l. Centurio col. 111.* & Guliel. Benedic. *in d. l. Raynutius, in ver. abſque liberis, in tit. de compendioſa, num. 12.*

Sed † hæc communis ita explanata non procedit de plano cum ſubſtitutio compendioſa facta eſt verbis communibus: tunc enim ea indubitanter diceretur ambigua, ita Ripa *in dict. l. Centurio ſub num. 15.* & Cephal *conſ. 429. Magnif. num. 139. cum aliis ſequent. volum. 3.* 4

Vbi † tandem met communem limitat accuratiſſime vt tantum procedat cum ſubſtitutio compendioſa facta, conceptaque eſt verbis directis. 5

OPINIO DCCCLX.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio poſt mortem plurium facta vltimo morienti facta videtur.*
2 *Subſtitutio facta vltimo morienti an inducat reciprocam inter inſtitutos ſubſtitutionem. maxime adiectis his verbis* & ſi omnes deceſſerint *numer. 3. 4. 5. & 6.*

SVBSTITVTVS † facta poſt mortẽ pluriũ cenſetur facta vltim. morienti, in portione ſua tantũ, ita Bart. & alii omnes conformiter *in l. vel ſingulis. ff. de vulg.* 1

& sup. ll. ſubſtit. & in leg. Lucius §. Caio. ff. ad Trebell. Bal. *in l. 1. colu. 2. ver. ex hu apparet ratio trium legum C. de cond. inſer.* Soc. *in l. hær. des mei. §. cum ita, colum. 2. in 4. caſu. ff. ad Trebell.* & Berous cum aliis ſignatis per eum, *conſ. 79 num. 15. & 19. volum. 2.* vbi perhibet iſtam eſſe cõmunem opinionem, & Iacob Philip. Pot. ſeu potius Ant. Gabriel. plenion mãnu, *in concluſ. 34. lib. 4.* & D. Sfortia Oddus etiam, *in tract. compendioſa ſubſtitutionu in 5. partic. quæſt. 1. artic. 6 ſol 69. cum aliis ſequent.* Et facit text. *in leg. penult. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. quamuis, eod. tit.*

2 Sed † cum ſubſtitutio eſt ſimpliciter facta vltimo morienti, non tamen enodatè, & expreſſè in toto tunc vtique filii, vel hæredes non cenſentur inuicem ſubſtituti, ſecundum Bar. Bald. Ang. Imol. & alios omnes communiter *in d. reg. vel ſingulis* Ant. Gabriel cum magna cohorte in iure ſcribentium, relata per eum *in d. concluſ. 34. lib. 4.* & Sfor. Odd. *in loco præallegato.*

3 Imò † filii non videntur ad inuicem modo aliquo his verbis ſubſtituti, videlicet ſi teſtator dixerit *& ſi omnes deceſſerint* ita Angel. & Ioan. de Imol. *in l. ſi pater impuberes. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & iſta eſt communis opinio atteſtante Crotu *conſ. 62. num. 1. & 5.* Ant. Gabr. *in d. concluſ. 34.* & Sfortia Oddo *in d. 5. partic. q. 1.* licet & male Paulus Caſt. *in l. ven. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. poteſt ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* contrarium affirmet.

4 Cæterum † hæc omnia illuminantur aliquibus facibus per Paul. de Caſt. *in leg. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi vult et concludit; quod ſi fint inſtituti hęredes hoc modo: *ſi omnes deceſſerint ſine filiis, talem ſubſtituo*: intelligantur tunc procul dubio inuicem ſubſtituti vt ſic ſubſtitutus, non ſuccedat, aliquo ex his ſuperſtite: ſed ſi ſubſtitutus ſit coniunctus admittetur profectò ſimul cum hærede, ad partem primi decedentis: quod eſt maximopere notandum.

5 Nam † vbicunque ſumus inter teſtatoris filios, eo caſu, ſubſtitutio cenſetur facta vltimo morienti, & in tota hæreditate, teſte Soc. *in l. hæred. is mei. §. cum ita ſub num. 8. ff. ad Trebell. & conſ. 249. M. teria. colum. 6. volum. 2.* vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem; cui aſſentiunt cum aliis aggregatis per eũ

6 Paul. *conſ. 43. nu. 35. & ſequent. vol. 2.*

Prædicta † autem communis de plano locum ſortitur tribus concurrentibus, videlicet quod ſubſtitutio facta ſit in toto & poſt mortem plurium, & quod conditio verificata etiam ſit in perſona primi morientis, non autem vltimi; quoniam tunc grauati filii, inuicem cenſentur ſubſtituti, ita Corn. *in d. l. pen. colum. pen. & ſequent. C. de im pub. & aliis ſubſtit.* & Paul. *in d. conſ. 43. nu. 34.*

OPINIO DCCCLXI.

SVMMARIA. 2

1 *Subſtitutus, vulgariter an adueniente caſu ſubſtitutionis poſſit petere ſe immitti in poſſeſſionem hæreditatis & quid ad obtinendam poſſeſſionem probare debeat num. 2 & 3.*

4 *Subſtitutus hæredi, ſi deceſſerit ſine liberis, non tenetur probare, quod hæres deceſſerat ſine liberis, ſed hoc probato eo caſu, quod non probatur contrarium.*

5 *Subſtitutus ipſe poteſt capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione additum ſit verbum, libere.*

6 *Fideicommiſſarius an poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem.*

7 *Quis dicatur legitimus contradictor contra petentem immiſſionem: ex l. fin. C. de edic. diui Adr. toll.*

8 *Filia an ſit legitima contradictrix.*

SVBSTITVTVS † vulgaris habet abſque dubio remedium *l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* ſecundum Bar. & alios communiter omnes ibi, *in 4. quæſt.* & ſic eueniente caſu ſubſtitutionis poteſt ſubſtitutus adire hæreditatem teſtatoris, ac ſimul petere ſe mitti ponique in poſſeſſionem bonorum illius, ex beneficio *d. l. fin.* quod ei indubitanter competit, ex communi omnium Doctorum aſſertione iam relata per Bellon. *conſ. 19. ſub num. 14. & ſeq.* 1

Sed ſubſtitutus † volens determinanſq; contra inſtitutum mitti in poſſeſſionem ex remedio *d. l. fin. C. de edict. Diui Adri. toll.* non debet ſolũ oſtendere teſtamentum non abolitum, nec vitiatum: verum neceſſario debet etiam plene probare, inſtitutum penitus eſſe excluſum, puta repudiatione vel aliqua impotentia ſecundum explanationem, declarationemque veriſſimam Bar. *in d. l. fin. in §. 1. colum. 4.* quæ communis eſſe iudicatur ex ſcriptis per doctores ibi, & ita conſuluit Bero. *conſ. 57. concludo in caſu mihi propoſito. num. 11. volum. 1.* 2

Cæterum † hæc communis declaratur vtiliter ad praxim. quod hæc probatio per ſubſtitutum, venientem aduerſatiuè contra inſtitutum, debeat ilico, & in continenti fieri, alioquin non audietur vllo modo. tex. eſt in *l. 1. C. de edict. Diui Adrian. toll* & ita conſulendo explanat, explicatque Bero. *in præallegato conſ. 57 num 20. 21. in fin.* 3

Eſt † bene verum, quod ſubſtitutus hęredi ſub conditione. ſi deceſſerit ſine liberis nõ debeat, nec 4 tenetur vllo modo ꝓbare ꝙ hęres deceſſerit abſq; liberis: verũ ſufficit id allegare, niſi contrariũ ꝓbetur ꝑ aduerſariũ idest. exiſtẽtia liberorum, ita Bar. Ang. Iacob. de Aren. Alb. Raph. Com. Imol. Ripa, *colum. penult.* & alii omnes, per tex. ibi, *in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebell.* Paul. Caſt. *conſ. 387 n. 4. vol. 1.* & Alex. *conſ. 59. Viſo themate de quo ſupra volu. 1.* vbi ab hac opinione, tanquam ſacroſancta, admonet non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, cui innititur etiam Dec. *conſ. 578. Viſo conſilio clariſſimi Doctoris Domini Ioannis de Mota in primis.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & Franciſcus Herculanus etiam cum aliis aggregatis per eum. *in tractatu quis teneatur probare negatiuam, nu. 98. in 3. limit.* & eam magis veram, magiſque communem atteſtatur quoque Alciat *in tract. de præſumpt. in reg. 1. præſumpt. 49.*

Imo † ſubſtitutus ipſe poſſet indubitanter capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione appoſitum 5 foret verbum *libere*, ſecundum Bar. *in d. precib. col. pen. verb. V. l. quid ſi dixit C. de impub. & aliis ſubſtit.*

Quoniam † regulariter fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem, ita 6 Card. Put. *deci. 3. in tit. de teſta.* cum illam capiat de manu hæred. *in l. 3. in ſi. omnes, & ibi* Paul. Caſtrenſ. & alii omnes *ff. qui ſatisd. cogant. & l. quod per manum ff. de iure codicil.* alias fideicommiſſarius accipiens fideicommiſſum propria authoritate, caderet à iure ſuo, ſicut legatarius, *l. 1. & ibi Doct. C. quo l. & in leg. non dubium. C. de leg.*

¶ Verum bonorum † poſſeſſionem poſſet capere 7 propria authoritate, de licẽtia teſtatoris, ſi ei teſtator in teſtamento hoc permiſiſſet, atque conceſſiſſet, *l. Titia cum teſtamento §. 1. ff. de lega. 2.* Bal. *conſ. 431. vol. 1.* Raph. Cuman. *conſ. 61 in fin.* & Dec. *conſ. 424. nu. 15.*

Verum † cum in præſenti materia, & terminis *d. l.* 8 *fin. C. de edict. Diui Adriani tollen.* interdum ſoleat cõparere contradictor, ad impediendum hæredem ſuper immiſſione in poſſeſſionem ex tali remedio, ideo diſcutiendum non abs re eſt, quiſnam † dicatur, dicique tunc poſſit legitimus contradictor. ita- 9

que

quæ inſolitatio erit iſta, quod is dicatur contradictor legitimus, qui eſt hæres, & in ſolidum, & tunc opponere poteſt tali nomine teſtamentum vituperatum, non autem vt contradictor, vt conſtanter determinatur Gloſ. *in ver. contradictor eo in loco.* & Bar. *ſolum. pen.* Paul. Caſtr. *conſ.* 57.

1 Qui etiam legitimus contradictor, debet tunc neceſſario audiri, vbi miſſio in poſſeſſionem petitur & caute examinari per iudicem cauſæ, vt exprimit text. *in d. l. fin.* § *ſin autem* vbi annectit quoque Bal. *ſub num.* 13. *in verſ. ſeptimo nota*, quod Iudex grauiter procedere debeat contradictore apparente, & firmat etiam Guid. Pap. *con.* 193. *n.* 2.

Sed legitimus contradictor vt non mittatur in poſſeſſionem hæres debet neceſſario habere titulũ & poſſeſſionem, vt per Bartol. *in d. l. fin. col. pen. & fin.* Quia in hoc iudicio opponi poteſt; *dolo facit, dum petit quod reſtituturus eſt.* Et ſic contradictor legitimus is dicitur, de cuius poſſeſſione, & dominio conſtat, alias non competeret illa exceptio *dolo facit, & cætera* vt per Ruin. *conſ.* 47. *num* 7. *volum.* 1. ita vt non ſufficit ſola poſſeſſio, neque contradictor ipſe audiretur ſi allegaret ſimiliter titulum nullum; quia paria ſunt titulum non habere, & habere, ſed eſſe nullum, vt per Gozadin. *conſ.* 93. *num* 5.

Vnde non apparente de dominio contradictoris remouetur ac reijcitur à ſua contradictione, & remanet ſolummodo ſpoliator, & occupator, vt per Zucchar. *in d. l. fin num.* 323. Roin. *conſ.* 78. *num.* 19. *vol.* 3. & ſapientiſſimum D. Alexand. Raudenſem [illegible] Italiæ ſplendorem *conſ.* 12. *nu.* 6. *vol.* 1. vbi refert quoque alios quam plurimos eiuſdem ſententiæ Doctores ſi motu ſuo contradictor, cum propria authoritate poſſeſſionem rei vacantis in ſe tranſtulit, & eam inuaſit, non ſolum audiendus non eſt, ſed reputandus potius prædo, Baldo teſte *in d. l. ſi ſub num.* 42. *ver. Quinto opponenda de contract. defuncti.*

Nec aliæ itidem exceptiones friuolæ, & à iure nõ approbatæ oppoſitæ per contradictores non legitimos ſunt recipiendæ vt per Bal. *in eodem loco, ſub nu.* 13. *verſ.* 19. Taliter quod habens iuſtiorem cauſam, & melius probans, debeat reportare victoriam, & obtinere in præſenti iudicio, prout concedit idem Bal. *ibi ſub num.* 13. *verſ.* 8. *nota.*

8 Et licet † foret prout non eſt ex diſpoſitione *l. cum auum. ff. de cond. & demonſt. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. & l. generaliter. § cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* quæ leges & ſi diſponere videantur, quod deſcẽdens de reſtituendo grauatus poſt mortem ſuam, intelligatur, ſi ſine filiis deceſſerit, vt per Soc. *in tract. regularũ, reg.* 167. nihilominus tñ animaduertendum eſt, quod illa tacita conditio, de maſculis, ex coniecturis intelligitur, vt ita conſuluit Curt. Iun. *conſ.* 139. & Socinus Iun. *conſ.* 168 *ſub num.* 85. *volum.* 2. Taliter quod filia tunc non poſſit excludere ſubſtitutum, neque impedire vllo modo immiſſionem illius in poſſeſſionem in bonis reſtitutioni ſubiectis, vigore remedii intentati *ex d. l. fin.* Neque filia contradictrix legitima foret, nec excludere poſſet ſubſtitutum, etiam cum extat ſtatutum; quod filiæ fœminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis: & ſic ex hoc ſtatuto filia nõ tollit vllo modo ſubſtitutionem, quæ ita fit *ſi hæres deceſſerit ſine liberis* vt per Alb. Brun. *in tract. ſtatutorum, quod ſtantib. maſculis, in* 3 *art. col.* 3. & Tiraq. cum aliis nõ paucis aggregatis per eũ, *in l. ſi vnquã, in ver. ſuſceperit liberos, n.* 110. *& ſeq. C. de reuoc. don.* vbi confirmat opin. iſtã vigoroſiſsimis, viuaciſsimiſq; rationib. Taliter quod filia in præſenti caſu remaneat excluſa, ex mẽte teſtatoris, ad excludendũ ſubſtitutũ nec vlla tamen pot impedire immiſsionem illius in poſſeſsionem, ex remed. *d. l. fin.* & ita in vtroq; caſu iſto non ſemel conſului, & iudicaui.

OPINIO DCCCLXII.

SVMMARIA.

1 *Filii in conditione poſiti an cenſeantur ex teſtamento vocati ad fideicommiſſum, eiuſq. exemplũ. nu.* 2. *&* n. 3.

3 *Filii poſiti non ſolum in conditione, ſed etiam grauati an cenſeantur vocati.*

4 *Filii in conditione poſiti* 28. *caſibus cenſetur vocati, remiſſiue.*

5 *Filii poſiti in conditione licet non cenſeantur inuitati tamẽ fauore filiorũ apponitur cõditio ſi ſine liberis &c.*

6 *Filii inſtitutorum in cõditione poſiti videntur eſſe in diſpoſitione, cum ſunt vocati tacitè vel expreſſè.*

7 *Filii in conditione fideicommiſſi, poſiti, non cenſentur vocati ad fideicommiſſum, niſi ex multis coniecturis, vel verba teſtamenti appareat ita voluiſſe teſtatorem.*

8 *Filii in conditione poſiti licet non cenſeantur vocati ex teſtamento, tamen videtur vocati ab inteſtato.*

9 *Argumentum à contrario ſenſu, in vltimis voluntatibus eſt receptiſſimum.*

10 *Filii in cõditione poſiti an cẽſeãtur poſiti in diſpoſitione.*

11 *Per fideicommiſſum impeditur bonorum alienatio, quæ ingenuis hominibus libera eſſe debet, vnde tale fideicommiſſum cenſetur odioſum.*

12 *In dubio ſemper facienda interpretatio contra inducere volentem fideicommiſſum.*

13 *An ex eo, quod filii in conditione poſiti ſunt ſemper inferri poſſit, eos eſſe vocatos.*

14 *Quæ ad maiorem declarationem dicuntur non cenſentur inania neque ſuperflua.*

15 *Si à lucro quis fauore alterius remouetur, an lucrum illud iſti alteri applicari debeat.*

16 *Filii in conditione poſiti, an cenſeantur vocati ex coniecturata mente teſtatoris.*

17 *Poſiti in cõditione per ablatiuos abſolutos, an cenſeantur vocati.*

18 *Ablatiui abſoluti quando conditionem inducant.*

19 *Teſtator filiam, vel fœminam inſtituens, non cenſentur habuiſſe intentionem ad conſeruationem familiæ, eiuſque ratio.*

20 *Fideicommiſſario non competit remed.* l. fin. Cod. de edict. diui Adr. toll. *&* n. 21.

22 *Exceptio contra petentem immiſſionem* ex l. fin. C. de edict. diui Adr. *teſtamentum in quo ſcriptus eſt hæres, eſſe per vim, & metum conditum, non poteſt impedire immiſſionem, quia id non eſt vitium apparens, & viſibile.*

23 *Patri pro filio an competat remed.* l. fin. C. de edict. diui Adrian.

24 *Remed. l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. non ſolũ per adipiſcenda, ſed etiam retinenda poſſeſſione competit.*

25 *Hæres ſcriptus in teſtamento, an propria authoritate poſſeſſionẽ hæreditatis vacantis apprehendere poſſit, & in apprehenſa manu tenendus ſit.*

26 *Fideicommiſſarius an ſit legitimus contradictor & impedire poſſit ne hæres ſcriptus in poſſeſſionem mittatur, vel in ea conſeruetur, & quid ad id requiratur.*

27 *Quæ requirunt altiorem indaginem non poſſunt dici in continenti probata, nec impediunt immiſſionem* ex l. fin. de edict. diui Adr. toll.

28 *Sola oſtenſione teſt. in forma probante non cancellati, nec in aliqua parte ſuſpecti Iudici facta, hæredem in eo ſcriptum in poſſeſſionem mittendum.*

29 *Pendẽte appellatione à decreto,* ex l. fin. C. de edic. diui Adr. *lato, non retardatur executio.*

FILII † poſiti in conditione non cenſentur ex teſtamento vocati ad fideicommiſſum, ita Gloſſa *in l.*

domus ſuæ. Moritur teſtator, deinde moritur Lucretia, alter ex heredibus, ſuperſtite tamen Prudentia Scarnata, eius filia legitima & naturali ex prima viro, quæ quidem Lucretia ſuum vltimum condidit teſtamentum, & in illo inſtituit ſibi heredes vniuerſales, & pro æquali portione, Prudentiam præfatam, & Alſerium Doroth. Scarnatum, eius ſecundum virum modo prudentia prætendit, dictam eius matrem non potuiſſe diſponere in eius præiudicium, per diſpoſitionem, factam per ſupradictũ Horatium Auum, & proinde prætendit ſola admitti ad hæreditatem dictæ Lucretiæ, non obſtãte ei⁹ diſpoſitione, & teſtamẽto de quib. ſupra. Quæritur igitur quid iuris ſit? Quãuis fautores prudẽtes Scarnatæ, ꝓpoſitæ dubitationis reſolutionẽ ex illa vetuſtiſſima ac inextricabili, inter ſcribentes, altercatione: Verũ filii poſiti in conditione dicantur poſiti in diſpoſitione, & ſucceſſiue vocati ex teſtamẽto, ſiue fideicom. pendere exiſtiment, & deſcribendo tanẽ Dd. partem affirmatiuam tenentes aliquantulum inſudare videantur excludendũ penitus Alſeriũ Dorotheum coheredem; attamen, re bene perpenſa abſq; eo q̃ ita præfatæ quæſtionis Oceanũ ingrediatur, ex verbis ipſius teſtatoris ꝓpoſitæ dubietatis reſolutio clariſſime patebit. Et primo cõſiderãdo illa, dũ dicit, *Itẽ vult q̃ prædicti eius hæredes vniuerſales non poſſint facere teſt. ſi ex iis non naſcentur filii leg. & naturales* inueniemus in illis teſtatorẽ principaliter prohibuiſſe ſuis hæredib. teſtamenti factionẽ, ſub illa tamen dictione, ſi nempe, ſi ex illis non naſcentur filii legitimi, &
8 naturales, † quæ dictio, cum conditionẽ importet, ſecũdũ Bart. & Dd. omnes *in l. 1. ff. de con. & demon.* & illis exiſtentib. conditio dicatur defecta, & ſucceſſiue etiam ꝓhibitio ſub eadem facta, tex. eſt, *in l. ex facto §. pen. vbi Dd. ff. ad Treb. l. 1. vbi Scrib. C. de cond. in ſer. l. non eſt ſine lib. ff. de verb. ſign.* ex cuius nõ verificatæ conditionis defectu, ꝑ argumentum à contrario ſenſu, q̃ in vltimis voluntatib. eſt receptiſſimũ, *l. ſi legatum pure l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. l. quod pure ff. quando dies legat. quando ced. cum aliis concord.* ne dum tollitur prohibitio teſtandi tanquã facta ſub conditione nõ verificata: verũ etiam inducitur expꝛſſa teſtatoris diſpoſitio contraria primæ, vt diſpoſitioni, factæ ſub conditione non verificata: & ſic teſtandi permiſſio, vt notabiliter decidetur ex tex. *in l. ſi quis locuples in ſi. ff. de manumiſ. teſtam.* & per Dec. *in l. 1. ff. de off. eius.* & cõis opin. Dd. teſte Mantica *in ſuo tract. de coniect. vlt. vol. lib. 3. c. 15. n. 7. in fin.* vnde cum ex ſupradictis teſtatoris decoceri, ob defectum non verificatæ conditionis, ſub qua erat facta. & ob id ſit inducta contraria expꝛſſa teſtatoris diſpoſitio, & ſic permiſſio teſtandi, non video quare teſtamentũ Lucretiæ, & diſpoſita in eo, dici debeant inualida & nulla. Secundo ꝑõderando ſecundã partem diſpoſitionis, factæ per teſtatorem, per illa verba, *ſed morientibus ipſis (quod abſit) ſine filiis legitimis, & naturalib. vt bona ſua reuertantur ad ſtipitem domus ſua, vel familia.* in qua fortaſſe totum ſuæ intentionis fundamentum pars aduerſa conſiſtere opinatur inueniemus illam, non principaliter, ſed acceſſorie fuiſſe factam quod quidem loquela ipſius manifeſtum facit: nam primo diſpoſuit, prohibendo ſuis hæredibus teſtamenti factionem, ſi ex illis liberi non naſcentur, & demum & ſic ſecundario, & acceſſorie, cogitans, quod caſus poſſet contingere, quod videlicet ex illis liberi non naſcerentur videns q̃ tali caſu ſtante eius prohibitione, ſui hæredes cogerentur decedere ab inteſtato: & ſic aliqui cognati poſſẽt admitti ad hæreditatem teſtatoris, præter eius voluntatem teſtatoris præter eius voluntatem, diſpoſuit ſecundario ſubſtituendo illis ſtipitem familiæ: quæ ſecundaria diſpoſitio in tantum intelligetur facta, in quantum illud q̃ præcedit eam, ſcilicet quod dicti hæredes decederent abſque liberis verificaretur, cuius oppoſitum cũ euenerit, nẽpe filiorum procreatio, & cum illis diſceſſus, vel decedentia, reſtat, & ſecunda diſpoſitio, quæ tanquam acceſſoria primæ diſpoſitioni, non poteſt eſſe abſque ea, tanquam principali, *c. acceſſorium de reg. iur. in 6. l. cũ principalis ff. de reg. iur.* & ſic quemadmodum primitiua diſpoſitio, & prohibitio ceſſat ob defectum non verificatæ conditionis, ſub qua erat facta: ſimiliter & ſecunda ceſſare debet tanquam acceſſoria ad primam, & proinde iure optimo Lucretiam teſtari potuiſſe eſt concludendum. Tertio, ſegãdo prohibitionem factam per teſtatorem ſuis hæredibus, circa teſtamenti factionem, inueniemus illam eſſe limitatam illa conditione; *ſi ex illis liberi non naſcerentur*; quæ prohibitio cum ſit tali conditione limitata illa non verificata; imo caſu exiſtente in contrarium, vltra dictam conditionem non porrigitur *leg. ſi ita quis ff. de vulgar. & pupil. l. epiſt. §. vlt. ff. de pact. l. Imperator, in fin ff de pact. l. in hoc iudicio, §. ſi convenerint ff. Carn. diuul.* ſi igitur ex ſupradictis ꝓhibitio teſtatoris non porrigitur vltra conditionem appoſitam per ipſum, eaque non fuerit verificata, ceſſat dicta ꝓhibitio, qua ceſſante inducitur permiſſio *l. 1. §. ſi præponatur ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.* quod quidem indubitatum tenet Ceccianus *conſ. 9. num. 27. verſ. pater libro tertio & infra num. 33.* vbi idem confirmat addens, ſe ita conſuluiſſe, eiuſq; cõſilium fuiſſe ſubſcriptum per excellentiſſimos viros Marcum Manticam, & Hieronymum Tornielium, & ſecundum hanc ſententiam fuiſſe pronunciatum, cumque ex prædictis inducatur teſtandi permiſſio, ad quid pars diuerſa intendit impugnare teſtamentum Lucretiæ cum patre ac iure permittentibus ſit factum?

Quarto, ex verbis teſtatoris in facti figuratione narratis colligimus illum in teſtandi ꝓhibitione, ꝑ ipſum facta ſuis hæredibus inclusiue tantum decedentiam abſque liberis dum dicit. ſe di loro non naſcono figli legitimi, & naturali *l. ſi ex iis non naſcentur filii legitimi, & naturales* quæ decedentia cum ſit directo, & ex diametro contraria decedentiæ cum liberis & inter illas nullum detur medium: de neceſſitate ſequitur, quod incluſio illius ſit excluſio alterius: & quod denegatio illius, ſit permiſſio alterius vulgatis iuribus *in l. cum pater, ff. de iud. l. ſi maritus, in fine, l. Pomponius §. ſed & ſi, ff. de procurat. l. ex eo quod prohibet. de fide inſtru.* modo ſic, ſi teſtator prohibuit ſuis hæredibus teſtamenti factionem, ſi ex illis non naſcantur, ergo per ſuperius allegata, caſus decedentiæ cum filiis nedum reperitur in huiuſmodi prohibitione contentus: ſed ab ea penitus excluſus, & ſic heredibus teſtari prohibitis in vno caſu, in altero illi contrario cenſetur libera teſtandi expreſſe relicta permiſſio. Et quatenus hoc non foret, non poteſt negari, quin remanſerint in diſpoſitione iuris communis circa teſtamenti factionem prout notabiliter tradidit. Decius *in l. 1. num. 38. in fine, cum pluribus aliis ſequentibus ff. de offic. eius.*

Quod cum ita ſit Lucretia, cum deceſſerit, ſuperſtite Prudentia, filia legitima, filia legitima, & naturali: & ſic in caſu contrario illi qui in prohibitione continetur iure optimo teſtari potuit, nec eſt, cur pars aduerſa conqueratur de eius teſtamento, prætendens illud nullum & inualidum.

Quinto & vltimo, ad demonſtrandum, quod propoſitæ dubietatis reſolutio (ſi dubietatis nomen meretur) non pendeat a deciſione perdifficilis quæſtionis, *An liberi poſiti in cond. cenſeantur poſiti in diſpoſitione*, & q̃ illa, ab iſta ſit ſatis differens, diuerſique ſunt termini, & caſus, conſidero, quod ex deciſione dictæ arduæ quæſtionis, alterum ex duobus reſultet: permiſſio ſcilicet, vel denegatio teſtandi nam teſtandi, nam ſi tenemus opinionem Gloſ. *in locus. l. a. 1. ff. de hered. inſtit.* quæ eſt communis, inducitur ex ea teſtandi permiſſio inſtitutis, etiamſi poſiti in conditione ſuperſint, ſi vero tenemus contrariam, inducitur ex ea teſtandi denegatio inſtitutis; & hæc quæſtio habet locũ quotieſcunque teſtator filios in conditione poſitos non expreſſe vocauit neque excluſit: ſed ſimpliciter dixit. *inſtituo filium meum hæredem, & ſi deceſſerit abſque liberis, ſubſtituo illi Caium* prout in hac facti ſpecie format caſum Iul. Clar. *in § teſtamentum q. 77. lib. 3.* nam ſi expreſſe illos vocaſſet vel excluſiſſet, non eſſet de eo diſputandum: his ſic ſtantibus, dico quæſtionẽ prædictã nullo modo congruere caſui noſtro & conſequenter ex illius deciſione, nullatenus decidi poſſe propoſiti facti ſpeciẽ cũ ſit ab ea penitus diuerſa nã in quæſtione inter Dd. exorta; *an liberi poſiti in cõditione* nõ apparet expreſſa vocatio poſitorũ in cõditione; neq; expreſſa excluſio ſed vtraq; dubia. nõ mirũ igitur, ſi ſuper dubia orta fuerit altercatio ſed in caſu noſtro, nõ dubia ſed expꝛſſa apparet teſtatoris volũtas, ꝑmittẽs teſtamẽti factionẽ ſuis hæredib. etiãſi filii in cõditione poſiti exiſtãt: nã dicit ipſe q̃ ſui heredes nõ poſſint teſtari, ſi ex illis nõ naſcãtur heredes; nedũ nõ reperiũtur ꝓhibiti, ſed illis dicitur cõceſſa expreſſa teſtandi facultas, vel ſaltem remanſerunt in diſpoſitione iuris communis, vt ſupra dictum eſt, vnde, ſi in caſu noſtro habemus expreſſam voluntatem teſtatoris teſtari permittentem ex ſupra dictis etiamſi poſiti in conditione exiſtant: adquid pars aduerſa deſiderat deciſionem dictæ arduæ quæſtionis *an liberi &c.* cum illa loquatur in caſu dubio & nos ſimus in claro.

Hæ quinque conſiderationes, ex verbis teſtatoris depromptæ; ac iuribus, & doctrinis ſupradictis corroboratæ meo quidem iudicio, ſufficientes videntur ad decidendum propoſitum caſum, & ad demonſtrandum parti aduerſæ dictæ quæſtionis; *an liberi poſiti in conditione &c.* deciſione non eſſe opus, quibus ſi non quieſceret, & adhuc dictæ quæſtionis deciſione deſideraret, adhuc & illa hãc eãdẽ ſententiã corroborat. permittens inſtitutis teſtamenti factionem,

licet

Et primo non obſtat, ſi dicatur, quod ſicuti teſtator prætulit inſtitutos ſubſtituto ex teſtamento, ita etiam prætuliſſe dicatur eorum filios in conditione
13 poſitos *per l. Lucius. la 2. ff. de hered. inſtit.* quoniam reſpondetur † filios in conditione poſitos, dici poſitos, ad excluſionem ſubſtituti tantum, & nō ad hoc vt vocati dicantur: nam non ſequitur: Eſt quis in conditione poſitus, ergo vocatus: quoniam conditio nihil ponit in eſſe, neque diſpoſitionem inducit *l. ex facto. l. ſi quis ita heres. ff. de hered. inſtit.* & licet d. l. *Lucius. in fine*, dicat: *non enim fratrem ſolum heredem prætulit ſubſtitutis, ſed & eius liberos*: tamen illud intelligitur, quod fratrem prætulerit ex teſtamento: Liberos vero ab inteſtato, prout d. legem intelligit, & abunde declarat Trentacinquius *in d. eius tract. par. 4. c. 11. n. 22. verſi. iſte text.* qui videatur omnino citato loco: quoniam ſatis ſubtiliter, & abunde reſpondet conſiderationibus per Doct. *in d. l. Lucius* pro contraria opinione.

Secundo non obſtat illa ratio: quod iſta conditio non diſponeret, & filii in conditione poſiti non cenſerentur vocati, quod illa verba, *Se di loro non naſceno figli. l. ſi ex iis non naſcentur filii*: eſſent ſuperflua, & inania: cum etiam, ſi non exprimerentur, tacite intelligerentur, per *l. cum auus de cond. & demon.* quia reſpondetur quod licet illa intelligantur, etiam ſi non exprimantur, illud prouenire ex diſpoſitione legis, & non teſtatoris, qui cum expreſſe hoc idem à ſe, & ex ſua diſpoſitione prouenire voluerit, non eſt, cur eius verba dicātur ſuperflua, & inania, cum illa pro-
14 ferantur ad maiorem declarationem, † & quæ ad maiorem declarationem dicuntur, non cenſentur inania, ſuperflua tenentur, ſecundum Bald. *in l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appellat.*

15 Tertio non obſtat † ratio illa, quod quando quis remouetur à lucro, fauore alicuius, lucrum illud debeat applicari illi, cuius fauore remouetur, iuxta tex. *in l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indig. l. ven. C. de leg.* quia reſpondetur, illa iura loqui, quando quis remouetur à lucro, vt indignus, prout loquitur d. *§. amittere.* nam ibi teſtator dedit tutorem ſuo filio, & ratione tutelæ reliquit aliquid dicto tutori, qui recuſans tutelam fuit priuatus legato à lege, tanquam indignus: & hoc fecit fortaſſe lex ex coniecturata mente teſtatoris, & ſic licet tutor priuetur legato, & remoueatur à lucro fauore filii & illi applicetur, hoc tamen prouenit ex diſpoſitione legis ad illam rationem: quoniam vtilitas pupilli deſerta fuit, cui licet applicetur legatum, quo fuit priuatus tutor, illud prouenit, quia illi, tanquam heredi, illud competebat, ob refutationem factam per legatarium, quæ ratio non verificatur in caſu noſtro; nam quod ſubſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus ſine filiis deceſſerit, demum natis illis excludatur, hoc non euenit ex aliqua eius culpa, vel vitio: ſed ex defectu non verificatæ conditionis, ſub qua erat ſubſtitutus: quapropter, an illud lucrum applicari debeat filiis in cōditione poſitis, ex deciſione allegatorum iurium non decidit: ex quibus eſto, quod colligatur, illud dicitur applicari filiis ex diſpoſitione legis & ab inteſtato, & non ex teſtamento, cum in illo nihil de illis diſponat prout tenet Trentacinq. *in alleg. tract. & loco. nu. 22. in fine.*

16 Quarto, non obſtat, ſi dicatur, quod † filii in conditione poſiti cenſeantur vocati ex coniecturata mente teſtatoris, ſecundum Anch. *conſ. 70* & ſequaces, quoniam reſpondetur in narrata facti ſpecie, liberos reperiri tantum in conditione poſitos, ad excluſionem ſubſtituti: & quod vocati præſumantur, non conſtat ex teſtamento, nec illius verbis, etiam coniecturatis: ſed tantummodo in conditione poſitos, & ſubſtitutum ſub illa conditione vocatum: quocirca non poteſt dici, Prudentiam vocatam ex veriſimili mente teſtatoris ex eius teſtamento; quoniam licet leges conentur defunctorum voluntatē imitari, & conſeruare, *l. conditionibus primum locum. ff. de condit. & demon.* tamen noluerunt in tantum voluntati defuncti fauere, vt ſufficiat imaginari cum prudenti conſideratione, defunctum ita voluiſſe, niſi talis voluntas tranſierit in diſpoſitionem, vt eſt caſus, & ibi Bald. & Imol. *in l. quoties. §. tantundem. ff. de teſtibus* ſi enim teſtator non diſponat, neque ex eius diſpoſitione colligatur id, de quo dubitatur: tunc non releuat imaginari teſtatorem ita voluiſſe, vt habetur *in l. Labeo §. idem Tubero: ff. de ſuppell. leg. l. quidam cum filium & l. in ambiguo. ff. de reb. dub.* quoniā id quod non loquitur, velle non præſumitur, vt notat Bald. *per tex. in l. 1. §. ſin autem. Cod. de cad. tollen.* nec ſufficit dicere teſtatorem ita voluiſſe, niſi diſpoſuerit, *d. l. quidam*. cum voluntas teſtatoris in corde retenta, non attendatur, prout notat Bald. *in l. mandatum. de reſcr.* vnde cum Prudentia in caſu noſtro nō reperiatur: & ſic quod non ex teſtamento, ſed ab inteſtato vocata cenſeatur, prout per formalia verba decidit Trentacinq. *citato loco. n. 27. in fine.*

Quinto non obſtat etiam, quod verba teſtatoris demonſtrent eius intentionē fuiſſe quod eius bona potius haberent inſtituti, quā in conditione poſiti, potius iſti, quā ſubſtitutus, potius ſubſtitutus quam extraneus: & ſic cū in conditione poſiti vincant ſubſtitutū, ex diſpoſitione teſtatoris: multo fortius vincere dicantur extraneū, per reg. vulgatā, *ſi vinco vincentē te, fortius vinco te*: quoniā replicatur, talē non fuiſſe voluntatem teſtatoris: nam ſi talis fuiſſet, non vtique ita diſpoſuit: ſed tantummodo dixiſſet. *Item laſſa, che detti ſuoi heredi non poſſino fare teſtamento, ma morendono (quod abſit) ſenza figli legitimi, & naturali, che la robba ſua reuadi al tronco della caſa ſua. Item diſponit, quod dicti eius heredes non poſſint facere teſtamentum, ſed morientibus iis, quod abſit, ſine filiis legitimis, & naturalibus, vt bona ſua reuertantur, ad ſtipitem familiæ ſuæ*: nam tali caſu, vel inſtituti morerentur cum filiis, vel ſine: ſi cum filiis illi ſuccederent ab inteſtato, tanquam proximiores in gradu: & ſic teſtator ſuam haberet intentionem, de qua ſupra, ſi ſine filiis, & tunc ſtipes familiæ ſubſtitutus ſuccederet teſtatori ex eius teſtamento, & ſimiliter ſuam intentionem haberet: ſed quia illa non fuit talis, propterea prohibuit teſtamenti factionem ſuis heredibus, ſub illa tamen conditione, ſi ex illis filii non naſcerentur qui cum nati fuerint deficit conditio, & ſucceſſiue prohibitio ſub eadem facta, prout ſupra late diximus, qua deficiente nimirum & Lucretia remanſa in diſpoſitione iuris communis circa teſtamenti factionem teſtata fuerit cuius teſtamentum, & diſpoſita in eo validiſſima ex ſupradictis dici deberet.

Sexto non obſtat etiā, quod † cum poſiti in con- 17
ditione, reperiuntur poſiti per ablatiuos abſolutos, tali caſu vocati cenſeantur ex teſtamēto, ex eo quod ablatiui abſoluti diſpoſitionem inducunt, ſecundū doctrinam Bar. *in l. liberorum. & l. 2. §. videndum. ff. ad Trebell.* vnde cum Prudentia ſit poſita in conditione per ablatiuum abſolutum, cum dicat teſtator: *ma morendo ſenza figli* quod in hunc ſenſum ſonat; *ſed decedentibus abſque filiis*: merito dici debet vocata ex teſtamento, & non ab inteſtato per ſupradicta, quo-
niam reſpondetur, † ablatiuos abſolutos diſpoſitio- 18
nem inducere, quotieſcunque verba executiua per

ipſos importata reſpiciunt perſonam illius, qui vult agere ex illa diſpoſitione: & ſic ipſos poſitos in conditione, vt habetur *in d. §. item videndum.* & non alios. Verum in caſu noſtro nõ reſpiciunt Prudentiam in conditione poſitã ſed inſtitutos heredes, dum dicit *ma morendono ſenza figli: ſed morientibus ſine filiis.* quod verbũ reſpicit perſonam inſtitutorum, & non Prudentiæ, quæ, cum eam non reſpiciant, ex ſupradictis dici nõ poteſt vocata: tanto fortius, cum ablatiui abſoluti ita demum diſpoſitionem inducant, quando important executionem circa rem, in qua inducitur fideicõmiſſum: ſecus vero quando importent quãdam demonſtrationẽ perſonæ conditionaliter prolatæ: prout in caſu noſtro, ſecundum Alex. *in l. à teſtatore. ff. de cond. & dem & conſ. 199. col. fi vol. 2.* per notata per Bat. *in d. l. à teſtatore.* Zuchar. ſequitur Alex. *in l. 1. C. de pact. n. 86.* quoniã tali caſu in conditionẽ reſoluuntur, ſecundum Batt & Doct. *in l. 1. ff de cond. & dem.* & per Scribentes omnes, *in rub ff ſol. matr.* vnde ſi ex ſupradictis in conditionem reſoluuntur, non eſt cur Prudentia dicatur ex illis vocata, ſed tantummodo in conditione poſita: tanto fortius cum eius perſonam non reſpiciant, ſed inſtitutorum.

Septimo, & vltimo non obſtant, ſi dicatur, quod, dum teſtator in præpoſita facti ſpecie, ſubſtituit ſtipitem familiæ, videatur intentionem, & mentẽ habuiſſe, ad eius conſeruationem, cuius fauore poſiti in conditione, præſumuntur vocati ſecundum Cor. *conſ. 59 vol. 2.* Curt. iun. *conſ. 43. n. 3. & ſeq.* Soc. *conſ. 250.*
19 *in fin. lib. 2.* quoniam reſpondetur, teſtatorem, † inſtituendo filiam fœminam, non habuiſſe mentem, & intentionem, ad conſeruationem familiæ, cum illa non per fæminas, ſed per maſculos conſeruetur, *l. liberorũ. ff. de verb. ſign.* cum filia fæmina nubendo tranſeat in extraneam familiam, *l. lege duodecim tabularum. C. de legit. hered.* quocirca, ſi teſtator talem intentionẽ habuiſſet, non vtiq; filiam inſtituiſſet: cõtraria vero iura, & doctrinæ loquuntur, quando apparet expreſſa teſtatoris voluntas eum voluiſſe familiã conſeruari, quæ voluntas, licet expreſſe pateret, quomodo adimplebitur, ſi eius bona haberet Prudẽtia vt prætendit, ex eius teſtamento, quæ eſt de familia Scarnata, & teſtator de familia Rigliana? certe ſi hoc fieret non equidem teſtatoris voluntas, ſed eius directo contrarium exequeretur, vnde tum ex conſiderationibus primo loco deſuper verbis teſtatoris habitis: tum ex dicta opinione Gloſſæ, maxima concomitante caterua, tanquam veriorem, & communiorem, tum ex tribus rationibus illam corroborantibus, tum ẽt ex ſeptem contrariorũ reſolutionibus porrectis quæ obiici poſſent aduerſus d. gl. ac nonnullis aliis adminiculis ex eadẽ prępoſiti facti ſpecie notorie apparentib. de iure aſſerendũ eſſe exiſtimo præfatam Prudentiã non aliter eſſe vocatã ex teſtamẽto eius aui, ad hereditatẽ. ſed tantummodo eidẽ relictũ ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato & proinde Lucretiam, eius matrẽ iure permittente teſtari potuiſſe, eiuſq; teſtamentum, ac diſpoſita in eo validiſſima dici debere, executioniq; demãdanda eſſe, & ita conſulo, ſaluo tamen ſemper ſaniori conſilio.

Ioannes Vincentius Scarnatus.

SVM & ego in eadem ſententia cum ſupraſcripto accuratiſſimo, & inſtructiſſimo conſulente Io. Vincentio Scarnato, quia ita. & taliter hic conſuluit digeſſit, ac vigilanter, more ſuo quamplurimis iuribus, rationibus, & authoritatibus fulgentiſſimis, & conſtantiſſimis, vt eius ſcripta. & reſolutiones non indigeant hodie alieno ſtudio, atq; vlla alia lucubratione.

Franciſcus Viuius Iuriſconſultus
Aquilanus.

CONCVRRO *in ſententiam ſupradicti D. Conſulentis, iuribus & rationibus firmatam, & de ſola ſubſcriptione requiſitus, me ſubſcripſi.*

Io. Bap. Angelinus V. I. D.
Aquilanus.

CONCLVSIONEM *vt ſupra per D. Conſulentem firmatam, iuridicã eſſe cenſeo & ideo libentiſſime me ſubſcripſi.*

Camillus de benedictis.

ID *quod ſuperius conſultum fuit per D. Scarnatum Iureconſultum celeberrimum, veritati, & æquitati conſonum puto. itaque eius ſententiæ inhærendo abſque alia iurium comprobatione, cum illa non ſit neceſſaria, idem iuris eſſe arbitror.*

Ego Decius Turcanicus V. I. D.
Aquilanus.

IN *caſu, de quo agitur videtur inductum fideicommiſſum, ex prohibitione teſtandi, facta in primis verbis teſtatoris,* l. qui filium. ff. ad Trebell. *ſed quia intelligeretur ad fauorem venientium ab inteſtato,* vt in d. l. habetur. *ideo in ſequentibus verbis declarat, quod ſit ad fauorem illorum de ſtipite. Stando igitur in d. prohibitione, aut illa durabat tempore teſtamenti facti à Lucretia vna ex heredibus aut non ſi durabat, ſequitur, quod fuit quæſitum ius illis de ſtipite, quod etiam ex aduerſo negatur: ſi non durabat, ſequitur, quod ceſſante prohibitione, teneat teſtamentum: & ita non poteſt dari caſus, quo aliquod ius competat Prudentiæ filiæ d. Lucretiæ ex teſtamento aui materni.*

Præterea fideicommiſſum, ex iſta teſtandi prohibitione inductum conſtat non fuiſſe ſimpliciter factum, ſed cum conditione, quod neq; ex aduerſo inficiatur: vnde ſi conditionale eſt fideicommiſſum, conditionalis etiam dicetur teſtandi prohibitio, quandoquidem effectus regulatur à ſua cauſa, defectus autem conditionis facit ceſſare fideicommiſſum: ergo & prohibitionem teſtandi, ex qua fuit inductum: & ita longe abeſt vt illam magis operetur, vt prætendit Prudentia. & implicat contradictionem, quod defectus conditionis eodem tempore operetur prohibitionem & permiſſionem teſtamenti.

Inſuper in d. l. qui filium. *ponitur prohibitio teſtandi cum conditione, donec filii ſuperſint, & tamen nullum ius ea conſideratur in filiorum in conditione poſitorum: id enim fuiſſet aliquo modo expreſſum* arg. in c. ad audientiam. de decim. *quinimmo quod non ſit neceſſe filios in conditione poſitos inſtituere. eſt text.* in l. filiusfamilias. §. cum quis. de legat. 1. *& tenet gl. communiter approbata* in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel *adeo quod libera remaneat heredibus inſtitutis teſtandi facultas.*

Et quod non debeant cenſeri vocati iuxta magis communem opinionem. videtur optima ratio, quæ ſumitur ex l. cum auus. ff. de cond. & demon *vbi in fine dicitur, quod conditio illa: ſi ſine liberis deceſſerit; ideo ſubintelligitur, quia præſumitur dicta. & non ſcripta, vnde iſta iuris præſumptio per omnia æquipollet quando exprimitur à teſtatore, & reperitur ſcripta, ſed certum eſt, quod quando talis conditio à iure ſubintelligitur, filii poſiti in conditione, non cenſeantur vocati: ergo neq; ſi à teſtatore exprimatur.*

Quod potiſſimum dicendum eſt, in caſu iſto, in quo nulla apparet coniectura, quod teſtator voluerit eos vocare, vt volunt DD. qui contrariam partem tuentur; imo potius colligitur contrarium, dum ſuit fideicommiſſum reſultans ex prohibitione teſtandi, vt dictum eſt, & per defectum conditionis conſtat, quod voluerit huiuſmodi prohibitionem ceſſare, ſed remaneret heredibus libera teſtandi facultas, vnde cenſeo teſtamentum eſſe validiſſimum, præſertim ex his, quæ non minus copioſe, quam ſubtiliter, & eleganter fuerunt deducta, per eximiũ D. Scarnatum, cuius ſententiæ de plano me ſubſcripſi.

Zenobius Eugenius Aquilanus V. I. D.

HORATIVS *Riglianus moriens fecit teſtamentum, in quo inſtituit ſuos heredes vniuerſales, Martium filium maſculum, & Lucretiam filiam fæminam, eoſq; fideicõmiſſo grauauit conditionali, ſi ſine filiis deceſſerint ſub his verbis.*

Item

Digitized by Google

Item laſſa, che li predetti ſuoi vniuerſali heredi non poſſino fare teſtamento ſe di loro nõ naſcono figli legitimi, & naturali, ma, che morendo (quod abſit) ſenza figli legitimi, & naturali, che la robba ſua vadi al tronco della caſa ſua. Item diſponit, quod prædicti eius heredes vniuerſales, nõ poſſint facere teſtamentum, ſi ex eis non naſcantur filii legitimi & naturales, ſed quod morientibus ipſis (quod abſit) abſq; filiis legitimis, & naturalibus, bona ſua peruenirent ad ſtipitem familiæ ſuæ.

Mortuo teſtatore, accidit caſus, quod Lucretia, vna ex prædictis heredib. inſtitutis, deceſſit ſuperſtite Prudentia Scarnata, eius filia legitima, & naturali, quam inſtituit ſibi heredem vniuerſalem in teſtamento, vna cum Dorotheo Scarnato ſecundo viro ipſius Lucretiæ.

Prætendit modo prædicta Prudentia, filia Lucretiæ, quod in ſubſtitutione facta in beneficium Stipitis, ſeu Cippi domus in caſu quo heredes morerentur ſine filiis, ipſa, vt filia dictæ Lucretiæ & poſita in conditione, fit vocata, ex perſona propria a bonis Horatii teſtatoris, obuenta in portionem Lucretiæ ſuæ matris, & quod de illis non potuerit Lucretia diſponere in beneficium dicti Dorothei, ſecundi viri.

Ea autem prætenſio in continenti corruit ex vulgata Glo. in l. Lucius. ff. de hered. inſtit. *communiter, & in ſcholis, & in foris recepta quod filii in conditione poſiti, non cenſeantur vocati, ſed veniant tanquam heredes ab inteſtato, & ſucceſſiue cenſeantur habere natum factum defuncti: præſertim quia in hoc caſu nulla penitus concurrit coniectura, de illis conſideratis per DD ad præſumendum contrarium, de quibus late per infraſcriptos. DD.*

Ant. Gabr. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 4. *Couarru.* in cap. Raynutius. §. 2. per totum. Extra de teſtam. *Vaſq.* de progreſſ. ſucceſſ. libr. 1. §. 4. num. 3. *Ioſeph. de Ruſtic.* in tract. an lib. in cond. poſit. per tot. *Menoch.* in præſumpt. 76. libr. 4 *Trentacinq.* de ſubſtit. par. 4. cap. 11. num. 20. verſi. pro reſolutione *Teſſaur.* deciſ. ped 96. *Surd.* deciſ. 162. *Rauden ſis* deciſ. Piſan. 27. *Clar.* in §. teſtamentum. quæſt. 77. 78. 79. & alii quamplures.

Scipio Roninus.

Viſo retroſcripto non minus peritiſſimo, quam elegantiſſimo conſilio eximii conſulentis, volleq; perpenſis omnibus, quia veriſſima eſt concluſio, per eundem conſulentem firmata, in eandem ſententiam, veluti optimis verbis, & rationib. conſonam, concurro.

Laurentius Tigrius.

Licet punctum, de quo agitur, dubitationem certe aliquam non recipiat, cum ab conſulentem acutiſſimi ingenii huc & illuc agitatum ſit & ventilatum, miro ordine ac viuis rationib. ita vt veritas luce ipſa fere clarior reddatur, omnis namque neruos hac in re intendat, ad euellendum omnem ex animo partis ſcrupulum ſuis tamen ad reſolutionem confirmationem quod verba conditionalia non diſponunt, l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſta. *& ſic prorſus in conſulentis ſententiam audacter ire delibero, & conſultionem veriſſimam conſeo ego Antonius Sterpontus, V. I. D. licet minimus, &c.*

Spiritus S. gratia illuminet ſenſus, & cor meum.

Factum ſic ſe habet: Horatius Riglianos de Focco, inſtitutis ſibi heredibus vniuerſalibus, & pro æquali portione Martio. & Lucretia Riglianis eius filiis legitimis, & naturalibus, per ſubſequentia formalia verba *Item laſſa, &c.* vt in præcedentibus. Moritur teſtator ſuperſtitibus dictis heredibus, deinde moritur Lucretia altera ex illis ſuperſtite, tamen inſtituit Prudentia Scarnata eius filia legitima, & naturali ex primo viro, quæ Lucretia ſuum condidit teſtamentum, & in illo ſuos heredes vniuerſales, & pro æquali portione Prudentiam prædictam & Alferium Dorotheum Scarnatum eius ſecundum virum. Egit Prudentia prædicta in Curia Terræ Tocci pro adipiſcenda poſſeſſione hereditatis dictæ Lucretiæ, & reproducendo in actis teſtamentum Horatii prædicti ſui aui materni, in forma probante redactum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum petiitque ſe immitti in poſſeſſionem bonorum hereditariorum, remanſorum tum tempore mortis Horatii prædicti, tuo etiam, & dictæ Lucretiæ matris: & id prouidendum de iure deberi dicebat eius aduocatus in ſua petitione, virtute fideicommiſſi facti per dictum Horatium, & conuenti in verbis illis: ma che morendo (quod abſit) ſenza figli legitimi. & naturali *ſed morientibus (quod abſit) ſine filiis legitimis, & naturalibus.* in quibus, cum ipſa Prudentia, vti filia heredis grauatæ, ſit poſita in conditione, vocata cenſetur iudicio teſtatoris ex eius teſtamento: & ſic fideicommiſſaria dicitur, & vti talis intentando remedium, *l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollen.* pro adipiſcenda poſſeſſione hereditatis dicti Horatii & dictæ Lucretiæ matris debet eidem concedi, & in illam immitti.

Habita de huiuſmodi petitione notitia Doctor Cæſar Scarnatus, pater dicti Alferii tunc temporis abſentis, vti talis, ſe illi oppoſuit, & reproducendo in actis teſtamentum dictæ Lucretiæ in forma probante, redactum, non cancellatum, non abſolutum nec in aliqua ſui parte vitiatum, in quo dictus eius filius erat heres ſcriptus inſtituit eundem manu tenendum eſſe in poſſeſſione bonorum, remanſorum tempore mortis dictæ Lucretiæ teſtatricis, in qua reperiebatur, & citra præiudicium poſſeſſionis prædictæ quatenus opus eſſet, & nõ aliter; inſtabat illum de nouo in illam immitti, & pro eo tanquam abſente, immitti, & conſeruari debere ipſum comparentem eius patrem & legitimum adminiſtratorem bonorũ filii: nõ obſtante petitione partis, cum eidem non competat intentatum iudicium *d. l. fin.* ex quo venit ad illud, vti fideicommiſſaria, & non vti heres ſcripta, prout requiritur de iure.

Aduocatus cõtrarius, replicabat aduerſus petita, duo, alterum ſcil. quod patri pro filio non competat intentatum remedium *d. l. fin.* alterum vero, quod nõ eſſet immittendus, ſiue confirmandus in poſſeſſione hereditatis dictæ Lucretiæ d. Alferius, quia teſtamentum per ipſum reproductum ſit factũ per vim, & metum, & ſic conabatur præfatus aduocatus impedire petitam immiſſionẽ in poſſeſſionem hereditatis prædictæ, ſiue confirmationem in ea ex ſupradictis; fuit dubitatum quid iuris in præfata facti ſpecie.

Ego, qui loco dicti Doctoris Cæſaris, mei patris, admodum venerandi, tunc temporis infirmi in præſenti controuerſia patrocinabar, in fauorem d. Alferii mei fratris vtriq; coniuncti admodum cari, licet in præſenti facti ſpecie, nullum vnquam dubiũ fecerim, quin in fauorem d. mei fratris eſſet in hoc iudicio poſſeſſorio ſummario omnino decidẽdum cũ caſus ſit clarus, in iure deciſus, per textus rotundos: attamẽ tum ingenii acuendi gratia, tum etiam vt manibus, & reipſa pars aduerſa tangeret in eo ſibi ius deficere, pro confutatione petitorum, & oppoſitorum per eandem aduerſus petita & replicata, per d. meum fratrem, dicebam primo libello per dictam Prudentiam porrectum eſſe ineptum, & inanem, ex eo, quia in eo faciat ſe fideicommiſſariam, & vti talis intentet remediũ *l. fi. C. de edict. diui Adr. toll.* quod tamen ei non conceditur, nec competit, cum ſolum

concedatur,& cõpetat heredi ſcripto,& denegetur
fideicõmiſſario,prout in tex.*in d.l.fin.in verbo, ex parte*
inſtitutus & ibid.in gl.clariſſime probatur,& per Bar.
ibid.n.9.per Bal.Ang Sali.Cor.Iaſ.Dec.& alios quos
refert & ſequitur Boet.*deciſ.*156.n.1.teſtans de cõmu-
ni,Menoch.*in ſuo tract.de adip.& retin poſſeſ. remed.* 4. n.
166.Nonius *conſ.*19.Craſſ.*in tract.de ſucceſſ ab inteſt.art.*
tranſmiſſio q.14.n.4.*lib.*2.in tantum quod cum d.Pru-
dentia actrix,nedum non ſit heres ſcripta,ad hoc,vt
tale remediũ intentare poſſit,verũ neq; fideicõmiſ-
ſaria vere,ſed præſumptiue:cum prætendit ſe vocatã
iudicio teſtatoris tanquã poſitam in conditione,di-
cebam debere, omnino ab hoc iudicio poſſeſſorio
ſummario reiici,eiuſq; libellũ ineptũ in nemq; de-
clarari,tanquã in iure non fundatum:imo illi ex dia-
metro contrariũ,ex ſupradictis. Reſponderat itidẽ
22 pro † confutatione oppoſitorũ per eandem,contra
libellũ d. Alferii, volentẽ per ea impedire petitã im-
miſſionẽ in poſſeſſionem, ſiue confirmationẽ in ea
prætextu illo,q teſtamentũ per eundẽ in actis repro-
ductũ,fuerit factũ per vim,& metũ,& dicebam,talẽ
oppoſitionẽ eſſe inaniorẽ, & ineptiorẽ eius libello:
ex eo,quia tale vitiũ non dicitur viſibile,& apparens
ex inſpectione ipſius teſtamenti,ſed ſit inuiſibile, a-
trum,& imaginariũ,q non eſt,nec dicitur ſufficiens
ad impediendã petitã immiſſionẽ in poſſeſſionem,
ſiue confirmationẽ in ea,& iudiciũ hoc ſummariũ
& poſſeſſorium,prout deciditur ex tex.rotundo *in l.*
quamuis.C de edict diui Adr.toll & in d.l.fi C.eo.tit. & per
gl ibi,*in verbo,vitiatã.* & per Doc omnes ibi cõmuni-
ter,per Rol à Val.*conſ.*1.& 78.*vol.*3.per Dec.*conſ.*424.
*lib.*2.*per totũ* & nouiſſime p Menoc *d.eius trac.remed.*4.
Addebam inſuper non poſſe impediri petitã im-
23 miſſionẽ,& cõfirmationẽ in † poſſeſſionẽ,& iudiciũ
hoc ſummariũ, & poſſeſſoriũ prætextu illo, q patri
pro filio nõ cõpetat intentatũ remediũ *d.l fi.* quoniã
hoc dicere,eſt error peior priori cum de iure ſit to-
tum oppoſitũ,prout probat,& tenet Bal.*in d.l fi* n 58.
Alex n.12.Iaſ.n 11.& alii cõmuniter,quos refert & ſe-
quitur Menoch eius tract.*remed* 4 n.272.& 176 Rol.
à Valle *d. conſ.*2 *vol.*2.n.5 & n.47 qui omnes in citatis
locis conſtanter,& indubitate cõmuniter affirmant
ac iurib.& doctrinis probant,patri pro filio remedia
prædicta cõpetere, huicq; concluſioni à ſæculo ali-
quem contradixiſſe, non eſt auditum, præter huius
cauſæ patronũ. Dicebam,& 2.loco pro comproba-
tione petitorum,per d. Alferium,remediũ *d.l fin.*per
eundẽ intentatum eidem cõpetere,eiuſq; beneficio
frui debere,cũ ſit heres ſcriptus in teſtamẽto, illodq;
in forma probante redactũ,non cancellatũ,non ab-
olitũ, nec in aliqua ſuæ formæ parte ſuſpectũ iudici
præſentauerit, & demũ, enim omnia requiſita ad il-
lud intẽtandũ, eiuſq, beneficio fruendũ in eius per-
ſona verificauerit,iuxta diſpoſitionẽ *d. l.* ac doctrinã
Bar.Bal.Alex.Iaſ. Dec. & aliorũ cõmuniter,in ea, &
Menoch.*d.tract.remed.*4.Craſſ.*d tract.artic tranſm ſio.*
*lib.*2.quibus omnib. concurrentib.dicebam de iure
eſſe omnino ad illud admittendũ, eiuſq; beneficio
fruendum ex ſuperius deductis. Quibus cõfutatio-
nibus contra petita, & oppoſita per partẽ aduerſam
adductis,& comprobationib.petitorũ,& oppoſito-
rum per d. Alferium coaceruatis,nõ contentus,præ-
ſupponendo,quod iudex præfectus cauſæ,tanquam
perſpicaciſſimus,& ſubtiliſſimus,ſupplẽdo defectus
partis aduerſæ poterat, aliqua motiua facere, circa
petitionẽ d.Alferii,neq; eius aduocatũ ad illa diſcu-
tienda,& reſoluenda citari facere,tali itaq; motiuo-
rum motione per eundẽ fortitan facienda, ac cita-
tione, pro illorũ diuiſione, & reſolutione, non ex-
pectatis, circa eam, partis aduerſæ officio fungens
quatuor ſubſequẽtia motiua feci illaq; de iure ni fal-
lor,euacuaui.Primum itaq; motiuũ fuit an remediũ
d. l. fi. cõpetat nedũ pro adipiſcenda poſſeſſione bo-
norum hereditariorũ,verum ẽt, pro eadẽ retinenda
prout d. Alferius petiit.Secundum fuit, an poſſeſſio
bonorũ prędictorũ propria authoritate apprehenſa
per d.Alferiũ dicatur vitioſa, & ſucceſſiue tanquam
vitioſus poſſeſſor non ſit in illa manutenẽdus,prout
petiit. Tertium,an d.Prudentia cum nũ adiiciatur
ex ſupradictis,ad remediũ & beneficiũ *d.l.fi.* cum nõ
ſit heres ſcripta,in teſtamento, per ipſam exhibito,
an ſaltẽ vt fideicõmiſſaria impediat iudiciũ hoc poſ-
ſeſſoriũ,ſummariũ ac petitam immiſſionẽ in poſſeſ-
ſionem, & confirmationẽ in ea,per d. Alferium, &
ſucceſſiue dicatur in tali caſu legitima cõtradictrix.
Quartum,& vltimũ motiuũ fuit, an per ſolam oſtẽ-
ſionem teſtamenti iudici factã per heredẽ ſcriptum
in eo,ſit idem mittendus in poſſeſſionẽ bonorũ he-
reditariorũ,vel requiratur alius actus. Quæ motiua
licet prima fronte videantur vrgentia: attamẽ pon-
deratis verbis *d.l. fi.* Doctorũq; deſuper eadẽ ſcriptis
bene perlectis,leuiſſima dignoſcerentur, facillime-
que per ea euacuantur. Primum itaq; euacuatur ex
ſcriptis,& doctrinis Cyni,Bar.Alex.& aliorũ cõmu-
niter *in d.l.fi.* & per Rol. à Valle teſtantẽ de cõmuni,
in eius conſ. 78.*tract rem.*4.n. 548. ſimiliter teſtantẽ de
communi per Craſſ *d.tract artic.tranſmiſſio.*19 13.n.5.
lib. 2. & nouiſſime per doctiſſimum Franc. Viuium
in ſylua com. opin 353.*numer* 5. qui Doctor citatis locis
communiter teſtantur,& iuribus & † doctrinis pro- 24
bant,remedium *d.l final.* non ſolum competere he-
redi ſcripto, pro adipiſcendã poſſeſſione bonorum
hereditariorum,verum etiam pro eadem retinenda
prout apud eoſdem eſt videre. Secundũ motiuum
confirmatur ex dictis Dec. *in d.l. fin.num.*4.*Pract. Pap.*
in forma libelli. quo agitur ad hereditatem ex teſtamento. in
*verbo, intuſſo.num.*1.quod loci dicit,nõ † eſſe vtile,in- 25
tentare remedium *d. l. final.* quotieſcunq; hereditas
eſt iacens,ſed heredem ſcriptũ, propria authoritate
debere hereditatem ingredi,& apprehendere,& al-
legat Innoc.*in cap.cum in officiis. Extra. de teſtam* dantẽ
cautelam heredi ſcripto. Craſ.*d.tract.artic.tranſmiſſio.*
*quæſt.*13.*num* 5 *in fine.lib.*1. qui Doct. citatis locis, aſſe-
rũt heredi ſcripto, licere propria authoritate appre-
hendere poſſeſſionem,hereditatis vacantis, illam-
què non dici vitioſam,ſed deberi in illa manuteneri
ex remed.*d l.final.* quatenus ita peteret, vnde cum d.
Alferius hoc fecerit iure permittente, non eſt, cur
dicatur vitioſus poſſeſſor, ſed bonæ fidei, verus, ac
legitimus,& proinde in ea eſt manutenendus Ter-
tiũ † motiuũ corruit ex eo, quia ad hoc,vt fideicom- 26
miſſaria dicatur legitima contradictrix & impedire
poſſit petitam immiſſionẽ,in poſſeſſionem, bono-
rum hereditariorum,ſiue confirmationem in ea per
heredem ſcriptũ, eſt neceſſe, vt ſimul ſit vere fidei-
cõmiſſaria,vt poſſideat bona hereditaria, vt in con-
tinenti doceat de iure ſuo, vt habeat titulum conſi-
milem,& æqualẽ titulo petentis immiſſionem prę-
dictã,quorũ requiſitorũ aliquo deficiente, nõ dicitẽ
legitima contradictrix,nec petitẽ immiſſionẽ impe-
dire poteſt p tex.*in l.filiã ff ad Treb.*& ibi Bar.& p tex.l.
& gl.*in d.l.fi* & ibi Bar n 22.Dec.n.40.& *con.*84.n.2.*col.*
1.Rol.à Val.*conſ.*1 *vol.* 1.n 71.*conſ.*78.*vol.*3.Boer.*deciſ.*
156 n.1.Craſ.*in d.tract.articulo tranſmiſſio.q.*15.n.4 *lib.*2.
vnde cũ d. Prudentia nõ vt vere fideicõmiſſaria, ſed
præſumptiue, vt ſupradictũ eſt, nõ poſſideat, prout
non poſſidere ex eius inſtantia conſtat, dũ inſtat ſe
immitti in poſſeſſionem hereditatis, non habeat
titulum

titulum conſimilem, vel æqualem, titulo d. Alferii, ſed ſatis longe inferiorem & æqualem, imo nullum reſpecti tituli d. Alferii, cum non ſit heres ſcripta in teſtamento per ipſam reproducto, prout eſt d. Alferius, nec in continenti docere poſſit de iure ſuo, non habet vlla tenus, nec poteſt impedire petitam immiſſionem in poſſeſſionem ſiue confirmationẽ in ea per d. Alferium.

Nec poteſt dici illam in continenti docuiſſe de iure ſuo, cum teſtamentum in forma probante redactum, non cancellatum, nõ abolitum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum in actis reproduxit: quoniã reſpondetur, d. Prudentiam in illo nullibi nominari & licet ex verbis ipſius in facti narratione deſcriptis prætendat ſe fideicõmiſſariam, tanquam poſitam in cõditione, & ſuam intentionem probaſſe, ac de ſuo
27 iure docuiſſe: attamẽ † quia illa requirunt altiorem indaginem non dicuntur in continenti probata, & doctũ de iure ſuo, ſed neq; probatum, neq; de iure doctum dicitur, & proinde talis diſputatio non eſt aliter admittenda in præſenti iudicio poſſeſſorio ſummario, nec per eam impeditur petita immiſſio in poſſeſſionem, ſiue confirmatio in illa; ſed debet exequi, & dicta diſputatio in alio iudicio petitorio, & ordinario reſeruari, prout notabiliter, & abunde concludunt Dec. *conſ.* 424 *nu.* 18. *&* 19. *vol.* 2. & Rol. à Valle *conſ.* 2. *n.* 40. 41 *&* 42. *&* *conſ.* 78. *n* 27. *vol.* 3. ad hoc omnino videndi Afflict. *deciſ.* 14. *n.* 14. & habetur *in l. quamuis. C de edict. diui Adr. toll.* & ibi per Bar. Alber. & Dec. *d. conſ. n.* 14. & nouiſſime per Petrum Mangrellam in add. ad Bar. *in d. l. finali.*

Quartum, & vltimum motiuum affirmatiuum de
28 iure probatur verum, videlicet, per ſolã † oſtenſionem teſtamenti in forma probante redacti, nõ cancellati non aboliti, nec in aliqua ſui parte inſpecti Iudici factam per heredem in eo ſcriptum, debere eundem ſtatim mitti in poſſeſſionem bonorum remanſorum tempore mortis teſtatoris, prout habẽtur in *d. l. fin. in verbo; iudici teſtamentum oſtenderit.* & per ea quæ non minus docte, quam abunde more ſuo recolit doctiſſimus Viuius *in d. ſylua. com opin. opi.* 353. quo loci innumerabiles recenſet Doctores hanc opinionem cõmuniter tenentes, quos & ipſe ſequitur, & de communi ſimiliter teſtatur, citato loco.

His itaq; omnib. tum pro confutatione petitorũ & impetitorum, per d. Prudentiam, tum etiam pro confirmatione libelli, & exceptionem d. Alferii fratris mei, ſic taliter ac currente calamo in ſcriptis redactis motiuiq; pro contraria parte p me factis, demumq; euacuatis traditis in manica iudicis, eidemque vna die obiter per me viua voce recitatis, citata prius parte contraria, eidemq; competenti termino aſſignato, ad dicendum, & allegandum, quicquid eius aduocato Doctore Tullio Scarnato oretenus & in ſcriptis auditoque demum ſeruatis de iure ſeruandis, *die* 15. *menſis Iunii* 1603. per eundem Iudicem Marium Buzzellum, à Populeo Curiæ Terræ Tocci aſſeſſorem, Iureconſultum non minori ingenio, quam eximia nobilitate, & doctrina fulcitum, in præſenti cauſa fuit deciſum, in fauorem d. mei fratris per ſequentia formalia verba.

Citra præiudicium iurium ambarum partium Alferius Dorotheus Scarnatus, & pro eo, Doctor Cæſar Scarnatus eius pater ac legitimus adminiſtrator bonorum filii admittitur ad poſſeſſionem bonorum remanſorum tempore mortis dictæ Lucretiæ, pro medietate tantum, ſeruata forma teſtamenti eius, & quatenus in illa reperiatur manuteneatur.

29 Quo decreto partibus notificato, aduerſaria ab illo appellauit ad ſuperiores eligendos, & † putans quod pendente huiuſmodi appellatione executio retardaretur contra text. *in l. quiſquis C. quor. appell. non recipiat.* & tex. *in l.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* & Scribentes omnes, citatis locis, mediantibus quibuſdam prouiſionibus, ſubreptitie obtentis, ab Aprutina Audientia exequi fecit contra quoſdam debitores, hereditarios, de Terra Carmanici & expectato tempore vendendi executionẽ factam, miſit ſuum procuratorem ad illam vendere faciendam, eiuſq; precium ſibi conſignandum, cumq; ad hoc acceſſiſſet, inuenit iam debitores prædictos fuiſſe exactos per d. meum fratrem, eidemq; fuiſſe reſtitutam executionem factam, tum vigore prouiſionum d. Regiæ Audientiæ, reuocantium ſubreptitie obtentas, per partem aduerſam: nunc etiam vigore ſupradicti decreti, quo viſo per d. procuratorem, reuerſus eſt, & vti vacuus, cantabat coram latrone viator, qua de re appellationem vlterius nõ eſt proſecutus, & adhuc cauſa dormit, quæ ſi in termino excitabitur, & in quouis tribunali ventilabitur decretum per Curiam Terræ Tocci prolatum, tanquam iuſtum iuri, & æquitati conſonum, ex ſcriptis fore confirmandum ſperarut & ita iuris eſſe cenſeo ſaniori tamen ſemper ſaluo conſilio.

Ioannes Vincentius Scarnatus.

OPINIO DCCCLXIII.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio extenditur de perſona ad perſonam, ex coniecturata mente teſtatoris. Et abſurdi euitandi cauſa. numer.* 2. *Non autem ſi abſurditas ſequeretur numer.* 3. *quæ euitanda eſt. numer.* 4. *Etiam in ſtatutis. numero* 5.

6 *Subſtitutio non eſt trahenda de caſu ad caſum non expreſſum.*

7 *Extenſio difficilius fit de perſona ad perſonam, [illegible] de caſu ad caſum.*

8 *Subſtitutio vulgaris in vnum caſum extenditur ad [illegible] caſus ſimiles, & traditur exemplum, cum ſeptem [illegible]tationibus.*

6 *Subſtitutionis extenſio non fit de perſona ad perſonam, quando variatur perſona eius, cui fit ſubſtitutio.*

SVbſtitutio extendi † poteſt de perſona ad perſo- 1
nam, ex coniecturata voluntate teſtatoris; ita Capra *conſ.* 23. *in* 1. *dubio.* Iaſ. *in l. Titius.* §. *Lucius. ff. de lib. & poſth. &* *conſ.* 148. *colum.* 3. *volum.* 1. Ang Cret. *nu.* 27. & Garzias, *num* 86 *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth.* Paul. Caſt. *conſ.* 343. *volum.* 1. Corn. *conſ.* 146. Curt. Iun. *conſ.* 121. *col.* 7. Chaſſan. *conſ.* 67. *nu* 46. & Pariſ. *conſ.* 50. *ſub nu* 60 *vol* 3. vbi dicit iſtam eſſe æquiorem, veriorem, crebrioremq; ſententiam & in *conſ. etiam* 66. *n.* 66. *&* 68. *eod. vol.* Crauet. *conſ.* 155. *nu.* 7. *& ſeq vol.* 1. *& conſ.* 226. *num.* 16. *volum.* 2. & Grat. *conſ.* 5. *volum.* 2. *Com. opin.*

Sed † hæc communis abſq; ſcrupulo aliquo procedit, ceſſante abſurditate, eo enim caſu fit extenſio 2
hæc, ne abſurditas ſequatur, ſecundum Ruin. *conſil.* 168. *nu.* 19. *& ſeq. vol.* 3. Alex. *in l. ſed ſi hac.* §. *liberos. ff. de in ius vocan.*

Verum † concurrente abſurditate, vel vbicunq; 3
abſurditas ſequeretur, nullo modo fieret extenſio de perſona ad perſonam, ita Soc. *conſ.* 76. *col.* 4. *vol.* 3. Alex. *in l. cum proponas. C de hered. inſtit. & in l. Centurio. col* 31. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Bar. Paul. Caſt. Imol. Alex. Soc. q. 2. & cæteri omnes vniuerſaliter *in l. cum proponas. C. de hered. inſt.* & Ruin. *conſ.* 154. *nu.* 2. *vol.* 2. *Com. opin.*

Nam † abſurditas re ipſa euitanda eſt *Cle.* 2. *de magi. c. Geneſi. de elect. c. quemadmodum. de priui. & c. ex ore. de iud.* & Ang *con.* 126. aſſerens ibi, abſurditatẽ ac iniqui- 4

 tatem

tatem penitus & omnino euitandam eſſe: & hoc idem firmat Signor. de Homod. *conſ. 68. in fin.* concludent in iſtis locis, intellectum, ſeu extenſionem nunquam trahi ad ea, ex quibus abſurdum ſequi poſſit.

5 Imo ipſa abſurditas non ſolum euitanda eſt in ſubſtitutionibus, ſed etiam in ſtatutis, ita Signor. de Homod. *conſ.* 265. Raph. Fulg *conſ.* 220. *col. fi.* & Pariſ. *conſ. 8. nu. 40. & conſ. 111. nu. 35. vol. 1.*

¶ Et quemadmodum ſubſtitutio extenditur de perſona ad perſonam ex præſumpta mente teſtatoris, ita diſpoſitio teſtatoris facta in vno caſu, porrigitur quoque ad alium caſum, ex tacita, veriſimilique ipſius teſtatoris mente, ſecundum Bart. & alios *in l. Lucius. §. Titius, per illum tex. ff. de lib & poſth. & in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.*

6 Et denique † aduertendum eſt, quod ſicuti extenſio regulariter fieri non ſolet in ſubſtitutione de perſona ad perſonam, vt voluit Cuma *in l. commodiſſime. ff. de lib. & poſthu.* & ample Tiraq. *in l ſi unquam. in verbo, Libertis. ſub n 23.*

¶ Et præſertim extenſio hæc non fieret, vbicunq; ex teſtamento, aliiſque diſpoſitionibus nullatenus colligeretur voluntas teſtatoris, & ſic idem teſtatorem ipſum fuiſſe diſpoſiturum, ita Bald. *in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab* Dec. *conſi. 89. col. pen. & conſi. 287. nu. 8.* Alexand. *conſi. 139. colum. 1 volum. 2.* Curt. *conſi. 25. colum. pen.* Corn. *conſi. 298. colum. pen. volum 3.* Soc. *conſil. 76. num. 7. volum. 3.* Rip. *in l. 1 num. 93. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Pariſ. *conſi. 73. colum. pen. vol. 3.* Ita pariformiter ſubſtitutio non eſt trahenda de caſu ad caſum, ita Ioan. And. *in add. Spec. in tit. de teſta. §. 1.* Oldra. *conſi. 21* Socin. *conſi. 62. col. 3 & conſ. ſeq num. 14 vol. 3.* Lancel. Galiaul. *in l. Centurio. colum. 66. ff. de vulg & pup. ſubſt.* Cra[illegible] *conſi. 161. num. 16. vol. 1.* Gozad. *conſ. 21. num. 8.* Rub[illegible]s *conſi. 21. num. 1* & Socin. Iun *conſi. 176. num. 8. volum. 2.*

¶ Et præſertim ſubſtitutio in vno caſu concepta non extenditur ad alium caſum, vbicunque, ea extenſione mediante ſequeretur abſurdũ, quod magis dilectus fieret deterioris conditionis, quam minus dilectus, ita Fulgoſ. *conſi. 13.* Ruin. *conſ. 141 col. 1. & ſeq. vol. 3.*

¶ Quæ abſurditas de iure euitari penitus debet; *l. ſi viua matre. C de bon mater & l. Publius § fin. ff. de cond. & demonſt* & Ruin. *conſi. 43. nu. 7. vol. 3 & conſi. 150. nu. 11. & 8. vol. 2.*

7 Eſt tamen bene verũ, quod † extenſio difficilius fieri ſolet de perſona ad perſonam, quam de caſu ad caſum, ſecundum Aret. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 3.* & Dec. *conſ. 211. col. 3. & conſ. 218. col. 3. & conſi. 314. colum. 2.*

8 Quoniam ſubſtitutio † vulgaris concepta verbis ſingularibus in vnum caſum, regulariter ad alium caſum trahitur, atque extenditur; vt ſi quis Gregorium inſtituat Auguſtinum: erit tunc procul dubio ſubſtitutioni locus, ſi Gregorius, morte, ſe quocunque alio impedimento, heres eſſe nequiuerit. ita Bart. *num. 14.* Franc de Aret. *colum 5.* Soci. *colum. 3.* Iaſ. *colum. 4.* Ripa *nu. 80.* & alii vniuerſaliter *in l. 1 ff. de vulg. & pupill ſubſtit. per l. Gallus §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* Paul. Caſtrenſ. *conſ 86. Dubitatio vertitur. de bonis dicti quondam Franciſci. ſub num 1. & ſeq. vol. 1.* Polit. *in tract. ſubſt. in tit. de vulg* & Guihel. Benedict. *in c. Raynutius. in ver. Abſq. liberis. num. 25. de teſtam.* vbi planum facit, iſtam eſſe communem opinionem, & Zaſi. in *tract. ſubſtitut. in princ cap. 1. in 1. effectu. verſi. Primus igitur effectus eſt.* & D. Sfortia Oddus *in tract. compendioſæ ſubſtitutionis. in prælud. 2. partic. quæſt. 3. verſ.* Si autem Com. opin.

teſtator vnum quidem caſum expreſſerit, alium vero tacuerit. *fol. 10.* vbi eam limitat vtiliter in ſeptem caſibus.

Imo extenſio † ſubſtitutionis de perſona ad perſonam nunquam fit, quando variatur perſona eius cui fit ipſa ſubſtitutio, vt poſt alios aggregatos per eum, firmat Rip. *in d. l. 1. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* 9

OPINIO DCCCLXIV.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio pupillaris expreſſa filio à patre facta an excludat matrem, & alios aſcendentes, ab integra filii ſucceſſione, & à legitima.*

2 *Subſtitutio pupillaris expreſſa quæ dicatur.*

3 *Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem, etiam à legitima, ſiue fiat per verba directa, vel communia. Et ab integra filii ſucceſſione, etiam in foro animæ, & conſcientiæ. nu. 4.*

5 *Mater excluſa a ſucceſſione, & legitima filii, per ſubſtitutionem pupillarem expreſſam, ſi pauper ſit, poteſt petere alimenta ſubſtituto.*

6 *Mater excluditur per expreſſam pupillarem à legitima filii, etiam ſi filius haberet bona aliunde quæſita, quam à patre.*

7 *Mater per pupillarem ſubſtitutionem ſimpliciter factam, à luctuoſa filii hereditate, & à legitima non excluditur. Et quid requiratur, vt excludatur. nu. 8.*

9 *Subſtitutio pupillaris tacita, non excludit matrem ab hereditate, & legitima filii.*

10 *Subſtitutio pupillaris omnino tacita quæ ſit.*

11 *Subſtitutio pupillaris tacita matrem excludit, ea repudiante, & ſuccedit tunc ſubſtitutus, & non legitimus.*

12 *Subſtitutio pupillaris tacita matrem excludit ſi cauſa pia fuerit ſubſtituta.*

13 *Subſtitutio pupillaris valet, octo concurrentibus, diſtincte, & aperta poſitis.*

14 *Subſtitutio pupillaris in teſtamento minus ſolenni, an valida ſit. & nu. 15.*

16 *Probata morte eius, cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, præſumitur eum mortuum in pupillari ætate.*

17 *Pater filiis in poteſtate ſua conſtitutis pupillariter ſubſtituere poteſt.*

18 *Pater hæreticus item Iudæus & turpis perſona, an filiis ſuis pupillariter ſubſtituere poſſint.*

21 *Subſtitutio turpis perſonæ, cui nõ eſt conceſſa adminiſtratio bonorum, à patre pupillariter filio facta, an valeat.*

22 *Mater filiis ſuis non poteſt pupillariter ſubſtituere. Et an matris directa ſubſtitutio, valeat iure fideicommiſſi. nu. 23. Et quid ſi ſtatutum diſponat matrem habere filios in poteſtate nu 24.*

25 *Subſtitutus pupillariter filio impuberi, an in legitima pupilli grauari poſſit per fideicommiſſum.*

26 *Subſtituens pupillariter cenſetur grauare heredem, & ſubſtitutum, vt totam hereditatem patris, & filii reſtituant.*

27 *Fideicommiſſum ſimpliciter relictum, in dubio videtur iniunctum filio, non autem eius heredi, & quæ eius ſit vtilitas.*

SVbſtitutio pupillaris † expreſſa, non ſolum excludit matrem, ab integra filii ſucceſſione, & hereditate, verum etiam à legitima portione: & conſequenter pupillaris expreſſa, abſq; ſcrupulo aliquo excludit matrẽ alioſq; aſcendentes prætetitos, quos ipſe filius præterire nequiret: pater enim pupillo ſuo poteſt extraneum pupillariter ſubſtituere, nulla etiam facta mentione matris, aliorumque aſcendentium ex latere matris: ita vt quod ſubſtitutus omnia 1

bona

bona vndecunque quæſita ex ſubſtitutione conſequatur, illis excluſis, etiã reſpectu legitimæ, vt apertiſſime probatur *in l. precibus, in verſ. Si vero. C. de imp. & aliis ſubſt.* quod confirmatur etiam ex generalitate tex. *in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſtamen.* cuius etiam deciſio repetitur canonizata *in c. ſi pater, de teſtamen. in 6.* in quibus locis ratio aſſignatur euidens.

Et licet nonnulli ex Scribentibus in iure, in contrariam iuerint ſententiam: nihilominus tamen frequentiori voto hęc opinio recepta apertiſſime diſcernitur, prout de communi teſtatur Soc. Sen. *in l. 2. num. 21. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* ib. Ripa, *num.* 44. & fuit de intentione Bart. *ibi in 2. effectu*, quem ſequutus eſt conſulendo Paul. Caſtr. *conſ.* 18 *nu.* 1. & 3 *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 16. *Circa præſentem conſultationem, num.* 53. & *ſequen. vol.* 2. & *conſ.* 59. *Certiſſimum eſt, nu.* 3. & *ſeq. eod. vol.* Dec. *in d. l. precib. nu.* 9. Cagnol. *nu.* 95 & Curt. Iun. *nu.* 12. & Mattheſil. *ſing.* 163.

2 Et pupillaris † expreſſa (ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis) ea eſt, quæ fit verbis expreſſis, hoc eſt illis, quib. pupillaris ſubſtitutio fieri ſolet, de quib. *in l. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & *in §. 1. Inſt. eod. tit.* puta dicendo, *filium meum impuberem hæredem inſtituo: & ſi hæres erit, & deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo talem*, vel ſic dicendo, *& ſi hæres non erit &c.*

3 Imo † communis hæc ita retenta, tanquam veriſſima, merito ampliatur quoq; ſecundum Ang. Aret. *Inſt. de pup. ſubſt. in princ. nu.* 23 & Dec. *in d. l. precib. poſt nu.* 9. *ver. Et iſta conclaſio*, ſiue fiat ſubſtitutio per verba directa, ſiue per verba communia.

4 Cæterum † præſens communis ita illuſtrata, limitatur primo per Archidiaconum *in d. c. ſi pater*, vt ea nimirum procedat iure fori, non autem iure poli, ſic reſtringendo *d. cap. ſi pater.* [illegible] Corn. & Dec. *num.* 10. *in d. l.* precibus & vide pro opinione Archidiaconi Ferrat. *cautel.* 19 Sed quicquid ſit, contraria opinio verior eſt, atq; receptior, vt per Couarr. *in c. cum eſſes, ſub num.* 11. & *in c. Raynutius.* § 5 *nu.* 6 *de teſtam.* per Cagnol. *in d. l. precibus, num.* 96. & per Soc. Iun. *in l. moribus, num.* 94. *ff. de vulg. & pup. ſubſt.* vbi varius, diuerſiſque compluribus modis, atq; motiuis Archidiacono ſatisfacit, & ſic demq; hæc limitatio falſiſſima diſcernitur: verum eam extollit, licet non firmet Soc. Sen. *in d. l. 2. numer.* 22. *in fin. ff. de vulg & pup. ſubſt.* Et conſequenter opinio cõmunis præmemorata procedit etiam in foro animæ, & conſcientiæ, teſte Couarru. ampliſſime *in d. c. cum eſſes, ſub nu.* 11 & *in d. c. Raynutius*, § 5 *ſub num.* 6.

Et quicquid Archidiaconus aſſerat, *vbi ſupra*, contraria opinio, vti magis vera, magiſq; communis fuit prudenter, ac mature, more ſolito approbata in Regia Aprutina Audientia, *anno* 1586. *die vltima Aprilis*, cum fuit reſcriptum Vicario Aprutino, alias Ciuitatis Therami, & eius Curiæ, vt abſtineret ab executione denunciationis euangelicę, ſecundum opinionem Archidiaconi emanata, & in contrarium fuit allegata, canonizata, ac commendata hæc opinio noſtra, & magis communis, eiuſque etiam mentio facta, in Regiis literis, quas hiſce oculis vidi, mihi oſtenſis per D. Ioannem Grandem, dulcis recordationis, tunc Auditorem eiuſdem Regiæ Audientiæ, & cauſæ Commiſſarium, quæ omnia cum clariſſime pateant, pluribus verbis, opus eſſe non videtur, quam, vt tu, ea quæ executa, iudicataq; ſunt in ſupremo tribunali amplectaris.

Bene tamen verum eſt, † quod ſi mater eſſet inops, & pauper, poſſet vtique abſque dubio aliquo petere alimenta à ſubſtituto, ſecundum Zaſi. *in tract. ſubſtitutionum, in titu. de pup. ſubſt. nu.* 22. & Ripam *in d. l.* 2. *num.* 45.

Secundo † poſſet ſimiliter limitari eadem communis, quod mater non excludatur per expreſſam pupillarem, quando filius haberet bona aliunde quæſita, quam à patre, vel eius intuitu: nã tunc mater poſſet admitti ad petendam legitimam in illis bonis, & ſi ſecus fieret, impium foret, ita Lancel. Polit. *in tract. de ſubſt. in rub. de pupillari, in 8. q. col.* 3. referens ibi, ſe in puta conſcientia ita conſuluiſſe. Sed cæca eſt hæc opinio, & penitus inutilis: & licet ea primo aſpectu æquiſſima videatur: tamen à veritate omnino, in maximam fallaciam, atque inſaniam labitur, vt dirigit Soc. Iun. *in d. l. moribus; num.* 95. Imo eadẽ opinio, tanquam falſiſſima, communi omniũ Scribentium voto, reiicitur, atteſtante Couarruuias *in d. c. cum eſſes, num.* 11. *in fin.* Nam eo dato, diceretur pupillus pro parte teſtatus, contra regulam, *l. ius noſtrum. ff. de regul. iur.* 6

Tertio minime † procedit etiam anteſignata cõmunis, vt mater ipſa, regulariter, atque ſimpliciter à luctuoſa filii hæreditate per ſubſtitutionem pupillarem non excludatur, ita Cephal. cum aliis aggregatis per eum *conſil.* 524. *Caſus iſte ſatis eſt frequens, num.* 4. *vol.* 4. 7

Vnde mater † vt excludatur per ſubſtitutionem pupillarem, à filii hæreditate, in pupillari ætate morientis, requiritur neceſſario, vt ea facta ſit in ſpecie, & in ſua forma. *d. l. Papinianum. §. ſed nec impuberis.* Sed hoc nullatenus procederet, ſi pupillaris ſubſtitutio non foret formaliter, & ſpecialiter facta, verum ſub compendioſa generaliter contenta, per ea, quæ tradit Alex. *in l. prætor ait, nu.* 3 *ff. de oper. noi. nunciat.* & Cephal. *in d. conſ.* 524 *nu* 15. 8

Et † ſic denique, per pupillarem ſubſtitutionem tacitam, mater non excluditur ab hæreditate, & legitima portione filii, ſecundum Iuris interpretes communiter, *in d. l.* 2. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & præſertim ibi Bart. *colum. penult.* Alex. *colum.* 15. Fran. Aret. Iaſ. *colum.* 10. & *ſeq.* & Ripam, *nu.* 6. Bar. *col.* 2. & Bald. *colum.* 3. *verſ. Circa ſecundum quæro, in d. l. precibus. Cod. de impub. & aliis ſubſtit.* & D. Sfortiam Oddum *in tract. compendioſa ſubſtitut. in prælud. quæſt.* 7. *col.* 1. *verſ. Et primo videamus de matre.* vbi hoc limitat in quatuor caſibus. 9

Itaque † aduerte, ne erres, quod pupillaris omnino tacita, ea dicatur, quæ continetur in vulgari expreſſa, iuxta *l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* & *leg. quamuis C. de impub. & aliis ſubſtit. cum l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* nam verbis nullo modo dicitur expreſſa. quia nec generaliter, nec ſpecialiter, nec ſingulariter cõtineri dicitur, ſed præſumitur, vel à lege fingitur, vt *in d. l. nam hoc iure*, & de hoc mirandum non eſt: quoniam tacita pupillaris antedicta, nõ habet formam pupillaris ſubſtitutionis, ſed ſub eius verbis includitur, vt cum dicitur, *Dominitium filium pupillum meum hæredem mihi inſtituo, & ſi ipſe mihi hæres non fuerit, Fabius ſit hæres*, & hæc ex expreſſis indubitanter vulgaris eſt, ex tacitis vero, eſt pupillaris: vnde ſiue ſit Dominitius hæres, ſiue non in ætate pupillari deceſſerit, hæreditas directo iure peruenit ad Fabium, ſed ex vulgari ſuccedit ſolummodo in bonis teſtatoris: ex pupillari vero ſuccedit in bonis teſtatoris, & pupilli, ex iuribus allegatis. 10

Limitaturque † etiam quinto, quod licet tacita pupillaris matrem nõ excludat, tamen ea repudian- 11

re, ſuccedit ſubſtitutus, & non legitimi, ita Bart. *in l. Centurio, colum. 2. verſic. Ex hoc ſequitur magna vtilitas. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.* & Bald. *in leg. fin. colum. 1. verſic. Tertio eſt multum notandum. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.*

12 Sexto † coarctatur quoque, quod quamuis pupillaris tacita non admittatur contra matrem, ex tacita mente defuncti, tamen admittitur, ſi cauſa pia fuerit ſubſtituta, ita Ang. *in d. l. precibus, col. 2. verſ. Idem credo ſi pauperes Chriſti*, & ibi etiam Paul. Caſtr. & Dec. *conſ. 182.*

13 Notandum hic etiam, † quod pupillaris ſubſtitutio valeat, & teneat, octo concurrentibus, Primo, quod ea fiat liberis. Secundo, quod fiat impuberi. Tertio, quod iſti filii pupilli ſint in poteſtate teſtatoris. Quarto, quod pupillus ſui iuris, morte teſtatoris, efficiatur, atque euadat. Quinto, quod non deſinat eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris: & ſic ſufficit, quod ſit in poteſtate tempore mortis teſtatoris, etiamſi non reperiatur in poteſtate tempore teſtamenti, vt voluit Gloſſ. Bart. Alex. & cæteri omnes, & Ripa *nu. 25. in d. l. 2.* vbi planum facit, iſtam eſſe communem opinionem. Sexto, quod fiat teſtamentum. Septimo, quod impubes inſtituatur, vel exhæredetur. Octauo, quod hæreditas adeatur. ſecundum Bart. *colum. 1.* Fran. Aret *poſt medium*, & alios omnes, tam Antiquos, quam Modet. *in d. l. 2. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.* Bero. *in d. cap. Raynutium, numer. 433. cum aliis ſequen.* & D. Sfortiam Oddum *in dict. tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in prælud. parte. 3 quæſtio. 4. fol. 18.*

14 Imo aduerte etiam, † quod ſubſtitutio pupillaris, facta de extraneo in teſtamento minus ſolenni non ſit valida, teſte Card. Put. *deciſ. 167. lib. 2.*

15 Et ſic † ſubſtitutio pupillaris non valet in teſtamento non ſolenni, niſi alter ex filiis ſit ſubſtitutus, vt concedit Bartol. *in d. l. 2. colum. 4. verſic. Quæro quid ſi teſtamentum*, & ibi Alex. *col. 11. verſ. 6. requiritur*, & Paul. Caſtr. *conſ. 351.*

16 Animaduertendum † etiam eſt, quod probata morte eius, cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, præſumatur mortuus in pupillari ætate, ita affabre Card. Put. *deciſione 490. lib. 2* ideo quilibet prætendens pupillum mortuum non eſſe in pupillari ætate, ſed ea tranſacta, & ſic locum non eſſe ſubſtitutioni pupillari, tanquam prudens, debet neceſſario hoc articulate, & probare, ad excludendum ſubſtitutum, ne ſuccedere poſſit, probata ſolummodo per eum in genere ipſius pupilli morte.

17 Et quanquam † pater, filiis in ſua poteſtate conſtitutis, pupillariter ſubſtituere queat *d. l. 2.* vbi Gloſ. Bart. & alii omnes vniuerſaliter. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & Pariſ. *conſ. 85. Olim. Ser. Candidus, nu. 60. cum cæteris ſeq.* vbi reddit rationem.

18 Tamen † hoc nullatenus procedit in patre hæretico, *c. 2. § ſi de hæret. in 6.*

19 Nec in † Iudæo, teſte Zaſio, *in tract. de iudæis.*

20 Nec † etiamſi pater foret turpis perſona: tunc enim pupillariter filio ſubſtituere nequiret aliquo, modo ſecundum Bart. *in d. l. 2. & in l. ſed ſi vnius. § filiusfamilias. ff. de minor.*
21 ſicut † etiam ſubſtitutio pupillaris, facta à patre de turpi perſona, cui non foret conceſſa adminiſtratio bonorum, valeret vllo pacto, vt voluit Bart. *in d. l. 1. colum. 5. verſic. Dixit tamen pro veritate, & in l. cum oportet. § non autem. C. de bon. quæ lib.* & Alex. *in d. l. 2.*

22 Nec mater † denique poteſt filiis ſuis pupillariter ſubſtituere vllo modo, *l. ſi mater, & ibi Doct. ff. de vulg. & pupil. & § cæterum & ibi Doct. ff. de hered. qual. & diff.* Bart. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & in l. 2. eod. tit.* & Angel. *in 3. notab.* Bellon. *num. 4.* & alii omnes *in princ. Inſtit. de vulg. & pupil. ſubſt.* & Ripa *in d. l. 2. num. 13. ff. eod. tit.* vbi inquit iſtam eſſe communem opinionem. Vide Socin. Iun. *in leg. moribus numer. 18. ff. eod.* vbi ampliat.

Et ratio palpabilis ea eſt, quia mater non habet filios in poteſtate, *l. illud. § ad teſtamenta fœminam. ff. de bon. poſſ. contra tab. § fin. inſtit. de exhered. lib. & § fœminæ. Inſtit. de adop.*

Licet † autem talis ſubſtitutio non valeat iure di- 23
recto valet tamẽ iure fideicommiſſi, ita Bart. per Gl. *in leg. verbis ciuilibus. numer. 6. ff. de vulg. & pup.* Et pro opinione noſtra adde Ioan. de Amicis *conſil. 17. num. 1. cum aliis ſeqq.*

Et quod etiam non valeat iure fideicommiſſi, nec ad id trahi poſſit, tenet idem Ioan. de Amic. *conſ. 3. in cauſa, & lite. nu. 5. & ſeq.*

Cæterum hæc † communis ita illuſtrata claudicat 24
vt non ſortiatur locum, vbicunque in loco vigeret ſtatutũ, quod mater filios in poteſtate habere poſſet, tunc enim illa pupillariter abſque dubio ſubſtituere filiis poſſet, ex diſpoſitione iſtius ſtatuti, vt concedit apertiſſime D. Sfortia Oddus *in d. tracta. compendioſæ ſubſtitutionis. in prælud. 2. par quæſt. 4. verſ. Limitatur autem, vt non procedat in matre, fol. 18.* Alex. Soc. & Ripa, *ſub num. 13. & ſeq in d. l. 2.* vbi poſt Alex. hanc ſententiam explanat, interpretaturque prudenter procedere, mortuo eius marito, & non aliter, nec alio modo, Vide Socin. *in alleg. l. 2. num. 18. & 42. cum ſeq.* vbi videtur obſcuris rationibus in contrarium inclinare.

Sed vt aperte † intelligas omnia ſpectantia ad præ- 25
ſentem materiam; eaque degustare queas ad ſaturitatem vſque, operæ pretium erit primo proferre teſtimonium illud, tanquam irrefragabile, quo manifeſte probatur, quod ſubſtitutus pupillariter filio impuberi, etiam in legitima pupilli, per fideicommiſſum grauari poſſit, caſus eſt, ſecundum Doct. *in l. ſi Titio § ſicuti, in fin ff de leg. 1.* & ibi per Bart. Imol. & alios omnes & communiter etiã interpretes omnes *in l. ex tribus C. de inoff. teſtam* Bart. Imol. Paol. Caſtren. & Alex. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill ſubſtit.* Bald *in l. cum virum. colum. 2. C. de fideicom.* Alex. *conſil. 67. Conſideratis his, quæ in primo themate narrantur num. 2 vol 1. & conſil. 12. Attentis verbis teſtamenti d. cis Bartholomæi, numer. 32. vol. 3* & Iaſ. *in d. l. ex tribus* Et rationem huius communis aſſignant Bartol. Paul. Caſtrenſ. & alii *in d. l. Titio. § ſicuti.*

¶ Quia talis ſubſtitutio potius habet in ſe prouiſionem factam ipſi pupillo, quam grauamen aliquod, & aſſerit ibi Paul Caſtrenſ. ita alias conſuluiſſe Dynum *per d. l. ſi Titio § ſicuti.* & hæc eſt re ipſa, vera & communis opinio, vt teſtatur conſulendo Bero. *conſil. 79 Et ſi dubia in narratione, ſub numer. 11. volu 2.* & Alexand. *in d. conſil. 12. & Apoſtil. ibi, in litera M.* licet, & temere quidem, eam eſſe falſam aſſeueret, quam ſane communem optime confirmat Paul. Caſtren. *in d. l. ex tribus* quem Alex. ibi, & Modet. ſequuntur, vbi ponendo quæſtionem in terminis, docuit, quod ſubſtitutus, qui ſucceſſit impuberi ex pupillari, potuit grauari per fideicommiſſum, etiam in legitima quæ ipſi impuberi debebatur iure naturæ, dummodo ipſe pupillus, & impubes obierit in pupillari ætate, vt pupillari ſubſtitutioni omnino locus ſit, vt plenior manu explicat Bero. *in d. conſ. 79. ſub num. 11. col 9. circa medium.*

Secundo † opportune aduertendum eſt etiam, 26
quod ſubſtituens pupillariter, cenſeatur indubitan-

ter

ter grauare hæredem, & ſubſtitutum, vt totam hæreditatem, tam ipſius patris, quam etiam filii reſtituant, textus eſt clarus *in l. ſi Titio. § fin. ff. de leg. 1.* & iſta eſt concors, & communis omnium Iuris interpretum opinio, atteſtante Iaſ. *ibi num. 15. & ſeq.*

17 Sed circa hoc oritur non leue certamen, & acerrima diſputatio inter Doct. An videatur huiuſcemodi fideicommiſſum iniunctum filio, vel eius hæredi: & in hoc ſane conſiſtit maxima vtilitas: vt pote quia ſi illud foret iniunctum filio, poſſet vtique ex eo detrahi legitima per eius hæredem, & ex filii perſona: ſi vero foret iniunctum hæredi, non poſſet hæres aliquo modo legitimam detrahere neq; ex filii perſona: quia ipſe non fuit grauatus; neque ex perſona propria, quia illi non debetur legitima, & conſequenter fideicommiſſum in dubio iniunctũ cenſetur, non filio, ſed eius hæredibus, & ſucceſſoribus, ita Bart. *in fin* Ioan. de Imol. & Paul. Caſtrenſ. *in l. quidam per Gloſ. ibi. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Paol. Caſtrenſ. Imol. Cuma. & Iaſ. *in l. ex tribus. C. de inoff. teſtam.* Ioan. de Imol. *ibi ar. 12.* & Gul. Benedic. *in c. Raynutius, in ver. abſq; liberis, numer. 49 de teſtam* Fulgoſ. *in l. eam quam C. de fideic.* & Alexan. *conſil. 67. Conſideratis his quæ in primo themate narrantur, num. 2. volu. 1.* vbi fatetur iſtam eſſe communem opinionem, ac etiam *conſ. 12. Attentis verbis teſtamenti dicti Bartholomæi, num. 32. vol. 3.* Bertran. *conſ. 102. Quæritur in facto, quod anno Domini, numer. 7. & ſeq. volu. 5* Cagnol *in l. precibus, numer. 226 & ſeq. Cod. de impub. & aliis ſubſt.* & Apoſtil. ad Alexan. *in d. conſ. 12. in litera M.*

§ In contrariam vero partem, ſcilicet, quod in dubio fideicommiſſum ſimpliciter relictum, cenſeatur ipſi filio iniunctum, non autem eius hæredi, inclinauit Bart. præter morem ſuum titubando, *in l. cohæredi. § cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & in l. codicillis, in princ. per illum text. ff. de vſufruct. legat.* Ripa *in leg. Centurio, nu. 128 ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Apoſtill. ad Alex. *in d. conſil. 12. in litera M.* Tamen quicquid fabulentur iſti Doct. incaſſum, non eſt in practica recedendum à prima ſententia, quæ procul dubio eſt re ipſa magis veritati cõſentanea, magiſq; etiam communis, atteſtante apertiſſime Bertran. *conſ. 55. Viſo inſtrumento teſtamenti, & codicillorum, num. 4. vol. 2. primæ partis,* vbi ita conſuluit, & Iul. Clar. etiam *in 3 lib. ſententi. §. Teſtamentum quæſt. 72. verſicul. Tertium eſt caſus.*

OPINIO DCCCLXV.

SVMMARIA.

1 *Teſtator an clauſulam, ſi teſtam. non valet, valeat vt valere poteſt per æquipollens exprimere poſſit in ſuo teſtamento, & quid talis clauſula operetur num. 13. & an plus operetur quam clauſula codicillaris, nu. 14. & an operetur verbum, relinquo, importet inſtitutionem, num. 15.*

2 *Clauſula ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, & rogare venientes ab inteſtato, paria ſunt.*

3 *Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento inualido, facit, vt venientes ab inteſtato cenſeantur grauati reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto, & ſoluere legata.*

4 *Et an operetur etiam in vulgari ſubſtitutione.*

5 *Subſtitutio reciproca, propter vim clauſulæ codicillaris, valet in vim fideicommiſſariæ.*

6 *Subſtitutio, vel inſtitutio, quæ non valuit à principio vt directa, valet vt fideicommiſſaria.*

7 *Clauſula codicillaris in teſtamento appoſita refertur ad omnia quæ in teſtamento continentur, & operatur, vt ſubſtitutio, quæ iure directo valere non poteſt, iure codicillorum valeat.*

8 *Clauſula* ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum *eſt maximi momenti, & effectus.*

9 *Clauſula codicillaris, an cenſeatur appoſita de voluntate teſtatoris, vel de conſuetudine notariorum.*

10 *Teſtamentum ſcriptum propria manu teſtatoris, non autem coram notario, & teſtibus publicatum, valet, etiam ad pias cauſas.*

11 *Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento, videtur conceſſa facultas ſubſtituto, veniendi ex quocunq; capite voluerit.*

12 *Subſtitutus, omiſſa ſubſtitutione vulgari, poteſt eligere fideicommiſſariam.*

15 *Clauſula codicillaris an tribuat vim & effectum actum reuera nulle, & an operetur, dato defectu poteſtatis, & cum modus ineptus exprimitur.*

16 *Clauſula codicillaris in tribus caſibus ſubintelligitur appoſita, licet non apponatur qui caſus recenſentur.*

17 *Iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris.*

18 *Iuramentum importat clauſulam illam, vt actus valeat omni meliori modo quo poteſt.*

19 *Clauſula codicillaris, & ardor licet amoris, æquiparantur.*

20 *Clauſula codicillaris an ſemper præſumatur appoſita in teſtamento inter liberos, etiam ſi omiſſa ſit.*

21 *Clauſula codicillaris an ſuſtineat teſtamentũ in quo poſthumus præteritus eſt.*

22 *Clauſula codicillaris locum non habet vbi deficit voluntas.*

23 *Codicillaris clauſula in teſtamento fratris appoſita, continente inſtitutionem turpis perſonæ, an aliquid operetur.*

TESTATOR † quemadmodum poteſt aſſerere in ſuo teſtamento, pro eius validitate, ſi teſtamentum non valet vt teſtamentum, valeat vt valere poteſt, *l. 1. ff. de iure codicill.* ita pariformiter, per æquipollens idem eſſet dicere, & aſſeuerare per eundem teſtatorem, *volo vt valeat teſtamentum iure legitimo l. codicillis. § fin. ff. de leg. 2.* 1

Imo † paria forent, rogare venientes ab inteſtato, ſeu dicere, ſi non valet iure teſtamenti, iure codicillorum valeat, ſecundum Gloſſ. & Doct. *in leg. ſi iure. Cod. de teſtamen. manumiſ.* & Guid. Pap. *deciſ. 321.* 2

§ Quia clauſula codicillaris, in teſtamento appoſita, tantum ſignificat, quantum dicendo, ſi legata non debentur ex teſtamento, debeantur ab inteſtato, teſte Bart. *in l. quia autem, in 3. notab. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. ab inteſt. vel alio modo poſſit hæredit. & in l. 1. colum. 1, eod. tit.* & Bald. *in rub. col. 2. C. ſi omiſſa ſit cauſ. teſtament.*

Nec non clauſula codicillaris, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum*, appoſita in teſtamento inualido, facit venientes ab inteſtato videri grauatos, de reſtituendo hæredi ſcripto, & pariter debeti legata eiſdem venientibus ab inteſtato, *leg. ex ea. § 1.* & ibi Gloſſ. Bartol. Paul. Caſtrenſ. & Aret *ff. de teſtamen.* Oldr. *conſil. 138.* Bartol. & Bald. *in leg. vltima q.* & alii omnes, *in auth. ex cauſa. C. de liber. præter.* Paul. Caſtrenſ. *in l 1. in fi. C de poſth. hæred. inſtit.* Alex. *in l certi C. de teſtamen. mil. conſil. 26. volum. 1. & conſil. 42. colum. fin. volum. 2.* Ruin. *conſilio 83. columna. 3. volum. 3.*

Iaſ.

Iaſ. *conſil.* 104. *colum. penult. volu.* 4. Dec. *conſil.* 228. *colum.* 1. *conſil.* 369. *col. fin. conſil.* 431. *colum. fin. & conſil.* 504. *col.* 2. Pariſ. *conſ.* 26. *Ex tenore teſtamenti. num.* 49 *conſ.* 50. *Teſtamentum vt dicitur conditum. conſ.* 61. *Licet alias. num.* 19. *& conſ.* 64. *Prima facie. num.* 13. *volum.* 2. *& conſil* 3. *numer.* 10. *vol* 4 Dec. *col.* 7 & Zuch. *num.* 102. *in l. poſthumo. C. de bon. poſſeſ. ſecundum tabul.* & Cagnol. *in d. auth. ex cauſa, num.* 131. *& ſeq. &* 138. vbi planum facit, iſtam eſſe communem opinionem.

4 Verum † illa clauſula codicillaris in teſtamento appoſita, nihil operatur in vulgari ſubſtitutione, in qua non intelligitur fideicommiſſaria, vt notat, atque ſubtiliter diſcurrit, Dec. *in l. fi. n.* 18. *C de codicil. dou. Adriatoll.* cuius opinio merito communiter reprobatur, prout contrarium firmauere Paul. Caſtr. Corn. fulg. & alii omnes *in l. ſi frater C de fideicommiſ* & Rip. cum aggregatis per eum *in l. Lucius, nu.* 44. *ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & Fulgoſ. & cæteri iuris interpretes *in l. leges C. de collat.*

5 Imo † ſubſtitutio reciproca, propter vim clauſulæ codicillaris valet in vim fideicommiſſariæ, ſecundum magis communem opinionem omnium in iure Scribentium, teſte Fulg. Paul. Caſtr. & Corne *in l. ſi fratres. C de fideicom.* & Soc. *conſ.* 6. *volum.* 3. & ample diſputat aduerſus Decium, contrarium aſſeuerantem, Lancellot. Gallian. *in repet. l. Centurio, nu.* 256. *ff de vulg. & pupil. ſubſtit.*

6 Vnde † quæuis ſubſtitutio, vel inſtitutio, quæ valere nõ potuit à principio, nec valuit, nec valere potuit, vt directa, valet vt fideicommiſſaria, ita Gloſ. Bart. Bald. *colum.* 11. *verſic. Item ex iſta Gloſ* Ang. Imol. & Iaſ. *num.* 19 *& ſeq. in l. verbis ciuilibus ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* vbi dicit etiam, iſtam eſſe communem opinionem, & format duas concluſiones, pro facilitanda præſenti materia, & huic ſententiæ inhærẽt quoque Ant. Imol. Guil. Bened. & Bero. *in cap. Raynutius, de teſtam.* & Paul. Caſtrenſ *conſ.* 59. Et licèt Marthesil. *ſing.* 140. *Nota mirabilem doctrinam.* inclinet in contrariam partem: tamen contra eum, & ſequaces extare communem Scribentium ſcholam, atteſtatur ibi expreſſe Gabriel Sarayna *in add.*

7 Et † ſic clauſula codicillaris, appoſita in teſtamento, refertur indubitanter ad omnia, quæ in teſtamento continentur, facitque, ac operatur, vt ſubſtitutio, quæ directo valere iure non poteſt, iure codicillorum, valeat, ita Bald. & alii omnes, *in d. l. verbis ciuilibus*, Anchar. *conſil.* 27. *in* 2. *dub.* Soc. *conſ.* 12. *volu.* 3. Curt. Iun. *conſil.* 48 *num.* 10. *& ſequen. & conſ.* 139. *circa fin.* Celſus Hugo *conſil.* 20. *In præſenti conſultatione, ſub numer.* 58. & Grati. *conſil.* 22. *numer.* 8. *volum.* 1. vbi ait iſtam opinionem communem eſſe, licet Deci. & male, contrarium aſſeueret, *conſilio* 218. *& conſil.* 248.

8 Et hinc † ſciendum eſt, hodie ceſſare innumerabiles prope difficultates, caligines, atque nubeculas, in quibus iuris interpretes, longo ſtudio, & ſanguineo ſudore ſe occuparunt pro illis extricandis, propter clauſulam illam codicillarem, qua in practica, vtuntur in omnibus teſtamentis, aſſerẽntes teſtatorem ſubſtituere, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: quæ clauſula re ipſa reputatur maximi momenti, & effectus, atteſtante Didaco, *de arte teſtandi, tit.* 5. *de ſubſtitutionibus, cautela* 2. *num.* 1. Ant. Anguiola *conſ.* 58. *Et ſi receptior ſit ſententia num* 12. *lib.* 6. & Cephal. *conſ.* 134. *In præſenti conſultatione, numer.* 3. *volum.* 1, quamuis notarii illam in teſtamentis apponentes, eius vim, ſubſtantiam, & virtutem nullatenus intelligant, vt tradit Bald. & Iaſ. *in l. cum hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Socin. *conſil.* 290. *quoniam præſenti* & Seuer. *in l. precibus, colum.* 25. *concluſ.* 13. *C de impub. & alus ſubſtit.* ſunt enim tunc expreſſa vulgaris, pupillaris, & fideicommiſſaria, de quibus dubium non erit.

§ Et quod notarius aliquando non intelligat iſtam clauſulam, *vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum:* colligitur apertiſſime, cum eam in teſtamento apponitur, cum nullus adeſt pupillus: & eo caſu nihil debet operari, atteſtante Galiaul. *in leg. Centurio, numer.* 418. *ff de vulg & pupil ſubſtitut.* & Neuizan. *conſil.* 53. *Vbi Christus non eſt fundamentum. ſub numer.* 16.

Sed ſi † ſimpliciter appoſita foret eadem clauſula codicillaris in teſtamento, controuertitur inter Docto. an cenſeatur appoſita notariorum conſuetudine, vel ex teſtatoris voluntate: & finaliter, quod tunc appoſita ſit ex voluntate teſtatoris, voluit apertiſſime Bar. *in l.* 1. *ff de iure codicill* & Illuſtriſſimus Card. Albanus *in lucubrat. ibi, num.* 8. vbi aſſignat controuerſ. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in præfat. num* 132. *&* 166. *C de reuocan. donat.* & Iacob. Philip. Port. ſeu potius Ant. Gabriel cum magna caterua Docto. relata per eum, *in concluſ.* 4. *libr* 6. vbi refert alios contrariæ claſſis Scribentes, fatetur que eam eſſe communem opinionem, & explanat eam procedere, vt clauſula codicillaris magis ponatur de conſuetudine, quam de voluntate teſtatoris, niſi fuerit perlectum teſtamentum coram eo, & ita firmat etiam Gomeſ. *decuſ.* 88. *lib* 1. & Bero. *conſil.* 16. *Primum, num.* 13. *volum.* 2. vel niſi etiam teſtamentum, ſit ſcriptum manu propria teſtatoris; tunc enim operaretur abſque dubio aliquo effectum ſuum, vt voluit conſulendo Pariſ. *conſ.* 60. *Prima facie dicendum videtur ſub numer.* 27. *& ſequen. volu.* 2.

Nam † teſtamentum, propria manu teſtatoris ſcriptum, non tamen coram notario, & teſtibus publicatum, valet, & tenet, etiam ad pias cauſas, ita Card. Put. *deciſ.* 440. *lib.* 1. & docuimus pleniori manu quoque *infra, in opinio* 880. *Teſtamentum imperfectum, libr.* 3. Vel niſi finaliter agatur de leui præiudicio, vt concedit Cephal. *conſil.* 15 *Mota in præſenti caſu, ſub num* 39. *vol.* 1. 10

Et poſtremo † inter cæteros effectus omnes, ſcaturientes ex clauſula codicillari, vnus eſt iſte ſatis vtilis, vt cum appoſita eſt in teſtamento iſthæc clauſula, cenſeatur conceſſa dubio procul facultas ſubſtituto veniendi, ex quocunque ſubſtitutionis capite voluerit, *l. recuſ. at.* § *Titius ff. ad Trebell.* vbi ſubſtitutus cogere poteſt grauatum, hereditatem adire, & illam ſibi reſtituere. 11

Et conſequenter † omiſſa vulgari, eligere ampleſtique poteſt, ad ſui libitum, fideicommiſſariam, ſecundum Polit. *in tract. de ſubſtitut. ſub rubr. de compendioſa, colum fin.* Socin. *conſil.* 20. *volum* 6. *& ſequen. volum.* 1. Bart. *in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* cui aſſentiuntur ibi Galiaul. *colum.* 97. *& ſeq* & Aquenſ. *col. pen.* & Ripa, *numer.* 171. aſſerentes iſtam eſſe communem opinionem, & Socin. etiam *conſil.* 290. *columna. fin. volu.* 2. 12

Et † quemadmodum prudenter agit teſtator, in apponendo, ſeu apponi faciendo, clauſulam codicillarem in ſuo teſtamento, ſtante eius virtute quã maximam: ita pariformiter prudentiſſime quoque ageret, vbicunque apponeret teſtator etiam in eodem teſtamento alteram clauſulam, *quod velut illud valere omni meliori modo quo poteſt &c.* teſte Marſil. *ſing.* 36. *Clauſula, omni meliori modo, in princip.* Card. & Imol. *in cap. ex litteris. de offi. deleg. & in cap. cum ex officiu, de præſcrip.* Imol. *in leg. cum pater.* § *filius matrem. ff. de leg.* 2. & Pariſ. 13

conſil.

conſil.61.Licet alias,numer.23.vol.2.quia hæc eccleſia facit valere teſtamentum io ſcriptis, ſi reſoluatur in nuncuparitium. Afflict. deciſ.144. in quodam teſtamento, referens Hoſtienſ.in ſumma de teſtam.§. qualiter conficiatur. Et.Alex.conſ.176.lib.5.

14 Et † hæc clauſula re ipſa operatur pluſquam claoſula codicillaris. & operatur, producitque hunc effectum,ac ſi dicatur, iure inſtitutionis relictum ſit filio, ita Bald.in leg.quoties,colum.2 Cod.de hered.inſtit. Dilect. cum alus aggregatis per eum, in tract. de arte teſtandi, titul. 3.de liberis inſtitue. vel exhered. cancel. 1. numer. 6. Pariſ. conſil.50. Teſtamentum, vt dicitur conditum,numer.9.& ſequen.volum.2. Pet. Ant. Anguſola conſil.14.poſthumus alienus iure inſtitui poteſt, numero ſecundo & ſequen. libr. 6. & Bellon. conſil. 85. numero ſecundo.

15 Quoniam † clauſula: omni meliori modo: in teſtamentis appoſita, operatur proculdubio, qnod verbum, relinquo, impottet inſtitutiorıem, ſecundum Paol. Caſtrenſ.conſil.323. Super primo puncto, numer. 3. volu 1. Bald.in d.leg. quoties, colum. 2. Raph. Cuman. in leg.his verbis ff.de hered.inſtit. Alexand.in leg.nam quod.§. non omnis ff ad Trebel Felin. in cap.cum ſuper, poſt numer. 10.verſic.Secundus effectus, extra de offi. deleg. & Marſil. in d.ſingul.36.poſt princip.

Verum clauſula hæc non tribuit vim& effectum actui,re vera nullo. Anchar.conſil.358 quem declarauit Deci. conſil.14.colum. 4.verſic.prætereа conſiderandum.

Et nihil operatur,Dato defectu poteſtatis, Et ſimiliter nihil operatur, eum modus ineptus exprimitur, & aptus ex expreſſo deſcendere non poteſt, Caſſad.deciſ.7.tit.de appell.num.7.& refert Menoch.de arbit.iud.quæſt.47.num.3.4.5 & 6.vnde tum infra,num. 21.ſiu 22.præſentis opinionis.

16 Eſt bene verum, † quod hæc clauſula codicillaris,in trib. caſibus, licet oon apponatur:tameo ſemper illa intelligitur appoſita,Primo,ſi in teſtamento adſit iuramentum.Secundo, in teſtamento inter liberos.

Tertio, vbicunqne inſtitueretur in teſtamento perſona valde dilecta teſtatori: Nam ardor liciti amoris idem operatnr, qnod clauſula codicillaris, hæc Iaſ.notat in l.verbis ciuilibus,num.13.& ſeq.ff.de vulg. & pup.ſubſtit.

17 Et quod † iuramentum haheat vim clauſulæ codicillaris, eſt textus in leg. cum pater.§.filium matrem.ff de leg.2.& Bald.in l.ſancimus. Cod.de teſtament. & notatur in leg.ſi quis in principio teſtamenti ff de leg.3 &facit quod voluit Ioan. And. in reg. quod ſemel, in fin. de reg. iur. in Merc. Bart.in l.omnes populi,in 3.quæſt. principali.ff.de iuſt. & iur.& Abb.in cap.quanto,col.1.& in c.ad noſtram, col.3. de iureiuran.

18 Imo iuramentum † habet quoque vim clauſulæ omni meliori modo. ita Bartol. Bald. & alii omnes, in l.ſi quis maior. Cod. de tranſact. per text. in d.leg.cum pater.§. filium matrem, Alexand.in leg.1.§ ſi quis.ff. de verb. obligat. & in leg.ſecundum eod.titul.in leg.ſi.conuenerit,colum.1 ff de iuriſd. om.iudic.& conſil.31.in fin.volu.4. Bald. & Salic. in leg.1.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profer. & in leg. ſed hered.§.prætor,& § defendere.ff.de procur. Ioan. de Imol. in leg.2.§.penult ff de donat.& in leg. 2.ff.de pignor. Socin. conſil.153. vel 163 Non fuiſſet opus Velleiani, volu.2. Franciſc. Curt.in tract feud.ex quib.cauſ.feud.amit. in 4. cau.a. Pariſ.conſil.63.Donatio iſta facta,numer.53.volu.1. Felin. in cap.cum ſuper,numer.9.de offic.deleg. & Iaſon in §. item ſi quis, numer.14. Inſtit. de act. vbi commemorat ita communiter intelligi, interpretarique per iuris interpretes omnes dict. leg.cum pater. §. filium matrem.

Et † qnod idem operetur ardor liciti amoris, 19 qood clauſula codicillaris, tenet Gloſſ. in leg ſi iure. Cod. de teſtamen. manu. & in leg. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ.lib. Bald. in dict.leg.ſi iure.& Barbat in c.requiſiſti. & in repe.c. Reynoous, de teſta. & in c.cum R. canonicus. de off. deleg.

Sed illud, qnod ſupra docuimus, quod in teſtamento inter liberos ſemper præſumatur appoſita 20 clauſula codicillaris, vel clauſula: omni meliori modo &c.etiam ſi ea prætermiſſa ſit in teſtamento, firmat Gloſſ. Imol. & Alexand. in l.cohæredi.§.cum filia ff.de vulg. & pupil. ſubſtit. Marſil. in dict. ſingul.36. ante fin. Ioan. Bapt. Plotus conſil.5.In cauſa magnifici D. Ioannis Pauli Boxii, numer.6 volu.1.& Bellon. conſil. 85. num. 4.vbi dicit illam Gloſſ.eſſe communem, & ſingularem.

¶ Nihilominus tamen io contrarium, videlicet, quod neceſſario apponenda ſit hæc clauſula codicillaris, etiam in teſtamento condito inter liberos, alias ea nullatenus præſumatur, eſt cum effectu cōmunis Docto. opinio, teſte Dilect. in tract. de arte teſtandi, titul.3.de liber. inſtit. vel exhered. cautela 1.ſub num. 7.Sali.Iaſ.& Moder.omnib.in auth.nouiſſima.C.de inoffic.teſtam.

Imo † aduerte etiam, clauſulam codicillarem 21 ſuſtentare,ac conſeruare quoq; teſtameotum, præterito poſthnmo, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter: & ſic ſortitur effectum ſuum clauſula hæc, etiam teſtamento exiſtente nullo, poſthumi prætentione ſcienter,aut ignoranter emanata, ſecundum Gloſſ. in authen.ex cauſa. Cod. de liber.præter Roman.conſil.122. Circa id quod effectualiter quæritur.ſub num.1. vbi D. Horat. Mandoſ. in add. in litera A. admonuit iſtam eſſe magis communem opinionem,& ita alias fuiſſe iudicatum in Rota Rom.prout ita meminit Put.etiam deciſ.7.titul.de teſtamen.& deciſ.233.lib.2. & Chiſſanei. deciſ.13.

Et huic ſententiæ inhæſit qooque Specul. in titul. de inſtr.edit.§.compendioſe,colum 11. Oldr. & Bald. in leg. Titia,colum 1.ff.de inoffic. teſtamen. Paul. Caſtrenſ.conſil. 268.colum fin.vol.1. ac etiam infra ſcripti Docto. atteſtando quoque de magis communi, videlicet, Pariſ. conſil.60.Prima facie,colum.1.& ſequen.vol.1.Socin.conſ. 64.volu 2.Soc.Iun.conſil 110.colum.7.volu 1.& conſ. 29. colum.2.volu.3.Bertran.conſil.195.ponitur,numer.3.volu. 1.conſil.223 colum.2.7.& ſequen. volum.3.& conſil. 128. Viſo conſultationis themate,numer.3.& volu.5.Capra conſ. 102.numer.3.conſil.103.colum.1.conſil.106 colum. penult. & ſequen.& conſ.113.colum.penult.Dec.conſil.242.colum. 2.Alexand.conſil.26.Circa primum dubium,numer.3. vol. 1.& conſil.142. Circa primam dubitationem, numer.2.cum aliis ſequen.volu.2.Grauet.conſil.34.& conſil.67.colum.1. Ruin.reuocando iudicium in melius,conſil.19.Circa, colum.3. volu.5. Bellon.conſil 85.Curt. Iun.conſil.150. Materia,colum.5.Ripa quæſt.21 & Tiraq.in verſic. Suſceperis,numer.73.& 179.in l.ſi vnquam. Cod.de reuocat. donat. Apoſtil.ad Capel.Tholoſ.in deciſ.455.Quid operetur,& Bero conſil.12,Requiſitus in hac conſultatione fui,volu.2.& conſil.16.Primum, quod in themate propoſitum eſt,num. 18. cum aliis ſequen.eod.volu.& eſt textus clarus in leg.3 ff de iure codicil. & in leg.ab inteſtato,in princip.& in leg.ſi quis eod.tit.& in leg.generaliter.§.ex teſtamento.ff.de fideicom. liber.

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod præterito poſthumo ſcienter, vel ignoranter, teſtamentum non conſeruetur, ſed illud penitus rumpatur

patur

patur, inclinauit Bart. *in leg. 1. in 5 quæſt ff. de iure codicill.* Bald. *colum fin.* & Iaſ. *num. 4. in d. authen. ex cauſa C. de lib. præter.* & ibi etiam Cagnol. *num. 137. cum alijs ſeq.* Card. *conſ. 20.* Iacob. Signor. *conſil. 24. & conſil. 220. Factum,* Alciat. 70. *Motiuu in præſenti cauſa viſis num. 4. cum alijs ſeq. tomo 3. lib. 9.* Aret. *conſil. fin. col. pen. & ſeq* Ruin. *conſil. 2. volu. 3. & conſil. 6. eod. volu.* Bald. *conſil. 239. Quia, volu. 3.* Ang. *conſil. 108. Iſta quæſtio.* Pariſ. *conſil. 73. Donatio, in fin. vol. 1.* Soc. Iun. *conſ. 128. Præſentis, num. 72. vol. 1. & conſil. 153. Viſo. vol. 2.* Dec. *conſil. 490. Viſis,* qui fere omnes aiunt, iſtam eſſe magis communem opinionem, & etiam Iacob. Philipp. Port. ſeu potius Ant. Gabriel. *con. luſ. 1. lib. 6.* vbi refert alios quamplurimos Doctores eiuſdem ſententiæ, & eam ſimiliter limitat. Et licet pro hac opinione ſtet regula, quod præterito poſthumo ignoranter, præſertim ab eo, qui tempore teſtamenti vxorem non habebat, teſtamentum non conſeruetur, quo ad inſtitutionem, quia in dubio à regula diſcedendum non eſt, quæ eſt, quod præterito poſthumo, teſtamentum nullatenus valeat, *legib. triuialibus:* tamen reiecta ipſa regula, & alijs rationibus quibuſcunque, pro firmitate præſentis opinionis adductis, ego non diſcedo à priori ſententia, relata, tanquam ſyncere magis communi, & ſacroſanctiſſima. Vide adducta *ſupra, nu 15.*

22 Et quanquam † clauſula codicillaris, appoſita in teſtamento nullo, ratione præteritioois, operetur effectum ſuum, ex communi recitata opinione: nihilominus tamen teſtamentum non valeret ratione voluntatis imperfectę, tunc ipſa codicillaris clauſula in eo appoſita, fideicommiſſum non induceret aliquo modo, nec operaretur effectum vllum, quantumuis minimum, ſecundum Bartol. *in d. leg. 1. ff. de iure codicil.* & Bald. *in leg. ex ea, in princip. ff. de teſtamen.*

¶Et ratio eſt, ſatis efficax, quoniam clauſula codicillaris, vbi teſtatoris voluntas deficit, operari nequit vllo pacto, vt concedunt Doct. omnes vniuerſaliter, *in l. eam quam. C. de fideicom. & in d. l. 1.* Bald. *conſ. 319. Quidam Nicolaus, colum fin vol 5.* Dec. *conſ. 291 Viſis & diligenter conſideratis his, numer. 4.* Alciat. *in d conſ. 70. num. 11. tomo 3. lib. 9.* Grat. *conſ. 8. Illuſtris comes Antonius, num. 11. volum. 2.* & Bero *conſ. 16. Primum, num. 16. vol. 2.* & eſt textus *in d. l ex ea, & in leg. fideicommiſſa. §. 1. ff. de leg. 3.*

23 Nec † poſtremo clauſula codicillaris operatur fideicommiſſum, in fauorem turpis perſonæ inſtitutæ, & præſertim ſi foret frater præteritus per fratrem, in ſuo teſtamento, & inſtituta turpis perſona per eundem fratrem, vnde codicillaris clauſula hæc in teſtamento fratris, continente inſtitutionem turpis perſonæ, aliquid operatur: nec facit, vt quod ſoror, querulans contra teſtamentum, videatur rogata per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem turpi perſonæ, ita Paul Caſtren. *conſil. 394. Videndum eſt vtrum ſ. deſſit a b. beuda, ſub num. 4 vol. 1.* Ang. *in d auth, ex cauſa. C. de liber. præter.* Fulgoſ. *conſil 71. Mulier maritum, in 2. dubio,* Ruin *conſil 5 colum fin. volu. 3.* Dec *conſil. 561. Septimo reuocatur in d. bium, ſub num. 2 cum alijs ſeq.* Gozad *conſil. 85 Videtur primo ſacie dicendum, quod va s aduerſa foueat iuſtitiam, nu. 2* & Vtil. *in ſcholijs ad Afflict. deciſ 125. ſub num. 2.*

¶ In contrariam vero ſententiam, videlicet, clauſulam codicillarē in præſenti caſu operari effectum ſuum, inclinauit conſulendo Soc. Iun. *conſ. 87. Præſens conſultationis reſolutio. nu. 15 cum alijs ſeq volu 4.* vbi non obſcure explicat iſtam eſſe communem opinionem & ita in facti contingentia alias deciſum fuiſſe in Sacro Concilio Neap. meminit Afflict. *deciſ. 125. & deciſ. 204.* Sed re ipſa prior ſententia videtur magis communis, magiſque vera, & in iure fundata, prout alias, dato ocio, Deoque annuente, planum faciam pleniori manu, cui innititur conſulendo etiam, non vulgari ancora Bero. *conſil. 20. Viſa facti præſentis ſpecie, num. 36. vol. 2.*

OPINIO DCCCLXVI.

SVMMARIA.

1 *Prælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ poteſt allegari ſuſpectus, alias admittitur ad iudicandum, nu. 2.*

3 *Suſpitio debet allegari, & probari, & præſertim in Regno.*

4 *Suſpectus allegatus aliquis ex conſiliarijs Sacri Conſilij, vel ex Præſidentibus, vel ex Iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, dum legitur petitio, continens ſuſpitionem debet auditorium exire.*

5 *Allegans aliquem ex prædictis ſuſpectum, & non probans ſuſpitiones allegatas, debet puniri arbitrio iudicis. Euiuſque ratio, n. 6.*

7 *Suſpitio iudicis per iuramentum non probatur. Eiuſque ratio, nu. 8 9 10. & 11.*

12 *Iuramentum, vt iurante obliget, qualis eſſe debeat, & num 13.*

14 *Suſpectum allegans iudicem ordinarium, an teneatur aliqua pœna, ſi non probet cauſas ſuſpitionum allegatas.*

15 *Suſpitionibus probatis contra iudicem ordinarium, & militantibus, is non remouetur ob hoc, ſed datur ei adiunctus.*

16 *Suſpectus allegatus iudex, ſi procedat ſimul cum altero iudice non recuſato, an valeat proceſſus.*

17 *Iudex à iudicando repellitur in cauſa ſui vaſalli ſi allegetur ſuſpectus.*

18 *Suſpitio contra iudicem debet allegari ante litem conteſtatam.*

19 *Suſpectum iudicem an quis ex cauſa antiqua recuſare poſſit, ſi ad eius notitiam de nouo peruenerit, non obſtante, quod ante notitiam, coram eo abſq; proteſtatione comparuerit.*

20 *Suſpitionis cauſa de nouo emergens, poſt litis conteſtationem, poteſt allegari, & probari in quacunq; parte iudicij, vſq; ad concluſionem, non autem poſt.*

21 *Suſpitione iudicis allegata ſuſpenditur eius iuriſdictio. Et procedat in cauſa poſt propoſitam ſuſpitionem contra eum proceſſus coram eo eſt ipſo iure nullus. nu. 22. ſecus eſt, ſi pars non opponat nu 23.*

24 *Papa committere poteſt cauſam iudici ſuſpecto, ex certa ſcientia, recuſatione remota. Et ratificare ſententiam prolatam à iuriſdictione carente.*

25 *Sententia lata per iudicem ex legitimis cauſis recuſatum, & ſi nulla ſit, poteſt tamen ſi ſit iuſta, confirmari.*

26 *Sententia etiam ex defectu iuriſdictionis nulla eſſe poteſt, quæ tamen, ſi iuri conſentanea ſit, à Iudice ad quem ſuſtineri debet, vel confirmari.*

SVSPECTVS † allegari poteſt prælatus, & de iure recipitur, ac admittitur hæc ſuſpitio, quotieſcunq; iudicaret, & iudex eſſet in cauſa ſuę Eccleſiæ, ſecundum Siculum *in c. inſinuatione, de offi. deleg & in c. poſtremo, de appell* & Alios Canoniſtas ibi, & iſta eſt communis opinio, teſte Stephano Aufret. *in tract. de teſt b in ver Prælatus.* 1

Tamen † niſi allegetur vti ſuſpectus prælatus, non repelleretur à iudicando in cauſa ſuæ *Eccleſiæ,* 2

cap.

Digitized by Google

§. ſi quis ergo. 2. quæſt. 7. & cap. cum perſona. de priuileg. lib. 6. & notant Doctores *in cap. cum veniſſent. de iudiciis.* Innocent. *in cap. ex parte. extra de verborum ſignific.* & Anton. *in cap. 1. de maled.* & cum opinione hac tranſeunt omnes Canoniſtæ communiter *in dict. cap. cum*

Chis opin. *veniſſent.*

Et ratio † ea eſt; quoniam ſuſpicionis cauſa de-

3 bet neceſſario allegari, & probari *l. item ſi ſuſpectum. & ibi Gloſſ. ff. de procurat.* Bald. *column. fin.* & Iaſ. *in l. apertiſſimi. C. de iud.* & Paul. Caſtrenſ. *conſ. 40. & ſeq.* & notatur *in cap. ſecundo requiris. & in c. cum ſpeciali. de appellat.* & eſt textus etiam in Regno in *pragmatica 2. Caroli Quinti emanata in Anno 1540. in tit. de ſuſpicionib. officialium.* in qua diſponitur, allegantem ſuſpectum aliquem ex Conſiliariis Sacri Conſilii, vel aliquem ex Præſidentibus, ſeu ex Rationalibus Regiæ Cameræ & vel ex Iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, teneri cauſas ſuſpicionis in ſcriptis proponere coram omnibus aliis non ſuſpectis Iudicibus eiuſdem tribunalis, in quo reperitur iudex recuſatus, ac illos, deguſtata, repertaque ſuſpicione propoſita, iuſta, atque rationabili, teneri ad mouendum ſuſpectum Iudicem ab officio iudicandi in cauſa tunc vertente.

4 Imo, producta † petitione contra aliquem ex memoratis officialibus, allegatus tunc ſuſpectus dum legitur, reuideturque petitio ipſa, debet auditorium exire, atque expectare extra auditorium, donec & quouſque fuerit talis petitio decretata; ita in c. *Regni 231. Voluntas libera.* apertiſſime diſponitur.

5 Sed allegans † ſuſpiciones contra officiales præmemoratos, ſi illas poſt modum non oſtenderet, atque probaret, puniri deberet, & poſſet, arbitrio Iudicis electi à iure, ad procedendum ſuper ſuſpicionibus, vt diſponitur in ordinatione Regis Ferdinandi primi, impreſſa, renouata, inſertaque per Illuſtriſſimum Ducem de Alcala, piæ memoriæ, in nouiſſimis prag. in reformationibus Sacri Conſilii. §. *Allegantib. fol. 16.*

6 Nam hæc † ſuſpicio dicitur calumnioſa, & temeraria, quæ ſemper repellitur, *cap. 1. 2. q. 1. & c. canones 6. quæſt 1.*

Nec ſufficit huiuſcemodi † ſuſpicionem allegatã

7 probari, mediante iuramento allegantis ac proponentis ſuſpicionem ſecundum Staphileom, *in tract. de liter. gratia, & iuſtitia fol. 185. ver. Et iſtu etiam de cauſa non ſoles concedi auocatio cauſarum*

¶ In contrariam vero partem, videlicet, quod per iuramentum prohibetur ſuſpicio iudicis, & quod in partibus nõ ſperat habere iuſtitiam propter perhorreſcentiam, &c. prout iurare paratus eſt. inclinauit Paris *conſ. 98. Aſſerta ſententia contra Ceſuem, nu. 1. & ſequen. volum* 3. Marſil. poſt Specul. & Bartol. relatos per eum, *in repet. rub. num 157. C. de prob.* & Iaffred. Lanfran. *deciſ. 236. De iure ciuili, cent. 3.*

¶ Sed hæc opinio mihi non arridet: nam non ſufficit offerre ſe ad iurandum paratum eſſe, ſed debet allegans, proponensque ſuſpiciones, actualiter iurare; & ideo practici dicunt in precibus, *prout iurare paratus eſt, & de præſenti iurat pon. de iureiur.* & Dec. *conſ. 395. col. fin.*

¶ Imo ſi allegans ſuſpiciones, actualiter iuraret, æſtimarem etiam tale genus probationis, & iuramentum nullatenus eum releuare, ex traditis per Doct. *in d. l. apertiſſimi. C. de iud.* & ita firmauit quoque Paris de Put. *in tract. de Syndic. in verb. Suſpicio. ſub num. 1. in fin. num.*

8 Et ratio † ea eſt; quoniam iuramentum non dicitur probatio, nec probationem inducit, *l. Lucius. ff de cond. & demonſtrat* & Marſil *in d. repet. rubr. nu. 130. cum aliis ſeq. C. de probat.* vbi dicit iſtam eſſe magis communem opinionem, eamque vtiliter etiam limitat in aliquibus caſibus.

Et eſto, quod † aliquando iuramentum dicatur probatio: tamen tunc eſſet ficta probatio, & non aliter, nec alio modo, teſte Bal. *in l. 4. C. de procur.* 8 Chis opin. 9

Quoniam † iuramentum non dicitur modo aliquo plena, nec legitima probatio, ſed quaſi probatio, vel ſemiplena ſecundum Gio. & Bal. *inc. 2. diſtinct. inter dom. & vaſ.* & Spec. *de of. om. iud. in ver. Sexto quærendum.* 10

Et cum in † præſenti re indubitanter requiratur legitima probatio ſuccedit ad propoſitum hæc con- 11 cluſio veriſſima; quod iuramentum non ſufficiat, quando iure requiratur legitima vera liquidaque probatio, ita Gloſ. *ult. fin. ff. quod met. cau. & in l. cum de indebito in princ. ff de probat.*

¶ Vnde ſi præſtaretur hic iuramentum, illud nullatenus continerer illa tria requiſita ſubſtantialia, ſcilicet, iuſtitiam, veritatem, & iudicium: ideo non mirandum eſt, ſi illud hodie non deferatur, ad euitandum animarum diſcrimen; cum homines faciles, promptoſque ſeſe offerant ad iurandum, & frequentiſſime etiam per eos peieretur, atteſtante Staphil. *in d. tract. de litera gratia, & iuſtitia. fol. 185.*

Itaque ipſa † iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet veritatem, iudicium, & iuſtitiam, *cap. animaduertendum. 4. q. 12. c. & ſi Chriſtus. de iureiur.* Card. 12 *in clement. 1. §. fin. quæſt. 10. de iureiur.* Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat.* Specul. *in tit. de iureiur. §. nunc oſtendendum. verſic. 24.* & Socin. *in conſil. 67. Circa primam quæſtionem. volum. 1.* vbi expreſſe concludit; quod vt iuramentum ſit ſeruandum, & ad hoc, vt illud obliget, debeat neceſſario habere iudicium, iuſtitiam, & veritatem, quorum ſi alterum deficiat, non ſit vllo modo ſeruandum. Et probatur hoc, etiam *Hieremiæ 4. c.* vbi dicitur: *Et iurabunt in veritate, & iuſtitia, & iudicio.*

Et † ratio ea eſt, ſecundum S. Bonauentur. *in 3. diſtin.* 13 *39. artic. 2. q. 2.* quia iuramentum comparatur ad tria ſcilicet ad rem, de qua fit: & ſic debetur veritas, quæ eſt adæquatio rei ad ſermonem, & ad iurantem. Secundo comparatur, à quo procedit: & ſic debetur iudicium, ſcilicet diſcretionis. Tertio comparatur, ad cauſam, pro qua fit: & ſic debetur iuſtitia, ſcilicet vt cauſa ſit iuſta.

Sed alii iudices † inferiores ordinarii allegarentur ſuſpecti, variis de cauſis, & illæ nullo modo pro- 14 barentur; tunc nullam pœnam à iure reperio ſtatutam contra proponentes ſuſpiciones contra eos. Eſt bene verum, quod iniuſte recuſatus, pro ſuſpecto, poſſet agere actione iniuriam contra recuſantem, ita Bal. *inc. ſuper quæſtio. de offic. deleg.*

Verum ſi probarentur † ſuſpiciones allegatæ 15 contra prædictos iudices ordinarios, eo caſu minime remouerentur de iure ciuili, ſed daretur eis adiunctus, *auth. ſi vero contigerit.* & ibi Alber. *in fin. C. de iud.* Capic. *deciſ. 146 In cauſa iuriſdictionis. deciſ. 146. In cauſa D Comitis Camerata. & deciſ. ſeq.* & D. Carauit. *in tit 165. ſub nu. 13. & ſeq.* & Paris de Put. *in tract. de Syndic. in ver. Suſpicio. ſub nu. 1 & ſeq.*

Et licet aliquando † iudex allegetur ſuſpectus: 16 tamen ſi recuſatus iudex tunc procederet ſimul cũ non recuſato, valeret vtique, atque teneret proceſſus, data iuriſdictione in ſolidum, ita Achil. *deciſ. 319. vel 328.*

Et ratio eſt, cur non remoueatur iudex ſuſpectus in præſenti caſu; quia alii iudices non ſuſpecti, ſuſpicionem eiuſdem iudicis recuſati ſupplent, ac

purgant, ſecundum Parid. de Pu. *in d. tract. de Syndicatu, in verſ. Suſpitio, num.* 8.

17 Item poſtremo † etiam poteſt repelli vt ſuſpectus iudex à iudicando, ratione iuriſdictionis aduerſarii mei: Verbi gratia: Si eſſet eius vaſallus, vel ſuffraganeus, *cap. accedens, il 1. ext. vt lit. non conteſt.* vbi omnes Doct. hoc communiter firmant, & iſtam communem eſſe ſcribunt Moder. ibi, & Maranta *in tract. de iudic. in 6 part. 3. part. ſuper 2. actu,* vbi affabre congerit quadraginta alias cauſas recuſationis, & nonaginta tres caſus ponit, atque diſcurrit etiam Steph. Auſr. *in tract. de recuſat.*

18 Sed † hæc ſuſpitio, licet debeat allegari regulariter ante litem conteſtatam, *d. l. apertiſsime,* & ibi Gl. & omnes alii Legiſtæ communiter, & vniuerſaliter, & præſertim Iaſ. & Canoniſtæ conſirmiter etiã omnes *in c. inter monaſterium, de iud.* & D. Caraulta *in ritu* 265. *ſub num.* 10.

19 Tamen † poſſet quis ex cauſa antiqua, ſi ad ipſius notitiam de nouo peruenisſet, vt ſuſpectum recuſare iudicem, non obſtante quod ante notitiam cauſæ coram eo, abſque proteſtatione comparuiſſet, vt voluit Caputaquenſ *deciſ.* 106 *lib.* 1.

20 Et ſic, † ſi cauſa ſuſpitionis de nouo emergeret poſt litis conteſtationem, poſſet tunc non obſtante litis conteſtatione allegari, admitti, ac probari ipſa ſuſpitio, vt eſt text. expreſſus in Regno, *in c.* 217. Prolixitatem, & ibi Ioan. Anto. de Nigris, Bero. *conſil.* 16. *In cauſa recuſationis, ſub numer.* 15. *vol.* 3. & Ioan. de Amicis cum aliis ſignatis per eum, *conſil.* 109. *numer.* 4. vbi concludit, iſtam ſuſpitionem emergentem, allegari poſſe in quacunq; parte iudiciante concluſionem, non autem poſt concluſionem in cauſa, ita Ioan. And. & Abb. *in c. cum dilectus, de ord. cog.* Ant. de Butr. Abb. & Feli. *num.* 8. *&* 17. *in c. paſtoralis, de except.* Spec. *in tit. de recuſat.* §. 4. *& in tit. de dilat.* §. *nunc videamus, verſ.* 5. *& pen. & in tit. de excep.* §. 4. *ver. Et nota* Roma *ſing.* 356. *Tu ſcis quod exceptio declinatoria.* Feli. *in cap. inſinuante, col. pen. ff. de offic. & poteſt. iud. deleg.*

§ Et ratio eſt, quoniam vbi neceſſaria eſt cauſæ cognitio, non obſtaret concluſio in cauſa, *cap. auditis, de procurat. & d. c. cum dilectus.*

21 Et hinc eſt, † quod iudex allegatus ſuſpectus, ac recuſatus teneatur deſiſtere, & ſuperſedere in procedendo, in cauſa, quia ſuſpitio iuriſdictionem ſuſpendit, ſicut appellatio, ſecundum Glo. *in c. quoties* 2. 2. *q.* 6. Ioan. de Amicis cum aliis aggregatis per eum *d. conſ.* 109. *num.* 5. & Dec. *in cap. poſtremo, de appel.* vbi firmat etiam, quod licet appellatio, ac recuſatio paria ſint, & de pari procedant, tamen remota appellatione non cenſeatur remota recuſatio.

22 Vnde, † ſi iudex recuſatus procederet in cauſa, ſpreta recuſatione, proceſſus factus coram iudice recuſato, eſſet ipſo iure nullus, ita Zuan *deci.* 101. & Caputaquenſ. *deciſ.* 58. *libr.* 1. Chil. *deciſ.* 77. & Peregr. *deciſ.* 391 *libr.* 2. Ioan. de Amicis *d. conſ.* 109. *numer.* 5. & Ioan. Ant. de Nigris *in d. c.* 217. *Prolixitatem, nu.* 16.

§ Sed ſi poſt recuſationem recuſator compareret eſſetque præſens in proceſſu, & iudicio, valeret vtique, & teneret proceſſus, niſi foret appellatum, & ſic intelligitur opinio Innoc. & Ant. Butr. *in c. cum ſpeciali. de appellat.* quia proceſſus per iudicem recuſatum fabricatus poſt appellationem, eſt adeò nullus, vt licet reuocans non fuerit proſecutus appellationem, nihilominus ſit nullus, ita Achil. *deciſ.* 320.

§ Verum ſi poſt recuſationem recuſans non comparuit coram iudice recuſato, quamuis citatus fuerit, proceſſus poſtea ſubſecutus eſt nullus, & ita intelligitur opinio Hoſt. *in d. c. cum ſpeciali.* Vide ſupra *opin.* 397. *Iudex recuſatus.* Cæterum aduerte, quod præſens proceſſus compilatus, † ſeu factus per iudicem 23
recuſatum, parte non opponente, valeat, & teneat, ſecundum Achil. *deciſ.* 318. & habetur pro valido in Rota Romana. Zhan. *deciſ.* 101. & Mohed *deciſ.* 327.

Quinetiam † Papa indiſtincte committere poſ- 24
ſet cauſam iudici ſuſpecto ex certa ſcientia, recuſatione remota, ita Gl. *in l. eos C. de appellat. & in l. apertiſsimi, in ver. Recuſaret. C. de iud.* Philip. Franc. *in rubr. de appellat. & in d. c. poſtremo.* Sali. *in l. fin. C. de ſenten.* & Feli. *in c. cum inter, verſ. Limita ſecundo, niſi &c. de offic. deleg.* vbi, planum facit, iſtam eſſe communem opinionem, licet, & male Abb. *ibi, & in c. ad hæc, in fin. de reſcrip.* contrarium aſſeruerit.

Imo † idem Papa de plenitudine poteſtatis poſ- 25
ſet ratificare etiam ſententiam, latam à iuriſdictione carente, ſecundum Innoc. *in c. prudentiam, de off. deleg.* cui accedit cum aliis ſignatis per eum, Marſil. *ſing.* 10. *Tu ſcis quod exceptio proueniens ex defectu iuriſdictionis, ante fin.*

Imo † ſimiliter ſententia lata per iudicem ex le- 26
gitimis cauſis recuſatum, licet ſit nulla, tamen ſi reportatur iuſta, poſſet confirmari ſecundum Ghiſ. *deciſ.* 77. Et Vant. *in tract. de nullitatib. in rubr. quib. mod. ſenten. defend. nu.* 132. vbi dicit, iſtam eſſe communem opinionem, & amplificat ibi, & prope *fin. de tract.* ait illam ſimiliter locum obtinere, etiamſi ex defectu iuriſdictionis nullitas prætenderetur.

Adde † etiam, quod ſententia nulla, non ſolum 27
quoad merita cauſæ, ſed etiam ex defectu iuriſdictionis nulla prætendatur, ſi tamen iuſtitia mediante, ita ferenda eſſet, per iudicem ad quem, vel nullitatis; ſuſtineri debet, vt per plura ibi adducta tenet Vantius, *in tract. de nullit.* 6. *in tit. quib. mod. ſent. null. defend. nu.* 150. *cum ſeqq.* vbi quamplurima adducit fructuoſa.

OPINIO DCCCLXVII.

SVMMARIA.

1 *Doctores omnes in vna Ciuitate an poſſint allegari ſuſpecti.*

2 *Concilium, vel Senatus non poteſt recuſari vt ſuſpectum, vel ſuſpectus.*

3 *Caput concilij ſuſpectum, reddit ſuſpectum totum concilium.*

4 *Collegium poteſt allegari ſuſpectum.*

5 *Synodus prouincialis, & prouinciale concilium poteſt allegari ſuſpectum, licet generalis, vel generale ſecus.*

6 *Iudex delegatus poteſt & allegari ſuſpectus, & recuſari, & an ſuſpitionis cauſæ tunc probandæ ſint.*

7 *Quæ ſit pœna conſtituta in Regno Neap. contra allegantes Iudices ex illegitimis, vel non probatis cauſis ſuſpectos.*

8 *Allegari poſſunt ſuſpecti omnes ordinarii Iudices, tam maiores, quam minores. Et pragmat. Reg. Neap. de forma proponendæ ſuſpicionis.*

9 *Duo in proponendis ſuſpicionum cauſis conſideranda primo, vt cauſæ ſint iuſtæ & rationabiles, deinde vt congruo tempore proponatur. Et quando proponenda. nu.* 10. *&* 11.

12 *Recuſans iudicem ex eo quod protulit ſententiam in alia cauſa contra eum, cuius adhuc pendet appellatio, an teneatur probare grauamen fuiſſe in ea cauſa doloſe illatum.*

13 *Et quid ſi in ſimili cauſa & idem factum habente, contra eum iudicauerit, an tum non ſolum delegatus, ſed & ordinarius, ſuſpectus, remouendus ſit.*

Suſpecti

1 SVSPECTI de † iure non poſſunt allegari omnes Doct. vnius Ciuitatis, prout eſſet in hac Ciuitate Aquilæ, quæ hodie 1581. quinquaginta ſex Docto. habet, omnes inſignis literaturæ, celebris nominis, & variis animi dotibus mirifice ornatos: cum allegatio hæc calumnioſa, nulla, fraudulenta, & omnis vaga reddatur, ſecundum Baldum, & alios magis communiter, *in l. hoc modo. ff. de condit. & demonſtr.* & notat eleganter Auguſt. Berous *in cap. 1. de iudic. num. 121.* & ita iudicaui, dum etiam iudex criminalis in Ciuitate Terami, *anno Domini* 1560. in quadam cauſa mihi commiſſa, & vertente inter quoſdam de Terra Ciuitellæ Apruoi. & ſequitur etiam eandem opinionem Alberic. de Roſa *in l. apertiſſimi, col. fin. C. de iudic. & in d. l. hoc modo.* & Ioannes Ant. de Nigris *ſuper capitulis Regni, in cap. 217. Prolixitate nolentes, iterum, numer. 27. cum aliis ſequen.* vbi appellat, & optimo iure, miſeros aduocatos proponentes talem calumnioſam ſuſpicionem, licet, & male Io. de Arnono *ſing. 18. Sæpe accidit*, ſuadeat tenendam eſſe contrariam ſententiam in practica.

2 Et hoc † idem videtur diſpoſitum in Concilio, vel Senatu, qui tanquam ſuſpectus, vel ſuſpectum recuſari non poteſt, vt per Abb. Dec. & alios omnes communiter *in d. c. 1.* & de iſta communi atteſtantur omnes Moder. ibidem, & Boerius *deciſ. 269.* & cum eadem communi concurrit etiam Alberi. *in 2. part. ſtatut. quæſt. 01.* vbi profert magnum verbum, in practica ſe audiuiſſe à magnis viris ita fuiſſe obtentum, & Aegid. *in tract. verum Concil. arg., vel aſſ. ſores recuſentur.*

Et quamuis Rolan. à Valle conſuluerit contrarium *conſil. 19 vol. 3.* videlicet, quod Concilium poſſit vt ſuſpectum recuſari, tamen quicquid ſuadeat, nolim practica recedere à memorata communi, tanquam ſacroſancta, quam vltra bis vidimus obſeruari in Ciuitate Neapolis, in Sacro Regio Concilio.

3 Sed † ſi caput Concilii eſſet ſuſpectũ, tunc totum cõcilium eſſet ſuſpectum, ſiue allegari poſſet ſuſpectum, ſecundum Bald. *in l. 1. C. ſi rect. prouinciæ, colum. 2.* Paris de Put. *in tract. de ſynd. in verſ. Suſp. tio nu. 10.* & Feli. & Dec. *in 1. & 2. lect. in d. c. 1.* & ibi Bero. *nu. 123.* & Alber. *in d. q. 101.* & eundem Bero. *conſ. 16. In cauſa recuſationis, nu. 22. vol. 3.* vbi accurate explicat hoc procedere, ſi caput ipſum collegii eſſet vere caput propter præeminentiam ſuæ perſonę, & non aliter.

4 Cæterum † limitatur primum antedicta, quod non habeat locum in collegio, quod poteſt allegari ſuſpectum, vnde ſi cauſa committatur alicui Collegio, poteſt totum Collegium allegari ſuſpectum, ſicut ſingularis perſona, videtur Bald. *in d. cap. 1. de iud.* & hoc idem firmat Feli. *in cap. cauſam quæ, colum. 2. de offi. deleg. & in præall. c. 1. ſub num. 6.* & Barbatius etiam ibi, *num. 78.* vbi ait quod ita practicetur.

5 Limitantur † quoque prædicta ſecundo in Concilio Synodali; cum tota Synodus prouincialis, & ſic Concilium Synodale, & prouinciale, licet non generale, poſſit recuſari vt ſuſpectum, ſecundum Abb. Barbatium, *num. 75. cum aliis ſeqq.* Dec. *in 1. lect. n. 15.* Mantuam, *num. 38. cum aliis ſequen.* & Feli. *numer. 6. in d. cap. 1.* & Roland à Valle *in d. conſil. 19. num. 11.* qui omnes Docto. in memoratis locis oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem.

Sed vt promptior, vberiorq; euadat in præſentiarum hæc oratio, materiaq; tam vtilis, non eſt ſilen-
6 tio inuoluendum, † quod iudex delegatus poſſit ſimiliter recuſari, allegariue ſuſpectus, & ſuſpitionis cauſa tunc legitima, ſecundum ius canonicum contra iudicem delegatum probari debet: ſecus vero ſecundum ius ciuile, quia de iure ciuili iuramentum pro cauſa iuſta habetur, ita Alex. *conſil. 104. col. 2. vol. 5.* Franc. & Dec. *in princ. in cap. cum ſpeciali, de appell.* Iaſ. *in l. apertiſſimi, col. 1. C. de iudic.* Lanfran. *in c. quoniam contra, in verſ. recuſationes, col. 2. de probatio.* Couarru. *in lib. pract. quæſt. cap. 26. nu. 1.* Rolan. *conſ. 19. num. 14. vol. 3.* vbi adiicit etiam, iſtam eſſe communem opinionem, quam tanquam veriſſimam; comprobauit etiam Rota Romana, atteſtante Caputaquenſe *deciſ. 102. in parte.*

Et hinc † ſumpta occaſione, fuit promulgata Re- 7
gia pragmatica in regno, per illuſtriſſimum Marchionem Mondelarem *die 4. Maii* 1576. quod allegans ſuſpectum magiſtratum aliquem in Ciuitate Neapolis in tribunalibus, in hac pragmatica enumeratis, iudicantem, ſi ſuſpitionis cauſam non ſubſiſtentem, & ab eodem tribunali reiectam, propoſuerit, ducatorum quindecim, ſi vero ſubſiſtentem, ſed eam non probauerit, aut nõ fuerit proſecutus quinquaginta ducatorum pœna punitur, inter fiſcum, & magiſtratum diuidenda, quæ pragmatica fuit, ampliata, declarata per ſacrum Collaterale conſiliũ, *anno* 1584. procedere, obtinereq; locum, etiam in tribunalibus Regiarum Audientiarum regni, prout conſeruantur prouiſiones eiuſdem ſacri collateralis conſilii penes ſecretarium regiæ Audientiæ Capitinatæ Apuliæ, Comitatusq; Moliſi, & hæc declaratio fuit tunc facta, me inſtante, cum eſſem allegatus ſuſpectus, tanquam Auditor eiuſdem Audientiæ, à Ioanne Bernardino Scaſſa, de ciuitate Luceriæ, qui non probata allegata ſuſpitione, fuit eo tempore mediante condemnatus ad ſolutionem pœnæ ducatorum quinquaginta, ſeruata forma ipſius pragmaticæ.

Nec non poſſunt † recuſari etiam, allegariq; ſu- 8
ſpecti omnes, & quicunq; alii iudices ordinarii, tam maiores, quam minores ex vtriuſque cenſuræ diſpoſitione, ſed cauete vos omnes actores, & rei, & eorundem aduocati ne in labyrinthum erroris incidatis, in allegando officiales regios in toto regno ſuſpectos, examinando, conſiderandoq; prius regiæ pragmaticæ diſpoſitionem, æditę per illuſtriſſimum Comitem de Miranda, *die 31. octobris* 1594. quæ ita ad vnguem loquitur. *In primis ordinamo, che le prammatiche, & ordini ſpediti per l'illuſtre Marcheſe di Mondegior, & regio collateral conſeglio, ſub die 4. menſis Maii 1576. & la prammatica del Duca d' Oſſuna ſpedita à 20. di luglio 1585. circa la forma di proponere le ſuſpetioni, ſe debbiano ad vngem oſſeruare, con la dechiaratione pero, & ampliationi ſequenti, videlicet, volemo, & dechiaramo, che quando ſe proponerà ſuſpitione in perſona d'alcuno Giudice delli regii tribunali maggiori, ò minori de queſto regno, ò ſia el commiſſario della cauſa ò qualſiuoglia altro delli Giudici, & maeſtri del tribunale doue ſi fa la cauſa, etiam che ſieno li capi del tribunale, non per queſto ſi laſci di procedere ad vlteriora nella cauſa, ne impedirſi il corſo di eſſa, ma ch'il Commiſſario, à chi ſerà commeſſa la detta allegata ſuſpitione, proceda durante la ſuſpitione predetta à tutti li atti, & altri decreti interlocutorii, che fuſſeno neceſſarii, nella medeſima forma, & modo, ch'à quelli ſe procedeua auanti, che fuſſe allegata la ſuſpitione, vſq; ad vltimam ſententiam diffinitiuam excluſiue, dechiarando, ch'anchor, che poi ſi dechiari la ſuſpitioni predetta militare, non per queſto le atti, vt ſupra, fatti reſtino inualidi, ma ſiano ſempre validi, & ſubſiſtenti, come ſe la ſuſpitione predetta non fuſſe ſtata propoſta, vogliamo anchora, che le cauſe predette de ſuſpitioni habbino la loro inſtanza, la qual, ſia di quindeci giorni tantum, li quali corrano præciſe de momento ad momentũ, dal dì, ch' ſerà dato el termine ad probandum in cauſa ſuſpitionis, ita, & taliter, che finiti li detti giorni quindici, &*

non eſſendoſi pronuntiato decreto ſuper ſuſpitione, ò pro, ò contra ſi poſſa procedere nella cauſa, nel modo, è forma, che ſe ſaceua auanti, che ſi allegaſſe la ſoſpitione predetta, ac ſi la detta ſuſpicione non fuſſe ſtata propoſta. Volemo anchora, & ordinamo, che le ſuſpitioni ſi habbeno da proponere per vno delli Auuocati della cauſa, & che non ſi riceuano, ne ſi poſſano proponere da altri, il quale Auuocato, habbia da firmare di mano ſua la comparſa, dechiarando, che ſe li capi propoſti della ſuſpitione, non ſe riceueranno, come non militanti, ſeruata la forma della predetta prammatica, edita per il predetto illuſtre Marcheſe di Mondegiar ſub dicto die 4. Maij 1576.

Li Auuocato predetto habbia da pagare la meta della pena infraſcritta, & la altra meta la pagh. la parte, però in caſo, che li capi predetti gia propoſti militaranno, & poi nõ ſaranno prouati, debbia pagare la parte tutta l'integra pena inſ aſcritta, dechiarando, che ſe accadera, che il tale Auuocato, ch' vna, ò due volte haura propoſto le tali ſuſpitioni, & in quelle ſuccumbito, & pagato la detta pena, incorrera in queſto la terza volta volemo, che pagh: la detta pena duplicata item volemo, & dechiaramo, che la pena introdotta per la procalendata prammatica dal detto illuſtre Marcheſe di Mondegiar, ſi habbia da duplicare, cioe quando capita ſuſpicionum non admittuntur, ſi paghino di pena trenta ducati, la meta l'auuocato, & l'altra meta la parte, come di ſopra, & quando li capi ſaranno meſſi, & non ſi prouano, ſia la pena di ducati cento, la quale volemo, che irremiſſibilmente ſi habbi da eſigere, ita, & taliter, che non ſi poſſa procedere nella cauſa predetta di ſuſpitione, niſi propoſitis capitibus, & facto depoſito ſimul, & ſemel, con la petitione, che ſi darà della ſuſpitione, firmata di mano dell' auuocato, abdicando la poteſta al magnifico, & circumſpetto Preſidente, che non debbia, ne poſſa committere la cauſa della ſuſpitione propoſta, niſi præcedentibus omnib. prædictis, come ancho abdicamo la poteſta alli Giudici predetti, che non poſſano determinare, che reſtituantur depoſita, quando fuerit determinatum ſuſpitionem non ſubſiſtere, ma che nella pena predetta ſi intenda ipſo iure condemnati, all' hora quando ſi dechiara, ch' il Giudice poſſa procedere, non obſtan. ſuſpitione allegata, & cætera.

Id eſt, Imprimis ſtatuimus, quod pragmatica, & Edicta, publicata ab illuſtri Marchione di Mandegar, & Regio collaterali Conſilio die 4. menſis Maij 1576. & pragmatica ducis Oſſunæ publicata 20. Iulij 1585. circa formam proponendi ſuſpiciones, debeat ad vnguem obſeruari, cum declaratione tamen, & ampliatione ſequenti, videlicet, Volumus, & declaramus, quod cum proponeretur ſuſpicio contra perſonã alicuius in iſtis Regni maioris tribunalis, aut minoris, huius Regni, ſiue ſit commiſſarius Cauſæ, aut quilibet alius è Iudicibus, & miniſtris tribunalis, vbi cauſa agitur, etiamſi ſint Capita Tribunalium, non propterea intermittant procedere ad vlteriora in cauſa, nec patiantur impediri curſum eius, ſed vt Commiſſarius, cui erit Commiſſa dicta allegata ſuſpitio, procedat, durante ſuſpitione prædicta, ad omnes actus, & alia decreta interlocutoria, quæ erunt neceſſaria, eadem forma, & modo, quo eo iure procederetur prius, quam eſſet allegata ſuſpicio, vſq; ad vltimam ſententiam excluſiue, Declarantes, quod licet poſtea declaretur prædicta ſuſpicio militare, non propterea acta, vt ſupra, facta ſint inualida, ſed ſint ſemper valida, & ſubſiſtentes, ac ſi ſuſpicio prædicta non fuiſſet propoſita.

Volumus inſuper, quod prædicta cauſa ſuſpitionem habeant ſuam inſtantiam, quæ ſit quindecim dierum, quæ præſcurrant de momento, ad momentum, à die, quo eſt datus terminus ad probandum in cauſa ſuſpicionis, ita, & taliter, vt finitis dictis diebus quindecim, & non exiſtente pronunciata ſententia ſuper ſuſpicione, ſiue pro vel contra, poſſit procedi in cauſa, ea forma & modo, quo proceſſum fuit antequam ſuſpicio prædicta allegaretur, ac ſi dicta ſuſpicio non fuiſſet propoſita.

Volumus etiam, & ſtatuimus, quod ſuſpiciones debeant proponi, per vnum ex aduocatis cauſæ, & vt nõ recipiantur, nec proponantur ab altero, qui aduocatus manu ſua etiam confirmet Capita ſuſpicionum, declarantes, quod ſi capita ſuſpicionum propoſita non recipientur, vt militantia, ſeruata forma prædicta pragmatica, edita per prædictum illuſtrem Marchionem de Mondegiar die 4. Maij 1576. aduocatus prædictus, debeat ſoluere dimidiam partem pœnæ infraſcriptæ, & alteram dimidiam partem ſoluet pars ipſa.

Caſu autem quo capita prædicta propoſita militabunt, ſed non erunt probata, ſoluet pars totam ſeu integram pœnam infraſcriptam, declarantes, quod ſi contigerit, aduocatum, qui ſemel aut bis propoſuit tales ſuſpiciones, & in iis ſuccubuit, & ſoluit dictam pœnam in ea tertio incurrere volumus, vt tunc ſoluat pœnam illam duplicatam.

Item volumus, & declaramus, quod pœna inducta per prædictam pragmaticam dicti illuſtris Marchionis de Mendegiar, debeat duplicari, id eſt, cum capita ſuſpicionis non admittantur, ſoluatur pœna loco 30. ducat. dimidia pars ab aduocato, & altera dimidia à parte ipſa vt ſupra, & cum capita admittentur ſed non probabuntur, erit pœna ducatorũ 100. quam volumus irremiſſibiliter exigi, ita & taliter, vt procedi non poſſit in cauſa prædicta ſuſpicionis, niſi propoſitis capitibus & facto depoſito ſimul, & ſemel, cum petitione, quæ de ſuſpicione exhibebitur, confirmata manu aduocati à tollendo poteſtatem magnifico & circumſpecto præſidi, ne poſſit committere cauſam ſuſpicionis propoſitam, niſi præcedentibus omnibus prædictis, ſicut etiam adimimus poteſtatem iudicibus prædictis, ne poſſint determinare, vt reſtituantur depoſita, cum fuerit determinatum, ſuſpicionem non ſubſiſtere, ſed quod in pœna prædicta, intelligantur ipſo iure condemnati, tunc, cum declaratur, Iudicem poſſe procedere, non obſtante ſuſpicione allegata &c.

9 Et vt † caute procedere poſſis in præſenti te animaduertendum eſt principaliter ad duo neceſſaria, conducibilia, ad euitanda pericula in allegandis ſuſpicionibus.

Prima igitur præparatio neceſſaria, ad euitandum quodlibet periculi genus, hæc erit, vt ſunt, eſſeque debeant iuſtæ, rationabileſque cauſæ ſuſpicionum, quę proponendæ ſint contra officiales regios. quas quidem, ad veram ordinationẽ, quinquaginta quinque enumerat iuſtas recuſationis cauſas, Io. Bertachin. *in tract. de epiſcopo, in 4. part. lib 4. quæſt.* 11. & Septuaginta Card. Alexand. *in cap. poſtremo. Extra de appellation.* Stephan. Aufre. etiam, *in tractat. de recuſationibus*, & Specul. *in titul. de iudice delegato, §. ſupereſt videre*, & Iaſon. *in leg. apertiſſimi, Cod. de iudicis, & aliquas alias legitimas ſuſpicionis cauſas diſcurrit etiam Franc. Milanenſis, deciſ. 15. lib. 1.*

Secunda † inſtructio hæc erit proponentium 10 cauſas ſuſpitionum, vt ipſi deliberent illas congruo tempore proponere, & ſic ante concluſionem in cauſa:

Nam ita diſponit pragmatica illuſtriſſimi Ducis Vſunæ, ædita die 21. *Iulij* 1585.

Statuimus, atque mandamus, quod omnes, & ſinguli litigantes, etiam fœminæ, & minores, & Vniuerſitates, & collegia quæcunque vel eorum procuratores, aut perſonæ legitimæ debeant diligenter inquirere, ſi in perſonam iudicum

iudicum cauſarum, & aliorum omnium, qui in cauſa votare vel debent, vel poſſunt, adeſt aliqua legitima ſuſpitio ex quacunq; cauſa vſq; ad concluſionem incluſiue, & comperta cauſa ſuſpitionis illam legitime proponere infra dictum tempus debeant, alias facta concluſione in cauſa, non audiantur petentes ad ipſam ſuſpitionē proponendam, vel allegandam, etiam ſi de nouo ſuſpitio illa ad eorum notitiam peruenisse cū iuramento allegetur, quam allegationem per præſentem omnino reijcimus, & mandamus, quod non obſtante dicta allegatione ſuſpitionis, ad deciſionem cauſæ procedatur, prout procedi mandamus abſq; quod interloquatur ſuper dicta ſuſpitione quod ſeruari volumus, & mandamus, tam in regio collaterali conſilio, quam in ſacro regio conſilio, regia camera ſummariæ, magna curia vicaria, & alijs tribunalibus, & curijs quibuscunq; tam huius fideliſsima ciuitatis Neapolis, quam totius regni. & hoc idem videtur ſtabilitum etiam de iure communi, quod ſuſpectus iudex recuſari non poſſit poſt concluſum in cauſa, vt per Hoſtienſ. *in tit. de iud. deleg §. quando, in prin.* & per Marſil. *in pract. cum §. ſequens, nu. 22.*

11 Et hoc † ſtatutum eſt, ad calumniam, dilationem fraudemq; remouendam, prout idem Dux Vſunæ in eadē præmemorata pragmatica, edita ſub *die 22. iulij* 1585. voluit ita deliberare & eo in loco, ex eadem & ratione, pro celeri expeditione cauſarū, *ſtatuimus, atque mandamus, quod quotieſcunq; deſtinata fuerit aliqua dies, vel in collaterali conſilio, aut in ſacro conſilio, & alijs tribunalibus pro alicuius cauſa expeditione, non retardetur eius expeditio dicta die deſtinata ob abſentiam, vel infirmitatem, aut aliud quoduis impedimentum vnius, aut plurium iudicum qui in cauſa ipſa votare debeant, dum tamen remaneat numerus iudicum, requiſitus per pragmaticam, ad ipſius cauſæ deciſionem, nec tunc detur alius adiunctus, & ſi forte non remanſerit ex cauſa prædicta numerus iudicum neceſſarius, tunc volumus, atq; mandamus, quod ille iudex, qui erit abſens, vel infirmus, aut quouis modo aliter impeditus, tranſmittere debeat ſuum votum in ſcriptis clauſum, & ſigillatum in poſſe magnifici & circumſpecti ſecretarij ſi cauſa notanda erit in regio collaterali conſilio, ſin autem in ſacro regio conſilio, in poſſe magnifici, & circumſpecti Præſidentis ipſius, aut in poſſe magnifici, & circumſpecti locum tenentis regiæ cameræ, ſi cauſa erit notanda in dictis tribunalib. & hoc etiam ſeruari mandamus in alijs tribunalibus, dum tamen iudex ille, quem volumus teneri ad tranſmittendum votum ſuum in ſcriptis interfuerit in tribunali, donec cauſa, & factum ipſius fuit per cauſæ commiſſarium relatū, numerandum ſiquidem dictum votum, ac ſi præſens fuiſſet*, & ita non ſemel fuit obſeruatum in ſacra regia Audientia, prouinciæ Terræ Barr *anno* 159. *& ſequentibus*, me aſſidente in ea tunc Auditore, prout ſic in illa etiam obſeruatur quotidie, & in alijs quoque omnibus regijs regni Audientijs in caſibus, & cauſis contingentibus, & votum auditoris impediti tunc in ſcriptis clauſum tranſmittitur illi Præſidi earundem Audientiarum.

12 Et quamuis † iudex etiam delegatus, poſſit ex legitimā cauſa allegari ſuſpectus, & recuſari, tamen recuſans illum ex eo, quod protulerit ſententiā in alia cauſa diuerſa, cuius adhuc pendet appellatio, tenetur ſine dubio probare grauamen in ea cauſa fuiſſe doloſe illatum, ad hoc vt delegatus poſſit vt ſuſpectus remoueri, ex deciſione ſacri conſilij, relata per Capycium *deciſ.* 147. Sed D. Menoch. diſcurrendo hanc eandem materiam, ſolito ſtudio laborioſiſſimo, *in tract. de arbitrar. iudic. caſu* 1?1. *lib. 2. centur. 2.* retulit eo in loco magiſtraliter tres opiniones Doctor. diuerſas, cū ſuo neceſſario apparatu, & finaliter inclinauit in illam partem, tanquam veriorem, iudicis arbitrio relinquendum eſſe an iudex, cauſa finita, in altera cauſa poſſit recuſari: quod arbitriū monet regulandum iure, & ratione atque ſumma cum diligentia animaduertendum per iudicem, cum ſuper hoc, ſuum profert arbitrium: ita vt videatur quodammodo aſſentiri deciſioni huic ſacri conſilij, quamuis illam non alleget.

Et ratio ea eſt, quia vbicunque dantur iudices delegati in Regno, dantur illi, datis prius nominibus minus ſuſpectorum ab vtraque parte: & ideo quemadmodum iudices ordinarij non poſſunt recuſari ſine legitima cauſa, ita etiam iudices ipſi delegati, veluti declarat Capycius *in d. deciſ.* 147. *poſt nu. 2.* vbi dicit per textum *in l. 1. ff. apud eum à quo appellatur, cum notatis per Ang. eo in loco*, quod iniurioſa ſententia, non eximat paſſum iniuriam à iuriſdictione iudicis, à quo appellauit, niſi in illa cauſa, non autem in alijs cauſis, & demum idem Capycius ſequendo, approbandoq; diſtinctionem Ioannis Andreæ *in c. ad hæc, de appellat.* aſſeuerat, quod actis, qui allegat iudicem ſuſpectum, fundet ſe ſolummodo in pendentia appellationis, nec aliud oſtendit, & ita ſola pendentia non ſufficit ſed eliguntur arbitri, aut vltra appellationem probat coram arbitris veritatem grauaminis, & tunc remouebitur, & arbitri pronunciabunt illum iudicem ſuſpectum, ita receptius explicant Doctores *in d. c. ad hæc, & in c. propoſuit, de appellat.* & vtrobique Butrius, Abb. & Francus, & annectit etiam Abb. iſtam interpretationem commendari communiter per Modernioʀes *in dict. cap. ad hæc*, vbi *colum.* 4. ſubdit quoque, quod vltra grauamen, ſit neceſſe probare, quod grauamē præceſſerit ex propoſito, nec ſufficit probare grauamen re ipſa, ſed in dubio, inquit, præſumendum malum animum.

Cæterum † hæc deciſio, opinioque Capycij, de 13 plano vtique, & abſque ſcrupulo aliquo locum ſortitur in iudice delegato, qui recuſatur vbicunq; iudicauerit in alia cauſa diſſimili, & nō habente eoſdē terminos facti: ſecus vero ſi in conſimili cauſa, & habente idem factum, iudicauerit, quia tunc non ſolum iudex delegatus remouetur legitime, vt ſuſpectus, verum etiam, quod difficilius eſt, iudex quoq; ordinarius, quoniam foret ſuſpectus, eo quod non ſit veriſimile, eum ſibi fore contrarium, vt *in l. eos, in princ. C. de appell.* & ita explicuit Bald. *in l. apertiſſimi*, & ibi etiam Iaſ. *col. 1. C. de iudic.* vbi inquit, quod iudex ordinarius poſſit in certis caſibus ſpecialibus, cum allegatione cauſæ, allegari ſuſpectus, puta quando prius in cauſa fuiſſet aduocatus, *leg. prætor, in fin. ff. de iuriſd. om. iudic.* Bar. Sali. & Paul. Caſtr. *in d. l. apertiſſimi*. & opinionem iſtam, quod ordinarius, qui ſemel in vna cauſa certo modo iudicauit, ita & ne ſit ſibi contrarius, in iſta iudicaret, deliberauit etiam Sacrum conſilium, atteſtante Capycio *deciſ. 146. prope fin.*

OPINIO DCCCLXVIII.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens filiam dotatam ab hereditate patris, vel matris, requirit, vt filia ſit dotata tempore quo ei defertur hereditas, de cuius ſucceſsione agitur.*

2 *Et non excludit illam ab hereditate matris, ſi ea dotata non erat à patre, tempore mortis matris.*

3 *Qualitas adiecta verbo, qualificatur ſecundum tempus verbi.*

4 *Statutum diſponens, quod filia dotata non ſuccedat matri, habet locum, ſi filia ſit dotata tempore quo ei delata fuit hereditas materna, & non poſt.*

5 *Statutum excludēs dotatam, intelligitur de dotata tempore mortis eius, de cuius ſucceſsio agitur.*

6 *Statutum, quod dotata à patre, vel ſi atre, debeat eſſe*

contenta, requirit vt dotata ſit tempore delatæ ſucceſſionis, & mortis patris, vt remaneat excluſa, alias non.

7 *Statutum excludens filias à patris hæreditate ſtantib. maſculis, in hæreditate materna nullum ſibi locum vendicat.*

8 *Statutum non trahitur ad caſus non expreſſos, non ad perſonas ſimiles expreſſis.*

9 *Filia excludens filias ſimpliciter à ſucceſſione propter exiſtentiam maſculorum, an requirat, filias eſſe dotatas. Et ſi dotata non ſint, an ſuccedat. Nec eas præiudicet, ſi poſtea dotentur. nu. 10. 11. & 12.*

1 STATVTVM † excludens filiam dotatam ab hæreditate patris, vel matris, ad hoc vt locum ſortiatur, requiritur vt filia vere dotata ſit tempore quo delata eſt hæreditas illius, de cuius ſucceſſione agitur, vt eſt de mente Bart. *in l. Titio centum. § Titio genero. ff. de cond. & demon.* & firmat expreſſe Bald. *in l. ſi pater. C. de ſponſal. & in l. non ſolum. C. de bon. quæ lib.* Paul. Caſtr. *in l. de diuiſione ff. ſol. matr.* & Bartol. conſulendo etiam, *conſ. 31.* vbi conſtanter determinat, quod ad hoc, vt filia excludatur à ſtatuto, diſponente, quod filia dotata non ſuccedat matri, vel patri, requiratur vt ea dotata ſit tempore ſucceſſionis paternæ, vel maternæ. & ſequitur Soc. *conſ. 121. col. 1. vol. 1.* Aod. de Alferiis de Cortona *conſ. 35. ſub num. 2. cum aliis ſit ſuen. poſitis inter conſil. ad cauſ. vltim. volun. vol. 1.* & hoc idem in propriis terminis huius ſtatuti concludit Socin. *conſ. 147. num. 1. 10. vol.* vbi non quaſſato calamo, ait ſe alias conſuluiſſe ſuper ſtatuto, & quod ſuo conſilio ſe ſubſcripſerunt aliqui doctiſſimi viri, in quadam cauſa cuiuſdam Bartholomæi de Mignanellis, & terminat, ſi filiæ dotatæ non ſint tempore mortis matris, quod ſuccedant, & ſucceſſerint pariter oratri cum filio maſculo, & quod hæreditas materna fuerit vtrique ex filiis delata pro portione ſua, idem Alex. *conſ. 162. col. 2. vol. 6.* Paul. Caſtr. *conſ. 138.* Anchar. *conſ. 350.* vbi in terminis ſuadet, ſi ſtatutum excluderet fœminam à quocunque dotatam, ab hæreditate patris, vel matris: quod requiratur tunc neceſſario, vt dotata ſit, à tempore quo delata fuit ei ſucceſſio patris, vel matris.

2 Idemque † decidit quoq; Panormit. *conſ. 107. ſub nu. 8. vol. 2.* aſſerens, ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione materna, vel paterna, non excludere filiam ab hæreditate matris, ſi illa dotata non reperiatur à parte tempore mortis matris: quia cum ſtatutum hoc odioſum aperte ſit, tanquam excludens filiam à ſucceſſione materna, contra *reg. maximum vitium, Cod. de liber. præter.* debet ſtricte intelligi, & non extendi ad caſum, in quo non reperitur qualitas requiſita à ſtatuto, *cap. certa ſtatutum, in d. § ſed ſtatuti* ſtud excludit filiam dotatam à ſucceſſione, & ſic requiritur, quod tempore ſucceſſionis ſit dotata, ad hoc vt ſtatutum vendicet ſibi locum. Nec debemus recedere à lege communi, niſi quatenus reperitur in ſtatuto, *l. præcipimus. C. de appellat.* Nec obſtare ait, quod filia fuerit maritata à patre: quia reſpondetur, ſtatutum eſſe intelligendum, quãdo tempore ſucceſſionis maternæ reperitur dotata à patre, adeo vt non ſufficiat, quod poſt delatam hæreditatem matris fuerit dotata.

3 Quia qualitas † appoſita in aliqua oratione, intelligitur ſecundum tempus verbi, ad quod refertur, ita Bar. *in l. ex facto ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Aod. de Alferiis *in d. conſ. 35. num. 4.* & Dec. *conſ. 14. In caſu, col. 2.* & eſt tex. *in l. Titius ff. de milit. teſtam. & in l. in delictis. § ſi extraneus. ff. de noxal.*

4 Nam † cum verba ſtatuti dicant, quod filia dotata non ſuccedat, illud verbum, *dotata* indubitanter refertur ad verbum, *ſuccedat*: vnde debet eſſe dotata tempore ſucceſſionis, & non poſt, ita Corn. *conſ. 75. volu. 1.* Cephal. *conſ. 5. n. 26. vol. 1.* Iaſ. *in l. fin. C. de pact.* Curt. Iun. *conſ. 10. col. 3. in fi.* Dec. *conſ. 71. colum. 1. & conſ. 266. col. 1.* Natta. *conſ. 74. col. pen. vol. 1.* Brun. *in tract. ex ſtat. ſœm. in 6. art. prin. q. 16.* Soc. Iun. *conſ. 5. num. 16. vol. 2.* Alex. *conſ. 83. Viſo themate ſupra ſcripto, n. 10.* vbi nõ obſcure dicit iſtam eſſe communem opinionem, *vol. 3.* & Ripa, *in l. ex facto, nu. 31. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.*

Et in terminis † præſentis ſtatuti, difficultatẽ tollit, & penitus remouet Alex. *conſ. 48. Viſo ſtatuto, ſub rubrica de ſucceſſione, col. 1. vol. 3.* vbi conſuluit, quod ſi ſtatutum diceret, quod ſi quis inteſtatus deceſſerit relictis filiis maſculis legitimis, & naturalib. ſi filiæ ſint dotatæ ab aliqua ex perſonis ibi nominatis, non admittitur ad ſucceſſionem ab inteſtato vna cum fratre, vel nepotib. ex fratre in bonis patris, vel matris, & inſuper, quod plus eſt, diſponat, quod debeant eſſe dote contentæ, & non poſſint ſuccedere, nec aliquid petere in bonis patris, vel matris, quod ad hoc vt filia dicatur excluſa à ſtatuto, requiratur, quod fuerit dotata tempore mortis patris, vel matris, de cuius hæreditate agitur: vnde hæc deciſio Alexandri eſt ſimiliter in terminis propriis præſentis ſtatuti: imo in fortiorib. cum per alia verba expreſſiora conſtet quodammodo de mente propria ſtatuentium, volentium omni fere caſu excludere mulieres dotatas: nihilominus cum nominatim, & expreſſim ſtatutum non loquatur, vt filia excludatur à bonis patris, vel matris, etiam cum poſt eorũ mortem fuit dotata, merito communis Doctorum ſchola concurrit cum iſta aurea deciſione Alexan. quam refert, & ſequitur Rolan. *conſ. 96. num. 19. in fin. vol. 4.* qui conſuluit in materia huius ſtatuti. 5

Facit etiam aliud *conſilium* Alex. *col. 1. vol. 2.* vbi ait, quod licet valeat ſtatutum, quod dotata à fratre ſecundum vires facultatum patris, vel fratris ſui, debeat dote remanere contenta, nec venire poſſit ad ſucceſſionem cum fratribus in bonis paternis: tamẽ vt filia excludatur ab hæreditate paterna, requiratur eam fuiſſe dotatam tempore delatæ ſucceſſionis, & conſequenter tempore mortis: ita vt actus dotandi ſuperueniens poſt mortem patris non debeat eam excludere vllo modo à ſucceſſione paterna ſibi delata tempore mortis patris, & idem cum Alex. conſuluit Soc. *conſ. 121. col. 1. vol. 1.* vbi poſt Bartol. per eum citatum aſſeuerat, quod ſtante ſtatuto, vt dotata de bonis patris, vel matris ad ſucceſſionem venire nequeat, quod mulier tunc dotata à fratre poſt mortem patris de bonis communibus, poſſit petere reſiduum dotis ſuæ. vt pote quia ſtatutum intelligi debeat de illa, quæ tempore mortis dotata reperitur, & in his propriis terminis, videlicet, in filia dotata à fratre poſt mortem patris conſuluit Natta. *conſil. 74. colum. 4. in fin. volu. 1.* vbi expreſſe concludit, ſtatutum hoc conſiderare potentiam, quæ competit, ſpectatque ad filiam veniendi ad hæreditatem parentum, & excludere eam ab ipſa potentia veniendi: vnde vt excludatur eadẽ filia, debet neceſſario eſſe maritata vno minimum tẽpore, quo venire queat ad hæreditatẽ, quod ſyncere, & abſq; dubio eſt tempus delatæ hæreditatis, ita Corn. *conſ. 131. colum. 2. volum. 4.* & in his terminis conſuluit quoque Roland. *in præcit. conſil. 96. colum. 4.* ſcilicet, an filia dotata poſt mortem patris: vbi per memoratas deciſiones, concedit non obſtante ſtatuto prælibato, filiam poſſe ſuccedere vna cum fratribus in bonis patris, cum ſit & fuerit dotata poſt mortem patris; & ita conſuluit

præ-

præſenti anno 1581. D. Pompeius Leonardus Iuriſconſultus Reatinus, tanquam ſcrutator claræ veritatis, ad fauorē D. Barbaræ Barnabei Reatinæ: quod non obſtante ſtatuto Reatino, diſponente, quod filiæ dotatæ à patre, auo, matre, fratre, vel de bonis ſuis, vel relicto in teſtamento, nomine dotis, non poſſint ſuccedere ab inteſtato alicui proximiori cōſanguineo, nec parentibus, vna cum fratre, vel nepotibus ex fratre præmortuo, ipſa D. Barbara, quæ tempore mortis non erat, nec reperiebatur dotata, ſed poſtea fuit dotata per patrem non excludatur à ſucceſſione materna, cui conſilio, tanquam fertili, & in ſtabili fundamento veritatiſq; radicato, ſe merito ſubſcripſerunt D. Horat. Mandoſius, & Ioán. Baptiſta Raymundus, Iuriſconſulti Romani celebris nominis, prout eidem conſilio me ſubſcripſi etiam, aliqua fundamenta in medium adducēdo pro eius robore, & firmitate.

7 Sed vbicunq; vigeret † ſtatutū, ſolummodo excludens filias à patris hereditate, ſtantibus maſculis tunc illud indubitanter nullum ſibi locum vendicaret in hereditate materna, ſecundū Corn. *conſ. 15. colum. 1. volum. 2.* Tiraq. *in tract. primogen. quæſt. 9. num. 1.* And. de Iſer. Afflict. *in conſtit. Regni. In aliquibus libr. 3. de ſuc. eſſ. fil. com. rub. 23. num. 72.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem & Laſſ. de Tuſcia etiam *ibi poſt princ. in 1. notab.* contra Gl. ibi contrarium aſſeuerantem.

Com. opin.

8 Et ratio viuax aſſignari † poteſt hæc, quoniam ſtatutum non trahitur vllo modo ad caſus non expreſſos, nec ad perſonas ſimiles expreſſis, vt efficax teſtimonium eſt Bald. *in l. illam. colum. 1. C. de collat. in l. ſi defunctus. columna & in l. fin. circa prin. C. de ſuis, & legi.* & Ant. Gabr. *concluſ. 48 column. 4. verſic. In capite etiam. libro 2.*

Et quamuis expeditum ſit, de iure communi æqualiter ſuccedat filia cum maſculis, patri, & aſcendentibus, *Inſtit. de hered. ab inteſt. in prin. & l. fin. C. de lib.*

9 *cum vulgaribus* tamen † ſi ſimiliter extaret ſtatutum, ſimpliciter, & pure excluſiuum fœminarum, tunc etiam, propter exiſtentiam maſculorum, per hoc ſtatutum, non excluderetur fœmina à ſucceſſione, ſub conditione, ſi fuerit dotata, vnde ſi conditio defecerit, ex quo non fuit dotata, non dicitur excluſa ab ipſa ſucceſſione, ita Paul. Caſtr. *in l. Titio centum §. Titio genero. num. 8. in fine. ff de condit. & demon. & in conſ. 6. volum. 1.* Alexand. *in conſ. 13 ſub num. 12. & ſeq. volum 3.* Dec. *in conſ. 261 ſub num.* Socin. Sen. *in conſ. 283 num. 27. volum. 2.* Pariſ. *in conſ. 36. num. 5. vſque ad num. 15. volum. 3* Curt. Iun. *in conſ. 268 num 35 volum. 3.* Soc. Iun. *conſ. 2. nu 3. vol. 1.* Brunus, *de ſtatu. excluſ. fœmin. artic. 11. nu. 34. & ſeq.*

10 Nec vllatenus filiabus † refragaretur, ſi fratres forent tunc parati ſororem dotare, quia hoc caſu non loquitur ſtatutum, ſed dumtaxat illam excludit dotatam, quo caſu dotatio debet eſſe facta tempore mortis patris, ſeu matris, ſeu alterius de cuius ſucceſſione agitur, nam hoc vt excludatur, alias ad ſucceſſionem admittitur, vt per Bart. *in conſ. 31.* Dec. *conſ. 24. num. 6. & conſ. 261. num. 2.* Roman. *conſ. 442. num. 2.* Pariſ. *conſ. 62. nu. o in fine. vol. 1.* Soc. Iun. *conſ. 2. nu. 3. & ſeq. vol. 1.* & D. Horat. Mandoſ. *in add. Roman. in alleg. conſ. 442. in litera D.* vbi planum quoq; facit illam eſſe communem opin.

Com. opin.

11 In tantum, vt ſi filia † non reperiatur dotata tempore mortis patris, ab eius ſucceſſione non excludatur, ſed in puris terminis iuris communis reputatur vt ſimul cum maſculis ſuccedat, ſecundum Dec. in *præall. conſ. 261. ſub num. 1* Socin. Iun. *in alleg. conſ. 2. nu. 5. volum. 1.*

Imo etiamſi deinde † dotaretur filia ipſa, hoc ei non noceret, quia hereditas eſt acquiſita, vt ſenſit Bart. *in d. conſ. 31. num. 2 in fine.* Dec. *in prememoratis conſiliis 24. num. 6. & 261. num. 2.* Socin. Iun. etiam *in alleg. conſ. 2 vol. 1.* Ex quibus omnibus concludendum eſt, filiam admittendam eſſe ad ſucceſſionem in bonis paternis cum ſuis fratribus, non obſtante iſto ſtatuto. 12

OPINIO DCCCLXIX.

SVMMARIA.

1 *Statutum excludens ſorores exſtantibus fratribus, an excludat etiam filias & filios fratris prædefuncti, & n. 3. 5. & 11.*

2 *Statutum in matre etiam in auia locum habet.*

4 *Statutum reſpicit tempus futurum, non autem præteritum.*

6 *Filius in ſucceſſione legali intrat locum patris: & vbi tractatur de ſucceſſione patrui, nepos ſuccedit vna cum patruo.*

7 *Statutum extendi non debet ad perſonas in eo non nominatas. & nu. 8.*

9 *Verba adaptata ad certas perſonas, non porriguntur ad alias perſonas, non nominatas.*

10 *Statuti limitata diſpoſitio certarum perſonarum, producit limitatum effectum, & non comprehendit alias perſonas, & caſus non expreſſos.*

11 *Priuatio iuris competentis non habet locum, niſi expreſſè à lege exprimatur.*

12 *Statutum in quo non nominatur neptis ex filio, eam non excludit.*

13 *Statuti verba in dubio intelligi debent, vt minus iuri communi derogent, etiamſi opus eſſet ea impropriare.*

14 *Statutum cum ſit ſtricti iuris, ſtricte intelligendum eſt, tanquam iuris communis contrarium.*

15 *Extenſio non fit de vna perſona ad aliam, & ſic de ſorore ad neptem, etiam ex coniectura ta mente teſtatoris numero 16.*

17 *Statutum arctius intelligendum eſt, quam diſpoſitio teſtatoris.*

18 *Statutum non ſolum excludens ſororem, ſed etiam filiam, ex capite excluſiuo, non comprehendit neptem ex filio.*

19 *Octauius Vinus laudatur.*

20 *Soror ne excluſa à ſtatuto, an magis excluditur neptis, tanquam remotior.*

21 *Statutum excludens matrem, extante patruo, non procedit in patruo magno.*

22 *Extenſio an fiat à ratione conſeruandæ agnationis. Et ex maioritate rationis in ſtatuto excludente fœminas num 23.*

24 *Patruus, vigore ſtatuti, excludens ſororem, non excludit amitam.*

25 *Statutum excludens filias, non excludit filias non dotatas.*

STATVTVM excludens † ſorores, extantib. fratribus, ſortitur locum etiam indubitanter, extarent filiæ fœminæ fratris prædefuncti & ſic neptem, quæ vigore ſtatuti facile excluderentur à ſucceſſione patrui, quemadmodum & ſorores. Et ratio est quia ratione agnationis, & maſculorum videtur conditum ſtatutū hoc, vt bona conſeruentur in familia,

imo mens quoque ſtatuentis hoc aperte ſuadere videtur eos voluiſſe comprehendere etiam neptem, vt notatur *in l. 1. C. ad l. g. Iul. de adult & in l. 3. §. videndum. ff. ad Tert nl.* & ita Bartol. *in l. 1 ff. de vent. inſpic.* ne vtique melioris conditionis ſit neptis, quæ eſt in remotiori gradu, quam ſoror, quæ eſt in proximiori, contra text. *in l. ſi vna matre. C. de bon. mater.* vt innuit Fulgoſ. *in l. 2. C. de in ius vocan.* & ſic quod diſponitur in filio, diſponitur & in nepote, teſte Bald. *in l. quod vero. quæſt. 1. C. de legibus.* concludens conſtanter ibi ſtatutum excludens filiam dotatam, excludere etiam neptem.

Et quamuis ex capite excluſiuo fœminarum non videatur excluſa neptis, cum nominata non ſit in ſtatuto: nihilominus tamen ex capite incluſiuo maſculorum videtur excluſa: nam incluſio vnius eſt omnium aliorum re ipſa excluſio, *l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de leg. 1.* & Bald *in d. l. quod vero. & in l. ſi vero, §. de viro. ff. ſolut. matrim. & in l. maximum vitium. in 2. notab. C. de liber. præt.* Bero. *conſ. 151. num. 17. vol. 2.* Paul. Caſtrenſ. *in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb.* vbi docet ſtatutum excludens fœminas, extantibus filiis maſculis, excludere etiam neptem ex filio maſculo, ex quo plane tunc maior viget ratio illam remouendi excludendi, *l. cui pacto. ff. de ſer. export.* Bald. *in d. l. ſi vero. §. de viro. in l. 2 in fin. C. de in ius voc. & in d. l. maximum vitium* Grat. *conſ. 52. num. 6. & conſ. 111. num. 18 volum. 2.* Syluan. *conſ. 1. ſub n. 64. & ſeq.* & Ang. *in §. reliquum. in fin. in authen. de hæred. ab inteſt. ven.* ponit regulam, quod ſi quis excluditur à ſucceſſione alicuius, cenſeantur etiam tunc excluſi filii, eiuſque deſcendentes. & hinc Bartol. *in l. Neſennius. ff. de neg. geſt.* merito
2 concludit, quod conſtitutum, ſtabilitumq; † in matre, obtineat locum etiam in auia, quia militat eadem met ratio, ita Dec. *conſ. 634. num. 5. & ſeq.* ex quo commode dici poteſt quod virtualiter comprehendatur neptis ſub præſenti ſtatuto; comprehenditur enim ſub ratione ſtatuti; imo à lege dicitur ſcaturire quod deſcendit ex ſententia legis, *l. nominis & rei. §. verbum & legibus ff. de verb. ſign. l. cum mulier. ff. ſolu. matr.* & ibi Bald. & Doct. *in l. libertum. ff. de ritu nupt.* quod ſtatutum abſq; dubio conformari videtur cum iure communi antiquo, quo ſtatuebatur, quod filii fratris, & ſic nepotes nullatenus ſuccederent patruo, extantibus aliis fratribus patrui, ſed duntaxat ſuccedebant fratres. *l. conſanguinitatis iure. ff. de legit. hered. l. 2 C. de ſucceſſ. edi 2. & l. auunculo. C. communia de ſucceſ. & § ſi plures. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

3 Et † ſecundum iſtam opinionem ita illuſtratam religioſe more ſuo iudicauit Rota Romana *præſenti Anno* 1581. referente Domino Sepharino, meritiſſimo auditore, & ſydere fulgentiſſimo Rotæ, in cauſa in ea vertente *inter Dominos Antonium, & Octauium Emilianos, nobiliſſima proſapia Ciuitatis noſtra Aquila, filios nobiliſſima & Illuſtris Dn. Iacoba Capranica de alma Vrbe, ex vna parte. & inter dominas Claudiam. & Seuto'eſcam Capranicas, filias Dn. Stephani Capranica ex altera parte.* cum tractaretur de ſucceſſione hereditatis D. Cæſaris Capranicæ patrui antedictæ D Iacobæ, & de viribus ſtatuti almæ Vrbis, diſponentis; *defuncto ab inteſtato ſine filiis, ſuccedant pariter germani fratres, & non vterini, excluſis ſororibus, dummodo congrue dotentur, vel ſint parati eas dotare.* & quia tempore mortis prædicti D. Cæſaris, extabat præmemoratus D. Stephanus eius germanus frater, qui acceperat eius hereditatem; ideo per ipſam Rotam decitum, determinatumque fuit, quod ſub ſtatutu comprehendatur etiam neptis, & filia fratris.

Verum quia tempore ſanctionis, ac publicationis eiuſdem ſtatuti mortuus repetiebatur prælibatus D. Cæſar; proinde per Rotam prudentiſſime, & religioſiſſime procedendo, fuere reſeruata inter eiſdem Dominis, Antonio, & Octauio, & pariter conceſſus, elargituſque terminus, ad probandum, docendum, & oſtendendum mortis tempus eiuſdem D Cæſaris, quia prætendebant, ipſi Domini Antonius, & Octauius, † ſtatutum hoc reſpicere tantum tempus futurum, non autem tempus præteritum, 4
vt firmant Doct. omnes *in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.* Alexand. *conſ. 141. Viſo teſtamento, & conſiderato themate num. 8. volum 2.* & Felin. ample *in c. quoniam contra. de probat.* vbi dicit iſtam eſſe communem opinionem, & eam in nonnullis caſibus ampliat, & limitat. Cōis opin.

5 In contrariam vero † ſententiam, videlicet, quod non excludatur neptis per præſens ſtatutum, ſed ſuccedat cum patruis ad hereditatem alterius patrui prout diſponit ius commune, & ſic text. *in § reliquum in authen. de hæred. ab inteſt. ven.* inclinarunt Bart. & Salicet. *in authen. poſt fratres. Cod. de ſuis & legi.* qui aperte deducunt, atque oſtendunt, quod ſolus filius intret in locum patris, quando agitur de ſucceſſione aui, vel patrui, & Alexand. etiam in *conſilio 44. volum. 5.*

Et iſta † eſt communis regula, filium in ſucceſſione legali intrare in locum patris, ſecundum Glo. & Bald. *in l. cum ita § in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.* & Dec. *in conſ. 1. num. 3. & conſ. 553 numer. 1.* vbi firmat, quod vbicunque tractatur de ſucceſſione patrui, nepos ſuccedat vna cum patruo, *per authen. ceſſante. C. de ſuis & legit.* Alexand *conſ. 137. volum. 1. & conſ. 26. volum. 3.* & Natta *in conſilio 581. num. 1. volum. 3.* & Socin. in *conſ. 122.* 6 Cōis opin.

Cumque ſtatutum † memoratum non loquatur de nepote ex filio, merito igitur eam nullatenus excludit, ita Corn. *in conſ. 82. num. 6. volum. 4.* nec eius excluſio debet extendi ad perſonas in ſtatuto non nominatas, teſte Bald. *in l. ſi defunctus. in princip. Cod. de ſuis & legit.* Alexand. *in conſ. 97. num. 10. volum. 2.* Dec. *in conſilio 246. poſt num 6. & conſ. 451. numer. 9.* Corn. *d conſ. 82. nu. 9.* Pariſ. *conſ. 47. nu. 80. cum a' in ſeq. vol. 3.* Ruin. *conſ. 143. nu 9. in fi. vol. 2.* & Rol. *conſ. 96. nu. 15. & ſeq vol. 4.* 7

Quoniam ſtatutum † tantum diſponit, quantum eius verba loquuntur, & non vltra, *l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrimon.* & Bald. *in l. teſtamenta omnia. Cod. de teſtam.* 8

Et verba † adaptata ad aliquas perſonas, nõ porriguntur ad alias perſonas non nominatas, *l. fi.* & ibi Bal. *C. de interd. matrim.* 9

Imo diſpoſitio limitata † ſtatuti certarum perſonarum, producit effectum limitatum, & non comprehendit alias perſonas, vel caſus non expreſſos, *l. in agris ff. de acq. rer. dom l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſt. delen. c. ſuſceptum. de reſcrip lib. 6. & l. commodiſſime.* & ibi Bal. *ff. de liber & poſth.* 10

Et eo facilius, ac commodius † concludendum eſt, quod vigore ſtatuti huius, nõ excludatur neptis quia priuatio iuris competentis non ſortitur aliter locum, niſi expreſſe à lege expõnatur, ſecundum Bald. *in auth ex teſtamento. C. de ſecund. nup.* vbi allegat text. in §. *cum igitur authen. de non elig. ſecund nub.* & facit text. etiam *in l. at ſi quis. §. denus. ff. de relig.* & notatur Gloſſ. *in c ſi de iure patronat* & per Dec. *in d. conſ. 553. num 5.* 11

Et conſequenter cum † non ſit nominata neptis in ſtatuto, merito concludendum eſt, quod per id, nequaquã excludatur, & vt caſus omiſſus remaneat in diſpo- 12

Digitized by Google

in diſpoſitione iuris communis, & quod non mutatur, firmum permaneat, *l. famimm. C. de teſta l. præcipimm. C. de app.* & potiſſimum quando ſumus in odioſis in quibus non fit extenſio de vno caſu ad alium, *l. maximum vitium. C de liber. præter. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthum. l. Gallus §. & quid ſi tantum. eod. tit. l. ſi extraneum. ff de cond. ob cauſ & d. l. ſi vero. §. de viro ff. ſolut matrim.* prout in ſtatuto, reſtringente ſucceſſionem, quod eſt odioſum, ita Bald. *in l. quoties. in princ. C de ſuis & legit. & in l. ſi defunctus. in princip. eodem titul.* quo certe caſu fieri extēſio nequit aliquo modo ad perſonam magis remotam, vt efficax teſtimonium eſt Alex. *conſ 97 vol. 2.* & Dec. *conſ. 346.*

13 Et hinc ſuccedit etiam, quod † verba ſtatuti in dubio intelligi, interpretarique debeant, vt minus iuri communi derogetur, etiam ſi opus foret ea impropriare, vt firmauere Gloſſ. Abb. & alii *in cap. cum dilectus. de conſuet.* & Dec. *in conſ 451 ſub num. 5.* Nam quæ ſpeciali iure conceduntur, ſunt abſque dubio ſtricte aſſumenda, atque intelligenda, *l. mihi & Titio. ff. de cond & demonſt.* & notat gl. *in c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. lib 6.*

14 Et cum † ſtatutum ſit ſtricti iuris, merito ſtricte eſt intelligendum, tanquam iuri communi contrarium, ita Bartol. *in l. conſtitutionibus. ff ad munic. & in l. omnes populi. in verſ. 4. ff. de iuſt. & iur.* ideo concludendum eſt, quod ſoror tantum excludatur, tanquam nominata, non autem neptis, de qua nulla plane fuit facta mentio, *argum l. cum prætor. ff. de iud. & l. ſtatuliberum § ſtatim. ff de leg. 2. & l. quos prohibet, cum aliis ſimilib. ff. de poſtul.*

15 Nec poſſet vllo † modo fieri extenſio de vna perſona ad aliam, vt de ſorore ad neptem, ſecundum Innoc. *in c. dilectus. column. 1. de cap. mo* Cyn. *in l. 1. in ſin de emancip. lib.* & Paul. Caſtr. *in conſ 312. Quoniam adiectione. column. fin* quamuis ex tacita mente ſtatuentis colligatur, appareatque voluiſſe eum etiam includere neptem; quia mens coniecturata non attenditur, vt in ſubſtitutione facta; ſi ſine liberis decedat, extantibus liberis, euaneſcit abſque ſcrupulo aliquo ſubſtitutio, etiamſi poſtea moriantur filii ſine filiis, qui ſane faciunt ſubſtitutionem euaneſcere, & tamen ſi teſtator fuiſſet interrogatus idem diſpoſuiſſet, ne plus videatur tribuiſſe nepotibus, quam filiis.

16 Quia mens coniecturata † non extenditur de vna perſona ad aliam, vt concedunt Aret. n. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff de liber. & poſthum.* Oldrad *in conſ. 21.* Ioan. And. *in add. Spec. in tit. de teſtam. § in primis, in vltima quæſt. in cap. Quinta quæſtio.* & Paul. Caſtren. *in l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebell. & conſ 170.* Ne impropriis vocabulis vtamur, Gloſſ. *in l. ſi tam ff de liber & poſthu. & iſt text. in l. ſi quis ita §. pen. ff. de teſtam* Dec *in conſil. 211 numer. 5 & conſ 465. numer. 16. & in l. illam. Cod. de collat.* Crauetta *in conſilio 98. numero 13.* & Matil. *ſingul. 499.*

17 Quare ſi hoc † procedit in diſpoſitione teſtatoris, tanto magis ſortietur etiam locum in ſtatuto, cum arctius ſit intelligendum ſtatutum, quam diſpoſitio teſtatoris, *l quicquid aſtringendæ.* & ibi Bartol. *ff de verbor obligation. l. conſtitutionibus ff ad municip. l in teſtamentis ff. de reg. iur.* & notatur *in cap. dilecti. in fin. extra de donat.* & per Cæphal. *in conſilio 80. numero 7. volum. 1.*

18 Quod confirmatur † etiam ea ratione: quoniam ſtatutum non ſolum excludens ſororem, ſed etiam filiam, ex capite excluſiuo non comprehendit neptem ex filio, ita Bald. *col. 2. nu. 5.* cum quo transire videtur Paul. Caſt *num. 4. C. de in ius vocan.* Anchar. *in c. canonum ſtatuta. verſi. His igitur quinque membris. de conſtit.* Curt. Sen. *in conſ. 44. colum. 9. & 13* Socin. *in conſil. 121. num. 2. volum. 3.* Angel. Aretin. *in §. in autem ciuile. in fi. n inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* & Iaſ. qui planum facit iſtam eſſe communem opinionem, *in l. qui exceptionem nu. 1. ff de cond. indeb.* Pariſ etiam *conſ. 41. num. 79. & ſeq. volum. 3* Ruin. *conſ. 143 num 8 volum. 2.* Soc. Iun. *in conſ. 168. num. 12. volum. 1.* & Roland. à Valle *conſ 81. nu. 22. volum. 3.* ita pro iſta opinione fuit ſtrenue conſultum, atque reſponſum per nonnullos illuſtres Iurecōſultos, in alma Vrbe, qui tanquam diuini vates, ad hanc veritatem oſtendendam, intento alto mari, in eo ad ocium mehercle non laborarunt.

¶ Et cum verſa vice adducerentur horribiles illæ diſſidentium opinionū procellæ, Domini de Rota merito percōplures dies ſteterunt perplexi, in quā partem inclinare deberent; & conſideratores denique, quod agnationis fauore fuerat conditum ſtatutum, vt bona conſeruarentur in familia, inclinarunt atq; iudicauerunt ad fauorem maſculorum, declarando quod per ſtatutum excludatur neptis, & ſic filia fratris, ſicut ſoror.

Cæterum D. Octauius Viuius, frater † meus, vere 19 lumen, & decus Ciuitatis noſtræ, & vas ingenii, maturique iudicii plenum, accuratiſſime conſuluit pro parte negatiua, ad fauorem antedictorum Dominorum Antonii, & Octauii, eius cognatorum, qui ſubtiliter defendendo iſtam opinionem nonnulla in medium afferebat, maxima cōſideratione digna, quæ breuitatis ſtudio ſupprimuntur.

Qui etiam, vt in † præſentiarum memoria teneo 20 conſiderare illam difficultatem, quæ excitabatur, quod ſi excluditur ſoror, multo magis debeat excludi neptis, tanquam remotior. *per d. l. ſi viua matre.* penitus remouebat hac viuaci ratione, videlicet, quod hoc ſortiatur locum in nepte ex ſorore, non autem in nepte ex fratre ita Cæphal. *conſ. 46. nu. 36. vol 1.* & Ant. Gabr. *de fideicom. concluſ. 6 nu. 6.* in quibus locis, facile oſtendunt, illam concluſionem, quod vbicunque dicitur excluſa filia, cenſeatur etiam excluſa neptis, ne illa iure reluctante melioris conditionis reddatur, procedere in nepte ex filia, & non in nepte ex filio maſculo. Et ratio differentiæ apertiſſime colligitur ex traditis per Ruin. *conſil. 143. poſt n. 9. vol. 2.* Imo etiam quia argumentum *d. l. ſi viua matre.* obtinet locum abſque ſcrupulo aliquo, in linea aſcendenti, & deſcendenti, non autē in linea tranſuerſali, quo caſu non militat eadem ratio. *§. ſuiter tar. Inſt. t de nup.* Et proinde diſpoſitio, quæ rupto teſtamento conſeruat legata liberis, & parentibus *vt l. t. de leg. præſt.* non vendicat, ſibi locum in fratribus, tex. eſt *in l 3 § Liberis. ff. de leg. præſtan.* & ita firmant Dec. in *conſ. 688* & Bero. *conſ. 115 Stantibus in propoſito themate enarratis. num. 20. volum. 2.* quoniam non debet eſſe melioris conditionis neptis, nata ex ſorore, quam ipſa ſoror: & tunc valet argumentum à maioritate rationis, ex quo nititur iuribus matris, & ſi excluditur mater, multo magis neptis, teſte Bartol. *in l. 2. C. de liber. præt. & in l. 1 §. ſi ſit nepos. C. de collat. dot.* & Crauett. *in conſilio 127. numero 1.* Sed ſi neptis non foret ex ſorore, verum ex fratre, qui vocetur ad ſucceſſionem, etiam vigore ſtatuti, & tunc ſyncero nititur iuribus ſui patris, & cum hic adſit diuerſa ratio, merito militat diuerſa iuris diſpoſitio, ita Ruin. *in d. conſ. 143 numer. 8 volum. 2* & Cæphal. *in d. conſ. 46. num. 36.* Imo minor ratio eſt excluſionis neptis, quæ repreſentat perſonam ſui patris, quam ſororis, & cum habeat etiam plus iuris, ideo non poſſet fieri hæc

extenſio

Digitized by Google

extenſio ad caſum, in quo viget minor ratio, atteſtante Socin. *in conſ. 122. numer. 4. volum. 3.* & Crauet. *in conſil. 6. numer.* 10.
21 Nec non † illi rationi, fauore agnationis adductæ reſponderi facile poſſet, quod illa ratio reſtringatur ad perſonas ſpecificatas tantum, non autem ad perſonas non expreſſas: vt ſi ſtatutum excluderet matrem, extante patruo, non haberet locum in patruo magno: nihilominus fauore agnationis illud introductum dilucide diſcernitur, & vt bona conſeruentur in familia: vt concedunt Bal. Caſtren. & alii omnes *in l. 1. C. de ſucceſſ. edict.* Alex. *conſ. 97. vol. 2.* Rom. *conſ.* 411. Bal. *conſ. 12. vol. 3.* Socin. *conſ.* 30. & Dec. *conſ. 451. in fin.*

22 Et quod † non fiat extenſio à ratione conſeruandæ agnationis, firmat Alex. *in d. conſ.* 97. Aretin. *conſ. 27. in fine.* Dec. *conſ. 57. nu.* 10. vtpote quia illa ratio fauore agnationis, intelligitur de fœminis deſcendentibus, de quibus ſtatutum loquitur, non autem de quibus non loquitur, teſte Dec. *conſ. 287. ſub nu.* 9. & Bart. *in l. liberorum ff. de verb. ſignif.* vbi finaliter concludit, ac determinat, quod ab illa ratione conſeruandæ agnationis cum expreſſa non ſit argui nequeat; ſed illa ratio extenditur ad perſonas ſpecificatas duntaxat, ſecundum Dec. *in d. l. 1. C. de ſucceſſ. edic.* Bal. *in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legi.* & Alex. *conſ. 80. vol. 1.* & Bero. *conſ. 154. Super dubitatione inter partes nunc orta. nu. 6. vol. 2.* Et ratio eſt: nam ex identitate rationis non inducitur correctio legis, *auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & facit quod notatur per Gl. *in c. cum dilectus. Extra. de conſuetud.* & per Dec. *in d. conſ. 451. numero* 9.

23 Et quia etiam in † huiuſmodi ſtatutis, excludentibus fœminas, eſt prohibita extenſio, etiam ex maioritate rationis, ita Alexan. *conſ. 153. num. 4. volum. 7.* qui ibi planum facit iſtam eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

24 Et † hinc eſt, quod ſi patruus excluderet ſororem, non excluderet amitam, licet remotior foret, ſecundum Alex. *conſ. 97. nu. 9. vol. 2.* Bal. *in l. ſed & milites. ff. de excuſat. tut. in l. illam. in prin. C. de collat. in l. quod vero. verſ. item pone. ff. de leg. & in l. & ſi quis. verſ. Et facit ad quæſtionem. C. ad Tertull.* Anchar. *in c. 1. de conſtit.* & Ioan. de Ana. *conſ. 69. Pro breui expeditione.* quia ſi ſtatutum hoc voluiſſet, vtique expreſſiſſet. *l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. her. & l. at ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſump. fun.* & Corn. *conſ. 82. nu. 8. vol. 4.*

Vnde ſi † ſtatutum excluderet filias, non excluderet vllo modo filias non dotatas, teſte Bar. *conſ.* 31. & Bald. *in l. ſi plures. C. de cond. inſer.* vbi adiicit etiam, ſi illa dotata non ſit, quod tunc ſit caſus omiſſus, & remaneat ſub diſpoſitione iuris, prout cōcedit etiam Paul. Caſtren. *conſ. 108. Super eo de quo quæritur per l. Fulcinius. §. cum autem. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat.* & Dec. *conſ. 383. nu. 2.* & Rom. *conſ. 542. in prin.* Et hinc denique concludunt Imol. *in d. l. ſi vero §. de viro. ff. ſolut. matrim.* Dec. *conſ. 315. ante nu. 4.* & Bald. *in d. l. 1. C. de ſucceſſ. edict.* quod ſi ſtatutū excludat filiam, exiſtente filio, illud nullatenus obtinere locum, exiſtente nepote ex filio. 25

§ Cæterum non obſtantibus iſtis rationibus, & aliis numeroſis, quæ adduci ad propoſitum poſſent quæ me nullatenus deterrere potuerunt, concurro libentiſſime eam primæ opinione; tanquam penitus pia, & ſacroſancta; quod ſtatutum excludens ſororem propter fratrem, fortius excludat neptem ex præfuncto filio, propter patruum, licet de eis in ſtatuto nulla penitus fiat mentio. Et licet Rota, diuino afflante ſpiritu, talem opinionem firmauerit: tamen eidem ſententiæ accedit etiam Soc. Iun. *conſ. 10. num. 17. vol. 4.* vbi aſſerit illam eſſe magis communem, & Menoch quoque *conſ. 95. Et ſi docte. nu. 86. & 96. vol. 1.* *Cōis opin.*

§ Quoniam ſtatutum præferendo filios maſculos agnationem, & familiam patris conſeruare voluiſſe videtur; quæ indubitanter per maſculos, non autem per fœminas conſeruatur *l. 1. §. pen. ff. de ventre inſpic. l. lege. C. de legit. hered.* Cyn. *in l. 1. C. de adult.* Bart. *in l. liberorum. col. pen. ff. de verb. ſignif.* & Bal. *in l. maximum vitium. C. de liber. præter.*

§ Imo licet ſtatutum ipſum excludens fœminas propter maſculos, non expreſſiſſet, ſe hoc inducere fauore maſculorū: nihilominus tamē ex præſumpta mente ſtatuentium iſtud facile colligeretur ex eo, quod ad ſucceſſionem maſculos vocauit; illis filiabus fœminis præferendo, vt concedunt Doct. vniuerſaliter, & communiter omnes poſt Bal. *in d. l. maximum vitium. & in l. eam quam. C. de fideicom.* & Socin. *in l. cum auus. in 3. q. principali. ff. de cond. & demonſt.* *Cōis opin.*

LIBRI SECVNDI FINIS.